SANCTI BONAVENTURÆ

EX ORDINE MINORUM

S. R. E. EPISCOPI CARDINALIS ALBANENSIS

OPERUM OMNIUM

SIXTI V. PONT. MAX. D. ORD.

JUSSU EDITORUM

SUPPLEMENTUM

IN TRIA VOLUMINA DISTRIBUTUM

SUB AUSPICIIS

CLEMENTIS XIV. P. M. EJUSD. ORD.

VOLUMEN TERTIUM.



TRIDENTI MDCCLXXIV.

EX TYPOGRAPHIA EPISCOPALI JOANNIS BAPTISTÆ MONAUNI,

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Sint alii Doctores, qui dicantur Cherubici; BONAVENTURA autem veriſſimo nomine Seraphicus ſimul & Cherubicus, quia inflammat affectum, & erudit intellectum, reducit & unit ad Deum per amorem excitativum; dum alii multi ſolum divaricant . . . . . cum tamen unum ſit neceſſarium.

Joannes Gerſon Cancellarius Pariſienſis Par. 1. Ep. de Laud. Doct. S. Bonavent.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

I.

UUM, Deo duce & auſpice, eoque labore, de quo fertur: *Labor omnia vincit* improbus, (a) ventum tandem ſit ad Editionem hujus Tertii Voluminis, duo priora ſequentis; ſpes eſt mihi fore, ut nemo hujuſmodi laborem meum, ceu ſupervacaneum, nulliuſque frugis, explodat, ſed uti potius Reipublicæ Chriſtianæ fructuoſum lubenter excipiat. Siquidem exhibeo recentioris quidem Eccleſiæ Doctoris, aſt vere Cherubici, atque Seraphici, doctrinam, in qua lux veritatis coruſcat, flamma caritatis ardet, fides ac traditio eniteſcit, ſanctior morum diſciplina refulget, ac doctis, indoctiſque fit ſatis. Illud porro eſt jam notum a Clariſſimo Viro Franciſco Combefiſio inclyti Ordinis Prædicatorum obſervatum „ Plus mereri de „ re Chriſtiana ac literaria, qui ſuperioris ætatis Eccleſiaſtica Monumenta, „ quibus lux aliqua veritatis accendatur, fideſque ac traditio defendatur, ſedulo „ recenſita in vulgus edant, quam qui ſuo marte ac ingenio, ſuis novis Eccle„ ſiæ meſſem augeant. Quamquam plures illud alterum magis ambiant, at„ que ad laudem proclivius ultro rapiant; primum quaſi durioris operæ, nec „ ſic ad laudem pronum, eruditorum pars plurima negligat, atque reſpuat." (b) Et adhuc magis ad rem noſtram, utpote de Operibus S. Bonaventuræ loquens, Magnus Cancellarius Pariſienſis Joannes Gerſonius (c) „ Dixi mecum: Sufficit „ hæc doctrina. Ut quid ſtulto labore conſumeris? Quid dictas? Quid ſcri„ bis? Multiplicentur potius, & tranſcribantur Opera Doctoris iſtius, de quo „ vere dicitur illud Chriſti de Joanne: *Erat lucerna ardens, & lucens.*" (d)

II. Sed ne lectori mox ſuſpicionem moveam, quaſi ego abſque ullo delectu undique omnia corraſerim, quæ S. Bonaventuræ nomen præferebant, ad tantam auctionem Sixtinæ Editioni longe omnium celeberrimæ faciendam: operæ pretium duco vel ab ipſo exordio eam adhibere, quam Rhetores vocant, *Occupatio-*

(a) Virg. 1. Georg. v. 145.
(b) In Admonit. Partis 1. Bibliothecæ Græcorum Patrum Auctarii Noviſſimi. Pariſ. 1672.
(c) Par. 1. L. de Exam. doct.
(d) Jo. 5. 35.

Digitized by Google

pationem, vel *Præoccupationem*, ſive *Prolepſim*, (*a*) ad id videlicet quod prima fronte contrarium occurrit, ac in ipſomet veſtibulo opponi poteſt, præveniendum, omnemque obicem a lectoris mente ſubmovendum. Lectorem itaque in primis admoneo, ut ſerio perpendat Opera haud pauca, nedum edita ſub Bonaventuræ nomine, ſed & inedita, quæ ejus nomen in MSS. Codicibus gerunt, modo ad dubia, modo etiam ad ſuppoſititia me in Prodromo rejeciſſe; quod unum, ni mea me fallat opinio, ſatis eſſe poterit, ut de me meliora concipiat, neve me credat in ſpuriis Operibus ac Opuſculis conſarcinandis bonas horas male locaſſe.

III. Tum etiam alia præoccupanda difficultas, quæ in lectoris oculos facile incurret, exoritura nimirum ex ſtili diverſitate, utpote ſatis ſenſibili, in iis maxime, quæ in hoc ipſo Volumine continentur. Verum quia de hac diverſitate orationis modo demiſſæ, modo elatioris, cum in Prodromo, tum etiam in Præfatione generali hujus Bonaventuriani Supplementi, ſemel iterumque jam egi, nolim ut lector ad *ſiſyphium laborem*, (*b*) ad eadem, inquam, ſæpius revolvenda, me cogat; ſed ipſe potius ad indicata loca recurrat, ut evanidam noſcat cauſſam judicii de diverſitate Auctoris exinde ferendi: cum ſtili varietatem aliæ cauſſæ in uno Auctore noſtro pepererint, quas heic commemorare minime vacat.

IV. Ne quoque lectori videar in Miſcellaneis Tertii hujus Voluminis omnino neglexiſſe ordinem, quem definiunt: *Compoſitio rerum aptis, atque accomodatis locis*; (*c*) non diffiteor quidem, me ſectari minime potuiſſe ordinem temporis, quo ex calamo, aut ore Doctoris noſtri Seraphici prodiere, utpote quod ſolus Deus arcanorum omnium ſcrutator noverit, ſi tamen paucas ejus Epiſtolas heic edendas exceperis, nota temporis conſignatas: ſed non prætermiſiſſe materiei ordinem, quo prima hujus Voluminis parte comprehendam Aſcetica; ſecunda complectar Concionatoria; tertia vero colligam Hiſtorica, eaque Minoritica, Epiſtolaria, ac Rhythmica, ipſaque ſecundum ejus ſæculi guſtum Leonina Carmina. Et hoc quidem pacto nemo jure poterit me indigeſtæ molis arguere, mihique Grajum illud, quod vocant *Hyſterologiam*, ſive *Hyſteron proteron*, (*d*) videlicet præpoſterum ordinem, objectare.

V. Hunc ergo tenebo ordinem, primo loco ponens inter Aſcetica *Tractatum de Vite Myſtica*, ſive *de Paſſione Domini*; cum enim affinitatem aliquam habeat cum aliis Bonaventurianis Aſceticis *de Ligno vitæ*, & *de Perfectione vitæ ad Sorores*, ſive *ad Sororem*, hinc videtur inter Aſcetica non immerito recenſendus. Ipſum ſcriptum autumo a S. Bonaventura, dum eſſet Miniſter Generalis, quia in ejus Prologo appellat ſe *Miniſtrum humilem*. Quam autem *humilis* fuerit vir alioquin ea tempeſtate ſiquis alius doctiſſimus, in proparulo eſt, quum in fine proteſtatur: *Huic Sermoni terminum imponimus, parati emendare, demere, & mutare, ſicubi contra fidem, & contra ſacras Scripturas aliquid diximus &c.* Videtur autem adſcriptus S. Bernardo, potiſſimum ob nonnulla ex eo paſſim deflorata: ſicut ex eo plura D. Bonaventura alibi quoque delibat. Et cum in eodem Tractatu nomen *Aureolæ uſurpetur*, quod ſæculo tantum XIII. ab Eccleſiaſticis Scriptoribus adhiberi conſuevit ad ſingulare operis excellentis præmium deſignandum; (*e*) hinc Bonaventuræ potius, quam Bernardo convenit: uti etiam ſtilus, frequenteſque Patrum, immo & Poetarum citationes, quæ in germanis Melliflui Doctoris (non vero Doctoris Seraphici) Operibus raro afferuntur. (*f*) Porro quia talis *Tractatus de Vite Myſtica* qualem qualem ſimilitudinem habet cum alio anecdoto, cui titulus

inter

(*a*) Auctor ad Herenn. L. 4. c. 27. Quintil. L. 9. c. 2. &c.
(*b*) Propert. L. 2. Eleg. 20.
(*c*) Cic. 1. Off.
(*d*) In Lexicis Lat. & apud Joſeph. Laurent. in Amalth.
(*e*) Profecto, ut recte obſervat Cl. P. Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Sæc. XI. & XII. Ar. X. de S. Bernardo §. 2., Sententiarum Magiſter in 4. Diſt. 49. ubi de præmio Sanctorum diſſerit, *Aureolæ* nullatenus meminit.
(*f*) Natalis ibi.

Digitized by Google

inter Codd. Caſſinenſes: *Arbores de vitiis, & virtutibus, quas fecit Bonaventura Magiſter, & Frater Minor*; hinc hujuſmodi Arbores e veſtigio illum excipient.

VI. Quoniam vero in præfatis *Arboribus de vitiis, & virtutibus* exhibetur *Humilitas radix virtutum omnium*; & e contrario *Superbia radix omnium vitiorum*; ordo ipſe poſtulare videtur, ut hujuſmodi *Arboribus* continuo ſubdatur *Tractatus de Humilitate*, in quo ſermo eſt de utraque vitiorum virtutumque *radice* una cum breviori *Tractatu altero de tribus Virtutibus, Humilitate, Patientia, & Caritate*. Et quia in priori *Tractatu* dicitur *de Humilitate*, quod *humiliter novit ſupplicare, & petere*; ideo hunc ſequentur plures *Orationes* ſimul cum *Recolendis a Sacerdote ante Miſſæ celebrationem*; hiſque accedit *Paraphraſis aſcetica Orationis Dominicæ*, una cum ejuſdem breviori *Expoſitione*, ac etiam devota *Meditatio ſuper Salutationem Angelicam*: Equidem vel ex eo hujuſmodi *Orationes* cum præfatis *Virtutibus* erant connectendæ; quia *ad Orationis perfectionem, omnium tendit ſtructura Virtutum*. (a)

VII. Intereſt quoque ordinis, ut ſubſequatur *Regimen animæ*, in quo agitur de officiis Ancillæ Chriſti, ad odium vitiorum, amoremque virtutum; maxime quia ab initio mentio in eo fit ejuſdem *Salutationis Angelicæ*. Cui quoque in eundem finem additur, & Opuſculum pertractans *De ſilentio ad quandam Sanctimonialem*. Item pro officiis Viri Clauſtralis *Ordinarium Vitæ Religioſæ, ſive de partibus domus Religioſæ*; atque *ſex Mandata aſſidue recolenda, Fratri cuidam juveni tradita*, nec non *Sex cautelæ ad Caſtitatem ſervandam, & de humano Judicio*.

VIII. Pro officiis autem Viri Chriſtiani *Liber de decem Præceptis*, ad cujus normam quiſquis ſuos formare mores ſtuduerit, *inveniet vitam*; & *hauriet ſalutem a Domino*. (b) Quæ quidem omnia ad primam hujus tertii Voluminis partem eo, quo potui, ordine revocanda cenſui, & pro curta ac vili, quam in me eſſe probe ſcio, doctrinarum literarumque ſuppellectile, ſubjectis notis ediſſerenda atque roboranda curavi.

IX. Pars ſecunda complectens Concionatoria, dabit imprimis *Artem concionandi, in qua Claves Scripturarum traduntur pro elaborandis Concionibus*. Tum *Collationes de ſeptem Donis Spiritus ſancti prædicabiles. Dein Sermones decem*, agentes *de Laude Melliflui Nominis D. N. J. C.* ac palam facientes *Nomen virtuoſum, gaudioſum, & glorioſum*. (c) Item *Sermones quindecim de Diverſis*, ad ſupplenda ea, quæ in *Sermonibus Sixtinæ Editionis* deſiderantur. Nec non *Sermones triginta duos de Euchariſtia*, una cum ſingulari *Sermone de Corpore Chriſti*. Et hujuſmodi *Sermones* omnes collati cum MSS. Codicibus bonæ notæ, appoſitiſque notis communiti, & illuſtrati, ſi pluribus aliis jam editis adjecti fuerint; ſatis eſſe puto, ut palam fiat, vere fuiſſe Bonaventuram noſtrum nedum a B. Franciſco Fabrianenſi O. M. ceu *Virum eloquentiſſimum, pulcherrimum Sermocinatorem ad Clerum, & Prædicatorem ad populum*; (d) ſed etiam a Ptolomæo Lucenſi O. P. commendatum, velut *Egregium Prædicatorem*. (e) Prætermiſi autem ejuſdem *S. Bonaventuræ Sermonem anecdotum De Plantatione Paradiſi voluptatis*, quem ex Cod. MS. ſæculi XIII. in Sacrario Eccleſiæ Minoritarum S. Fortunati Tuderti Vir. Cl. Joannes Chriſtophorus

Ama-

(a) In Breviar. Franc. 27. Septembr. Secun. Noct. Lect. 6. S. Elzear. Ter. Ord. S. P. Franc. Porro prædictæ Orationes fidei, ſpei, & caritati innituntur, neutiquam *imaginariis repræſentationibus*, quas Claudius Fleury ſuper Hiſt. Eccl. Diſc. 8. §. 15. *De nov. Devot.* attribuit D. Bonaventuræ, deceptus a *Meditationibus Vitæ Chriſti*, quæ ſub falſo ejus nomine circumferuntur, cum aſſerendas F. Joanni de Caulibus a S. Geminiano evicerim in Prodromo col. 698. & ſeqq.

(b) Prov. 8. 35.

(c) Sic etiam Bonaventuræ coævus Guibertus Tornacenſis ejuſdem Ord. Minor. Serm. uno *De glorioſiſſimo Nomine Jeſu*, cui Guiberto perſpecti forte fuerunt prædicti Bonaventuræ Sermones. Eruditus noſter P. Jo. Chryſoſt. Tovatius ab Avolano in ſuo MS. Diario Itineris Veneti an. 1766. pag. 209. ac ſeqq. recenſet ejuſdem Guiberti Sermones una cum præfato Serm. uno, prædictiſque epithetis Nominis Jeſu, ab ſe repertos in MS. Cod. Chartac. Biblioth. Conventus Veneti S. Bonav. Ord. Minor. Reformat. a fol. 48.

(d) In MSS. Chron. Fabrian. fol. 9. Vid. Prodr. col. 64.

(e) In eodem Prodr. col. 217. not. 6.

Digitized by Google

Amadutius edidit an. 1773.; (*a*) cum ego an. 1772. (*b*) primo protulerim nedum completiorem, ſed etiam emendatiorem. (*c*)

X. In parte demum tertia producuntur collecta Hiſtorica, eaque Minoritica, nempe *Legenda S. Claræ Virginis Aſſiſienſis*, atque *Legenda Minor S. Franciſci*. Inſuper Epiſtolaria, videlicet *Epiſtola ad Fratrem de Imitatione Jeſu Chriſti*; *Epiſtola ad F. Laurentium Viſitatorem Clariſſarum Tuſciæ*; *Epiſtola ad Fratres univerſos pro vindicanda conceſſione facta a S. Franciſco Fratribus Minoribus incolis Eremi ſupra litora Lacus Gardenſis ex parte Territorii Brixienſis*; *Epiſtola ad Fratres Cuſtodem & Guardianum Piſarum in gratiam Sororum Monaſterii de Piſis Ordinis S. Claræ*; *Epiſtola ad Abbatem Beatæ Mariæ Bleſenſis, qua confirmat ceſſionem ipſi factam a Fratre Petro Miniſtro Provinciali*. (*d*) Præterea *Rhythmica, & Leonina Carmina*, nimirum *Arbor vitæ*; *Contemplatio duodecim Fructuum Arboris ſanctæ Crucis*; *Meditationes in ſeptem verba, quæ in Cruce Chriſtus Dominus protulit*; nec non *De Doctrina proficiendi*, ſeu *De Doctrina Viri Religioſi*. In his porro omnibus, haud ſecus, quam in reliquis cunctis, ſe ſe Doctor noſter oſtendit ſemper, ſive fidei, ſive morum doctrinam ſpectes, totius retro Antiquitatis amicum, atque cultorem; eadem enim quæ a Majoribus didicit, ipſe docet, *ut quum dicat nove, non dicat nova*. (*e*)

XI. Hæc habui undique conquiſita, naviter collecta, a librariorum mendis quam plurimis repurgata, ac eo, quo par erat, ſtudio, pro mei ingenioli modulo comparata, in hoc tertio Volumine vulganda; quæ cæteris in primo, & ſecundo Volumine editis ſuperaddita, Supplementum Sixtinæ Editionis abſolvunt, quæve ſi aliquando, Superis faventibus, nova Editio Operum Seraphici Doctoris paretur (uti multis fore in votis intellexi) locum una cum reliquis, quæ reapſe ſunt ejus, obtinere poterunt: tuncque vel ipſa ſeparanda erunt nedum ab apocryphis, verum & ab illis ſuppoſititiis, quæ ad ſuos legitimos Auctores, potiſſimum Ordinis Minorum (quemadmodum in Prodromo tradidi) quaſi *jure poſtliminii* (*f*) redibunt.

XII. In hac autem hypotheſi moneo, ut in nova Editione curanda, nulla eorum, quæ deſunt, & in Bibliothecis, aut Tabulariis, adhuc latent, perquiſitio omittatur, nullaque diligentia, ad eam locupletandam anecdotis Commentariis *in Job*, & *Epiſtolas Pauli*, ſi forte eorum excuſſo pulvere e tenebris erui, & in apricum perduci contigerit; cum de iis Synchronus Ptolomæus Lucenſis certo teſtetur: (*g*) utque pro integritate textus jam editorum Operum non tantum MSS. Codices, ſed & antiquiores Editiones recentioribus longe in multis meliores adhibeantur. Profecto, ut unum pro multis exemplum ponam, nonne in Editionibus recentioribus Breviloquii, etiam in ejuſdem Sixtina, tametſi dicatur in fine Prologi ejuſdem: *Ut autem ſequentia clarius eluceſcant, titulos Partium, & Capi-*

(*a*) Ita ego colligo ex Præfat. ejuſdem Amadutii ad Cl. Vir. Angelum M. Bandinium Canonicum Baſilicæ Laurentianæ Florentiæ, & Præfectum Regiæ Bibliothecæ *Mediceo - Laurentianæ* in fine cum *Datis Romæ poſtridie Kal. Januarias recentis anni* CIↃIↃCCLXXIII.

(*b*) Hunc præfert annum Editio noſtra Triden. Vol. 1. hujus Supplementi, ubi extat a col. 3. in fol. uſque ad col. 22.

(*c*) *Emendatiorem*, inquam, ſi tamen duo exceperis in Editione ipſa Trident. emendanda; ut col. 7. lin. 8. pro *imaginationum* leg. juxta Edit. Amadut. *irrigationum*, & col. 11. lin. 21. pro *alias* leg. ſecundum eandem *alta*. Editionem Amadutianam, de qua nihil antea ſciebam, cujuſque modo non vacat notare pleraque menda, ad me detulit A R. P. Antonius a Fundo Ex-Provincialis Cuſtoſque actualis, e Comitiis noſtris Generalibus hoc anno 1774. Romæ coactis redux, cui proin heic habeo gratiam.

(*d*) In nova completaque Omnium Operum Editione una cum præmiſſis, ac duabus aliis, quæ heic prætermittuntur, tanquam jam vulgatis in Sixtina Editione; recenſendæ quoque erunt deinceps inter Epiſtolas, ut ut alias extra earum ordinem ſæpius poſitæ, videlicet *Epiſtola Viginti quinque Memorialium ad Fratrem Petrum*, *Epiſtola de Remedio defectuum Religioſi ad Fratrem Robertum*, *Epiſtola de Sandaliis Apoſtolorum*, *Epiſtola de Quæſtionibus tribus ad Magiſtrum Innominatum*, de quibus in Prodromo col. 653. & ſeqq.

(*e*) In Commonit. Vincent. Lirinen. num. 27. in fine Edit. Rom. 1731. cum notis obſervationibuſque Joan. Salinas.

(*f*) Paul. L. 49. Dig. tit. de poſtlim. (*g*) Prodr. col. 217.

Digitized by Google

Capitulorum (*a*) *præmittere curavi ad faciliorem memoriam & lucidiorem contuitum dicendorum, quæ ſeptem partitionibus, & ſeptuaginta duobus capitulis diſtinguuntur*; deſideratur nihilominus quod ſequi debet *Regiſtrum* ſive *Regeſtum hujus Libelli, quod continet ſeptem partes, & ſeptuaginta duo capitula*? Hoc tamen neutiquam abeſt ab Editione Auguſtana 1475. (*b*) Cum hac itaque antiquiori collatio fiat in nova Breviloquii impreſſione, & ad inſtar ejus, ſuppleto hujuſmodi ſat patente defectu, expletaque grandi lacuna, plura etiam ejuſdem Breviloquii errata emendabuntur, quæ in illud deinceps irrepſere. (*c*)

XIII. Auctor quoque ſim, ut in eadem nova Editione Omnium S. Bonaventuræ Operum ita fiat, ſicut nuper hujuſmodi ſpartam ornavit Cl. Vir. P. Thomas Soldatus nunc Romæ in Collegio Germanico-Hungarico Theologiæ Profeſſor in Editione ejus Opuſculorum una cum illis S. Thomæ adverſus Guillelmum a S. Amore, ejuſque Aſſeclas, Ordinum Mendicantium oſores, ad MSS. Codices, veteres Editiones exacta, Admonitionibus prævіis, Notiſque illuſtrata. (*d*) Quotquot in poſterum egerint hoc ipſum aliorum Opuſculorum, aut Operum ejuſdem ſancti Doctoris Editores, equidem vel ipſi Editionem eorum efficient omnibus numeris abſolutam.

XIV. Animadverto inſuper pro nova elaboranda Editione cæteris exactiori, ne ejus curatores nimium fidant quibuſdam nominibus, quæ in præteritis Editionibus exprimuntur. Unde laudo quidem Editores Romanos, quod in referenda Neronis pœna apud inferos, ut *narrat Seneca*, ipſi inter Sermones S. Bonaventuræ De Sanctis in Serm. 1. De S. Matthia Apoſtolo adnotarint: *Nuſquam in Seneca id ſcriptum reperiri potuit*; quodve idipſum legentes in Serm. 1. De S. Maria Magdalena, ut *narrat ſcriptura*, ſupple *quædam*, ſive *ſcriptum quoddam*, animadverterint, quod in ſuprad. Serm. De S. Matth. Apoſt. *vitio Librariorum, vel Typographi, ut conjectura fert, pro ſcriptura Seneca legitur: Id quod ob notam compendioſam fortaſſe factum eſt*: & quod alia emendanda notaverint ibi in Serm. 2. De S. Antonio Pad. O. M. ſed non laudo quod in Serm. 1. De S. Ambroſio Epiſcopo non deprehenderint craſſum errorem in nomine *beati Bernardini*, pro *beati Bernardi*; nequidem Serm. 2. de S. Thoma Apoſtolo aliud mendum ſatis perſpicuum in nomine *Machonii Oratoris Clariſſimi*, pro *M. Antonii*, de quo, ceu *Oratore clariſſimo*, ea ipſa memoriæ prodidit Valerius Maximus, (*e*) quæ inibi a D. Bonaventura enarrantur. Alia id genus ſphalmata heic, ne longior ſim, corrigenda prætereo; unice obſervans, quod & alibi quoque notavi, (*f*) hujuſmodi paragrammata, ſive errata in MSS. etiam Codicibus paſſim offendi: unde communis eſt Antiquariorum querela expoſtulantium de librariorum oſcitatione, incuria, & imperitia, qua priſca Monumenta in pleriſque locis vitiata, ad nos pervenerunt; originariæ puritati ſuo quæque loco reſtituenda ab illorum ſolertia, qui mendorum originem exploratam habentes, (*g*) accurate emendateque ea edenda ſuſcipiunt. (*h*)

XV. Haud abs re quoque fuerit admonitos reddere futuros omnium Operum D. Bonaventuræ Editores, ut in Notis ad recudendam celebrem illam Epiſtolam directam *Ad Miniſtros Provinciales & Cuſtodes de reformandis ſuis Fratribus*, quæ incipit: *Inſufficientiam meam &c.*, quave nunc vehementer abutuntur Recentiores quidam in Franciſcanum Ordinem male animati, ad conflandam ei quo jure quave injuria apud imperitos invidiam; admonitos, inquam, reddere, ut in notis ſerio animadvertant, fuiſſe quidem tunc, ut loquitur idem S. Bonaventura

(*a*) Al. *particulares Capitulorum*.
(*b*) In d. Edit. ſic „ Anno Domini M. CCCC. LXXV. circiter Kal. Februarii. Impreſſus „ eſt liber iſte ad honorem Dei. Per Anthonium Sorg. In Auguſta. "
(*c*) Inter hujuſmodi errata vide ſis Vol. 1. De Plantat. Parad. §. 8. col. 13. & 14. ſub not. *e*.
(*d*) Romæ MDCCLXXIV. Typis Generoſi Salomoni. Præſidum Facultate.
(*e*) Lib. 6. cap. 8. *De Fide ſervanda erga Dominos*.
(*f*) Vid. Vol. 1. col. 282. & ſeq. in Admonit. ac Vol. 2. col. 1053. in Admonit.
(*g*) Henrici Stephani Lib. de Origine Mendorum.
(*h*) Vid. Chriſtoph. Auguſt. Heuman. in Via ad Hiſt. Liter. c. 3. n. 18.

Digitized by Google

in præfata Epiſtola, *ſplendorem noſtri Ordinis obſcuratum*, ob ſcilicet prævaricationes quorumdam membrorum; ſed cum addito *quodammodo*, ob nimirum vigilantiam Capitis, aliorumque zelum Dei habentium Prælatorum, ac potiſſimum B. Joannis a Parma, magni Zelatoris, atque digniſſimi ejuſdem Bonaventuræ Præceſſoris: quinimo, ipſomet teſte Bonaventura, *plurimi* NB. *plurimi reperiebantur qui non erant culpabiles*. (*a*) Unde Henricus Spondanus Mauleoſolenſis Appamiarum in Gallia Narbonenſi Epiſcopus loquens de hujuſmodi quorumdam Franciſcanorum corruptis moribus, jure longe æquiſſimo literis commendavit „ Sed „ aliquorum licentiam, cæterorum virtus, & pietas, atque obſervantia longe „ ſuperavit, ſuperatque: firmo permanente oraculo, quo dicitur Chriſtus S. „ Franciſco promiſiſſe, nunquam defuturos in ipſius Religione Viros, qui do„ ctrinæ vitæque exemplo aliis in Eccleſia tempore quantumlibet caliginoſo præ„ lucerent." Et inter hos cum primis laudat ipſummet D. Bonaventuram, utpote „ qui non ſolum moribus ita Seraphicum ſuum Patrem expreſſit, ut „ ejus virtutum hæres viſus fuerit; verum etiam univerſam Eccleſiam doctrina „ & miraculis illuſtravit." (*b*) Itidem obſervare non prætermittant, nequidem ipſam Chriſti ſanctiſſimam Eccleſiam, etiam Apoſtolorum temporibus, a quorumdam aberrationibus fuiſſe immunem, & vel tunc frumentum electum fuiſſe lolio commixtum; (*c*) ac inſuper addant, mirum haud eſſe, quod quidam in Ordine ampliſſimo ab antiqua inſtitutione, ac Regulæ rigore, ex humana fragilitate deſciverint. Tum notatu dignum quoque erit, irrepentes in Ordinem noſtrum abuſus fuiſſe etiam poſtea objectos, ac recenſitos in Clementina Exivi de Paradiſo; (*d*) ſed inibi ſubditur, quod *Communitas Fratrum, & ſpecialiter Rectores ipſius Ordinis aſſerebant, quod prædicta, ſeu plura ex ipſis in Ordine non fiebant. Et quod ſi qui reperiuntur rei in talibus, rigide puniuntur: nec non contra talia, ne fiant, ſunt facta pluries ab antiquo Statuta in Ordine multum ſtricta*. Et Alvarus Pelagius, quamvis Fratrum ejuſdem Ordinis, cujus ipſe erat, a primævo Inſtituto aber-

(*a*) Verba hæc notare debuiſſet etiam Claudius Fleury, qui hac D. Bonaventuræ Epiſtola ſcripta an. 1257. utitur ſuper Hiſt. Eccl. Diſc. 8. §. 10. ubi diſſerit *De relaxata Religioſorum Mendicantium diſciplina*. Qui etiam ibi §. 11. non videtur ſatis intellexiſſe D. Bonaventuram defendentem Fratres Minores renuntiaſſe omnem proprietatem. Non enim ſanctus Doctor proprietatem rerum, quas piorum Fidelium caritas largitur Fratribus Minoribus uſu conſumendas, defendit ſpectare ad Sedem Apoſtolicam, ut a Fleury dici poſſet *proprietas imaginaria, atque a Joanne XXII. refutata*; ſed ad dantes: quæ ſane tam vere eſt penes dantes, quam vere eas res, donec non fuerint uſu conſumptæ, ipſi dantes poſſunt libere revocare.

(*b*) In Annal. Eccleſiaſticor. Eminentiſſ. Card. Cæſar. Baron. Continuat. To. I. ad an. 1243. num. 8.

(*c*) Legatur 1. Epiſt. ad Corinthios ubi S. Apoſtolus cap. 1. inſectatur illorum ſchiſma, ejuſque radicem ſuccidit; ubi cap. 3. inſiſtit eorundem ſchiſmati componendo per ſubjectionem & unionem in Chriſto & Deo; cap. 4. ubi pergit in ſchiſmate, faſtu, & gloriatione ipſorum, ac præcipue Doctorum quorundam arrogantia evellendis; cap. 5. ubi tranſit a Corinthiorum ſchiſmate ad ſcandalum inceſtus ab eis in publico peccatore toleratum, jubens eundem excommunicari, & tradi Satanæ, mandans quoque quodlibet aliud peccati fermentum expurgari, neque inſontes Chriſtianos palam commiſceri Chriſtianis criminoſis; ubi cap. 6. ipſoſmet Corinthios arguit, quod lites inſtituerent coram judice Ethnico, eaſque ſubinde iniquas & injuſtas. Item Epiſt. 1. ad Timoth. cap. 1. teſtatur de quibuſdam, qui circa fidem naufragaverunt, ex quibus *Hymenæus & Alexander*, quos tradidit Satanæ, ut diſcerent non blaſphemare; & Epiſt. 2. ad eundem c. 1. averſos fuiſſe ab ipſo omnes, qui ex Aſia Romæ erant, ex quibus *Phigellus, & Hermogenes*; nec non Epiſt. ad Tit. cap. 1. multos tunc fuiſſe inobedientes, vaniloquos, & ſeductores, maxime qui de circumciſione erant, docentes, quæ non oportet turpis lucri gratia; ubi & Cretenſibus aptat illud Epimenidis eorum Poetæ: *Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri*. Videatur etiam Epiſt. S. Joannis 3. ubi ſermo eſt de *Diotrephis* ſuperbia, calumniis, & inhumanitate, ut alia brevitatis ergo miſſa faciam. Porro ſicut Apoſtolus juſſit inceſtuoſum Corinthium e cœtu Fidelium ejici; ita D. Bonaventura a communitate ſacri Collegii expelli Franciſcanæ Regulæ prævaricatorem, *ne dum crudeli miſericordia uni membro putrido parcitur, in totius corporis ſoſpitatem putrens corruptio diffundatur*, uti loquitur in alia Epiſt. quæ incipit: *Quoniam ad hoc potiſſimum &c.*

(*d*) Ibi Art. 6.

Digitized by Google

aberrationibus minime pepercerit, ſed eas merita cenſura mulctaverit; faſſus eſt tamen, quod *multi ſunt in illa Evangelica profeſſione ipſius puriſſimi obſervatores*: quodque *illa Communitas plus obſervat de paupertate & puritate Evangelica, quam regularis Communitas, quæ ſit in mundo.* (a) En ſpiritus Franciſcanæ Regulæ in potiori Ordinis parte ſemper ſervatus. Unde tantum abeſt, ut inibi Clemens V. P. M. propter infirma quædam illius membra, infirmum judicaverit, ac morte dignum, delendumque penitus de terra viventium univerſum Religionis Minoriticæ corpus, quamlibet in præcipua ejus parte ſanum; ut e contrario illud impenſe commendaverit, ceu de Catholica Chriſti Eccleſia optime meritum, ob videlicet *ubéres fructus, quos* (verba ſunt ejuſdem Clementis) *ex eorum exemplari vitæ, & ſalutari doctrina, toti univerſali Eccleſiæ cernimus provenire.* (b) Hæc duxerim neceſſario animadvertenda explodendi gratia Nuperum neſcio quem ſub larva *Itali* latitantem, qui bruto abreptus impetu, vel cæteris Ordinibus Mendicantibus exprobrat D. Bonaventuræ *Tractatum de Paupertate Chriſti*, & *Apologiam Pauperum*, quæ tamen Opuſcula videtur nec a limine ſalutaſſe, cum in illis ſanctus Doctor totus ſit, ut eoſdem Mendicantes Ordines, ac potiſſimum Franciſcanum, ſtrenue tueatur, ac pro eorum vindiciis, ceu pro aris focisque, depugnet. Et mirum eſt adeo ab eo magnificari Bonaventuræ teſtimonium, ubi reformandos mandat quorumdam ſuorum Fratrum depravatos mores; at nil penſi haberi, ubi ad id adjurat *per aſperſionem ſanguinis Crucifixi, & per Stigmata paſſionis ejus, quæ in ſacro Patris noſtri corpore indubitabili claritate fulſerunt*, (c) quæ tamen ipſe, Alcoraniſtarum hæreticorum more, impudentiſſime vocat *ſolenne ed indegna favola, sfacciata impoſtura*. Sed contra impia hæc, ac ſacrilega convicia, portentumque in ultimas terras deportandum, plura ſuo loco in hoc ipſo Volumine. Nunc unice in Italum, ſuique ſimiles Ordinum Religioſorum, præcipue Mendicantium Cenſores, qui eos dente maledico carpere, ac invido rodere conſueverunt, regerenda duxerim verba appoſiriſſima Senecæ „ Papulas obſervatis „ alienas, obſiti pluribus ulceribus. Hoc tale eſt, quale ſi quis pulcherrimo„ rum corporum nævos aut verrucas derideat, quem vera ſcabies depaſcitur.... „ Quin potius mala veſtra circumſpicitis, quæ vos ab omni parte confodiunt, „ alia graſſantia exſtrinſecus, alia in viſceribus ipſis ardentia? " (d) Nec non ea magni Auguſtini „ Fruges in agro, frumenta in area quærite: apparebunt „ facile, ſe ſeque offerent ipſa quærentibus. Quid nimis in purgamenta oculos intenditis? " (e) Tum illa ejuſdem alibi „ Sed veſtrum oculum ma„ levolus error in ſolam paleam noſtræ ſegetis ducit: nam & triticum ibi cito „ videretis, ſi & eſſe velletis. " (f)

XVI. Sic autem a me hoc Supplemento tandem abſoluto, quod confido fore, ut nemo dixerit ex *inſanabili* nimium multiplicandi Seraphici Doctoris noſtri Libros *cacoethe* (g) profectum; reliquum haud eſt, niſi ut quemadmodum D. ipſe Bonaventura ſancte proteſtatus eſt „ Si quid imperfectum, vel obſcu„ rum, vel ſuperfluum, vel minus rectum fuerit; venia occupationi, & brevi„ tati temporis, & pauperculæ ſcientiæ concedatur: ſi quid vero rectum, ſoli „ Deo honor & gloria referatur " (h) ita ego, qui coram eo nihil ſum, multo magis hæc ipſa repetam, finemque faciam verbis S. Gregorii Magni, quibus ſummam grandi ſuorum Moralium Operi manum imponens, concludit „ Ex-

„ pleto

(a) De Planctu Eccleſiæ L. 2. Art. 61. fol. m. 203. col. 3. Opus appellat *inſigne* Cardin. Bellarminus, & tanti feciſſe dicitur S. Antoninus, ut illud de manibus nunquam dimitteret. Vid. To. 7. Oper. Omn. Vener. Viri Joſephi Mariæ Thomaſii Cler. Regular. Card. Edit. Rom. 1754. pag. 1.
(b) In Prol. ejuſd. Clementinæ.
(c) In alia ejus Epiſtola, quæ incipit: *Quoniam ad hoc potiſſimum &c.*
(d) De Vi. bea. cap. 27.
(e) De Moribus Eccleſiæ cap. 35. num. 77.
(f) Lib. 5. contra Fauſt. Manich. cap. 11.
(g) Juvenal. Sat. 7. v. 21.
(h) Ad fin. ſuprad. Prol. Breviloq.

Digitized by Google

„ pleto itaque hoc Opere, ad me video esse redeundum. Multum quippe
„ mens nostra etiam cum recta loqui conatur, extra semetipsam spargitur. In-
„ tegritatem namque animi, dum cogitantur verba qualiter proferantur, quia
„ eum trahunt extrinsecus, minuunt. Igitur a publico locutionis redeundum
„ est ad curiam cordis: ut quasi in quodam concilio consultationis ad meipsum
„ discernendum convocem cogitationes mentis: quatenus ibi videam, ne aut incaute
„ mala, aut bona non bene dixerim. Tunc enim bene dicitur bonum, cum is qui
„ dicit, soli ei a quo accepit, per id appetit placere quod dicit. Et quidem ma-
„ la me aliqua etsi dixisse non invenio; tamen quia omnino non dixerim, non
„ defendo. Bona vero siqua Divinitus accipiens dixi, meo videlicet vitio mi-
„ nus me bene dixisse profiteor. Nam ad me intrinsecus rediens, postpositis
„ verborum foliis, postpositis sententiarum ramis, dum ipsam subtiliter radicem
„ meæ intentionis inspicio, Deo quidem ex ea me summopere placere voluisse
„ cognosco: sed eidem intentioni, qua Deo placere studeo, furtim se, nescio
„ quomodo, intentio humanæ laudis interserit. Quod cum jam postmodum,
„ tandemque discerno, invenio me aliter agere, quod scio me aliter inchoasse.
„ Sic etenim sæpe intentionem nostram, dum ante Dei oculos recte incipitur,
„ occulte subjuncta, & eam velut in itinere comprehendens, intentio humanæ
„ laudis assequitur: sicut pro necessitate cibus sumitur, sed in ipso esu dum
„ furtim gula subrepit, edendi delectatio permiscetur. Unde plerumque con-
„ tingit, ut refectionem corporis, quam salutis causa cœpimus, causa voluptā-
„ tis expleamus. Fatendum est igitur quod rectam quidem intentionem no-
„ stram, quæ Deo soli placere appetit, nonnumquam intentio minus recta,
„ quæ de donis Dei placere hominibus quærit, insidiando comitatur .....
„ Igitur quæso, ut quisquis hæc legerit, apud districtum judicem solatium mihi
„ suæ orationis impendat: & omne quod in me sordidum deprehendit, fletibus
„ diluat &c. " (a)

A P-

(a) Moral. Lib. 35. cap. 20. num. 49. Ed. Maur.

Digitized by Google

APPROBATIO.

EXimii Theologicorum dogmatum Magistri, simulque diserti Præconis Evangelicæ veritatis munus ingenti cum laude ac fructu objisse D. Bonaventuram memoriæ prodidit coævus B. Franciscus Fabrianensis: *Bonaventura*, inquit, *vir eloquentissimus fuit, mirabilis in intellectu sacræ paginæ, & totius S. Theologiæ, pulcherrimus sermocinator ad Clerum, & Prædicator ad populum, in cujus præsentia ubique terrarum omnis lingua silebat*. Et id quidem nostra ætate paucis contingere video, ut iidem utroque in genere laborent. Plerumque tum Theologus, tum Ecclesiastes suo studio delectatus contemnit alterum; unde fere fit, ut perpolita, & elegans, roboris tamen & succi expers multorum existat oratio. Beatus autem Bonaventura quantum in utroque profuerit, quæ olim vulgata sunt, quæve nunc e tenebris, in quibus disjecta delituerant, in lucem educuntur Opuscula, certam fidem facere valent. Neque vero a Bonaventura vehemens ex suggestu dicendi genus cultum fuisse, cuique mirum videatur, consideranti, quanta in eo fuerit ingenii vis, quanta explicandi res quasque facilitas, quanta eloquiorum Divinorum doctrina, quanta liberalium Artium cognitio, quanta scriptorum sacrorum, profanorumque evolutio, quanta demum morum innocentia, caritatisque perfectio jugi cœlestium Mysteriorum commentatione comparata: quod quidem si in Concionatore præcipuum esse dixerim, næ ego haud mentiar. Opportune mihi venit in mentem, quod inter alios commemorat Drexelius. Adfuerat aliquando B. Bonaventuræ publice dicenti B. Thomas Aquinas alterum illius ævi præclarissimum lumen, qui Bonaventuram rogat, quibus ille ex libris tot sermonis flores, tot legeres sententias, quas concionibus inspergeret; Librum confestim ostendit, nempe Jesum Christum, & hunc cruci affixum; Divinus hic codex, quem unum S. Paulus scire operæ pretium censuit, non manibus erat, sed osculis tritus, lacrymis non atramento notatus, ex eoque dicendi ac persuadendi vim, facultatemque omnem se sumere significavit. Ac sane pervolutentur Libri omnes, quos de humanis aut Divinis rebus exaravit, atque palam fiet, Divinum quem dixi Librum ei ante oculos fuisse positum, nec sine intimo quodam sensu unquam dolorum meminisse, quos Christus nostra causa pertulit in cruce. Unde id argumenti aliquot etiam Libris peculiariter est persecutus, quibus studio operaque doctissimi Editoris nunc accessio Opusculi *De Planctu Passionis Christi* facta est, cujus verus auctor hactenus ignorabatur. In eo pissimus Bonaventura se dolore ac amore vehementer exuri ostendit, nec aliud versare animo, quam acerbissimos Jesu Christi cruciatus ac necem longe probrosissimam, virtutum tamen omnium splendore nobilitatam. Hinc totus Mysterio Dominicæ Crucis imbutus, seu ut ejusdem verbis utar, quibus de Seraphico Patre, quem imitari studuit, Francisco in Vita Minore n. 4. loquitur, *incendio dilectionis adustus, & absynthio compassionis impletus*, Lectoris animum alterno doloris, amorisque ardore inflammat, universam Christi vitam, in primisque mortem nobis non modo exactissime cognoscendam, verum etiam, quoad fieri potest, perfectissime imitandam proponit: quæ tria in Libello nuperrime detecto, quem de Arte concionandi scripsit, exempli causa ponit, edisserens illud Petri I. c. 2. *Christus passus est pro nobis, nobis relinquens exemplum, ut sequamur vestigia ejus, ut per meditationem*, ait, *illuminetur intellectus, per compassionem inflammetur affectus, & per imitationem exerceatur effectus*. Tam alta mente manebat reposita mors Christi peracerba, ut nullam de illa differendi occasionem prætermitteret. Obiter hic perspicere licet, uberem in memorato Libello segetem, ac materiam dicendi sacris Oratoribus parari, ut in omni concionum genere thema, ac divisionem tripartitam habeant in promptu, quæ postea confirmare, amplificare, atque exornare haud erit operosum: nec aliis utilissimis carerent adjumentis, si posterior pars operis aut hominum incuria, aut temporum injuria non intercidisset. Sed redeo ad S. Doctoris eloquentiam Divinam potius quam humanam, cujus illustre specimen dedit in sermone, quem de Laude Mellisui Nominis Jesu Christi Domini Nostri habuit. Sermonem hunc amplissimum seu mavis Opusculum dum attente relego, de Bonaventura verius affirmare mihi posse videor, quod de Nestore dictum legimus: *Ex ejus ore melle dulcior fluit oratio*. Nihil enim dulcius, nihil amabilius, nihil ardentius potest desiderari; ut plane vir Sanctissimus dicendi copia, & sententiarum ubertate seipsum superaverit. Verum mihi mirum non accidit: cum in eo argumento versaretur oratio, quod in deliciis habuit maxime, reque ipsa quod B.

Digitized by Google

Thomæ ſibi intima familiaritate conjuncto dediſſe reſponſum memorāvi, luculenter comproba-vit. Si enim ex Horatio:

cui lecta potenter erit res,
nec facundia deſeret hunc, nec lucidus ordo;

num eloquentiæ flumen de laudibus SS. Nominis Jeſu verba facienti deeſſe potuit, qui dulciſſimum Nomen mente diu, noctuque revolvere, crebris ſermonibus uſurpare, illiuſque amorem, & reverentiam aliorum animis indere ſolebat; & quod caput eſt, ipſum Jeſum cordi inſitum habebat, a quo cœleſtibus Diſciplinis imbuebatur? Hinc quantum conjectura conſequi poſſumus, eo auctore ſpecialis Sanctiſſimi Nominis cultus in Franciſcanam Societatem, quam ſanctiſſime duodeviginti annis adminiſtravit, videtur promanaſſe, quem poſtea S. Bernardinus Senenſis longe lateque propagavit, ac S. Joannes Capiſtranus ad Taurunum Divina eloquentia effecit, ut virtute hujuſce Nominis de innumeris Turcarum copiis victoriam Chriſtianus Miles reportaret, quemadmodum Eccleſiaſticis monumentis proditum eſt. Nec minus ſe diſertum, ac ſapientem oſtendit in tot, tantiſque, quos de Euchariſtia luculente ſcripſit, Sermonibus, Vir ſummæ demiſſionis, ac ſingularis erga Auguſtiſſimum Sacramentum pietatis, atque ardoris, dignatus propterea cœleſti dape ſupernis ab ſpiritibus delata, dum ſubmiſſo ac ſupplice animo ab altari removiſſet ſeſe. At ne æquo ſim longior, de his ſatis.

Interea Viro celebratiſſimo gratulor, qui Bonaventurianam Editionem non modo multis Opuſculis ditavit, verum etiam notis atque animadverſionibus munivit, quibus haud pauca Franciſcanæ Hiſtoriæ capita illuſtrantur, & quorumdam inanium Scriptorum, non tam ab Inſtituto noſtro, quam a Religione Chriſtiana abhorrentium, intoleranda ſuperbia ac inſolentia retunditur.

Mihi autem gaudeo oblatam eſſe occaſionem proficiendi lectione Seraphici Doctoris, quem magni ſemper feci; & poſtquam noſtra ætas in apricum protulit copioſa excellentis ingenii, omnigenæque Doctrinæ monumenta, facio maximi, & ſummis cum Viris merito comparandum cenſeo, qui Chriſtianæ Reipublicæ ſuſceptis graviſſimis laboribus, vitæ exemplis, doctrinæ præſtantia mirifice profuerunt. Id unum ſupereſt, ut qui Supplementum auſpicato abſolvit, ac perpolivit, manum novæ Operis univerſi admoveat moliendæ Editioni; quod quidem illi omnia jam animo complectenti haud erit difficile, nobis vero proficuum, atque jucundum.

Datum Tridenti ex Cœnobio S. Franciſci Kalendis Januarii A. MDCCLXXIV.

Fr. Franciſcus Joannes de Deo Staidelius
O. M. C. Theologus.

IMPRI-

Digitized by Google

ATTENTA APPROBATIONE

IMPRIMATUR.

Signatum die 10. *Februarii* 1774.

FRANCISCUS ANTONIUS REDOLFI PROV. GENER.

Digitized by Google

SYLLABUS CONTENTORUM

In hoc Tertio Volumine Supplementi Operum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ.

PARS PRIMA.

	Col.
De Vite Mystica.	5.
Arbores de Vitiis & Virtutibus.	225.
De Humilitate.	228.
De Tribus Virtutibus.	245.
Orationes diversæ.	254.
Paraphrasis Ascetica Dominicæ Orationis.	268.
Expositio ejusdem brevior.	284.
Meditatio super Salutatione Angelica.	287.
Meditatio sive de Regimine Animæ.	298.
De Silentio ad quamdam Sanctimonialem.	306.
Ordinarium Vitæ Religiosæ.	313.
Mandata cuidam Fratri Juveni tradita.	334.
Cautelæ ad Castitatem servandam.	338.
De Humano Judicio.	340.
De Decem Præceptis.	344.

PARS SECUNDA:

	Col.
Ars Concionandi.	385.
Sermones de Septem Donis Spiritus Sancti.	418.
Sermones de Laude Melliflui Nominis D. N. J. C.	495.
Sermones de Diversis.	611.
Sermones de Eucharistia.	756.
Sermo Singularis de Corpore Christi.	952.

PARS TERTIA:

	Col.
Legenda S. Claræ.	985.
Lectiones in Festo S. Claræ.	1050.
Legenda Minor S. Francisci.	1064.
Lectiones de Canonizatione, & Translatione ejusdem.	1117.
Epistolæ.	1131.
Rhythmica, & Leonina Carmina.	1158.



SE-

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
TRACTATUS DE VITE MYSTICA,
SIVE
PLANCTUS DE PASSIONE DOMINI.

ADMONITIO.

Ametsi ex una parte duo minime suspectæ fidei MSS. *Codd. de hoc* Tractatu Fr. Bonaventuræ Card. Ord. Minorum *testimonium perhibeant, nempe* Gottvvicensis, *&* Vindobonensis, *sive* Viennensis, *ex alia vero* Matth. 18. 16. in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: *nihilo tamen minus hæc minime satis mihi fuissent ad ipsum sub nomine* S. Bonaventuræ *vulgandum, qui olim* S. Bernardi *nomen præferebat, ni ipsimet* S. Bernardo *nedum a* Bellarmino, *&* Labbeo, *sed & a* Joanne Mabillonio *fuisset abjudicatus, atque alteri* Auctori pio, nec indocto, nec ineleganti, *ab eodem adjudicatus. Quod ipsum itidem noviſſime ratum habuit* Camillus Blasius Auximanus. *Cui autem, ni meus me fallat animus, adserendum alteri, quam secundum memoratos Codices* Sancto Bonaventuræ, *equidem* Auctori pio, nec indocto, nec ineleganti? *Difficile fuerit invenire alterum verisimiliorem* Auctorem, *sive spectes ubertatem Divinarum Scripturarum, sive compassionem Passionis Christi, sive studium illius libri Vitæ, Seraphicumque erga Crucifixum amorem, sive devotissimum animum erga Beatissimam Christi Matrem, sive rite instituendarum sacrarum Virginum ardentissimum zelum, sive, ut alia reticeam, morem plura ex Patribus desumendi, ac etiam Poetarum dicta plura interserendi; quæ singulatim in aliis a* S. Bonaventura *reperire facile quidem fuerit; universe autem, sicut in hoc* Tractatu *collecta relucent, non ita. Quam enim apud* Bernardum *insolitæ Carminum allegationes, tam apud* Bonaventuram *passim usitatæ. Difficile, inquam, fuerit retegere alium, cui hic* Tractatus de Passione Domini *apprime conveniat, sicut ipsi Bonaventuræ, de quo testantur* Ordinis Minorum S. Francisci Chronica 2. P. L. 2. c. 2. Omnium præcipuum, cui studebat, & ex quo ubertatem doctrinæ derivabat suæ, Librum fuisse Crucifixum, ejusque Passionem. *Unde in ejus* Vita ad Sixtum V. P. M. scripta a Petro Galesinio Prot. Apost. Cap. 8. *de ipsiusmet doctrina, doctrinaque fonte memo-*

Digitized by Google

memoriæ proditum eſt: Hanc ſane præcellentis doctrinæ non modo vim, ſed copiam in eo Pariſiis cum S. Thomas animadverteret, ſimul ac admiraretur; ipſum convenit, a quo ſibi Bibliothecam oſtendi petiit, ut libros conquireret, unde tam multiplicem, atque adeo magnam eruditionis ubertatem hauriret. Is vero Chriſti Domini, cruci affixi imaginem demonſtravit: e quo fonte uberrimo ſe accipere profeſſus eſt, quidquid vel legeret, vel ſcriberet.

At heic percontari lubet, cur hujuſmodi Tractatus *baclenus geſſerit* S. Bernardi *nomen? Quantum capio, quantum ſapio, in cauſſa fuiſſe ſuſpicor figlam* B. *in aliis MSS. inventam, quæ ita potuit imperitis librariis fucum facere, ut quæ noſtrum* Bonaventuram *indicabat, videretur potius iiſdem, ob ingentem nominis celebritatem*, Bernardum *ſignificare. Ex eadem figla* B. *ortum puto, cur etiam Opuſculum* De inſtitutione Novitiorum *fuerit eidem* S. Bernardo *ſuppoſitum ſub titulo* De honeſtate vitæ, *atque Romanis typis an.* 1594. *vulgatum a* Gerardo Voſſio, Præpoſito Tungrenſi, *quod laud.* Mabillonius *jure ac merito ad ſuppoſititia rejecit, ut in* Prodromo *admonui* col. 615. *Illi vero qui ita prædictam figlam ſunt interpretati, eo facilius in hujuſmodi deceptionem adduci potuere quoad* Tractatum, *de quo in præſentia ſermo eſt, quod non ſatis animum adverterint ſuum, nec ad illud quod habetur Cap.* 17. *num.* 53. *quod ſcilicet hic* Auctor Sermonem de parvis, *ſive* de parvulis conſcripſerit, *qui potius* Bonaventura, *quam* Bernardus, *fuiſſe videtur; nec ad hoc quod præſens* Tractatus *contextus ſit inſtar Arboris, ſicut* Lignum Vitæ S. Bonaventuræ, *atque directus ad ſacras Virgines caſte ſancteque informandas, ſicut ejuſdem* S. Bonaventuræ *Opuſculum* De perfectione Vitæ ad Sorores; *nec ad illud, quo ſe dicit ab ipſomet exordio* Miniſtrum humilem, *quemadmodum* S. Bonaventura Miniſter Minorum *fuit, & ſe quoque talem* in Prologo Itinerarii mentis in Deum *agnoſcens, & inſuper vocans* peccatorem, & per omnia indignum, *ſicque more* S. P. Franciſci, *prout refert in ejus* Legenda cap. 6., ſtudens, tanquam Chriſti diſcipulus, in oculis ſuis, & aliorum vileſcere; *neque ad* tempora, *quæ Cap.* 24. *n.* 80. *vocat* noſtra, *quæve ait,* tot Virginum liliis redimiri, *& n.* 81. clauſtris virginalibus repleri, *ſecundum quod ipſe quoque teſtatur cum in* d. Leg. S. Franciſci cap. 4. *tum etiam in* Leg. S. Claræ cap. 2. n. 11. & ſeq.; *ac nequidem ad alia multa pro re nata ad calcem infra adnotanda, ejuſdem* Seraphici Doctoris *doctrinæ, ſtilo, ac indoli omnino conſentanea.*

Quæ quidem omnia ſiquis rite perpenderit, ſpero fore, ut præfatorum Codicum Germanorum fidem minime ut ſubleſtam rejiciat, ſed ut ſatis munitam admittat: eo vel maxime quia ex ipſis conjectare fas eſt, quod ſicut S. Bonaventura *ſcripſiſſe videtur ſupradictum Opuſculum* de perfectione vitæ *ad informandas ſacras Virgines inſtitutum* S. Claræ, *ad exemplum* B. Agnetis, *ejuſdem* S. Claræ *germanæ Sororis, ſequentes, ac paſſim in Italia* profitentes; *nec non aliud* de regimine animæ ad Chriſti ancillam, *nempe ad* B. Iſabellam, *ſive* Eliſabetham, Blancæ Reginæ Francorum filiam, ac Monaſterii Clariſſarum Longi-Campi in Gallia Fundatricem: *ita haud veriſimilitudine careat, literis quoque conſignaſſe ſequentem* Tractatum *pro edocendis ſacris Virginibus, ad illuſtre exemplum alterius* B. Agnetis Clariſſæ Bohemorum Regis Filiæ, *per diverſos in Germania Ordines mirifice propagatis. Ait quippe* Auctor *infra Cap.* 32. *num.* 117. Hæc autem per quemdam exceſſum de flore lilii ſpiritualis, quo præcipue floret vitis & vita Dominus Jeſus, in gratiam Virginum, ad quarum notitiam hunc Tractatum credimus venturum, diligentius tractare ſtuduimus: ut hic inveniant compendioſe, & facilius memoriæ commendent, tanto avidius legendo, quanto brevius, quod ab aliis Sanctis Patribus diffuſius eſt tractatum, & multis gravibus diſputationibus aggravatum, quod propter difficultatem a ſimplicium Virginum ſimplici intellectu non poteſt comprehendi. *Quam vero celebre fuerit in Germania nomen* D. Bonaventuræ *teſtantur Literæ* Henrici de Iſernia *Notarii, ſive ab Epiſtolis, & Secretis* Ottocari Bohemiæ Regis, *Patris laudatæ* B. Agnetis, *de quibus Literis in* Prodromo col. 57. ac ſeq.

Quod vero ſpectat ad præfatos Codd. Gottvvicenſem, & Vindobonenſem, *exemplum primi, licet mancum, ſicut mancus eſt Codex ille, mihi obtinuit de me optime meritus* Cl. P. Corbinianus Luydl *ab eruditiſſimo* P. Urbano Schaukögl Priore Gott-

Digitized by Google

Gottvvicenſi; *ſecundi autem ſingularis humanitas* A. R. P. Cypriani Palm Miniſtri Provincialis Auſtriæ, *qui eum adcurate deſcribendum commiſit erudito doctoque* P. Ezechieli Krahn *Bibliothecæ Viennenſi S. Hieronymi Præpoſito, mihique, uti fecit, liberaliſſime communicandum. Secundus hic Codex* Vindobon. *deſinit in Cap.* 44.; *& in utroque Cod. tam* Gottvvicenſi, *quam* Vindobonenſi *alia plura deſiderantur, in ſuis quæque locis infra notanda. Et ſicut ſtili doctrinæque ſimilitudo neutiquam ſinit, ut credam omnia, quæ inibi deſunt, puras putaſque alienæ manus acceſſiones, interpolationeſque; ita de nullo in editis multo amplioribus facto extrario additamento teſtari minime poſſum. Nec infirmat fidem hujus* Bonaventuriani Tractatus, *quod multo auctior ac differentior ſit in editis, quam in MSS. Codicibus; ſicut minime officit* Bonaventuriano Libro de decem Præceptis, *quod in Cod.* Cortonenſi *multo diſſimilior contractiorque quam in editis* Sermonibus de decem Præceptis *habeatur. Neque ex eo, quod ex hoc* Tractatu *ſint excerptæ* Lectiones ſecundi Nocturni Fer. ſextæ poſt Octavam Corporis Chriſti in Feſto SS. Cordis D. N. J. C. *ſub nomine S.* Bernardi Abbatis, *inde conficias, reapſe ejus eſſe; aut in animum inducas tuum, ſecundum eaſdem* objectum Feſti SS. Cordis *eſſe ponus* materiale cor carneum, *quam* cor Jeſu ſymbolicum, myſticum, & ſpirituale, *adeoque præfatas* Lectiones *aſſeri neutiquam poſſe S.* Bonaventuræ. *Neque ad duo hæc jam plene reſpondit ſupra laudatus* Vir Cl. Camillus Blaſius Diſſertat. Commonit. de Feſto Cordis Jeſu cap. 61. pag. 227. not. *a. Ad primum quidem ibi animadvertens illud ipſum, quod nos ſupra monuimus, nimirum:* Editio Maurina Cl. Mabillon. Pariſiis An. 1690. hæc præficit laudato Sermoni: Non eſt S. Bernardi, ſed cujuſdam Auctoris pii, nec indocti, nec inelegantis. *Ad ſecundum autem* pag. 228. Auctor Sermonis de Paſſione, aliique ſanctiſſimi Viri, inter quos eſto, per me licet, etiam S. Bernardus (*ego dixerim, inter quos* S. Bonaventura) non eam fovent poſitionem cordis cum mixtura carnis, ac ſpiritus, unde ſtatui queat objectum cultus in corde carnali; ſed ex oppoſito illud unum perficere ſtudent, ut a corde carnali ad ſpirituale veniatur, quod non eſt ſicut illud Dominici pars corporis, ſed charitas ipſa totius Chriſti. *Ita ille ad juſtas vindicias Auctoris, quicunque demum fuerit, quem ego ſecundum ſupradictos Codd.* Gottvvic. & Vindob. *nunc primum exhibeo* Bonaventuram, *eumque in notis comprobabo. Sic quoque corruit auctoritas* primæ & ſecundæ Lectionis ſecundi Nocturni in Feſto ſacr. Quinque Vulner. D. N. J. C. Fer. Sex. poſt Dom. Sexageſ. *quibus præmittitur:* De Sermone S. Bernardi Abbatis. Lib. 1. de Paſſione Domini cap. 41. *Profecto tam hic titulus nihil evincit, quam non evincit eſſe reapſe* Bernardi Lectionem tertiam ſecundi Nocturni d. Feſti, *tametſi ei præficiatur:* Ex eodem Bernardo Sermone de Paſſione Domini. *Quandoquidem & hunc Sermonem inter Suppoſititia* Bernardi *rejicit* Mabillonius *cum hac cenſura:* Sermo de Vita & Paſſione Domini S. Anſelmo tribuitur a Trithemio, Bellarmino, & aliis ſub titulo, STIMULUS AMORIS. Certe Bernardi ſtilum non ſapit, nec reperitur in antiquis MSS., nec in prima Editione Lugdunenſi ſub nomine Bernardi. *Demum animadverto, hunc* Tractatum De Paſſione Domini *ſecundum Cod.* Vindobon. *non conſtare capitibus; ſed potius duplici parte, quarum prior tantum extendi poſſe videtur hoc uſque ad finem capitis tertii, ibi enim concluſio fit per* AMEN: *ſecunda vero hoc uſque ad cap.* 44. *in fine num.* 152., *inibi enim eſt* EXPLICIT *in eodem Cod.* Vindobon. *Quæ autem reliqua ſunt in hoc* Tractatu, *poſſunt ad tertiam ejus partem referri. Nanque incredibile haud apparet,* D. Bonaventuram *ob plurimas Præfecturæ Generalis curas deſiiſſe inibi ulterius ſcribere, ſicut in d.* Codice *legere eſt; ac ita imperfectum illum reliquiſſe: tum in majori otio ſummam eidem, etiam per tertiæ partis additamentum, ſicut hoc eſt, impoſuiſſe manum. Et quia in eodem Codice talis* Tractatus De Paſſione *contractior eſt, dici poſſe videtur verbis* Petri Rodulphi Toſſinianenſis *in noſtro* Prodr. col. 276. Compendium Paſſionis Chriſti; *præſens vero multo fuſior, ejuſdem verbis vocari* Tractatus de Paſſione Chriſti: *nec non propter præfatas tres partes, videntur poſſe quoque nuncupari una cum* Jacobo Philippo Bergomenſi, a D. Bonaventura *ſcripti* De Paſſione Domini pulchre Libri tres. *Haud ſum immemor in* Catalogo Joannis Trithemii *recenſeri* De Paſſione Domini Libros tres. Currite gentes undique;

Digitized by Google

que; *ſed & ſcio* Stimulum Amoris, *qui itidem in tres partes dividitur, ac ita incipit, non eſſe* Bonaventuræ, *ſi plura ex eodem deſumpta exceperis: nec illi quadrare ró* pulchre, *ſicut præſenti* Tractatui; *neque in tribus ejus partibus agi* De Paſſione, *ſed in prima duntaxat. Ut ut tamen ſit de hujuſmodi conjecturis, illud ex laudatis Nomenclatoribus patet, fuiſſe iiſdem perſuaſum* D. Bonaventuram De Paſſione Domini *ſcripſiſſe, & quidem* pulchre. *Atqui* Stimulum amoris *nec* pulchre, *neque ullo modo* D. Bonaventura ſcripſit: *ergo hunc potius ſcripſiſſe dicendus eſt.*

His præmiſſis, ecce elenchus omnium, quæ ſequens Tractatus de Paſſione Domini *complectitur, uti eſt in* Edit. Venet. ad ſignum Spei 1549.

„ In Prologo Operis totius telam orditur ab oratione.
„ Chriſtum Jeſum veram eſſe vitem — Cap. 1.
„ De præciſione vitis. — 2.
„ De circumfoſſione vitis. — 3.
„ De vinculis quibus illigatur vitis. — 4.
„ De cultura & ſpecioſitate vitis. — 5.
„ De foliis vitis in genere. — 6.
„ De umbra foliorum vitis. — 7.
„ De ſeptem foliis ſpeciatim, ac primum de primo. — 8.
„ De ſecundo folio. — 9.
„ De tertio folio. — 10.
„ De tribus verbulis caritatis. — 11.
„ De quarto folio. — 12.
„ De quinto folio. — 13.
„ De ſexto folio. — 14.
„ De ſeptimo folio. — 15.
„ De jucunditate florum. — 16.
„ De flore humilitatis. — 17.
„ De florente lilio caſtitatis. — 18.
„ De radice lilii. — 19.
„ De trunco & iis quæ ad lilia caſtitatis requiruntur. — 20.
„ De rectitudine lilii. — 21.
„ De fortitudine trunci. — 22.
„ De vermibus truncum arrodentibus. — 23.
„ De longitudine trunci. — 24.
„ De foliis circa truncum. — 25.
„ De novo Cantico. — 26.
„ De foliis juxta terram. — 27.
„ De contemplatione floris lilii noſtri. — 28.
„ Lilii flos terram verſus inclinandus eſt. — 29.
„ De numero foliorum lilii noſtri. — 30.
„ De tribus commodis Virginibus acceſſuris in futura vita. — 31.
„ De ſex operibus caritatis erga proximum. — 32.
„ De roſa rubente & ardente. — 33.
„ De roſa caritatis. — 34.
„ De roſa paſſionis. — 35.
„ De ſeptem effuſionum ſanguinis Jeſu Chriſti omnium prima. — 36.
„ De ſecunda effuſione ſanguinis. — 37.
„ De tertia effuſione ſanguinis. — 38.
„ De quarta effuſione ſanguinis. — 39.
„ De quinta effuſione ſanguinis. — 40.
„ De ſexta & ſeptima effuſione ſanguinis. — 41.
„ De croco abſtinentiæ vitis noſtræ. — 42.
„ De odore florum vitis noſtræ. — 43.
„ Quam expetendi veniant flores in vite noſtra. — 44.
„ De odore florum. — 45.
„ De fructu vitis noſtræ. — 46.

I N-

Digitized by Google

INCIPIT PROLOGUS. (a)

Joan. 15. 1. EGo *ſum vitis vera*. (b) Jeſu benigne, vitis vera (c), lignum Gen. 2. 9. vitæ, quod eſt in medio paradiſi (d); Domine Jeſu Chriſte, cujus folia ſunt in medicinam, fructus vero in vitam æternam (e); benedicte (f) flos ſimul & fructus Virginis; benedicte Unigenite Matris caſtiſſimæ (g), ſine quo nullus ſapit: quia tu es æterni Patris Sapientia, mentem Eccli 15. 3. debilem & aridam (h) panę intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris dignare reficere, ut tę clave David (i), aperiente, mihi reſerentur obſcura (k); & te, Isa. 22. 22. o vera lux, radiante, tenebroſa pandantur: ut per me Miniſtrum humilem (l), temetipſo manifeſtante & elucidante, loquentes ſimul & audientes (m) Joan. 1. 9. vitam habeamus ſempiternam (n). Amen. (o)

CAPUT I.

De proprietatibus vitis. (p)

1. *Ego ſum vitis vera.* Ipſo Domino Jeſu Chriſto adjuvante, videamus quaſdam proprietates vitis terreſtris, in quibus etiam illius ſupercœleſtis (q) vitis proprietates notare (r) poſſimus. Nec tantum ea, quæ naturaliter inſunt viti, ſed etiam ea, quæ exterius ad culturam ejuſdem adhibentur, conſideremus. Et primo conſiderandum occurrit (s), quod plantari ſolet vitis, & non ſeminari, translata (t) de ſua vite primaria (u). Quod ad conceptionem Jeſu mihi pertinere videtur. Vitis enim primo nata de vite, eſt Deus genitus de Deo, Filius (x) de Patre, coæternus & conſubſtantialis ei, de quo eſt (y). Sed ut ma- *Ibi.*

Vitis plantatur, non ſeminatur, ita Chriſtus.

(a) Al. ſcilicet in Edit. Pariſien. 1719. tertiis curis D. Johannis Mabillon, Presbyteri & Monachi Benedictini e Congregatione S. Mauri: *Proœmium*. Ut ſupra Cod. Gottvvic. Vindobon. autem: *Incipit Planctus Bonaventuræ de Paſſione Domini*.

(b) Sic exordiri conſuevit aliquo Divinæ Scripturæ textu alios quoque Prologos, Proœmia, ſive Præfationes D. Bonaventura. In d. Mabillon. Edit. heic ſine hoc themate. Sed cum hoc themate uterque Cod. Gottvvic. & Vindobon.

(c) Gottvvic. *Jeſu benigna vitis veni.* Vindobon. *O Jeſu mitis veni.*

(d) Sic in Princip. ſacr. Scriptur.; nec non Serm. ſive Collat. 1. in Hexaem., ac Comment. in Apocal. c. 2. ſub v. 7. Al. *quod in medio paradiſi ſitum eſt.*

(e) Similiter in Præfat. Ligni vitæ.

(f) Al. *benedictus.*

(g) Al. *flos & fructus Virginis Matris caſtiſſimæ.* Ut ſupra autem & in Codd. MSS.

(h) *Mentem ſuam debilem & aridam* præ grandi modeſtia ſua agnoſcit quoque in Prol. de perfect. vit. ad Soror. dum humillime confitetur, quod in ipſo *nec devotio intus ardeat, nec ſcientia ſuffragetur.* Unde etiam in fine Epiſtolæ viginti quinque Memorialia continentis, ſcriptæque ad quemdam Fratrem nomine *Petrum*, ſe ejus orationibus devotis commendat velut *aridum & verboſum potius, quam devotum.*

(i) Al. *o clavis David.*

(k) De hac *clave aperiente ſacramenta myſteriorum*, Comment. in Apocal. cap. 3. v. 7.

(l) Hanc ergo videtur ipſemet D. Bonaventura vitem myſticam deſcripſiſſe, poſteaquam fuit *ſeptimus generali Fratrum miniſterio* præfectus; ut loquitur in Prol. Itinerar. ubi itidem adeo humiliat ſe ſe, ut ſe *peccatorem, & per omnia indignum* agnoſcat. Scripſerat ipſe quoque Expoſit. in Reg. Fratrum Minor. cap. 4. *Miniſterium dicit humilitatem*, nec non ibi cap. 10. „ Miniſtri informantur ad humilitatem, ut ſe „ quaſi ſervos imaginentur Fratrum aliorum „ eſſe. Et omnia verba imperium reſonantia „ fileant, & facta dominatum prætendentia de„ ferant, exemplo illius qui dixit: *Qui major „ eſt in vobis, fiat ſicut minor, & qui præceſſor „ ſicut miniſtrator.*“ Et quia hunc ſcripſit *Tractatum in gratiam Virginum*, quo nomine intelliguntur quoque Clariſſæ, quibus ipſe præerat; hinc mirum non eſt, ſi ſe, earum præcipue reſpectu, *Miniſtrum* vocaverit.

(m) Al. *videntes*; ſed ut ſupra MSS.

(n) Sic MSS. Al. *æternam*.

(o) Similem orationis ſpeciem Doctor noſter longe devotiſſimus præmiſit in Proœm. Breviloq., & in Prol. Soliloq., nec non in Prol. de laude melliflui Nominis D. N. J. C.

(p) Al. *Chriſtum Jeſum eſſe veram vitem.*

(q) Phraſis Bonaventuriana; at in Cod. Gottvvic. *cœleſtis.*

(r) Al. *nominare.*

(s) Vindobon. *accurate.*

(t) Gottvvic. *tranſplantata.*

(u) Al. *nec tantum ea, quæ exterius ad culturam eidem exhibentur, conſideremus. Et primo quidem, quod plantari ſolet vitis in terra, non ſeminari, translata de ſua vite.*

(x) Vindobon. *Deus de Deo, unigenitus Filius.*

(y) Al. *de qua genitus eſt.* Et ut ſupra paſſim D. Bonav.

Digitized by Google

majorem faceret fructum, plantatus est in terra, id est, in Virgine Maria (*a*) conceptus, factus quod non erat, manens quod erat (*b*). Benedicta terra hæc, omnium gentium proferens benedictionem. Vere benedicta, quæ Deo dante benignitatem, tam benedictum protulit fructum (*c*). Hæc est terra, de qua scriptum est: *Terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur a fonte ascendente a* (*d*) *paradiso* (*e*). Terra quippe hæc non accepit operationem humanam, ut conciperetur in ea Filius Dei; sed aqua Spiritus sancti irrigata fuit. Ita enim legitur (*f*): *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi* (*g*). Rursum de hac terra scriptum est: *Aperiatur terra, & germinet* (*b*) *Salvatorem*. Aperta quippe fuit eadem terra, beata videlicet Virgo Maria per fidem credens, & obediens verbis Angeli (*i*): germinavitque vitem salutarem, scilicet Salvatorem (*k*) nostrum æternæ vitæ præmia largientem (*l*). Hac itaque vite nostra in lucem edita, quædam proprietates culturæ vitis attinentes adhibitæ sunt (*m*).

Aug. in Jo. Ev. Tract. 80. n. 2.

Ps. 84. 13.

Gen. 2. 5. ac seq.

Luc. 1. 35.

Isa. 45. 8.

CAPUT II.

De præcisione vitis. (*n*)

2. Solet enim vitis fructifera præcidi, quod (*o*) & corporaliter, & figurative accipi potest. Circumcisus enim fuit Dominus noster Jesus Christus (*p*): non quod hac circumcisione indigeret (*q*), quæ in antiquis Patribus delebat originale peccatum, sicut baptismus in nobis (*r*). Nil enim peccato originali per concupiscentiæ vitium contracto debebat, quia sine omni concupiscentia carnali conceptus erat; sed ne legem, quam ipse dederat, solvere videretur (*s*). Moraliter vero docens nos oportere non ægre ferre, si quando pœnas peccati patimur, quod in nobismetipsis non recognoscimus, cum ipse peccatorum purgator non fuerit dedignatus pro nobis subire remedium peccatorum (*t*). Consolemur ergo dolores nostros, qui nequaquam sine peccato sumus, doloribus illius, qui non pro se, sed pro nobis doluit & vulneratus est, non pro se, sed ut nostris vulneribus mederetur (*u*). Vide quantum ad suscipiendos dolores festinavit, quam paratus & promptus sanguinem effundere. Circumcisus pro nobis die nativitatis suæ octavo (*x*). Utinam nos saltem & anno octavo nonnihil pro Domino pateremur. Sed quid dicimus? cum plures inveniamus, & post octo plantatos (*y*), vel post octoginta annos, cum naturaliter erit eorum labor & dolor, nec voluntate sal-

Vitis præcisio, Christi circumcisio.

Matth. 5. 17.

Innocenter patientium solatium in Christo.

Isa. 53. 4.

Luc. 2. 21.

Ps. 89. 10.

tem

(*a*) Ita Comment. in c. 3. sub v. 2. & in c. 18. sub v. 1. Apocal. & Expos. in Psalter. Ps. 66. &c.

(*b*) Sic Ecclesia in Festo Circumcis. Antiph. ad Benedictus: *Id quod fuit permansit, & quod non erat assumpsit*. Et ut supra, repetit quoque infra cap. 45. num. 158. Unde apparet idem totius hujus Tractatus auctor, ut ut contractior in MSS. habeatur.

(*c*) Expos. in cap. 1. S. Luc.

(*d*) Ita ambo Codd. Gottvvic. & Vindobon. Al. *de*.

(*e*) Vulg. *Homo non erat qui operaretur terram, sed fons ascendebat a terra irrigans universam superficiem terræ.*

(*f*) Al. *legis*.

(*g*) Sic D. Bonav. Expos. in Psalter. Psal. 66. in fine.

(*h*) Al. *germinabit*.

(*i*) Al. *quippe fuit per fidem, credens & obediens Angelo*.

(*k*) Al. *vitam salutarem, salvatorem*.

(*l*) Ita suis Opusculis ac Operibus interserere laudes B. M. V. apud D. Bona. nihil frequentius.

(*m*) Postrema hæc in Gottvvic. spectant ad init. mox seq. Cap. Vindobon. capitulis caret.

(*n*) Al. additur: *sive de variis mysteriis ad statum exinanitionis Christi spectantibus*.

(*o*) In Vindobon. heic additur *in proposito rursum*.

(*p*) Al. tantum *Jesus*.

(*q*) Al. *egeret*.

(*r*) 4. Dist. 1. Par. 2. Dub. 2. *Sicut baptismus digne suscipientem mundat ab originali, sic circumcisio*. Monet tamen ibi Art. 2. Q. 3. in concl. *quod in circumcisione dabatur gratia parvula respectu ejus, quæ datur in baptismo*. In Gottvvic. autem & Vindobon. prædicta desunt usque ad seq. num. 3. quorum loco post *indigeret* sic inibi subditur: *sed ut consolaretur dolores nostros doloribus suis, quia non pro se, sed pro nobis doluit, & vulneratus est non pro se, sed ut nostris doloribus mederetur*.

(*s*) Sic etiam Expos. in cap. 2. S. Lucæ.

(*t*) Ibi una cum Bernardo Serm. 1. de Circumcis. Dom. vocat *remedium humile pariter & austerum*.

(*u*) Pariter cap. 6. de perfect. Vit. ad Soror.

(*x*) *Jam enim octava die incipiebat pro nobis sanguinem suum fundere*, d. Expos. in cap. 2. S. Luc. Et in Ligno Vit. tit. *Jesus conformis Patribus* pariter ait: *Octavo die circumciditur puer, & vocatur Jesus, ut sanguinis sui pretium non tardans effunderet &c.*

(*y*) Alludendo ad plantationem vitis, quæ præcisione indiget, *plantatos* vocat.

Digitized by Google

Circumcisio Christi peccatores ad pœnitentiam allicere debet.

tem ad Dominum converti, nec tam mature impensi sanguinis pretiosi memores, tamdiu vanitati subjectam corrigere vitam (*a*). Quid miserius? Christus octavam diem a nativitate sua vix expectat ut suum tibi sanguinem impendere incipiat: tu post non dico octo dies, sed nec post octoginta menses, immo & octoginta annos solam non rependis voluntatem? Ille vix natus sanguinem tibi effundit: tu jam moriturus voluntatem tuam non refundis? *Luc.* 12. 38. Bonus profecto Jesus, qui etiam in quarta vigilia venientem servum suscipit pœnitentem. Dedisti robur annorum juvenilium hosti Christi? Christo saltem misericorditer expectanti infirmam tribue voluntatem: nec dubites, *Isa.* 9. 6. quin illam accipiat. Puer enim natus est nobis, ut parvulis munusculis consoletur: quia parvum parva decent. Quod si quod offers parvum non fuerit, id est, humile: per hoc ipsum ad ipsum humilem (*b*) intrare non poteris, *Joan.* 10. 9. qui de se dicit; *Ego sum ostium*. *Matth.* 11. 28. *& seq.* Et alibi: *Venite ad me omnes; & discite a me, quia mitis sum & humilis corde* (*c*).

Præcisio vitis, Christi exinanitio.

3. Possumus & alio modo accipere præcisionem vitis nostræ amantissimi scilicet Jesu (*d*): ut dicamus omnia ab eo præcisa, quibus caruit in hac vita, cum ea tamen habere potuisset. Accipiamus ergo (*e*) hanc præcisionem a verbo *Ad Philip.* 2. 6. Apostoli dicentis de Christo (*f*): *Qui cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum, formam servi accipiens*. Ipsa enim exinanitio, quodammodo præcisio fuit (*g*). Sicut enim minuitur vitis, quando conciditur (*b*): ita vera vitis Christus incarnatione minoratus paulo minus ab Angelis (*i*), immo & infra omnes homines humiliatus fuit. Quomodo amputata fuit in eo gloria cultro ignominiæ, potentia cultro abjectionis, voluptas cultro doloris, divitiæ cultro paupertatis (*k*)? Vide ergo (*l*) nunc quantum præcisa fuerit. Ille cui famulatur omnis gloria cœlorum, immo ipse qui solus vera gloria est, quasi abjecit (*m*) gloriam. Servuli circumdatur (*n*) indumento, sustinet ignominias, confusionibus induitur (*o*), ut te a confusione (*p*) redimeret, & ad gloriam pristinam (*q*) revocaret (*r*). Ille cujus potenti nutui omnia inferna, terrestria, & supercœlestia sunt subjecta, sic fit subjectus (*s*), ut reputetur (*t*) omnium virorum novissimus. Subjicitur fami, siti, caloribus, frigoribus, doloribus, infirmitatibus; & postremo ipsius (*u*) mortis supplicium non evadit. Ille qui *1. ad Tim.* 6. 16. lucem inhabitat inaccessibilem (*x*), in *1. Pet.* 1. 12. quem desiderant Angeli prospicere, cujus solus (*y*) odor, Sanctorum sic mentes inebriat, ut & mundi præsentis, & sui ipsorum obliti totis viribus currant post ipsum; tanto dolori subjicitur, ut in ipso veraciter noscatur impletum (*z*) quod ante dixerat per Prophetam (*aa*): *Thren.* 1. 12. *O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor similis* (*bb*) *sicut dolor meus*. Ille in quo omnes thesauri *Ad Coloss.* 2. 3. sapien-

Isa. 53. 3.

Ps. 8. 6. *& ad Hebr.* 2. 7.

(*a*) Namque eodem in d. Expos. interprete, *voluit Dominus circumcidi propter spiritualis circumcisionis introductionem: Circumcidimini Domino* (Jer. 4. 4.), *& auferte præputia cordium vestrorum, viri Juda.* Nempe ut loquitur in Opusc. de quinque Festivitatibus pueri Jesu tert. Solem. *Circumcisis ab anima omnibus phantasticis imaginationibus, omnibus vanis & inutilibus cogitationibus, pacatis omnibus animæ motibus, & inordinatis affectionibus.*

(*b*) *Circumcidi voluit* etiam *propter humilitatis ostensionem*, d. Exposit. in cap. 2. S. Luc.

(*c*) *Quid igitur superbis terra & cinis? Agnus innocens, qui tollit peccata mundi, non abhorret circumcisionis cauterium; & tu peccator cum sis, dum prætendis te justum, remedium refugis salutis æternæ, ad quam nullatenus pervenire potes, nisi velis subsequi humilem Salvatorem?* In cit. Lig. Vit.

(*d*) Al. hæc postrema desunt.

(*e*) Al. *& accipiamus.*

(*f*) Al. *de Christo deest.*

(*g*) Sic Vindobon. Al. *quædam precisio est.*

(*b*) Ita ambo Codd. Gottvvic. & Vindobon. Al. *præciditur.*

(*i*) Sic in 3. Dist. 28. Dub. 4. Infra c. 16. n. 51. *paulo minus ab Angelis diminutus.*

(*k*) Christi paupertatem, ubicunque potest, commendare, D. Bonaventuræ solemne est.

(*l*) Al. sine *ergo.*

(*m*) Al. *abjicit.*

(*n*) Al. *circumdatus.*

(*o*) Al. *operitur.*

(*p*) Al. *confusionibus.*

(*q*) Vindobon. *in gloriam prædestinans.*

(*r*) Gottvvic. *renovaret.*

(*s*) Al. *abjectus.*

(*t*) Al. *reputaretur.*

(*u*) Al. *& post hæc tanta.*

(*x*) Vindobon. *lumen inhabitat inaccessibile.*

(*y*) Al. *solius.*

(*z*) Gottvvic. *sciatur completum.*

(*aa*) Al. *Prophetas.*

(*bb*) Vulg. absque *similis*; sed *similis* Cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. nec non Serm. 5. de SS. Apostolis. Item *similis* in Responsor. 9. Fer. 6. in Parasceve. Carent tamen τὸ *similis* Codd. Gottvvic. & Vindobon., caretque etiam ejusdem D. Bonav. Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph.

Digitized by Google

Apoc. 19. 16. *Ad Rom.* 10. 12. *Pſ.* 85. 10. *Apocal.* 3. 17. ſapientiæ & ſcientiæ Dei ſunt abſconditi, Rex regum, dives in omnes, ſolus, nullius egens, ſic ſit pauper, ut, ipſo teſte, & vulpibus terræ & volucribus cœli pauperior inveniatur, cum dicit: *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum* (*a*) *reclinet*. Pauper in nativitate, pauperior in vita, pauperrimus in cruce (*b*). Natus enim paſtum habet lac virgineum, tegmen (*c*) pannos viles. In vita vero etſi tegumentum habuerit (*d*), ſæpius in victualibus (*e*) defecit. In morte & nudum invenies, & ſitientem: niſi forte ad ſitis ipſius remedium velis adhibere acetum myrrha & felle mixtum.

Matth. 8. 20. Chriſti paupertas.

Jo. 19. 28. *Ibi* 29. *Mar.* 15. 23. *Matth.* 27. 34.

4. Poſtremo autem cultro timoris amputati ſunt ab eo (*f*) omnes amici & proximi, ut non eſſet qui conſolaretur eum ex omnibus caris ejus. Torcular enim (*g*) calcavit ſolus, & de gentibus non erat vir cum eo: & cum ſuſtineret cor ejus improperium & miſeriam, expectavit qui ſimul contriſtaretur, & non fuit; & qui conſolaretur, & (*h*) non invenit. Vide nunc quantum præciſa fuerit vitis noſtra benigniſſimus Jeſus (*i*). Quæ vitis unquam tantum præciſa fuit? Sed quæ eſt conſolatio hujus præciſionis? Multus fructus, multam & incomparabilem præciſionem ſubſecutus eſt (*k*). Videtur tamen ſignanter dictum eſſe: *Et de gentibus non eſt vir mecum*. Tanquam intelligendum ſit ſolas mulieres cum illo remanſiſſe (*l*). Viris enim fortioris naturæ (*m*) fugientibus præ timore (*n*), non fugit muliebris infirmitas, quæ etiam bajulantem ſibi crucem, & in cruce morientem non dereliquerunt, ſicut in perſona Chriſti conquerentis loquitur beatus Job: *Derelicta ſunt tantummodo labia mea* (*o*) *circa dentes meos*. Per labia quippe, quæ ceteris ſunt membris molliora, muliebris ſexus mollis & infirmus intelligitur, qui ſolus Chriſto, Diſcipulis fugientibus, adhæſit, figuratur (*p*). Elegit enim Dominus infirma mundi, ut confunderet fortia. Si vero fugam mentalem intelligimus; nec vir relictus eſt cum eo, nec mulier, præter illam, quæ ſola benedicta eſt in mulieribus, quæ ſola per illud triſte ſabbatum ſtetit in fide, & ſalvata fuit Eccleſia in ipſa ſola (*q*). Propter quod aptiſſime tota Eccleſia in laudem & gloriam ejuſdem Virginis diem ſabbati per totius anni circulum celebrare conſuevit (*r*). Vere & ſingulariter benedi-

Tbr. 1. 2.

Iſa. 63. 3.

Pſal. 68. 21.

Luc. 23. 27.

Jo. 19. 20. & S.

Gregor. in d. c. & v. in Moral. Chriſto patient ſolæ mulieres adhæſerunt.

1. *ad Cor.* 1. 27.

Luc. 1. 28.

Dies ſabbati cur B. Virgini ſacer.

(*a*) Vulg. abſque *ſuum*; ſed *ſuum* ipſemet D. Bonav. de paupertate Chriſti contra Magiſtr. Guilel. Art. 1., nec non de perfect. vit. ad Soror. cap. 3., ac Expoſit. in cap. 3. Lament. Jerem. Proph. &c. Item Hugo Card., Lyran., antiquæ Biblior. Edit., Codd. Vercellen., Veronen., Goth. apud Blanchin., ac duo noſtri Bernardin. 39. ac 40. ac tertius Biblioth. Epiſc. Trident. 58.

(*b*) Similiter in d. Opuſc. de perfect. vit. ad Soror. ibi, nec non in Amator. atque Serm. 4. Dom. 4. poſt Pentec. Item Comment. in Apocal. c. 2. ſub v. 9. ac præd. Expoſit. in cap. 3. Lament. Ser. 1. in Converſ. S. Pauli &c.

(*c*) Gottvvic. *tegumentum*.

(*d*) Al. *ſi tegumentum habuit*.

(*e*) Hæc vox magis Bonaventuræ, quam Bernardo, congruere videtur; tametſi ſit nedum in Cathol. Fr. Joan. de Janua, ſed apud Apulejum de dogm. Platon.

(*f*) Al. *ab ipſo*.

(*g*) Scilicet *paſſionis*, Expoſit. in cap. 1. Lament. Jerem. Proph.

(*h*) Al. *etiam*.

(*i*) Al. hæc poſtrema deſunt.

(*k*) Al. *Multus fructus. Multam enim & incomparabilem præciſionem ſuſtinuit*. In Gottvvic. & Vindobon. cetera quæ ſequuntur, deſunt uſque ad cap. 3.

(*l*) Potiſſimum B. Virg. Mar. de qua idemmet de Sanctis in comm. Serm. 1. in ord. 37. de B. ſemperque V. M.

(*m*) *Vir* enim *a virtute* dicitur, ait Expoſit. in cit. cap. 3. Lament.

(*n*) Sic d. Expoſit. ibi, ac Matth. 26. 56., & Mar. 14. 50.

(*o*) Vulg. ſine *mea*; ſed *mea* Cod. noſter Bernardin. A. I. 40.

(*p*) Ead. Expoſit. in Lament. ibi ad verba præfata Job: *Pelli meæ conſumptis carnibus adhæſit os meum & derelicta ſunt tantummodo labia circa dentes meos*, ſubdit: *Os Chriſtus, & carnes Diſcipuli, pelles* (adde & *labia*) *ſanctæ mulieres exteriora neceſſaria miniſtrantes. Cum enim ad horam crucis ventum eſt, fugerunt Diſcipuli, mulieres adhæſerunt*. Porro ſi ea quæ toto hoc num. 4. uſque ad 5. in Mariæ laudem ſcripta ſunt, ſub Bernardi nomine tempore Bonaventuræ vulgata fuiſſent, eorum utique aliqua, uti alia, ex eodem Bernardo retuliſſet L. 1. Phar. cap. 5. de B. Maria, ubi tamen nihil horum legere eſt, & nequidem alibi, ubi de eadem diſſerit, ejuſque plane heroica conſtantia, & fide, Diſcipulis fugientibus. Et cur hoc? Quia, ni me fallit animus, hæc non ſunt Bernardi, ſed Bonaventuræ.

(*q*) Supra d. Serm. 1. de B. M. V. „ In „ Paſſione Dominica tota deficiente Eccleſia „ primitivorum in fide, ſola Domina noſtra „ firma in fide permanſit, ut petra &c. “ Vid. Comment. in Apocal. c. 5. ſub v. 3. n. 272. not. *m*.

(*r*) En quoque ejuſd. D. Bonaventuræ verba præfatis ſimilia in 3. Diſt. 3. Par. 1. Art. 2. Q. 3.

Digitized by Google

nedictus palmes, qui a ſua vite nullo potuit timore præcidi. Abſciſſi (a) ſunt viri qui dicunt: *Nos autem ſperabamus, quod (b) ipſe redempturus eſſet Iſrael.* Abſciſſæ (c) ſunt mulieres, quæ quamvis pie præveniunt mortuo humanitatis ſervitium exhibere, tamen illum reſurrecturum nequaquam credebant (d). Et fortaſſe propterea (quod tamen non aſſerendo dico, ne novas videar aſſertiones introducere (e)) illa Mater quæ plus habuit pietatis, cum aliis ad ungendum non venit corpus Chriſti ſepultum, quia fruſtra putabat eum ungi, quem reſurrecturum ſciebat. Vere fortis hæc mulier, & præ cunctis poſt filium honoranda. Vere & virago dici poteſt, quæ a viro Chriſto (f) per amoris (g) fortitudinem ſeparata non eſt (h), ſed eum, quem morientem & mortuum vidit, credidit immortalitatis gloria ſublimatum.

Luc. 24. 21.

Luc. 24. 10. Cur Virgo Deipara non venit ad ungendum corpus Chriſti.

Gen. 2. 23.

CAPUT III.

De foſſione & circumfoſſione Vitis. (i)

5. Circumfoditur etiam (k) vitis. Foſſio hæc inſidiantium fraus intelligitur. Quaſi enim foveam fodit, qui dolo machinatur aliquem decipere. Unde conquerens dicit: *Foderunt ante faciem meam foveam.* Non enim poterat illi aliquis dolus abſcondi, qui oculatus eſt ante & retro, & qui præterita & futura (l), quaſi (m) præſentia, intuetur (n). *Omnia* enim *nuda & aperta ſunt oculis ejus.* Oſtendamus autem iſtarum foſſionum aliquas per exemplum (o). *Adducunt*, inquit Evangelium, Domino Jeſu *mulierem in adulterio deprehenſam* (p),

Vitis circumfoſſio denotat fraudes inſidiantium.

Pſal. 56. 7.

Apocal. 4. 6.

Ad Heb. 4. 13.

Jo. 8. 3. ac 5.

Q. 3. ad 2. „ Indubitanter credendum eſt, „ quod Virgo Maria ſemper in fide ſtetit: un„ de in ea fides ſibi invenit ſolidum funda„ mentum. Unde Diſcipulis non credentibus, „ & dubitantibus, ipſa fuit in qua fides Ec„ cleſiæ remanſerat ſolida, & inconcuſſa; & „ ideo diem Sabbathi ſolemnizat in honorem „ ejus omnis Eccleſia. " Huic opinioni adhæſit quoque D. Bona. in 4. Diſt. 4. Par. 1. Dub. 2. ſuffraganturque Halenſis, Durandus, aliique, quos citat ſequiturque Turrecremata Lib. 1. de Eccleſ. cap. 31. Sed adeundus quoque Melchior Canus Lib. 4. de Loc. Theol. cap. ult. & Cornel. a Lap. in Cant. cap. 4. ver. 15. Atque inſuper animadverto, eo tantum ſenſu D. Bonaventuram utrobique intelligendum eſſe, quod in ipſa ſola fides Eccleſiæ omne robur habuerit, ſtabilitatemque, cui ceterorum fides par minime erat; non vero quod in aliis omnibus prorſus defecerit. Unde Comment. in Jo. Evang. cap. 20. num. 1306. Magdalenam vocat *non recte credentem, vel non plene*; non autem circa Chriſti reſurrectionem omnino incredulam.

(a) Al. *abciſi*.

(b) Vulg. *quia*; ſed *quod* etiam Cod. Goth. apud Blanchin.

(c) Al. *abciſæ*.

(d) Scilicet *recte*, vel *plene*, ut modo ab ipſomet D. Bonav. audivimus.

(e) D. Bonav. nihil niſi omnino certum aſſerere conſuevit, & a novis aſſertionibus introducendis ſemper abſtinuit.

(f) Sic iterum d. Expoſit. in cap. 3. Lament. ſecundum illud Jerem. 31. 22. *Mulier* (Vulg. *Femina*) *circumdabit Virum*. Vid. & Expoſit. in cap. 11. S. Luc.

(g) Al. *animi*.

(h) De *virili ejus animo, & ratione conſtantiſſima*, & quod in Paſſione Filii *vere fuerit fortis & pia*, idemmet S. Bonav. ad finem Lib. 1. Sententiar.

(i) Al. additur: *id eſt, de inſidiis Judæorum, & vulneribus Chriſti.*

(k) Al. abſque *etiam*.

(l) Sic *ante & retro* interpretatur Comment. in Apocal. ad d. cap. & ver.

(m) Al. *tanquam*.

(n) Ita S. Ambroſ. L. 1. de Fide c. 7. S. Auguſtin. L. 15. de Trinit. c. 7. S. Greg. L. 20. Mor. cap. 23. Item ipſemet S. Bonav. 1. Diſt. 39. Art. 2. Q. 3. in concluſ. ubi ſtatuit *Deus omnium ideas habet præſentes, & ſimul, per quas cognoſcit res futuras ita certitudinaliter, ſicut ſi eſſent præſentes*. Nec mirum *Deum cognoſcere omnia præſenter*, non quidem *præſentialitate a parte cognitorum*; ſed *præſentialitate a parte cognoſcentis*: quemadmodum ibi Q. 2. in concl. nihil mirum, *Deum ſcire res mutabiles immutabiliter*, non quidem prout *τό immutabiliter determinat actum eſſendi rerum, quia Deus ſcit eas mutabiles, & novit ipſarum mutabilitatem*; ſed prout *determinat actum ſciendi Dei, qui immutabiliter ſcit, quia circa ejus actum, & cognitionem non cadit tranſmutatio, nec viciſſitudinis obumbratio*. Jac. 1. 17. At *in cognitione Dei caderet tranſmutatio* ibi Q. 3. in Fundam. ſi non intueretur univerſa *quaſi præſentia*; quia tranſiret a cognitione futuri ad cognitionem præſentis, & a cognitione præſentis ad cognitionem præteriti. Unde S. Auguſt. L. 2. ad Simplic. *Quid futurum eſt Deo, qui omnia ſupergreditur tempora?* Et Boet. L. 5. Metro 11.

Uno mentis cernis in ictu
Quæ ſunt, quæ fuerunt, veniantque,
Quem, quia reſpicit omnia ſolus,
Verum poſſis dicere Solem.

Nec non Auctor Carminis de Providentia apud Proſperum:

Nam quod ubique agitur; quod geſtum eſt, quodve gerendum eſt,
Ante oculos Domini puncto ſubſiſtit in uno.

(o) Al. *per exemplum aliquam frandem iſtarum foſſionum.*

(p) Al. *adulteram*.

Digitized by Google

dicentes, quod *Moyſes in lege mandavit* (a) *bujuſmodi lapidare. Tu ergo* (b) *quid dicis?* Vide foveas veræ vitis, quibus maligni agricolæ beatam vitem noſtram dulciſſimum Jeſum circumfoderunt (c), non ut facerent eam germinare, ſed magis areſcere. Verumtamen in contrarium ceſſit eorum intentio; & circumfoſſio magna facta eſt, & humorem nobis miſericordiæ diſtillavit (d). Foveas vero videamus. Dixerunt apud ſe: Si ſecundum legem dixerit mulierem lapidandam, in foveam incidet crudelitatis, qui de ſe dicit: *Mitis ſum & humilis corde.* Et iterum: *Miſericordiam volo & non ſacrificium.* Si vero dixerit abſolvendam, foveam prævaricationis non evadet: & jure condemnabitur ut Legis tranſgreſſor (e). Sic captant in animam juſti, & obſervant peccatores juſtum, & ſtrident: neſcientes quod *fruſtra jacitur rete ante oculos pennatorum*, & quod *qui fodit foveam, incidet in eam.* Sed leviter tranſilivit has foveas noſtra Ibix (f), ipſoſque foſſores dejecit in illas. Ait enim: *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus mittat in illam lapidem.* Quaſi dicat: Legi meæ non contradico, pietatem meam non defero (g). Iſta quidem meruit lapidari; ſed non lapidabitur, quia qui lapidem juſte poſſit in eam mittere, non habetur.

Matth. 11. 29. Idem 9. 13. Oſee 6. 6. Pſal. 93. 21. Prov. 1. 17. Eccle 10. 8. Jo. 8. 7.

6. Numne vis (b) adhuc aliquas foveas videre? *Licet*, inquiunt, *cenſum Cæſari dare, an non?* Dixerant enim apud ſe: Si dixerit: Licet; tenebitur reus, tanquam libertatis noſtræ deſtructor. Solutio enim cenſus, ſervitii ſignum eſt. Si dixerit: Non licet; reus erit læſæ majeſtatis (i). O ſtultos! Solet ſtultus alios ſecundum ſe æſtimare: & quod ipſe ignorat, ſapientes quoſque credit ſimiliter ignorare. Sed quid ait Sapientia? Libertati non derogo, majeſtatem non offendo; in foveas veſtras non incido. *Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ ſunt Dei Deo* (k). Non enim offenditur Deus juſtus, qui vult cuique reddi quod ſuum eſt (l). Si reddatis Cæſari quod Cæſaris eſt, non offenditur Cæſar. Si Deo reddideritis quæ creavit juſte, quod juſtum eſt facitis. Reddite ergo Cæſari denarium, Cæſaris habentem imaginem: reddite Deo animam, quam ad imaginem & ſimilitudinem ſuam creavit (m): & ecce juſti fueritis. Longum eſſet nimis omnes foveas, quas veræ Viti noſtræ maligni iſti foderunt, edicere (n): quia omnia illius & verba, & facta calumniari nitebantur.

Matth. 22. 17. Eccle 10. 3. Matth. 22. 21.

7. Sed cum viderent circumfoſſiones nil nocere Viti, ſed ipſos fodientes (o) in ipſas foveas (p) incidiſſe; ipſam vitem jam non circumfodere, ſed perfodere (q) laborabant, ut ſic ſaltem ad modum aliarum arborum æternam incurreret ariditatem. Foderunt ergo & perfoderunt non ſolum manus, ſed & pedes, latus quoque, & beatiſſimi (r) cordis intima, furoris lancea perforarunt, quod jamdudum amoris lancea fuerat vulneratum (s). *Vulneraſti*, inquit in Cantico (t) amoris Sponſus, *cor meum ſoror*

Item crucifixionem. Cant. 4. 9.

(a) Al. *præcepit*.

(b) Al. *autem*.

(c) Al. *foveam, qua beatam vitem noſtram circumfoderunt peſſimi agricolæ*. Dicuntur autem *maligni*, quia *hoc quærebant, non ſtudio quærendi, ſed dolo decipiendi*, Comment. in Joan. Evang. cap. 8, num. 568.

(d) Al. *circumfoſſa magis fertilis facta eſt, & humorem miſericordiæ diſtillans*. Quæ continuo ſequuntur, in Gottvvic. ac Vindobon. deſiderantur uſque ad *Longum eſſet &c.* in fine n. 6.

(e) Cit. Comment. in Jo. ibi n. 575. *Quæſtionem proponunt, in qua neceſſe haberet declinare in rigorem juſtitiæ contra manſuetudinem, ut haberetur immitis; vel contradicere juſtitiæ legis &c.*

(f) Sive *Ibex*, de qua Plin. Lib. 8. cap. 53. *Sunt capreæ, ſunt rupicapræ, ſunt ibices pernicitatis mirandæ* Edit. anti. *Ibicus*.

(g) Cit. Comment. in Jo. ibi num. 569. *Nec declinavit ad rigorem legis, ut eam diceret occidendam, nec contradixit legi, ne tribueret occaſionem ſe accuſandi.*

(b) Al. *Nonne vis*; ſed *numne vis* habet & Plautus in Truculento.

(i) Expoſit. in cap. 20. S. Luc. *Quæſtionem doloſam proponunt, quia utrovis dato ipſum ad inconveniens deducere intendunt. Nam aut diceret quod ſic, & ita videretur dicere contra legem, & contra populum Judæorum, & opinionem communem. Aut diceret quod non, & tunc traderent eum Principatui, ſicut Cæſari rebellem, & totius Imperii hoſtem.*

(k) Ibi: *Verax diſſolutio propoſitæ quæſtionis, & evidens confutatio aſtutiæ verſipellis.*

(l) Ibi: *Eſt enim actus juſtitiæ reddere unicuique quod ſuum eſt.*

(m) Ibi cum Gloſſa: *Sicut Cæſar exigit impreſſionem imaginis ſuæ, ſic & Deus animam lumine vultus ſui inſignitam.*

(n) Al. *edifferere*.

(o) Al. *magis autem ſeipſos dum fodiunt*.

(p) Al. *in ipſas* ſine *foveas*.

(q) Al. *ipſam vitam circumfodere & perfodere*.

(r) Al. *ſanctiſſimi*.

(s) *Amoris jaculo vulneratum* dicit quoque Expoſit. in Cant. cap. 4. §. 191.

(t) Al. *Canticis*; ſed *Cantico* legendum, ut infra patebit, nec non Præfat. in Cant. &c.

Digitized by Google

ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum. Vulnerat cor tuum, amantiſſime (a) Jeſu, ſponſa tua, amica tua, ſoror tua. Quid neceſſarium fuit ab inimicis ultra (b) vulnerari? Quid agitis, o inimici? Si vulneratum eſt, immo quia vulneratum eſt cor dulciſſimi (c) Jeſu, quare (d) ſecundum vulnus apponitis? An ignoratis, quod uno vulnere tactum cor emoritur, & fit inſenſibile? Quodammodo mortuum eſt cor dulciſſimi Domini mei Jeſu, quia vulneratum poſſedit vis amoris Sponſæ; cor Sponſi Jeſu poſſedit mors amoris: quomodo (e) mors altera introibit? Fortis eſt ut mors, immo vero etiam fortior quam mors dilectio (f). Non enim poteſt prima mors expelli, id eſt, dilectio multorum morientium (g), a domo cordis, quam ſibi inviolabili jure, ſuo vulnere acquiſivit. Si duo æque fortes occurrant (h), quorum unus ſit in domo, alter vero deforis; quis dubitet eum qui deintus eſt, obtinere victoriam? Et vide quanta ſit vis amoris domum cordis poſſidentis (i), & per vulnus dilectionis (k) occidentis, non ſolum in Domino Jeſu, ſed & in ſervis ſuis (l).

Cor Chriſti potentius amore, quam mucrone vulneratum.

Cant. 8. 6.

8. Veniamus ad Martyres. Terreantur licet Martyres, rident: feriuntur, & gaudent: occiduntur, & ecce triumphant (m). Quare? quia morte caritatis intus in corde jam dudum mortui peccatis, mortui mundo, tanquam inſenſibiles facti, nec minas, nec tormenta, nec mortem ſentire potuerunt. Quid mirum? Mortui erant. *Mortui enim eſtis*, ait Apoſtolus. Qualem mortuum quidam ſtultus ſapienter optabat dicens: *Moriatur anima mea morte juſtorum, & fiant noviſſima mea horum ſimilia* (n). Bona mors, mortem contemnens: bona mors, vitam conferens ſempiternam. Sicut (o) ergo jam dudum vulneratum & mortuum fuit cor Jeſu, ita *mortificati propter te* (p) *tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis*. Acceſſit autem & mors corporalis, & vicit ad tempus, ut vinceretur in æternum. Victa eſt, quia reſurrexit a mortuis, quia *mors illi ultra non dominabitur*. Sed quia jam (q) ſemel venimus ad cor Domini Jeſu dulciſſimi (r), & *bonum eſt nos hic eſſe*; non facile evellamur (s) ab eo, de quo ſcriptum eſt: *Recedentes a te in terra ſcribentur*. Quid autem erit accedentibus ad te? (t) Tu ipſe (u) doce nos. Tu dixiſti accedentibus ad te: *Gaudete, quia nomina veſtra ſcripta ſunt in cœlo* (x). Concordemus hæc, quia ſi ſic hi qui in cœlis ſcripti ſunt; quid ergo illi qui in terra ſcribentur? Lugebunt utique. Sed quis nolit gaudere? Accedemus (y) ergo ad te & exultabimus & lætabimur in te, memores cordis tui (z). O quam bo-

Cur Martyres invicti in tormentis.

Cor Jeſu noſtrum eſt, & nobis patet. *Cant.* 1. 3. *Pſ.* 132. 1.

Ad Coloſſ. 3. 3.

Num. 23. 10.

Pſal. 43. 22. *Ad Rom.* 8. 36.

Ad Rom. 6. 9.

Luc. 9. 33.

Jer. 17. 13.

Luc. 11. 1.

Luc. 10. 20.

(a) Al. *Domine*.
(b) Vindobon. *ultimo*.
(c) Al. *dulcis*.
(d) Al. *quid*.
(e) Al. *& fit inſenſibile mortuum cor Domini Jeſu, quia vulneratum? Poſſedit vulnus amoris, poſſedit mors amoris Domini cor Sponſi Jeſu. Quomodo &c.*
(f) Sic D. Bona. Serm. 5. pro uno Martyre.
(g) De his num. mox ſeq. Al. *malarum mortium mortificatrix*.
(h) Al. *concurrunt*.
(i) Al. *obtinentis*. Vindobon. *vis amoris Dei cor poſſidentis*.
(k) Al. *dulciſſimi*.
(l) Al. *ipſius*. Cetera quæ ſequuntur in Gottvvic. & Vindobon. deſunt uſque ad *Sicut ergo*.
(m) Nam *Martyres vincunt quando occiduntur*, Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 5. n. 370.
(n) De his Serm. 2. Dom. 15. poſt Pentec. inter editos ſub D. Bonav. nomine.
(o) Al. *Sic*.
(p) Al. *cor Jeſu mortificati propter nos, tota die æſtimati ſicut oris occiſionis*. Porro *mortificati ſumus* pro *mortificamur* habet Verſio S. Hieronymi.
(q) Al. *jam* deeſt.
(r) Al. *ad cor dulciſſimum Jeſu*.
(s) Al. *ne ſinamus nos facile avelli*.
(t) Al. *quid autem accedentes?*
(u) Hæc uſque *Accedemus ergo*, deſunt in MSS. Sunt tamen una cum præcedentibus incipiendo ab illis: *Quia ſemel venimus ad cor &c.*, etiam in Lectionibus ſecundi Nocturni Officii de SS. Corde D. N. J. C. Fer. 6. poſt Octav. Corp. Chr. ſub nomine S. Bernardi Abbatis Serm. 3. de Paſſ.
(x) Vulg. *in cœlis*; ſed *in cœlo* Codd. Vercellen., Veronen., Brixian., Vindobonen. apud Blanchin.
(y) Al. *Accedamus*. Accedimus autem *pedibus affectionum noſtrarum ad Jeſum vulneratum, & per oſtium lateris ejus ingredimur uſque ad cor ipſius Jeſu*, ut loquitur D. ipſe Bonav. cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. Ceterum anima contemplativa in corde, ad quod ingreditur, neutiquam ſiſtit, ſed tranſit in affectum cordis, videlicet in Chriſti amorem ſymbolo cordis expreſſum. Quippe, ut inibi ait, *ardentiſſimo amore crucifixi in Chriſtum transformata, nihil aliud quærit, nihil aliud deſiderat, & nullo alio vult conſolari, quam ut cum Chriſto poſſit mori in cruce. Et tunc cum Apoſtolo Paulo exclamet dicens: Chriſto confixus ſum Cruci. Vivo jam non ego, vivit vero in me Chriſtus.* Ecce in quem terminum ducat ſpiritualis per viam affectus acceſſio.
(z) Alludit ad illud Cant. 1. 3. *exultabimus & læ-*

Digitized by Google

bonum & quam jucundum habitare in corde hoc! Bonus theſaurus, pretioſa (a) margarita cor tuum, optime (b) Jeſu, quam foſſo agro tui corporis invenimus (c). Quis hanc margaritam abjiciat? Quin potius dabo omnes margaritas (d), omnes cogitationes & affectiones meas (e) commutabo, & comparabo illam mihi (f), jactans omnem cogitatum (g) meum in cor boni (h) Jeſu, & ſine fallacia (i) illud me enutriet.

Matth. 12. 35. & 13. 46.

Pſ. 54. 23.

9. Ad hoc templum, ad hæc ſancta Sanctorum, ad hanc arcam teſtamenti, adorabo (k) & laudabo nomen Domini, dicens cum David: *Inveni cor meum, ut orem Deum meum* (l). Et ego inveni cor Regis Domini (m), Fratris & Amici mei benigniſſimi (n) Jeſu. Et nunquid non orabo (o)? Orabo utique. Cor enim illius etiam (p) mecum eſt; immo audacter dicam: Si in me caput meum Chriſtus eſt, quomodo (q) quod capitis mei eſt, non meum eſt? Sicut ergo corporalis capitis mei oculi, mei oculi vere ſunt: ita & ſpiritualis capitis mei cor, etiam cor (r) meum eſt. Bonum (s) ergo mihi. Ecce ego (t) cum Jeſu cor unum (u) habeo. Et quid mirum? cum multitudinis credentium fuerit cor unum. Hoc ergo (x) corde tuo, & meo, dulciſſime Jeſu, invento, orabo te Deum meum: Admitte (y) in ſacrarium exauditionis tuæ preces meas: immo me totum trahe in cor tuum. Licet enim tortuoſitas (z) peccatorum meorum impediat me, tamen illud (aa) incomprehenſibili caritate dilatatum eſt & ampliatum; & tu, qui ſolus potes facere mundum de immundo conceptum ſemine, (bb) o omnium pulcherrime (cc) Jeſu, amplius lava me ab iniquitate mea, & a peccato meo munda me: ut purificatus per te ad te puriſſimum poſſim accedere, & in corde tuo omnibus diebus vitæ meæ merear habitare (dd), & ut videre ſimul ſemper & facere tuam valeam voluntatem.

Pſ. 58. ac 137. 2.

2. Reg. 7. 27.

1. Cor. 11. 3. & Epheſ. 5. 23.

Act. 4. 32.

Job 14. 4.

Pſ. 50. 4.

Pſ. 26. 4.

10.

& lætabimur in te memores uberum tuorum, ubi ſecundum Hebr. legit Interpres noſter Expoſit. in d. Cap. 1. Cant. §. 18. ac §. 36. *amorum tuorum*, cui bene quadrat *cordis tui*. Cod. Vindobon. ſic habet: *Memores uberum tuorum, & cordis tui in medio uberum conſtituti*. Quæ etiam lectio conformis eſt D. Bonaventuræ, qui ait d. Expoſit. in Cant. c. 1. §. 12. *Vbera ſunt in pectore, & circa cor &c.*

(a) Al. *bona*.

(b) Al. *bone*.

(c) Al. *inveniemus*.

(d) Al. *omnia*.

(e) Al. *affectus mentis*.

(f) Eadem metaphora utitur in Legenda S. Franc. cap. 1.

(g) Vulg. *curam*; ſed *cogitatum* ipſemet D. Bonav. in eadem Legenda S. Franc. c. 3.

(h) Al. *Domini*.

(i) Gottvvic. *niſi fallar*.

(k) Gottvvic. *illud me comitetur ad hoc templum, ad hæc ſancta Sanctorum, ad hanc arcam Teſtamenti. Adorabo &c.* Sed ut ſupra etiam in dd. Lect. Porro in Differt. Commonit. de Feſto Cord. Jeſu c. 61. Vir. Cl. Camillus Blaſius Auximanus obſervat „ Adoratio, laus, „ & oratio, quæ ſunt cultus munia, & pro„ pius accedunt ad rem noſtram, rectaque „ tendunt in objectum cultus; non ſunt ibi „ tributa parti, ſed toti; non cordi Jeſu, ſed „ ipſi Jeſu, ipſique Deo “. Et ipſemet S. Bonav. 3. Diſt. 28. Dub. 5. tradit „ Si conſide„ remus Chriſtum ſolum ratione humanitatis, „ hoc eſt pure ratione naturæ creatæ, non „ debetur ei adoratio latriæ; nec hoc modo „ dicitur Redempror noſter, vel Caput; quia „ tam Redemptoris, quam Capitis nomen re„ ſpicit perſonam ſecundum utramque natu„ ram. “

(l) Ita adaptat ſibi verba illa loc. ſupra cit. *invenit ſervus tuus cor ſuum, ut oret te oratione hac*.

(m) Al. abſque *Domini*.

(n) Al. & *amici benigni*.

(o) Al. *adorabo?*

(p) Al. ſine *etiam*.

(q) Al. *ſi, immo quia caput meum Chriſtus eſt. Quomodo &c.*

(r) Ita utrique Codd. Gottvvic. & Vindobon. concordant. At in editis & lectionibus, *ita & ſpirituale cor, cor &c.* Sicut autem heic ſermo eſt ſecundum prædictos Codd. de *ſpirituali capite*, ita de *ſpirituali corde*.

(s) Al. *Bene*.

(t) Al. *Ego vero*.

(u) Al. *meum*.

(x) Al. *igitur*. Ita repetitum *ergo* ſapit Schoolæ ſtilum, qui S. Bernard. haud eſt.

(y) Al. heic additur *tantum*.

(z) Hac voce utitur Tertullian. L. 4. contra Marcion. c. ult. & de Carne Chriſti c. 20.

(aa) Al. *quia cor illud*.

(bb) Al. heic additur: *ut depoſita gibbi ſarcina per foramen acus poſſim tranſire*, Matth. 19. 24.

(cc) Al. *pulchritudine ſpecioſiſſime*.

(dd) In ſupra cit. Differt. Commonit. laud. Auctor ex prædictis verbis deducit: *Non affectat igitur cor carnis, ſed eo quaſi duce, tranſire cupit in cor ſpirituale, quod & ad verbum exprimit paulo ſupra*, ubi ſcilicet ſecundum edita, & lectiones, commemorat *SPIRITVALE COR*. Porro præfata verba: *in corde tuo omnibus diebus vitæ meæ merear habitare*, confirmantur Stimulo Div. Amor. non quidem penitus Bonaventuriano, ſed plura ex S. Bonaventura decerpta continente, ubi cap. 1. Part. prior. ſic dicitur „ Quanta putas animam frui dulcedine, quæ „ per illa foramina intimius conjungitur Cordi „ Chri-

Digitized by Google

Ideo lancea apertum est.

10. Ad hoc enim perforatum est latus tuum, ut nobis pateat (*a*) introitus. Ad hoc vulneratum est cor tuum, ut in illa vite (*b*) ab exterioribus perturbationibus absoluti habitare possimus. Nihilominus & propterea vulneratum est cor tuum (*c*), ut per vulnus visibile vulnus amoris invisibile videamus (*d*): qui enim ardenter amat, amore vulneratus est (*e*). Quomodo hic ardor melius posset ostendi, nisi quia (*f*) non solum corpus, verum etiam ipsum cor (*g*) lancea vulnerari permisisti (*h*)? Carnale ergo (*i*) vulnus spirituale ostendit (*k*). Et

„ Christi? Certe exprimere nescio: sed expe-
„ rire hæc, & scito. Aperta est apotheca om-
„ nibus aromatibus plena. Ecce aperta est
„ janua Paradisi. Et per lanceam militis gla-
„ dius versatilis amotus est. O quam beata
„ lancea! O si fuissem loco illius lanceæ,
„ exire de Christi latere noluissem, sed dixis-
„ sem: *Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic*
„ *habitabo, quoniam elegi eam*." Quæ verba expendens memoratus Auctor ibi cap. 62. pag. 232. subdit „ Seraphicus quidem Doctor lo-
„ cum sibi delegit, & cæteris optat intra Chri-
„ sti latus. Sed utrum locum? materialem ne,
„ an pure spiritualem? Non aliud equidem,
„ quam eum, de quo dicitur Cant. 2. *Veni,*
„ *columba mea, in foraminibus petræ, in caverna*
„ *maceriæ*." Ita ille apprime ad mentem ejusdem Seraphici Doctoris, qui in Ligno Vitæ Tit. *Jesus translanceatus* loquens de *foramine in petra, & caverna in maceria, tanquam habitaculo columbino Can.* 2. ait „ Surge igitur amica
„ Christi, esto sicut columba nidificans in sum-
„ mo ore foraminis, ibi ut passer inveniens
„ domum, vigilare non cesses, ibi tanquam
„ turtur amoris tui pullos absconde, ibi os
„ appone, ut haurias aquas de fontibus Sal-
„ vatoris." Quid sint autem prædictæ cavernæ, & *foramina* Cant. 2., ipse declarat Exposit. in Cant. ibi §. 125. ajens „ Hic igitur
„ per *cavernas*, & *foramina* rupis & parietum,
„ designantur spirituales & secretæ mansiones
„ solidæ veritatis, & æternitatis Dei, quas
„ Sponsa subintrans quiescit ibi cum Sponso". Et §. 125. „ Etiam per hoc designantur pas-
„ siones Christi, vel patula & profunda capa-
„ citas sui amoris ad animas in sui cordis &
„ amoris visceribus collocandas. Et certe talia
„ foramina libentissime debet Sponsa intrare,
„ & habitare." Quæ quidem omnia mystica sunt, uti quoque *habitaculum columbinum*, & *fontes Salvatoris*. Et quod inquit de *patula & profunda capacitate sui amoris ad animas in sui cordis & amoris visceribus collocandas*, perquam conforme est S. Augustino dicenti Enarrat. in Psal. 127. n. 8. *Quam rem amamus in Christo? Membra crucifixa, latus perforatum, an charitatem? Quando audimus, quia passus est pro nobis, quid amamus? Charitas amatur.* Ecce Christi præcordia, non physica, sed mystica; ejus cor non materiale, sed spirituale. Certe in hujusmodi Seraphicis affectibus erga Christi vulnera, tota Bonaventuræ intentio ferebatur in Christum. Unde se se declarat in Opusc. de remedio defectuum Religiosi ad Fratrem Robertum cap. 11. *Totus in te tendens nihil præter te valeam invenire. Non quiescat cor meum nisi in te bone Jesu. Tu enim es virtus omnipotentis.* Id ipsum sentit quoque S. Bernardus Serm. 61. in Cant. ubi de *arcano cordis Christi* num. 4. loquitur, num. 7. de *columba in foraminibus petræ*, ac num. 8. de *Jesu vulneribus patentibus ad introeundum*. Quippe sic ait d. num. 4. Patet
„ arcanum cordis per foramina corporis; pa-
„ tet magnum illud pietatis sacramentum, pa-
„ tent viscera misericordiæ Dei nostri, in qui-
„ bus visitavit nos oriens ex alto. Quid ni
„ viscera per vulnera pateant? In quo enim
„ clarius, quam in vulneribus tuis eluxisset,
„ quod tu, Domine, suavis & mitis, & mul-
„ tæ misericordiæ? Majorem enim miseratio-
„ nem (*al. caritatem*) nemo habet, quam ut
„ animam suam ponat quis pro addictis mor-
„ ti, & damnatis." En secundum Bernardum *arcanum cordis Christi*, ejus summa *miseratio*, sive *caritas*. Hoc est, ut idem inquit cit. num. 7. *in Christi vulneribus tota devotione versari, & jugi meditatione demorari in illis.* Ad hunc intuitum, ut ipsemet fatur cit. num. 8. *Stat Martyr tripudians & triumphans, toto licet lacero corpore; & rimante latera ferro, non modo fortiter, sed & alacriter sacrum e carne sua circumspicit ebullire cruorem* &c. Vid. inter Opusc. sub S. Bonav. nomine Prol. Medit. Vit. Chr., nec non cit. Stim. Amor. cap. 1. Part. 1., ubi postquam dictum est: *O amatissima vulnera Domini nostri Jesu Christi!* & cetera, subditur: *donec perveni ad intima viscera charitatis suæ.* Et post pauca, subjungitur: *Crede mihi, o homo, quia si dulcissimum Jesum Christum, per hæc sua angusta foramina intrare studueris*, & cetera. Ecce quo demum tendat piissima Auctoris intentio, nimirum in *intima viscera charitatis Christi*, ipsumque *dulcissimum Jesum Christum*, nempe, ut declaratur in d. Stimulo amoris ibi, exscripsitque in suo Incendio amoris S. Laurentius Justinianus cap. 1. in *Jesum Christum, summum bonum, infinitum, æternum, delectabile, & jucundum, splendorem, & candorem lucis æternæ, a quo, & in quo omnia bona possidentur.*

(*a*) Al. *patescat.*

(*b*) Al. *in illo, & in te.* Sed sive sic legatur, sive *in illa vite*, hujusmodi verba, ut loquitur Blasius, cit. Dissertat. cap. 61. pag. 228. ac seq. *non segregant habitaculum cordis a toto templo corporis Christi*; vel dixerim ego *ab illa vite*, videlicet a toto Christo, qui ait: *Ego sum vitis vera.* Et iterum: *Ego sum vitis, vos palmites, qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum &c.* Jo. 15. v. 1. ac 5.

(*c*) Al. deest *cor tuum.*

(*d*) *Non heic miscet spiritum carni, sed a carne advolat ad spiritum*, inquit Blasius ibi pag. 228.

(*e*) Al. hoc deest, quod supplevi per utrumque Cod. Gottvvic. & Vindobon.

(*f*) Al. *ostendi potest, nisi quod &c.*

(*g*) Id est, *latus*, ut S. Bernardus loquitur apud Blasium.

(*h*) Al. *permisit.*

(*i*) Gottvvic. *quoque.*

(*k*) Cornel. a Lap. Comment. in Cant. cap. 4. sub

Digitized by Google

Et hoc fortaſſe (*a*) innuit ipſa auctoritas prælibata (*b*), in qua bis poſitum eſt, *vulneraſti*. Utriuſque enim vulneris ipſa ſoror & ſponſa cauſſa eſt. Ac ſi ſponſus aperte diceret: Quia telo (*c*) amoris tui vulneraſti cor meum (*d*), lancea quoque militis vulneratus ſum propter te (*e*). Quis enim cor ſuum pro amica (*f*) vulnerari permitteret, niſi prius amoris illius vulnus accepiſſet (*g*)? Dicit ergo: *Vulneraſti cor meum Soror mea Sponſa, vulneraſti cor meum*. Sed quare ſoror & ſponſa? an non poterat ſufficienter (*h*) ſponſi amantis affectum oſtendere ſolius Sororis, vel ſolius Sponſæ poſitio? Item (*i*) quare ſponſa & non uxor, cum quotidie non ceſſet (*k*) vel Eccleſia, ſive quælibet fidelis anima (*l*) ſponſo ſuo Chriſto bonorum operum ſobolem generare (*m*)? Paucis dico: Solent ſponſæ ardentius amari conjugio adhuc recenti (*n*), quam poſtea, cum tempore (*o*) procedente amor ipſe tepeſcit (*p*). Sponſus ergo noſter, ut magnitudinem inſinuet ſui amoris, qui tempore non decreſcit, amicam ſuam Sponſam appellat, eo quod amor ipſius (*q*) ſemper novus ſit (*r*).

Cant. 4. 9.

Ibidem.

11. Sed quia ſponſæ etiam carnaliter diliguntur; ut in amore Sponſi noſtri nil carnale ſapias (*s*), ipſam Sponſam ſuam Sororem appellat; quoniam ſorores (*t*) nequaquam carnaliter adamantur. Dicit ergo: *Vulneraſti cor meum*, & cetera. Quaſi diceret (*u*): Quia ſumme te diligo, ut ſponſam; caſte, ut ſororem; vulneratum eſt cor meum propter te. Quis illud cor tam acriter (*x*) vulneratum non diligat? Quis tam ardentiſſime (*y*) amantem non redamet? Quis tam caſtum non amplexetur (*z*)? Diligit profecto vulneratum, quæ mutuo illius amore vulnerata amat; unde ipſa quoque de ſe innoteſcit vulneris viciſſitudinem, & amoris, dicens (*aa*): *Vulnerata caritate ego ſum*. (*bb*) Nunquid non redamat ſponſum amantem, quæ

Cant. 2. 5.

4. ſub ver. 9. vulnus hoc ita declarat „ Vulnus hoc non eſt corporale, quod animam „ lædat, ſed ſpirituale, quod animam amore „ penetrat, & penetrando in amore corrobo„ rat, ideoque animam viciſſim vehementius „ amore vulnerat. Sicut enim ſol radios vibrat „ in ſpeculum, qui in eo collecti unum quaſi „ radium denſatum lucidiſſimum efficiunt, at„ que a ſpeculo repercuſſi in ſolem ipſum re„ torquentur, eumque quaſi vulnerant, ſed „ ſola luce, non ſanguine; ſic pariter Chriſtus „ ſol juſtitiæ amoris ſui radios vibrans in ani„ mam, quæ illos colligit, & per unam in„ tentionem amoris, velut radium lucidiſſimum „ & flagrantiſſimum in Chriſtum reflectit, Chri„ ſtus ipſe eodem quaſi vulneratur, ſed vulne„ re lucis, non ſanguinis: quia ſagitta ſpiri„ tualis amoris transfigitur, ut ardentius, quam „ ante, animam ita amantem redamet; quare „ vulnus hoc ſpirituale fundit non cruorem, „ ſed amorem. “

(*a*) Uterque Cod. Gottvvic. & Vindobonen. *formoſe*.

(*b*) Hac voce D. Bonav. vel alibi utitur.

(*c*) Al. *zelo*. Et dicit pariter D. Bonav. *jaculo* Expoſit. in Cant. ibi §. 191.

(*d*) Al. *me*.

(*e*) Al. abſque *propter te*.

(*f*) Al. *cor tuum palo*. Apud Cornelium a Lapide *pilo*. *Pro amico* Gottvvic., *pro amica* Vindobon.

(*g*) Al. *percepiſſet?* Vindobon. *niſi prius amoris vulnus illius non accepiſſet?* Prædicta verba una cum variantibus illis *zelo amoris*, *pilo vulnerari*, *vulnus percepiſſet*, allegans laud. Cornel. a Lap. ibi ait, quod ita loquatur *Sanctus Bernardus*, *vel quiſquis eſt auctor libri de paſſione Domini*; quodve pariter ſentiant S. Gregorius, & Juſtus Orgelitanus, *to vulneraſti* referentes ad vulnera, quæ Chriſtus in paſſione pro nobis excepit. Quaſi dicatur „ Tui amor, o „ anima, me in cruce vulneravit; nam ut te „ ſanctificarem, mihique amore conjungerem, „ ego clavorum & flagellorum vulnera ſuſcepi: „ vulnus enim amoris, quod Chriſtus gerebat „ in anima, impulit eum ad excipienda tot „ tantaque vulnera in corpore. “

(*h*) Al. *ſufficientem*.

(*i*) Al. *vel*.

(*k*) Al. ſine *non ceſſet*.

(*l*) Ita de Cantici Canticorum Sponſa D. ipſe Bonav. Expoſit. in idem Cant.

(*m*) Al. *debeat generare?*

(*n*) Al. *nondum alligatæ conjugali vinculo amari ardentius*; ſed ut ſupra dd. Codd.

(*o*) Al. *Tempore enim &c.*

(*p*) Al. *componitur*.

(*q*) Al. *illius amor*.

(*r*) *Optat enim amans* (rurſum laud. Cornel.) *vulnus amoris augeri; quia hoc vulnere vegetatur & vivit: quo enim Chriſtus videt ſe magis ab anima amari, eo magis illam amat, eo magis hoc vulnere amoris deliciatur & gaudet*. Et hoc, ait idem Cornelius, *eſt vulnus caritatis, quod non niſi amando curatur; quia amando magis ſauciatur & creſcit: vulnus, quo anima Sancta uni Chriſto intendens, ideoque prius a Chriſto vulnerata, vulnerat viciſſim cor Chriſti*.

(*s*) Ita D. Bonav. Præfat. in Cant. §. 16.

(*t*) Al. *quia ſorores jam*.

(*u*) Al. *tamquam dicat*.

(*x*) Al. *tam* ſine *acriter*.

(*y*) Al. rurſum *tam* abſque *ardentiſſime*.

(*z*) Al. *amplectatur?*

(*aa*) Al. *nimio illius amore vulnerata proclamat*.

(*bb*) Ita ſecundum Septuaginta apud Cornelium

Digitized by Google

Cant. 5. 8. quæ dicit: *Nuntiate dilecto (a), quia amore langueo?* Fraterno se amantem amore complectitur, quæ dicit: Cant. 8. 1. *Quis mihi det te fratrem meum sugentem ubera matris meæ, ut inveniam te (b) foris* (& complectar) *& deosculer te, & jam me nemo despiciat (c)?* Quis autem est foris? Æstimo quod extra corpus. Quamdiu sumus in hoc corpore, peregrinamur a Domino. Quis hanc peregrinationem patienter ferat? Plena est dolore præteritorum, labore præsentium, timore futurorum (*d*): in qua etsi sponsus se aliquando gratia consolationis exhibeat; stat tamen longe quasi post parietem, corpore hoc peccati separante inter nos & ipsum; nec facile præbet se tangendum & osculandum, nisi illi animæ quæ in tantam altitudinem meritorum processit, ut dicat ei: Cant. 2. 10. *Surge amica mea, columba mea, formosa mea.* Philip. 3. 13. Quæ sola, licet raro, aliquo modo arbitrans se comprehendisse proclamat: Cant. 3. 4. *Inveni quem diligit anima mea; tenui eum* (*e*), *nec dimittam.* Sed ad hunc gradum non facile quis ascendit. Nos igitur in carne adhuc (*f*) manentes, quantum possumus amemus, redamemus, & amplectamur (*g*) vulneratum nostrum, cujus impii agricolæ foderunt manus & pedes, latus & cor: oremusque (*b*), ut cor nostrum durum adhuc & impœnitens amoris sui vinculo constringere (*i*), & jaculo (*k*) vulnerare dignetur (*l*). Amen. (*m*)

. ad Cor. 5. 6.

Vita præsens ingrata est propter tria.

CAPUT IV.

Vitis nostra pius Jesus ligatur septem vinculis (n).

12. Ligatur vitis. Quis vincula nostræ Vitis non videat? Videamus tamen hæc vincula plurima (*o*). Primum ergo vinculum, ut puto, obedientia (*p*) fuit. Obedivit enim Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Obedivit Matri & Joseph secundum illud: *Venit Nazareth cum eis, & erat subditus illis.* Obedivit etiam (*q*) terrenis judicibus, solvens didrachma (*r*). Secundum vinculum fuit Virginis sinus, quia (*s*) *quem cœli capere non poterant, tuo* (*t*) *gremio contulisti.* Tertium vinculum in præsepio fuit, secundum illud: *Vagit infans inter arcta conditus* (*u*) *præsepia* (*x*), *membra pannis involuta. Virgo*

Vincula Christi varia.

Ad Philip. 2. 8.

Luc. 2. 51.

Matth. 17. 26.

In Resp. 3. Lect. 6. Noct. 2. de Nat. Dom. Hymn. Eccles. in Offic. Passion.

---

lium a Lapide, estque etiam apud S. Gregor. Moral. Lib. 6. cap. 25. num. 42. ac Lib. 34. cap. 10. num. 21. licet in Ezech. Lib. 2. Hom. 3. num. 9. legat *amore langueo*.

(*a*) Ita in Opusc. de sept. don. Spir. Sanct. edito sub D. Bonav. nomine ubi de ipsis in gener. in fine cap. 6.

(*b*) D. Bonav. hunc adducens textum, modo addit *solum*, modo omittit, ut etiam heic.

(*c*) Al. *derideat*. Tam iste textus, quam seqq. usque ad *Nos igitur &c.*, desunt in Gottwic. ac Vindobon.

(*d*) De hac miserrima vita alibi quoque pluries D. Bonav.

(*e*) Al. *illum*.

(*f*) Al. *adhuc intus, id est, in corpore*.

(*g*) De hoc amplexu D. ipse Bonav. Cap. 1. Soliloq. sic „ Ignoravi, quod tam suavis, „ o bone Jesu, esset tuus amplexus &c. Tuus, „ o dulcissime Jesu, amplexus non maculat, „ sed mundat, tuus attactus non inquinat, sed „ sanctificat. “

(*b*) Al. *flemusque*.

(*i*) In utroque Cod. Gottwic. & Vindobon. sine *constringere*.

(*k*) *Amoris jaculo*, etiam d. Expos. in Cant. cap. 4. §. 191.

(*l*) Ad hoc impetrandum vulnus jaculo amoris inflictum, quære infra inter Orationes S. Bonav. n. 1. ac 6. Unde sic vehementer hortatur cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. „ Accede ergo tu pedibus affectionum tuarum ad „ Jesum vulneratum, ad Jesum spinis coronatum, ad Jesum patibulo crucis affixum, & „ cum beato Thoma Apostolo non solum intuere in manibus ejus fixuras clavorum, non „ solum mitte manum tuam in latus ejus; sed „ totaliter per ostium lateris ejus ingredere „ usque ad cor ipsius Jesu, ibique ardentissimo „ amore Crucifixi in Christum transformata, „ clavis Divini amoris affixa, lancea præcordialis dilectionis transfixa, intimæ compassionis transverberata, nihil aliud quæras, nihil „ aliud desideres, & nullo alio velis consolari, „ quam ut cum Christo tu possis mori in cruce. Et tunc cum Apostolo Paulo exclames, „ dicens: Christo confixus sum cruci. Vivo „ jam non ego, vivit vero in me Christus. “ En D. Bonaventuram sui semper similem, devotum, quinimo devotissimum, ac Seraphici amoris jaculo vulneratum.

(*m*) Al. sine *Amen*. Sed *Amen* in MSS. Unde *Amen* indicium minime est, quod sit completum Opusculum. Heic in dd. Lectionibus de SS. Corde D. N. J. C. desinunt excerpa ex *Bernardo*, secundum dd. Codices ex *Bonaventura*.

(*n*) Al. *De vinculis nostræ vitis, id est, variis Christi vinculis & pœnis*.

(*o*) Al. *videamus tamen hoc vinculum*.

(*p*) Al. *Primum, obedientia fuit*.

(*q*) Al. *enim in*.

(*r*) Al. *didrachmum*; sed heic *didragma* uterque Cod. Vindobon. & Gottwic.

(*s*) Al. *uterus Virginis, de qua canimus: Quia &c.*

(*t*) Al. additur *Sancto*.

(*u*) Vid. Expos. in cap. 19. S. Luc.

(*x*) Hæc quæ continuo sequuntur in MSS. desunt.

Digitized by Google

go mater alligat, pedes, manus, atque crura ſtricta cingit faſcia. Quartum vinculum fuit funis, quo ligabatur, cum caperetur. Ita enim habes: *Tunc*, videlicet cum traditus eſſet, *injecerunt iniqui manus in Jeſum, & tenuerunt*, ſive (*a*) vinxerunt *eum*. O Rex regum, & Domine dominantium, quid tibi & vinculis? Ligantur vites, ne, ſi jaceant in terra, aut minuatur (*b*), aut corrumpatur fructus earum. Incorruptibilis autem fructus tuus eſt: Quare ergo ligaris? (*c*) Bene dixit Rex Alexander (*d*) cum percuſſus lunata (*e*) ſagitta peteretur, ut ſe ligari permitteret, donec excideretur (*f*), quia leviſſimo motu mortem poſſet incurrere: Non decet, inquit, vinciri regem. Libera ſit regis & ſemper ſalva poteſtas. O Deus deorum, quantum ergo derogatum fuit libertati & potentiæ tuæ, qui per tot vincula ligaris (*g*), qui ſolus ligandi & ſolvendi poteſtatem habes (*h*)! Sed propter miſericordiam tuam magnam (*i*) ligatus es, ut nos a miſeriis noſtris faceres abſolutos. O quam immitia fuerunt illorum immitiſſimorum vincula, quibus te Agnum manſuetiſſimum (*k*) vinciebant! Video oculis mentis, quibus poſſum (*l*) te, Domine Jeſu, tam duris nexibus adſtrictum, tanquam latronem trahi ad judicium Principis Sacerdotum, deinde (*m*) ad Pilatum, video, & perhorreſco, & admiror, & admirando deficerem, niſi quod liquido cognoſco te prius in corde caritatis nexibus fuiſſe conſtrictum, qui ad exteriora (*n*) vincula ſufferenda te leviter attrahere potuerunt. Gratia ſit vinculis tuis, bone Jeſu, quæ noſtra vincula (*o*) tam potenter diruperunt (*p*).

Matth. 26. 50.

Apoc. 19. 16.

Pſ. 49. 1.

Matth. 18. 18. Vinculorum Chriſti acerbitas.

13. Quintum fuit vinculum, quo ligatus fuit ad columnam (*q*), cum flagellaretur. Quamquam & ipſa flagella, quæ corpus ejus circuibant, non incongrue poſſimus (*r*) vincula appellare. Sed quamvis immitia, dura, injuſta (*s*), diligo flagellorum iſtorum vincula, quibus ſanctiſſimum (*t*) corpus tuum datum eſt contingere, quæ tuo puriſſimo ſanguine non mediocriter ſunt rubricata (*u*). O bone Jeſu! Si (*x*) ſanguis tuus in flagellatione fuit tam copioſe effuſus (*y*), ut columna (*z*) guttis illius reſperſa adhuc, ſicut aſſeritur, rubra ſervet veſtigia (*aa*): quantum ſanguinis credam ipſis flagellis corpus tuum mitiſſimum ſcindentibus (*bb*) inhæſiſſe? Tam dure flagellatus eſt Dominus

5. Vinculum Chriſti flagella.

(*a*) Al. abſunt *iniqui*, *tenuerunt*, *ſive*.

(*b*) Al. *minuantur*.

(*c*) Al. *fructus fuit ejus*, *& eſt*. *Quare ergo ligatur*.

(*d*) Al. *Bene quidam Rex &c.*; ſed ut ſupra legendum ſecundum Cod. Gottvvic. & Vindobon. nam & de Alexandro magno ſimile quid refert Curtius Lib. 9. cap. 11. & Alexandri Magni alibi quoque meminit D. Bonav. ex eodem Curtio, uti patet ex ejuſdem Serm. 1. de B. Greg. Papa. Ceterum non diffiteor, quod ſimile quid etiam narret de C. Mario Plutarcus in Apophtheg. Rom.

(*e*) Al. *humana*; ſed Gottvvic. & Vindobon. *lunata*, id eſt, in lunæ ſimilitudinem facta. Tres porro ſunt figuræ creſcentis lunæ. Nam modo apparet curvata in cornua, modo in orbem circumacta, modo dimidio orbe cæſa, ſive cum æqua portione diviſa.

(*f*) Gottvvic. *excuteretur*.

(*g*) Al. *Tot adeo ligaris vinculis*.

(*h*) Confer 4. Diſt. 18. Par. 1. Ar. 2. Q. 1. per tot.

(*i*) Al. deeſt *magnam*.

(*k*) Al. *quibus agnum mitiſſimum*.

(*l*) Al. deeſt *quibus poſſum*.

(*m*) Al. *& inde*.

(*n*) Al. *deteriora*.

(*o*) Al. ſine *vincula*.

(*p*) Vindobon. *dirumpunt*.

(*q*) Gottvvic. & Vindobon. *ad ſtatuam*; ſed paulo infra uterque Cod. habet *columnam*. Et de ipſo *ligato ad columnam* Serm. 1. in Converſ. S. Pauli.

(*r*) Al. *poſſumus*.

(*s*) Al. *quamvis dura*, *quamvis injuſta*.

(*t*) Al. *ſacratiſſimum*.

(*u*) Ita Vindobon. quod verbum ſæpe a D. Bonav. etiam alibi adhibetur. Al. *imbuta*. Vid. infra num. 15.

(*x*) Al. *Si enim*.

(*y*) *Decurrit ille ſanguis pretioſiſſimus per illa ſacra latera innocentis & amantiſſimi juvenis*, ait idemmet S. Bonav. in Ligno vitæ Tit. *Jeſus morte damnatus*.

(*z*) Ita heic uterque Cod. Ergo & ſupra legendum, non *ad ſtatuam*, ſed *ad columnam*; & ita quoque infra.

(*aa*) In Meditat. Vit. Chr. ſub S. Bona. nomine, licet falſo, cap. 76. *Columna*, *ad quam ligatus fuerat*, *veſtigia cruoris oſtendit*, *ſicut in Hiſtoriis continetur*. De hac columna S. Hieron. in Epitaphio Paulæ, S. Paulin. Epiſt. 34., Prudent. in Hymn., aliique Veteres, inter quos, Ven. Beda, qui eam vocat marmoream, S. Birgitta L. 1. Revelat. c. 10., Jacobus Gretſerus L. 1. de Cruce, Jac. Boſius L. 1. de Cruce triumphante c. 13., Daniel Mallonius de Stigmat. S. Sindonis pag. 65., Joan. Severanus L. de ſeptem Romæ Baſilicis, in Eccleſia S. Praxedis, Cornel. a Lap. Comment. in Matth. c. 27. ſub ver. 26. &c.

(*bb*) Quippe eodem auctore in Ligno Vitæ ibi, ita flagellatus fuit, *ut atrociſſimis verberibus vir-*

Digitized by Google

nus, ut sanguis ejus sursum in aera resultaret. Vide autem quam bene huic ligationi conveniat, quod vitis ad palum ligatur. Quid enim aliud per palum quam ipsa columna (*a*), cui Dominus Jesus alligatus accipitur? Sicut enim vitis palo, ita Christus columnæ (*b*) alligatur.

6. Vinculum Christi corona.

14. Sextum vinculum fuit corona illa spinea, cum magna amaritudine illud caput amabile premens (*c*), & multorum aculeorum in illo signa relinquens, sanguineas undique (*d*) guttas eliciens, &, ut puto, in faciem venerabilem transmittens, vix adhuc sputis Judaicis desiccatam (*e*). Crudele fuit vinculum hoc, & pœnas, quas intulit in signum honoris, plurimum habuisse videmus dedecoris (*f*). O Rex gloriæ bone Jesu (*g*), corona omnium in te confidentium (*h*), te sequentium, pugnantium pro te, vincentium per te (*i*), manentium in te! quis te tam amaro vinculo confusionis addixit? Ecce operuit confusio caput tuum, & faciem tuam amabilem. Ingeritur tibi a generatione prava & amaricante (*k*) honor derisorius in corona: sed in (*l*) spinarum aculeis contendunt in te dolor & confusio. Nescio quo eorum magis premaris (*m*). Corona derisionem; spinæ ingerunt punctionem. *Egredimini* ergo (*n*) *filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum* (*o*) *mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus*. Quæcumque autem anima confitetur se filiam Sion, id est, Ecclesiæ, egrediatur a curis sæcularibus, a cogitationibus vanis (*p*); & videat per contemplationem mentis regem Salomonem, id est, Christum Jesum (*q*), qui est pax nostra, destruens inimicitias, amicitiasque reformans inter Deum & hominem. *Ad Eph.* 2. 14.

15. Vide hunc, o fidelis (*r*) anima, in diademate, quo coronavit eum mater sua, id est, Synagoga, (*s*) videlicet plebs Judaica (*t*). O mater amara! Quid peccavit hic filius tuus bonus, ut vinculis etiam spineis (*u*) vinciatur? Hic est qui solvit compeditos tuos (*x*), qui erexit elisos, (*y*) pupillos, viduasque consolans; & talis (*z*) meruit vinculari? Nunquid hanc dotem, hæc (*aa*) munuscula nuptiis illius impendis? Dies enim desponsationis illius, dies ista est; dies, inquam (*bb*), indignationis & blasphemiæ, dies tribulationis & miseriæ, dies percussionis & doloris, dies vinculorum & mortis. Hæc dies desponsationis est hujus Domini (*cc*). Et hac arrha, o fidelis anima (*dd*), sponsus tuus speciosus forma præ filiis hominum (*ee*) subarrhavit te; & ipse tanquam sponsus hodie coronatus processit; coronatus (*ff*) non auro, non gemmis, sed spinis. Nec defuit purpura vestis irrisoriæ. Chlamydem enim coc-

Ps. 145. 7. *ac seqq.*

Ps. 43. 16. *ac Ps.* 68. 8.

Cant. 3. 11.

Ps. 44. 3.

Ps. 18. 6.

Matth. 27. 28.

virgineam illam & candidissimam carnem flagellatores truculenti divellerent, plagas plagis, livores livoribus crudeliter infligentes. Tit. *Jesus morte damnatus.* Et infra Tit. *Jesus cruci clavatus*, hoc ita actum narrat, *ut ex flagellorum ictibus per dorsum & latera, carnis patefactis livoribus atque scissuris, quasi leprosus videretur.*

(*a*) Gottvvic. & Vindobon. *statua*; sed paulo supra uterque *columna*.

(*b*) Iidem tertio *statua*.

(*c*) Al. *complectens*.

(*d*) Al. *utique*.

(*e*) Al. *de sputis Judaicis exsiccatam*.

(*f*) Al. *vinculum hoc præter pœnas, quas pertulit in ligno, honoris plurimum habens & decoris.*

(*g*) Al. *Domine Jesu Christe*.

(*h*) Ita Vindobon. Al. *te confitentium*.

(*i*) Al. *viventium pro te*.

(*k*) Verbum *amaricans* habet D. Bona. etiam in Soliloq. cap. 1. vocemque *amaricatio* in Ligno vitæ &c. de qua voce in Prodromo col. 560. Gottvvic. & Vindobon. tamen pro *amaricante* legunt *perversa*.

(*l*) Al. absque *in*.

(*m*) Sic Vindobon. Gottvvic. autem *utro eorum magis puniaris*. Al. *in utro &c.*

(*n*) Al. absque *ergo*.

(*o*) Vulg. *illum*; sed *eum* etiam ipsemet D. Bonav. Serm. 1. Dom. in Ramis Palmar. ac Comm. in Jo. cap. 19. num. 1217. & alibi quoque.

(*p*) Similiter Exposit. in cap. 3. Cant. §. 164.

(*q*) Sic quoque d. Serm. 1. Exposit. in Cap. 8. S. Luc. d. Exposit. in cap. 3. Cant. &c.

(*r*) Al. *felix*.

(*s*) Al. *mater ejus Synagoga*.

(*t*) Al. *Judæorum*. Et ut supra rursum d. Serm. 1. Dom. in Ram. Pal. ac d. Exposit. in Cant. §. 165. nec non d. Comm. in Evang. Jo. cap. 19. num. 1217. Exposit. in Ps. 8. &c.

(*u*) Al. *spineis* deest.

(*x*) Al. sine *tuos*.

(*y*) Al. heic additur *suscipiens advenas*.

(*z*) Al. *talis* omittitur.

(*aa*) Al. *Hanc dotem, hæccine &c.*

(*bb*) Al. *inquam* deest.

(*cc*) Al. *& mortis, dies desponsationis illius est.*

(*dd*) Al. *Hac arrha* sine *&*.

(*ee*) Al. *Sponsus tuus pretiosus*. Vid. infra c. 5. num. 79.

(*ff*) Al. heic additur *inquit*.

Digitized by Google

cineam circumdederunt ei, quamvis ipſe veſtes (a) corporis ſui, ſanguinis ſui ſanctiſſimi (b) effuſione multo nobilius purpuravit. Purpura enim non plus quam bis tingitur (c): ipſe vero purpuram corporis ſui non ſolum bis, ſed etiam tertio in ſanguinis (d) torrente pertinxit. Ecce ſponſus tuus, o ſponſa, rubricatus (e) in ſudore, in flagellatione, in crucifixione. Eleva mentis oculos, & vide ſi tunica ſponſi tui hæc ſit, an non. Ecce fera peſſima id eſt, rabies canina plebis Judaicæ devoravit illum, ſive condemnavit (f) filium tuum, fratrem tuum, ſponſum tuum. Quis hoc non doleat? Quis gemitus, lacrymaſque contineat? (g) Sicut enim pium eſt (h) gaudere pro Jeſu, ita eſt pium flere pium Jeſum.

Gen. 37. 32. ac ſeq.

7. Vinculum Chriſti ferreum, id eſt, clavi quibus affixus eſt cruci.

16. Septimum vinculum (i), quo ligatus eſt (k) in cruce, ferreum fuit (l). Hoc autem (m) vinculum multo fortius & (n) ferocius ceteris, quia (o) non ſolum manuum, pedumque ſanctiſſimorum compagem diviſit, verum etiam illam puriſſimam animam a mundiſſimi (p) corporis hoſpitio ſeparavit. Nunc etiam, o filiæ Sion, egredimini, & videte pacificum veſtrum (q), pugnantem pro libertate veſtra (r), in bello occumbere (s). Videte vitæ veſtræ (t) auctorem pro vobis mortis (u) januas introire, ut vos (x) ad vitæ viam revocaret (y). Videte vincula duriſſima, clavos ferreos, manus & pedes, qui ad ſalutem ſemper directi fuerunt, & ſalutem noſtram (z) operabantur in medio terræ (aa), crudeliter penetrare. Videte lignum crucis miſſum in panem noſtrum, panem candidiſſimum, panem delicatum, panem Angelorum, qui de cœlo deſcendit, ut ſe nobis daret in cibum (bb), & animas noſtras, continuo ſubjectas labori, ſemetipſo, non alio (cc) cibo reficeret; & ſe nobis incorporando (dd), non ut in noſtram carnem ſe, ſed ut nos in ſuum ſpiritum transformaret (ee). Videte ergo cariſſimæ (ff) quomodo juſtus ligatur, quomodo cum iniquis deputatus (gg) eſt liberrimus & optimus ſponſus veſter (hh). Moritur vita veſtra (ii), non quidem pro neceſſitatibus ſuis, ſed pro veſtris neceſſitatibus (kk). Date lacrymarum flumina in tantis

Cant. 3. 11.

Pſ. 73. 12.

Jer. 11. 19.

Jo. 6. 59.

Iſa. 53. 8.

(a) Al. in ſingulari *veſtem*.
(b) Al. *pretioſiſſimi*.
(c) De *purpura coccoque bis tincto* Exodi 25. 4. ac 26. 1. &c.
(d) Al. *tertio ſanguineo*.
(e) Al. *rubricatur*. De hoc verbo a D. Bonav. adhibito in Soliloq. Vide ſis Prodromum col. 705. Heic autem *Sponſam* alloquitur, ſicut paulo infra *Sponſas*. De ejus quoque *veſte ſic rubricata* in Ligno vitæ Tit. *Jeſus cruore maſidus*.
(f) Al. *ecce fera peſſima condemnavit &c.* Prædictus Geneſis textus Chriſto quoque paſſo aptatur in eodem Ligno vitæ ibi. Vid. quoque Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 19. num. 1217.
(g) Al. *Quis hic gemitus lacrymaſque contineat. Quis hic non doleat?*
(h) Al. *Quia ſi eſt pium*.
(i) Al. *fuit*.
(k) Al. *fuit*.
(l) Al. abſque *fuit*.
(m) Al. *Fuit hoc*.
(n) Al. *fortius &* deeſt.
(o) Al. *quod*.
(p) Al. *mundiſſimo*.
(q) Al. *noſtrum*.
(r) Al. *noſtra*.
(s) Vindobon. *occumbentem*.
(t) Al. *noſtræ*.
(u) Al. *pro nobis vitæ*.
(x) Al. *nos*.
(y) Al. *revocet*.
(z) Al. *pedes & manus, quæ ſalutem noſtram &c.*
(aa) Eodem ſenſu *Chriſti in crucifixione* Serm. ſive Collat. 1. in Hexaem. Ita & Cyrillus Jeroſolymitanus Catech. 17. Sicque plures alii Patres & Interpretes apud Lorinum.
(bb) Ita S. Juſtinus Martyr, Tertullianus, S. Cyprianus, Lactantius Firmianus, S. Ambroſius, Rufinus, S. Hieronymus, Theodoretus, S. Gregorius Magnus apud Malvendam. Vid. quoque apud Pamelium in L. 4. Tertull. con. Marcion. cap. 40.
(cc) Al. *alieno*.
(dd) Hoc verbo *incorporare* alibi quoque D. Bonav. utitur. Gottvvic. & Vindobon. *incarnando*.
(ee) Al. *non ſe in noſtram carnem; ſed nos in ſuum ſpiritum reformaret*. Ut ſupra autem de præparat. ad Miſſ. cap. 7. ſecundum Auguſtin. L. 7. Confeſſ. c. 10.
(ff) Al. deeſt *ergo cariſſimæ*. Et hinc confirmatur quod diximus in Prodromo col. 576. quod *in ſacris Virginibus inſtituendis convenit cum Bonaventuræ Opuſc. de perfect. vit. ad Soror.*
(gg) Vulg. *cum ſceleratis reputatus*; ſed *deputatus* etiam D. Bonav. Breviloq. par. 4. cap. 9. cum cit. alleg. in marg. Iſa. 53. Item Luc. 22. 37. ubi itidem fit in marg. alleg. Iſa. 53. cum *iniquis deputatus*. Et cap. 6. de perfect. Vit. ad Soror. ita habet *cum ſceleratis reputatus eſt*, ut poſt pauca ſubdat *cum iniquis deputatus*. In Gottvvic. & Vindobon. *deputatur*.
(hh) Al. *noſter*.
(ii) Al. *noſtra*.
(kk) Al. *non pro ſuis neceſſitatibus, ſed prō noſtris*.

Digitized by Google

tantis vinculis morienti, quia & ipse prior pro nobis (*a*) lacrymatus est. Astate pendenti (*b*), vacate & videte, quam amara, quam turpissima (*c*) morte condemnetur. Sustinet enim adhuc, & diligenter considerat, si quis sit qui simul contristetur, & si quem inveniat qui consolationem impendat (*d*), qui sanguinis rivos abstergat (*e*), qui oculos componat, qui clavos, cum quibus ligatus est, extrahat (*f*), & de cruce depositum munda sindone non panni, sed cordis involvat, & flens, cum beatis mulieribus flentibus ad tumulum prosequatur.

17. Quæcumque anima (*g*) fecerit hæc assidue, spero etiam quod lætissime resurrectionis quandoque mereatur gaudio recreari. *Si enim compatimur, & conregnabimus*; quod bene Sponsa in Cantico amoris ostendit, præmittens: *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur*. Et subjungit: *Botrus Cypri dilectus meus mihi*. Quid est fasciculus myrrhæ? Myrrha amara amaritudinem passionis significat: fasciculus vero coadunationem multarum passionum ostendit (*h*). Fit ergo Sponsus Sponsæ suæ fasciculus myrrhæ, quando ipsum multiplicibus affectum injuriis ad mentem reducit: quarum quædam jam enumeratæ; aliæ vero enumerandæ sunt. Quæ sunt autem ubera Sponsæ, inter quæ illum commoraturum affirmat? Duo ubera Sponsæ, prosperitas & adversitas sunt. His tanquam uberibus nutritur, dum adversitate fovetur, ne in prosperis elevetur. Ponit autem dilectum suum inter hæc ubera (*i*), dum illius & in adversis, & in prosperis recordatur (*k*). Ex quo evenit, ut ille qui modo fuerat fasciculus myrrhæ, id est, qui mentem sponsæ passionum suarum amaritudinibus amaricaverat (*l*); subito sit botrus Cypri, continens in se vinum jucunditatis & lætitiæ (*m*). Quod fit, dum Sponsum, quem tot viderat oppressum injuriis, & morte turpissima condemnatum, per resurrectionis triumphum gloria videt & honore coronatum, & cum humanitate, quam assumpserat, ad Patris dexteram considere; confidens se certissime per diversas tribulationes ad idem Domini sui gaudium intraturam.

2. *ad Tim.* 2. 12.

Cant. 1. 12. *& seq.*

18. Exeamus ergo (*n*) & nos, secundum monita beati (*o*) Pauli Apostoli, cum Sponso nostro bono & optimo (*p*) Jesu extra castra, id est, extra concupiscentias præsentis sæculi, improperium crucis & vinculorum asperitatem cum illo portantes (*q*): quia non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo (*r*); nec ad capitis corpus judicatur (*s*) pertinere membrum, quod capiti compassum non fuit (*t*). Vinciamur ergo vinculis passionis boni & amantissimi (*u*) Jesu, ut etiam vinculis caritatis cum illo vinciri possimus. Ipse enim (*x*) vinculis caritatis devinctus, ad suscipienda vincula carnis & (*y*) passionis de cœlo tractus fuit ad terram (*z*). Et nos ergo (*aa*), qui de terra (*bb*) trahi desideramus ad cœlum, prius passionis vinculis (*cc*) nostro capiti colligemur (*dd*), ut per hoc ad caritatis vincula pervenientes (*ee*) unum efficiamur cum ipso (*ff*), secundum quod oravit Patrem, dicens:

Ad Heb. 13. 13.

Non decet membrum delicatum esse sub capite crucifixo.

Vincula Christi quomodo imitanda.

(*a*) Al. *pro nobis* deest.
(*b*) Al. *Astate pendenti* deest.
(*c*) Al. *turpi*.
(*d*) Al. deest *qui consolationem impendat*.
(*e*) Gottvvic. *astringat*.
(*f*) Al. hæc itidem desunt.
(*g*) Omnia sub hoc numero contenta in Gottvvic. & Vindobon. desiderantur.
(*h*) Sic Expos. in Cap. 1. Cant. §. 79. nec non in Passione Christi breviter collecta ad modum Fasciculor. Fascic. 1. ab initio, ac in Præfat. Ligni Vit.
(*i*) Scilicet *adversa & prospera*, S. Bernardus Serm. 43. in Cant. n. 2.
(*k*) *Ut nec læta extollant, nec tristia dejiciant*, ibi idem Bernard.
(*l*) Vide supra num. 14. in not. *k*.
(*m*) Per *botrum Cypri* intelligit *optimum vinum*, etiam d. Expos. in cap. 1. Cant. §. 80.
(*n*) Al. *igitur*.
(*o*) Al. *beati* deest.
(*p*) Al. *& optimo* pariter deest.
(*q*) Similiter in Legen. S. Clar. cap. 1. num. 7. ipsemet loquitur.
(*r*) Simili modo ait cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *caput humile, & membrum superbum non decet*.
(*s*) Al. *se indicat*.
(*t*) Vindobon. *quia non decet esse membrum, quod capiti non fuerit compassum*.
(*u*) Al. deest *& amantissimi*.
(*x*) Edit. anti. *vel*.
(*y*) Al. sine *carnis &*.
(*z*) Al. *est in terras*.
(*aa*) Al. *nos e contrario*.
(*bb*) Al. *de terris*.
(*cc*) Al. *vinculum*.
(*dd*) Al. *colligemus*.
(*ee*) Al. *pertinentes*.
(*ff*) Gottvvic. & Vindobon. addunt: *Quod ipse præstare dignetur, qui &c.*, sed reliqua prætermittunt usque ad cap. seq.

Digitized by Google

Jo. 17. 22. *Rogo, Pater, ut quos dediſti mihi*, confirmati in caritate (*a*) *ſint unum in nobis, ſicut tu & ego unum ſumus* (*b*). Quid hac unitate glorioſius? Quid ultra vel optare poteris, vel habere? Unum cum ſponſo tu eris. O felix, felicior, immo omnium feliciſſima (*c*) unitas. Hac unitate ſe Apoſtolus Chriſto unitum
Ad Rom. 8. 35. ſentiebat, cum dixit (*d*): *Quis ſeparabit nos a caritate Chriſti? Tribulatio, an anguſtia, an fames, an perſecutio, an periculum,*
Ibi 38. *an nuditas, an gladius? Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque principatus, neque poteſtates* (*e*), *neque altitudo, neque profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare a caritate, quæ eſt in Chriſto Jeſu* (*f*). Optemus totis deſideriis hujus caritatis vinculis Sponſo & Domino noſtro colligari, ita ut ejus ſequentes veſtigia illuc pervenire
Jo. 17. 24. ac 12. 26. poſſimus, ubi ipſe eſt qui dixit: *Volo, Pater, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum, & ubi ego ſum ibi ſit & miniſter meus* (*g*).

CAPUT V.

De cultura & ſpecioſitate noſtræ Vitis. (*h*)

19. Viſis ex parte his quæ viti ad culturam exterius adhibentur, nunc ad ipſam vitem animum (*i*) divertamus (*k*): ut per quaſdam ſimilitudines illius, noſtram Vitem Dominum noſtrum magis prope (*l*) & propius contemplemur. Totum corpus ipſius vitis aliis arboribus & arbuſculis (*m*) deformius invenitur, & quaſi penitus inutile videtur & abjectum, nec ipſo aſpectu amabile, aut uſui cuiquam accommodatum (*n*). Quod autem dicitur, corpus vitis terrenæ corpus vitis noſtræ Domini Jeſu ſignificare, videtur non convenire, ſed plurimum diſcordare aſſignata hujus ſignificatio figurata, & ſimilitudo. Nam in corpore vitis plurima eſt deformitas; ex adverſo autem in Chriſto Jeſu multa ſpecioſitas, de quo dicitur per Prophetam (*o*); *Specioſus forma præ filiis hominum* (*p*). Sunt autem nonnulli, qui hæc verba non ad exteriorem, ſed interiorem hominem retorqueant, id eſt, ad animam (*q*) ſive ad Divinitatem (*r*), in quibus nimirum non ſolum filios hominum, ſed etiam filios Dei, id eſt, ipſos Angelicos Spiritus, præcellebat. *Tanto enim melior Angelis effectus eſt, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit*. Ne ergo nos huic ſententiæ contradicere videamur (*s*), ad manum auctoritates habemus, licet plurimos eſſe ſciamus, qui nondum omnino ſpirituales effecti, aliud ſentiant (*t*), fingentes ſi-

Pſal. 44. 3.

Ad Heb. 1. 4.

Chriſtus an ſpecioſus in paſſione.

bi

(*a*) Forte *conformati in caritate*; nam id dictum *per conformationem dilectionis*, ait D. Bona. Comm. in Jo. cap. 17. num. 1132. Apoſtoli autem poſtea fuere *confirmati in caritate*.

(*b*) Sic ad ſenſum potius, quam ad verbum Vulg.

(*c*) Uſus poſitivi, comparativi, & ſuperlativi, prædicto ordine, haud inſolens apud D. Bonav.

(*d*) Ser. 2. de plur. SS. Confeſſoribus: *Hoc bitumine Chriſto conjunctus Apoſtolus dicebat &c.*

(*e*) Pro *neque virtutes* habent *neque poteſtates* plures ſcripti Libri apud Franc. Luc. Brugen.

(*f*) Prædictis verbis Apoſtoli: *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti &c.*, pariter utitur in Incendio ſive Incentivo amoris cap. 3. ad ſignificandam *adhærentiam conglutinantem Sponſo*, ſcilicet Chriſto Domino.

(*g*) Similiter jungit utrumque textum, ſicque legit Comment. in Evang. Jo. cap. 17. num. 1138. Vide ſis quoque ibi cap. 12. n. 874.

(*h*) In Gottvvic. tit. *Paſſio Chriſti multiplex. De proprietatibus vitis*. In Vindobon. deſunt Capita, & Tituli. Al. prædictis verbis additur: *id eſt, de pulchritudine Chriſti interna & externa*.

(*i*) Al. *animam*.

(*k*) Al. *convertamus*.

(*l*) Al. *proprie*.

(*m*) Al. *arbuſtis*.

(*n*) Al. *aut viſui accommodum*.

(*o*) Al. *Qui hic dicemus? Corpus vitis noſtræ Domini Jeſu ſignificare deberet, niſi quod plurimum diſcordare videtur hujus deformitas, & forma illius, de quo ſcriptum eſt &c.*

(*p*) Sequentia Codd. Gottvvic. & Vindobon. omittunt uſque ad Iſaiæ textum.

(*q*) Ita Theodoretus & Heſychius exponunt prædictum textum *quoad animam* apud Tirinum.

(*r*) *Secundum Divinitatem* Athanaſius & Baſilius apud eundem. Vid. quoque Lorinum.

(*s*) Huic non contradicit, ſed adhæret ipſemet D. Bonav. dum ait Expoſit. in Pſal. in d. Pſ. & text. quod *Chriſti ſecundum humanitatem forma conſiſtit in duobus, peccati immunitate, & donorum collatione*. Et hæc *ſententia* ita quoque probatur Malvendæ, ut dixerit „ De ſpirituali „ pulchritudine hic eſſe ſermonem non dubitaverim: nam & vera forma Deitatis, & gratia, doniſque omnibus Spiritus ſancti, ac „ virtutibus fuit pulcherrimus omnium mortalium Chriſtus. Vide hic Flaminium. “

(*t*) Idem Malvenda continuo ſubjungit „ De „ corporea plerique etiam accipiunt in hac vita, quæ tamen certis & idoneis vetuſtis auctoribus non conſtat; poſt reſurrectionem tamen non eſt dubium. “

Digitized by Google

bi quamdam ſpecialem (*a*) pulchritudinem in corpore Domini (*b*): & ſi quando audiant Dominum ipſum deſpicabilem forma fuiſſe, non patienter ſuſtinent: & ſi lingua taceant, rancore & motu animi contradicunt, non attendentes quod ſcriptum eſt: *Spiritus eſt qui vivificat; caro autem non prodeſt quicquam*. Sed tamen audiamus (*c*) Iſaiam dicentem de Chriſto (*d*): *Non eſt ei* (*e*) *ſpecies neque decor* (*f*): *& vidimus eum, & non erat aſpectus* (*g*); *& deſideravimus eum, deſpectum & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem; & quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus* (*h*). *Unde nec reputavimus eum. Et nos putavimus* (*i*) *eum quaſi leproſum, & percuſſum a Deo, & humiliatum* (*k*). Ecce qualis deſcribitur a Propheta (*l*). Quid apertius? Et vere talis erat in oculis infidelium & carnalium, qui tantum carnem noverunt intueri. (*m*)

Jo. 6 64.

Iſa. 53. 2. ac ſeqq.

20. Quod & nos manifeſtis rationibus poſſumus approbare. Primum quidem per affectum compaſſionis, deinde per defectum paſſionis. Et quia vere ſuſceperat affectiones noſtras (*n*) videamus, quomodo affici ſolent homines circa eos quos amant, ut per notum ad ignotum veniamus. Quis neſciat hominem circa amicum ſuum periclitantem ſæpe tanto affectu & dolore moveri, ut corporis ſui detrimentum incurrat? Si hoc præſtat homo homini; quantum Deum hominem Jeſum putas homini præſtitiſſe? Si tu pro uno homine per compaſſionem periculum corporale incurris; quid putas Dominum Jeſum pro omnibus hominibus toleraſſe? Omnes enim ſui erant, & omnes mortaliter infirmi erant (*o*). Certe novimus Paulum Apoſtolum de ſe dixiſſe: *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Et vere eo uſque infirmabatur, ut, ſicut ipſe de ſe fatetur, præſentia ejus eſſet deſpicabilis, &, ſicut ait: *Mundus mihi crucifixus eſt, & ego mundo*. Mundus quippe ei crucifixus erat, qui omnia quæ mundi erant, tanquam mortua reputabat. (*p*) Ipſe vero mundo etiam crucifixus erat: quia ipſum propter crebras compaſſionum ſimul

2. ad Cor. 11. 29.
2. ad Cor. 10. 10.
Ad Galat. 6. 14.

Paulus mundo crucifixus.

(*a*) In Edit. Mabillon. in corp. *ſpiritualem*, in marg. *ſpecialem*.

(*b*) *Specialem quamdam pulchritudinem in corpore Domini*, ſcilicet extraordinariam prorſuſque ſingularem, improbat; non tamen condecentem. Quinimo *ſpecialem* quoque admittit, quatenus in venuſtate mentis, ac in corporis pudicitia conſiſtit. Unde inquit Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph. *In Filio Virginis glorioſæ erat pulchritudo venuſtatis & pudicitia in mente & corpore*. Illam ergo tantum *ſpecialem pulchritudinem* heic minime probat, quam in carne Chriſti velut cœleſti & immortali fingebant illi, contra quos L. de carne Chriſti cap. 9. ſcribit Tertullianus, ac ipſemet D. Bona. in 3. Diſt. 2. Ar. 2. Q. 1. per tot.; ſive illam quæ nullam patitur adventitiam deformitatem, uti ſatis infra ſe ſe declarat in fine num. 27.

(*c*) Vindobon. *Verum audiamus*.

(*d*) Al. *Iſaiam quoque non audiunt, vel inviti audiunt dicentem in eum &c.*

(*e*) Al. *Ecce vidimus eum, & non erat illi*.

(*f*) S. Bernardus Serm. 28. in Cant. n. 2. „ Specioſus præ filiis hominum obſcuretur in „ paſſione, turpetur in cruce, palleat in mor„ te: ex toto non ſit ei ſpecies, neque decor, „ ut ſibi ſpecioſam atque decoram acquirat „ Sponſam Eccleſiam ſine macula & ſine ruga". Et ipſemet S. Bonav. in Ligno Vit. Tit. *Jeſus ſol morte pallidus*, ait: *Tunc ſpecioſus forma præ filiis hominum, caligantibus oculis, & pallentibus genis, pro filiis hominum deformis apparuit*. Et Tit. *Jeſus decor præcipuus*, inquit: *Sane flos ille pulcherrimus de radice Jeſſe in Paſſione defloruit*. Nec non de *ſpecioſo forma præ filiis hominum, candore lucis æternæ, & ſpeculo ſine macula*, Ser. 1. Dom. infra Oct. Epiph. ubi & infra: *Pallebat decor munditiæ, & naturali pulchritudine tabe ſcebat: fordebat ſputis facies glorioſa*.

(*g*) Al. *aſpectus ejus non erat in eo*.

(*h*) Bernardus ibi „ Intus Divinitatis can„ dor, decor virtutum, ſplendor gloriæ (*al.* „ *gratiæ*) innocentiæ puritas: ſed tegit hæc „ deſpicabilior infirmitatis color, & quaſi ab„ ſconditus vultus ejus & deſpectus; dum ten„ tatur per omnia pro ſimilitudine abſque pec„ cato."

(*i*) Al. *reputavimus*.

(*k*) Confer Vulg. ac Serm. 1. S. Bonav. in Converſ. S. Pauli Apoſt.

(*l*) Hugo Card. ſive Alex. Alenſis conferens ſupra d. Pſ. 44. v. 3. cum cit. Iſa. 53. ver. 2. ait „ Loquitur Propheta ad Sponſum, unde „ ſupplendum eſt: tu es *ſpecioſus forma*. Sed „ contra Eſa. 53. *Non eſt ſpecies ei, neque de*„ *cor*. Solutio, hoc quod dicitur in Eſa. in„ telligitur de ignominia paſſionis &c." Quæ ſequuntur uſque ad num. 22. in Gottvvic. & Vindobon. deſunt.

(*m*) *Niger erat* (ait ibi num. 3. Bernardus) *ſed oculis inſipientium; nam fidelium mentibus formoſus valde: niger, ſed formoſus; niger reputatione Herodis, formoſus confeſſione latronis, Centurionis fide*.

(*n*) *Affectum ſuſcepiſſe ad condeſcendendum, non tantum carne, ſed etiam mente infirmis*, in Apol. Pauper. prim. reſponſ. pri. partic. Art. 2. ubi ex Ambroſio: *Minus mihi contulerat, niſi meum ſuſcepiſſet affectum &c.*

(*o*) Quod *infirmorum perſonam ſuſceperit Chriſtus*, in ead. Apol. ibi.

(*p*) Philipp. 3. 8. *Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam*.

Digitized by Google

ſimul & paſſionum infirmitates (a) corpore extenuatum & exterminatum (b) cum mundus abhorrebat, nihil in eo inveniens quod pertineret ad ipſum (c). Si ergo Paulus cum infirmantibus infirmabatur, & cum eſſet conſervus & frater, cum conſervis & fratribus: quid benignus Jeſus Dominus & Pater, pro creatura & filiis? Ardebat Paulus, quaſi eſſet radio ſolis accenſus: quantum ipſum Solem putas exarſiſſe? Si uſque ad tantam infirmitatem per effectum compaſſionis accenditur qui ſcintillam caritatis habuit: quid ſentiendum
Jo. 1. 16. putas de ipſa caritate, de cujus plenitudine omnes acceperunt?

21. Nec aliquo modo dubitandum, quin infirmitatem & exterminationem corporis incomparabilem ſuſtinuerit, qui etiam venerat crucem ſuſtinere, & præ ceteris tanto magis fuerit confectus, quanto major in eo fuit compaſſionis affectus, qui non ſolum facta, ſed etiam cogitationes inſpexit. Suffragatur his rationibus ſententia ipſius Domini ſic
Matth. 23. 37. dicentis: *Jeruſalem, Jeruſalem, quoties volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti?* Videamus quid ſibi hoc velit, quod Dominus ſe gallinæ magis, quam alteri animali voluit comparare. Quia, ut a ſanctis Patribus (d) tenetur, ideo factum eſt, ut exprimatur incomparabilis affectus caritatis. Nullum enim animal circa pullos ſuos tanta compaſſione movetur, ſicut gallina (e). Fit enim toto corpore hiſpida, voce rauca (f), toto fervens animo, & omnibus membris infirma, & uſque ad ſupremum defectum perveniens. Si ergo in tantum pullis ſuis gallina animal irrationale compatitur; quanto putas optimum Jeſum humano generi fuiſſe compaſſum? Ad quantam putas eum debilitatem & infirmitatem (g) perveniſſe? Quanta ipſum putas macie confectum fuiſſe, qui pro omnibus cognoſcitur doluiſſe? Unde Iſaias: *Vere languores noſtros ipſe tulit, & peccata noſtra (h) ipſe portavit.* Iſa. 53. 4.

Gallinæ ſe Chriſtus cur comparat.

22. Sed jam ad paſſionis defectum (i) veniamus. Paſſionem autem non illum diem unum appellamus, quo mortuus fuit, ſed totam vitam illius (k). Tota enim vita Chriſti, crux fuit & martyrium (l). Breviter ergo (m) dicamus, ſed

Tota vita Chriſti crux & martyrium.

(a) Prædictum textum Gal. 6. ibi explicat quoque de *paſſionum tolerantia ſecundum imitationem Chriſti*, in 3. Diſt. 35. Art. 1. Q. 5. in concl.

(b) Id eſt, *obſcuratum, deformatum*, quemadmodum illud Matth. 6. 16. *exterminant facies ſuas*, interpretatur Mariana, *obſcurant, deformant*.

(c) Pariter de S. Franciſco cruci confixo tam carne, quam ſpiritu, cap. 14. ejus Legen. ait, *quod nihil erat illi commune cum mundo*.

(d) Chryſoſtomo, Hilario, Auguſtino &c.

(e) De *ſuperabundantia pietatis, qua Gallina movetur ad pullos*, idem ipſe S. Bonav. Expoſit. in cap. 13. S. Luc. Quodve *Chriſtus comparetur Gallinæ propter affectiones compaſſionis* ipſemet etiam Expoſit. in cap. 3. Lam. Jer. Proph.

(f) Expoſit. in Pſalter. Pſ. 58. „ Chriſtus „ Gallinæ comparatur ..... eo quod avi„ dius nutrit, & fovet pullos, quam alia avis: „ quod cognoſcitur in laxatione alarum, & in „ raucitate. Sic Chriſtus, unde hoc: *Quoties „ volui congregare pullos tuos &c.* Et hoc: *Rau„ ca facta ſunt fauces mea.* Quod dicitur de „ Chriſto.“

(g) In 3. Diſt. 15. Ar. 1. Q. 3. in Fundam. cum Magiſtro in litera inquit, quod *ex ſola voluntate miſerationis in ſe tranſtulit veram infirmitatem, ſicut accepit veram carnem*.

(h) Vulg. *dolores noſtros*; ſed *peccata noſtra* LXX. & ſecundum hos S. Petrus Epiſt. 1. cap. 2. 24. Quin etiam Cornel. a Lap. in Matth. cap. 23. 37. legit *peccata noſtra*.

(i) In 3. ibi Q. 1. in concl. *Abſque dubio congruum fuit Chriſtum aſſumere naturam noſtram cum defectibus, & paſſibilitatibus*.

(k) Cap. 6. de perfect. Vit. ad Soror. „ Con„ ſidera & attende diligenter, quia mors & „ paſſio Chriſti fuit diuturna. A prima enim „ die nativitatis ſuæ uſque ad ultimum diem „ mortis ſuæ ſemper fuit in paſſionibus & do„ loribus, ſicut ipſe teſtatur per Prophetam, „ dicens: *Pauper ſum ego, & in laboribus a ju„ ventute mea*. Et alibi dicit: *Fui flagellatus „ tota die*, id eſt, toto tempore vitæ meæ “. Pariterque infra cap. 36. num. 127. adſeverat, quod *a nativitatis exordio paſſio crucis ſimul exorta eſt*.

(l) Ipſiſſima infra repetit cap. 35. num. 126. Ad prædicta verba Alexander Calamatus Meſſinen. in Opuſc. inſcripto *Spettacolo doloroſo* cap. 1. Edit. Trident. 1657. allegatur *S. Bernardus* Serm. 2. de Circum. Item ad ſimilia iterum *S. Bernardus* Serm. 3. de Paſſ. At S. Bonav. Phar. Lib. 4. cap. 10. præfata verba allegat tanquam *Auguſtini in Sermonibus*. Huc quoque ſpectat quod inquit S. Maximus in Serm. de Martyr. apud Tho. Hibernic. in Floribus verbo *Crux* fol. m. 273. *Crux non ſolum dicitur, quæ tempore paſſionis ligni afflictione conficitur, ſed quæ totius vitæ curriculo cunctarum diſciplinarum virtutibus coaptatur*. Unde pariter infert: *Omnis Chriſtiani vita, quam ſecundum Evangelium vixerit, crux eſt atque martyrium*. Al. tamen heic in marg. *Ex Gregor.* Et apud Tho. a Kempis de Imit. Chr. L. 2. cap. 12. n. 7. pariter abſque ulla allegatione: *Tota vita Chriſti, crux fuit & martyrium*.

(m) Gottvvic. *Et breviter*. Vindobon. *Breviter* ſine *ergo*.

Digitized by Google

ſed meditando longius immoremur, quantæ fuerit paupertatis (*a*) in abſtinentia; quam prolixus fuerit in vigiliis; quam frequens in orationibus: in labore, in ſudore vultus ſui quam aſſiduus; cum tranſcurreret (*b*) vicos & caſtella, evangelizando & curando (*c*) undique, & quam crebro famem pertulit & ſitim ille Panis vivus, ille Fons aquæ ſalientis in vitam æternam. Videamus illud (*d*) jejunium quadraginta dierum (*e*), poſt quos eſuriit; & jam a deſerto ad homines redeunti occurramus, & vultum illius (*f*) amabilem tantis jejuniis conſideremus afflictum (*g*). Et optime poſuit Evangeliſta poſt jejunium, *eſuriit*, ut ſcias Jeſum, non in virtute Divinitatis, ſed humanitatis ſuæ natura jejunaſſe (*h*). Quid enim magnum, ſi in Divinitatis fortitudine quadraginta diebus jejunaſſet, in qua nunquam eſuriit?

Jo. 6. 51. ac 4. 14. Jejunium Chriſti. *Matth. 4. 2. & Luc. 4. 2.* *Chryſologus Ser. 11.*

23. Tandem ad ultimæ (*i*) diei agonem veniamus; & cauſſas deformati corporis non poterimus (*k*) ignorare. Incipiat ergo conſideratio noſtra in eo (*l*) loco, ubi ipſo teſte, dum (*m*) inciperet pavere & tædere, triſtis fuit anima ejus uſque ad mortem. Sudor ſanguineus exanimis (*n*), & agonizantis membra copioſe perfudit, ita ut jam non ſolum diſtillaret, ſed guttatim decurreret in terram. Procedamus ulterius (*o*), & illius noctis incommoda percurramus: quomodo tentus, vinctus, tractus, truſus, cæſus, & conſputus; colaphis & alapis (*p*) percuſſus, ſpinis coronatus, clamyde coccinea indutus, falſa adoratione & genuflexione irriſus, arundine percuſſus (*q*), alba veſte illuſus, flagellis acerrimis laceratus, propria cruce oneratus, primo portans eam, quæ ipſum poſtea ſtatim fuit portatura. Talem inſpice Jeſum. Quis hic locus deliciarum? Qualis hic decor ſpeciei? Quis in corpore ſic mactato formæ pulchritudinem quærat?

Marc. 14. 34. Agonia Chriſti.

24. Sed veniamus ad finem. Nudatus eſt amantiſſimus Dominus Jeſus (*r*). Quare? ut tu corporis puriſſimi deformationem valeas intueri. Nudatur ergo ſic ille bonus & optimus Jeſus (*s*). Heu mihi (*t*)! Qui veſtivit cœlos diverſis ſideribus, ante crucem exſpoliatus, nudus etiam ut erat, lividus cruci affigitur. Heu! (*u*) candor lucis æternæ nigreſcit in carne (*x*) pro carne ſalvanda, & facies, quam Cherubim & Seraphin aſpicere deſiderant, erat ex lacrymis turgida. Nudatur Dominus, qui ante ſæcula regnans decorem induit & fortitudinem, cui canimus: *Confeſſionem & decorem induiſti; amictus lumine, ſicut veſtimento.* Spectaculum mundi fuit (*y*) & opprobrium mundo & hominibus; quaſi (*z*) prodigium multis, & commotio capitis in populis. Caput noſtrum, gaudium noſtrum, honor noſter bonus Jeſus. Sed quid moror? Exaltatur (*aa*) in crucem (*bb*), perforantur manus & pedes viri optimi benigni Jeſu. Elicitur (*cc*) ſanguis, ſi quis fuit (*dd*).

Nudatio Chriſti. *Sap. 7. 26.* *1. Pet. 1. 12.* *Pſ. 92. 1.* *Pſ. 103. 2.* *Pſ. 70. 7.* *Pſ. 43. 15.* Crucifixio.

Stat

(*a*) Al. *parcitatis*. Sed paupertatem Chriſti ubique, cum ſe offert occaſio, commendare, D. Bonaventuræ perquam familiare.
(*b*) Al. *circumiret*.
(*c*) Al. *evangelizans & curans*.
(*d*) Al. *aliud*.
(*e*) Al. additur *& quadraginta noctium*.
(*f*) Al. *illum*.
(*g*) In Gottvvic. atque Vindobon. prætermittuntur ſequentia uſque ad num. 23.
(*h*) *Ut aſſumptæ humanitatis veritatem oſtenderet*, ait & Dionyſius Carthuſianus; ſicque etiam *ut exemplum jejunandi nobis præberet, & pro nobis ſatisfaceret*, inquit Eſtius. Unde notat *differentiam inter hoc Chriſti jejunium, & abſtinentiam Moyſi & Eliæ*. Vid. D. Bo. Exp. in c. 4. S. Luc.
(*i*) Al. *Sed jam ad illum ultimæ &c.*
(*k*) Al. *nequibimus*.
(*l*) Al. *in eodem*.
(*m*) Al. *cum*.
(*n*) Al. *orantis*.
(*o*) Al. *nunc*.
(*p*) Al. *alapiſque*.
(*q*) Al. *cæſum caput*, ubi aliqua de præcedentibus & ſequentibus omiſſa.
(*r*) Al. *Nudatur Jeſus*.
(*s*) Al. *bonus Jeſus*.
(*t*) Quæ continuo ſequuntur in dd. Codd. Gottvvic. & Vindobon. deſunt uſque *Nudatur Dominus &c.*
(*u*) Hac interjectione dolentis utitur quoque cap. 6. de perfect. vit. ad ſoror. Item in Soliloq., in Amator. &c.
(*x*) Pariter Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph. Unde inibi exclamat: *Quis mihi dabit nigreſcere cum Chriſto &c.*
(*y*) Al. *ſpectaculum fit*.
(*z*) Al. *fit tamquam*.
(*aa*) Al. *exaltato*.
(*bb*) Dicitur *exaltatur*, ſive *exaltato in crucem*; quia ut ait in Opuſc. cui titulus: *Faſciculus mirrhæ* &c., Faſcic. 3. „ Aut primo crucem ere„ xerunt, & Chriſtus aſcendit ad crucem, aut „ certe crucem poſuerunt in terram, & ibi „ eum clavis affixerunt. “ Sed de hac utraque ſententia plura videri poſſunt apud Cornel. a Lapid. Comment. in cap. 7. Cant. ver. 8. nec non Comment. in Matth. cap. 27. ver. 33.
(*cc*) Al. *ejicitur*. (*dd*) Al. *ſupererat*.

Digitized by Google

Stat Mediator noſter in conſpectu Patris ſui in confractione, ut avertat iram ejus, ne diſperdat nos. Et quamvis toto corpore confractus, non cadit mente (a): ſtat conſtanter in (b) perſeverantia bonæ voluntatis. O qualem te intueor, dulcis Jeſu (c)? O dulciſſime atque amantiſſime (d) Domine Jeſu; quis te tam amaræ & tam odioſæ morti addixit, vulnerum antiquorum noſtrorum unice Salvator? Quis te uſque ad hæc non ſolum diriſſima, ſed etiam turpiſſima vulnera patienda detraxit (e)? O Vitis dulciſſima, bone Jeſu (f), hunc (g) fructum reddidit (h) tibi vinea tua, quam de Ægypto tranſtuliſti? Expectaveras patienter uſque ad hunc diem nuptiarum tuarum (i), ut faceret uvas; fecit autem ſpinas (k). Spinis enim coronavit te, & ſpinis peccatorum ſuorum circumdedit te. Ecce in quantam amaritudinem (l) converſa eſt vitis, non jam tua, ſed aliena. Negavit enim te dicens & clamans: *Non habemus regem, niſi Cæſarem.*

Pſ. 105. 23.

Pſ. 79. 9. Iſa. 5. 4.

Jer. 2. 21.

Jo. 19. 15.

Chriſtus a variis diverſimode percutitur & traditur. Matth. 21. 39.

25. Ejectum ergo te extra vineam vel civitatis, vel (m) conſortii tui, ſacrilegi agricolæ occiderunt non ſubito, ſed longo crucis tormento confectum, & multis vulneribus flagellorum & clavorum pariter cruciatum. O quantos habes percuſſores, bone (n) Jeſu! Percutit te Pater tuus, qui proprio Filio ſuo, id eſt, tibi, non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, id eſt, te. Percutis etiam tu temetipſum, tradens (o) in mortem animam tuam, quam nemo poteſt tollere a te ſine te. Percutit te diſcipulus tuus (p) traditione & oſculo falſo. Percutit te Judæus colaphis & alapis. Percutiunt te Gentiles flagellis & clavis. Et (q) ecce quantum percuſſus & humiliatus es! O quanti percuſſores, o quanti traditores tui! Tradidit te Pater tuus cœleſtis, qui (r), ſicut dictum eſt (s), pro nobis omnibus tradidit te. Sic enim quidam Servorum tuorum gratulando dixit de te: *Qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis.* O vere magnum (t) admirabile commercium! tradidit ſe Rex pro ſervo, Deus pro homine, creator pro creatura, innocens pro nocente. Tradidiſti ergo te in manus illius traditoris ſcilicet (u) falſi diſcipuli: tradidit te traditor ille Judæis (x), & tradiderunt te illi peſſimi traditores Judæi (y) Gentilibus ad illudendum, & conſpuendum, & flagellandum, & crucifigendum. Dixiſti & prædixiſti tu hæc, & ecce facta ſunt. Omnibus enim conſummatis, ecce crucifixus es, & cum iniquis deputatus es (z). Nec ſufficit te vulneratum eſſe, quin & ſuper dolorem vulnerum tuorum addunt, dantes tibi ſitienti vinum myrrhatum bibere cum felle mixtum.

Ad Rom. 8. 32.

Ad Epheſ. 5. 2.

Marc. 10. 34. Luc. 18. 32.

Pſ. 32. 9.

Luc. 22. 37.

Pſ. 68. 27.

Mar. 15. 23. Matth. 27. 34.

26. Doleo ſuper te, Domine mi rex, magiſter, & pater, immo & frater, Domine mi amantiſſime Jeſu (aa), amabilis valde ſuper amorem mulierum, cujus ſagitta nunquam abiit retrorſum. Sagittæ enim tuæ acutæ, & doctrinæ validæ; (bb) quia vivus eſt ſermo tuus & efficax, & penetrabilior (cc) omni gladio ancipiti, pertingens uſque ad diviſionem animæ & ſpiritus. Nec declinat clypeus tuus in bello. Scuto enim bonæ voluntatis tuæ, id eſt, gratiæ (dd) coronaſti nos. Haſta orationum tua-

2. Reg. 1. 26. ac 22.

Pſ. 44. 6.

Ad Heb. 4. 12.

Pſ. 5. 13.

(a) Al. *Vere non cadit mente*, ceteris omiſſis.
(b) Al. *etiam*.
(c) In marg. Cod. Gottvvic. hæc notatur *Planctus*.
(d) Vindobon. *benigniſſime*.
(e) Al. *pertraxit*.
(f) Similiter cap. 6. de perfect. Vit. ad Soror. ubi de Paſſionis Chriſti memoria agitur: *O bone Jeſu, o benigne Salvator*; nec non o *bone Jeſu, o dulciſſime Domine &c.*
(g) Al. *huncine*.
(h) Al. *reddit*.
(i) De nuptiis in paſſione Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 19. ſub ver. 7. ac inter Bonaventurianos Serm. 1. Dom. 1. poſt Oct. Epiphan.
(k) Vulg. *labruſcas*; ſed *ſpinas* ſecundum LXX., nec non Vol. 1. Comment. in Joan. cap. 15. num. 1024.
(l) Vulg. *in pravum*; ſed *in amaritudinem* rurſum ſecundum LXX.
(m) Al. *vineam civitatis, & conſortii*.
(n) Al. *Domine*.
(o) Al. *Percutis temetipſum: tradis enim &c.*
(p) Al. *impius*.
(q) Al. ſine &.
(r) Al. *quia*.
(s) Al. deeſt *ſicut dictum eſt* in MSS.
(t) Al. ſine *magnum*.
(u) Al. *in manus traditoris illius*.
(x) Al. *ille te Judæis*.
(y) Al. abſque *Judæi*.
(z) Al. id deeſt, ſcilicet *& cum iniquis deputatus es*.
(aa) Al. *mi Jeſu Chriſte*.
(bb) Al. *tuæ, id eſt, doctrinæ tuæ, acutæ &c.*
(c) Sequentia uſque *oraſti* ſive *rogaſti ut non perirent*, deſunt in Vindobon. cujus apographum habeo.
(dd) Al. id quoque deeſt. Supradictam autem

Digitized by Google

tuarum non est aversa: quia etiam pro transgressoribus orasti (*a*) ut non perirent. Quanto magis pro amicis (*b*)? Tu leone fortior. Etenim tu leo de tribu Juda, superasti illum leonem, qui circuit (*c*) quærens quem devoret. Tu aquila velocior (*d*). Exultasti enim ut gigas ad currendam viam, ad implendum mysterium incarnationis tuæ (*e*): donec sicut aquila (*f*) provocans ad volandum (*g*) pullos suos, expandisti alas brachiorum tuorum in cruce, & super nos volitans assumpsisti nos, & portasti in humeris tuis (*h*), in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum, in domum familiaritatis & claritatis tuæ: ubi de ove & drachma perdita & inventa fecisti convivium vicinis & amicis tuis beatissimis Spiritibus (*i*), ipsos hilariter ad tuam congratulationem invitans, faciens in cœlis gaudium de peccatore pœnitentiam agente. (*k*) Et cum talis sis ac tantus, morte turpissima condemnaris, spirituque in manus Patris commendato, capiteque (*l*) inclinato exspiras.

Apoc. 5. 5. — 1. *Pet.* 5. 8. — *Psal.* 18. 7. — *Deut.* 32. 11. — *Exo.* 19. 12. & *seq.* — *Luc.* 15. 4. *ac* 8. — *Ibi* 10.

27. Venite, quæso (*m*), & condolete ei omnes qui gaudere desideratis in Domino. Attendite vestrum manu fortem (*n*), quomodo contritus est; desiderabilem vestrum (*o*), quomodo miserabiliter deformatus est; pacificum vestrum (*p*), quomodo in bello peremptus. Ubi est rubor roseus? ubi candor juvenilis? ubi in corpore tam contrito decorem invenies? Ecce defecerunt dies nostræ diei benignissimi Jesu (*q*), qui solus est dies sine tenebris, & ossa ejus sicut cremium aruerunt. Percussus est sicut fœnum, & aruit cor ejus; elevatus est, & allisus est valde, scilicet (*r*) in decore extrinseco: sed decorem & decus retinebat simul intrinsecus (*s*). Noli ergo deficere pro ipso (*t*) in tribulationibus tuis; quia hunc speciosum forma præ filiis hominum viderunt omnes in cruce, qui tantum exteriora intuebantur, & viderunt eum non habentem speciem neque decorem: sed facies ejus despecta (*u*) est quasi deformis (*x*). De hac tamen deformitate Redemptoris nostri manavit pretium decoris nostri (*y*), sed decoris interni (*z*).

Ps. 89. 9. — *Ps.* 101. 4. *ac seq.* — *Ibi* 11.

Devota compassio erga Christum mortuum.

tem interpretationem confirmat Lorinus inquiens „ *Bona voluntas*, quæ est ut scutum, „ quod etiam admonet Haymo, denotat Di„ vinæ gratiæ necessitatem, quemadmodum in„ ferunt adversus Pelagianos Augustinus, & „ Cassiodorus.“

(*a*) Vindobon. *rogasti*.

(*b*) Al. pro *amatis*.

(*c*) Al. *rugiens &*.

(*d*) Alludit ad illud 2. Reg. 1. 23. *Aquilis velociores, leonibus fortiores*.

(*e*) Allegorice scilicet significatum per verba ejusdem Ps. ac ver. *In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo*, ut habet Hugo Card. sive Alex. Alen. ibi, atque inter recentiores Tirinus. Item antiqui Patres apud Lorinum.

(*f*) Huic Aquilæ Deut. loc. cit. comparat quoque Christum Exposit. in Cap. 13. S. Luc. nec non Exposit. in cap. 3. Lament. Jerem. Proph.

(*g*) Al. deest *ad volandum*.

(*h*) Exposit. in cap. 15. S. Luc. *Humeri sunt brachia Crucis, ut dicit Ambrosius*, scilicet Lib. 7. Comment. in Luc. cap. 15.

(*i*) Nimirum *Angelis* ibi.

(*k*) Al. *pœnitente*.

(*l*) Al. *spiritumque in manus Patris commendando, capite &c.*

(*m*) In marg. Gottvvic. heic *Iterum planctus*.

(*n*) Al. *manu fortem nostrum*. Vindobon. *virum manu fortem*.

(*o*) Al. *nostrum*. Vindobon. *virum*.

(*p*) Al. *nostrum*. Vindobon. *virum*.

(*q*) Al. *Domini Jesu*; sed *benignissimi Jesu*, quia ut loquitur cap. 6. ad Soror. *Hæc benignitas tanto magis ostenditur major, quanto pro nobis graviora & abjectiora sustinuit*.

(*r*) Al. *sed*.

(*s*) Al. *in decore extrinseco decorem simul vere & decus intrinsecus retinebat*.

(*t*) Vindobon. *in ipso*.

(*u*) Al. *abjecta*.

(*x*) In Ligno Vit. Tit. *Jesus sol morte pallidus*, ut jam notavi: *Deformis apparuit*. Et in Laudismo de sancta Cruce: *Suo corpori tunc nudo, non remansit pulchritudo, decor omnis aufugit*. Item in Amator. *Attende rectorem Cœli stantem in cruce, pallidum in morte, & carne deformem*. Nec non in Soliloq. Cap. 1. *Vide faciem illam decore speciosam, inflatam contra speciositatem*. Et infra ex Bernardo: *Facies pulchra pro filiis hominum sputis Judæorum deturpatur &c.* Vide sis S. Bernardum Fer. 4. Hebd. sanct. Serm. de Passio. Dom. num. 3. Gottvvic. *Sed facies ejus quasi despecta, & quasi deformis positio ejus*. Vindobon. *dispositio ejus*.

(*y*) Quæ sequuntur desunt in utroque Cod. Gottvvic. & Vindobon. usque ad *sed dedecoris extrinseci &c.*

(*z*) Et de hujusmodi *decore interno manante de Redemptoris deformitate*, sic loquitur S. Bernardus Serm. 28. in Cant. n. 2. „ Multos can„ didos facit unius denigratio, non cum tin„ gitur culpa, sed cum cura afficitur. *Expedit*, „ inquit, *ut unus moriatur homo, & non tota* „ *gens pereat*; expedit ut unus pro omnibus „ denigretur similitudine carnis peccati, & non „ tota gens nigredine condemnetur peccati. „ Splendor & figura substantiæ Dei obnubiletur „ in

Omnis enim gloria ejus (a) filiæ regis ab intus. Senserat hæc, quæ in Cantico Salomonis proclamat: *Nigra sum, sed formosa, filiæ Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis* (b). Sed dedecoris extrinseci nigredinem corporis amantissimi Jesu (c) pro parte exsecuti sumus; formositatem vero (d) intrinsecam (quia in ipso habitat (e) omnis plenitudo Divinitatis corporaliter) quis enarrabit? (f) Conformemur (g) igitur & nos in corpore exterius (h) cum deformato Jesu, ut reformemur interius (i) cum formoso Jesu. Conformemur corpori vitis nostræ in corpore nostro, ut reformet corpus humilitatis (k) nostræ configuratum corpori claritatis suæ (l). Imitatores simus Pauli Apostoli, sicut ipse Christi, qui de se dicit: *Christo confixus sum cruci*. Et alibi: *Ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto*. (m) Bene portabat characterem passionis Jesu Christi in corpore suo, cui mundus mortuus erat, & ipse mundo. Fuscus effectus est, quia decoloravit eum sol passionis & caritatis Christi (n). Sciendum tamen, quod ea quæ diximus de deformitate corporis speciosi, non de naturali, sed de accidentali (o) deformitate Domini diximus, non accusantes in ipso defectum naturæ, sed passionis caritatem commendantes.

Psal. 44. 14.
Cant. 1. 4.
Ad Coloss. 2. 9.
Phil. 3. 21.
1. ad Cor. 11. 1.
Ad Galat. 2. 19.
Ad Galat. 6. 17.
Cant. 1. 5.

Deformitas Christi accidentaria fuit.

CAPUT VI.

De foliis vitis nostræ Jesu. (p)

28. Folia vitis pene omnium arborum foliis præstantiora sunt. Quid autem in foliis, nisi veræ Vitis nostræ benignissimi Jesu verba commendantur? Præeminet in foliis vitis: præeminet in verbis Dominus Jesus (q). Senserant hoc Judæorum ministri, qui missi ut adducerent Jesum, reversi & culpati dixerunt: *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur* (r). Non accusaverunt defectum trunci, pulchritudinem foliorum videntes: immo per folia aliquid aliud, quam quod videbatur, in corpore debili latere senserunt. Senserat etiam Petrus, qui multis a Domino Jesu recedentibus, & interrogatis ab ipso duodecim Apostolis: *Nunquid & vos vultis abire?* respondit: *Domine, ad quem* (s) *ibimus? Verba vitæ æternæ habes*: id est, nos alio (t) ibimus? absit. Ac si diceret: Folia pulcherrima habes, quæ nos ab omni æstu protegant. Da nobis ergo alium pulchriorem, id est, meliorem te, & ibimus ad illum abs te. Quem quia dare non potes, qui omnia potes, ad quem ibimus relinquentes te? (u) Senserat horum foliorum, id est, verborum benignissimi (x) Jesu, virtutem, quæ, loquente ipso ad turbas, in foliorum pulchritudine singulari lætata (y) non cogitabat, nec tacite qui-

Jo. 7. 46.
Vis & energia verborum Christi.
Jo. 6. 68. ac seq.

„ in forma servi pro forma servi: Candor vitæ „ æternæ nigrescat in carne pro carne pur„ ganda.“ Item Commentatione in Cantici Canticorum priora duo Capita ex S. Bernardi Sermonibus contexta n. 20. *Nigra sum exterius, sed intus decora pelle, non mea, sed Salomonis*, scilicet Christi.

(a) Al. sine *ejus*.

(b) Confer Expositi. in Cant. cap. 1. §. 44. in fine.

(c) Al. *Nisi corpus Domini Jesu deforme fuisset, cujus nigredinem supra &c.*

(d) Al. sine *vero*.

(e) Sic Comment. in Jo. Evang. cap. 1. n. 35. ac alibi quoque. Al. *habitat* deest.

(f) De hac *formositate intrinseca* cum *dedecore extrinseco* Bernardus cit. Serm. 28. in Cant. n. 2. *Agnosco pellem Salomonis, immo ipsum in pelle nigra Salomonem amplector: Habet & Salomon nigredinem, sed in pelleforis niger, in cute niger, non intus: alioquin omnis gloria ejus filiæ regis ab intus*.

(g) Al. *Deformemur*.

(h) Al. *extrinsecus*.

(i) Al. additur *in anima*.

(k) Al. *humanitatis*.

(l) Quæ mox sequuntur usque ad cap. 6. in Gottvvic. & Vindobon. desiderantur.

(m) Al. *Ego semper porto stigmata Jesu Christi in corpore meo*.

(n) Cornel. a Lap. Comment. in Cant. ibi secundum Bernardum Serm. cit. „ Caritatem „ quasi decolorare animam, dum eam urit & „ cruciat, ut fleat cum flentibus, infirmetur „ cum infirmis, dicatque cum Paulo: *Quis in„ firmatur, & ego non infirmor? Quis scandali„ zatur, & ego non uror?* 2. Cor. 11. 29.“

(o) Vox indicans Scriptorem Scholasticum.

(p) Al. *De foliis vitis generaliter, id est, de variis Christi verbis ad virtutum commendationem spectantibus*.

(q) Sequentia usque ad cap. 7. in dd. Codd. Gottvvic. & Vindobon. itidem desunt.

(r) Al. *Numquam locutus fuit homo sic*; sed ut supra Comment. in Jo. cap. 7. num. 551.

(s) Al. *quo*.

(t) Al. *ad quem*.

(u) Similiter Comment. in Jo. ad d. cap. & text. num. 479. *Quasi dicat, nolumus abire, quia tibi similem invenire non possumus*.

(x) Al. *benigni*.

(y) Anti. Edit. *læta*.

Digitized by Google

quidem, sed extollens vocem dixit: *Beatus venter qui te portavit, & ubera quæ suxisti.* Vere beata, immo beatissima terra, quæ talem tulerat vitem, Virgo Maria mater Jesu (*a*): vere & tu beata (*b*), quæ foliorum pulchritudine considerata, inter tot calumniantium insidias sola veritati testimonium audacter præbuisti (*c*). Sed credo quod jam nunc magnam habes, & majorem habitura sis hujus confessionis mercedem, ipsa Veritate, cui testimonium perhibuisti, jam te confitente coram Patre suo; & tunc nihilominu confessura (*d*), cum dicet calumniatoribus suis: *Non novi vos. Discedite a me maledicti in ignem æternum.* Notis vero dicet: *Venite benedicti Patris mei.* Viderunt virorem foliorum veræ Vitis Petrus & Andreas, Jacobus & Joannes, & Matthæus, qui ad unam vocantis vocem illi retia, iste telonium reliquerunt. Quis virtutem verborum benignissimi Jesu enumerare sufficiat? Quæ virtus est verborum, quæ verbis illius non commendetur? Nulla profecto.

Luc. 11. 27. — Virgo Maria terra beatissima. — Matth. 25. 13. — Ibid. 41. — Ibid. 34. — Mar. 1. 16. — Matth. 4. 21. & 9. 9.

29. Vis autem audire verba breviter, quæ tanquam folia refrigerium nobis ab æstu præstent vitiorum? Ad commendationem humilitatis dicit: *Quicumque voluerit inter vos major fieri, sit vester minister.* Et: *Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam, in redemptionem (e) pro multis.* Et item: *Qui se humiliat, exaltabitur.* Ad commendationem mansuetudinis contra iram: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Et item: *Beati mites, quoniam ipsi hæreditabunt terram.* Ad commendationem caritatis contra invidiam: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos & calumniantibus, ut sitis filii Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super justos & injustos.* Ad commendationem alacritatis ad exercitia spiritualia contra accediam, ait discipulis: *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Et alibi: *Quoniam semper orare oportet, & nunquam deficere.* Ubi intelligitur orationem non tantum esse vocis, sed devotionis. Non enim semper clamare possumus motu labiorum; semper autem possumus bono desiderio fervere (*f*), quod ostendit Dominus loquens ad Moysen tacentem: *Quid clamas ad me?* Desiderium viri sancti, clamorem appellat: (*g*) quia lingua profecto tacebat. Unde Dominus in Psalmo: *Desiderium pauperum exaudivit Dominus; præparationem cordis eorum audivit auris tua.* Ad commendationem largitatis contra avaritiam: *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Et illud: *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis: ut, cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.* De divitiis *iniquitatis*, id est, inæqualitatis, (*b*) hoc est, quæ nobis abundant, cum aliis deficiant (*i*), facimus nobis amicos, cum illas pauperibus erogamus: ut si modo in illos misericordes exsistimus, per illos post hanc vitam misericordiam consequamur. *Beati* enim *misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.* Ad commendationem vero abstinentiæ contra gulam: *Attendite*, inquit, *ne graventur corda vestra crapula & ebrietate; & superveniat in vos repentina dies.* Et parabolam contexuit de divite epulante quotidie splendide, qui mortuus petebat guttam aquæ, cum esset in tormentis, a Lazaro quiescente post mortem, nec poterat obtinere, recipiens

Matt. 20. 26. — Ibidem 28. — Luc. 14. 11. — Matt. 11. 29. — Matt. 5. 4. — Matt. 5. 44. — Orandum semper quomodo. — Matth. 26. 41. — Luc. 18. 1. — Exod. 14. 15. — Psal. 9. 17. — Luc. 11. 41. — Luc. 16. 9. — Matth. 5. 7. — Luc. 21. 34. — Luc. 16. 24.

(*a*) Nihil antiquius habuit D. Bona. quam laudare Virginem Mariam, ubicunque sibi porrigebatur occasio. Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 12. num. 904.

(*b*) Alloquitur mulierem elata voce dicentem: *Beatus venter &c.*

(*c*) Pariter Exposit. in cap. 11. S. Luc. hanc mulierem ita commendat „ Cum quidam ex „ timore tacerent, quidam blasphemarent ex „ superbia & tumore; hæc mulier humilis & „ virilis, nec tacuit cum timidis, nec vituperavit cum blasphemis. Unde in Glossa: „ Magna fiducia inter blasphemos confitetur „ Dei filium &c. " Et paulo supra „ Virilitas notatur in hoc quod vocem extollebat „ secundum illud: Exalta in fortitudine vocem „ tuam, qui evangelizas Jerusalem: exalta, „ noli timere. " Isa. 40. 9.

(*d*) Al. *hunc nihilominus confessuro.*

(*e*) Vulgata redemptionem absque *in*; sed *in* Lyranus, Bibliorum Editio Colonien. 1527.

(*f*) Exposit. in d. cap. 18. S. Luc. cum Glossa in d. textum: *Ipsum desiderium bonum oratio est, & si continuum est desiderium, continua est oratio.*

(*g*) Pariter S. Gregor. Moral. L. 2. c. 7. n. 11. ac L. 22. c. 17. n. 43. nec non ipsemet S. Bonav. Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 6. v. 10. n. 428.

(*h*) Sic & Hugo Card. nostro Bonaventuræ coævus.

(*i*) Exposit. in d. cap. & tex. S. Luc. Non enim id *debet intelligi de eo quod quis per rapinam & iniquitatem acquisivit, & injusto titulo possidet . . . . . sed intelligitur quod dari debeat de divitiis, quæ justo titulo possidentur &c.*

Digitized by Google

perpetua mala pro voluptate temporali tranſacta. Ad commendationem caſtitatis contra luxuriam: *Audiſtis*, inquit, *quia dictum eſt antiquis: Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia quicumque viderit mulierem ad concupiſcendam eam, jam mœchatus eſt eam in corde ſuo.* Hujus verbi folio tegantur oculi noſtri: ne ſi forte minus caute reſerentur, eveniat quod Jeremias dicit: *Aſcendit mors per feneſtras noſtras.* Feneſtræ quippe animæ noſtræ ſunt foramina ſenſuum noſtrorum, ſcilicet oculorum, aurium, narium, & oris: per quos quaſi per feneſtras quaſdam mors aſcendit, quoties ad aliqua criminalia (*a*) appetenda reſerantur (*b*). His & aliis verbis plurimis, tanquam quorumdam foliorum umbra, per vitem noſtram benigniſſimum (*c*) Jeſum ab æſtu vitiorum refrigeramur, & in virtutum temperie reſovemur.

Matth. 5. 27.

Jer. 9. 21.

Feneſtræ animæ foramina ſenſuum.

CAPUT VII.

De umbra foliorum vitis. (*d*)

30. Sed quia gratior ſolet eſſe umbra foliorum vitis, cum ipſa elevata ſuper quamdam ſtruem lignorum huc & illuc diſtenditur; videamus ſi vera vitis noſtra aliquando elevata fuerit & diſtenta, & ſiqua tunc ad noſtram protectionem dulcium verborum folia (*e*) emiſerit, contemplemur. Quod elevata fuerit vitis noſtra Dominus Jeſus, ipſe (*f*) teſtatur de ſe dicens: *Ego ſi exaltatus fuero a terra, omnia trahan ad meipſum* (*g*). Item: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis.* Elevatus ergo fuit, quia exaltatus: Manifeſtum vero eſt (*h*) quod hæc exaltatio de cruce dicta ſit (*i*). Et vide quam aperte (*k*) lignorum ſtrues, ſuper quam vites ſolent elevari, crucem ſignet. Cancellantur enim, id eſt, ex tranſverſo ponuntur (*l*); & ſic ſuper hæc vitis diſtenditur elevata. Quid convenientius? (*m*) Cancellantur ligna crucis: elevatur in illam, diſtenditur brachiis & toto corpore vitis noſtra, bonus Jeſus. In tantum enim in cruce diſtentus (*n*) fuit, ut numerari potuerint (*o*) omnia membra ejus. Ita ſiquidem (*p*) dixit per Prophetam: *Foderunt manus meas, & pedes meos: dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Quantum foſſus fuit, ſupra dictum eſt: quantum autem diſtentus (*q*), nunc ſubjungitur: *Dinumeraverunt omnia oſſa mea.* Quaſi (*r*) diceret: Tantum diſtentus (*s*) ſum dextrorſum & ſiniſtrorſum, & a ſummo deorſum, ut corpore meo in modum tympani (*t*) pellis diſtento (*u*), facile poſſent omnia oſſa mea dinumerari. Reſpice in faciem Chriſti tui (*x*), o anima chriſtiana, & eleva oculos tuos ad tormenta illius non ſine lacrymis, & cor contritum non ſine ſingultu; & vide quantam tribulationem & dolorem invenerit (*y*), dum quæreret te, ut inveniret te. Laxa ergo (*z*) oculos tuos, ut reſpicias in faciem Chriſti tui. Auſculta auribus erectis, ſi quod in dolore tanto (*aa*) proferat verbum, auditumque (*bb*) pro pretioſiſſimo recondo theſauro in cubiculo cordis tui. Ecce poſitus eſt hic in immiti lectulo mortis

Jo. 12. 32.

Jo. 3, 14.

Chriſti elevatio & extenſio in cruce.

Pſal. 21. 17. & ſeq.

(*a*) Hac voce alibi quoque utitur pluries D. Bona. Vid. L. 3. Phar. c. 3. *De Nugis* ex S. Bernar.

(*b*) Pariter Expoſit. in cap. 3. Lament. Jer. Proph. ſuper illud: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.* Item S. Greg. Moral- L. 21. cap. 2. n. 4. *Mors per feneſtras aſcendit, & domum ingreditur, cum per ſenſus corporis concupiſcentia veniens, habitaculum intrat mentis.*

(*c*) Al. *benignum*.

(*d*) Al. additur: *id eſt, de verbis a Chriſto in crucem elevato prolatis.*

(*e*) Gottvvic. *dulcia verborum folia*. Vindobon. *dulciorum foliorum verba.*

(*f*) Al. abſque *Dominus Jeſus, ipſa.*

(*g*) In dd. Codd. deſunt uſque *Manifeſtum vero.*

(*h*) Al. *eſt autem.*

(*i*) Al. *eſt*; item eodem ſenſu Comment. in Jo. Evang. ad d. cap. & text. num. 169.

(*k*) Al. *apte.*

(*l*) Al. *hoc eſt ex tranſverſo componuntur.*

(*m*) Al. *vitis elevata diſtenditur convenientius:*

(*n*) Al. *diſtenſus.*

(*o*) Al. *poſſent.*

(*p*) Al. *Ita enim.*

(*q*) Al. *diſtenſus*; quæ tamen in MSS. deſunt.

(*r*) Al. *Ac ſi.*

(*s*) Al. *diſtentus.*

(*t*) Al. *modo in modum tympanicæ.*

(*u*) Al. iterum *diſtenſo*. Et *in pellis modum hinc inde extenſus* dicitur quoque in Ligno Vitæ Tit. *Jeſus cruci clavatus*. Vide quoque inter Sermones ſub D. Bonav. nomine editos Serm. 2. in Paraſceve.

(*x*) Sic in eodem Ligno Vitæ Tit. *Jeſus ſol morte pallidus*, nec non cap. 1. Soliloq.

(*y*) Al. *invenit.*

(*z*) Al. *igitur.*

(*aa*) Al. *arrectis, ſed in dolore tanto, quod &c.*

(*bb*) Al. *& ſemel auditum.*

Digitized by Google

tis suæ, sanctam crucem (a) dico. Extrema igitur (b) sponsi tui mandata conserva, si vis hæreditatem incontaminatam (c) & immarcescibilem obtinere. Nec multa quidem (d) sunt, quæ moriens locutus est; facile servabuntur a voluntaria sibi (e) sponsa.

1. Pet. 1. 4.

CAPUT VIII.

De foliis vitis in speciali, & de primo, (f)

Christus crucifixus citharæ comparatus.

31. Septem sunt verba (g), quæ, quasi septem folia semper virentia, Vitis nostra, cum in crucem elevata fuit, emisit. Cithara tibi factus est Sponsus tuus, scilicet in cruce habente formam ligni; corpore vero suo vicem chordarum in ligno (h) extensarum (i). Nam nisi ligno affigeretur expansus, neutiquam verborum sonum ederet tanquam citharizans, quibus amplius delectareris (k). Observa diligentius. Septem chordas habet cithara. Cantat tibi, ludit tibi, te ad audiendum invitat, quæ (l) illum ad loquendum potius debueras invitare. Vide ergo folia Vitis tuæ, & indelebiliter ea memoriæ commendare memento. Hæc autem septem diversis modis ordinantur, quorum ordo non facile potest inveniri, cum non ab uno Evangelista fuerint ordinata. Nos ergo ea secundum quod potuimus investigare, ordinamus.

32. Hæc autem sunt septem verba. Primum, cum crucifixus benignissimus dixit (m): *Pater ignosce illis, quia nesciunt (n) quid faciunt.* O folium viride! O verbum, summi Patris Verbo conveniens (o)! Facit bonus doctor, quod jubet (p). Orat non solum pro amicis, sed & pro persequentibus & calumniantibus se (q). Reconde in thesauro cordis tui hoc folium, ut quotiescunque sævierint (r) inimici, memoriam abundantiæ suavitatis Jesu valeas eructare: hoc verbum semper quasi (s) clypeum, contra inimicorum insultus opponens. Orat Sponsus (t) pro suis occisoribus: tu non orabis pro detractoribus tuis? (u)

Luc. 23. 34.

Ps. 144. 7.

33. Sed ipsam orationem diligentius videamus. *Pater*, inquit. Quare nomen *Patris* ponit? Solent enim pueri, patres affectuosius orantes, paterno nomine appellare (x): ut naturalem dilectionem ipsis ad memoriam reducant, per quam facilius petitionis suæ consequantur effectum. Sic & Redemptor noster miserator & misericors, patiens & multum misericors, & suavis universis (y), quamvis se a Patre sciret semper audiri, tamen nobis commendans cum quanto affectu sit pro inimicis orandum, nomen posuit caritatis. Quasi (z) diceret: Per dilectionem paternam, qua unum sumus, supplico tibi, quatenus exaudias me, his (aa) occisoribus meis ignoscendo. Agnosce filii tui amicitiam, ut inimicis ignoscas (bb).

Pro inimicis quanto affectu Christus oraverit.

Ps. 144. 8.

Ibi 9.

Et

(a) Al. tantum *Crucem*.
(b) Al. sine *igitur*.
(c) Al. *incoinquinatam*.
(d) Al. absque *quidem*.
(e) Al. *Christi*.
(f) Al. *sive de primo verbo Christi in Cruce pendentis: Pater ignosce illis.*
(g) Al. *verbula*. Est autem nostri Seraphici Doctotis *Tractatus rhythmicus de septem verbis Domini nostri Jesu Christi in Cruce*. Incipit: *Jesu salutis hostia &c.*
(h) Al. *Sponsus, cruce habente formam ligni, corpore autem suo vicem supplente chordarum per ligni planitiem &c.*
(i) Non dissimili modo de *cithara* Exposit. in Psalter. Ps. 32. nec non Comment. in Apocal. cap. 5. 8. cap. 14. 2. atque cap. 15. 2. quo postremo loco ibi num. 1109. de *carnis mortificatione juxta mandatum & exemplum Christi* ait, quod *tot habet chordas, quot modis caro affligitur*. Quæ sequuntur absunt a Codd. Gottvvic. & Vindobon. usque ad seq. num. 32.
(k) In Exposit. Missæ: *Crux est cithara, in qua noster David, id est, Christus, psallebat &c.*
(l) Alloquitur *animam Christianam*, de qua supra num. 30. *Respice in faciem Christi tui, o anima Christiana &c.*
(m) Al. *Luca referente cognovimus, quod cum crucifixus esset Jesus, dixit &c.*
(n) Vulg. *dimitte illis, non enim sciunt*; sed ut supra etiam S. Greg. in Ezech. L. 1. Hom. 2. n. 19. & in Evang. Hom. 27. n. 2.
(o) Similiter in Ligno Vitæ Tit. *Jesus junctus latronibus* sic exclamat: *O verbum totius dulcedinis & venie: Pater ignosce illis &c.*
(p) Al. *jusserat*.
(q) Al. *non solum pro persequentibus, & calumniantibus, sed etiam pro occidentibus se.*
(r) Al. *sæviunt*.
(s) Al. *eructare, hoc folium semper, tamquam &c.*
(t) Al. *Christus*; sed & num. mox seq. loquitur de *Sponsa*, & *Sponso*.
(u) Al. sine *tuis*.
(x) Al. *Solent pueri aliquid affectuosius orare volentes nomen paternum nominare.*
(y) Al. *in universis*.
(z) Al. *Tamquam si*.
(aa) Al. *ut exaudias me pro his &c.*
(bb) Gottvvic. & Vindobon. sequentia omittunt usque ad cap. 9. num. 34.

Digitized by Google

Et idem quare sit ignoscendum, subjungit: *Quia nesciunt quid faciunt.* Quid hic dicemus? Nunquid ignorabant se crucifigere eum, quem crucifigebant? Nequaquam, sed quis esset ille quem occidebant, ignorabant. *Si enim cognovissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Nescierunt quid facerent; quia quantum deliquerunt, nescierunt. Sic cogitandum, sic orandum tibi, quæ sponsa Domini (a) nuncupari desideras. Cum in te sæviunt inimici, cum obloquuntur, minantur, damna ingerunt, & cum in faciem cædunt, immo cum occidunt: memento folii Vitis tuæ, sonum citharæ tuæ recordare: sequere, id est, imitare sponsum tuum, & die ex toto corde: O sponse *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt*, id est, quantum delinquant, ignorant. Si enim scirent quantam beatitudinem amittant, quantam infelicitatem peccando incurrant, utique non peccarent. Quid enim est quod omnes homines ad peccandum instigat, nisi ignorantia boni, quod perditur; & mali, quod peccando incurritur (b)? Amittitur peccando optimus Deus, acquiritur pœna gehennalis (c), quorum commutationem nullus appetit, nisi prorsus insanus. Et vere quicunque cœli delicias amittentes, scienter peccando pœnas infernales invadunt, insani sunt: *nesciunt* ergo *quid faciunt*. Talibus ergo & pro nostra salute, & pro illorum ignorantia est ignoscendum, & pro ipsis orandum cum grandi fiducia: quia tales preces aures Domini violenter irrumpunt. Nimirum exaudit ipse alios, in quo se voluit exaudiri. Et exauditus fuit, cum ad prædicationem Petri uno die tria millia, alio die quinque (d) millia eorum, qui in necem Domini acclamaverant, sunt conversi. Quanta in cœlestibus jucunditas, cum occisus occisorem, & quilibet læsus se lædentem orationibus suis perducit ad cœlum! O quanta fuit exultatio Stephani super conversione Pauli! qui suis orationibus ad fidem conversus, postea pro fide Christi sicut ipsum lapidaverat (e), lapidatus est (f), & multa mala, quæ ante Sanctis ingesserat, propter Christum sustinuit. Sequamur igitur & nos pro inimicis orando, ut illis simul & nobis æternam mereamur obtinere salutem.

Act. 2. 41. & 4. 4.

2. ad Cor. 2. 8.

Quomodo imitandus.

Peccantes ignorant, quid faciant.

Ignorantiæ peccatum causa peccati.

CAPUT IX.

De secundo verbo, sive folio vitis. (g)

34. Secundum Vitis nostræ folium, & secunda citharæ nostræ chorda, est secundum Domini verbum (h), quod ad latronem ait confitentem, & Christi (i) consortium expetentem: *Amen*, inquit, (k) *dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso*. O quanti viroris est hoc folium! O quantam dulcedinem resonat chorda ista! Quam subito ex hoste factus est amicus, ex alieno familiaris, de extraneo proximus, de latrone confessor! O quanta Latronis fiducia! Omnis mali, nullius boni conscius sibi, transgressor legis, latro (l) vi-

Luc. 23. 43.

Latronis fides pulchre expenditur.

(a) Sic *Sponsam Drmini* alloquitur supra cap. 4. num. 15. nec non ibi num. 16. *Sponsas*. Sicque itidem passim in Opusc. de perfect. vit. ad Soror. Cui adde Opusc. de regimine animæ, secundum Cod. Assisien. inscriptum *cuidam devotæ Dominæ*, nempe secundum verisimiliorem conjecturam q. Cl. P. Magistri Sbaraleæ, B. Isabellæ, seu Elisabethæ, Blanchæ Reginæ Francorum filiæ, ac Monasterii Clarissarum Longi Campi Fundatrici, de qua in Prodromo col. 570. ac seq.

(b) In 2. Dist. 22. Ar. 2. Q. 1. in Concl. *Communiter dicitur peccatum esse ex ignorantia, quod committitur aliqua nescientia existente circa peccantem, ratione cujus nec considerat gravitatem culpæ, nec gravitatem pœnæ*. Vid. Estium in Luc. c. 23. v. 4., & Hesselium in Explicat. Passion. Dom.

(c) *Gehennalis* etiam in Apolog. pauper. ut in d. Prodromo col. 607.

(d) Edit. Mabillon. *quatuor*; sed *quinque* nedum juxta Vulg. ibi, verum & secundum D. Bonav. ipsum Exposit. in cap. 23. S. Luc. ubi pariter ait „ Oratio autem hujusmodi fuit in „ remedium; quia etiam suis crucifixoribus „ profuit passio per orationem quam fudit. „ Unde legitur (*sc. cit. Act. 2. & 4. ibi*) „ quod conversi sunt uno die tria millia: & „ alio die quinque millia. “

(e) *Sic aderat lapidantibus, ut non ei sufficeret, si tantum suis manibus lapidaret. Ut enim esset in omnium lapidantium manibus, ipse omnium vestimenta servabat: magis sæviens omnes adjuvando, quam suis manibus lapidando*, S. Augustin. Serm. 14. de Sanctis.

(f) Secundum illud 2. Cor. 11. 25. *Semel lapidatus sum*.

(g) Al. *de secundo folio vitis, seu de secundo verbo Christi in cruce: Hodie mecum eris in paradiso*.

(h) Al. *verbum Domini crucifixi*.

(i) Al. *Crucifixi*.

(k) Al. absque *inquit*.

(l) Al. *latro* deest.

Digitized by Google

vitæ ſimul & ſubſtantiæ raptor alienæ, poſitus in januis mortis inferni, jure deſperans de vita præſenti, ſpem vitæ futuræ, quam quidem demeruerat, & nunquam meruerat, concipere, & requirere non formidat. Quis homo (a) deſperet, latrone ſperante? (b) Sed operæ pretium eſt diligenter intueri, qualis fuerit latro iſte: ne ſi cauſſam ſpei neſciamus, in (c) præſumptionis vitium incidamus. Omnes amici & proximi, & noti, fratres quoque, immo & ipſi Diſcipuli unanimes, & electi de mundo a Domino Jeſu Chriſto, in tantarum preſſurarum moleſtia, in tanta confuſione, & tantis opprobriis, percuſſo paſtore velut erraticæ oves ſunt diſperſi: fugerat quoque ille Diſcipulus, quem diligebat Jeſus: ille ardens (d) a longe ſequebatur; ſignorum immemores Divinorum, quæ Salvatorem toties viderant operari, immo & ipſi in nomine ipſius fuerant operati. Et nunc latro inter tot improperia & miſerias, immo & inter tot tormenta crucis & mortis prius non cognitum confitetur, & ab eo fiducialiter petit auxilium, qui auxilio videbatur indigere. Quem Diſcipulorum tanta audacia inflammavit? Fugerunt omnes eum (e), quem hactenus fuerant confeſſi dum viveret: iſte vero quem viventem negaverat, confitetur morientem. (f)

Zach. 13. 7. *ac Mar.* 14. 27.

Matth. 26. 58. *ac Marc.* 14. 54.

35. Orat vero in fide, & ſpe, & caritate, dicens: *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum* (g). Credit profecto in eum, quem Dominum & Regem appellat (h). Quis autem petit hoc, quod non ſperat? Amat vero eum, cui conjungi deſiderat. Quid tali oratori ille bonus Pater negaret, qui eum incitaverat ut rogaret, præſertim dum in ſede ſponſali, in die nuptiali ſederet? Sedes ſponſalis, crux erat, in qua verus ſponſus ſponſam ſuam Eccleſiam ſibi copulavit, ipſam ſibi proprii ſacrati ſanguinis effuſione ſubarrhans (i). Exaudivit ergo ſponſus (k) animam jam non latronis, ſed confeſſoris ſui, ſponſam ſuam, & orantem digna voce confortat (l): *Amen*, inquit, id eſt, vere (m) *dico tibi, hodie mecum eris in Paradiſo*. Cui tibi? *Tibi*, qui me confeſſus es in cruce tormentorum: mecum eris in paradiſo deliciarum. O verbum miræ benignitatis! (n) Non dicit ſimpliciter, eris in paradiſo (o), vel cum Angelis eris: ſed, *mecum eris* (p). Satiaberis eo quem deſideras: videbis (q) in majeſtate, quem confiteris poſitum in infirmitate. Nec differo quod promitto: quia *hodie mecum eris*. Et bonus vere & dulcis Dominus Jeſus (r) cito exaudit, cito promittit, cito dat. Quis de tam pio datore & exauditore, de tam veloci (s) promiſſore, prompto redditore deſperet? Speramus (t) in te, quia (u) novimus dulce nomen tuum: quoniam non derelinquis (x) quærentes te. Accedamus ergo ad te, o benigne (y) Jeſu, mente qua poſſumus, ſedentem in throno majeſtatis; orantes, ut illuc ad te, & a te (z) mereamur introduci, quo ingreſſus eſt (aa) latro, te confitens (bb) in throno crucis. (cc)

Crux ſedes ſponſalis.

Reſponſum Chriſti expenditur.

Luc. 23. 43.

Pſ. 9. 11.

Luc. 23. 42.

CA-

(a) Al. *in januis mortis, in fine vitæ, deſperatus de vita præſenti, ſpem vitæ futuræ, quam toties demeruerat, nunquamque meruerat concipere, eam requirere non formidat. Quis hæc &c.*

(b) In Gottvvic. & Vindobon. deſunt ſeqq. ad uſque *Exaudivit ergo* ſub num. 35.

(c) Al. ſine *in*.

(d) Nempe *Petrus*.

(e) Vid. ſupra c. 2. n. 4.

(f) *Credit corde, confitetur ore*, Expoſit. in cap. 23. S. Luc. Item de *latrone confitente* Expoſit. in Pſalter. Pſ. 21. & in Lig. Vit. *Jeſ. junct. latr.*

(g) Sic etiam Antiph. olt. ad laud. Fer. 6. in Paraſceve.

(h) *Confitetur Chriſti excellentiam regalem*, ait quoque D. Bona. d. Expoſit. in cap. 23. S. Luc.

(i) *In Cruce ſponſam duxit*, dicitur etiam Ser. 1. Dom. 1. poſt Octav. Epiph. inter editos ſub S. Bonav. nomine. Et de ejus *nuptiis*, ſive *matrimonio conſummato in paſſione* Comment. in Apocal. c. 19. v. 7. ac in Procem. 4. Sent. &c. Vid. ſupra c. 4. n. 15.

(k) Al. *Chriſtus*.

(l) Al. *reſponſione confortavit*.

(m) Al. *Amen dico tibi, vere dico tibi*.

(n) In Ligno Vitæ Tit. paulo ſupra cit. pariter ſic exclamat: *O verbum totius amoris & gratiæ! Hodie mecum eris in paradiſo*. Al. *Mecum, inquit, mira benignitas!*

(o) *Non, inquam, in cœleſti, in quem nullus ante Chriſtum aſcendit*, Expoſit. in cap. 23. S. Luc.

(p) Ibi: *ſed in beata viſione Dei*.

(q) Ecce *beata viſio*.

(r) Al. *Bonus vero & dulcis Jeſus*.

(s) Al. *pio exauditore, veloci*.

(t) Al. *ſperavimus*.

(u) Al. *qui*.

(x) Al. *derelinques*.

(y) Al. *bone*.

(z) Al. *a te, & ad te*.

(aa) Al. additur *tuus*.

(bb) Al. *confeſſus*.

(cc) Tit. cit. Lig. Vit. *Reſpira nunc in ſpem ve-*

Digitized by Google

CAPUT X.

De tertio verbo sive folio vitis. (a)

36. Tertium folium, & tertia citharæ chorda est tertium verbum: *Mulier, dicit Matri suæ: Ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo: Ecce mater tua* (b). Verbum dulce (c) & suave (d), verbum mirabile, magnum continens pietatis (e) affectum! (f) Non legimus bonum & benignissimum Jesum, maxime cum ad ætatem provectam pervenerat, carissimæ Matri suæ familiarius adhæsisse, & cum ea firmius conversatum fuisse, & præ ceteris mitius allocutum esse (g). Sed quantus in ipso fuerit (h) circa Matrem caritatis affectus, jam corporaliter recessurus (i) brevibus intimavit verbis. Et ut crucis suæ taceam passionem, quanta circa beatam Matrem compassione putamus (k) affectum fuisse, cujus cor (l) mitissimum, tam validi doloris gladio perforatum (m) perfecte sciebat? (n) Adauxit vulnerum passionem materna compassio, quoniam (o) contritissimo corde, manibus complicitis, (p) oculis lacrymarum torrente fluentibus, vultu contracto, voce querula (q), nec tamen viribus cordis destituta (r), viriliter (s) eum vidit sibi adstare pendentem. (t) Quoties ipsam ad illa immitia vulnera (u) verecundos putas oculos elevasse? si tamen eos aliquando inde deflexit, vel si præ nimio fluxu lacrymarum illa (x) potuit intueri. Quoties ipsam propter verecundiam virginalem pariter & immensitatem doloris, stantem, ut æstimo, capite cooperto, ingemuisse putas, lugendo filium, & dicendo: Jesu Fili mi! Fili mi dulcissime Jesu (y)! Quis mihi det, ut tecum & propter te moriar, fili mi dulcissime (z) Jesu (aa)? Quoties ipsam præ immensitate doloris cordis (bb), credis potuisse deficere, ex quo ipsam (cc) summe miror etiam mortuam

Joa. 19. 26. & seq.

Compassio Christi circa Matrem.

Matris circa Christum.

---

venia anima quantumcumque peccatrix . . . . , si forte more confitentis latronis audire merearis in mortis articulo: Hodie mecum eris in paradiso.

(a) Al. *De tertio folio vitis, id est, tertio verbo Christi in cruce: Mulier, ecce filius tuus.*

(b) Al. *Præparemus nunc visum pariter & auditum cordis nostri ad videndum tertium folium vitis nostræ. Mulier, inquit, ecce filius tuus. Ecce mater tua.*

(c) Al. *bonum.*

(d) *Blandos sermones* quoque vocat in Lig. Vit. Tit. *Jesus felle & aceto potatus* in fine. Nec non de sept. ver. Dom. *Alloquens ambos dulciter pia vocis oraculo, commendasti benigniter Matrem Christi discipulo &c.*

(e) Al. *pia caritatis.*

(f) Ut scilicet sic ejus *consolaretur inter angustias animam*, in Lig. Vit. loc. cit. Vid. Supplement. Sermonum infra Serm. 15. num. 8.

(g) Al. *Certe nos legimus Dominum Jesum, maxime cum ad ætatem provectam accessisset, carissimæ Matri suæ familiarius adhæsisse, & cum ipsa frequentius conversatum esse, & præ ceteris mitius allocutum.* Vid. S. Bonav. Comment. in Joan. Evang. c. 19. n. 1258. ubi quæstionem proponit, & solvit: *Quare Dominus sic Matrem recommendavit, cum supra secundo ita dure respondit,*

(h) Al. *fuerat.*

(i) Al *affectus jam corporaliter recessuro.*

(k) Al. *matna credis.*

(l) Al. *cor ejus.*

(m) Al. *quid tam telitio doloris sui gladio transverberatum &c.*

(n) In Lig. Vit. Tit. *Jesus felle & aceto potatus*, sic: *pectus sua gladio vere sciebat esse transfixum, scilicet ejus animam.*

(o) Al. *quem.*

(p) Al. *cernebat.*

(q) Hoc fluit exemplum Cod. Gottwic. quod valde mihi dolendum.

(r) Al. *& totis viribus cordis destituta*; sed hæc lectio nec consonat supradictis c. 2. ad finem n. 4 neque e vestigio sequentibus *viriliter eum vidit.*

(s) *Virilem ejus animum, & rationem constantissimam* quoque laudat 1. Dist. 48. Ar. 2. Q. 2. in fine, ubi respondet ad exemplum *Christi flentis super Jerusalem, & B. Virginis super passionem Christi*, & ubi non solum non negat ejusdem B. Virginis fletum, sed & diserte adseverat, quod *Christo patienti, quantum sexus muliebris fragilitas sustinere poterat, compatiebatur.* Unde quoque ait Serm. 2. de Invent. Sanc. Crucis ad finem: *Oportet juxta crucem cum Dei Matre astare, & cum ipsa lacrymas irremediabiles fundere.* Et *matrem flebilem* dicit in de cit. sept. ver. Dom.

(t) Al. *pendenti*; sed *pendentem* ibi, & c. 4. Solil.

(u) Al. sine *vulnera.*

(x) Al. absque *illa.*

(y) Al. *Fili mi Jesu, Jesu Fili mi.*

(z) Al. *dulcis.*

(aa) Pariter cit. Soliloq. cap. 4. ubi repræsentat Divinam Matrem in passione Filii *ejulantem, vociferantem, clamantem, & dicentem: Quis mihi det, ut ego moriar pro te fili mi Absalon! Cum staret prope unigenitum filium suum pendentem, & morientem in patibulo.* Item eamdem inibi exhibet *lamentantem lacrymabiliter, cum sibi daretur discipulus pro Magistro, servus pro Domino, creatura pro Creatore, quasi alienus pro unigenito, & dulcissimo Filio. Lacrymabiliter*, inquam; quia: *Stabat mater dolorosa, juxta crucem lacrymosa, dum pendebat Filius.* Recolantur paulo ante notata ex Serm. 2. de Invent. S. Cruc. discamusque ab ea *juxta crucem lacrymas irremediabiles fundere.*

(bb) Al. sine *cordis.*

(cc) Al. mendose *a quo ipsum.*

Digitized by Google

tuam non fuiſſe? Commoriebatur (*a*) vivens, vivendo ferens dolorem morte crudeliorem. Sed ne moriendo deficeret, a Filio confortata eſt intrinſecus, extrinſecus autem (*b*) & verbis, & factis pie conſolatur (*c*). Quomodo (*d*) ſtabat juxta crucem Jeſu Mater ejus? Vere juxta crucem ſtabat, quia crucem filii præ ceteris mater majore cum dolore ferebat (*e*). Stabant & aliæ, ſed proxima hæc.

Ibidem. 37. *Cum ergo vidiſſet Jeſus Matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dixit Matri ſuæ: Mulier, ecce filius tuus. Ad diſcipulum autem: Ecce mater tua.* Quaſi (*f*) diceret: Tu me filio corporaliter privaris: unde tibi amicum præ cunctis dilectum (*g*) in filium do, cujus præſentia interim, dum abſum, conſoleris. Tu vero me patre ſpoliaris Joannes: & ego tibi meam matrem cariſſimam in matrem trado (*h*). Conſervate (*i*) jura mutuæ caritatis ad invicem, tu iſtum filium, tu iſtam matrem habendo. O quam munificus factus es in nuptiis tuis, Rex & ſponſe, bone Jeſu! Quoniam large omnia tradidiſti (*k*). Ecce ipſis crucifixoribus tuis orationis affectum, latroni paradiſum, Matri Filium, Filio Matrem, mortuis vitam, manibus Patris animam tuam, toti mundo ſigna potentiæ tuæ contuliſti (*l*); pro redimendo ſervo non ex parte, ſed totum ſanguinem ex multis & largis foraminibus effudiſti; proditori tuo reatus ſui pœnam, terræ corpus non corrumpendum, ſed ad tempus reddidiſti. (*m*)

Chriſti mira munificentia & liberalitas in paſſione.

38. Sed movet me, quod cum dixiſſet: *Mulier ecce filius tuus*; ſubjunxit: *Ecce Mater tua*: cum utique etiam ſi hoc non ſubjunxiſſet, neceſſarium fuiſſet eam eſſe matrem illius, qui in filium ſibi datus erat. Sed hoc mutuæ caritatis affectum mihi commendare videtur. Sunt enim nonnulli, qui ab omnibus amari volunt, ſed nullos affectu mutuo complectuntur. Nolunt ut eorum labores & dolores allevientur: & cum ferantur a pluribus, ipſi nullius onera volunt portare, &c. (*n*) Non hoc enim Chriſtus docuit, aut fecit. Portavit enim onera tua invitans te, ut & tu onera portes illius, id eſt, ut tu paſſiones illius imiteris. *Chriſtus enim paſſus eſt pro nobis* (*o*), *relinquens nobis* (*p*) *exemplum, ut ſequamur* (*q*) *veſtigia ejus.* Hoc & docuit cum Matrem Diſcipulo, & Matri Diſcipulum mutuo commendavit: nimirum nolens, ut caritas ſpiritualis ex una parte frigida remaneret: ſed ut ſimul dormientes, id eſt, in vera & pura caritate ſimul quieſcentes, mutuo calefiant (*r*), id eſt, alter

1. Pet. 2. 21.

Eccle. 4. 11.

Sinceræ caritatis ſignum.

(*a*) Al. *Moriebatur*.

(*b*) Al. *a Filio pro ipſa mortalitate confortata eſt. Confortata eſt intrinſecus, exterius vero &c.*

(*c*) Al. *conſolata. Conſolatur* quidem relate ad cor amantiſſimi Filii ipſam prædictis verbis uſque adeo compatientis; quia & ipſi Filio, Luc. 22. 43. *apparuit Angelus confortans eum:* ſed valde afflicta manet comparate ad tam diſparem commutationem. Ex quibus omnibus una cum ejus *virili animo* apparet plus quam materna ipſiuſmet compaſſio, de qua ita concludit in 1. loc. ſupra cit. *Tantum compaſſa eſt, ut ſi fieri potuiſſet, omnia tormenta quæ Filius pertulit, ipſa multo libentius ſuſtinuiſſet. Vere ergo fuit fortis & pia, dulcis pariter & ſevera, ſibi parca, & nobis largiſſima.*

(*d*) Hæc quæ ſequuntur uſque: *Tu me filio &c.* Vindobon. non habet; ſed unice ſic: *Dum ita ſtaret juxta crucem beata mater, dixit ad eam: Ecce filius tuus.*

(*e*) *Stabat* (inquit etiam D. Bonav. Serm. 4. de uno Martyr. in ord. 16. de Sanctis in comm.) *dolendo, ſtabat compatiendo, ſtabat & commoriendo; doloris & compaſſionis* (al. *paſſionis*) *transfoſſa gladio.* Et Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph. *In animo illi Martyri commartyr aſtabat, vulnerato convulnerata, crucifixo concrucifixa, gladiato congladiata.*

(*f*) Al. *Ac ſi.*

(*g*) Confer 3. Diſt. 32. Ar. 1. Q. 6. per tot.

(*h*) Al. *ſpoliaris: unde hanc matrem mihi cariſſimam tibi in matrem do.*

(*i*) His Vindobon. caret uſque *O quam munificus &c.*

(*k*) Al. *Quam large quæ habuiſti omnia tradidiſti?*

(*l*) Vindobon. *ſignum potentiæ tuæ obtuliſti.*

(*m*) Similiter deſinentia apud D. Bona. uſitata. Cetera autem quæ ſequuntur in Vindobon. deſunt uſque ad num. 40.

(*n*) Supple: ſecus ac mandat Apoſtolus Gal. 6. 2. *Alter alterius onera portate, & ſic adimplebitis legem Chriſti.* Unde ait idemmet S. Bona. L. 2. Phar. cap. 25. verbis S. Auguſt. De verbis Apoſt. Ser. 13. non longe a princ. *Nihil ſic probat amicum, quemadmodum oneris portatio.*

(*o*) Al. *pro nobis* deeſt.

(*p*) *Duplex* NOBIS *quidam boni libri legunt* apud Brugenſem in Romanis Correctionibus, nec non in Notationibus ejuſdem: *Græci plerique Codices cum Syriacis* NOBIS, NOBIS *habent, quibus conſonant tria Latina exemplaria &c.* Inter hæc vidi Editionem Colon. Petri Quentel an. 1527. Biblioth. Gentilott.

(*q*) Sic S. Aug. Enarrat. in Pſ. 87. num. 1. & Tract. 124. in Jo. Evang. cap. 21. num. 5. atque Lib. de ſancta Virginitate cap. 27. &c.

(*r*) Sic ad ſenſum illorum verborum loc. cit. *Si dormierint duo, fovebuntur mutuo,* id eſt, Interprete

Digitized by Google

ab altero ad caritatis exercitia mutuo accendantur (*a*). Hoc enim eſt efficax ſignum veræ & puræ caritatis, quod hi qui ſpirituali dilectione ſpiritualiter connectuntur per puram caritatem, ad exercitia ſpiritualia alterutrum accendant (*b*), ut devotius orare, ſæpius genuflectere, frequentius diſciplinam corporalem ſuſcipere libeat, præcipue cum nec invideat, immo ut congaudeat amans quiſque, ſi tertius vel quartus, vel plures ad caritatem illius, quem amant, ſe adjungant: dummodo tales ſint, quorum familiaritas non ſit ſuſpecta (*c*), & in his omnibus, & in his ſimilibus caritatis fervore perſeverantiam conſervent. Non enim bonum videtur habuiſſe fontem rivus caritatis aliquando decreſcens (*d*). Amemus ergo & nos invicem, & amoris efficaciam operibus approbemus: quia talis caritas ex Deo eſt, quæ finis eſt præcepti, & quæ legem implet.

1. ad Tim. 1.5.

CAPUT XI.

De tribus caritatis ſpeciebus, per tria priora verba commendatis.

39. Sed in tribus verbis (*e*) pertractatis tres caritatis ſpecies mihi commendari videntur. Una, quæ habetur ad inimicos etiam reconciliari nolentes, de qua dicit Joannes: *Diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*, (*f*) cum adhuc eſſemus inimici; & hoc eſt ſumma & magis admiranda dilectio (*g*). Diligere enim inimicos magis Divinum eſt quam humanum (*b*). Secunda, quæ habetur ad eos qui aliquando fuerunt inimici, ſed petita reconciliatione, in gratiam ſunt recepti (*i*). Unde Paulus, *Reconciliati ſumus Deo per ſanguinem ipſius.* Tertia, quæ habetur erga eos qui nunquam fuerunt inimici, de qua idem: *Operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei.* Prima autem caritatis ſpecies nobis commendatur in primo verbo, ubi Dominus Jeſus orat pro inimicis. Secunda, ubi latroni petenti paradiſum promittit. Tertia, ubi amicos præcipuos conjungit (*k*). Tegamur ergo horum umbra foliorum. Audiamus & exaudiamus hos noſtræ citharæ ſonos dulciſſime modulantes, & a fervore omnis invidiæ, odii, iræ, & ab omni amaritudine detractionis, adulationis, ſimulationis, adjuvante Domino, qui eſt vera caritas, temperemus; ipſum in omnibus caritatis ſpeciebus animo ſimus & operibus imitantes.

Ad Rom. 5. 10.

Ad Galat. 6. 10.

CAPUT XII.

De quarto folio vitis, ſeu quarto verbo Chriſti in cruce. (l)

40. Quartum folium, & quarta citharæ chorda, & quartum Domini verbum eſt, quod emiſit circa horam nonam clamans (*m*) voce magna: *Heli, Heli, lammaſabactani, quod eſt interpretatum, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?* Qui oculi folium hoc non videant? Quæ aures hanc chordam non

1. Jo. 4. 19. Rom. 5. 10.

Matth. 27. 46. ac Mar. 15. 34. Verba hæc doloris acerbitatem, non impatientiam teſtantur.

---

prete Sa: *Ut duo dormientes ſimul, ſe invicem calefaciunt, ſic duo habitantes ſimul, ſe invicem juvant.*

(*a*) Id de *caritate* interpretatur quoque tropologice ipſe D. Bona. Expoſit. in Eccleſiaſten ibi. Item S. Hieron. heic.

(*b*) Al. *accendunt.*

(*c*) De *familiaritate ſuſpecta* cap. 14. de puritate conſcientiæ.

(*d*) Quippe ut ex S. Auguſt. Epiſt. 106. ad Bonifac. ait idemmet S. Bonav. in 1. Diſt. 17. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in Fundam. ab init. *Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici.* Porro ut inquit ibi Q. 2. in concl. *Sicut a ſolo Deo habet ortum, ita & augmentum.*

(*e*) Al. *verbulis.*

(*f*) Al. *Diligamus Dominum, qui dilexit nos.*

(*g*) Sic Comment. in Joan. Evang. c. 15. n. 1038.

(*h*) *Qui hoc facere non curat, Filius Dei eſſe recuſat, qui ſolem ſuum facit oriri ſuper bonos, & malos..... Unde ſuper illud: UT SITIS FILII PATRIS VESTRI, dicit Gloſſa: Cumulus perfectionis eſt inimicos diligere, & pro ipſis diligenter orare, ſicut fecit Chriſtus &c.* Sic in Form. aur. de grad. Virtut. cap. 1. Quodve diligendi ſint *caritatis affectu* inimici, etiam *ſecundum ſtatum, in quo exercent inimicitias*, 3. Diſt. 30. Art. 1. Q. 4. in concl.

(*i*) In 3. ibi „ Secundum ſtatum, in quo „ veniam petunt, ſic omnes tenentur ad dili„ gendum inimicos, propter illam conditionem, „ quam Dominus ponit in Oratione Dominica: „ *Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos &c.* „ (*Matth. 6. 12.*) Si enim homo homini ſer„ vat iram, fruſtra a Deo quærit medelam, „ ſicut dicitur.“ Eccli 28. 3. ubi Vulg. *Homo homini reſervat iram; & a Deo quærit medelam?*

(*k*) Al. *committit.*

(*l*) Al. additur: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquiſti me?*

(*m*) Al. *Sed jam ad quartum folium videndum, & quartam chordam audiendam, oculum ſimul & aurem*

Digitized by Google

non audiant? Quare ergo clamavit, niſi ut fortius audiatur? Quanta autem, putas, fuit doloris acerbiſſimi magnitudo, cum hic bonus (*a*) Jeſus toto corpore diſtentus (*b*) clamabat? Sed cave ne propter clamorem putes ad impatientiam dilapſum (*c*) mitiſſimum (*d*) Dominum Jeſum. Cum enim in ſumma crucis eſſet amaritudine, nihil exivit de ejus corde, niſi dulcedo (*e*). Patienter (*f*) enim, ſicut in ſequenti folio & chorda oſtendemus, in amaritudine paſſionem ſuſtinuit; ſed magnitudinem doloris (*g*) oſtendit (*b*). Quod in beato Job, qui interpretatur *dolens*, & verbis & factis ejus prius oſtenſum fuit: qui auditis nuntiorum verbis, amaritudinem animi foris oſtendit in verbis. Sciſſis enim veſtibus, & tonſo crine capitis, corruit in terram. Ecce magnitudo doloris. Poſt hoc ait: *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit, ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum*. Ecce virtus patientiæ (*i*). Si patienter ſuſtinuit Job miſerias ſuas, quanto patientius putas Dominum Jeſum ſuſtinuiſſe crucem ſuam, pro qua ſuſtinenda venerat?

Job *dolens* interpretatur.

Job 1. 21.

41. Quod autem hæc verba loqueretur ex perſona hominis aſſumpti, qui tamen cum (*k*) ipſo Deo Filio una Perſona fuit, patet per hoc quod ait: *Deus meus, Deus meus &c.* (*l*), quod utique non diceret ipſe qui unus eſt Deus cum Patre, niſi hominem aſſumpſiſſet. Quid eſt autem hoc quod ait: *Ut quid me dereliquiſti?* Nunquid Pater unum ſuum Filium poterat derelinquere? Abſit (*m*). Sed pro toto corpore ſuo, id eſt, (*n*) pro tota Eccleſia, loquitur ita, ut caput noſtrum benigniſſimus (*o*) Jeſus (*p*). Volens enim commendare caritatem & unitatem, quam ad Eccleſiam Sponſam ſuam habuit, ſe in omnibus membris ſuis paſſurum oſtendit, qui tunc in caritate, & in ſeipſo ſuſtinuit paſſionem, hoc eſt, in toto (*q*) corpore, quod aſſumpſit de Virgine. Clamat autem ſe derelictum, (*r*) qui derelinqui non poterat (*s*): quia multa membrorum ſuorum myſtici ſui corporis (*t*) ad tantam tribulationem erant ventura, ut a Deo derelicta penitus viderentur (*u*), Quorum perſonam geſtabat ille, qui dicebat: *Qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum, dice-*

Derelictio Chriſti in cruce qualiter intelligenda.

Auguſtinus Enar. in Pſ. 140. n. 5. & 6.

Pſal. 70. 10.

aurem cordis adaptemus, Acutos petit hoc folium oculos, aures bene purgatas hæc chorda: imo & ipſe purgare & acuere poteſt aures & oculos, quia iam non ſimpliciter hoc verbum ut cetera dicit Dominus Jeſus: ſed ut teſtatur Evangeliſta, circa horam nonam exclamavit Jeſus &c. Ut ſupra vero Vindobon.

(*a*) Al. *Quanti fuit doloris, putas, acerbiſſima hæc magnitudo, cum hoc Dominus &c.*

(*b*) Al. *diſtenſus*.

(*c*) Multoque minus ad deſperationem, ſicut blaſphemavit Calvinus, quem refutavit noſter Fevardentius. Et ne Calvino adjungas noſtrum Joannem Ferum, ſcito ab Hæreticis corruptum. Vid. Ludovic. Bail in Biblioth. Concionat. Par. 3. cap. 115. ac To. 2. Biblioth. Franc. P. Joan. a S. Anton. pag. 160. col. 1. Edit. Matrit. 1732.

(*d*) Al. ſine *mitiſſimum*.

(*e*) Hoc in Vindobon. deeſt.

(*f*) Al. *patientiam*.

(*g*) Al. *in amariſſima paſſione retinuit, & ſui doloris magnitudinem &c.*

(*b*) Quæ ſequuntur a Vindobon. abſunt uſque ad num. 41.

(*i*) *Patientiæ altus gradus eſt patienter ſuſtinere amiſſionem rerum ut Job*, in Form. aur. de grad. Virtut. cap. 5.

(*k*) Al. *cui cum*.

(*l*) Al. *Domine Deus meus*.

(*m*) *Abſit*, inquam, *quod dereliquerit ſolvendo vinculum unionis*, 3. Diſt. 21. Art. 1. Q. 1. ad 4. ubi in concluſione probat, *quod in morte non fuit anima ſeparata a Verbo; quia nec Deum decebat, nec nobis expediebat, nec illi animæ congruebat*. Unde concludit, quod *ſi quis contrarium diceret, injuriam faceret Deitati, & nobis, & animæ Chriſti: & ideo dignus eſt anathematizari. Et ideo dicit Damaſcenus, quod quicunque hoc dixerit, anathema ſit*. Vid. Damaſcen. de Fide Orthod. L. 3. c. 27. & ipſum quoque Doctorem noſtrum Seraphicum in 3. ibi Q. 2. per totam, ubi in concl. oſtendit etiam, *quod in morte Chriſti non fuit Divinitas ſeparata a carne*.

(*n*) Al. heic additur *pro ſe &*.

(*o*) Al. *iſta. Caput enim noſtrum Dominus &c.*

(*p*) Vid. Vol. 2. De Scripturar. ſanctar. dignit. & excellent. num. 36., nec non in 3. Diſt. 31. Art. 2. Q. 2. ad 1. & infra n. 42. not. *d*. Item Chriſtum ſic loquentem tunc geſſiſſe perſonam noſtram exponunt quoque Patres apud Lorinum Comment. in Pſ. 21. v. 2.

(*q*) Al. *Volens unitatem commendare & caritatem ſuam, quam habet ad Eccleſiam Sponſam ſuam, ſe quoque in omnibus membris ſuis paſſurum oſtendit: quia nunc in capite ſuſtinuit paſſionem, hoc eſt, in proprio &c.*

(*r*) *Non ſolvendo vinculum unionis, ſed exponendo ad ſupplicium paſſionis*, in 3. Diſt. 21. Art. 1. Q. 1. in fine.

(*s*) Ibidem Q. 2. in Fundam. ex SS. Leone & Auguſtino: *Tanta eſt unio Dei, & hominis, ut nec ſupplicio poſſet dirimi, nec morte diſtingui*.

(*t*) Al. ſine *myſtici corporis*.

(*u*) In Vindobon. deſiderantur ſequentia uſque ad *Benedictus ſit* ad fin. num. ſeq.

Digitized by Google

dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini & comprehendite eum; quia non est qui liberet eum. Quod & ipsi benignissimo *(a)* Jesu in tormento crucis improperatum est: *Si filius Dei es, salva temetipsum. (b)*

Matth. 27. 40.

Alia declaratio.

42. Potest & ita accipi, quod Dominus prævidens aliquos, immo plurimos in corpore suo, qui ab unitate Ecclesiæ suæ per hæreses, sive per alia criminalia (*c*) peccata erant recessuri, illorum personam in se transfigurando, clamabat: *Ut quid dereliquisti me?* Ac si diceret: Quare aliquis eorum abiit retrorsum, ut pereat ab unitate corporis mei, qui tanto cruciatu mihi sunt uniti? Unde ex persona membrorum (*d*) dicitur in Psalmo: *Adhæsit* (*e*) *in terra venter noster*. Per ventrem, qui est mollior & infirmior pars hominis, signantur illi, qui carentes patientia & firmitate perseverantiæ, & propter hoc in acerbitate tormentorum deficientes, adhæserunt in terra, id est, terrenis consiliis & actionibus consenserunt (*f*). Nos autem qui adhuc in tribulationibus quotidianis versamur, qui spectaculum facti sumus mundo & Angelis & hominibus, & tanquam purgamenta hujus mundi & peripsema omnium usque adhuc; inenarrabilem spiritus fiduciam concipiamus ex hoc præcipue, quod ipse Dominus consolator omnium pressurarum, tanta unitate spiritus & caritatis nobis conjunctus est; ut etiam personam nostræ infirmitatis in se tam manifestis verbis transfigurare dignatus sit: qui adhuc etiam apud Patrem ostensione vulnerum suorum interpellat pro nobis, orans ne derelinquatur in inferioribus membris suis, qui in se capite nequaquam potuit derelinqui. Et quomodo membra deperirent, quæ in voluntate capitis sui suam sciunt constare salutem? Nunquid aliquod membrorum est in mortali corpore nostro, cui non condoleat caput nostrum? Si affligitur pes vel manus, statim clamat caput per linguam: Cur affligor? Clamabat Dominus ad Saulum in membra sua sævientem: *Cur me persequeris?* (*g*) cum ipse tamen securus remaneret in cœlo. Benedictus sit amabilis Dominus benignissimus Jesus (*b*), qui primo in se pro nobis, nunc vero etiam nobiscum, & in nobis pati (*i*) dignatur; tribulationem, quam exigente justitia (*k*) patimur, suam reputans, & clamans: *Cum ipso sum in tribulatione*; ut de ipso (*l*) securius confidamus.

Ad Hebr. 7. 25.

Compassio Christi in membris.

Augustinus Enar. in Ps. 140. n. 3.

Act. 9. 4.

Psal. 90. 15.

Psal. 43. 25.

1. ad Cor. 4. 9. 13.

CAPUT XIII.

De quinto folio vitis. (m)

43. Quintum folium, & quinta chorda, est quintum amantissimi Jesu verbum, quod emisit in cruce dicens: *Sitio. (n) Et dabant ei vinum myrrhatum bibere*

Jo. 19. 28. Mar. 15. 23.

(*a*) Al. *benigno*.

(*b*) Al. *salvum te fac*.

(*c*) *Criminalia*, id est, graviora. Unde *criminalis causa, quæ pecuniaria opponitur*, Leg. 15. Cod. de Quæstionibus, *criminalis accusatio*, Leg. 3. Cod. de leg. Aquil. Sed & *criminalis transgressionis* mentionem habet ipsemet D. Bonav. Comment. in Apocal. cap. 14. n. 1042.

(*d*) Al *Martyrum*; sed *membrorum* vid. Vol. 1. de Sac. Scriptur. Myster. lib 5. 10. not. c. col. 292. ac 2. Dist. 11. Ar. 1. Q. 3. ad 1. ex August.

(*e*) Vulg. *conglutinatus est*; sed Ambrosius, Hieronymus, Cassiodorus, Psalt. Rom. *adhæsit*. Psalterium Ambrosianum & Augustinus *hæsit*. Vid. Lorinum. *Conglutinatus est* tamen habet Serm. 1. de uno S. Doctore, ut not. mox seq. patebit.

(*f*) Vel *terrena dilexerunt*, Expos. in cap. 1. Sap.; sive *ventris sordibus servierunt*, Expos. in cap. 1. Lament. Jer. Proph. Pariter de *non cœlestia, sed terrena cogitantibus*; de *non de Deo, sed de mundo loquentibus*; de *non pro Deo, sed pro mundo operantibus*; de *iis demum qui terræ inhærentes terris, & vere terreni sunt*, loquens Serm. 1. de uno S. Doctore, utitur illis Psal. 118. 25. & Ps. 43. 25. *Adhæsit pavimento anima nostra, & conglutinatus est in terra venter noster*.

(*g*) Similiter S. Bernardus Serm. 1. in Conver. S. Pauli n. 2. noster que Auctor in Ps. 68.

(*h*) Al. tantum *Dominus Jesus*.

(*i*) Vindobon. *compati*.

(*k*) Vindobon. *pro justitia*.

(*l*) Al. fine *de ipso*.

(*m*) Al. additur: *seu quinto verbo Christi in cruce: Sitio*.

(*n*) Al. sic „ Quintum folium, sive quinta „ chorda brevis quidem videtur, sed si discu„ tiatur, si diligentius consideretur, ad amoris „ indicium efficacissima poterit inveniri. Ait „ enim Evangelista: *Videns Jesus*, (Jo. 19. 28.) „ *quia omnia consummata essent, ut implerentur* „ *Scripturæ*, quæ implendæ erant, illæ utique „ quæ dicunt: *Dederunt in escam meam fel, & in* „ *siti mea potaverunt me aceto*. (Ps. 68. 22.) „ Subjungit enim Evangelista (Jo. 19. 29.) *Vas* „ *ergo positum erat aceto plenum, & currens unus* „ *implevit spongiam aceto, & circumponens hyssopo,* „ *dabat ei bibere*. Alter vero Evangelista plenius „ exponens, quomodo Scriptura sit impleta, „ etiam felis facit mentionem, ita dicens: *Et* „ *dabant ei vinum myrrhatum &c.* "

Digitized by Google

bere cum felle mixtum. Punitis membris omnibus dilectiſſimi Jeſu, ſupererat (*a*) puniri & linguam (*b*). Dedit ergo ei in ſiti ſua (*c*) illa vitis aliena, converſa in amaritudinem (*d*), de fructu ſuo potum amarum, non quidem potandum, ſed potius guſtandum (*e*): quia ad pœnam linguæ ſufficit acetum guſtaſſe.

Jer. 2. 21.

Sitis Chriſti in Cruce qualis.

Jo. 19. 28.

44. Sed licet hæc ad impletionem Scripturæ vere (*f*) patrata ſint, tamen hoc verbo, *Sitio*, aliquid aliud ſignificari videtur. Puto enim quod hoc loquendo (*g*) immenſitatem nobis ardentiſſimæ caritatis voluit commendare; quia ab homine ſitiente multo ardentius deſideratur potus, quam cibus ab eſuriente. In ſiti (*h*) ergo nobis (*i*) deſiderium illius rei, quæ ardentiſſime concupiſcitur, per illam figurative (*k*) ardorem ſuæ caritatis oſtendit. Liceat etiam veraciter poſſimus (*l*) accipere, quod ſitiverit, qui per totum corpus ſacrati ſanguinis effuſione ſiccatus, (*m*) oſſa habuit ſicut cremium areſacta (*n*). Sed non ſatis credibile eſt ipſum de ſiti corporali dixiſſe, ut potum peteret carnalem, qui in inſtanti ſe ſciebat carnaliter moriturum: ſed potius deſiderium ardentiſſimum ſalutis noſtræ ipſum credimus ſitiviſſe (*o*). Sed eſt quod moveat nos, quia cum inſtaret hora paſſionis extremæ, procedens ad orationem Dominus Jeſus benigniſſimus (*p*) procidit in faciem ſuam, orans & dicens: *Mi Pater, ſi poſſibile eſt* (*q*), *transfer hunc calicem a me* (*r*): & hoc non tantum ſemel, ſed ſecundo & tertio fecit (*s*). Per calicem quem bibiturus erat, procul dubio paſſionem ſignificans, quam erat paſſurus (*t*): nunc vero eodem calice paſſionis jam ebibito dicit, *Sitio*. Quid eſt hoc? antequam guſtes, o bone Jeſu, petis calicem omnino auferri: & poſtquam ebibiſti, ſitis. Ut video, mirabilis potator es tu. Nunquid vino jucunditatis, & non potius vino compunctionis (*u*) & ſummæ amaritudinis repletus fuit calix tuus? Immo vero compunctionis amariſſimæ plenus eſt, qui non ſitim, ſed potius potandi faſtidium generare deberet.

Matth. 26. 39. & Mar. 14. 36.

Calix paſſionem ſignificat.

45. Sed, ut exiſtimo, ante paſſionem calicem ipſius Patris a te transferri petiſti (*x*), non ut paſſionem non amares (*y*), pro qua veneras patienda, & ſine qua ſalus humano generi non adeſſet: ſed ne putaret quis te verum hominem paſſionis (*z*) amaritudinem non ſenſiſſe propter claritatis unionem (*aa*), verbis petentibus calicem a te transferri ſemel, & bis, & tertio, ſummam acerbitatem paſſionis tuæ (*bb*) dubitan-

Cur Chriſtus orat transferri a ſe calicem.

(*a*) Al. *Fractis membris omnibus, dulcis Jeſus voluit &c.*

(*b*) Comment. in Joan. c. 19. n. 1270. Vol. 1. *Quia Dominus in omnibus membris paſſus fuerat, ut totus pateretur, non reſtabat niſi os & lingua*. Et Expoſit. in cap. 23. S. Lucæ: *Cum paſſus eſſet in auditu per contumelias; in viſu per lacrymas; in tactu per plagas; non reſtabat niſi ut pateretur in guſtu & lingua, contra illam delectationem, quam in eſu pomi habuit Adam & Eva.*

(*c*) Al. abſque *in ſiti ſua*.

(*d*) Vide ſupra cap. 5. num. 24.

(*e*) Al. *potum non potandum, ſed potius deguſtandum*.

(*f*) Al. *in veritate*.

(*g*) Al. *liquido*.

(*h*) Al. *in ſe*.

(*i*) Al. *oſtendens Dominus Jeſus*.

(*k*) Al. *figurari*.

(*l*) Al. *poſſumus*.

(*m*) *Vera enim & gravi ſiti premebatur propter effuſum ſanguinem*, ait etiam Menochius; & ante ipſum Dionyſius Carthuſianus.

(*n*) Alludit ad illud Pſ. 101. 4. *Oſſa mea ſicut cremium aruerunt*.

(*o*) Sic ipſemet D. Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 2. ex D. Bernar. in Floribus. Unde & laudatus Dionyſius Carthuſianus poſt literalem expoſitionem de ſiti corporali ex *ſanguinis effuſione*, ſubdit: *Spiritualiter vero multo ferventius ſitiebat noſtram ſalutem, pro qua omnia fecit, & pertulit.* Ita Expoſit. in cap. 19. S. Joan. Art. 46. Unde ipſemet D. Bonav. in Leg. S. Franc. cap. 14. ſcripſit „ Chriſto jam igitur cruci confixus Franciſcus, tam carne, quam ſpiritu, „ non ſolum ſeraphico amore ardebat in Deum; verum etiam ſitiebat cum Chriſto crucifixo multitudinem ſalvandorum.“

(*p*) Al. abſque *benigniſſimus*.

(*q*) Sic ſecundum Matth. ibi.

(*r*) Ita ſecundum Marc. ibi.

(*s*) De prima oratione Matth. ibi v. 39. de ſecunda v. 42. de tertia v. 44.

(*t*) Sic in 4. Diſt. 8. Par. 2. Art. 1. Q. 2. ad 1. 2. 3. 4.

(*u*) De *vino compunctionis* Expoſit. in Pſalter. Pſ. 59. ubi & de *vino lætificante cor hominis*. Item Expoſit. in cap. 7. Cant. §. 3. 10. Vol. 1. & Comment. in Apocal. cap. 6. num. 417. Vol. 2.

(*x*) Al. *oraſti*.

(*y*) Al. *declinares*.

(*z*) Al. ſine *paſſionis*.

(*aa*) De vera paſſione doloris in Chriſto D. ipſe Bonav. in 3. Diſt. 16. Art. 1. Q. 1. per totam, ac ita ſeqq. QQ. 2. & 3.

(*bb*) De *ſumma acerbitate paſſionis ſuæ, videlicet cauſa paſſionis, & modo patiendi, & conditione patientis*, ibi Q. 2. in concluſ.

Digitized by Google

bitantibus indicasti. Nobis quoque te sequentibus doctrinæ & exempli formam præscripsisti, in imminentibus nobis periculis (*a*), etiam cum ad utilitatem nostram pertineant, posse & debere a nobis Dominum frequentius exorari, ut flagella iracundiæ suæ a nobis dignetur avertere: & nihilominus etiam si ablata non sint (*b*), exemplo passionis tuæ gratanter, patienter & viriliter cum omni perseverantia tolerare (*c*). Quod (*d*) autem passionis calicem, quem antea auferri rogaveras, & eo jam exhausto (*e*) dixisti: *Sitio*; dilectionis erga nos tuæ magnitudinem commendasti, quasi (*f*) diceres: Quamvis passio mea tanta (*g*) fuerit, quantum ad humanitatis sensum, quod illam declinare volens auferri petierim (*h*), tamen tua, o homo, me caritate vincente, & ipsa tormenta crucis superante, adhuc plura & majora, si necessum foret (*i*), sitio subire tormenta. Nihil enim est, quod derrectem pro te pati, pro cujus pretio animam meam pono (*k*). Imitetur ergo quælibet fidelis anima Sponsum suum dulcem Jesum, tantæ amaritudinis poculum (*l*) sitientem pro ipsa (*m*), pariter & ebibentem: & sic (*n*) ipsa etiam pro ipso ebibat per adversa præsentia; sitiat quoque & ipsum dulcissimum Sponsum suum, cujus dulcedinem ex amaritudinibus præsentibus melius poterit considerare, malisque exhaustis propter eum confidentius ipsum sitire poterit, & dicere cum Propheta: *Sitivit anima mea ad Deum fontem* (*o*) *vivum, quando veniam & apparebo ante faciem Dei?* Et iterum: *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea.* Ps. 41. 3. Ps. 62. 2.

Sitis Christi, amoris indicium.

CAPUT XIV.

De sexto folio vitis. (*p*)

46. Sextum folium, & sexta chorda citharæ est sextum verbum; quia, cum accepisset acetum vera & summa dulcedo Dominus Jesus, dixit: *Consummatum est.* (*q*) Quid est hoc? Superius dictum est, (*r*) quomodo Judæis Dominus, quoniam consummata sunt omnia, ut implerentur Scripturæ, dixit: *Sitio.* Et cum gustasset acetum sibi porrectum, subjunxit: *Consummatum est.* Consummatum quippe est, id est, perfectum fuit testimonium Scripturæ, quæ dicit: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto* (*s*). Et per hoc omnis Scriptura, quæ de ipso erat, consummationem accepit. Sicut ergo caput nostrum pro peccatis nostris acerbitatem sustinens passionis usque ad consummationem, id est, usque ad perfectionem omnium Scripturarum, quæ de ipso erant, perseveravit patienter; ita & nos, si hujus capitis membra esse volumus, in omnibus adversitatibus nostris virtutem perseverantiæ servemus (*t*), ut ad finem omnium Jo. 19. 30. Ibi 28. Ps. 68. 22.

(*a*) Al. *quod imminentibus periculis.*
(*b*) Al. *& si tamen ablata non fuerint.*
(*c*) Al. *toleranda sunt.*
(*d*) Al. *quando.*
(*e*) Al. *jam exhausisti.*
(*f*) Al. *tamquam.*
(*g*) Al. *tam acerba.*
(*h*) Al. *ut quantum ad humanitatis sensum illam declinare posuerim.* Vid. in cod. 3. Dist. 17. Art. 1. QQ. 2. & 3.
(*i*) Al. *si necesse sit.*
(*k*) Vindobon. non habet sequentia usque ad num. 46.
(*l*) *Acetosum & felleum poculum* vocat in Ligno Vit. Tit. *Jesus felle & aceto potatus*; nec non in Amator. *acida pocula*, ubi etiam ait „ Idcirco super omnia reddit te amabilem mi„ hi, bone Jesu, calix quem bibisti, opus re„ demptionis nostræ. Hoc omnino amorem „ nostrum vendicat totum sibi. Hoc, inquam, „ est, quod nostram devotionem & blandius „ allicit, & justius exigit, & arctius stringit, „ & affligit vehementius.“ Sic ex S. Bernar. Serm. 20. in Cant. num. 2.
(*m*) De hac siti salutis animæ fidelis sic loquitur Bernardi verbis „ *Sitio*, inquit Domi„ nus. Domine quid sitis? Ergone te plus „ cruciat sitis, quam crux? De cruce siles, „ & de siti clamas: *Sitio*. Quid? Vestram fi„ dem, vestram salutem, vestrum gaudium: „ plus animarum vestrarum, quam corporis „ mei cruciatus me tenet.“ Sic Phar. Lib. 1. cap. 2. Pariter & de sept. verb. Dom. in cruce.
(*n*) Al. *sicut.*
(*o*) Sic olim legebatur pro *fortem*; habetque *fontem* unus Cod. noster Bernardin. alter Biblioth. Episc. alii apud Lorin. Inter ceteras Edit. Lugdun. Biblior. an. 1568. in textu *fontem*, in marg. *fortem*.
(*p*) Al. additur: *id est sexto verbo Christi in cruce*: *Consummatum est.*
(*q*) Al. *In sexto folio vitis, sive in sexta chorda citharæ nostræ, nobis virtus perseverantiæ commendatur. Ait enim Evangelista, quod cum accepisset dulcis Jesus amaritudinem aceti, dixit*: *Consummatum est.*
(*r*) Cap. 13. num. 43.
(*s*) In eodem cap. 13. not. *n.* nec non vide sis Comment. in Joan. c. 19. n. 1259. ac n. 1270. atque Expos. in Luc. c. 23.
(*t*) Al. *conservemus.*

Digitized by Google

nium passionum nostrarum, ipso benignissimo (a) Jesu duce, veniamus, & cum (b) ipso confidenter possimus dicere: *Consummatum est*. Hoc est, tuo adjutorio, non mea virtute, bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi (c). Redde ergo quod legitime certantibus in agone te promittente repositum est, scilicet coronam justitiæ, quam tu justus judex reddes in tua die, (d) quæ nubilum non habet; in illa die, quæ in atriis tuis melior erit super millia dierum, in qua tu solus, id est, singulariter sol eris, & sol (e) justitiæ, benignissime (f) Jesu Christe, lucens in virtute tua, reddens temetipsum in præmium sempiternum omnibus, qui certaverunt, & certando perseverarunt (g) in agone certaminis. Respiciant ad te (h) splendorem sempiternum, in quo sine fine (i) felices lætantur.

Jo. 19. 30.

2. *ad Tim.* 4. 7. *& seq.*

Ps. 83. 11.

Apoc. 1. 16.

Perseverantia sola virtutum coronatrix.

Greg. M. in Evang. L. 2. *Hom.* 25. *n.* 1.

47. Hunc autem splendorem nullus poterit adipisci, nisi qui perseveraverit usque in finem. Quia nimirum virtus boni operis perseverantia est (k). Huic soli redditur corona justitiæ. (l) Quid enim prodest esse bonum, esse sapientem, esse potentem, si non perseveraveris usque in finem? Bonus erat Saul & optimus; quia docet Scriptura, quod non erat vir melior eo in populo Israel. Sed ad quid devenit? Cecidit (m), & reprobus factus est; ita ut non obediret voci Domini, Prophetam contemneret, a spiritu malo vexaretur, virum innocentem persequeretur usque ad mortem; tandem vero consuleret Pythonyssam, & ab alienigena miserabiliter interiret. Quis vero sapientior Salomone? Sed deficiens a præceptis Domini, & conjunctus mulieribus gentilibus, fabricavit diis, immo dæmonibus illarum templa, ita ut ipse cum illis idola adoraret, tanto magis in stultitia desipiens & dejectus, quanto prius in sapientia fuerat elevatus (n). De quantis legimus in Vitis Patrum (o), viris potentibus in vigiliis, & in jejuniis, in laboribus supra modum humanum, immo & in miraculis coruscantibus, qui ceciderunt, quia non perseveraverunt usque in finem? (p) *Qui perseveraverit usque in finem*, Dominus inquit, *hic salvus erit*. Finis non pugna coronat (q). Lauda navigantis felicitatem, sed cum venerit ad portum. Unde:

Vit. Patr. & D. Joan. Clim. grad. 15. *ac Pallad. in Hist. Lausia. c.* 44.

Defectu perseverantiæ multi perierunt.

Matt. 10. 22.

S. Maxim. Hom. 59.

Ca-

(a) Al. *benigno*.

(b) Al. *venientes cum*.

(c) S. Augustin. Lib. de grat. & lib. arbitr. cap. 6.

(d) Al. heic additur *in illa die*.

(e) Al. *O sol*.

(f) Al. *benigne*.

(g) Al. tantum *qui perseveraverunt*.

(h) Al. *Recipient enim a te*.

(i) Vindobon. *assidue*.

(k) Hinc dicitur *virtutum consummatrix perseverantia*, cap. 8. de perfect. vit. ad Soror. His quæ sequuntur Vindobon. caret usque ad n. 49.

(l) S. Bernardus Epist. ad Januen. n. 2. *Sola perseverantia meretur viris gloriam, coronam virtutibus. Prorsus absque perseverantia nec qui pugnat victoriam, nec palmam victor consequitur.* Vid. apud ipsummet D. Bonav. Lib. 2. Phar. cap. 34.

(m) Al. in Edit. Venet. ad signum spei 1549. *Cecidit, cecidit*.

(n) Hisce exemplis Saulis & Salomonis utitur quoque cit. S. Bernardus ad ostendendum perseverantiæ defectum, quo multi perierunt. De morte vero Saulis manu alienigenæ Estius in 2. Reg. c. 1. v. 10.

(o) Refert quoque quod legitur *in Vitis Patrum* cap. 3. & cap. 4. de perfect. Vit. ad Soror., ac etiam alibi. Vid. Vol. 3. Par. 3. Epist. de imit. J. C.

(p) Inter ceteros Monachorum lapsus legere est pudendum illum relatum in Vitis Patrum L. 1. auctore Ruffino Aquilejensi Presbytero pag. 453. ac seq. Edit. Antuerp. 1628. ex Officina Plantiniana, opera & studio Heriberti Rosweidi, ubi de Monacho, a Diabolo se in mulierem transformante decepto, atque ad obscenos complexus pellecto, tum desperante, ac sæculum repetente, dicitur, quod ei *habitaculum spelunca erat*, quodve fuerit *vir summæ abstinentiæ, quotidianum victum labore manuum quærens, in orationibus diu noctuque pernoctans, cunctisque animi virtutibus florens*. Huc quoque spectat quod ait Auctor Soliloquior. anim. ad Deum cap. 29. in Append. To. 6. Oper. S. August. „ Vidimus multos, Domine, & audivimus a „ patribus nostris (quod utique sine magno „ tremore non recolo, sine multo timore non „ confiteor) adscendisse quidem primitus usque ad cœlos, & inter sidera nidum suum „ collocasse; postmodum autem cecidisse usque „ ad abyssos, & animas eorum in malis obstupuisse. Vidimus stellas de cœlo cecidisse „ ab impetu ferientis caudæ draconis: & eos „ qui jacebant in pulvere terræ, a facie sublevantis manus tuæ, Domine, mirabiliter „ adscendisse." Vid. quæ ipsemet D. Bona. narrat ex Petro Damiano Serm. 6. de decem Præceptis.

(q) De perseverantiæ & victoriæ corona in Vit. Patr. Lib. 6. Auctore Græco Interprete Libello 4. num. 21. Quodve *sola perseverantia accipit bravium*, cap. 8. de perfect. Vit. ad Soror. In supra cit. Edit. Ven. ad marg. heic ponitur *Hemistichium*, quod nimirum est versus dimidius.

Digitized by Google

Ovid. Heroid. Epiſt. 9.

Cœpiſti melius, quam deſinis: ultima primis Cedunt, diſſimiles hic vir & ille puer. (a)

O quantum humilitatis tibi jure incutiet & timoris, cum adverteris ſummum Angelorum cum magna multitudine ſequacium ſuorum in cœlo cecidiſſe, hominem protoplaſtum cum uxore ſua a paradiſo ejectos fuiſſe; tot bonos ſapientes, potentes in terra noſtra periiſſe, quia ad bonorum operum conſummationem non pervenerunt? Eſt enim alius alio juſtior; & neſcit utrum amore, vel odio dignus. Quare? Quia ignorat ſi perſeveraturus ſit, ſi coronandus ſit. (b)

Eccle 9. 1.

Perſeverantiæ præſidium, diffidentia ſui, ſeu ſpes in Deum.

48. Eſt autem efficax medicamentum quod huic timori apponamus: videlicet fiduciam, ſpem & fortitudimem noſtram ponamus in eo, cui canit Pſalmus: *Adjutor meus, tibi pſallam: quia Deus ſuſceptor meus es, Deus meus, miſericordia mea.* Et de quo Iſaias: *Ecce Deus Salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem.* Quicunque enim crediderunt, ideo profecto ceciderunt, quia magis de ſe, quam de Deo præſumpſerunt (c). Ædificaverunt quippe domum intentionis ſuæ ſuper arenam. Imminente ergo tempeſtate tentationum venerunt (d) flumina, id eſt, concupiſcentiæ tranſitoriæ perſuadentes appetitum; & flaverunt venti ſuperbiæ & vanæ gloriæ, & cecidit domus illorum, & omnia facta eorum deſtructa ſunt: quia ſuper arenam, id eſt, ſemetipſos ædificaverunt, de propriis nimirum viribus confidentes (e). Nos autem multo melius fundamentum ponentes, illud ſcilicet de quo dicit Apoſtolus, *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter iſtud quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus*; ſecuri ædificemus ſuper illud bona opera, quæ quamdiu illi inhæſerint fundamento, corruere non poterunt, donec ipſo adjuvante qui cœpit, ad conſummationem debitam perducantur. (f)

Pſ. 58. 18.

Iſa. 12. 2.

Matth. 7. 25. ac Luc. 6. 48. & ſeq.

1. ad Cor. 11.

CAPUT XV.

De ſeptimo folio vitis. (g)

49. Septimum & ultimum folium vitis noſtræ, & citharæ noſtræ chordæ ultimum verbum, id eſt, amantiſſimi Jeſu eſt: *Pater* (h) *in manus tuas commendo ſpiritum meum.* (i) Quid eſt autem, quod ille coæternus & conſubſtantialis Patri Filius animam ſuam ita manifeſte in manus Patris commendabat, cui non minus commendata etiam eſſet, ſi hoc non dixiſſet? Profecto quamvis (k) ſciret animam ſuam ſanctiſſimam Patris eſſe manibus commendatam, qui paulo ante dixerat: *Venit princeps hujus mundi*, id eſt, ſatanas, *& in me non habet quicquam*; voluit tamen animam ſuam Patris manibus commendare, ut erudiret nos (l), qui terra ſumus & cinis (m), ut ſpiritum noſtrum diſcamus (n) Patris æterni manibus commendare, ne ab hujus mundi principe, cum a corpore egreſſus fuerit, comprehendatur, qui in nobis heu! non pauca quæ ad ipſum pertineant, inveniet: cum ipſe qui peccato nil debebat,

Luc. 23. 46.

Chriſtus animam Patri commendat noſtræ inſtructionis gratia.

Jo. 14. 30.

(a) Inſerere hujuſmodi verſus D. Bonavent. haud inſolens; ſed D. Bernardo.

(b) Sive quod perinde eſt, an ſit *prædeſtinatus*: videlicet *quia prædeſtinatio non ponit in nobis aliquem effectum, per quem poſſit ſciri*, ait ipſemet S. Bonav. Expoſit. in Eccleſiaſten loc. cit.

(c) Hujuſmodi præſumptioni tribuit Par. 2. c. 7. Breviloq. caſum Luciferi, & apoſtaſiam Dæmonum, de quibus paulo ſupra n. 47.

(d) Al. *fluxerunt.*

(e) Elias Cretenſis in Orat. 1. Nazianz. „ Arena eſt inanis de ſe opinio, cui quidquid „ inædificatur, levi adverſitatis vento diffiatur, „ & corruit. “ Item Gloſſa ordinar. apud Lyran. „ Omnis conſcientia, quæ fixa in Deo „ ſpe non permanet, in tentationibus non va„ let ſubſiſtere. “

(f) *Quia cum anima innitur ei, qui non poteſt deficere, quamvis ipſa in ſe ſit deficiens, & vacillans; fundatur tamen ſuper ſpem, quaſi ſuper firmam petram*, in 3. Diſt. 26. A. 1. Q. 1. in concl.

(g) Al. additur: *ſeu de ultimo verbo Chriſti in cruce: Pater in manus tuas commendo ſpiritum meum.*

(h) Al. *Nunc vero ultimum folium vitis noſtræ; vel ultimam chordam citharæ noſtræ conſideremus; ut indelebili memoriæ commendemus, imo & ore indefeſſo ſemper ruminemus. Pater, ait bonus ille Jeſus, in manus tuas &c.*

(i) Al. heic additur: *Litera plana eſt.*

(k) Al. heic rurſum additur: *In Evangelio Joannis habemus, quod cum Dominus Jeſus ſuſcitaturus eſſet Lazarum dixit: Gratias tibi Pater ago, quia me ſemper audis, ſed propter aſtantes dixi, ut ipſi credant, quia tu me miſiſti. Ita profecto & nunc. Quamvis &c.*

(l) Al. *tamen ut erudiret nos*, ceteris prætermiſſis.

(m) Secundum illud Abrahæ Gen. 18. 27. *Loquar ad Dominum, cum ſim pulvis & cinis.*

(n) Al. *diſceremus.*

Digitized by Google

Jo. 1. 29. Quibus hanc commendationem usurpare liceat.

bebat, immo etiam qui tollere peccata (a) advenerat, spiritum suum sanctum & (b) purissimum a purissimo corpore egressurum, non utique necessitatis, sed exempli gratia (c), Patris sui manibus commendavit (d). Quod & nos sub spe gratiæ & misericordiæ poterimus facere, si sub umbra foliorum præmissorum latuerimus; si sonos chordarum citharæ nostræ auribus cordis audierimus; scilicet si oraverimus pro inimicis: si pœnitentibus qui in nos peccaverunt, ex toto corde remiserimus; si proximis nostris mutuam rependerimus caritatem: si in omnibus tribulationibus nostris speraverimus in eo, qui propter nos homo factus est, ut unitus nostræ naturæ esset nobiscum: si ardenti desiderio proximorum salutem desideraverimus: & postremo si in bonis operibus ad consummationem perstiterimus. In quantum hæc egerimus, fiducialiter poterimus dicere æterno Patri cum Domino Jesu: *In manus tuas Domine commendo spiritum meum*. Semper orantes dum vivimus, ut in his verbis, quibus ipse spiritum emisit, præstare dignetur nos etiam spiritum nostrum emittere, & suis efficaciter manibus commendare (e).

50. Ecce secundum quod potuimus, non quod debuimus, nec secundum quod voluimus, Vitis nostræ desuper extensæ folia septem vestræ ostendimus caritati. Quæ non satis est tantum intueri, sed potius est accedendum, & sub umbra illorum (f) sedendum, ut possimus cum sponsa veraciter dicere: *Sub umbra illius quem desideraveram, sedi*. Cujus? Illius sponsi utique, cujus folia umbram tanto habent latiorem, quanto ipse sponsus Verbum summi Patris verba habet virtutibus amabiliora vicinioraque saluti, magis accommodata pietati, & omnium intellectui promptiora (g). Quamvis enim in omnibus Prophetis & Apostolis locutus est ille bonus Jesus; nullius tamen verba reperies omnino, quæ ita & fortibus & infirmis, id est, doctis & indoctis, sapientibus conveniant, & insipientibus, ut verba doctissima Verbi Domini Jesu. Nam sicut ait quidam,

Cant. 2. 3.

Ad Rom. 1. 14.

Dulcius ex ipso fonte bibuntur aquæ.

Sciendum autem quod in umbra foliorum istorum, id est, in verbis Domini, meditandum est die ac nocte: quorum umbra tunc profecto protegimur, cum quoties a vitiis aut diabolo tentamur, per tractatores aliquod verbum de Scripturis evangelicis nobis adducimus, cujus monitis & auctoritate irruentibus in nos vitiis resistamus. Verbi gratia, si tentatus a superbia, videlicet ut velis præesse, subesse nolis: occurrit tibi statim verbum Domini dicentis: *Qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus*: quia sicut *qui se exaltat, humiliabitur*, ita *qui se humiliat, exaltabitur*. Si infestat te ardor iracundiæ, habes statim folium vitis nostræ, quod illi fervori opponas, verbum illud scilicet, quod *omnis qui irascitur fratri suo sine causa (h), reus erit judi-*

Ps. 1. 2.

Scripturæ sacræ sententiis contra vitia munimur.

Matth. 20. 27. Luc. 14. 11.

Matt. 5. 22.

(a) *Peccata* in plurali legit ibi quoque S. Bonav. Comment. in Jo. Evang.

(b) Al. sine *sanctum &*.

(c) Hinc fideles eumdem versum morientes usurpant, quem primitus David in sua tribulatione Ps. 30. 6. ac deinde Christus heic in sua morte adhibuit. Similiter in mortis articulo S. Stephanus dixit: *Suscipe spiritum meum*, Act. 7. 58., & in hoc imitari Christum voluisse quidam sentiunt. De S. Nicolao Episc. & Confess. memoriæ proditum 6. Decembr. Lect. 6. quod „ illo Psalmo pronuntiato: *In te Domine* „ *speravi*, usque ad eum locum: *In manus tuas* „ *commendo spiritum meum*, in cœlestem patriam „ migravit.“ Hæc ipsa verba a S. Basilio sub mortem recitata, refert Nazianzenus Or. in Basilium. Recentiora exempla brevitatis gratia prætermitto.

(d) Reliqua usque ad illa verba num. 51. *Nam propterea exinanivit semetipsum &c.* in Vindobon. non sunt.

(e) Pariter Sanctos orare, quando exeunt de corpore, sicque *fideli Creatori commendare animas suas in benefactis*, legere est 1. Pet. 4. 19.

(f) *Sicut umbra pulchræ arboris*, Exposit. in Cant. §. 92.

(g) Al. *propiora*.

(h) Vulg. omittit *sine causa*; sed *sine causa* idem D. Bonav. Phar. Lib. 2. cap. 9. ex S. Aug. in Sermone Domini in monte Lib. 1. cap. 9. ac 21. Item *sine causa* Codd. Corbejen. Vercellen. Veronen. atque Brixian. apud Blanchin. Eodem modo legunt Latini Patres antiquiores, Cyprian. & Hilar. Item in Græcis Codd. & Syris additur *temere*, seu *sine causa*: quod etiam legunt inter Græcos Euthymius, Theophylactus, Auctor Operis imperfecti, Chrysostomus, quorum ultimus super Joannem apud eumdem D. Bonav. ibi habet *sine ratione*. At Vulg. favet S. Hier. Lib. 2. adversus Pelagian. ac Lib. 1. Comment. in Matth. Vide sis Brugen. in N[illegible]

Digitized by Google

judicio: & ſic contra ſingula tentamenta (*a*) verba invenies, quibus ab æſtu vitiorum defendi poſſis, & virtutem teporatam (*b*) confovere, ipſa vite benigno Jeſu nobis præſtante ſubſidium.

PAPUT XVI.

De jucunditate florum vitis. (*c*)

51. Deinde ad florum jucunditatem animum inclinemus; immo vere elevantes videamus, quomodo floruerit vitis noſtra Chriſtus. Floruit enim, & tanto uberius, jucundiuſque ceteris, quanto ipſe melior omnibus fuit, cujus magnificentia elevata eſt ſuper cœlos; ſub cujus pedibus omnia ſunt ſubjecta: quamvis noſtra caritate devinctus, ad tempus paulo minus ab Angelis fuerit diminutus (*d*). Nam propterea exinanivit ſemetipſum Filius Dei (*e*) formam ſervi accipiens; & plantatus eſt in terra noſtra, & corporis noſtri deformitatem accepit, & fronduit (*f*), & fructus plurimos attulit: ut per hoc quod noſtræ humanitati unitus fuit (*g*), ſuæ Deitati (*b*) nos uniret. Sed quia ſine flore non pervenitur ad fructum; floruit benigniſſimus Dominus meus Jeſus (*i*). Qui ſunt flores ejus, niſi virtutes? (*k*) Floruit (*l*) mirabiliter & valde ſingulariter & excellenter vitis hæc inclyta (*m*), non uno florum genere, ſicut aliæ vites & arbores; ſed omnium florum ſpeciem in ſe continebat (*n*). Aliorum enim Sanctorum alius alio caſtior, alius alio patientior, alius alio in caritate ferventior: iſta vero Vitis omnibus Angelis & hominibus in humilitate, patientia, caſtitate, caritate, & ceteris virtutibus omnibus præeminebat. Habuit ergo Vitis iſta vera non unius, ſed omnium florum ſpeciem: violam humilitatis, lilium caſtitatis (*o*), roſam patientiæ & caritatis, & florem abſtinentiæ, quam crocum appellamus. Quam jucundus, ut putas, erit fructus Vitis noſtræ tanta jucunditate florentis!

Pſ. 8. 2. ac 8.

Ibi 6. Act Poſt. 2. 7.

52. Sed jam ſingula etiam de his floribus Vitis noſtræ ipſo annuente aliqua differamus; hoc tamen præmiſſo (*p*), quod flores in jucunditate viſus, & in ſuavitate odoratus maxime conſiderantur; comedi vero non ſolent, niſi quod apes de quibuſdam floribus cibum dulciſſimum ſugendo colligunt. Diximus autem quod nullus flos, id eſt, nulla virtus per quemcunque florem ſignificata, deeſt Viti noſtræ. Quæ enim virtus deeſſet Domino Deo virtutum? (*q*)

CAPUT XVII.

De flore humilitatis. (*r*)

Flores in Chriſto, omnes virtutes omnium perfectiſſimæ.

53. Primo ergo de flore humilitatis, id eſt, de viola, videamus. Quare flos violaceus humilitatem ſignificet, ſtatura, ſitus, odor, color, & vis ipſius floris manifeſtant. Statura enim, id eſt, quantitas ipſius modica eſt: Quis enim flos hoc floſculo minor eſt? Nam & humiles in oculis ſuis parvi ſunt (*s*). Sic enim ait de ſe ille Apoſto-

Viola ſymbolum humilitatis.

Statura ejus.

(*a*) Habet *tentamenta* ipſe D. Bona. d. Phar. eodem Lib. 2. cap. 1. ex S. Greg. M. Lib. 9. Moral. cap. 25. in fine. Item in Soliloq. cap. 1. pag. m. 423. noviſſ. Edit. Venet.

(*b*) Sive tepeſcentem. Al. *temporis*, vel *teporis*.

(*c*) Al. additur: *id eſt, de virtutibus Chriſti*.

(*d*) Supra c. 2. n. 3. *minoratus*.

(*e*) Al. abſque *Filius Dei*.

(*f*) Al. *Fronduitque & floruit*.

(*g*) Al. *eſt*.

(*b*) Al. *Divinitati*.

(*i*) Al. *ille benignus Jeſus*.

(*k*) In Spec, B. M. V. ſub nomine D. Bonav. inter Opuſc. impreſſo cap. 10. *Tot ſunt in moribus flores, quot virtutes. Tot ſunt honeſtæ vitæ flores, quot ſunt virtutes vitam honeſtantes*. Eos quoque vocat Expoſit. in Cap. 15. Sap. *mores honeſtæ converſationis*. Et per eoſdem intelligit *flores puritatis* Vol. 1. hujus Supplementi Expoſit. in cap. 2. Cant. v. 12. §. 114. Et hujuſmodi *flores virtutum* potiſſimum exorti ſunt, quando impletum eſt quod prædixit Iſaias 11. 1. *Egredietur Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet*. Tunc enim tales *flores apparuerunt in terra noſtra*.

(*l*) Al. *enim*.

(*m*) Al. abſque *inclyta*.

(*n*) In Vindobon. heic e veſtigio ſubditur, *violam ſcilicet humilitatis, lilium caſtitatis, roſam patientiæ & caritatis, & actuum abſtinentiæ. Verum omiſſis aliis de roſa proſequamur*. Unde ſequentia omnia uſque ad Cap. 33. num. 121. a Vindobon. abſunt.

(*o*) De *viola humilitatis, & lilio puritatis*, Expoſit. in cap. 2. Cant. §. 89.

(*p*) Al. *prævifo*.

(*q*) *Dominus Deus virtutum* ſæpe dicitur in Pſalmis.

(*r*) Al. additur: *quæ eſt viola*.

(*s*) S. Greg. in Ezech. L. 1. Hom. 6. n. 4. *Flos violæ magna virtus humilium, qui ex deſiderio loca ultima tenentes, ſe per humilitatem a terra in altum non ſublevant*.

Digitized by Google

stolus, qui omnibus plus laboraverat: 1. ad Cor. 15. 9. *Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus.* Vides, ut (a) hic magnus, quam parvus sibi erat? Et miro modo fit, ut his quibus conscientia secura est, qui nihil sibi conscii sunt, tam humilia de semetipsis sentire contingat (b). Situs. Situs hujus floris terræ est proximus, & optime. Ita enim habes docentem Apostolum: *Ad Rom. 12. 16. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes.* Non habent hanc proprietatem istius floris, qui se aliis meliores putant, vel aliis meliores videri volunt, quamvis sibimetipsis parvi sunt. Sunt enim nonnulli, qui quidem in conscientiis suis se subjectos judicant, sed tamen videri foris volunt aliis meliores (c). Isti staturam hujus floris habent, qui sibi intus in animo parvi sunt: situm vero non habent, quia volunt foris super alios elevari, de quibus dicit Salomon: *Prov. 20. 10. Mensura & mensura, pondus & pondus, utrumque abominatio est apud Deum.* Et *Deut. 25. 13.* in lege Moysi duplex pondus prohibetur haberi. Duplex quippe pondus habet, qui sibi malorum conscius, malum se judicat: aliis vero vult foris bonus, & aliis melior apparere, suo judicio terræ proximus est, & aliis cupit elevatus videri (d). Agitantur hi, quicumque tales sunt, vitio hypocriseos, de quibus (e) in sermone, quem de parvis conscripsimus (f), plenius fumus elocuti. Sermo conscriptus de parvis, sive parvulis.

Non habent proprietatem floris, sive violæ humilitatis, qui se aliis meliores putant, vel aliis meliores videri volunt.

54. Odor violæ fuavis est, & salubris, quia etiam apud ipsos superbos laus humilitatis exaltatur. Ipsa enim fama laudabilis, suavitas est odoris, & vere salutaris est: & nonnunquam de laude humilium auditores emendantur, etiamsi sint tales qui istum odorem amittant, licet diligenter considerent. Odor. Color, sicut apparet, abjectus est, illis præcipue qui virtutem flosculi ignorant: sed vim floris agnoscentibus fit etiam ipsius floris despectio commendabilis & dilecta. Hoc in ipsius humilitatis Magistro benignissimo (g) Jesu facile agnoscemus secundum illud verbum Apostoli: *Nos*, inquit *prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis autem vocatis Judæis atque Græcis (h) Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam.* Nimirum Christus crucifixus viola est. In cruce enim humillimus factus est. In hac humilitate solum colorem in- Color. 1. ad Cor. 1. 23. ac seq. Christi humilitas.

(a) Al. absque *ut*.

(b) *Vir humilis de se vilia sentit*, Serm. 1. de B. Anton. Pad. O. M. nec non Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *Verus humilis, ut dicit Bernardus* (in Cant. Serm. 16. post med.) *semper vult vilis reputari*. Item ibi: *Humilitas virtus est, ut dicit Bernardus* (De 12. grad. humilit. non long. a princip.) *qua homo verissima sui cognitione sibi ipsi vilescit*. Vide sis etiam Serm. 4. Dom. 10. post Pentec. atque Ser. 3. Dom. 16. post Pentec.

(c) Vid. S. Gregor. Moral. L. 27. cap. 46. num. 78.

(d) Contra hunc, ac hujusmodi ita se *elevantes*, eodem Serm. de B. Antonio illud objicit Ps. 72. ac D. Augustini Enarrat. in eumdem Ps. „ *Dejecisti eos, dum elevarentur*. Aug. „ Non dicit, dum elevati essent; sed dum elevarentur.“

(e) Nempe de prædictis carentibus flore, sive viola veræ humilitatis, adeoque superbis, qui *valde laborant elevari in colles, & colles in altissimos montes*, d. Ser. ibi.

(f) Ex his verbis haud potest excusari quod putavit Cl. Mabillonius, videlicet quod Auctor hujus Mysticæ Vitis *parvos Sermones conscripserit*; rectius vero ex iisdem elicitur, Auctorem quoque esse *Sermonis, quem de parvis*, sive *de parvulis conscripsit*. Sed quis est Sermo iste? Illum verisimilius conjectare mihi liceat Serm. supra cit. de B. Anton. Pad. qui præfixum habet thema hoc Gen. 43. 29. *Iste est frater vester parvulus. de quo dixeratis mihi*, & in quo idem *B. Antonius* dicitur etiam *parvus*. Quandoquidem in eo, post præfationem contra Superbos, & post quædam ejusdem B. Antonii præconia, sic loquitur D. Bonav. *Quia hæc dictio PARVULUS, continet sanctitatem mentis, & humilitatem operis, de hoc nomine sola* (*brevitatis gratia*) *erit sermo. Est ergo notandum, quod PARVULI hos habent proprietates &c.* Enumerat autem quinque Superbis oppositas, quas late usque in finem Sermonis persequitur, ac de more concludit: *Rogemus ergo Dominum*, quæ est clausula verorum D. Bonaventuræ Sermonum. Nonne Sermo hic est supra dictus *de parvis*, sive *parvulis* conscriptus, deducto nomine a *parvitate*, de qua inibi dicitur: *nulla est caritas, quia nulla est parvitas*? Quod si id negaveris, illud saltem concesseris, non omnes D. Bonav. Sermones esse vulgatos, præfatumque Sermonem cum aliis pluribus penitus intercidisse. Ceterum cordatioribus satis hactenus suasisse autumo, præfatum *Sermonem de parvis*, sive *parvulis*, eum ipsum esse *Sermonem* nunc inscriptum *de S. Antonio Paduano Ord. Minorum*, adeoque eumdem Auctorem, nempe D. Bonaventuram agnoscere; tametsi forte non habeatur nunc omnino completus. Vid. infra Serm. 1. de Mellifluo nomine D. N. J. C. prope finem, ubi loquitur de *Fratribus Minoribus*, quos *parvulos* vocat, ac se inter *parvulos minimum*.

(g) Al. *benigno*.

(h) Al. pro bis *autem*, bis *vero*; & pro *Judæis atque Græcis*, legitur *Sanctis*.

Digitized by Google

tuentibus Judæis & Gentibus ipse color vilis apparuit; nobis vero qui virtutem agnoscimus passionis, ipsa etiam humilitas despecta, humilitas Christi placet, & per humilitatem maxime commendatur. Despectui ergo coloris adjungatur quæ latet virtus floris interior: ut per interiorem virtutem hoc, quod exterius vile videtur, non contemnatur, verum amplius diligatur.

55. Nunc ergo perfectiori & puriori oculo intueamur, quantum floruerit ille flos singularis, de quo scriptum

Isa. 11. 1. est: *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini* (a). Bonus flos, super quem Spiritus Domini sanctus requiescit, & licet flos hic noster

Cant. 2. 1. Dominus Jesus qui de se dicit: *Ego sum flos campi* (b), omnium in se florum habuit virtutem & decorem sine diminutione aliqua: nulli tamen flori magis convenit, quam violæ, ut in eo Spiritus sanctus requiescat. Nec ego hoc affirmo, sed ipse qui dicit:

Isa. 66. 2. *Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem & quietum, & trementem sermones meos?* Quid apertius? Nunquid non potuisset ponere rosam patientiæ & caritatis, lilium castitatis, crocum abstinentiæ, cum vellet ostendere requiem Spiritus sancti? Quibus prætermissis, violam posuit humilitatis (c), cujus pediseque sunt quies & timor, quæ postponuntur. Non enim possunt moveri violæ, id est, humiles, a vento superbiæ; qui semper quærit alta corda quæ concutiat, sicut quidam ait:

Humilitatis pediseque Quies & Timor.

Ovid. 1. de rem. am. *Summa petit livor, perflant altissima venti.*

Dum enim inveniuntur humiles, non possunt moveri. Quiescunt ergo, & spiritum super se quiescentem non excutiunt, dum neq; superbiæ, nec invidiæ vento commoventur. Est & timor non quilibet perdendæ pecuniæ, non bonorum transitoriorum; sed timor sermonum Domini humilitatis pediseque: quia dum humilis nihil de sua virtute præsumit, sermones Domini pro sua consolatione attendens, semper timet ne non adimpleat præcepta, ne Patrem præcipientem sua transgressione offendat. Bonus ergo flos iste quietem generans & timorem, utique genitorem securitatis: quia scriptum est: *Qui timet Deum, faciet bona.* Pro quibus factis quid dabitur mercedis, nisi securitas sempiterna?

Eccli. 15. 1.

56. Bonus profecto flos viola, qui florem cœlestem Verbum æterni Patris in uterum terreni floris beatissimæ Virginis mirifica dulcedine sui odoris attraxit, ipsa attestante quæ ait: *Exultavit spiritus meus in Deo Salutari meo, quia respexit humilitatem ancillæ suæ* (d). Quid dicis? Nunquid non alios flores habes? Habeo, inquam. Tota enim floreo, nullius floris expers, quia nulla virtute careo, cum tota speciosa sim, & macula non sit in me (e). Habeo lilium castitatis, quia prima votum conservandæ virginitatis vovi Domino (f). Habeo rosam caritatis, quia si non usque adeo dilexissem Dominum, unde mihi tanta fiducia, unde tanta audacia, ut novum aliquid puellula tenera & verecunda, & adhuc sub parentum jure & præceptis legis constituta inchoarem? Sed ut verum fatear, audacem faciebat amor: coegit rosa ardens servilem timorem devorans, ut facerem novum votum, & singulare lilium, ut possem quandoque dicere dilecto meo: Candida sum & rubicunda, sicut & tu candidus & rubicundus. Habeo & alios quoscumque flores, sed nullum horum tanta dignatus prærogativa

Luc. 1. 47. & seq.

Cant. 4. 7. Enumeratio virtutum B. Virginis, & quod prima votum Virginitatis Domino voverit.

Hemistichium.

Cant. 5. 10.

(a) Sic Breviloq. Par. 4. cap. 5. atque Serm. sive Collat. 14. in Hexaem. &c.

(b) Itidem verba hæc Sponso adtribuit Exposit. in cap. 2. Cant. §. 89. Nec non Exposit. in cap. 1. S. Luc. Vide infra num. 56. in not. d. Idipsum confirmat S. Hieron. Comment. in Isa. Proph. Lib. 4. in cap. 11. ubi sicut per *Virgam de radice Jesse* intelligit *Sanctam Mariam Virginem*; ita per *florem* interpretatur *Dominum Salvatorem, qui dicit in Cantico Canticorum*: *Ego flos campi &c.*

(c) Sic cit. Exposit. in Cant. ibi, ac vide supra cap. 16. num. 51.

(d) Exposit. in Luc. ibi, & cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

(e) Serm. 1. ac 2. de B. V. M. Nec non in 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 2. Q. 1. in Fundam. *De nulla anima potest dici: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te, quam de Beata Virgine Maria.*

(f) Lib. 1. Phar. cap. 5. ex Legen. B. Bartholom. *Hæc prima inter fœminas hoc constituit in corde suo, ut diceret Deo: Domine offero tibi virginitatem meam, cum hoc a nullo homine nec verbo didicisset, nec exempla ad imitationem invitata fuisset.* De quo voto etiam idem S. Bonav. loquitur etiam 4. Dist. 30. Art. 1. Q. 2. in concl. Vide infra cap. 18. num. 63.

Digitized by Google

gativa reſpexit in me Dominus, ut florem violæ meæ: *Reſpexit* enim *humilitatem ancillæ ſuæ*. Et vultis videre omnes, cui mutuavi flores meos, quantum ex flore ſim conſecuta? *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* *Ex hoc* dico, quia reſpecta ſum a Domino. Flos violæ meæ, *quia nardus mea dedit odorem ſuum*, quæ idem ſignificat quod viola, id eſt, humilitatis virtutem, cujus fragrantia delectatus eſt Rex, filius Regis, Deus Dei filius, cum eſſet in accubitu ſuo, id eſt, in ſinu Patris; & odore tam delectabili quaſi quadam illius violentia tractus eſt in me (*a*), & voluit concipi flos in flore intra florem, id eſt, intra Nazareth, quod interpretatur *Flos*, ut fieret ipſe flos florens, hoc eſt, Nazarenus. Concordant omnia flori. Concipitur flos manens in flore, hoc eſt, in Nazareth. Bonus ergo omnino, & optimus violaceus flos, qui odoris ſui fragrantia, quaſi quodam delectabili vinculo, florem cœli in uterum noſtri floris humilis Virginis inclinavit (*b*).

57. Diſcant omnes, ſed præ omnibus mundi flores, id eſt, Virgines (*c*), quæ in tota Eccleſia Dei excellunt, tamquam flores in gramine, quod Virgo Virginum prima, Virginum devotarum ſanctiſſima & caſtiſſima omnium, ſummam gloriam ponit in viola humilitatis (*d*), licet in ea candeat ſingulariter lilium caſtitatis, roſa caritatis rubeſcat. Nolite gloriari Virgines de caſtitate corporali, licet illa ſit laudabilis virtus. Sed quanto majores eſtis vos, tanto humiliate vos in omnibus, ut inveniatis gratiam apud Deum. Non enim caſtitatem reſpexit Dominus, ſed humilitatem ancillæ ſuæ (*e*). Si vultis oculo miſericordiæ, oculo gratiæ a Domino reſpici, humiles eſtote. *Humilibus* enim, Scriptura ait, *dat gratiam*; quia *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Si vultis lampades veſtras eſſe refertas oleo, cum Sponſus ad nuptias venerit, id eſt, ſi vultis integram & lætam conſcientiam habere (oleum enim in lampade, eſt lætitia ſpiritualis in corde) nolite de altitudine lilii veſtri, id eſt, de puritate caſtitatis veſtræ alta ſapere. Nolite laudem exteriorem appetere (*f*): ne clauſo oſtio regni cœlorum, dicat vobis Sponſus: *Amen dico vobis, neſcio vos*: & a ſe excludat, qui *reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ*. Multæ enim Virginum excludentur, quia ſuperbarum nulla ingredietur. Humilium vero nullus, nec conjugatus, nec virgo, nec vidua merebitur expelli. Arcta eſt janua regni cœlorum, nec recipit niſi parvos (*g*). Tumidi repelluntur, immo nequaquam poſſunt accedere, cujuſcumque ſexus ſive conditionis fuerint vel ætatis. Et breviter dico, nulla virtus accedit, niſi ad humilitatis violam fuerit inclinata. Dicit enim & docet hoc humilitatis Magiſter, qui advocans parvulum ſtatuit eum in medio diſcipulorum, & dixit: *Niſi converſi fueritis, & efficiamini ſicut parvulus hic* (*b*), *non intrabitis, in regnum cœlorum* (*i*). Nunquid poſuit ibi in exemplum

Humilitatis virtus in B. Virg. commendata. *Luc.* 1. 48.

Cant. 2. 12.

Nazareth flos, Nazarenus interpretatur flos florens.

Virgines præcipue decet humilitas.

Jacob. 4. 6.

Matth. 25. 4.

Ibid. 12.

Humilibus ſolum patet janua cœli.

Matth. 18. 3.

(*a*) Similiter Expoſit. in cap. 1. Cant. §. 78.

(*b*) Omnia ſupradicta confirmat ipſemet D. Bonav. Expoſit. in cap. 1. S. Luc. hiſce diſertiſſimis verbis „ In hoc quod Civitas illa Na„ zareth vocatur, quæ flos interpretatur, ſi„ gnatur quod illum veniebat nuntiare, qui „ *flos* eſt *campi*, & *lilium convallium* (Cant. 2. „ 1.) *Ergredietur virga de radice Jeſſe, & flos* „ *de radice ejus aſcendet* (Iſa. 11. 1.). Unde „ hic dicit Hieronymus (Epiſt. 101. poſt med.) „ Et Nazaræus de radice ejus creſcet. Igitur „ a *Nazareth poteſt aliquid boni eſſe* (Jo. 1. 46.): „ immo flos omnis boni. Congruebat in flore „ florem concipi, in flore nutriri, in florum „ tempore, id eſt, in vere, & martio nuntia„ ri. Unde Bernardus (Hom. ſup. miſſ.): „ Florigeram amat patria, flos de radice Jeſſe. „ Et ideo poterat jam decantare: *Flores appa„ ruerunt in terra* (Cant. 2. 12.) “ Vide ſis Comment. quoque in Jo. Evang. cap. 1. n. 93.

(*c*) *Flos Eccleſiaſtici germinis* vocantur & a S. Cypriano L. de diſcipli. & hab. Virgin. c. 2.

(*d*) Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *Sitis ergo, o famulæ Dei, ancillæ Chriſti, humiles, ita ut numquam ſuperbiam in cordibus veſtris permittatis . . . . . quia Dominam habuiſtis humilem, ſcilicet Virginem Mariam, Reginam omnium.*

(*e*) Ibi: *Non credamus, quod virginitas placeat Deo ſine humilitate: certe nec Maria Mater Dei fuiſſet effecta, ſi ſuperbiam habuiſſet in ſe. Propterea dicit Bernardus* (Hom. ſuper Miſſus eſt cir. med.): *Sine humilitate audeo dicere, nec Maria Deo placuiſſet &c.* Quæ Bernardi verba allegantur etiam Lib. 4. Phar. cap. 45. de continen. & humilit. Quodve *non ſit vera caſtitas niſi ex humilitate*, alibi quoque tradit D. Bonav.

(*f*) Ex eodem Bernardo Serm. 7. in Cantic. poſt med. in cit. Phar. ibi: *Continentia non habet meritum apud Deum, quæ gloriam quærit humanam. &c.*

(*g*) Quinimo Serm. 1. de S. Anton. Patav. loquens de hujuſmodi *parvis* ait: *Quod juxta menſuram parvitatis in via, erit menſura felicitatis in patria.*

(*h*) Codex Corbejen. apud Blanchin. *Sicut infans hic eſt.* Et S. Joan. Chryſoſt. Hom. 59. in Matth. *Sicut parvulus iſte.*

(*i*) Pariter d. Ser. 1. de S. Anton. Pat.

Digitized by Google

plum Discipulis lilium castitatis Joannem, vel rosam caritatis Petrum, qui & tunc præsentes erant; quorum prior ab ipsis nuptiis, ut asseritur, vocatus fuit & electus a Domino (*a*); sequens vero trina confessione Domino benignissimo (*b*) Jesu, cui mentiri non potuit, perfectæ caritatis affectum contestatus est. Sicut enim Joannes de speciali prærogativa castitatis; ita Petrus de ferventiori caritate commendatur (*c*). Nec tamen istos in exemplum posuit cœlorum januam intraturis: sed parvulum humilitatis virtute præcelsum.

Jo. 21. 20.

58. Videamus ergo quantum in se istam virtutem omnium virtutum Dominus commendavit. Primo verba ejus attendentes, ubi ait: *Discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris*. Quid est, Magister bone, optime Jesu? Numquid ad hoc redacti sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in te reconditi, ut hoc singulariter doceas, quia *mitis* es & *humilis corde?* Non doces, ut cœli discantur fabricari, fieri miracula, mortui suscitari, & cetera hujusmodi; sed *quia mitis sum & humilis corde* (*d*). Nunquid tam magnum est quod est parvum? utique: quia per hoc invenitur requies animabus. Quæ enim alia est caussa omnis laboris & certaminis nostri, nisi ut inveniamus requiem animabus nostris? Brevis doctrina, brevis via demonstrata est. Discе hanc a Domino Jesu, qui mitis est & humilis corde (*e*); id est, vide & quantum & quare humiliatus fuit ille, qui est *excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria ejus*: & disce etiam quia tu es lutum & cinis (*f*), & sic invenies requiem animæ tuæ. Sed nota quod ait: *Humilis corde*. Non enim ficta humilitate placatur ille, qui est humilis corde; sed humilitate vera. Humilitate cordis (*g*) delectatur ille, qui intuetur cor: quia in humilium cordibus requiescit. Quærit enim corda humilium, quæ elevet; non tumida, a quibus resiliat. (*h*)

Matth. 11. 29.

Christus verbis & exemplis humilitatem docuit.

Ps. 112. 4.

59. Sed quia duo posuimus, quæ nobis considerանda sunt, scilicet quantum & quare humiliata fuit Vitis nostra Dominus Jesus; utrumque hoc jam explicemus, quia vestræ votiva sunt caritati. Deficit enim humanus intellectus, ratio succumbit, quantum humiliatus fuit Dominus in conversatione. Quomodo enim scire potes dejectionem humilitatis, nisi etiam excellentiam dominationis agnoscerես? Loquere enim. Quid potes? Nunquid mensuram gloriæ, potentiæ & pulchritudinis ejus attinges? Non ad hoc Angeli, neque Cherubin, aut Seraphin pervenerunt (*i*). Non enim aliqua creatura Deum agnoscit ita plenarie (*k*) & perfecte, sicut ipse est. Quanto minus homo putredo (*l*), aut filius hominis vermis? Et tamen quia tantus erat, ut magnitudinis ejus non esset finis: ad hoc inclinatus est, ut filius hominis fieret vermis. O quanta humilitas! Incomprehensibilis Deus vult comprehendi, summus humiliari, potentissimus despici, pulcherrimus deformari, sapientissimus (*m*) fieri ut jumentum, immortalis mori, & ut compendio absolvam, Deus vult fieri vermiculus.

Christus quantum & quare humiliatus.

(*a*) Sic D. Bona. in Prol. super Joan. Evang. num. 12. nec non in cap. 2. ejusdem num. 118. Eadem assertione nixus Dionysius Carthusianus ait Enarrat. in Evang. secundum Joan. Art. 1. *Hunc Christus a nuptiis, ubi aquam in vinum convertit, vocavit, ut recitat Beda.*

(*b*) Al. *benigno.*

(*c*) Similiter in 3. Dist. 32. Art. 1. Q. 6. per totam.

(*d*) Pariter S. August. Serm. 10. de Verbis Domini secundum Matthæum. Unde S. P. Franciscus, referente ipsomet S. Bonaventura in ejus Legenda „ Dicebat propter hoc Filium Dei de altitudine sinus paterni ad nostra despicabilia descendisse, ut tam exemplo, quam verbo, Dominus & Magister humilitatem doceret. "

(*e*) Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. „ Hanc virtutem maxime a Filio Dei Soror Deo devota discere debes, quia ipse dicit: *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde.* "

(*f*) Ibi: *Considera etiam quo tendis; tendis enim ad corruptionem, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Quid igitur superbis terra, & cinis? Si hodie es, cras non eris &c.* Vide sis etiam S. Bona. de Sanctis in Communi Serm. 4. in ord. 26. de uno S. Confess. ex S. Bernardo.

(*g*) De *humilitate cordis* idemmet S. Bonav. ibi Serm. 3. in ord. 25. de uno S. Confess. Unde suprad. Serm. 1. de S. Anton. Pat. ab ipso dicitur per *humilitatem parvus*, ac etiam *parvulus, sicut corde humilis.*

(*h*) Rursum in d. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *De talibus dicit B. Augustinus: O pellis morticina, quid extenderis? O sanies fœtida, quid inflaris? Caput humile, & membrum superbum? Quasi dicat: non decet.*

(*i*) Confer infra Tract. alt. de tribus Virtutibus n. 10. & seq.

(*k*) *Plenarie* pro *plene*, etiam in Legen. ma. Vid. Prodrom. col. 592.

(*l*) In d. Tract. num. 6.

(*m*) Repetitio superlativorum D. Bonaventuræ familiaris. Vid. Prodr. col. 167. ac seqq.

Digitized by Google

culus. Quid excelsius Deo? Quid ver-
Ps. 21. 7. miculo inferius? *Ego*, inquit, *vermis sum, & non homo*. Quare vermis? Quia
Job 25. 5. ac seq. filius hominis. Ita enim habes in Job: *Stellæ non sunt mundæ (a) in conspectu ejus. Quanto magis (b) homo putredo, & filius hominis vermis?*

60. Si ergo filius hominis est ver-
Matth. 16. 13. mis, utique & ipse vermis est, quia ipso testante filius hominis est. *Quem*, inquit, *dicunt homines esse filium hominis?*
Distinctio inter hominem, & filium hominis. Ecce qualem distinctionem facit inter hominem, & filium hominis (c). Homines appellat, qui de primo homine
Job 25. 6. Adam per corruptionem descenderunt. Unde & Job ait: *Quanto magis (d) homo putredo?* quia in putredine corruptio est. Ipse vero solus purus Christus Dominus, quia sine corruptione (e) de Matre Virgine natus est (f); se quidem non appellat hominem, qui utique putredo est; sed *filium hominis*, qui ver-
Christus quomodo vermis. mis est. Sicut enim vermis de sola terra, ita Jesus Christus de sola Virgine generatur (g). O quam humilis
Ps. 21. 7. vermiculus Jesus Christus, qui opprobrium factus est hominum, & abjectio plebis, ab hominibus contemptus sine causa, sine vindicta conculcatus sicut
1. Pet. 2. 23. vermis. Cum malediceretur, non maledicebat; cum pateretur, non comminabatur. Humiliatus est, ut fieret homo, ut hominibus subderetur, beatæ Matri & Joseph nutritio suo, Simeoni expectatori suo, non solum bonis, ve-
Matth. 17. 26. rum etiam malis, terrenis Potestatibus solvens cum Petro didrachmum inventum in ore piscis. Subditus est Joanni baptismate suo, qui ab ipso potius debuit baptizari. Humiliatus est usque ad ablutionem pedum Discipulorum suorum bonus & benignus Jesus. Postremo humiliavit semetipsum, factus obe-
Ad Philip. 2. 8. diens usque ad mortem, mortem autem crucis (h). Quo ultra progredi poterimus? Mortuus non qualibet morte, sed morte crucis, morte turpissima condemnatus est (i). Videsne igitur, quantum in vite nostra, benignissimo (k) Jesu, flos iste violaceus floruerit? Multi usque ad mortem humiliati sunt: sed nequaquam eo vilipensionis descenderunt, quia nunquam ad tantam exaltationem pervenerant. Quis enim bonorum omnium morientium sibi potuit usurpare, quod de Christo Jesu dictum
Ibid. 6. est: *Cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo?* Nullus profecto, quia nullus hominum præter ipsum Deus erat. Maxime ergo
Ibid. 7. humiliatus fuit, qui solus cum in forma Dei esset, exinanivit semetipsum formam servi accipiens, & ad tantam abjectionem deveniens, ut ab hominibus jam non homo, sed vermiculus reputaretur.

61. Sed quæ est causa tantæ humi-
Causa tantæ humiliationis in Christo. liationis in benignissimo (l) Jesu? Non enim sine rationabili necessitate & justa causa sic humiliatus est Filius & Sapientia Patris, quæ nihil sine causa facit. Quid multis immoramur? Propter hoc factus est homo, ut hominem redimeret: infirmatus est, ut nostras infirmitates curaret: inops factus est, ut sua nos inopia ditaret: humiliatus est, ut nos exaltaret (m): traditus est ad mortem, immo mortuus est, ut
Imitanda. nos vivificaret (n). Quis sanæ mentis contemnat (o) humiliari propter tam humiliatum pro nobis (p)? Et licet multæ sint causæ, quæ nos ad humilita-

---

(a) Al. *Astra non sunt munda*.
(b) Al. *Quanto minus*; sed *quanto magis* mox infra. Quidam tamen apud Malvendam reddunt *quanto minus*.
(c) De hac *distinctione* Vol. 1. Comm. in Jo. Ev. cap. 1. num. 103. in fine.
(d) Ergo & supra leg. *Quanto magis*.
(e) 3. Dist. 3. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in fine.
(f) Pariter cit. Comment. in cap. 1. Joan. num. 103.
(g) Et quod *Christus* hoc etiam sensu dicatur *vermis, & non homo, quod absque virili, seu masculo semine, opera Spiritus sancti conceptus sit*, interpretatur quoque Euthymius, aliique Patres, apud Lorinum Comment. in Ps. 21. ver. 7. Vid. S. August. Enarrat. 1. in d. Ps. 21.
(h) *Quæ ignominiosior est, ut dicit Gloss.*, cap. 6. de perfect. vit. ad Soror.
(i) Ibi.
(k) Al. *benigno*.
(l) Al. *benigno*.
(m) *Benigne inclinatus est, ut elevaret*, Comment. in cap. 21. Apocal. num. 1551.
(n) *Mortuus est, ut vivificaret*, d. Comment. ibi ex S. Gregorio.
(o) Al. *contemnit*.
(p) Idemmet S. Bonav. de Sanctis in Communi Serm. 4. in ord. 26. de uno S. Confess. „ Si ergo Dominus ac Rex noster humiliavit „ se usque ad carnis nostræ susceptionem, us- „ que ad irrisionem, usque ad corporis flagel- „ lationem, usque ad coronæ spineæ corona- „ tionem, usque ad vilissimæ mortis tolera- „ tionem; quis de cetero audeat superbire? „ &c. "

Digitized by Google

litatem cogant (a), ſcilicet initium pudoroſum, vita doloroſa, finis timoroſus (b), metus gehennæ, ſpes cœleſtium, hiſque cum aliis cauſſis, ſi quæ ſunt, ceſſantibus, ſola Regis noſtri ac Redemptoris, Patris dulciſſimi & optimi Jeſu humilitas ad humilitatis virtutem nos, non ſolum incitare, ſed violenter cogere deberet. Humiliemur ergo (c), & propter ſupradictas cauſſas, ut vicem rependamus propter nos humiliato Domino Jeſu, offerentes violam humilitatis ipſius, qua ipſe Vitis noſtra tam excellenter effloruit; & in corde noſtro guſtantes, ut hunc florem ſuum, quem ipſe ſpecialiter in ſe voluit commendare, recognoſcens in nobis, nos ſecum, qui ſuper omne nomen exaltatus eſt, in tempore viſitationis ſuæ exaltare dignetur.

Ad Philip. 2. 9. 1. Pet. 5. 6.

CAPUT XVIII.

De florente lilio caſtitatis. (d)

Lilium typus caſtitatis.

62. Non potuit deeſſe in Vite noſtra florente flos lilii candentis, excellens caſtitatis inſigne. Inter omnes virtutes caſtitas quadam ſpeciali prærogativa flos meruit appellari, quæ per lilium figuratur. Caſtitatis autem nomine hoc tractatu non quamcumque accipe caſtitatem, ſed eam quæ virginitas appellatur (e). Eſt enim & caſtitas continentium, ſeu viduarum; & eſt caſtitas maritalis. Sed eæ jam minime flores appellantur, quia virginalis (f) florem lilii amiſerunt. Eos igitur qui deflorati non ſunt, id eſt, Virgines, flore lilii in præſenti volumus nuncupari: nec hoc dicendo facimus injuriam continentibus & maritatis (g). Non enim cum laudamus caſtitatem Joannis, vituperamus conjugium Abrahæ (h): nec commendando virginitatem Mariæ, viduitatem Annæ reprobamus (i). Sed habent ſinguli merita ſua, non parva tamen dignitate diſtincta. Quis autem fructum triceſimum non laudat in conjugatis, ſexageſimum in viduis; licet his excellenter præferatur fructus centeſimus virginitatis? (k)

63. De hac igitur gratia lilii, in quo Vitis noſtra floruit, locuturi, videamus, vera luce nos illuminante, quare tanta virtus per lilium figuretur. Et manifeſte quidem occurrit, quia propter candoris munditiam, qua ille flos ceteris floribus eſt prælatus. Hinc ſane munditia virginalis merito figuratur typo lilii (l). Nullus præterea alius flos vel ipſo proſpectu tantum præ ſe fert gratiæ, quantum hic unus: quare merito mundiſſima, & omnibus piis gratioſa virginitas per hunc figuratur florem. Quibus itaque laudibus te efferam, o virginalis candor? prorſus neſcio. Atqui neſcientem me doceat ſingulare illud Lilium, increata Dei ſapientia Dominus Jeſus, unigenitus Patris filius, & unicus filius lilii ſingularis, id eſt, caſtiſſimæ Virginis matris, quæ in confinio utriuſque legis votum conſecravit perpetuæ & integerrimæ virginitatis (m). Doceat, inquam, me, quomodo per conſiderationem lilii materia-

Caſtitas cur figuretur per lilium.

(a) De his ibi.

(b) Adjectivum hoc ſtilum S. Bernardi ſapere non videtur; ſed potius S. Bonaventuræ.

(c) Ibi „ Ergo fratres cariſſimi, ſi Dominus Salvator noſter ſic eſt humiliatus propter ſalutem noſtram; quis hominum audeat „ plus contra eum ſuperbire? Auguſt. Si bene „ ſe humiliavit Dei poteſtas; ſuperbire quomodo audebit humana infirmitas? Conſtat „ non eſſe juſtum, non eſſe uſitatum; ſed rationi contrarium, & a juſtitia alienum, ut „ ſit ſervus ſupra Dominum, & diſcipulus ſupra Magiſtrum, viliſſimus ſupra Deum. Ergo ubi ſe Deus inclinavit, quis hominum ſe „ erigere audebit? Unde & Apoſtolus hoc „ conſiderare docet, cum dicit: Hoc enim „ ſentite in vobis, quod & in Chriſto Jeſu, „ qui cum in forma Dei eſſet &c.“ ut ſupra.

(d) Al. *De flore caſtitatis, quæ eſt lilium.*

(e) S. Greg. in Ezech. L. 1. Hom. 6. n. 4. *Flos lilii candida vita carnis eſt de incorruptione virginitatis.*

(f) Al. *virginitatis.*

(g) Ex S. Hieron. in Epiſt. ſive Lib. adver. Helv. ait D. Bonav. in Phar. Lib. 1. cap. 40. *Non negamus viduas, non negamus maritatas, ſanctas mulieres inveniri &c.*

(h) 4. Diſt. 33. Dub. 3. & A. 2. Q. 2. in concl.

(i) Ad inſtar S. Auguſt. ſimiliter dicentis de ſanc. Virginit. cap. 20. num. 19. quod *Mariæ majus bonum, Suſannæ non debeat eſſe damnatio.*

(k) Sic ex laud. Hieron. in Epiſt. ad Ageruc. de Monoga. ante med. in ead. Phar. ibi cap. 41. nec non Expoſit. in cap. 3. Sap. ac etiam alibi, ipſemet D. Bonav. Item laud. S. Auguſt. ibi cap. 44. num. 45.

(l) Idemmet S. Bonav. Expoſit. in Cant. c. 2. §. 89.

(m) Vide ſupra cap. 17. num. 56. Heic addo, de hoc voto loqui etiam S. Bernardum Hom. 4. ſuper miſſus eſt num. 3. Serm. 4. in Aſſumpt. B. M. num. 6. nec non Dom. infra Oct. d. Aſſumpt. Serm. ſuper verba Apocal. *Signum magnum apparuit &c.* num. 9. Vid. SS. Patres

Digitized by Google

terialis (*e*), lilii virginalis circumstantias agnoscere valeam. Propter has ergo proprietates, quas jam proposuimus, ipsum lilium materiale in radice & trunco, foliis, & in his aliis flosculis, qui intra illum concluduntur, studiosius investigare curemus. Speramus enim, quod his omnibus specialiter consideratis, commendationem perfectæ virginitatis invenire possimus.

CAPUT XIX.

De radice lilii. (*b*)

Albedo lilii designat munditiem cogitationis.

64. Radix lilii commendatur in tribus: alba est, splendida est, tractabilis est. Quid autem per radicem in terra latentem, nisi cogitatio latens in corde figuratur? Per albedinem ergo radicis, munditiam cogitationis accipimus. Quid ergo munditia carnis, sine munditia cogitationis? (*c*) De hac præcipit Dominus: *Lavamini*, inquit, *mundi estote*. Nam ne exteriorem munditiam intelligeres solam, subjunxit: *Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Perversæ enim cogitationes separant a Deo*. Et sicut Veritas testatur: *De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, falsa testimonia, blasphemiæ*, & cetera, *quæ coinquinant hominem*. Sunt autem cogitationes nigræ

Isa. 1. 16.

Sap. 1. 3.

Matth. 15. 19. & seq.

Cogitationes malæ triplicis generis. Diabolicæ.

sive pollutæ, nempe diabolicæ, mundanæ, carnales. Cum aliquis se alio meliorem æstimat, cum alii similis esse videri vult, qui eo major est; vel cum non vult subjectus esse ei, qui sibi prælatus est; diabolicæ sunt cogitationes, quæ a diabolo inventæ sunt, & ab ipso ceteris familiarius usurpatæ; ita ut proprie character diaboli dicatur superbia. (*d*) Cogitationes mundanæ sunt illæ, quæ animum concupiscentiis rerum illaqueant; ut illis acquirendis nimis sollicite insistant, & acquisitis nimis delectentur (*e*); ne proximorum necessitatibus erogentur, & sic fiant alieni a caritate Dei, quia scriptum est: *Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit sua viscera ab eo, quomodo caritas Dei manet in eo?* Cogitationes carnales sunt, quæ homines ad luxuriam pertrahunt carnis, utpote quando inordinata dilectione & delectatione cogitant viri de mulieribus, vel mulieres de viris: quia stulti homines amorem appellare præsumunt quod verius odium posset appellari. Est & luxuria ciborum & potuum, cum lautiora & delicatiora propter solum saporem quæruntur (*f*), non propter sanitatem adipiscendam (*g*). Posset quis uti (*b*) delicatis cum moderatione: quod tamen difficile observatur (*i*). Simile judicium

Mundanæ.

1. Jo. 3. 17.

Carnales.

Species est quædam luxuriæ in cibo & potu lautiora & delicatiora quærere propter solum saporem.

Patres citatos a Petro Canisio Lib. 2. Marial. cap. 14. loquentes de hujusmodi voto a B. V. M. emisso. Quodve, vel ante nuptias, vel etiam post nuptias, consentiente Josepho, virginitatem Deo irrevocabili voto dicaverit, docent quoque Patres, & præstantissimi Interpretum, apud Augustinum Calmet Comment. Liter. in Evang. S. Luc. cap. 1. sub ver. 34.

(*a*) Vox quidem in Scholis perquam usitata, sed adhibita quoque a Macrob. Lib. 1. Som. Scip. cap. 12.

(*b*) Al. additur: *id est, cogitationibus in corde latentibus*.

(*c*) Pariter Lib. 1. Phar. cap. 38. ex S. Hier. adver. Helvid. non longe a fin. atque S. Isidoro de Sum. bon. Lib. 2. cap. 40. Sent. 7. Vide sis etiam inter Sermones S. Bona. de Sanctis in communi Serm. 1. in ord. 32. de una S. Virgine.

(*d*) In 2. Dist. 5. Art. 1. QQ. 1. & 2. & Art. 2. Q. 1.

(*e*) Al. *delectetur*.

(*f*) Hæc doctrina pugnat contra propositionem illam ab Innocentio XI. proscriptam: *Comedere, & bibere ob solam voluptatem usque ad satietatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini; quia licite potest appetitus suis actibus frui.* Vid. infra Ordinar. Vit. Relig. n. 25.

(*g*) Salvo semper quod inquit Apostolus 1. Cor. 10. 31. *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*, propter mox notanda de bono sanitatis usu, ut vivens Deo vivat, ac in sanitate sua Dei gloriam præ ceteris quærat.

(*h*) Scite ait *uti*, non autem *frui*; quia ita utendum est bono creato, ut referendo illud ad ultimum finem quis Deo solo fruatur. Vid. quæ de *uti* differit idemmet S. Bonav. in 1. Dist. 1. Art. 1. Q. 1. 2. & 3. ac de *frui* ibi Ar. 2. Q. 1. nec non Art. 3. Q. 1. & 2. Unde cit. Ar. 1. Q. 2. in concl. ait: *Utimur assumendis, vel respuendis ad valetudinem, tolerandis ad patientiam, ordinandis ad justitiam*. Quinimo Art. 3. ad finem Q. 2. vult virtutes ipsas ad Deum virtutum referri, ajens: *In ipsis non est quiescendum, quia virtutes cum ad se referuntur, superbæ sunt, & inflatæ*. Quæ quidem doctrina ex asse est D. Augustini L. QQ. 83. Q. 3., L. 19. de Civit. Dei c. 25. &c.

(*i*) Id adeo observatu difficile, ut vel ipse modo laudatus Augustinus indiguerit quotidiana pugna adversus ciborum potuumque oblectamenta, sentiensque magnam in servanda moderatione debita difficultatem dixerit Lib. 10. Confess. c. 31. allegatque D. ipse Bona. L. 2. Phar. c. 36. *Hoc me docuisti Domine, ut quemadmo-*

Digitized by Google

est de his, qui vestimentis delicatis uti desiderant.

65. Perditur proprietas lilii & virginitatis decor, si radici desit albedo, & cogitationi virginalis munditia. Nam si corpus extrinsecus sit mundum, & cogitatio intrinsecus sit polluta; jam non virtus, sed hypocrisis appellanda est. Hoc tamen sciendum, teste Gregorio, quod cogitatio quantumlibet immunda mentem non polluit, cui ratio non consentit. (a) Quis enim cogitationes suas ita refrænare potest, ut non qualibet immunditia titilletur? Sed continuo talium cogitationum insultus sunt reprimendi: ut unde sperabat se hostis vincere, per hoc magis victus abscedat. Quod fit, quoties pravis & immundis cogitationibus attracti, statim ad signum crucis, ad passionis Dominicæ recordationem (b), & lacrymarum subsidia confugimus, & suo telo in bello fortes effecti hostem ferimus.

Gregor. M. Moral. Lib. 21. c. 3. n. 7. Cogitatio prava sine consensu mentem non polluit.

Remedia adversus cogitationes malas.

66. Non solum autem alba, sed & candida sive splendida est radix lilii. Candore autem sive splendore hilaritatem animi videtur designare. Sunt autem nonnulli, qui bona quidem opera faciunt vel coactione, vel necessitate, vel consuetudine; sed ad hæc agenda nulla alacritate moventur, quod vitium proprie acedia dicitur. Et hoc quidem vitio religiosi homines maxime affliguntur. Nam sæculares admodum pauci, & si hoc sit vitium, non advertunt. Mundo enim alligati, spiritualis vitii vix possunt apprehendere nomen: cum tamen hoc vitium inter septem principalia nominetur. Nunc ergo spiritualibus loquamur, qui hoc vitium possunt intelligere. Vitium acediæ est, quod quemdam torporem incutit animo; ut ipsi omnia exercitia spiritualia quasi insipida videantur, & in grave tædium convertantur (c). De quo tædio dicit Psalmus: *Dormitavit anima mea præ tædio.* (d) Et alibi: *Omnem escam abominata est anima eorum, & appropinquaverunt usque ad portas mortis.* Tantum quippe aliquando affligitur hoc vitio anima bonorum (e), ut etiam omnem escam, id est, omne spirituale exercitium, abominetur, ut nec orare, nec legere, nec meditari, nec opus manuum libeat exercere (f). Immo etiam appropinquant usque ad portas mortis, id est, ut etiam ipsius vitæ fastidium habentes morte finiri desiderent, cum sancto Job dicentes: *Tædet animam meam vitæ meæ.* Huic gravi vitio medetur jucunditas, quæ per nitorem radicis lilii designatur, & reformat ægrum animum & abjectum, & ad meditationem incitat spiritualem, & reddit desiderium laborandi, orandi, legendi; ut exultet quasi gigas ad currendam viam, & cum Psalmista dicat: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.* Curritur quippe via mandatorum Dei, cum cor dilatatur, id est, spirituali jucunditate aperitur (g). Dicitur enim naturaliter timore & tristitia cor claudi, securitate vero & lætitia aperiri (h). Quantum, putas, convenit hæc virtus hilaritatis Virginibus sacris, quæ gaudium hujus mundi & omnem ornatum sæculi contempserunt propter amorem Domini sui Jesu Christi (i), ut quod deest exterius, interius impleatur? *Gaudete* ergo *in Domino semper:*

Job 10. 1.

Remedium acediæ.

Ps. 118. 28.

Ps. 106. 18.

Ps. 18. 7.

Psal. 118. 32.

Ad Phil. 4.

Splendor lilii significat hilaritatem animi.

Acedia vitium quid & quibus infestum.

modum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietem satietatis ex indigentiæ molestia transeo, mihi insidiatur laqueus concupiscentiæ.

(a) Phar. L. 2. cap. 3. & 4.

(b) In Reg. Novit. c. 10., nec non Serm. 4. Dom. 13. post Penteç. &c.

(c) Phar. Lib. 2. cap. 10. ac Centiloq. Par. 1. Sect. 21.

(d) Sic pluribus in locis S. Bernardus laudatus a Lorino, qui ad hoc ipsum propositum allegat etiam Cassianum.

(e) De prædicto *vitio*, quo *affligitur anima bonorum*, S. Bernardus Serm. 21. in Cant. n. 4. ac 5. Et apud ipsum S. Bonav. Phar. L. 2. c. 10.

(f) Idem Lorinus Comment. in d. Psal. ac ver. prædicta exscribit sub nomine *Bernardi, vel alterius in Tractatu de Passione*. Adi ipsum, si lubet.

(g) De prædicta *spirituali jucunditate*, qua scilicet *lætus extiterit, & alacer, quum percurreret absque offensione, vel impedimento viam Dei mandatorum, ipsomet Deo cum viribus ad cursum necessariis communicante gaudium id in Spiritu sancto*, rursum Lorin. in d. Ps. & ver. Item S. Bernardus Serm. 3. in Circumcis. Dom. n. 10. de eo loquitur, qui sic *dilatato corde currit viam mandatorum Dei: ut quod prius cum amaritudine & coactione sui spiritus faciebat, de cetero jam cum summa dulcedine peragat & delectatione.*

(h) Lorin. Comment. in Ps. 4. sub ver. 2. „ Physice loquendo, tristibus comprimitur cor, „ in angustumque contrahitur, ac obruitur „ noxio humore: lætis spargitur sanguis, & „ laxantur quodam modo spatia cordi: quod „ indicat rubedo totius oris in ridentibus: & „ in affectis contraria perturbatione pallor, „ sanguine ad cor se se cogente. "

(i) Pariter Comment. in cap. 5. Apocal. n.

Digitized by Google

per: quia vana gaudia ejeciſtis. *Iterum dico, gaudete*: quia vero gaudio adhærere meruiſtis, & in cogitatione cordis veſtri hilaritatis nitorem ſemper habere.

2. ad Cor. 9. 7. *Hilarem enim datorem diligit Deus*, dator ſingularis & veræ hilaritatis.

Lenitas lilii ſignificat manſuetudinem.

67. Eſt & tractabilis radix lilii, per quam virtutem manſuetudinis intelligere debemus. Scimus enim quam plurimos eſſe qui caſtitatis virtute præeminent, ſed ita levi cauſſa, immo ſine omni cauſſa moveri conſueverunt, ut tam ſibi, quam aliis, in quos commoventur, fiant nimium oneroſi, ſemper exacerbatum animum gerentes ex omnibus quæ capiunt viſu vel auditu. Non decet hoc Virginem Chriſti, qui

Matt. 11. 29. dicit & docet: *Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde*. Et qui mitibus

Matt. 5. 4. promittit beatitudinem, dicens: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram*. Quid ergo immites? Exules erunt in terra. E qua? de qua ſcriptum eſt:

Pſ. 114. 9. *Placebo Domino in terra viventium* (*a*). Quid prodeſt caſtitas ab illa terra exulantibus? Non ſunt illa profecto lilia, quibus hæc proprietas deeſt. Unde non pertinent ad iſtud perfectiſſimum lilium, benigniſſimum Jeſum, qui de ſe di-

Cant. 2. 1. cit (*b*): *Ego flos campi, & lilium convallium*. Quæ ſunt illa lilia ad ipſum

Ibidem 2. pertinentia? Audi. *Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias* (*c*). Tractabile, & lene eſt lilium: pungentes & duræ ſunt ſpinæ. Non perdit lilium ſuam lenitatem, licet perferat ſpinarum aſperitatem. O quam malæ filiæ per communionem fidei, ſpinæ per amaritudinem morum! Tu ergo ſi vis eſſe lilium verum, ſi vis a Sponſo dulciſſimo collaudari; eſto lilium inter filias, inter illas animas, quæ ejuſdem fidei, ejuſdem profeſſionis tecum ſunt. Sed & ſi morum amaritudine, & verborum aſperitate te pungunt, eſto inter tales mitis & tractabilis: non exaſpereris ad quodlibet verbum, ſed habe ſuſtinentiam (*d*), ut merearis & tu audire: *Sicut lilium inter ſpinas*, &c. (*e*)

68. Nec tamen hæc dicimus, ut tacite tranſeat omnium perverſitas, & ut non corripiantur inquieti, vel ut tumidi non comprimantur; immo qui ejuſmodi ſunt, reprehendendi veniunt. Sed, ut non ammittatur tractabilitas tuæ radicis, qui vis eſſe lilium, (*f*) ſecundum Apoſtolum *argue, obſecra, in-* 2. ad Tim. 4. 2 *crepa, inſta opportune, importune, in omni patientia, & doctrina*. Quaſi dicat: Ita fortis exerce zelum diſciplinæ, ut lenitatem non perdas interius in mente (*g*), ut revocando perverſum, tu ipſe quoque non pervertaris. Sunt autem quandoque malorum vitia arguenda, quandoque tacite ſufferenda, ſecundum quod uniuſcujuſque, qui talis eſt, utilitati videris expedire (*b*): quia non omnes ægroti uno genere medicinæ curantur.

CAPUT XX.

De trunco lilii. (i)

In trunco lilii tria conſideranda.

69. Sequitur videre (*k*) de trunco lilii, in quo tria conſiderantur, rectitudo, formitudo, longitudo. Truncus ergo lilii a radice exiens, eſt propoſitum bonum exiens a bona cogitatione. Cum enim bona cogitaveris, ſi convaleſcant illa in te ſicut radix in terra, neceſſitas exigit, ut ea quæ cogitationi placent, proponas ad effectum boni operis perducere: & ſic ſtatim habes truncum lilii, id eſt, boni, hoc eſt, bonum propoſitum a bona radice & cogitatione procedens.

361. Et quamvis ſic canat Eccleſia in Reſponſ. ult. Offic. de comm. non Virg.; ita tamen id convenit non Virginibus Sanctis, ut adhuc magis Virginibus Sanctis conveniat.

(*a*) Verſ. Hier. ex Hebr. *in terris viventium*.

(*b*) Hæc verba eſſe Sponſi, non Sponſæ, jam adnotavimus Vol. 1. Expoſit. in Cant. c. 2. §. 89. not. *b*. & ſupra col. 83. not. *b*.

(*c*) Ibi.

(*d*) Hæc vox eſt in Vulg. Eccli 2. 16. ac 1. Theſſ. 1. 3.

(*e*) *Majoris enim præconii eſt eſſe perfectum inter malos, aculeis concupiſcentiarum plenos, quam inter bonos*, Expoſit. in Cant. 2. §. 90.

(*f*) Al. *reprehendendi veniunt, ut ne amittatur tractabilitas tuæ radicis, qui vis eſſe lilium. Sed &c.*

(*g*) De hoc ampliora legere eſt apud ipſummet D. Bona. de ſex alis Seraphin. c. 3. ac 4. per totum. Vid. quoque L. 4. Phar. c. 36.

(*b*) 4. Diſt. 19. Dub. 4. ubi ait: *De correctione fraterna hoc notandum, quod tunc tenetur homo corripere, quando videt fratrem graviter peccare, & credit probabiliter quod debeat prodeſſe, & non obeſſe*.

(*i*) Al. additur: *ſeu propoſito bono, quod a radice bonæ cogitationis exſurgit*.

(*k*) Sic ſæpius in Centiloq.

Digitized by Google

CAPUT XXI.

De rectitudine lilii. (a)

70. Necessaria est huic trunco boni propositi rectitudo, id est, ut recta intentione proponamus bonum facere pro illo (b), non terrenas divitias, non humanos favores, nec honoris transitorii excellentiam requirentes. Astutus enim ille serpens, id est, satanas, cum principio bonæ cogitationis non potest resistere, ponit insidias in via (c), quibus intentionem boni propositi possit evertere, & per truncum perversum ipsam quoque radicem bonæ cogitationis amarescere faciat. De his insidiis conqueritur Psalmus: *In via hac qua ambulabam, absconderunt superbi laqueum mihi.* O quanti istis laqueis capti & decepti sunt! qui bona quidem bene initiantes, tandem exterioribus cogitationibus accedentibus, propositi sui rectitudinem deseruerunt, omnino perversi; & per bona opera sua, vel divitias, vel honores, vel voluptates terrenas semel adepti, primæ intentionis sunt obliti, & aliud quam Deum quærentes, idololatræ facti sunt: dum gloriam incorruptibilis Dei, qui solus glorioſus est, & solus quærendus, mutaverunt in similitudinem volucrum, bestiarum & serpentum. Quomodo in similitudinem volucrum mutant gloriam Dei? Quia bona opera sua, quæ prius ad gloriam Dei facere intenderunt, intentionis rectitudine commutata, pro vana mundi gloria facere laborant. Per volucres enim, leves & instabiles, & alta petentes, vana figurantur (d). Gloriam Dei mutant in similitudinem bestiarum, qui bona opera, per quæ prius gloriam Dei intenderunt, præterea pro carnis implenda voluptate faciunt. Per bestias enim, quæ tantum quæ carnis sunt sequuntur, voluptas designatur. Gloriam vero Dei in similitudinem serpentum commutant, qui bona opera, quæ pro cœlestibus tantum divitiis, & pro gloria Dei adipiscenda fieri deberent, propterea operantur, ut ex his terrenas divitias consequantur. Per serpentes enim, qui terram comedunt, designantur avari, qui tantum lucra terrena sequuntur, & animæ suæ ventrem cupiunt implere. (e)

Recta intentio curanda in progressu boni operis.

Ps. 141. 4.

Ad Rom. 1. 23.

71. Hæc sunt scandala, quæ in via rectæ intentionis gradientibus abscondit diabolus, ut truncum lilii, id est, bonum propositum, a sua rectitudine distorqueat. Heu, heu! Domine Deus, quis evadet laqueos istos? Ecce ut taceam sæculares, quot quantosque videmus Ordinum diversorum Prælatos (f), quos bona sine dubio scimus intentione nudos nudum Christum fuisse secutos; & tamen inviti ad prælaturas licet attrahantur, non post longum tempus, sed statim corrumpunt intentionem, truncum vitiant, commutant propositum: ut prælaturis, ad quas inviti venerant, libenter inhæreant, præesse cupientes, potius quam prodesse; lautioribus ferculis & exquisitis, voluptati ventris potius quam utilitati, vel divinæ voluntati deserviunt: nonnunquam etiam pecunias congregare dicuntur, non ut spiritualibus filiis necessaria, sed ut carnalibus nepotulis & amicis superflue aliquid largiantur. O utinam mentiar: Domine Jesu, utinam mentiar! ut me solo mentiente omnes in rectitudine & veritate persistant. (g)

Queritur Prælatos in hoc maxime peccare.

72. Vobis autem, o Virgines Christi, humilitatis virtutem, quam sæpius vestræ caritati commendamus (h), ad propositi nostri rectitudinem pro maxima

Virginibus Christi rectitudo intentionis commendatur.

(a) Al. additur: *id est, recta intentione*.

(b) Hoc necessarium censet, *ut veritas sit in electione, & caritas in intentione*, quemadmodum tradit in 2. Dist. 40. Art. 1. Q. 1. in concl. ex S. Bernardo de Dispensat. circa med.

(c) Sic secundum S. Greg. in Evang. L. 1. Hom. 11. n. 1.

(d) *Volucres sunt elati, qui nidos dignitatis & honorum habent*, inter Sermoneo sub S. Bonav. nomine Serm. 3. Dom. 4. Advent.

(e) Hactenus non in literali sensu, sed morali.

(f) Contra hos acerrime S. Bernardus Serm. 33. in Cant. n. 15. nec non Serm. 1. in Convers. S. Pauli n. 3. ac etiam alibi. Item inter ejus suppositia Auctor Sermonis ad Clerum in Concilio Remensi congregatum, & alterius Sermonis ad Pastores in Synodo congregatos, atque tertii Sermonis ad Prælatos in Concilio convocatos.

(g) Similiter Prælatorum vitia reprehendere apud D. Bonaventuram perquam frequens est. Vid. inter cetera ejus Lib. 1. Phar. c. 12. ubi multa ex SS. PP. colligit contra *Prælatos malos*.

(h) Commendavit profecto etiam atque etiam quum dixit cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. „ Hanc virtutem maxime a Filio „ Dei, Soror Deo devota, discere debes, quia „ ipse dicit: Discite a me, quia mitis sum, „ &

Digitized by Google

ma parte putamus sufficere. Dum enim in tantam altitudinem castitatis ascenditis; laborat adversarius vester satanas, ut vos ab illa deflectat. Clamat enim nobis sæpe, immo semper suggerit vocem illam, dicens: Incurvare ut transeamus. Quid est incurvare? Flecte intentionem tuam ad terrena, quam ad cœlestia erexisti, ut pateat nobis transitus per te, ut conculcemus te. (a) Ne consentias inimico tuo, o anima casta, virgo Christi, amica Sponsi tui, amici tui Sponsa, ne consentias, ut ne incurveris. Hoc est, nihil terrenum quæras, non laudes humanas, non honores, non divitias terrenas: quia si ad hæc declinaveris, transibit per te mendax ille, teque conculcabit & premet ac elidet te, & jugum iniquitatis suæ importabile ponet super te, si abjeceris jugum Christi leve & suave. O quam insensati, qui rectitudinem intentionis suæ sic incurvant, ut accipiant illum teterrimum & iniquissimum Satanam, sessorem suum, abjecto illo pulcherrimo & optimo primo rectore Domino Jesu, cujus, ut ipse asserit, jugum suavissimum est, & onus levissimum.

Isa. 51. 23.

Matth. 11. 30.

CAPUT XXII.

De fortitudine trunci. (b)

Fortitudo & constantia boni propositi in adversis & prosperis.

73. Fortitudo trunci imprimit virtutem, quæ fortitudo vocatur. Est autem fortitudo, secundum quod eam hic accipimus, quædam virtus omnium tentationum sustinens insultus, non earum modo quæ molestæ, sed etiam earum quæ prosperæ sunt (c). Est autem hæc virtus trunco lilii nostri, proposito boni operis, & maxime virginitatis voto conveniens: quia quanto laudabilius est votum, tanto fallacius & fortius insistit Diabolus, ut impediat bene terminari (d), quod in bono initio non potuit impedire. Talis truncus vere opus est, ut sit fortis contra frigus. Bonum namque propositum unde tentatur, acedia est, qua quandoque, sicut etiam supra diximus (e), in tantum tentantur electi, ut non orare libeat, nec legere, nec meditari, nec aliud quicquam operari eorum quæ sunt quædam fomenta animæ: quia oratione, lectione, meditatione (f), seu etiam exteriori exercitio corporis vires animæ reparantur & conservantur, & augentur, eisque subtractis animam langueſcere necesse est, & in frigus mortale resolvi: statimque subintrat luxuria, vindicatque sibi sedem in anima frigida, & eam pessime suo igne calefacit. Sine autem intermissione nostro lilio Virgini Christi orandum, legendum, meditandum, vel etiam exterius aliquid operandum est, ne in ipsa truncus boni propositi corrumpatur. Hæc enim, sicut ait beatus Augustinus (g), si cum discretione fiant, ut valetudinem corporis non perturbent (h), in delicias spirituales vertuntur.

Augustinus in Reg. ad Servos Dei num. 4.

74. Calor quo corrumpitur truncus boni propositi, sæculi prospera sunt, in quibus nimis insidiæ inimicorum latent. Multos enim invenimus, qui adversis resistant: quia in illis tentatio est manifesta. Sanum est corpus, adversitates animi, quæ evenerant, & tenta-

Prosperitas, & falsa securitas periculosa.

„ & humilis corde &c. “ Et iterum „ Discite igitur, o Virgines sacræ, humilem habere spiritum, humilem incessum, humilem „ habitum; sola enim humilitas est, quæ Divinam mitigat iram, quæ Divinam invenit „ gratiam. Quanto enim magnus es, humilia „ te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam, dicitur in Ecclesiastico &c. “ Et tertio „ Sitis ergo, o Famulæ Dei, Ancillæ „ Christi, humiles, ita ut numquam superbiam „ in cordibus vestris permittatis; quia magistrum habuistis humilem, scilicet Dominum „ nostrum Jesum Christum &c. “

(a) Hugo Card. nostro Bonaventuræ coævus in d. cap. ac ver. Isa. „ *Et dixerunt*, Dæmones scilicet suggerendo; *animæ tuæ, incurvare*, a naturali dignitate ad ima appetenda „ inclinare; *ut transeamus*. Num. 20. c. Obsecramus, ut nobis liceat transire per terram „ tuam &c. “

(b) Al. additur: *seu de constantia boni propositi.*

(c) Pariter in Opusc. de quatuor Virtut. Card. ubi de Fortit. nec non Lib. 2. Phar. cap. 31. ex Gregor. ab init.

(d) Al. *tertiari*. Quod si *tertiari* legendum sit, tunc dicendum sumi *tertiari* pro tertio iterari, ut apud Col. L. 2. c. 4. Verum quia hoc verbum *tertiari* non memini me uspiam apud D. Bonaventuram legisse, & *al. terminari* lego in marg. Edit. Mabillonianæ; hinc lectionem hanc censeo servandam.

(e) Cap. 19. num. 66.

(f) De his tribus in Incendio, sive Incentivo amoris cap. 1.

(g) Vid. apud D. Bonaventuram in Phar. L. 4. cap. 8. nec non S. Bernardum Serm. 3. in Circumcis. Domini n. 10. ac 11.

(h) Vid. Leg. ma. S. Franc. cap. 5. ubi de hujusmodi *discretione* ab ipso commendata.

Digitized by Google

tationes ſedatæ ſunt. Quid ſupereſt, niſi ſecuritas? Cave, cave; væ huic ſecuritati, væ paci huic, de qua dicit ipſa Veritas: *Dum fortis armatus cuſtodit atrium ſuum, in pace ſunt ea quæ poſſidet* (a). Time ergo dum omnia proſpera ſunt & tranquilla, ne ille fortis armatus ſatanas ſine reſiſtentia poſſideat te (b). Noli dicere apud te quod dixit ille dives, cujus ager uberes fructus attulit: *Anima mea habes multa bona repoſita in annos plurimos, comede, bibe, epulare; cum enim dixerint pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperveniet eis interitus, & non effugient* (c). Tu vero ſi vis pacem & ſecuritatem veram habere, vide ne umquam ſecurus ſis; ſciens pro certo nihil tibi tam timendum, ſicut præſentem pacem, quæ ſine dubio æternum generat timorem. Neque enim omnibus Sanctis melior es tu, qui in tentationibus probati & perfecti ſunt (d). Quis melior beato Job, cui ipſe Dominus teſtimonium perhibuit, quod eſſet *vir ſimplex & rectus ac timens Deum, & recedens a malo*, & cui ſimilis non erat in terra? Simile vide in omnibus Deum timentibus, Apoſtolis, Martyribus, quanta paſſi ſunt tormenta, ut ſecuri pervenirent ad palmam regni, qui fortes facti ſunt in bello, non in proſperitate.

Luc. 12. 21.

Luc. 12. 19.

1. ad Theſſ. 5. 3.

Job. 1. 1.

In Comm. pluvior. Martyr. Antiph. 1. ad laud.

Ad Heb. 11. 34.

75. Tempeſtates autem truncum lilii noſtri impugnantes, manifeſtæ adverſitates ſunt, in quibus quærendum eſt unicum & ſingulare remedium, ille optimus medicus, dux non ſeducens, rex ſuos erigens, athleta fortiſſimus, in ſuis & pro ſuis pugnans & vincens, & inde victores coronans Dominus Jeſus (e). Quid quæris, quod in illo non invenias? Si ægrotus es, medicus eſt. Si exulas, dux eſt (f). Si deſolatus es, rex eſt. Si impugnaris, pugil eſt. Si ſitis, potus eſt. Si alges, veſtimentum eſt. Si triſtaris, gaudium eſt. Si obtenebraris, lux eſt. Si orphanus es, pater eſt. Sponſus eſt, amicus eſt, frater eſt, ſummus, optimus, miſericordiſſimus, fortiſſimus, pulcherrimus, ſapientiſſimus eſt, (g) omnia ſine fine gubernans. Quid autem laboro? Omnia quæ velle potes & debes, eſt Dominus Jeſus Chriſtus. Deſidera hunc, require hunc. Quia hæc eſt illa una pretioſa margarita, pro qua emenda etiam vendenda ſunt omnia quæ tua ſunt; qua habita nullius tempeſtatis procellam timebis. Sit iſte finis propoſiti tui (h), ſit in illo poſita fortitudo tua (i), non in viribus tuis, & nullo modo confringeris; quia ipſe, & non alius, eſt veriſſimus & optimus conſolator adverſitatum & preſſurarum (k).

In Christo omnia habemus.

Matth. 13. 46.

CAPUT XXIII.

De vermibus, qui corrodunt truncum. (l)

Bona propoſita corrumpuntur malis ſuggeſtionibus.

76. Vermes truncum boni propoſiti corrumpentes, ſunt tentationes intrinſecæ, quæ tanto viciniores ſunt, quanto familiariores, ſæpe ſub boni ſpecie bonum propoſitum corrumpentes. Eſt enim aliquis, qui de bonæ cogitationis radice, boni propoſiti truncum emiſit. Proponit omnia quæ mundi ſunt relinquere, ut nudus Chriſtum nudum ſequatur (m); ſed naſcitur intrinſecus vermis pravæ ſuggeſtionis, dicens ita: Indotata tibi ſoror eſt, paupercula mater: ſunt fortaſſis fratres, vel filii, ſive alii quicumque amici, rei familiaris inopia laborantes, qui de te ſolo pendent,

---

(a) De prædicta falſa pace ait etiam S. Bernardus Epiſt. 2. ad Fulconem puerum n. 12. *An dicis pax, & non eſt pax?* Ezech. 13. 10.

(b) Expoſit. in cap. 11. S. Luc. ſimili plane modo ipſemet D. Bonavent. ſic interpretatur „ Fortis iſte eſt Diabolus..... in pace poſ„ ſidet, quoniam non timet amittere, ſecun„ dum illud Gregorii: Illos pulſare negligit, „ quos quieto jure poſſidere ſentit. Et hæc „ pax peccatorum, de qua in Pſalmo: *Zelavi „ ſuper iniquos, pacem peccatorum videns &c.*“

(c) Pariter d. Expoſit. in cap. 12. S. Luc. *ad vanæ ſecuritatis conceptionem* oſtendendam; nec non *ad vanæ ſecuritatis ſubtractionem, per Divinæ ſententiæ æquitatem*, demonſtrandam.

(d) Nanque *tentatio perfectio Sanctorum eſt*, Expoſit. in Prol. Gilber. ſuper Apocal. n. 4. Vid. quoque Ser. 3. de SS. Apoſt.

(e) *Triumphantium corona* quoque dicitur ab eodem D. Bonav. in Ligno vit. Tit. *Jeſus finis optatus*.

(f) Ibi *ſpes exulum*.

(g) En rurſus repetitio ſuperlativorum D. Bonaventuræ familiaris.

(h) *Finis omnium*, ibi.

(i) *Fortitudo laborantium*, ibi.

(k) *Auxiliator oppreſſorum, anxiatorum ſpirituum dulce ſolatium*.

(l) Al. additur: *id eſt, malis ſuggeſtionibus bonum propoſitum corrumpentibus*.

(m) Eadem phraſi utitur in Leg. ma. S. Franc. cap. 2.

Digitized by Google

Tentationes contra Religionis propoſitum.

dent, te unum reſpiciunt: quos ſi reliqueris, aut mendicabunt turpiter, nimirum in tui generis opprobrium; aut furtive, vel violenter certe rapient aliena, & ſic in corpore ſimul & in anima peribunt. Quod ſi tu, qui his poteris ſubvenire manendo in poſſeſſione tua, hos in certo periculo reliquiſſe videberis, & clauſiſſe viſcera tua ab eis, quomodo caritas Dei manet in te? Ergo ut maneas in caritate, mane cum illis; quia ſine caritate nihil proderit tibi, quicquid agas. Quod ſi tibi etiam prodeſſet, melius tamen eſſet, ut multos tecum, quam ſolum te ſervares. Nunquid præceptum eſt alicubi a Domino, mundum omnino ab omnibus relinqui? Quin & magis operibus miſericordiæ commendabuntur electi & ſalvandi in extremi examinis die. Quid ergo quæris extra mundum, quod in mundo melius habere poteris & ſecurius? Adduntur his vermibus alii vermes mortiferi, ſcilicet difficultas clauſtralium præceptorum, & quod major eſt caſus, ubi altior gradus; ciborum parcitas, jejunia, vigiliæ, intolerabilis labor ſine requie, duritia lectorum, laboris aſſiduitas, & ſuper omnia abrenuntiatio propriæ voluntatis, cum periculo falſorum fratrum (*a*), duritia Prælatorum. Ecquis omnia enumerabit? Innumerabiles ſunt hi vermes peſſimarum ſuggeſtionum (*b*), truncum boni propoſiti graviſſime corrodentes. (*c*) Omnino reſiſtendum eſt his vermibus, omnino (*d*), & ſacrarum Scripturarum rationibus ſunt enecandi.

1. Jo. 3. 17.

77. Vermis igitur, qui indiſcrete adeo caritatem & miſericordiæ compaſſionem perſuadet, occidendus eſt unguento Dominicæ ſententiæ, dicentis: *Si quis venit ad me, & non odit patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus*. (*e*) Qualiter autem diligendi, & qualiter odiendi, per vaccas trahentes plauſtrum cum Arca Domini perdocemur; quarum vituli dum eſſent reclusi domi, ipſæ vaccæ Arcam geſtantes & recto itinere pergentes Bethſames, cum audirent voces vitulorum, dederunt quidem mugitum, qui erat ſignum naturalis affectus; nec tamen ſe ab arrepto ſemel itinere deflexerunt. Tu vero (*f*) ſi jam portas ſive profeſſione aperta & ſolemni, ſive occulto propoſito jugum Domini, id eſt, Regulam quamcumque per Spiritum ſanctum a Patribus inſtitutam: ſi te prædictorum vermium ſuggeſtiones incipiunt corrodere, imitare vaccas Allophylorum (*g*) portantes arcam Domini: redde mugitum, id eſt, ſignum affectus, hoc eſt, condole, compatere, conſolare eos qui naturali amore conjuncti ſunt: nihilo tamen minus ſerva viam inceptam, hoc eſt, perfice bonum propoſitum dirigendo pedes tuos verſus Bethſames, verſus *domum ſolis*, (*h*) hoc eſt, ad cœleſtem patriam (*i*), ubi eſt ſumma & ſpiritualis habitatio ſolis noſtri Domini Jeſu, qui eſt ſol juſtitiæ, qui in illa domo lucet in virtute ſua, habitans (*k*) lucem inacceſſibilem. Sic ſunt odiendi amici, ut affectus amoris erga

Inordinatus in Amicos affectus quomodo ordinandus.

Luc. 14. 26.

1. Reg. 6. 7.

Bethſames domus panis.

Malach. 4. 2. Apocal. 1. 16. 1. Tim. 6. 16.

(*a*) Sic infra Par. 2. Serm. 6. de ſept. don. ubi de *dono Conſilii* num. 62.

(*b*) *Suggeſtionum*, inquit, *peſſimarum*, quibus ſcilicet *Diabolus decipit, Mundus allicit, caro inficit*, Centiloq. Par. 1. Sect. 2. ac Comment. in Apocal. c. 5. n. 361. De quibus immiſſis *Diabolo ſuggerente, carne concupiſcente, ſeculo concupiſcenda ingerente*, etiam Guigo Cartuſien. Epiſt. ad Fratres de Monte Dei Lib. 1. cap. 7. num. 20. Eas *peſſimas* oſtendit S. Bernardus Epiſt. 2. ad Fulconem puerum per totam.

(*c*) De verme peſſimæ ſuggeſtionis, truncum boni propoſiti corrodente, unde contigit, ut quidam a S. P. Franciſco petens in Marchia Anconitana ad Ordinem recipi, ob conſanguineorum ſuorum amorem *virtutis propoſitum citius dereliquit*, in Leg. ma. S. Franc. cap. 7.

(*d*) Quod *omnino* ſit reſiſtendum ita ſuggerenti contra bonum Religionis propoſitum, tanquam *Conſiliario malo*, cit. Serm. 6. de ſept. don. num. 61. 62. ac 63. ſicque utrobique idem Auctor apparet, ſcilicet Bonaventura.

(*e*) *Non odit*, ut ait Expoſit. in Luc. ibi, *per mortificationem affectus carnalis, ſecundum illud Pſalmi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui*. Pſ. 44. 11.

(*f*) Ad hæc inter edita ſub S. Bernardi nomine adnotatur in marg. *Eadem habet Ser. 7. ad Sororem*, qui tamen Sermones ejus reapſe non ſunt. Porro S. Bonaventuræ ſolemne eſt plura ex S. Bernardo, ſive ex Operibus, eidem adſcriptis deſumere.

(*g*) Sive *Alienigenarum*, quam vocem habet Prudentius in Hamartig. v. 500., & in Diptych. de Samſone; nec non Paulinus in Natali 8. v. 71.

(*h*) *Vel illuminationis*, in Interpret. nom. Hebraic. ad finem ſacr. Biblior. noſtri Cod. Bernar.

(*i*) Similia lego quoque Expoſit. altera in Pſ. 118. pag. m. 158. inter editas ſub nomine ejuſdem S. Bonav. Expoſitiones.

(*k*) Sic 3. Diſt. 14. Art. 1. Q. 3. in concl. ac alibi quoque.

Digitized by Google

erga illos conſervetur: ſic ſunt & amandi, ut eorum amor nequaquam amori Dei præferatur, immo nec animæ noſtræ commodum amori illius præferre debemus: ſed tanquam odiſſe animas noſtras, affligendo illas jejuniis, vigiliis, caſtigationibus, ut doceamus eas dominicis obedire præceptis. Eos quoque quorum inopiam implere poſſemus in ſæculo permanendo, eidem commendabimus conſervandos, qui eſt Rex regum, & dives in omnes qui invocant eum, orantes, ut eorum ſtatum ita gubernet, ſicut ſcit eorum ſaluti expedire.

Apocal. 19. 16. *Rom.* 10. 12.

Horror auſteritatis vitæ regularis quomodo curandus.

78. Ceterum vermes ſuggerentes auſteritatem vitæ regularis (*a*) velociter necabuntur, ſi mentem noſtram myrrha, id eſt, amaritudine Dominicæ paſſionis (*b*), curaverimus inungere, cui quicquid pati potuerimus comparatum, aut parum aut nihil poterit æſtimari. (*c*) Sunt autem hi vermes maxime importuni propoſito virginali, eo quod Magiſter (*d*) muſcarum (*e*) & vermium Beelzebub (*f*) qui primitus Hevam virginem leviter ſupplantavit (*g*), ſe modo jure doleat a Virgunculis utriuſque ſexus (*h*) toties ſupplantari. Vide ergo & prævide, & præcave vermes tibi inſidiantes, Virgo Chriſti. Quum enim nonnumquam cogitaveris te ad perfectam ſtaturam caſti lilii aut perveniſſe jam, aut facile perventurum: excute ac depelle abs te vermes iſtos ſuggeſtionum noxiarum, & imminentium trunco pariter & radici tui lilii, tibique per ſuggeſtionem dicentium: Quid agis? Quorſum deflecteris? Nunquid

Leo. 11. 15. *ac* 4. *Reg.* 1. 2.

florem juventutis tuæ vis extinguere? Nunquid dulcedinem maritalis copulæ non experieris? Nunquid filios cariſſimos & filias ſolatii tui, & ſuperſtites vitæ tuæ non habebis? Nunquid miniſtrorum fidelium ſervitio carebis? Stultum eſt iter quod aggrederis: imitare parentes tuos qui te genuerunt. Gigne & tu filios, & ſecundum inſtitutionem Dominicam conjugio fruere, qui de Virginibus præceptum non dedit.

Virginum tentationes.

1. *ad Cor.* 7. 25.

Quomodo ſuperandæ.

79. Inſidioſi vermes ſunt hi, o Virgo Chriſti, in quorum faciem conſpuendum eſt tibi. Si hos curaveris evadere, diligentius intuere quis ſit Jeſus Chriſtus, o anima virginalis (*i*); utrum virgo, vel conjugatus, cui Virginem Matrem commiſerit, quem familiarius dilexerit. Quid opus eſt multis? Virgo eſt Chriſtus Jeſus natus de Virgine, quam Virgini commendavit puriſſimo, hoc eſt beato Joanni, quem ſpecialis prærogativa caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum (*k*). Hic Jeſus Chriſtus Sponſus tuus tibi ſequendus potius quam parentes, ſi vis florem juvenilem animæ tuæ conſervare, qui nunquam veteraſcit. Virginitas enim nunquam decidet. Si autem de flore corporali vis agere, nunquid non magis florent Virgines animo ſimul & corpore (*l*), quam qui corrupti? Immo vero Virgines tam in corpore, quam in anima vere florent, ſingularia lilia lilii ſingularis: qui, ut firmiter ſpero, & in hac mortali vita ſuis liliis abundantiam ſuæ ſuavitatis abundantius, quam ceteris eructat, quia in his ſimilitudinem ſuam

Reſponſ 2. *Lect.* 5. *Noct.* 2. *in Feſto S. Jo. Ap. & Evang.*

(*a*) De tentatione ob auſteritatem Religionis idem S. Bernardus inter ejus Sermones de diverſis Serm. 105. n. 2.

(*b*) Sic Expoſit. in cap. 1. Cant. §. 79.

(*c*) Pariter d. S. Bernardus Epiſt. 322. ad Hugon. Novit., poſtea Bonævall. Abb. n. 1. ac D. ipſe Bonaventura in Reg. Novitior. c. 10. nec non in fine c. 6. de perfect. vit. ad Sor.

(*d*) Sive præfectus, aut princeps.

(*e*) Al. ſine *muſcarum*.

(*f*) *Beelzebub* dicitur *Princeps Dæmoniorum*, & *vir muſcarum*, *propter ſordes cruoris*, *qui in templo ejus immolabatur*, Expoſit. in cap. 11. S. Luc. Porro ſicut muſcæ convolant ad ſordes, ita vermes in ſordibus gignuntur. Et ſicut Princeps Dæmoniorum per antonomaſiam nuncupatur *Serpens*, de quo ſeq. cap. 24. num. 80.; ita vocari potuit *magiſter vermium*; ſerpentis enim nomine ſignificatur quodcunque animal ſine pedibus gradiens, uti graditur vermis. Erat autem *Beelzebub idolum famoſum*: *Unde dicitur*, *quod Oëbozias miſit nuntios*, *dicens ad eos*: *Ite*, *conſulite Beelzebub Deum Accaron*, d. Expoſit. ibi. Item *Beelzebub* alias dictum *Beelphegor* & *Priapus*, id eſt, ſecundum Iſidorum Etymologiar. Lib. 8. cap. 11. *ſimulacrum ignominiæ*, ſive ſecundum alios *nuditatis*, quæ etiam per vermem ſignificantur. Unde Pſ. 21. 7. *Ego ſum vermis*, *& non homo*, *opprobrium hominum*, *& abjectio plebis*.

(*g*) Phar. Lib. 1. cap. 38. ex Hieronymo: *Memento Adam & Hevam virgines deliquiſſe &c.*

(*h*) De hujuſmodi *Virgunculis utriuſque ſexus* in Leg. ma. S. Franc. cap. 4.

(*i*) *O anima virginalis*, eſt etiam in eadem Phar. ibi ex Auguſtino.

(*k*) Ita Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 21. num. 1384.

(*l*) Ser. 1. in ord. 32. de una S. Virgine, nec non Phar. L. 1. cap. 38.

Digitized by Google

ſuam videt diſtinctius expreſſam. Quocumque enim Chriſtus pergit, Virgines ſequuntur, fœcundæque fiunt, de ſpiritu ipſius concipientes bonum propoſitum, & bona opera parientes, quæ nunquam moriuntur; ſicut generatio terrena in peccato concipitur, in triſtitia paritur, & anxietate nutritur, cum dolore tandem amittitur vel deſeritur. Non tales erunt filii tui, o Virgo Chriſti, non ſic. Neque enim umquam morientur, umquam amittentur, immo ſemper ſive morientem, ſive viventem ſequentur te, tuebuntur te, & in vitam æternam perducent te. Multi ergo filii, & multo meliores deſertæ, id eſt, Virgines Chriſti, quæ ad præſens deſertæ videntur; magis quam ejus, quæ habet virum carnalem (a). Si hæc, & his ſimilia frequenter ad mentem reduxeris, morientur procul dubio in te vermes malarum ſuggeſtionum, nec ad corrodendum truncum boni propoſiti tui, tuente te Sponſo tuo, aliquo modo prævalebunt.

Virginum fœcunditas in filiis ſpiritualibus gignendis.

Iſa. 54. 1.

CAPUT XXIV.

De longitudine trunci. (b)

Perſeverantia Virginibus maxime commendanda.

80. Longitudo trunci in lilio, quæ in altum erecta eſt, virtutem longanimitatis inſinuat, quæ perſeverare volentibus ſumme neceſſaria eſt. Sed quia de virtute perſeverantiæ ſupra in tractatu ſexti folii diffuſius locuti ſumus, hic brevius aliquid dicemus. Videtur autem hæc virtus plurimum commendata in Virginibus (c), maxime ſexus fœminei, quarum tam animis, quam corporibus quædam infirmitas & debilitas longanimitati ſive perſeverantiæ contraria naturaliter eſt inſerta. Sed benedictus Deus, qui hodierna die etiam infirma mundi elegit, ut confundat fortia, & animis Virgunculorum tenerrimarum ſeipſum proponit defenſorem, ut illius primi & fortiſſimi corruptoris, antiqui ſerpentis dico, caput elidat, qui humillimis Chriſti Virginibus inſidiatur. Quis ſanæ mentis præ gaudio non exſiliat, cum jam tempora noſtra tot videat Virginum liliis redimiri (d), tanta fortitudine non ſua, ſed Sponſi ſui contra furorem draconis infeſti viriliter dimicantibus, & triumphi coronam merentibus?

1. *ad Cor.* 1. 27.

Gen. 3. 15.

81. Gaudeo ego plane, cum jam nec in vicis, nec in civitatibus, nec in clauſtris lilia iſta deſint, immo cum & multa deſerta & invia clauſtris virginalibus ſint repleta (e), ita ut vere dicatur, quod germinent campi eremi germen, odorem Domini. Ecenim aſcendunt de deſerto Virgunculæ, virtutum deliciis affluentes, innixæ non ſuper ſe, ſed ſuper dilectum ſuum, & longanimiter expectantes Sponſum ſuum, quando veniat: ut cum clamor factus fuerit, aptent lampades ſuas, & intrent cum eo ad nuptias ſempiternas; ubi jucunditatem & exultationem (f) theſaurizabit ſuper ipſas, & nomine æterno hæreditabit illas Dominus Deus noſter. Vos igitur, o Virgines Chriſti, ne deficiatis in expectatione Chriſti. Aderit enim citiſſime Sponſus veſter, qui idcirco adventum ſuum differt, ut cum ceteris bonis operibus veſtris, veſtræ etiam donet expectationi coronam (g). Scio, quamvis expertus non ſum, quomodo gematis, quomodo compungamini in illo puriſſimo cubili cordis veſtri (h). Ne deficiatis in bono propoſito veſtro, ut ad conſummationem boni operis & perſeverantiam pervenire poſſitis, per quam coronam mereamini ſempiternam.

Cant. 8. 5.

Matt. 25. 6. *ac ſeqq.*

Eccli. 15. 6.

Pſ. 4. 5.

CAPUT XXV.

De foliis lilii circa truncum. (i)

82. Jam de foliis quæ circa truncum ſunt videamus. Folia igitur, ſicut ſupra diximus de foliis vitis (k), verbo-

(a) Sic in Legen. S. Claræ cap. 2. num. 11.

(b) Al. additur: *ſeu de virtute longanimitatis, & perſeverantiæ in bono propoſito.*

(c) *Plurimum commendata in Virginibus* cap. 8. de perfect. vit. ad Soror. ſupra c. 14. v. 46. & ſeq.

(d) In Leg. ma. S. Franc. cap. 4. *Convertebantur Virgines ad perpetuum cœlibatum, inter quas Virgo Deo cariſſima Clara ipſarum plantula, prima tanquam flos vernans; & candidus odorem dedit &c.*

(e) Sic in Legen. S. Claræ c. 2. n. 11. ac ſeq.

(f) Al. *jucunditas & exultatio.*

(g) De prædictis *nuptiis, expectatione*, atque *corona*, cit. cap. 8. de perfect. vit. ad Soror.

(h) De *cubiculo cordis*, etiam cap. 5. de cad. perfect. vit. ad Soror.

(i) Al. additur: *id eſt de verbis piis & fructuoſis Virginum.*

(k) Cap. 6. num. 28.

Digitized by Google

Tria in lilii foliis notanda.

rum figuram habent. Circa quæ folia considerandum est, quod semper sunt virentia inferius, & circa terram majora sunt & plura, quam in superiori parte; & quod superposita apostematibus, rumpunt & mitigant ea. Nimirum his foliis similia debent esse verba Virginum. Viriditas igitur foliorum, virtutem verborum significat: videlicet ut nullum verbum proferatur ab ore Virginis Christi, quod nihil in se virtutis contineat. Ut resecentur hic non solum verba turpia, scurrilia, jocosa, luxuriosa, superba, iracunda, detractoria, adulatoria, sed etiam verba superflua. Verbum enim superfluum, id est, otiosum, folium aridum est. Folium vero aridum, folium lilii non est. Si ergo vis esse lilium, habeto verba virtuosa (*a*), folia viridia, de quibus scriptum est: *Folium ejus non defluet*. Vis autem videre, quod verbum otiosum folium aridum est? Audi ipsam veritatem, Dominum Jesum: *Omne igitur verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicii*. O quantus terror! Judex sapientissimus, qui numerat omnes pluviæ guttas, discretor omnium cogitationum omnium hominum, a primo Adam usque ad ultimum, qui erit in fine sæculi, vult audire rationem verborum omnium otiosorum, cum sederit in sede majestatis judicii sui, ubi non jam misericordia, sed judicium cantabitur Domino. Quid tum miseri & miserabiles faciemus? Sapientissimus, es Domine, falli non potes: justissimus es, corrumpi non potes. Tempus miserendi tunc præteritum erit, quia judicabis orbem terræ in æquitate; judicabis populos in justitia, qui prius per misericordiam pepercisti. Quid ergo dicam? Miserere quæso, dum tempus est miserendi, Pater misericordiarum, ut non judices me in tempore judicandi (*b*). Pone custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis, ut non solum a maledictis & turpibus declinem, verum etiam otiosa verba devitem: ne de illis me oporteat in die judicii reddere rationem, ubi jam non de bonis & viridibus foliis verborum, sed de malis aridis ratio est reddenda.

Verba otiosa quam Virginibus cavenda.

Ps. 1. 3.

Matth. 12. 36.

Ps. 97. 9.

Ps. 101. 14. 2. *Cor.* 1. 3. *Apocal.* 11. 18.

Ps. 38. 2.

83. Quid est autem verbum otiosum? Otiosum est verbum, teste Gregorio, quod ratione justæ necessitatis, vel intentione piæ utilitatis caret (*c*). Quidquid ergo loqueris, nisi intendas alicui prodesse, otiosum est. Quis de his omnibus reddere potest rationem? Moderetur ergo omnis homo linguam suam, sed præcipue Virgines Christi: ut sciant quando vel qualem proferant sermonem (*d*). Non enim decet ex ore cantaturo canticum novum Sponso suo, aliquod verbum procedere, quod illi cantico sit contrarium. Quid est ergo canticum novum? Canticum caritatis. Quare novum? Quia initio sæculi a primis creaturis canticum fuit vetus, canticum contrarium caritati. Vis ergo nosse? Cantavit Angelus periturus in cœlo canticum superbiæ dicens: *Sedebo in lateribus Aquilonis, & (e) similis ero Altissimo*. Cantavit postea detractionis canticum in paradiso, cum accedens ad mulierem ait: *Quare probibuit Deus vobis, ne comederetis de ligno scientiæ boni & mali?* tanquam diceret, mala intentione prohibuit. Canticum dubitationis cantavit mulier, dicens: *Ne comedamus, & forte moriamur. O forte*, quantum infirmitatis nobis induxisti! Videns autem diabolus mulierem dubitantem, prorupit ad canticum mendacii, dicens: *Nequaquam moriemini*. O nequam, o nequam, ubi est modo tuum *nequaquam*? Ecce mortui sunt duplici morte, quos dixisti nequaquam morituros. *Nequaquam*, inquit, *moriemini*. Malum & vetus canticum hoc verbum veritati contrarium. Dixerat enim Deus: *Quacumque die comederitis, morte moriemini*, morte videlicet animæ. Vel, ut alii exponunt, *moriemini*, id est, mortales efficiemini, scilicet, ut necessitatem tunc habeatis moriendi, qui modo potestis non mori (*f*). Si enim in obedientia permansissent, mortui non fuissent. Cantavit & Adam canticum excusationis in peccato, cum dixit: *Mulier quam mihi dedisti sociam, dedit mihi, & comedi*. Quasi diceret: Tu potius accusandus

Otiosum verbum quodnam sit.

Gregorius Moral. L. 7. cap. 37. n. 58. & in Evang. L. 1. Hom. 6. n. 6. ad fin.

Canticum novum quid.

Isa. 14. 13. *& seq.*

Gen. 3. 1.

Cantica varia, sed mala. *Ibidem.*

Gen. 3. 4.

Gen. 2. 17.

Gen. 3. 12.

(*a*) Hoc adjectivo passim utitur D. Bonav.

(*b*) Cap. 3. Soliloq. versus finem: *Miserere Domine, dum est tempus miserendi, ne damnes in tempore judicandi.*

(*c*) Sic in 2. Dist. 41. Art. 1. Q. 3. ad opp. 2. est post conclus. ad 2.

(*d*) Cap. 4. de perfect. vit. ad Soror.

(*e*) Cum & 2. Dist. 5. Art. 1. Q. 2. in Fundam. Al. *Ponam sedem meam ad Aquilonem, &c.*

(*f*) De hoc *posse non mori* ante peccatum, 2. Dist. 19. Dub. 2., & de *necessitate moriendi* post peccatum ibi Ar. 2. Q. 2. in Fundam.

Digitized by Google

dus es, qui talem mihi junxiſti mulierem, quæ me ad peccandum induceret.

84. Cariſſimi, vetera cantica ſunt hæc, canticum ſuperbiæ, canticum detractionis, canticum dubitationis, canticum mendacii, & canticum excuſationis. Cavenda ſunt, & per omnem modum cavenda hæc cantica, (a) o Virgines Chriſti, ſi novum vultis Canticum (b) decantare. Sed neque aures veſtras talibus canticis aperietis, qui vocem Chriſti ſpecialius & familiarius audire deſideratis. Vivit adhuc ille malignus ſerpens, & ſub virginea facie, id eſt, ſub ſpecie bonæ collocutionis, ſuæ malignitatis venena diſtillat. Cantat adhuc in cordibus auditorum ſuorum canticum ſuperbiæ, cum illis latenter ſuggerit, ut ad honores & dignitates & prælaturas adſpirent (c), vel propter nobilitatem, vel propter ſcientiam, ſive etiam propter bonitatem ſuam. Quin & his deceptus fuit ipſe, qui ſe prælatum in nobilitate pulchritudinis, & ſapientia, & virtutibus, aliis vidit choris Angelorum; & prorupit in canticum ſuperbiæ, per quam cecidit, & alios cadere facit, quotquot ſecum idem canticum cantare præſumunt.

CAPUT XXVI.

De novo Cantico. (d)

85. Non ita cantavit novi Cantici (e) æmitatrix Mater Chriſti, verum lilium vere viridantibus foliis redimitum. Vis videre folia ejus? Vis audire canticum ejus? Exaltata, & ſupra quam dici aut cogitari poteſt, toti mundo cœliſque prælata, non aſcendit ſupra ſe, ſed cantavit Canticum humilitatis, quod & caritatis eſt (f), quia caritas non inflatur. Eructavit de corde ſuo inebriato verbum & ſuave, Canticum novum (g) Virginibus cantandum. Et quid ait? *Magnificat anima mea Dominum*. Vide, quam contrarium eſt Canticum hoc cantico Angeli ruituri (b). Incepit ille in alto, ac proinde in ima non deſcendit, ſed corruit. Incepit Maria ab imo (i), ut in altum ſublevaretur. Magnificat hæc Dominum, non ſe; licet inæſtimabiliter exaltata, ſervans quod ſcriptum eſt: *Quanto major es, (k) humilia te in omnibus*. Unde & ſuper omnes choros Angelorum meruit elevari. Magnificavit ſe ille ſupra Dominum, unde infra omne quod eſt, meruit præcipitari. Exultavit ſpiritus humilis Mariæ in Domino Jeſu ſuo, unde oleo lætitiæ præ conſortibus ſuis inungi promeruit: exultavit ſtultus ille Angelus in ſe; unde luctu perpetuo meruit condemnari. Gloriatur iſta humilitatem ſuam eſſe reſpectam, unde habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum: gloriabatur ille in multitudine virtutis ſuæ, unde perpetuam deſpectionem incurrit. (l)

1. *ad Cor.* 13. 4.
Pſ. 44. 2.
Luc. 1. 46.
Humilitas Mariæ & ſuperbia Luciferi per antitheſin collata.
Eccli 3. 20.
Luc. 1. 47.
Pſ. 44. 8.
Sap. 3. 13.

86. Vos ergo, o Virgines Chriſti, (m) virete in foliis, in verbis caritatis, humilitatis, & patientiæ. Sequimini lilium illud præcipuum, Matrem ſummi lilii, boni Jeſu, (n) ut ipſum ſolum magnificantes, qui ſolus magnus eſt, in ipſo, & per ipſum & cum ipſo mereamini magnificari. Cavete nihilominus *canticum detractionis*, quod in paradiſo

Cantica Virginibus cavenda.
1. Detractionis.

(a) De omnino cavendis hujuſmodi *canticis* pariter Expoſit. in Pſalter. Pſ. 149.

(b) De hoc cap. mox ſeq.

(c) Vid. Phar. L. 1. c. 12. de Prælatis malis.

(d) Al. additur: *Virginibus cantando.*

(e) De *Cantico novo* in Pſalmis, & Apocalypſi, ac Luc. 1. 46. de quo mox infra.

(f) *Canticum affectionis* vocat Expoſit. in cap. 1. S. Luc.

(g) Utpote, ut inibi ait, *conſummativum omnium laudum, & Canticorum, & Scripturarum.*

(b) Phraſis certe Bonaventuriana, non uno loco, ubi de caſu Luciferi loquitur. De ejus autem Cantico d. Expoſit. in Pſalter. ibi.

(i) Inibi quoque de Cantico, quod *incipit ab imo*. De hoc *imo* humilitatis ſcripſit S. Hieronymus: *Dogma noſtrum humilitatis tenere vexillum, & per ima gradientes, ad ſumma nos ſcandere*, Ep. 47. al. 154. n. 1. ad Deſiderium. Nec non S. Gregorius Moral. L. 2. Hom. 28. n. 2. *Humilitas cordis noſtri tanto apud Deum in alto eſt, quanto hominibus in imo.*

(k) Vulg. *quanto magnus es*; ſed *quanto major es*, habet etiam Sixtina Editio; & *magnus* dicitur pro *major* apud Sa. Item apud Menochium: *quanto magnus es; quanto es major*; nec non apud Boſſuet: *quanto magnus es; major*. Vid. Comment. in cap. 22. Apocal. col. 1015. n. 1691. not. g. nec non Serm. 3. in ord. 25. de uno S. Confeſſ. ubi pro themate aſſumitur: *Quanto major es, humilia te in omnibus.*

(l) Superbiæ quoque Luciferi opponit humilitatem B. M. V. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

(m) Ad *Virgines* ergo hoc Opuſculum directum videtur.

(n) Eod. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

diſo inchoatum eſt, canticum vetus & in peccati vetuſtatem perducens. Et videte quantum omnino ſit contrarium novo cantico caritatis: cum neceſſarium ſit illum non diligi, cui detrahitur. Solet enim caritas non obloqui, non detrahere; ſed potius peccata aliena excuſare: vel ſi forte ſit neceſſarium corripere, facit hoc non animo malignandi, ſed corrigendi (*a*). Cavete &

2. Diffidentiæ. 1. *Pet.* 5. 7. *canticum dubietatis*; non dubitantes de miſericordia Domini: ſed omnem ſollicitudinem veſtram audacter in eum projicite, quoniam ipſi cura eſt de vobis. Non enim crudelis eſt, ut permittat vos cadere, ſi vos in ipſum projeceritis, qui vos ad hoc hortatur; qui vos propter ipſum omni terreno ſolatio ſcit voluntarie deſtitutas (*b*). Nec dubitetis de pœna malis pro ſuis demeritis infligenda, ne in præſumptionis vitium incidatis: nec dubitetis de præmio juſtis conferendo, ne forte deſperationis periculum incurratis. Cavete, ne *can-*

3. Mendacii. *ticum mendacii* aliquando ex ore veſtro procedat, quo veritatis Sponſum veſtrum ſpiritualiter laudare ſpernatis. Perdit os Virginis virginitatem ſuam, quoties ſcienter animo malignandi loquitur mendacia contraria veritati.

4. Excuſationis. Cavete nihilominus *canticum excuſationis* in peccatis, ſemper habentes in mente illud beati Joannis virginis, veritati (*c*)

1. Jo. 1. 8. teſtimonium perhibentis: *Filioli*, inquit, *ſi dixerimus quod* (*d*) *peccatum non habemus, noſipſos* (*e*) *ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si confiteamur* (*f*) *peccata noſtra, fidelis eſt, & juſtus* (ſcilicet Deus)

Ibi 9. *ut dimittat nobis peccata noſtra, & emundet* (g) *nos ab omni iniquitate*. Nemo igitur æſtimet ſe ſine peccatis eſſe: nec cum cognoverit illa, excuſet ſe, (*h*) ſicut ſtulti ſolent adhuc hodie loquen-

Gen. 3. 12. *ac ſeq.* Peccatores inique in Deum peccata ſua rejiciunt. tes excuſationem Adæ, & dicentes: Mulier quam dedit mihi Deus, ſeduxit me. Quare talem mulierem dedit mihi Deus, quæ me ſeducat? Mulier iſta ſeducens virum, eſt caro ſpiritum noſtrum adducens ad conſentiendum peccatis (*i*), pro qua ſtulti Deum quotidie accuſant, ſeipſos in peccatis volventes, & dicentes ſe carnis illecebris non poſſe reſiſtere, quam acceperunt a Deo. Grande valde eſt peccatum illud, accuſare Deum optimum, qui fecit omnia bona valde propter te: & præcipue ipſum hominem præ ceteris creaturis exornavit. Bonum ſine dubio fecit te Deus bonus, qui fecit omnia *Gen.* 1. 31. bona, bona valde propter te. Neque enim bonus eſſet, ſi te male feciſſet, propter quem omnia fecit, quæ propter te bona facta valde fecit omnia. Bonum ergo & valde bonum fecit te Deus. Bonus tu ipſe, te vere malum facis. Si deleveris in te quod tu ipſe facis, invenies valde bonum te eſſe inter creaturas quas ipſe fecit (*k*). Fecit ipſe primo te ſecundum ſe, & factus eſt poſtea ſecundum te. Fecit ipſe te prior ad imaginem & ſimilitudinem ſuam; & factus eſt ipſe poſterior homo ad ſimilitudinem tuam. *Verbum* enim *caro* *Jo.* 1. 14. *factum eſt*. Laudemus ergo Deum, qui ſecundum ſe fecit nos. Amemus Deum, qui propter nos factus eſt ſecundum nos. Oremus ipſum, ut imaginem ſuam, ſicubi deformata eſt in anima noſtra, miſericorditer reformare dignetur (*l*); nihilominus & corpus noſtrum, quod ad ſimilitudinem & naturam noſtram accepit, ſic immaculatum conſervare dignetur. Et viridia folia, id eſt, verba virtutes continentia proferamus, ſi quidem volumus eſſe vera lilia, quæ verba veterum canticorum non habent, ſed quæ novo cantico, id eſt, caritati, ſpei, humilitati, & ceteris virtutibus convenire noſcantur.

Homo primo factus ſecundum Deum, Deus poſtea ſecundum hominem. *Gen.* 1. 26.

87. Proferamus folia, (& vos præ- Verba ſunt medicinalia. cipue, o Virgines Chriſti, quæ (*m*) a viriditate nomen habetis,) quæ vireant,

---

(*a*) Vid. D. Bonav. Expoſit. in Eccleſiaſtem cap. 10.

(*b*) Al. *deſtitutos*. Confer infra num. 87.

(*c*) Al. *virginitati*.

(*d*) Al. *quia*, & Vulg. *quoniam*; ſed *quod* ipſemet S. Bonav. in 3. Diſt. 3. Dub. 5.

(*e*) Vulg. *ipſi nos*; ſed *noſipſos* ibi d. Bonav. Item *noſipſos* S. Greg. Moral. Lib. 18. cap. 30. num. 49.

(*f*) Al. *Si autem confeſſi fuerimus*.

(*g*) Al. *fidelis & juſtus Deus, qui dimittit &c., & emundat &c.*

(*h*) Vide ſis notabile exemplum ipſiuſmet D. Bonaventuræ non æſtimantis ſe ſine peccatis eſſe, ſed illa cognoſcentis, nec excuſantis ſe, quinimo palam accuſantis, & confitentis Serm. 4. Dom. 13. poſt Pentec. cum *Rogemus* in fine.

(*i*) Similiter in 2. Diſt. 24. Par. 1. Q. 2. ad Opp. ex S. Aug. Lib. 12. de Trin. cap. 12., atque etiam ead. Q. 2. in concl.

(*k*) Secundum illud ejuſdem S. Aug. effatum Tract. 22. in Jo. ſub finem: *Dele quod feciſti, ut Deus ſalvet quod fecit.*

(*l*) De *imagine deformata per culpam, & reformata per gratiam*, cap. 1. Soliloq.

(*m*) Ergo & ſupra n. 86. leg. *deſtitutas*.

Digitized by Google

reant, & quæ apostematibus superposita rumpant illa, & levient, & sanent sanie foris ejecta: quod fit quoties incestum ad castitatem, superbum ad humilitatem, iracundum ad mansuetudinem, avarum ad largitatem, gulosum ad sobrietatem, invidum ad caritatem, acedioſum ad alacritatem verbis bonis & veritati consentaneis perducimus. Ista vitia quasi ulcera animam gravant, continentia in se venenum immunditiæ & pravæ consuetudinis, de quibus singulis quia nos in tractatu de foliis vitis exempla posuisse meminimus (*a*), causſa brevitatis in præsenti judicamus prætereunda. Hoc autem dicimus tantum, quod considerandum nobis est, quo vitio unusquisque laboret, ut secundum laboris sui magnitudinem & qualitatem, verborum medicinam ministremus, & similiter de aliis vitiis, sicut supra positum est. Hoc enim sciendum est, quia non semper silentio studendum, licet cum magno studio silentium sit servandum (*b*): sed januam oris nostri quandoque claudere, quandoque aperire debemus, quatenus ita taceantur mala, ne cum malis etiam bona & utilia taceantur (*c*). Quod etiam in petitione sua innuit Propheta, cum dicebat: *Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis*. Ostium quippe non semper patet, nec semper clauditur; sed in domo sapientis patet sapientibus in nuntiis emittendis: clauditur vero pro stultis intrinsecus retinendis. Sic & os nostrum, quod est ostium cordis nostri, per quod verba quasi quædam nuntia egrediuntur, nuntiantia quid interius agatur in corde, quod verbis prudentibus & utilibus est in tempore referandum; pravis (*d*) vero verbis, quæ de malis motibus cordis surgunt, jugiter est claudendum (*e*). Tempus enim loquendi, & tempus tacendi (*f*). Nec minus peccat is, qui verbum subtrahit in tempore opportuno (*g*), quam qui prava loquendo, alios scandalizat. Nimis enim videtur avarus esse & invidus, qui verba gratis habita ad utilitatem proximorum negligit ministrare. Quando enim putas eum substantiam propriam indigenti proximo largiturum, quæ divisa minuitur, qui verba numquam deficientia non largitur? Ponat ergo Dominus custodiam ori nostro, ut sciamus quando & qualem debeamus proferre sermonem: & ostium circumstantiæ labiis nostris, ut ita non solum aperiatur, sed etiam claudatur in tempore, ut neutro offendamus (*b*). Sed superposita apostematibus animarum infirmarum verba nostra, tanquam folia liliorum, saniem vitiorum Domino adjuvante ejiciant, & virtutum vires valeant inferere auditoribus.

Silentium laudabile, sed intempestivum fugiendum.

Psal. 140. 3.

CAPUT XXVII.

De foliis lilii inferioribus & superioribus. (i)

88. Quid est autem, quod ipsa juxta terram majora sunt & plura, superius vero pauciora & minora, nisi quod viri justi, & præcipue Virgines, quanto altius ascendunt ad culmen virtutum, terrenis cogitationibus & cupiditatibus infra relictis, tanto disciplinatiores & tanto parciores debent esse in verbis? Per diminutionem enim foliorum in superiori parte disciplina verborum intelligitur; quia disciplinati quique quasi circumcidunt, & extenuant verba sua, ne quid in eis pudicitiæ, vel disciplinæ contrarium valeat inveniri, quæ indisciplinati & turpes quicunque omni honestate carentia, turgida & inflata emittunt. Per paucitatem vero foliorum, verborum paucitas convenienter accipitur: cui omnes boni tanto magis studeant, quanto virtutum culturæ viciniores existunt. Unde de Abbate (*k*) quodam, qui discere volebat, & quasi in usum reducere linguæ correctionem, le-

Silentii religio crescit pro modo profectus.

Eccle 3. 7.

In Vit. PP. L. 5. Auct. Græc. incert., interp. Pelag., Libel. 4. n. 7. De Abb. Agathone.

(*a*) Supra cap. 6. num. 29.

(*b*) De hoc nedum agit cap. 4. de perfect. vit. ad Soror. per totum; sed & infra singul. Opusc. de silentio ad quandam Sanctimonialem.

(*c*) Similiter L. 4. Phar. cap. 3. ab init. ex S. Gregor.

(*d*) Al. *parvis*; sed *pravis* etiam antiquior Edit.

(*e*) Vide sis Expos. in Psalter. D. Bonav. in d. Psal. 140. ac text.

(*f*) Item Expos. in Ecclesiasten ad d. cap. 3. ac text. nec non cit. Lib. 4. Phar. cap. 3. ex S. Isidoro. Vid. S. Gregor. Moral. Lib. 7. cap. 17. num. 61.

(*g*) Vid. rursus eundem S. Gregor. de cura pastor. Par. 3. cap. 1. admonit. 15.

(*h*) In præfatum Psal. 140.

(*i*) Al. additur: *seu de frequentia & parcitate verborum*.

(*k*) Al. *Fratre*.

Digitized by Google

legitur, quod quendam (*a*) per triennium lapidem portabat in ore (*b*): de alio vero, quod triginta annos non fuerat locutus quicquam. Videmus plures, qui dum in principio boni propositi, & adhuc quasi vicini terræ, pristina ducti consuetudine, nec modestiam, nec paucitatem verborum valeant observare (*c*), quorum verba designantur per folia lilii juxta terram: procedente vero tempore, gratiaque accedente secundum profectum suum moderantur verba, studentque silentio, ita ut non solum prava, sed etiam otiosa devitent.

In iisdem l. 8. auct. Paul. ad. Helenop. Epist. c. 50. De Abb. Theona. & Ruff. L. 2. c. 6.

89. Cui autem bonorum statui melius competit disciplina & paucitas verborum, quam Virgini Christi? Nam si omni homini Christiano præcipitur, ut nec turpiloquium, nec scurrilitas procedat ex ore eorum, sed magis gratiarum actio; quanto magis suo Domino pudicitiam consecrans, ab his omnibus debet temporibus abstinere? Qui suam procul dubio pudicitiam non violavit, tanto majores debet Domino reddere gratiarum actiones, quanto majorem est gratiam consecutus. Bonos enim Virgines esse, summum bonum est, & summa gratia, quia ii soli (*d*) sequuntur Agnum quocumque ierit. Quantum vero is etiam a multiplicitate verborum debeat abstinere, quis non videat, cum loquacitas omnis sit indicium impudicitiæ (*e*), quæ nequaquam potest simul esse cum pudicitia virginali? Loquacitatis ergo vitium maxime devitent Virgines pudici, si volunt virtutem pudicitiæ conservare (*f*). Manifestum enim est, quod in multiloquio non deerit peccatum, sed paulatim ab otiosis verbis ad detractiones venitur, donec tandem ad apertas contumelias prorumpatur. (*g*) Arguit autem loquacitatem Apostolus Jacobus, ita dicens: *Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum: hujus vana est religio* (*h*). Nemo igitur sibi de religionis habitu blandiatur, qui adhuc linguam suam non didicit religare. Religa tuam linguam, si vis esse religiosus, quia sine linguæ religatione religio vana est. Unde Patres sanctissimi Religionum institutores, & eorum sequaces sapientissime, sicut a Spiritu sapientiæ docti fuerant, districte instituerunt observationem silentii (*i*): non ignorantes, quia sicut urbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo spiritum suum cohibere (*k*). Et sicut Psalmus ait: *Vir linguosus non dirigetur in terra*. Sciunt etiam homines spirituales, qui hoc experti sunt, quantum auferat devotionis, quantum afferat dissolutionis intrinsecus frequens linguæ resolutio. Nam sicut fornax, cujus os semper apertum est, non potest in se retinere fervorem: sic nec cor devotionis in se poterit gratiam conservare, cujus os non fuerit janua silentii reclusum. Claudamus igitur os nostrum, ut cum devotionis fer-

Ad Ephes. 5. 4.

Silentium maxime decet Virgines.

Apoc. 14. 4.

Prov. 10. 19.

Jacob. 1. 26.

Cur tam stricte in monasteriis præscriptum.

Prov. 25. 28.

Ps. 139. 12.

(*a*) Al. *quidam*.

(*b*) Cap. 4. de perfect. vit. ad Soror. *Ut possis assuescere silentio, debes facere sicut fecit Agathon Abbas, de quo legitur in Vitis Patrum, quod lapidem in ore suo per triennium mittebat, donec taciturnitatem addisceret &c.* Vid. inter Opera adscripta S. Hieron. Reg. Monachor. cap. 22.

(*c*) Hinc inter plura salutaria monita, cuidam Fratri juveni tradita ab eodem Bonaventura, tunc Generali Ministro Parisiis morante, vel illud legere est: *Circa custodiam linguæ studiosissimus esto &c.*

(*d*) Cur heic Virgines exprimantur in masculino vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 14. num. 1011.

(*e*) S. Ambrosius L. 1. de Officiis Ministrorom cap. 2. num. 6.

(*f*) In supra d. cap. 4. ad Soror.: *Maximum dedecus est sacris Virginibus, non habere oris custodiam, non servare linguæ disciplinam, cum cuncta mala per linguæ inquietudinem committantur &c.*

(*g*) Ibi: *Nisi homo diligentem ori suo adhibeat custodiam, in multa mala corruit.* Et post pauca: *Ex lingua prodeunt detractiones, maledictum, convicium &c.* Quo etiam spectat illud August. apud eumdem D. Bonav. in Reg. Novit. cap. 15. *Qui otiosa verba non reprimit, ad noxia cito transit.* Vide sis quoque Phar. Lib. 1. cap. 38. ac L. 3. c. 3. *de multiloquio*.

(*h*) Eod. cap. 4. de perfect. vit. ad Soror.

(*i*) Ita & Dionys. Carthus. apud Rodriguez Tract. 2. de modest. & silent. cap. 4. Item *de silentio omnibus Religiosis necessario* ipsemet S. Bonav. cap. 4. de perfect. vit. ad Soror.; & infra *de silentio ad quandam Sanctimonialem*; nec non infra P. 3. in Epist. de imit. J. C. n. 17. & seqq. Vid. S. Ambros. cit. Lib. 1. de Offic. Ministror. c. 2. n. 5. & 6.

(*k*) In cit. cap. 15. Reg. Novitior. ex Greg. *Mens quæ non habet murum silentii, de facili penetratur jaculis inimici*. Confer cum seqq. Tract. de silentio num. 4. ac Ordinar. Vit. Relig. n. 14. ubi de silentio.

Digitized by Google

fervore Christum devotionis largitorem in ferventi affectu animi possimus conservare. (a)

90. Vos autem præcipue, o Virgines sponsæ Christi (b), intrate in cubiculum cordis vestri (c), & clauso ostio oris vestri orate (d) familiariter, humiliter, lacrymabiliter, hilariter, dulciter, fiducialiter (e) sponsum vestrum, regem vestrum, patrem vestrum, & consolatorem. Effundite coram illo, omnium inspectore cordium, corda vestra; confabulemini cum illo recordantes illius, effundite super vos animas vestras, & terrenis corporalibusque relictis, pennis spiritualibus caritatis elevamini: & transite in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei (f), ubi non corporis, sed cordis auribus audiatis vocem exultationis, & confessionis sonum, festum diem celebrantes, ubi interna consolatione refectæ quandoque cum articulus tempestatis & necessitatis, tentationis & carnis advenerit, cœlestis refectionis recordari possitis, & dicere: *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & Deus meus.* Memores estote optimi Domini Dei, memoramini & delectamini, & deficiat spiritus carnis vestræ: ut spiritu illius, qui est super mel dulcis, reficiamini, & discatis vilipendere exteriores collocutiones, postquam interioris collocutionis gustaveritis dulcedinem (g), & quam bonum & quam jucundum habitare secum in unum (h). O quam bonum & jucundum est, tecum, o dulcissime Jesu, habitare in unum, tecum colloqui, tibi revelare caussam animæ nostræ, tuæque consolationis responso perfrui. O quam bonum est ad te inhabitantem lucem inaccessibilem duce caritate accedere, cui, si tantum dux nostra fuerit, nihil manere poterit inaccessum. Novit cor tuum, o dulcis Jesu, caritatis lancea vulneratum, viam facere caritati (i), cui perpetuo non claudetur.

91. Accedite ergo ad eum per eum gressibus caritatis (k), & illuminamini. Gustate, quoniam suavis est. Sciunt experti, & bene sciunt qui ex aliqua (l) parte gustaverunt bonum Dei donum, qui aliquando in cellam vinariam a vera Vite nostra sunt introducti (m), quam amarum & quam tædiosum sit a dulcedine contemplationis illius interiori præsentia separari, & ad exteriora corporalia vel audienda vel videnda reduci (n). Cum enim ille, quantum in præsenti fas est, bonus Jesus discipulis suis familiaribus seorsum ab aliis fratribus in monte contemplationis (o) edoctis, se coram illis transfigurare voluerit, & in veste candida dulcedinis & bo-

Matth. 6. 6.

Psal. 61. 9. Virginibus religiosis quid agendum in silentio, vel cui interim loquendum.

Psal. 41. 5.

Ibi.

Ibi 6. *ac seq.*

Ps. 72. 26.

Eccli 24. 27.

Ps. 132. 1.

Jer. 11. 23.

1. *Tim.* 6. 16.

Cor Jesu caritatis lancea vulneratum viam facit caritati.

Ps. 33. 6.

Ibi 9.

Cant. 2. 4.

A contemplationis dulcedine avelli ad negotia molestum est.

Matth. 17. 1. *ac seqq.*

(a) Ita sui semper similis Doctor noster devotus.

(b) Cit. cap. 4. de perfect. vit. ad Soror. *Etsi omnibus Religiosis necessarium sit silentium ad perfectionem virtutum; maxime tamen Virginibus dedicatis Jesu Christo est necessarium, ut disciplinam servent silentii &c.* Vid. infra De silentio ad quandam Sanctimonialem.

(c) Ita ibi cap. 5.

(d) Sic iterum ibi.

(e) Similiter desinentia adhuc alibi apud D. Bonav. frequentiora.

(f) Ita rursum ibi eod. cap. 5.

(g) Ibi cit. cap. 4.: *Sedebit solitarius, consortia hominum fugiendo; & tacebit, de cœlestibus cogitando, & meditando; & levabit se supra se, cœlestem dulcedinem degustando.* Et cap. 5. *Audi, o beatissima Soror, audi, o famula Jesu Christi, & inclina aurem tuam in verba oris mei. Noli falli, noli decipi, non amittas magnum orationis tuæ fructum, non perdas suavitatem, non frustreris dulcedine, quam in oratione haurire debes &c.*

(h) Al. *O quam bonum, & quam jucundum.*

(i) Tota ergo devotio erga cor Christi caritate vulneratum ferri debet in Christi caritatem, ut immensæ ejus caritati caritas rependatur. Confer cum supra cap. 3. adnotatis num. 8. ac 9.

(k) Nanque *ad Deum spiritualiter accedit, qui affectiones suas ad Deum dirigit*, ab init. Formul. aur. de grad. Virtut. & cap. 1. *de gradibus caritatis.*

(l) Al. *ex alia*; sed leg. *ex aliqua*, quia ut loquitur de sept. grad. contemplat. hujusmodi *gustus est prælibatio; quoniam permodicum valde est, quod nobis ex ista tam supermagna multitudine Divinæ dulcedinis tribuitur.*

(m) Quippe talis *gustus est superinæstimabilis Divinæ dulcedinis persuavis quædam & insolita prælibatio, e cellario Spiritus sancti in Sanctorum contemplativorum animas distillata.*

(n) Pariter cit. cap. 5. de perfect. vit. ad Soror. ait de illo, qui hujusmodi Dei donum expertus fuerit: *Utcumque degustato, quam suavis est Dominus, & quam magna dulcedo ejus, non valet cohibere spiritum suum, sed exclamare cum Propheta David, & dicere: Renuit consolari anima mea: memor fui Dei, & delectatus suum.* Et de ita experto subdit, quod *omne quod foris est, vertatur in amaritudinem & fastidium.* Quippe ut etiam monet cap. 4. Soliloq. *gustato spiritu, desipit omnis caro.*

(o) Exposit. in cap. 9. S. Luc. ac cap. 1. Itiner. ment. in Deum.

Digitized by Google

bonitatis ſuæ apparere mirantibus, & ſolida caritate inebriare voluerit eos, quos antea viſitaverat per timorem judicii, ſive per violentiam ſalubrium tentationum (quia per flagella Deus nonnunquam ſuorum ſe cordibus repræſentat) cum ergo, ſicut diximus, aliquando ſe in ſuorum cordibus transfigurare dignatus fuerit, ut triſtitia in gaudium convertatur; ſi interim dum hæc neſcio quomodo aguntur, aliquis exteriorem requirens præſentiam ſic ſit affectus, ut tamen ab amabilis contemplationis monte ipſum cogat deſcendere: putas illum talem impulſionem exteriorem patienter ferre, & non magis clamare cum Petro: *Domine, bonum eſt nos hic eſſe?* (a) Et cum Paulo: *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus?* O quam amarum eſt eis, qui tali interiori refectione ſatiari noverint, ad exteriora rurſus attrahi. Mori videntur ſibi, quia revera quædam mortis ſpecies eſt a contemplatione vitæ, a contemplatione candidi Jeſu, a contemplatione faciei illius rutilantis ſicut ſol, ad has tenebras rurſus avelli; & a Mariæ dulcedine ad Marthæ miniſterium revocari (b).

Ibi 4.

Ad Rom. 7. 24.

92. Breviter autem dico, quod quicunque ſciunt mentis oculos interioribus contemplationibus occupare, & linguam animæ ad Divinum colloquium referare, non ſolum non delectantur exterioribus viſibus vel colloquiis, verum etiam plurimum fatigantur. Hi vero qui intrinſecus cæci ſunt & muti, & contemplatione Divina & orationibus devotis neſciunt ſe occupare, exteriorum ſenſuum ſubſidia quærunt, & longitudinem temporis qua gravantur, inutilibus confabulationibus expendere ſatagunt. Exterioribus enim collocutionibus velle occupari, ſignum certiſſimum eſt animæ otioſæ, quæ ad collocutionem Divinam nulla penitus devotione levatur. Nondum certe ad ſummitatem lilii pervenerunt, qui linguam ſuam a multiplicitate verborum neſciunt ſive nolunt refrænare: tantoque altius ſe quiſque noverit in virtutum gradibus aſcendiſſe, quanto minus humanis colloquiis delectatur (c), niſi forte ejuſmodi hominum in quibus ipſe Deus loquitur, & per quos verbum Dei auditur. Tales enim non audiuntur propter ſe, ſed propter Deum, qui & habitat & loquitur in ipſis: & cum talibus loquendo a noſtris ſæpe Domino cooperante dubietatibus expedimur, a pravis abducimur, & in bono propoſito confirmamur. Verumtamen in omnibus diſcretionis ſpiritus optandus eſt & implorandus a Domino, ut ipſo revelante ſciamus, cui ſpiritui ſit credendum, cui cordium noſtrorum ſimplicium ſit cogitatio revelanda, a quo ſalutis verbum audiendum, ne ſimplicitas noſtra ab aſturi ſerpentis fallacia capiatur, qui plerumque mala bonis, & falſa veris, erronea rectis admiſcere conſuevit.

Loquacitas imperfectæ animæ indicium.

CAPUT XXVIII.

De contemplandis in lilio. (d)

93. Jam nunc ad contemplandum florem ipſum lilii veniamus. Vide, o Virgo Chriſti, quanta pulchritudine præemineat tuus iſte flos, tuum florem deſignans, præ ceteris floribus. Vide quantam præ omnibus floribus qui ſunt in terra, gratiam obtineat ſpecialem. Vide quantam ab ipſo Sponſo tuo laudem præ cunctis floribus mereatur. *Conſiderate*, inquit, *lilia agri, quomodo creſcunt. Dico autem vobis* (e), *quoniam nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut unum ex iſtis.* Lege igitur, o Virgo, & perlege, & ſæpius relege hoc verbum Sponſi tui, & intellige quantum

Matth. 6. 28. ac ſeq. & Luc. 12. 27.

(a) Cit. cap. 4. Soliloq. Et hinc de evectis ad adeo *amabilis contemplationis montem* ait quoque loc. cit. de ſept. grad. contemplat. *Glorioſi & felices illi, qui ſuper vertiçem hujus gradus elevati ſunt. Eructant plane hi abundantiam ſuavitatum æternarum nuptiarum, vacant, & vident quam ſuavis eſt Dominus.*

(b) Cohærenter ad prædicta ſic loquitur eod. cap. 4. Soliloq. „ Non eſt mirandum ſi præ„ libatio talium tibi incutit hujus exilii tædium; „ quia nihil eſt magis amarum, quam poſt„ quam anima conſuevit talium præguſtatione „ conſolari, ſi rurſum inceperit mundialibus & „ tranſitoriis implicari &c.

(c) Hinc mons contemplationis, ad quem *in virtutum gradibus aſcendit*, ab ipſo vocatur *locus ſilentii. Unde dicitur, quod Elias pervenit uſque ad montem Dei Horeb, & quod manſit in ſpelunca* (3. Reg. 19. 8. & ſeq.) *Et de Chriſto, quod aſcendit in montem ſolus orare.* Matth. 14. 23.

(d) Al. additur: *id eſt, decore, & excellentia veræ virginitatis.*

(e) Al. *Amen dico vobis.*

Digitized by Google

tum in hujus floris commendatione tuam gloriam commendavit. (a) Omnem mundi gloriam sapientissimus ille omnium creator & conditor unico flosculo tuo cooperuit; nec gloriam flosculo, sed hunc flosculum omni gloriæ prætulit. In Salomone enim, de quo
3. Reg. 10. 23. legitur, quod magnificatus est super omnes reges universæ terræ in divitiis & honore, omnes mundi glorias debes intelligere. In flore lilii tui, qui tuam,
Virginitatis decor incomparabilis. omniumque Virginum Christi figuram gerit, virginitatis gloriam contemplare. Si ergo tantum commendatur ab ipsa Veritate decor lilii tui, ut ei juste subjiciatur omnis gloria Salomonis, quem non dubium est secundum magnitudinem gloriæ suæ fuisse magnifice coopertum; quantum putas commendandum ipsum esse tuæ virginitatis lilium incorruptum, & nulla in perpetuum macula corrumpendum, cujus vel umbra & figura tantum meruit honorari? Si omne operimentum omnis gloriæ Salomonis non potest decori unius materialis lilioli comparari; quis decor comparabitur tuæ florenti virginitati, quæ est tuum lilium verum & speciale? Nullus, inquam. Quia claritatem altitudinis tui decoris nullus potest decor terrenus transcendere; quia
Luc. 12. 27. *nec Salomon in omni gloria sua coopertus fuit sicut unum ex istis.*

94. Noli ergo subtristis cantare: *Regnum mundi & omnem ornatum sæculi contempsi propter amorem Domini nostri Jesu Christi (b)*, qui tibi etiam in præsenti vita decorem dedit omni mundano decore majorem, lilium integritatis tuæ sibi conservando, & sibi præ ceteris pulchritudinibus virtutum specialiter dedicando, & speciali dilectione adstringendo. Videbis luculenter hoc in Cantico amoris (c), ubi ceteris floribus pene omissis, florem tuum sæpius nominat, nomen lilii sæpius inculcando: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Et iterum: *Dilectus meus descendit (d) ad areolam aromatum, ut lilia colligat.* Et rursus: *Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia.* Laudabile lilium, amica Sponsi; amabile lilium, quod colligitur a Sponso. Non enim, ut æstimo, colligitur, ut ultra marcescat; sed ut in altari aureo collocetur, quod est ante thronum Dei (e), id est, ut collocetur in cœlesti sanctuario, ut sit ipsum lilium ad ornamentum aliorum Sanctorum. Delicatum profecto lilium, in quo pascatur Sponsus. Non quod in hoc solo delectetur sed in hoc quadam speciali prærogativa dilectionis, plus aliis delectatur. (f)
Cant. 2. 2. Cant. 6. 1. Cant. 2. 16. Apocal. 8. 3.

Nec immerito. Duplex enim bonum in Virginibus, quod in aliis Sanctis non Virginibus simplex est. Cum enim tota Ecclesia virgo sit in anima, nullam habens maculam neque rugam, in fide, & spe, & caritate incorrupta, propter quod & virgo appellatur, meretur & a Sponso laudari (g): quanta laude putas esse digna lilia nostra, quæ hic habent tam in corpore, quam in anima, quod tota Ecclesia habet tantum in anima? Quasi enim quidam adeps & medulla Ecclesiæ sunt Virgines Christi: & quadam singulari excellentia aliorum florum Sponsi amplexibus familiarius inhærentes.
Virginum prærogativa ceteris duplex prærogativa. Ad Eph. 5. 27. Virgines adeps & medulla Ecclesiæ.

95. Hoc autem est Virginibus summopere considerandum, quæ lilii pulchritudine delectantur, quod flos lilii tam interius, quam exterius albus est. Quid enim per exteriorem partem floris albam nisi munditia corporis, aut quid per interiorem nisi mentis virginalis puritas figuratur? Turpe esset, immo non esset lilium, quod vel interioris
Vera Virginitas mentis & corporis puritate constat.

(a) Inquit & Exposit. in Evang. S. Luc. d. cap. & text. secundum D. Ambrosium „ Lilia non sicut ceteri fructus aliquem agricolarum cultum requirunt; unde ipsa crescunt, „ non humano studio, sed Divino imperio, „ quod datum fuit ab ipso mundi exordio: „ Germinet terra herbam virentem &c. Et „ quia opus summi artificis est excellentius „ omni opere humanæ artis, ideo addit: *Dico „ autem vobis: Neque Salomon in omni gloria sua „ vestiebatur sicut unum ex istis &c.* " Ubi laud. D. Ambrosius loquitur de *liliis Virginum*. Vide sis ejus L. 7. Exposit. Evang. sec. Luc. num. 127. ac seq.

(b) In Edit. Mabill. heic notatur in marg. *Resp. in Offic. Eccl. de SS. Virginibus*; sed est *Responsor. in Breviar. Rom. de Commun. non Virginum*. Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 5. num. 361.

(c) Sic Vol. 1. Præfat. in Cant. §. 20.

(d) Al. *ascendit*.

(e) Al. *oculos Domini*.

(f) Ita S. Gregorius, Cassiodorus, Beda, Justus Orgelitanus, S. Anselmus, ceterique Latini, apud Cornel. a Lap. Comment. in Cant. cap. 2. sub ver. 16.

(g) Pariter Exposit. in cap. 4. Cant. §. 181. ex S. August.

Digitized by Google

rioris vel exterioris candoris ſui puritate careret: ita quoque turpis eſt Virgo, immo non eſt Virgo, quæ non habet utramque, ſcilicet mentis & corporis caſtitatem. (a) Ubi non dubito multos utriuſque ſexus Virgines in corpore defunctos eſſe, & ſalvandos, qui nequaquam virginale præmium merebuntur. Mortui enim ſunt, qui corpore quidem incorrupti, ſed mente corrupti erant: ipſa tamen mentis corruptione non exigente eos ad mortem æternam, quia legitimas nuptias expectabant, ſine quibus nulla illicita connubia voluerunt perpetrare. Si enim, ſicut ait Apoſtolus, *nupſerit virgo, non peccavit*, quæ ſola tantum voluntate (b) nupſit, quamvis jam in mente florem virginitatis corrupit. Conſentit huic ſententiæ beatus Auguſtinus, dicens, quod nequaquam Virgo adſpirans ad nuptias melior eſt muliere nuptias adepta, (c) cum ea quæ jam nupſit, uno ſit viro contenta; nuptura vero quærens per omnem populum cui adhæreat, cum pluribus neceſſe eſt fornicetur animo. Placet enim illi hodie unus, cras alter, deinde tertius & quartus, & fortaſſis plures: & quomodo ſi talis moritur, meritum obtinebit virginitatis incorruptæ?

1. ad Cor. 7. 28.

Auguſt. L. de ſanct. Virgin. c. 11.

Aureola Virginum quibus competat.

96. Utrum autem Virgines illæ, quæ vi opprimuntur poſt virginitatis votum, nec aliquando conſentiunt corruptioni; vel illæ etiam, quæ ante votum aliquando ad nuptias adſpiraverunt firma mente, licet poſtea pœnitentia ductæ voto caſtitatis ſe conſtrinxerint, ſive etiam illæ, quæ poſt votum aliquando ſola voluntate a voto continentiæ reſilierunt, ſed rurſus ad voti conſtantiam redierunt, & uſque in finem perſeveraverunt: utrum, inquam, tales Virgines ſint præmio coronandæ, fateor me ex auctoritate neſcire. Et hoc magis peritiorum hominum, vel certe Divino potius arbitrio ſentio relinquendum. Dico autem magis opinando, quam definiendo (d) de primis, quæ vim patiuntur; ſi numquam ſuæ corruptioni nec voluntate, nec delectatione conſentiunt, beato virginali præmio non eſſe ſpoliandas (e), quod ex verbis Luciæ (ſi tamen authentica videantur) videtur poſſe comprobari (f). Si etiam per violentiam, & non a conſentientibus, caſtitas virginalis amittitur; ſpero quod talis amiſſio caſtitatis ipſis amittentibus cedat in bonum: quia forte permittit eas benignus Jeſus tali bono ſpoliari, quod præſcivit ipſe non bene uſuras. Utile enim eſſet aliquam, quæ propter virginitatis meritum haberet (g) ſuperbire (h), perdere virginitatem, & per hoc conſequi humilitatis virtutem. (i)

Virginibus cavendæ omnes occaſiones lapſus & corruptionis.

97. Cavenda ſunt autem Virginibus ſummo ſtudio loca & tempora corruptoribus opportuna, ne ſi ſuæ corruptioni per inſipientiam ſuam occaſionem præbuerint, ipſæ ſibi merito nocuiſſe videantur, & ſua corona priventur. Si enim Bethſabee non ſe impudice ſive incaute laviſſet in ſolario, & Suſanna in pomario, ubi videri poterant aliquo modo; nequaquam illa in adulterium, nec iſta in mortis periculum incidiſſet. Cautæ ſint Virgines, ſicut ſunt caſtæ. Feneſtras oculorum & aurium ſuarum diſcant obſerare, vultus abſcondere, ne vel ſibi videndo, vel audiendo, quod forte non expedit, mortem adſciſcant (k): ne dum ab aliis incaute videntur & audiuntur, ipſos, quamvis ignoranter, oc-

2. Reg. 11. 2. Dan. 13. 15.

(a) De hoc plura ex SS. PP. L. 1. Phar. c. 38. *de Virginibus*.

(b) Al. *voluptate*.

(c) Loc. cit. S. Auguſtinus apud S. Bonav. L. 1. Phar. cap. 37. *Non temere forſitan dixerim, felicior mihi videtur nupta virgo, quam virgo nuptura*.

(d) Opinandi modus innata D. Bonav. modeſtia certe dignus.

(e) Sic ipſemet D. Bonav. 4. Diſt. 33. Art. 2. Q. 3. ad 4. Unde ait etiam de illis Ser. 1. in ord. 32. de una S. Virg. *Virgines plures, etſi potuerunt ad lupanar duci, non tamen potuerunt fœdari*. Vid. quoque S. Aug. de Civ. Dei Lib. 1. cap. 16. & ſeqq.

(f) Et quidem comprobat ipſemet D. Bona. ibi ad opp. 3, ubi pariter *verbum Luciæ* vocat. Item d. Ser. 1. in ord. 32. de una S. Virg. ex hiſce ejus verbis, quibus ipſa Paſchaſio reſpondit: *Si invitam me violaveris*, aut *me invitam violari feceris, caſtitas mihi duplicabitur ad coronam*. De quibus etiam Sur. 13. Decembr.

(g) Al. *deberet*.

(h) Vid. S. Auguſt, Lib. 1. de Civ. c. 28.

(i) S. Auguſtinus ſuper Pſ. 29. *Melius eſt humile conjugium, quam ſuperba virginitas*. Et S. Bernardus ſuper miſſus eſt Hom. 1. num. 6. *Expedit tibi virginem non eſſe, quam de virginitate inſoleſcere*.

(k) Expoſit. in cap. 3. Lament. Jer. Proph. ad illa verba: *Oculus meus deprædatus eſt animam meam*, ubi ad hoc ipſum declarandum adducit quoque illum ejuſdem Jer. textum 9. 21. *quia aſcendit mors per feneſtras*.

Digitized by Google

occidant (*a*). Quod ſæpe contigiſſe cognovimus illo ſuggerente & inſidiante, de quo ſcriptum eſt: *Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.* De aliis vero quæ vel aliquando ante votum, vel poſt ſola voluntate lapſæ ſunt: mihi videtur ſine præjudicio cujuslibet melioris ſententiæ (*b*), quod virginitatis coronam non amittant, ſi tamen citius ad votum redierunt, & in eo fideliter permanſerunt: ſed tamen coronæ meritum puto aliqualiter (*c*) imminuendum ſecundum mutationem voluntatis, ut ſiqua longo tempore, vel firma voluntate perſiſtit in voluntate frangendi votum virginitatis, tanto minus habeat meriti in corona (*d*). Integram vero omnino coronam æſtimo poſſeſſuras, quæ a primis annis ſuis virginitatem ſponſo ſuo Domino Jeſu vovere & conſervare ſtuduerunt.

Pſ. 10. 8.

CAPUT XXIX.

Quod flos lilii inclinandus ſit ad terram. (*e*)

98. Nec prætereundum, quod ipſe flos lilii tam altus, tam candidus, tam jucundus, ſemper reclinatur ad terram. Quid nobis per hoc aliud quam humilitas commendatur? Caput enim inclinare ad terram eſt mentem noſtram ad generationem terrenam, & fragilitatem de terra contractam inflectere, ne de nobis aliquid præſumere omnino audeamus, dum nos lutum & cinerem eſſe conſideramus. Nulli autem hæc virtus tam neceſſaria eſt, quam Virginibus, ne in profundum ſuperbiæ incidant, dum ſuorum conſiderant excellentiam meritorum (*f*). Virgines enim Chriſti etiam adhuc in terra viventes, Angelorum ducunt vitam (*g*), cum tales ſint, quales dixit Dominus homines futuros poſt reſurrectionem: quia tunc neque nubent, neque nubentur; ſed erunt ſimiles Angelis Dei in cœlo. Non expectant autem Virgines Chriſti ſolummodo incorruptionem reſurrectionis, ſed in præſenti etiam vivunt incorruptæ, (*h*) vitam ſine dubio Angelicam æmulantes. Ne igitur e tam ſublimi gradu, quem non ex præcepto cujuſquam, ſed propria voluntate viriliter aſcenderunt, viliter per ſuperbiam decidant; inclinentur ad terram, ſicut flos lilii: recordentur quoniam pulvis ſunt (*i*), & quod dies earum ſicut fœnum: & nondum æſtiment ſe ad immortalitatis beatitudinem reſurrexiſſe, ſed adhuc illo carneo pariete circumdatas, qui inter ipſos dividit & dilectum Jeſum. Caveant illum aſtutum ſerpentem ipſis multipliciter inſidiantem, ne ſeducat eas ad præſumendum aliquid de ſe, quatenus exiſtiment bonum quod habent, non habere ſe a Deo, ſed a propria virtute; vel credant ſibi pro meritis ſuis traditum; vel propter hoc quod a Deo acceperunt, ſingulariter credant ſe meliores aliis, vel ut putent ſe habere, quod non habent. (*k*) Hæ ſunt quatuor ſpecies jactantiæ, quibus ille nequiſſimus ſerpens etiam non raro bonos decipit.

Matth. 22. 30.

Jactantiæ ſeu arrogantiæ quatuor ſpecies *ex S. Greg. lib. 23. Mor. c. 6. n. 13.*

99. Et prima quidem ſpecie decepti, qui non putant quod habent a Deo accepiſſe, incidunt, quo nullum eſt majus, in (*l*) crimen ingratitudinis. Quid enim pejus, quam non recognoſcere Deum eſſe largitorem omnis boni? Quod qui non agnoſcat, quomodo grates deferet ei, a quo nihil ſe æſtimet accepiſſe? Et certe non pauci tales ſunt, quos ex ipſorum verbis po-

Prima ſpecies arrogantiæ, & quinam ea laborent.

Vita Virginum, vita angelica.

(*a*) Lib. 2. Phar. cap. 38. ubi *de continentia viſus* ex Ambr. Lib. 1. de Offic. cap. 18.

(*b*) Rurſum elucet D. Bonav. modeſtia.

(*c*) Vid. Prodr. col. 607. nec non in Soliloq. cap. 1.

(*d*) Pariter in 4. Diſt. 33. Art. 2. Q. 3. in fine, ubi ſic habet. „ Si perdatur incorruptio „ mentis ſalva incorruptione carnis, tunc per„ditur quod formale eſt, & manet quod eſt „ materiale: & quia illa redit ad ſuum pro„poſitum, & habet materiale ſubſtratum, re„deunte virginitate virgo judicanda eſt, licet „ non in tanta gloria, in quanta eſſet, ſi nun„quam conſenſiſſet: & hoc ſentire videtur „ magis pium.“

(*e*) Al. *inclinatus ad terram doceat humilitatem.*

(*f*) Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

(*g*) Ita S. Athanaſ. Lib. de Virginit. ſub finem, S. Ambr. Lib. 1. de Virg. circa init. nec non Lib. de Vid., S. Chryſoſt. L. de Virginit. cap. 11., S. Hieron. Epiſt. 22. ad Euſtoch., S. Auguſt. Lib. de Sancta Virginit. c. 13., S. Fulgentius Epiſt. 3. ad Probam c. 9., ac ipſemet S. Bonav. L. 1. Phar. c. 39. &c.

(*h*) Quod *Virgines anticipent gloriam reſurrectionis*, ait etiam S. Baſil. L. de Sanc. Virginit.

(*i*) Idemmet S. Bonav. de perfect. vit. ad Soror. cit. cap. 2.

(*k*) Centiloq. Par. 1. Sect. 17.

(*l*) Al. ſine *in*.

Digitized by Google

tes agnoscere. Quid enim dicunt? Quare, inquiunt, non servasti castitatem tuam? quare non habes humilitatis & patientiæ virtutem? quare non habes orationis devotionem, & fluenta lacrymarum? Quid putas eos cogitare qui hoc dicunt, nisi quod ipsi hoc habeant a se, & quælibet a se hoc possit habere? Non ita cogita tu, o Virgo Christi, sed scito te a teipsa nihil habere, nisi peccata (*a*): cetera vero bona, gratiæ Sponsi tui sunt. Gratulare ergo, id est, lætare simul & gratias age ei, a quo habes esse, & bene esse: & tanto magis dilige dilectum tuum, quanto pluribus & majoribus bonis suis suam erga te comprobat dilectionem. Immo & ipsa dona virtutum plus dilige, diligentiusque conserva, quia hoc a tam dilecto & tam diligendo accipere meruisti, quam si propriis viribus hoc obtineres. In retinendo datum diligenter, dantis dilecti Sponsi tui dilectionem ostende: quia non debet dare vilia munera dator tam pretiosus. (*b*)

A nobis non habemus nisi peccata.

100. Secundi vero, qui credunt se quidem accepisse, quod non habent, a Deo, sed tamen propter merita sua: volunt benignum Dominum Jesum sua gratia spoliare. Cur propter merita tua accepisse te putas virtutem? Dic mihi: Quis dedit tibi posse mereri? Quid enim habes, quod non accepisti? (*c*) Quid gloriaris, quasi non acceperis? Et tamen si vis scire quomodo acceperis, audi eumdem Apostolum: *Gratia*, inquit, *Dei salvi facti sumus*. Quod autem salvamur secundum opera nostra, non ex justificationibus nostris salvamur; sed gratia datur pro gratia (*d*). Gratia enim Dei sumus id quod sumus, sive in habendis virtutibus, sive in cœlestibus obtinendis. (*e*)

Secunda species arrog.

1. ad Cor. 4. 7.

Ad Ephes. 2. 8.

1. Cor. 15. 10.

101. Tertii vero qui ex spirituali dono putant se aliis meliores, aliosque contemnunt tanquam viliores se; peste illius Pharisæi premuntur, qui etiam cum acceptis virtutibus gratias ageret, peccavit: quia Publicanum contempsit (*f*). Sed quia plurimi hac peste laborant (*g*), tentemus adjuvante Domino his aliquod medicamentum adhibere. Considerandum puto. Is aliqua virtute spirituali caret; forsitan habet aliam similem isti, vel majorem hac. (*h*) Ideo dicit Hieronymus: Præclara est virginitas & pudicitiæ virtus, si modo non aliis peccatorum & malorum lapsibus infirmetur (*i*). Nam tanto majori studio placendi opus est, quanto est major ille, cui placendum est. Si enim Virgo es, adhuc dubium tibi est, ad quem gradum dignitatis virginalis ascenderis. Non enim ejusdem meriti sunt omnes Virgines. Quis enim Sanctorum virorum similis in castitate & laude Joanni venit æquandus? Quæ Virginum fæminarum usque ad altitudinem dignitatis Mariæ virginis altissimæ pervenit? Non ergo te exaltes super quenquam, cujus mentem ignoras, ne sub omnibus cadas. Item si tu forte dignitate virginitatis locum tenes infimum: quomodo audebis te comparare ei, qui in humi-

Tertia species arrog.

Luc. 18. 11.

Antidota.

Hieronymus vel potius Auctor Hieronymo coævus Epist. vel Libell. de institutione Virginis, sive de laude Virginitatis, ad Mauritium filiam, sive ad Mauricii filiam, cap. 10. To. 11. Suppositior. Edit. Veronen. col. 134.

(*a*) Sic ad amussim illius Canonis 22. Concilii Arausicani secundi docentis, quod *nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum*, nec non illorum ipsiusmet Ecclesiæ verborum: *Sine tuo numine nihil est innoxium*. Et ut supra etiam alibi S. Bonaventura. Unde disertissime inquit 4. Dist. 1. Par. 2. Ar. 1. Q. 3. in concl. *Quod bona tantum sunt a Deo, sed mala a nobis*; ita edoctus a S. P. Francisco, qui in prima Regula Fratrum Minorum cap. 17. apud Wadding. ad an. 1210. ait: *Firmiter sciamus, quod non pertinent ad nos nisi vitia & peccata*.

(*b*) Consone ad prædicta pariter differentem vid. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. post init.

(*c*) *Multum accepisti, & nihil a te habuisti*, ipsemet D. Bonav. in Amator.

(*d*) Breviloq. P. 5. cap. 2.

(*e*) Breviloq. ibi cap. 3. prope finem.

(*f*) Exposit. in Luc. ibi: *Arguitur Pharisæus, non quia gratias agit Deo, sed quia facit modo superbo*.

(*g*) Ita loquitur, quia d. Exposit. pariter dixerat: *Hac peste Pharisæus laborabat, qui sua merita extollendo, se ceteris præferebat*.

(*h*) Confer infra Tract. de Humil. n. 20.

(*i*) Al. *non aliis macularum lapsibus infirmatur*. Prædicta Epistola sub Hieronymi nomine allegatur a S. Bonav. L. 1. Phar. c. 38. de Virginibus. Et quamvis vel ante Erasmum deprehensum fuerit, prædictam Epistolam, sive Libellum non esse Hieronymi; fuisse tamen scriptam, Hieronymo adhuc vivente, brevi post annum quadringentesimum quartum, arguitur ex *sententia severa* in eadem relata cap. 16. tanquam *nuper statuta de vix vel pœnitentia digna judicanda, quæ sanctificatum Deo corpus libidinosa coinquinatione violasset*. *Nuper*, inquam, nimirum Innocentii Romani Pontificis Decreto Epistola ad Victricium Rothomagensem cap. 12. quæ dicto anno quarto supra quadringentesimum adsignatur. Auctor autem, ut monet Cl. Dominicus Vallarsius, fortasse fuerit Paulus, sive Petrus Presbyter natione Pannonius, qui Gennadio teste cap. 75. *Scripsit de Virginitate servanda ad personam cujusdam nobilis & Christo dicatæ Virginis, Constantiæ nomine*.

Digitized by Google

humilitate vel caritate, vel obedientia forte juxta summum gradum ascendit? Quid si ille, cui te audes præferre, ad tantam perfectionem pervenit, ut non dubitet, immo, Deo teste, cui conscientia ipsius nota est, tota mente flagret, calicem passionis pro Domino exhaurire? Sed hic fortassis dicis, quia & tua conscientia testante, paratus sis ad tolerandum passionem. Ad quod respondemus, quod non sit quisquam, qui hujus virtutis constantiam in se veraciter possit agnoscere, nisi re ipsa atque experientia doctrice didicerit. Quantos enim putas in tormentorum acerbitate defecisse, qui se putabant usque ad mortem fortiter perseveraturos? Non ergo te ipsum judices, qui te ipsum non agnoscis: cum perfectissimus omnium Paulus dicat: *Sed neque me ipsum judico: qui autem me judicat, Dominus est.* Alios quidem multominus debes judicare, propter hoc quod ibidem subditur: *Nolite itaque ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Ubi sine dubio multi alii contra opinionem hominum, judicio Domini cuncta videntis præponentur, & postponentur qui præponendi falso putabantur (a). Est autem adhuc ratio valida, quæ ab hac specie jactantiæ te avocet. Ita enim habeto. Esto alius alio justior, alius alio sanctior sit; idem tamen nescit utrum odio an amore dignus sit. (b)

De martyrio subeundo non præsumendum.

1. ad Cor. 4. 3. & seq.

Eccle 9. 1.

102. Hinc suam mentem exerceant optimi quique, & ad exemplum lilii timore & humilitate coacti inclinabuntur ad terram; cum habuerint in mente, quod nesciunt, utrum amore an odio sint digni. Et vere nesciunt & ignorant, quid superventura pariat dies, immo nec hora: quanto minus sciunt, qualis eorum finis futurus sit, vel eorum qui modo mali sunt? Si Judam proditorem vidisses, cum adhuc erat discipulus, & inter summos, ejicientem in nomine benigni Jesu dæmonia, vidisseque Latronem postea cum Christo crucifixum, qui hactenus institisset latrociniis & homicidiis, non dubito quin Latroni Discipulum prætulisses: & tamen omnes scimus, utri alter in fine prælatus sit. (c) Tu ergo si etiam ad tantam jam vitæ perfectionem perveniisti, ut miracula opereris; time, ne ad extremum cum ipso Juda deprehendaris reprobus. Si vero alium quemquam pessimis operibus videas insudantem: ne te illi præferas, quia nescis utrum exemplo Latronis ad ultimum convertatur, sicut scriptum est: *Beatus vir cui non imputavit Dominus peccatum.* Quod de illis communiter accipitur, qui post scelera sua ad Dominum a Domino convertuntur (d), qui considerat qualis quis moriatur. Nullum ergo & tu judicare præsumas: nec te, licet optimum, cuiquam alteri, quamvis pessimo, præferas; quia tuus & illius qualis futurus sit exitus, ignoras. Ad terram igitur cum lilii flore inclinare, id est, considera fragilitatem tuam, in te, quia terra & cinis es: & quanto major es (e), humilia te in omnibus, carnis munditiam virtute humilitatis inclinans. (f)

Prov. 27. 1.

Ps. 31. 2.

Eccli 3. 20.

Semper timendum quantumvis perfectus.

103. Quid autem vanius illis, qui se putant habere, quod non habent? Sed certe hac peste omnium hominum genus fere laborat. Quis est enim, qui

Quarta species arrogantiæ.

(a) Vid. S. Gregor. Moral. Lib. 25. cap. 8. num. 19. ac ipsummet S. Bonavent. infra Tract. de Humilit. num. 20. in fine.

(b) Quo sensu id intelligendum, & quod in prædicto textu sermo sit tantum *de justis*; lege sis ipsummet D. Bonaventuram Exposit. in Ecclesiasten in d. cap. & text.

(c) Confer ibi apud laudatos Gregor. & Bonavent.

(d) Est enim secundus de pœnitentialibus Psalmus; quamvis fortasse huic prior locus posset assignari, in quo primum post reprehensionem Nathan de perpetrato adulterio pœnitere David cœpisse videtur. Recte autem dicitur *post scelera sua ad Dominum a Domino convertuntur*, quia talis conversio opus est Divinæ gratiæ. Unde Concil. Trident. Sess. 6. cap. 5. „ In sacris Literis cum dicitur: *Convertimini ad me, & ego convertar ad vos*, „ libertatis nostræ admonemur. Quum re„ spondemus: *Converte nos Domine ad te, & „ convertemur*, Dei nos gratia præveniri con„ fitemur. “ Sicut ergo aversio a Deo tota nostra est, ita conversionis initium a Deo est. Confer. D. Bonav. in 2. Sent. Dist. 24. 26. 27. & 29. Breviloq. 5. Par. per tot. Centiloq. 3. Par. Sect. 35. & 36. Phar. Lib. 2. cap. 16. &c. Videri quoque potest inter Opuscula eidem adscripta illud inscriptum *De resurrectione a peccato ad gratiam*. Adde predictum Psalmi testimonium etiam afferre D. Paulum Rom. 4. & ut probet justificationem non ex operibus legis, sed ex fide, gratiaque contingere.

(e) Supra cap. 26. num. 85.

(f) Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

qui ſeipſum perfecte cognoſcat: niſi cui datum eſt a Patre luminum, a luce vera quæ illuminat omnem hominem? E cœlo venit γνῶθι σεαυτόν. (a) id eſt: Noſce teipſum. (b) Nam in Cantico Canticorum (c) ipſa ſponſa quæ ad amplexus Sponſi anhelabat, quæ ſenſerat unguentorum illius fragrantiam, de ignorantia ſui quodammodo reprehenſa eſt, dicente Sponſo: *Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egredere* a me. Vide ergo quantum malum ſit quævis ignorantia ſui, ptopter quam ab amantiſſimo Sponſo meretur repelli. Ad cognitionem igitur propriam redeamus, id eſt, ad terram noſtram (d), ſi volumus eſſe vera lilia, & ad Sponſi admitti præſentiam. Noſipſos jugiter introſpiciamus, inceſſanter clamantes ad verum & benignum Jeſum: ut mentis noſtræ oculos ad cognoſcendum noſipſos illuminare dignetur.

Jac. 1. 17. Jo. 1. 9.

Cant. 1. 7.

CAPUT XXX.

De numero foliorum noſtri lilii. (e)

Lilia perfecta ſex foliis conſtant.

104. Nunc ad numerum foliorum ipſius floris, candidiſſimo flore noſtro benigno Jeſu nos illuminante, animum intendamus. In perfectis liliis ipſe candidus flos ut plurimum ſex foliis conſtat, per quæ ſex cauſſas intelligimus, quæ ad Virginitatis munditiam debent animos Virginum incitare, quarum tres ad vitam præſentem, tres ad futuram pertinent. Tria ſunt incommoda in præſenti vita in conjugatis, propter quæ vitanda, Virginalis caſtitas eſt appetenda. Tria ſunt quoque commoda futuræ gloriæ, propter quæ acquirenda, votiva Virginitas eſt & conſervanda. Præſentis vitæ incommoda duo habemus ex maledictione, quæ inflicta fuit primæ parenti noſtræ Hevæ poſt tranſgreſſionem peccati. Serpens enim tribus maledictionibus ſubjacuit, Heva duabus, Adam uni: *Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, & mulier conculcabit* (f) *caput tuum*. Hevæ autem dixit Deus: *In dolore paries, & ſub poteſtate viri eris*. Adæ vero ait: *In ſudore vultus tui veſceris pane tuo* (g).

Virginalis ſtatus commoda, & conjugalis incommoda.

Gen. 3. 13. ad ſeq.

Ibidem 16.

Ibid. 19.

Prima Hevæ maledictio.

105. Maledictiones Hevæ, & per ipſam omnium mulierum nuptarum, duæ ſunt in præſenti expreſſæ, ſcilicet quod in dolore pariunt filios, & ſub poteſtate virorum ſunt. (b) Quis & quantus ſit dolor parientium mulierum, nullus hominum novit, niſi quæ expertæ ſunt. In Scripturis autem doloris hujus teſtimonium frequenter invenimus; quia cum magnitudinem alicujus doloris volumus exprimere, ipſum mulieri parturienti comparare ſolemus. Hoc enim ipſum Dominus omnium dolorum cognitor, cum videret diſcipulos ſuos de morte ſua nimium contriſtandos, ipſorum triſtitiam mulieris parturientis triſtitiæ voluit comparare, dicens: *Mulier cum parit, triſtitiam habet, quia venit hora ejus. Igitur* (i) *& vos nunc quidem triſtitiam habetis*. Similiter & beatus Paulus dicit, volens oſtendere dolorem eorum, qui in extremi judicii die imparati invenientur, ait: *Cum autem dixerint, pax & ſecuritas, tunc repentinus ſuperveniet eis interitus* (k), *ſicut dolor in utero habenti, & non effugient*. Sæpius quoque in Prophetis & in aliis Scri-

Jo. 16. 21.

Ibi 22.

1. ad Theſſ. 5. 3.

(a) Græca Græce ſcribere haud inſolens apud D. Bonav. uti patet in Princip. Scriptur. & Expoſit. in cap. 15. Sapient. pag. 902. col. 1. nec non Expoſit. in cap. 17. S. Luc. pag. 520. col. 2. Item 2. Diſt. 26. A. 1. Q. 1. ad 4. pag. 662. vol. 2. Edit. noviſſ. ac alibi quoque. Vide Prodr. col. 179.

(b) S. P. Franciſcus in Deum raptus, ita a Deo edoctus eſt ſeipſum agnoſcere tanquam nihil, ſecus vero de Deo tam alte ſentire, ut exclamare coactus fuerit, Deum ipſum alloquens: *Quis es tu? Et quis ſum ego?*

(c) Ita heic pluries ſecundum tradita Vol. 1. Præfat. in Cant. §. 12.

(d) Ad prædictam cognitionem, poſt relatum Cant. textum, ipſemet D. Bonav. cap. 1. Soliloq. ita nos revocat: *Heu, Heu Domine Deus meus, ex dignitate ſubſtantiæ jam perpendo vilitatem malitiæ; ex ſpecioſitate naturæ cognoſco deformitatem culpæ; ex recordatione beneficiorum acceptorum, intelligo ingratitudinem factorum meorum &c.* De eadem cognitione ſui ipſius cap. 1. de perfect. vit. ad Soror. per totum.

(e) Al. *ſeu de tribus incommodis vitæ præſentis, quæ evadunt Virgines, & totidem commodis vitæ futuræ, quæ expectant.*

(f) *Conculcabit* pro *conteret*, alii quoque legunt apud Malvendam.

(g) Vulg. abſque *tuo*; ſed cum *tuo* duo Codd. noſtri Bernardin. ac tertius Biblioth. Epiſcop. Trident. Apud Lyranum in textu quidem ſine *tuo*; ſed in marg. al. *tuo*. Item *tuo* in quibuſdam Libris apud Brugenſem. In editis hujus Tractatus *comedes panem tuum*.

(h) Breviloq. Par. 3. cap. 4.

(i) Al. *venit hora ejus, ita & vos &c.*

(k) Sic Expoſit. in cap. 21. S. Luc. pariter hunc interpretatur textum de iis, *quæ ventura ſunt circa judicium finale*. Item Ser. 1. in ord. 32. de una S. Virg.

Digitized by Google

Scripturis de hujus doloris magnitudine inveniuntur multa exempla. Sed quia vivorum plura ſuppetunt teſtimonia, quæ illud ad experientiam cognoverunt, videtur in his non diutius immorandum. Sed felices Virgines, & vere prudentes, quæ etiam præter commoda temporalia in ſpiritu Domino jungi vicinius elegerunt, ſpirituales fœtus, id eſt, bona opera, multo melius, uberius & ſecurius immortali Sponſo ſuo Jeſu non ſingulis annorum ſpatiis, ſed diebus ſingulis procreantes: amantes eum, in cujus thalamum caſtiſſimum duce pudicitia intraverunt, vel quem potius in ſui cordis thalamum receperunt, ejus vocem organicam in præceptis ſuis & promiſſis præmiorum cœleſtium audierunt, & loquente Sponſo ſuo, ei per obedientiam reſponderunt: cujus amor caſtimoniam, cujus tactus munditiam, cujus nuptiæ Virgines faciunt & conſervant. O vere felices, quæ tali Viro non ſolum animi, ſed etiam corporis munditiam conſecraverunt. Cujus commercio ſic in animo fœcundantur, ut omnium virtutum matres efficiantur, quarum filii in domo cœleſti æternaliter habitant, & ſemen operum ipſarum coram Sponſo ſuo in ſæculum dirigetur. (a)

Virginum ſpiritualis fœcunditas carnali multo felicior.

Pſ. 101. 29.

106. Evadunt etiam Virgines Chriſti maledictionem ſecundam Hevæ matris noſtræ, & per ipſam omnium maritatarum, ſcilicet quod ſub viri mortalis poteſtate non ſunt: & in hoc quantum bonum invenias, quantum malum effugias, diligentius intuere. Super quo Pauli ſententiam audiamus: *Mulier quæ innupta eſt, & Virgo, cogitat* (b) *quæ ſunt Domini* (c); *ut ſit ſancta corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat viro.* Quid acquiritur? Evaditur malum non modicum, ſollicitudo mundana, quomodo viro placeat. Quantum putas animis Virginalibus devotionis augeri, quod libere, quando volunt & quando debent, nulla impediente cura poſſunt orationibus ceteriſque ſpiritualibus exercitiis vacare? (d) Quantas habent conjugatæ, religioſe etiam (e) Deo vacare volentes, moleſtias, cum a propriis viris, quibus eas eſſe ſubjectas oportet, prohibentur? Eſt enim hoc magnum onus conjugii, cum mulieres viris talibus copulantur, qui a bonis earum moribus & bona converſatione diſcordent. Quantas putas eſſe conjugatas, quæ ſuppliciis hoc emere vellent, quod a malorum poteſtate liberatæ, liberum Domino poſſent ſervitium exhibere? Felices ergo Virgines, quæ Sponſum ſuum Chriſtum accipientes, illi ſe ſoli ſubjecerunt, cujus jugum ſuave eſt & onus leve; eique ſoli & integra mente placere deſiderant, qui ſane eſt *ſpecioſus forma præ filiis hominum*, non dividentes mentem ſuam, ita ut nec ex parte cupiant, & ſollicitæ ſint placere Deo, nec ex parte placere viro: ſed ſe totas integras reddunt illi a quo acceperunt ut eſſent, receperunt ut bene eſſent: ipſum munere præterea Sponſum ſuum gratuito acceperunt. Quid poteris largitori tuo digne rependere? Dedit te tibi, quando te creavit, ut eſſes: reddidit te tibi, cum recreavit (f) ut bene eſſes: dedit in viaticum (g) tibi, ne in via deficias, Corpus & Sanguinem ſuum, ſe verum Deum, & hominem verum: & tu quid rependes? Si pro eo quod dedit tibi, quando te creavit, vicem nequis rependere: quid denique pro eo rependes, quod ſe tibi dedit? Certe ſi te millies poſſes rependere, quid eſſes tu in comparatione Dei? Rependetamen quantum potes, rependete totam illi, qui te totam tibi & dedit, & reddidit: & his non contentus, ſe quoque totum tibi dedit. Dilige hunc tantum te diligentem, & ſingularem dilectum ex tota anima tua, & ex toto corde tuo, & ex omnibus viribus tuis (b): quia & cor bonæ voluntatis, & animam rationabilem, & vires ad implenda quæ bona ſunt, ipſe dedit tibi. Benedicat anima tua Domino, & noli obliviſci omnes retributiones ejus;

Matth. 11. 30.

Pſ. 44. 3.

Quanta Deo debeamus.

Matt. 22. 37.

Pſ. 102. 2.

Secunda Hevæ maledictio.

1. ad Cor. 7. 34.

(a) Huc ſpectat, quod de S. Cæcilia Virg. & Mart. canit Eccleſia: *Domine Jeſu Chriſte ſeminator caſti conſilii, ſuſcipe ſeminum fructus, quos in Cæcilia ſeminaſti.*

(b) Al. *Virgo quæ innupta eſt, cogitat.*

(c) Al. *Dei.*

(d) Secundum illud ejuſdem Pauli ibi v. 35. *quod facultatem præbeat* Virginibus *ſine impedimento. Dominum obſecrandi*; ſive ut S. Hieron. contra Jovinian. vertit: *Quod intente facit ſervire Domino abſque ulla diſtractione.*

(e) Al. *&.*

(f) Verbum alibi quoque eodem ſenſu a D. Bonav. adhibitum.

(g) Breviloq. Par. 6. cap. 9.

(h) Cap. 7. de perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

ejus; & te dilectionis illius vinculis adstringe, ut liberius gustare (a) possis, Ps. 33. 9. & videre, quoniam (b) suavis est Dominus. Quem si recte gustaveris, ipso te trahente jam nequaquam ulterius sub alterius potestatem redigeris. Omnis enim sapiens ab illius se nollet absolvere servitio, cui servire regnare est. Quis autem regnare nolit? Vis regnare feliciter? Servi benigno Jesu, & regnabis: quia illi servire regnare est. (c) Deo servire regnare est. Sic enim de Sanctis legitur, quia *cum Christo regnabunt* in æternum (d). Apocal. 20. 6. Quid est regnabunt? Reges erunt. Hoc enim & Apostolus ait: *Hæredes quidem* erunt *Dei, cohæredes autem Christi*. Ad Rom. 8. 17. Reges ergo vere erunt, hæredes regni Dei, cohæredes autem Regis. Felicissimæ ergo Virgines hujus solius jugo subjectæ, qui servos suos commutat in Reges, quorum regnum non mutabitur in æternum.

Alia anxietas conjugatorum.

107. Tertia causa appetendæ Virginitatis est carentia (e) multiplicium anxietatum, quæ inenarrabiliter habentur circa pueros nutriendos. Quanta sit hæc anxietas, soli novere parentes. Secundum amorem enim quo afficiuntur circa filios, extenditur sollicitudinis magnitudo, quem amorem exceptis parentibus nulli sciunt. Verum dixit, qui ait:

Quis sit amor prolis, soli novere parentes.

Unde nonnunquam sollicitudinem ipsam in tantum contingit extendi, ut omnes animi vires occupet, & omnibus postpositis solummodo filiorum mentionem habeant. Discurrit animus, & vagatur, & percurrit mare & aridam: nil inexpertum relinquit, plurimumque & corpus miserorum parentum diverso labore atteritur, ut filiis pecunia & possessio comparetur. Nec adhuc quiescitur, etiam pluribus quam necessitas exigat conquisitis: quia occasione dilectionis filiorum subintrat avaritia, &

Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. (f) Juven. Lib. 5. Sat. 14.

Et minus hanc optat cum non habet: consequenterque moriuntur in miseriis, nec possunt compati, nec volunt misereri, & seipsos miserrimi parentes faciunt indignos ad misericordiam consequendam. Jam, ut puto, vides, quantum malum facit sollicitudo circa filios habita, & ad quem finem tendit. Quantum autem putas anxietatis adjici etiam bonis parentibus, & maxime matribus, quæ majori circa filios solent affectu moveri, cum vident vitam filiorum, virtutum tramite relicto, vagari per devia vitiorum, cum diversis illos affici vident corporum infirmitatibus, cum denique tandem ad mortis vident interitum devenire? Quis in tantis miseriis locus Divinæ contemplationi relinquitur? Quomodo cor sursum (g) haberi potest ad Dominum, tantis gravitatibus oppressum? O quam beatæ Virgines, quarum Sponsus ultra mori non potest, quarum filii, id est, virtutes, semper vivunt, immo & ipsas ad vitam perducunt; quarum animus non ad diversa terrena descendit, posteriorum oblitus. (h) Portant jam Virgines beatæ in mente sua cœlum cum gaudiis, quantum homini fas est, quod ipsas præterea est laturum. Jam vagantur per gaudia cœlestia, transeunt singulariter choros beatissimorum Spirituum, (i) singulorum Chororum officia singularia, spirituali mentis vivacitate perspiciunt, & singularia (k) Virginum gaudia sibi a Rege & a Sponso præparata, libera mentis aviditate degustant, nulla filiorum terrenorum sollicitudine remoratæ.

CA-

(a) Al. *vacare*.
(b) Al. *quia*.
(c) Sic in Amator. pag. 795. col. 2. noviss. Edit. Venet. Item ita quoque in Ritibus ordinationis Subdiaconorum, dum Episcopus eos admonet ad attente perpendendum onus, quod ultro suscipiunt.
(d) *In æternum* non est de textu; sed de textu est *mille annis, id est*, (interprete ipso D. Bonav. Comment. in Apocal. ibi) *per sæcula sæculorum; quia hæredes Dei, cohæredes autem Christi*.
(e) Vox sæpius a D. Bonav. adhibita, etiam Soliloq. cap. 4.
(f) Sic ipsemet D. Bonav. Serm. 1. in ord. 28. de plurib. SS. Confessoribus; nec non cap. 1. Exposit. Reg. S. F. & in Psalt. Ps. 54. ad fin.
(g) Hæc etiam phrasis D. Bonaventuræ familiaris.
(h) Videtur alludere ad illud D. Pauli Philip. 3. 13. *Quæ quidem retro sunt obliviscens*.
(i) Similiter cap. 5. de perfect. vit. ad Sorores prope finem.
(k) Al. *singularium*.

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

De tribus commodis futuræ vitæ, quæ obtinebunt Virgines.

108. Sequamur, & nos prosequamur in materiæ Tractatu propositæ tria commoda futuræ vitæ, Christi Virginibus singulariter accessura. Beatissimus Joannes Evangelista in Apocalypsi sua vidit duodecies duodena millia (*a*) Sanctorum citharædorum illibatæ Virginitatis in corpore, viriditatis inviolatæ in corde, quod sequantur Agnum, Sponsum Virginum, quocumque jerit. Ecce Virginum præmium singulare, per quod quartum folium floris lilii designatur: quia sequuntur agnum quocunque jerit. Quo ire putamus hunc Agnum, quo nemo sequi eum vel audeat, vel valeat nisi vos? Quo, inquam, putamus eum ire? in quos saltus? in quæ prata? Illuc æstimo, ubi sunt vera gaudia, non gaudia hujus mundi vana, insana, mendacia, nec gaudia qualia in ipso regno Dei ceteris præstantur: sed a ceteris sorte distincta, gaudia Virginum Christi, de Christo, cum Christo, post Christum, per Christum, gaudia propria Virginum Christi. Non sunt eadem non Virginum, id est, eorum qui non sunt Virgines, quamvis tamen sint Christi. Nam sunt aliis gaudia alia; sed nullis talia. (*b*) Sequuntur Agnum quocumque ierit, quia Agni caro utique virgo. Hoc enim in se retinuit cum esset in corpore, quod non abstulit Matri. Virgo enim ex Virgine conceptus est: & natus Virgo de Virgine, & post nativitatem cum Virgine Matre permansit Virgo, auctor & custos, & amator virginitatis ac remunerator largissimus Dominus Jesus Christus. (*c*) Merito igitur eum sequuntur etiam in hac vita virginitate cordis & carnis, quocumque ierit. Quid est enim sequi, nisi imitari? quia *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum*, sicut ait Apostolus Petrus, *ut sequamur vestigia ejus (d)*. Hunc in eo quisque sequitur, in quo imitatur, in quo multum ad imitandum proponitur omnibus; virginitas autem carnis non omnibus. Non enim habent quid faciant, ut Virgines sint, in quibus factum est, ut Virgines non sint. Sequantur itaque Agnum ceteri fideles, qui virginitatem corporis amiserunt, non quocumque ierit; sed quocumque ipsi poterunt. Possunt autem in omnibus virtutibus, nisi cum in decore virginitatis inceditur (*e*). Quomodo enim post eum ibunt itinere virginali, qui hic amiserunt, quod nullo modo recipiunt? Vos ergo, o Virgines ejus, ite post eum, quæ propter hoc quocumque ierit, sequimini eum, tenendo perseveranter, quod vovistis ardenter. Facite quod potestis, ne virginitatis bonum vobis pereat, cui semel perditæ, facere nihil potestis, ut redeat. (*f*) O quanta cum admiratione, quanto cum gaudio videbit vos cetera multitudo Sanctorum, quæ Agnum ad hæc sequi non potest! Videbit, nec invidebit: & collætando vobis, quod in se non habet, habebit in vobis. (*g*) Agnus quippe ille, quem vos quocumque ierit, sequimini, nec eos deseret, qui eum non valent sequi quo vos potestis. Omnipotentem Agnum loquimur, qui vos præibit, & ab eis non abibit, cum erit Deus omnia in omnibus; & qui minus habebunt, a vobis non abhorrebunt: ubi enim nulla invidentia est, concors est differentia. (*h*) Præsumite itaque, confidite: roboramini & permanete in eo quod vovistis, & reddite Domino Deo vestro vota perpetuæ continentiæ (*i*), non tantum pro-

Apoc. 14. 1. ac seq.

Primum sequi Agnum quocumque jerit.

1. Pet. 2. 21.

1. Cor. 15. 28.

Ubi nulla invidentia, concors est differentia.

Ps. 75. 12.

(*a*) Sic Comment. in Apocal. cit. cap. 14. num. 996.

(*b*) Ita fere ex D. August. Lib. de sanc. virginit. cap. 27. ipsemet D. Bonav. Phar. Lib. 1. cap. 38.

(*c*) Confer Vol. 2. Comment. in Apocal. d. c. 14. num. 1024.

(*d*) Sic supra cap. 10. num. 38. ac idem S. Aug. loc. cit.

(*e*) Ita paucis mutatis ex eodem S. Aug. ibi cap. 28.

(*f*) Sic ex ipsomet S. August. ibi cap. 29. etiam loc. cit. Phar. B. Bonav. Confer rursus Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 14. n. 1012.

(*g*) Vid. Breviloq. Par. 7. cap. 7. & 4. Dist. 49. Par. 1. Art. 1. Q. 6. Hinc Ps. 86. 7. dicitur: *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, quod complendum in cœlis docet S. Augustin. Quodve ibi *gaudium unius sit gaudium alterius*, dicitur Serm. 1. de Festo Omn. Sanctor. prope finem, ubi textus d. Ps. laudatur. Item Soliloq. cap. 4. *Ex illius sanctæ & perfectæ caritatis vinculo fiet, ut unusquisque habiturus sit in alio, quod non habet in merito proprio.*

(*h*) In Breviloq. ac in 4. locis supra cit.

(*i*) Ex eodem Aug. cit. cap. 29.

Digitized by Google

propter ærumnas præsentis sæculi virandas; sed multo magis propter futuri sæculi delicias singulares, quas nobis spiritualiter Agnus noster Christus transiens ministrabit. (a)

Luc. 12. 36.

Virginitas sola sine aliarum virtutum comitatu, non meretur sequi Agnum.

109. Caveant autem Virgines Christi, ne pueriliter intelligant, ita ut sola virginitatem credant sibi sufficere ad sequendum Agnum Dei, quocumque ierit; cum ipse Agnus non solum virginitatis semitam, immo etiam omnium virtutum viam incedat. Oportet ergo Virginem Christi omnium virtutum itinere, etiam in hac vita, Agnum mansuetissimum imitari: si vult illuc venire, ubi sine fine eum, quocumque ierit, sequetur. Quomodo enim posset sequi Virgo superba Agnum in humilitatis via gradientem, ad quem nullo modo accedet? quomodo mitissimum iracunda? quomodo ferventem caritate invida? quomodo largissimum avara? quomodo sobrium ebria? Ambulat in omni via omnium virtutum Agnus: ambulet sic & Virgo cupiens Agnum imitari. Sit mitis, sit humilis, sit caritate fervens, sit larga, sit alacris, sit sobria; & imitabitur Agnum quocumque ierit. Denique merebitur ab ipso Sponso suo audire: *Quam pulchri sunt gressus tui, filia principis!* Specialis filia Dei principis, & domina regum universæ terræ erit anima virginalis (b), cujus gressus commendantur in calceamentis. Per calceamenta autem accipimus exempla mortuorum: quia calceamenta fiunt de mortuis animalibus (c). Pulchri igitur sunt gressus Virginum in calceamentis, cum directe sequuntur per viam virtutum omnium Agnum Christum pro ipsis mortuum, pro Agno paratæ etiam ipsæ usque ad mortem & per mortem, si necesse est, sequi Agnum; in omni facto munientes pedes affectuum suorum, exemplis optimi Agni Jesu Christi, adversus serpentem insidiantem calcaneo virginali, cum caput serpentis virginali pede ipsius Agni adjutorio conculcatur.

Cant. 7. 1.

Gen. 3. 15.

Secundum commodum vitæ futuræ Virginibus paratum.

110. Quintum folium floris lilii quintam causam designat, propter quam virginitas est appetenda; illud scilicet quia cantabunt canticum novum ante thronum Dei & Agni, quod præter Virgines nemo potest dicere. (d) O felices Virgines, & ceteris felicioresVirgines, quæ assertis ad illas Agni nuptias æternales (e) canticum novum, quod cantabitis in citharis vestris, non utique tale, quale cantat universa terra, ut dicitur: *Cantate Domino canticum novum, cantate Domino omnis terra*: sed tale, quale nemo potest dicere, nisi vos. Audiet tamen, & delectabitur omnis multitudo fidelium vestro proprio & tam excellenti dono. Vos autem quæ & dicetis, & audietis, quia illud dicetur a vobis; felicius exultabitis, & jucundius regnabitis. Quis istam felicitatem poterit explicare? Immo quis humana mente concipiet tantæ exultationis jubilum? Jam si omnes Virgines canticum istud cantabunt, nunquid illa Virgo Virginum primiceria (f) non cantabit? Cantabit utique, (g) & tanto jucundius, quanto castior ceteris. Præbebitque toti choro Virginum in cantando exemplum, quas ad virginitatis amorem suo incitavit exemplo. Cantabunt ergo Virgines in illa jucunditate festiva canticum suum in cor Agni Virginis Sponsi sui, a quo ut tale canticum cantare possent, acceperunt. Quid autem? Nunquid & ipse Agnus non solum aliarum Virginum cœtum, sed etiam ipsam Virginem Matrem suam superexcellens, a quo habent non solum, ut sint Virgines, sed etiam sint; nunquid, inquam,

Ps. 95. 1.

(a) Expos. in Evang. S. Luc. ad d. cap. & text.

(b) Volum. 1. Expos. in Cant. cap. 7. §. 284. *Assimilatur enim anima* FILIÆ PRINCIPIS, *si habet puritatem Virginalis munditiei.*

(c) Sic Expos. in c. 15. S. Luc. ad ver. 22.

(d) Ita & Cornel. a Lap. Comment. in c. 7. Epist. 1. ad Cor. sub v. 34. secundum id quod legitur Apocal. 14. ver. 3. & 4. Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. cit. cap. 14. n. 1022. & seq.

(e) *Æternalis* pro *æternus* nedum est apud D. Bonav. verum etiam apud Tertull. adversus Judæos cap. 6. Venant. Fortun. Lib. 10. carm. 10. Inscript. apud Grut. p. 752. n. 3. & apud Reines. p. 649. Nec non Ps. 23. 7. 9.

(f) *Primiceria* quæ primam obtinet dignitatem; quo quidem sensu in Legen. S. Claræ cap. 7. num. 59. ab eodem D. Bonav. vocatur ipsamet S. Clara *primiceria pauperum Dominarum.* Quid quod *virginatis primiceria* dicitur *Maria* etiam a S. Bernardo Serm. Dom. infra Oct. Assumpt. B. M. V. num. 7.

(g) *Cantabit cum jubilo canticum novum Domino dicens: Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me vestimento salutis, & indumento lætitiæ circumdedit me, & tanquam sponsam decoravit me corona.* Isa. 61. 10. *Cantabit, jubilabit, & dicet: Tenui eum, nec dimittam &c.* Cant. 3. 4. Ita Soliloq. cap. 4. ubi de *cantico novo*.

Digitized by Google

quam, Sponſus Virginum Virgo, Virgo optimus non etiam cantabit? Immo vero & ipſe cantabit, & jucundiſſima illa vox Verbi Patris æterni, cum omnibus, præ omnibus, & in omnibus audietur. (a) O feliciſſimum canticum! o feſtivitatem jucundiſſimam, comparatione & fine carituram! Quis ad illud non anhelet? Quis laborare contemnat ut illuc perveniat, ubi tantarum Virginum canticum novum audiat, ubi mirabiliter præ ceteris Virginibus redundantem vocem Matris Agni percipiat; ubi & ipſum Agnum, piiſſimum & dulciſſimum melos, totum melleum, audiat concinentem? Si enim *eloquia Domini*, *eloquia caſta*, (b) teſte Pſalmiſta, & in ipſo corpore mortis exiſtenti unicuipiam tam dulcia ſunt, *ut mel & favum* ſuperent: quanta putas ea dulcedine ſuperabundare debere, ubi omnis mortalitas, omnis timor, omnis dolor procul tranſierunt? ubi amaritudinis nullus relinquitur locus, ſed omnes torrente voluptatis Divinæ potabuntur, inebriati ubertate domus ejus? Maxima omnibus felicitas, canticum virgineum Agni dulciſſimum audientibus: abundantius tamen Virginibus Chriſti, cum ipſo Agno cantantibus.

Pſal. 11. 7.

Pſ. 18. 11.

Pſ. 35. 9.

Ibi.

Quam ſollicita oris cuſtodia deceat Virgines.

111. Quanta ſollicitudine merito cuſtodire debent Virgines ora ſua, canticum ſolis Virginibus cantandum cantare, & cum omni munditia conſervare, non ſolum ab omni actu polluto, ſed ab omni verbo luxurioſo, turpi, ſcurrili, jocoſo, immo & otioſo? (c) Eruntque ſicut in Cantico ſponſæ dicitur: *Sicut vitta coccinea* labia Virginum, & eloquium earum dulce. Sicut enim vitta coccinea ſunt labia, quæ ſemper verbis ardentis caritatis abundant, (d) quibus verbis motus & cogitationes carnales reſtringuntur. Per coccineum quippe colorem, caritas; per vittam, qua crines reſtringuntur, reſtrictio cogitationum carnalium (e), quæ per crines figurantur, accipitur. Sponſarum ergo Agni, hoc eſt, Virginum Chriſti, labia præcipue decet eſſe ſicut vitta coccinea, ut ſermo earum ſemper caritate ardeat, paſſione Agni & Sponſi rubeat, qui ſemper debet eſſe in corde, ſemper ſit in ore candidus, & rubicundus dulcis Jeſus. (f) Nec timeo talibus de mendacio; quia mentiri omnino nolunt, cum de veritate loquuntur dulciſſimo Jeſu. Scurrilia vero, turpia, jocoſa, & otioſa verba, verbis paſſionis convenire non poſſunt. Quid enim utilius, quid amarius, quid decentius paſſione Jeſu Chriſti?

Cant. 4. 3.

Quam utile loqui de Chriſto.

112. O dulciſſime, atque amantiſſime Jeſu, Agne immaculate, candide per innocentiam, rubicunde per ſanguinem paſſionis, quam jucundum cogitare, quam ſalubre loqui de te! Tu enim de te loquentibus præſens, mentem dulciter accendis, informas verba, & omnium in te loquentium trahis affectus: curruntque in odorem unguentorum tuorum, donec introducantur a te, Rex regum, in cellaria tua, bibantque vinum dulciſſimæ conſolationis tuæ in jucunditate cordis ſui, audiantque ſuaviſſimam vocem tuam dicentem: *Bibite, & inebriamini cariſſimi*; (g) ſentiantque ſe indignos amari a te gratis, amiciſſime & gratiſſime Jeſu. Videſne igitur quorſum tendant verba caritatis & paſſionis benigni Jeſu? (h) Cujus nomen quod eſt ſuper omne nomen, nulli potius nominandum, nullis dulcius ſapiendum eſt, quam Virginibus ſacris, Sponſis ejus; ut nunquam ab earum ore recedat nomen dulciſſimi Jeſu, in quo ipſi Agno cœleſtis Patris canticum novum ſolæ cantabunt. Incipite ergo quantum fas eſt, o Virgines, frui Sponſo veſtro. Ipſum ſemper in ore, ſemper in corde geſtantes; ut fiant ei ſicut vitta coccinea labia veſtra, & eloquium dulce, ut dignæ habeamini poſtmodum oſculari ab oſculo oris ejus, & ab ipſo introduci in cœleſtem thalamum.

Cant. 1. 3.

Cant. 5. 1.

Philip. 2. 9.

Cant. 1. 1.

Tertium bonum vitæ futuræ manens Virgines.

113. Sexta & ultima cauſſa, propter quam virginitas eſt appetenda, ſexto folio floris lilii deſignatur. Oſtenditur

(a) *Dicens: Surge, propera amica mea, formoſa mea, columba mea; jam hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit &c.*, cod. Soliloq. ibi ex Cant. 2. 10. & ſeq.

(b) Al. ſine *eloquia caſta*.

(c) Ad fin. cap. 4. de perfect. vit. ad Soror.

(d) *Quæ igne Divini amoris debent valde rubere*, inquit etiam Expoſit. in cap. 4. Cant. §. 172.

(e) *A cogitationibus terrenis reſtringit*, etiam apud Cornel. a Lap. Comment. in Cant. ibi.

(f) Pariter S. Ambroſius, nec non Nyſſenus, Theodoretus, Caſſiodorus, Beda, Anſelmus, S. Thomas, apud Cornel. ibi.

(g) Sic jungit utrumque textum Cant. 1. 3. ac 5. 1. cap. 4. Soliloq.

(h) Al. *verba charitatis & paſſionis? Benigne Jeſu &c.*

Digitized by Google

enim nobis quæ sit hæc causſa testimonio Isaiæ dicentis: *Eunuchis*, id est Virginibus meis, (a) *dabo in domo mea & in muro meo locum nominatum multo meliorem, quam filiorum atque filiarum: nomen æternum dabo eis, quod nunquam deficiet.* (b) O sublime meritum Virginum! o gloriam excellentem! o præmium spirituale! Legant & intelligant, memoriæque commendent verbum hoc, verbum bonum & suave Virgines omnes; pueri pariter & puellæ gaudeant, & perseveranter currant, qui jam continentiam voverunt, donec comprehendant. Audiant qui nondum voverunt; & delectentur in altitudine præmiorum, ut voveant etiam ipsi votum castitatis castissimo Jesu, ut semitam virginitatis altissimam & arctissimam apprehendant, per quam incedentes bravium accipiant nominis sempiterni, & locum multo meliorem, quam qui filios & filias ex se genuerunt, incolere mereantur. Quid per hoc designatur nomen, quod Dominus promittit se suis daturum Virginibus? Utique gloria propria excellensque significatur: quæ erit Virginibus non communis cum multis, quamvis in eodem regno constitutis. (c) Nam ideo fortassis *nomen* dictum est, quod eos quibus datur, distinguit a ceteris, sicut homines propriis nominibus distinguuntur. Licet enim omnes ad vitam æternam prædestinati in uno regno sint mansuri, & uno Deo fruituri; tamen sicut ait Apostolus, ut *stella differt a stella in claritate, sic resurrectio mortuorum* (d): hæc sunt merita diversorum Sanctorum. Nam sicut commune est omnibus sideribus esse in cœlo, & tamen alia est gloria solis, alia lunæ, alia stellarum: sic in ipsa vita æterna distincte fulgebunt lumina meritorum. In domo autem Patris æterni mansiones multæ sunt: ubi non vivet alter altero prolixius, quia omnes habebunt vitam æternam. In multis autem habitationibus honoratur alius alio clarius. (e) Quanta putas ibi gloria fulgebunt Virgines Christi, cordis simul & mentis puritate Christum sequentes? Quis Sanctorum chorus melius lunæ comparatur, quam Virgines? Solæ sequentur solem justitiæ Christum ut Agnum Patris, quocumque ierit: unde & solæ illi similes sunt atque similimæ. Honorabuntur ergo præ ceteris in eodem regno existentibus splendore quidem excellentiori, sicut lunam videmus præ ceteris sideribus præminere; possidebuntque in domo Domini locum meliorem multo quam ceterorum filiorum & filiarum, qui virginitatis merito non sunt insignes.

Isa. 56. 5.

Excellentia bravii Virginum præ ceteris.

1. ad Cor. 15. 41. usq. seq.

Jo. 14. 2.

Paræneſis ad Virgines.

114. Pergite itaque sancti Dei pueri & puellæ, mares & feminæ, cœlibes & innuptæ: pergite perseveranter usque in finem. Laudate Dominum dulcius, quem cogitatis uberius: sperate felicius, cui servitis instantius: amate ardentius, cui placetis attentius. (f) Non sint in vobis incentiva ulla vitiorum, sed totum hominem vestrum vestro Sponso consecrate simul & conservate, specioso forma præ filiis hominum. Non conspiciatur in virgineo corpore vestro improbus vultus, non vagi oculi, non infrænis lingua, non petulans risus, non scurrilis jocus, non indecens habitus, non tumidus aut fluxus incessus. Jam non reddite malum pro malo, aut maledictum pro maledicto. Jam postremo ad illam dilectionis mensuram accedite, ut ad imitationem Sponsi vestri ponatis animam pro fratribus vestris. Hæc enim addita virginitati Angelicam vitam hominibus, & cœli mores exhibent terris. Sed quanto majores estis, tanto humiliate vos in omnibus, (g) ut coram Deo inveniatis gratiam; qui superbis resistit, qui se exaltantes humiliat, qui inflatos per angustam portam non trajicit. Nulla sit superflua sollicitudo: ubi fervet caritas, non desit humilitas. (h)

Psal. 44. 3.

1. Petr. 3. 9.

Jo. 15. 13.

Eccli 3. 20.

1. Petr. 5. 5.

Luc. 14. 11.

Matth. 7. 13.

115.

(a) De *Virginibus* id quoque interpretantur Sa, Menochius, Tirinus, Gordonus &c.

(b) Vulg. variat; nam legit *in muris meis, nomen melius a filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit.* Sed ut supra S. Aug. de Sanct. Virginit. cap. 25. num. 25. ubi tantum pro *quod non peribit*, aut *quod nunquam deficiet*, habet *nec umquam deerit*.

(c) *Aureolam* vocat infra n. 115. ut & alibi quoque.

(d) Confer in 4. Dist. 49. Par. 2. Art. 2. Q. 2. in Fundam. nec non Par. 1. Art. 1. Q. 6. rursum in Fundam.

(e) In ead. Par. 1. ibi ex S. August. Tract. 69. in Joan. cap. 14.

(f) Similiter desinentia non infrequentia in D. Bonav. certis Operibus.

(g) Ita secundum S. Ambros. Exposit. Evan. S. Luc. L. 2. n. 22. ubi ait: *Decet ut quanto castior Virgo, tanto humilior sit..... Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis.*

(h) *Quia humilitas caritati locum præparat*, cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

Virginibus quantopere colendus & amandus Christus.

S. *Augustinus de Sancta Virginit. c. 54. n. 55.*

115. Si ergo nuptias contempsistis filiorum hominum, ex quibus filios hominis gigneretis: toto (a) corde amate Filium hominis speciosum forma præ filiis hominum. Inspicite pulchritudinem amatoris vestri, hoc ipsum quod in eo derident superbi, inspicite quam pulchrum sit: interioribus (b) luminibus inspicite (c) vulnera pendentis, cicatrices resurgentis, (d) sanguinem morientis, pretium credentis, (e) & commercium redimentis. (f) Hæc quanti valeant, cogitate: hæc in statera caritatis appendite, & quicquid amoris in nuptias vestras impedimentum habetis, (g) illi rependite, (h) qui non pulchram carnem, sed interiorem vestram pulchritudinem quærit, qui vobis dedit petestatem filias Dei fieri. (i) Videte autem (k) quanta securitate amatis eum, cui displicere falsis suspicionibus non timetis. Vir & uxor invicem se amant, quia in se manifeste vident signa caritatis: sæpe tamen de se aliquid mali invicem suspicantur, quia sua occulta invicem non contuentur. (l) Non ita est de amore vestro dulcissimo Jesu ac desiderabili, in quo nihil invenitis, quod reprehendere possitis: nec vobis timendum est, quod falso aliquid mali de vobis suspicetur, qui renes intuetur & corda. (m) Si ergo magnum amorem conjugibus deberetis, quantum amare debetis eum, propter quam conjuges habere noluistis? (n) Toto (o) vobis figatur in corde, qui pro vobis totus fixus est in cruce: (p) semper habentes in mente, quantam vobis exhibuit caritatem. Qui vos sibi inviolatas tam in corpore quam in anima conservavit, quantam vobis & quam specialem gloriam præparavit, quas sic sublimavit? Specialem, inquam, gloriam, specialem coronam donabit vobis in cœlis, quam nostri Majores *Aureolam* (q) appellant, quam idcirco ab auro æstimo nominatam, ut ipsum coronæ nomen, quæ dabitur vobis in præmium virginitatis, insinuet excellentiam gloriæ virginalis. Quid, inquam, dabitur sacris Virginibus Christi? Ceteris sanctis ut præemineant, sicut aurum cetera metalla præcedit. Dicit enim Isaias: *In die illa erit Dominus corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui.* Attende quod corona sit de auro & de lapidibus pretiosis: (r) sertum de floribus, puta rosis, violis, & hujusmodi. Attende quam magnum est ipsum Deum habere pro corona, id quod est commune omnibus glorificatis: sed habebunt pro capillitio (s) florido exultationis prærogativam spiritualis excellentiæ, quæ in Virginibus in patria cœlesti apparebit? Quid autem est ille locus multo melior, quam filiorum Dei? Quid illud nomen æternum? Quid aureola? Magnum est valde, & inexplicabile inexpertis: & propterea cum magna aviditate currendum, cum magna fortitudine perseverandum est eis, qui soli fruendo poterunt hoc experiri. Sed quia comme-

Ibi c. 56.

Jo. 1. 12.

Amor Virginum, securior amore conjugum.

Psal. 7. 10.

Idem Augustin. loc. cit.

Toto est Christus Jesus figendus in corde, qui totus pro nobis est fixus in Cruce.

Aureola Virginum, quid.

Isa. 28. 5.

(a) Al. *tanto magis*.

(b) Edit. Maur. ibi *internis*.

(c) Heic Edit. Ven. 1549. in marg. ponit: *Hæc Aug.* Mabilloniana vero sine allegatione.

(d) 4. Dist. 48. Art. 1. Q. 3. ad opp. 2. & in resp. ad 1. & 2.

(e) Al. *sine credentis*.

(f) En rursum similiter definentia.

(g) Edit. Maur. ibi *habebatis*.

(h) Ita etiam in Amatorio idemmet S. Bonaventura, ne hunc Tractatum alterius esse deinceps suspiceris.

(i) Edit. Maurin. *Bene quod interiorem vestram pulcritudinem quærit, ubi vobis dedit potestatem filias Dei fieri: non quærit a vobis pulcram carnem, sed pulcros mores, quibus frenetis & carnem. Non est cui de vobis quisquam mentiatur, & faciat sævire zelantem.*

(k) Ead. Edit. Maurin. *Videte cum.*

(l) Ead. *Vir & uxor amant se, quoniam vident se; & quod non vident, timent in se, nec certi gaudent quod in manifesto est, dum in occulto suspicantur quod non est.*

(m) Ead. *Vos in isto quem oculis non videtis, & fide conspicitis, nec habetis verum quod reprehendatis, nec eum metuitis ne de falso forsitan offendatis.*

(n) Ead. *Si ergo magnum amorem conjugibus deberetis, eum propter quem conjuges habere noluistis, quantum amare debetis?*

(o) Al. *totus*, & *totus habet* etiam Thomas Hibernicus in Floribus verbo *Passio* ab initio ex *August. L. de virginitate*; sed *toto* ipsemet S. Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 38. *ex Augustino de virginitate* ibi.

(p) Verba hæc laudantur ab eodem S. Bona. etiam sub *Bernardi* nomine in Amatorio, utpote quæ apud ipsum S. Bernardum legere est Serm. 3. de Nat. Dom. n. 4. secundum Edit. Mabillonian. Item ex eodem *Bernardo* sine allegatione in Reg. Novitior. cap. 7.

(q) De hac idemmet S. Bonav. in 4. Dist. 33. Art. 2. Q. 3. per tot. Breviloq. Par. 3. cap. 7. Centiloq. Par. 4. Sect. 1. &c.

(r) Pariter D. ipse Bonav. Ser. 2. in ordine 33. de una S. Virg.

(s) Al. *capillo*.

Digitized by Google

memorando gratiam ſpecialem Virginibus a Sponſo ſuo gratis conceſſam, & gloriam ſpecialem ab ipſo quoque nihilominus in cœlis Virginibus præparatam, ad ſpecialem dilectionem Sponſi cœleſtis benigni Jeſu animos virginalis munditiæ, prout ipſe virginitatis & dilectionis auctor largiri dignatus eſt, incitare curamus; ſecundum ordinem proſequendo, de dilectione proximi, ſine qua Dei dilectio non ſubſiſtit, pauca quæremus annectere, quia *in his duobus mandatis tota lex pendet & Prophetæ.* Matth. 22. 40.

CAPUT XXXII.

De ſex floſculis flavis in medio lilii. (a)

Caritas proximi conſiſtit in operibus miſericordiæ.

116. Floſculi igitur aurei coloris numero ſex, qui in medio floris albi in lilio conſiſtunt, caritatem erga proximum habendam figurant: quæ in ſex operibus caritatis, quæ & opera miſericordiæ nominantur, conſiſtit. (b) Caritas ergo quæ otioſa eſſe non poteſt (c), ubicumque eſt, ſe operibus oſtendit. Sicut beatus Gregorius dicit: Probatio dilectionis, exhibitio eſt operis. Et ille ſpecialis dilectus Domini Joannes ait: *Qui habuerit ſubſtantiam hujus mundi, & viderit fratrem ſuum neceſſitatem habere, & clauſerit viſcera ſua ab eo: quomodo caritas Dei manet in eo? Qui enim fratrem ſuum quem videt, non diligit: Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere?* Opera autem miſericordiæ, quibus caritas Dei demonſtratur, curavit ipſa Veritas explicare, oſtendens ſe de iis ſolos juſtos in die extremi judicii laudaturum, & propter horum defectum reprobos damnaturum, dicens: *Cum venerit filius hominis in majeſtate ſua, ſedebit ſuper ſedem majeſtatis ſuæ, & ſtatuet agnos a dextris, (d) hædos autem a ſiniſtris*, id eſt, juſtos a dextris, & reprobos a ſiniſtris. *Tunc dicet rex his qui a dextris ejus erunt: Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum eſt.* (e) *Eſurivi enim, & dediſtis mihi manducare, ſitivi & dediſtis mihi bibere; hoſpes eram, & collegiſtis me: nudus, & cooperuiſtis me; infirmus, & vivificaſtis me, in carcere eram, & veniſtis ad me.* Quia *quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis. Tunc dicet & his qui a ſiniſtris erunt: Ite (f) maledicti in ignem æternum. Eſurivi enim, & non dediſtis mihi manducare: ſitivi, & non dediſtis mihi potum; hoſpes eram, & non collegiſtis me; infirmus, & in carcere, & non viſitaſtis me.* Quia *quamdiu non feciſtis uni ex minoribus his, nec mihi feciſtis.* (g) Ecce opera miſericordiæ de caritatis radice procedentia. Conſiderandum eſt itaque, quantæ ſint dignitatis, quæ ſola in diſtricto examine laudari merentur; quorum dignitas in colore aureo floſculorum lilii deſignatur. Nihil valet albi coloris munditia, hoc eſt, Virginalis puritas ſine operibus caritatis.

Opera miſericordiæ in extremo Judicio ſolum laudanda.

Quomodo ab egenis exercenda miſericordia.

117. Sed quid dicimus de his, qui propter defectum terrenæ ſubſtantiæ hoc operibus implere non poſſunt, ſive adhuc in ſæculo commorentur, ſive renuntiantes ſæculo & omnibus quæ poſſidebant, nudum Chriſtum nudi ſecuti ſint. (b) Nunquid hi omnes reprobi erunt, qui Chriſto in operibus miſericordiæ miniſtrare non poſſunt? Abſit. Non enim impotentes, ſed nolentes condemnabuntur. Nam viſcera, id eſt, compaſſionem ſuam, non claudit a proximo indigentiam patienti, qui ſi poſſet, vellet ſubvenire; ſufficitque Do-

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 30. n. 1. ac 2.

1. Jo. 3. 17.

Ibidem 4. 20.

Matth. 25. 31. ac ſeqq.

(a) Al. additur: *id eſt, de dilectione proximi, & ſex operibus miſericordiæ.*

(b) Sic Serm. 1. ac etiam 2. Dom. 1. poſt Oct. Pentec. quorum prior certe Bonaventurianus. Quid quod etiam *ſex opera miſericordiæ* memorat idemmet S. Bonav. Par. 1. de Eccl. Hier. cap. 2. Comment. in Apocal. cap. 4. num. 297. &c.? Item *virginitatem, quamvis cetera habeat, ſi miſericordiæ bonis caruerit, cum fornicatoribus ejici*, tradit S. Jo. Cryſoſtomus Hom. 79. in Matth. poſt init.; nec non ipſemet S. Bonav. infra Par. 2. De laude Melliſl. Nom. D. N. J. C. Serm. 8. num. 79. & 80. continentiæ virginali præmittit caritatem & miſericordiam.

(c) Ex eodem S. Gregor. ibi, ipſemet D. Bonav. etiam Lib. 2. Phar. cap. 25. ac etiam alibi.

(d) Vulg. *oves quidem a dextris ſuis*; ſed ut ſupra in 4. Diſt. 21. Par. 1. Art. 3. Q. 2. ad opp. 2.

(e) Vulg. *poſſidete paratum vobis regnum a conſtitutione mundi*; ſed *percipite regnum* in 4. ibi, ac alibi pluries; & *quod vobis paratum eſt*, ſcilicet *ab initio mundi* Serm. 1. Dom. 1. poſt Oct. Pentec.

(f) Vulg. *Diſcite a me*; ſed ut ſupra 4. Diſt. 44. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in Fundam. & alibi ſæpe.

(g) Quoad prædictos textus alias adhuc major eſt a Vulgata lectione variatio.

(h) Al. *ſunt*. Vid. cap. 2. Legendæ S. Franc.

Digitized by Google

Domino cor intuenti, si sola voluntas adsit. Nam & ipsam pro facto reputat voluntatem. (a) Nullus ergo se poterit excusare, quin omni petenti se tribuat (b), vel opere, vel voluntate. Non igitur se excusent qui dare non possunt. Tam enim afflicti, quam voluntaria paupertate (c) coacti voluntatem dare tenentur. Examinet autem se quilibet, si hanc habeat voluntatem. Cum enim vides pauperem, vel infirmum, vel peregrinum, & nulla compassione permotus tales pertransis, nec orationem, nec gemitum pro illo effundis; nunquid dandi habes voluntatem? nequaquam. Si enim non dividis affectum caritatis cum proximo indigente, perinde est ac si non compatiaris patienti. Si enim non condoles cum dolente; quomodo substantiam exteriorem divideres? Si non das compassionis affectum, qui quo plus datur, plus abundat; quomodo terrenam substantiam dares, quæ divisa minuitur? Quoties ergo videmus aliquem indigentem, agnoscamus Christum in illo: (d) quia & ipse indigens, membrum Christi est. Non claudamus viscera compassionis nostræ ab illo, & per hoc sciemus, quia caritas Christi manet in nobis. Maxime Virgines Christi intra albos flores munditiæ virginalis habeant hos aureos flosculos caritatis, sine qua nulla est munditia castitatis, nullus labor passionis, nulla scientiæ plenitudo januam vitæ ingreditur æternæ. (e)

NOTA utile monitum.

1. Jo. 3. 17.

Panis spiritualis frangendus pauperibus.

118. Nihilominus autem, immo & multo magis miserendum est miseris a via recta fidei, vel operum fidei exorbitantibus, & in peccatorum sorde jacentibus, sive ipsi sua peccata agnoscant, sive non: & frangendus est eis, id est, orationibus & lacrymis nostris ad misericordiam inclinandus, ille Panis cœlestis Angelorum dulcis Jesus (f).

Thren. 4. 4.

Similiter & illi quibus dedit Dominus intellectum, panem sacræ Scripturæ talibus frangent & apponent, orando Dominum, ut oculos eorum aperire dignetur, ut eum agnoscant, & cordis palatum sanent, & gustent, & videant, quoniam omnino suavis est Dominus: & ipsum in fractione panis, id est, sacra Scriptura, (g) agnoscant, quorum oculi intellectus ante tenebantur, ne eum cognoscerent, peccatorum sordibus superjectis. Frangendus est panis consolationis (b) his qui in pressuris sunt constituti, sive in languoribus corporis, sive in onere paupertatis, vel in semetipsis, vel in amicis suis: ut secundum consilium Sapientis detur *sicera mœrentibus, & vinum* dulcis consolationis *bis qui amaro sunt animo*, divitem semper voluntatem habentes ad omnes; non solum ad amicos & domesticos fidei, verum etiam ad inimicos, ut simus filii Patris nostri qui in cœlis est, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos. (i) Sed forte dicet aliquis: Quid deperit Deo meo, quod solem suum & pluviam suam tam bonis quam malis largitur? Nihil, inquam, immo & prodest; quia plerumque vincuntur mali multitudine bonitatis & beneficiorum Dei, & a pravis suis itineribus convertuntur. Et tu dic mihi: Quid deperit tibi, si caritatem tuam, quæ quasi sol ceteras virtutes illuminat (k), & pluviam lacrymarum tuarum etiam cum inimicis dividas orando & lacrymando pro illis, ut quandoque revertantur ad cor, & errores suos agnoscant, & caritatis unitatem recipiant? O si scires bonitatem optimi Dei, & quam bonus est qui te monet orare pro persequentibus & calumniantibus te, & quantam mercedem talia orantibus paret! certe jamdudum petivisses ab eo, & dedisset tibi

Prov. 31. 6.

Gal. 6. 10.

Matth. 5. 45.

Caritas quasi sol ceteras illuminans virtutes.

Ps. 84. 9.

Matth. 5. 44.

(a) In 2. Dist. 40. Ar. 2. Q. 1. ad opp. 5. *Ubi facultas deest, voluntas reputatur pro facto.* Quo sensu autem id intelligendum sit, vid. ibi in resp. ad 5. nec non ibi Dist. 42. Ar. 1. Q. 2. ad opp. 1. & in resp. ad 1.

(b) Phrasis Bonaventuriana cap. 1. d. Legen. S. Franc.

(c) De qua cap. 7. ejusdem Legen.

(d) Ibi cap. 8.

(e) *Tantæ siquidem virtutis est caritas, quod ipsa claudit infernum, sola aperit cœlum. : . . . . quæ si desit, frustra habentur cetera; si autem adsit, habentur omnia &c.*, cap. 7. de perfect. vit. ad Soror.

(f) Cap. 7. de Præparat. ad Missam, & Exposit. in Psalter. Ps. 40. nec non cap. 8. de perfect. vit. ad Soror. &c.

(g) Ita d. Exposit. in Psalter. Ps. 40. sive *doctrinæ* in ea contentæ *expositione & elucidatione*, Exposit. in cap. 4. Lament. Jer. Proph. ubi de *fractione panis* secundum utrumque Threnor. nec non Luc. cit. text. similiter loquitur.

(b) *Panem caritatis* vocat ead. Exposit. in Ps. 40.

(i) Ita De gradibus Virtutum cap. 1.

(k) 3. Dist. 36. Art. 1. Q. 6. nec non cit. cap. 7. de perfect. ad Soror.

Digitized by Google

tibi ſolem talis caritatis, & pluviam talium lacrymarum; qui dat omnibus affluenter, & non improperat, apud quem fons eſt vitæ, & in cujus lumine videbitur lumen, lux vera, quæ illuminat omnem hominem, dulcis Jeſus. Ad cujus exemplum divide & tu caritatem tuam, divide lacrymas tuas, tam cum inimicis tuis, quam cum amicis: ut ſis filius Patris tui cœleſtis & frater, & imitator Domini Jeſu, qui ſuper civitatem flevit peccatricem, pro occiſoribus ſuis oravit, ut non perirent.

Jac. 1. 5. *Pſ.* 35. 10. *Jo.* 1. 9. *Matth.* 5. 45. *Luc.* 19. 41. *Iſa.* 53. 12.

119. Sed jam ad finem floris hujus attingamus. Floſculus in medio floſculorum aureorum præeminens, ceteris omnibus longior, Divinitatem ſignat, quæ eſt ſuper omnia Deus benedictus in ſæcula, amen. Habet autem hic floſculus caput unum triangulum, per quod Trinitas ipſa deſignatur. (*a*) Unum enim caput Divinæ ſubſtantiæ unitatem figurat: tres vero anguli eminentes, & a ſe diſtincti, ſignant Trinitatis perſonas. (*b*) Summus eſt hic floſculus in lilio virginali, quia Virgo Domini omnes cogitationes ſuas, omnem voluntatem ſuam, omnia verba ſua, omnia facta ſua, omnem munditiam ſuam corporis & cordis ſui ad honorem Sponſi cœleſtis debet referre (*c*): quia ſi gloriam propriam quæſierit, lampadem, id eſt, purum corpus quidem habebit; ſed oleo lætitiæ ſpiritualis & igne caritatis carebit. Scimus autem, quod illis Virginibus dicturus ſit Sponſus, quæ lampades habebunt ſine oleo, verbum horribile, non ſolum auditu, ſed & cogitatu: *Neſcio vos*. O verbum aſperum! Libera nos Domine Jeſu, dum adhuc tempus eſt liberandi nos pauperes peccatores, a laqueo venantium: ne poſtmodum illud verbum aſperum audiamus. Scimus, quod adverſarius noſter ſerpens ille aſtutiſſimus innumerabiles & ſubtiliſſimos laqueos nobis obtendit; ut quos a bonis operibus non poteſt avertere, pravis ſuggeſtionibus de bonis ſaltem faciat operibus gloriari. Et quomodo putas eum fremere, quomodo ſtridere dentibus ſuis: cum videt Virgunculas teneras a primis infantiæ ſuæ rudimentis regnum mundi, & omnem ornatum ſæculi contemnere, & tam altam ſemitam virginitatis aſcendere? Quantas illum putas inſidias tendere nunc radici, nunc trunco, nunc foliis albis, nunc floſculis aureis lilii virginitatis: ut inducat eas in aliquo bonorum operum quærere gloriam propriam, ne ad virginitatis ſummæ apicem pertingant? Sed Virgo Chriſti ſemper reſpiciat in faciem Sponſi ſui, ut omnia faciat propter ipſum, omnia ad ipſum referat (*d*), in omnibus quærat ipſum, dicens cum ipſo: *Ego gloriam meam non quæro*: ſed honorifico Dominum meum, & ipſe honorificabit me: quia ipſe ſolus ſuſceptor meus & gloria mea, qui exaltabit caput meum, dulcis Jeſus. Siqua (*e*) Virginum ſic loquetur, & ſic aget; erit perfectum lilium, & florebit in æternum ante Dominum, & in Domino ſuo, & in Sponſo ſuo: & Dominus ſuus & Sponſus ſuus in ipſa florebit, qui in hortum Eccleſiæ ſuæ (*f*) deſcendit, ut talia lilia colligeret. (*g*)

S. Trinitas in lilio adumbrata. *Ad Rom.* 9. 5. Virginibus omnia referenda ad Sponſi gloriam. Satan ſtudet depravare bona opera per vanam gloriam. *Jo.* 8. 50. *Pſ.* 3. 4. *In Reſp.* 2. *Noct.* 1. *omn. Martyr.* *Cant.* 5. 2.

120. Hæc autem per quemdam exceſſum de flore lilii ſpiritualis, quo præcipue floret vitis & vita Dominus Jeſus, in gratiam Virginum, ad quarum notitiam hunc Tractatum credimus venturum, diligentius tractare ſtuduimus: (*b*) ut hic inveniant compendioſe, & facilius memoriæ commendent, tanto avidius legendo, quanto brevius, quod ab aliis ſanctis Patribus (*i*) dif-

Hic Tractatus compendium eorum, quæ a SS. PP. diffuſius pertractantur.

(*a*) Sic Serm. ſive Collat. 4 in Hexaem.

(*b*) Ita quoque ſecundum illud quod tradit in 1. Diſt. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 4. in concl. ubi ait, quod *Trinitas licet non habeat in creatura omnino ſimile, habet tamen aliquo modo quod creditur ſimile in creatura.*

(*c*) Pariter in Opuſc. de quinque Feſtivitatibus pueri Jeſu, de quo in Prodr. 575. nec non infra De regim. anim. n. 5. & alibi.

(*d*) Similiter in fine 1. 2. 3. ac 4. Lib. Sententiar., atque in fine Procem. Breviloq. & cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. &c.

(*e*) Al. *ſiquis*.

(*f*) Expoſit. in Cant. §. 361. col. 278. Vol. 2.

(*g*) Pariter S. Ambroſ. L. 3. de Virgin. hæc adaptat Virginibus.

(*h*) Similes alios Tractatus ad Virgines rite inſtituendas direxiſſe conſtat S. Bonaventuram, puta de perfect. vit. ad Soror., ac de regim. animæ &c.

(*i*) Horum auctoritates collegit Lib. 1. Phar. cap. 38. nempe Cypriani, Ambroſii, Hieronymi, Auguſtini, Gregorii, Iſidori, Bernardi &c. Satis mihi heic in fontem digitum intendiſſe.

Matth. 25. 12. *Pſ.* 123. 7.

Digitized by Google

diffusius est tractatum, & multis gravibus disputationibus aggravatum, quod propter difficultatem a simplicium Virginum simplici intellectu (a) non potest comprehendi. Nec timemus linguas detractorum, dicentium nos uniformitatem materiæ non servasse, qui a tractatu Vitis in tractatum Lilii ceciderimus: qui pro certo sciamus, nos a caritate & benignitate Christi, nimirum Virginum Sponsi, excusandos, cui in hoc Tractatu confitemur, sicut intelligimus, subserviisse, in cujus manu sumus & nos, & sermones nostri, quem, ut firmiter speramus, in hujus materiæ Tractatu secuti sumus, non gloriam Doctorum, (b) sed fructum dicentium requirentes. Veruntamen, quantum intelligo, non magis floret ullo aliquo flore Vitis nostra, non alterius alicujus floris tam attrahit fragrantiam, quam hujus lilii, id est, virtutis virginalis, cujus amore tot adolescentulæ attractæ, tam liberaliter currunt in odorem unguentorum Sponsi, voce simul & opere clamantes: *Trahe nos post te, in odorem (c) unguentorum tuorum curremus.* Quid enim amant tot Virginum millia, mundi illecebras spernentia? quid, inquam, tam amant in Sponso suo, cujus virtutis delectatione attrahuntur, quam odorem lilii, id est, amorem virginitatis? Licuerit ergo nobis hunc florem potissimum in Vite nostra commendare, quo nullus pretiosior, nec speciosior est in ipsa vite. Nunc autem ad alios compendiosius tractandos transeamus.

Digressionis a vite ad lilium ratio.

Cant. 1. 3.

CAPUT XXXIII.

De (d) rosa rubente & ardente.

121. Floret in Vite nostra, benignissimo (e) Jesu, (f) rosa rubens & ardens: rubens sanguine passionis, ardens igne caritatis, roscida effusione lacrymarum dulcissimi Jesu. Flevit enim & contristatus est propter me gaudium meum, immo gaudium Angelorum, optimus (g) Jesus, *qui*, ut ait Apostolus, *in diebus carnis suæ offerens vota supplicationesque (b) ad eum qui posset salvum facere eum (i) a morte; cum clamore valido & lacrymis; exauditus est pro sua reverentia.* Audis, cor non carneum, sed lapideum, illum magnum Jesum & optimum in diebus carnis suæ, quam pro me redimendo assumpserat, lacrymis maduisse, & adhuc aridum permanes? O cor durum! (k) audis commoveri pro me ad lacrymas illum, qui in æternum stat & non commovebitur: nec adhuc tu ad lacrymas commoveris? Addam & ignem caritatis & passionis sanguinem, si forte calefias, si emolliaris, ut dulcissimo Jesu pro lacrymis suis & sanguinis effusione solas saltem lacrymas rependas (l). Adhuc addam & malleum gravem; & cuneos ferreos incutiam tibi, ut scindaris. Nam si tu cor, sicut terra sine aqua, exaruisses; utique vel leviter posses emolliri solis perfusum lacrymis lacrymantis Jesu. Si autem a facie frigoris (m) iniquitatum induratum es in rigorem lapidis; addo instrumenta fortia, malleum crucis, & cuneos clavorum ferreorum, ut illis tibi incussis scindaris, & fontem lacrymarum effundas.

Efficax Parænesis ad lacrymas.

Ad Hebr. 5. 7.

Ps. 124. 1.

Ps. 142. 6.

122. Quod si nec adhuc commoveris, o cor durum & impœnitens, durius es silice, qui in deserto a Moyse bis percussus virga, emisit aquas largissimas: præsertim cum malleus crucis Domini validior sit ad feriendum, quam virga Moysi, & tres clavi ferrei percussi (n) efficaciores esse debeant ad aquam lacrymarum eliciendam, quam percussio virgæ Moysi geminata. Si vero & adhuc permanes inconcussum, eo quod in adamantis duritiem sis con-

Num. 20. 1.

(a) Phrasis Bonaventuriana.

(b) Ita idemmet S. Bonaventura; quia de nomine *Magistri*, sive *Doctoris*, dixit in Epistola ad Magistrum innominatum: *Pompa hujus nominis condemnanda est, & officium assumendum*, scilicet ut mox heic ipsemet subdit *ad fructum discentium requirendum*.

(c) Al. *in odore*; *in odorem* tamen antiquior. Edit. Venet.

(d) Al. *De flore caritatis, seu &c.*

(e) Al. *benigno*.

(f) Al. heic additur *nihilominus*.

(g) Al. *Dominus*.

(h) Al. *& supplicationes*.

(i) Vulg. *illum*.

(k) Confer cum Ligno Vit. Tit. *Jesus fletu rigatus*, ubi itidem: *O cor durum &c.*

(l) Vindobon. *effundas*, qui nihil habet sequentium usque ad num. 122.

(m) Alludere videtur ad illud Ps. 147. ver. 17. *ante faciem frigoris ejus &c.* Porro apud Lorinum idem est *ante faciem*, quod *a facie*. Et ita passim interferere Scripturæ phrases, sibique accommodare, D. Bonaventuræ perquam familiare est.

(n) Al. *tibi incussi*.

Digitized by Google

versum, qui solo hædi sanguine potest emolliri; (a) affero tibi hædi pariter & Agni incontaminati, optimi Jesu, sanguinem copiosum, calore incomparabilis caritatis fluentem (b), qui sua fortitudine illum adamantinum parietem inimicitiarum positum inter Deum & hominem, omnino comminuit & dissolvit (c). Hic paries per tot annorum millia duraverat, nec Lege, nec Prophetis ipsum diversorum præceptorum, commonitionum, & comminationum malleis percutientibus, aliqualiter (d) fuerat comminutus: sed accedente sanguine hædi & Agni nostri amabilis (e) Jesu, non tantum perforatus est, sed etiam destructus. (f) Dicitur autem Dominus Jesus (g) esse hædus, qui est immundum animal; quia nostram gestabat naturam (h), plenam in nobis immunditiis peccatorum; in ipso vero nihil peccati (i) habentem. Propter eximiam vero munditiam Agnus est, qui non solum non habet peccata, sed totius mundi tollit (k) peccata. (l)

Sanguis Christi efficax ad emollienda corda.

Jo. 1. 29.

123. Hujus ergo hædi & Agni nostri (m) copioso sanguine, te, (n) o cor adamantinum, involve (o); jace in illo, ut calefias, calefactum emolliaris, emollitum vero fontem lacrymarum emittas (p). Copiosa autem aqua opus est, ut reficiatur populus meus & jumenta. Est autem populus meus, motus animi mei rationales, quærentes ea quæ tantum spiritui meo conveniunt. Habeo & jumenta, nempe alias cogitationes, quæ circa carnem occupantur, quæ animæ tenentur servitutem impendere, ut jumentum: quas utrasque cogitationes decet refici fonte lacrymarum, ne in via vitæ hujus deficiant, vel a recto itinere declinent: ut quod bonum est in eis, confortetur, & sordidum abluatur; quæ virtus utraque in lacrymis invenitur. (q) Quæram ergo eum, & tunc (r) inveniam, fontem lacrymarum in lacrymis, in cruce, in clavis, postremo & in sanguine rubicundi mitissimi (s) Jesu. Legam ergo (t) & intelligam, quantum ipse annuerit, rubórem carnis & animæ dilecti ex dilecto (u) amantissimi Jesu. (x) Rubuit enim in utroque, id est, tam in carne, (y) quam in anima: in carne quidem (z) ex natura, quia naturaliter omnis caro rubea est; nec minus sanguine passionis, quo carnem suam caritate nostra compellente tam crebro, & tam (aa) copiose perfudit: quas sacratissimi sanguinis effusiones in superioribus (bb) constat frequenter (cc) nos explicasse. Unde videtur his (dd) minime hic (ee) immorandum, ne lectori fastidium generetur.

Num. 20. 11.

Virtus lacrymarum.

Cant. 5. 9.

124. Quis ergo (ff) nisi totus caro & sanguis, & qui in se nihil habeat spirituale, sanguinem istum fastidiat? Nemo contradicat, sed istum sanguinem Jesu purissimi nunc affectet. (gg) Quicunque (bb) semel isto dulcissimo sanguine

Sanguinis Christi sitis & desiderium.

(a) Plin. Natural. Hist. Lib. 37. cap. 4. S. Hier. Lib. 3. in Amos super cap. 7. Aug. de Civit. Dei Lib. 21. cap. 4. ac ipsemet Bonav. Serm. 2. in ord. 33. de una Sanc. Virg. inter ejus Sermones de Communi Sanctor.

(b) Al. *ferventem*.

(c) Eph. 2. 14. de sanguine Christi loquens Apostolus ait: *Ipse est pax, qui fecit utraque unum, & medium parietem maceriæ solvens, inimicitias in carne sua &c.* Sic ad sensum Scripturarum sæpius loqui solet D. Bonaventura.

(d) Vide supra cap. 28. num. 97. Hoc certe scholasticum adverbium stilum potius Bonaventuræ sapit, quam Bernardi.

(e) Al. *benigni*.

(f) Al. *perforatus, sed & destructus est*.

(g) Al. *& bonus Jesus, etsi purissimus*.

(h) Al. *carnem nostram gestabat*.

(i) Al. *ejusmodi*.

(k) Al. *tulit*.

(l) Sic Comment. in Jo. Evang. ibi.

(m) Al. absque *nostri*.

(n) Al. sine *te*.

(o) Al. *inungere & immergere*.

(p) Al. *effundas*. In Vindobon. desunt cetera usque ad paulo infra *Quæram ergo &c.*

(q) Morales expositiones prædictæ similes passim apud D. Bonaventuram occurrunt.

(r) Al. *mihi, & utinam*.

(s) Al. sine *mitissimi*.

(t) Vel τὸ *ergo* toties repetitum denotare videtur Scriptorem Scholasticum.

(u) Exposit. in Cant. ibi.

(x) Hæc periodus in Vindobon. non habetur.

(y) Al. *in corpore*.

(z) Al. absque *quidem*.

(aa) Al. *tamque*.

(bb) Supra cap. 2. num. 2. cap. 4. num. 13. cap. 5. num. 24. cap. 10. num. 37. &c.

(cc) Al. *frequenter meminimus*.

(dd) Al. *In his igitur*.

(ee) Al. absque *hic*; sed *hic* addendum, quia de his cap. 36. & seqq. data opera fusius acturus est.

(ff) Al. *Sed quis*; sed & repetitio hujus *ergo* rursus innuit Scholasticum Scriptorem.

(gg) Al. *Quis volens se de sanguinibus contractis liberari, istum purissimum salubérrimumque sanguinem Jesu purissimi non affectet?*

(bb) Al. *Quis*.

Digitized by Google

Pſ. 67. 11. ne fuerit (a) inebriatus, quem paravit in dulcedine ſua pauperi Deus, nonne magis magiſque ſitiet (b), audiens & intelligens (c) vocem Sapientiæ Dei, Unigeniti Patris, optimi Jeſu dicentis:

Eccli 24. 29. *Qui edunt me adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient?* Si verum eſt (d), humano ſanguini præ ceterorum animalium ſanguine (e) tantam naturaliter ineſſe dulcedinem; ut cum ſemel a beſtiis quibuslibet (f) fuerit guſtatus, illum de cetero ſemper guſtare deſiderent (g), ita ut aliis animalibus poſtpoſitis, ſanguini inſidientur humano, & in mortem ſuam pro illo acquirendo corruant (h): quid faciendum ei, qui credit, ſe habere in ſe ſanguinem illius hominis Filii Dei, veri Dei & hominis, optimi Jeſu? (i) Ecce ſitiunt irrationales beſtiæ ſanguinem hominis; & ego non ſitiam Sanguinem Dei & hominis optimi Jeſu? (k) Beſtiæ quanto plus guſtaverint, tanto plus ſitiunt ſanguinem humanum; & ego faſtidiam Sanguinem Dei & hominis benigniſſimi Jeſu? (l) Beſtiæ corruunt (m) in mortem, pro dulci humano ſanguine acquirendo; & ego (n) non feſtinabo, & emam abſque ulla commutatione, vinum & lac? (o) Quando nobis Sapientia Patris Altiſſimi benigniſſimus Jeſus in cratere carnis ſuæ miſcuit (p) ſanguinem ſuum, pretium vitæ noſtræ. Properate mecum, qui diligitis dulcem Jeſum: (q) emite non corruptibilibus auro & argento, ſed commutatione morum, & converſationis veſtræ, vinum & lac, vinum ſanguinem puriſſimum, inebriantem perfectos, & lac parvulos nutriens. (r) Si perfectus, ſi fortis es; vinum eſt tibi ſanguis Jeſu, (s) ſanguis uvæ (t) meraciſſimus. Sed ſi (u) adhuc infirmus es, & cui opus ſit lacte, lac eſt tibi ad nutriendum te. Bibe ergo ſanguinem hunc meraciſſimum fide, memoria, & intuitu ſpirituali. (x) Ecce ſub compendio, iterumque reduco tibi multiplicem Sanguinis effuſionem largiſſimi Jeſu, qua roſam paſſionis & caritatis ſuæ rubricavit. Caritatis quidem illius ardorem humanus comprehendere non ſufficit intellectus, niſi quantum ex paſſione ipſius, quæ cunctis apparuit, comprehendit.

Beſtiæ ſanguinis humani avidæ ob dulcedinem.

Iſa. 55. 1.

1. Pet. 1. 18.

Deut. 32. 14.

CAPUT XXXIV.

De roſa caritatis.

125. Viſo ergo de roſa ſanguinis, videndum eſt de roſa caritatis, deinde Paſſionis. (y) Ardorem roſæ, ruborem, & flammam ineffabilis caritatis perpendemus, ſi diligentius (z) videamus, quis, quales (aa), quantum, quare amaverit amator miſericors & mirabilis. Amator noſter eſt ille, quo nihil majus, nihil ditius, nihil fortius, cui omnis ſpiritus confitetur, quia (bb) *Deus meus es tu, quoniam* (cc) *bonorum meorum non eges*. In hoc vero bene (dd) comprehenditur, quis amator noſter ſit, quia ſcilicet (ee) Deus; & quare amaverit, ex conſequenti (ff) elicitur, quod

Pſ. 15. 2.

(a) Al. abſque *fuerit*. *Jeſu puriſſimi non affectet*
(b) Al. *non magis ac magis ſitiat.*
(c) Al. *veram*, ſed ſine *& intelligens*.
(d) Al. additur *imo quia verum eſt.*
(e) Al. *præ ceteris.*
(f) Al. *cum a beſtia qualibet.*
(g) Al. in ſingulari *deſideret*. Inter ea quæ deſiderant humanum ſanguinem, ſunt hirudines, quas *ſanguiſugas* nuncupant, de quibus Plinius L. 32. cap. 10.
(h) Al. *ruant.*
(i) Al. *quantum in ſe credis habere dulcedinis ſanguinem Filii hominis Jeſu Chriſti?*
(k) Al. tantum *Filii Dei?* Vid. Job 39. de pullis aquilæ lambentibus ſanguinem, idque SS. Ambroſium, Chryſoſtomum, & Gregorium pulchre Chriſto, & Chriſtianis allegorice adaptantes.
(l) Al. *benigni Jeſu?*
(m) Al. *ruunt.*
(n) Al. *dulcedine humani ſanguinis attractæ: ego &c.*
(o) Al. *feſtinabo ad vitam meam; & ſanguinem rubicundi Jeſu & candidi? Imo vero feſtinabo, emam, & bibam. Emam abſque argento, & abſque ulla commutatione vinum & mel: quæ &c.*
(p) Al. *benignius miſcuit in cratere cordis ſui; nimirum &c.*
(q) Al. *Dominum.*
(r) Al. *ſanguinem illum dico puriſſimum, pretioſiſſimum, inebriantem perfectos ut vinum, ut lac parvulos nutrientem.*
(s) Al. *iſte.*
(t) Al. ſine *uvæ.*
(u) Al. tantum. *Si.*
(x) Hæc deſunt in Vindob. uſque ad c. ſeq.
(y) Al. *Verumtamen prius de roſa caritatis, quam de roſa Paſſionis videamus.*
(z) Al. *Ardorem roſæ caritatis perpendemus, ſi diligenter &c.*
(aa) Al. *qualis.*
(bb) Al. *quoniam.*
(cc) Al. *quia.*
(dd) Al. *brevi verſu.*
(ee) Al. *quis Deus.*
(ff) Al. *ex verbo ſequenti.*

Digitized by Google

quod (a) non ideo amavit nos, ut aliquid noſtri acciperet, qui bonorum noſtrorum non indiget: ſed gratuita caritate ſua. Quia (b) ſi etiam in nobis eſſet aliquid boni, quod ille appeteret, non hoc a nobis, ſed ab illo haberemus. (c) Quales (d) autem amaverit nos amator noſter, exponit ille qui ait: *Cum adhuc peccatores, (e) & inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo.* (f) Juſtus enim injuſtos, ſolus bonus & pius peccatores & impios adamavit. O quanta dignatio! Jam vero quantum amaverit, videamus. Quis hoc ſufficienter dicat?

Ad Rom. 5. 8. ac 10.

CAPUT XXXV.

De roſa Paſſionis.

126. Ecce in expoſitione hujus (g) debemus (h) roſam paſſionis roſæ caritatis conjungere; ut roſa caritatis in paſſione rubeſcat, & roſa paſſionis igne caritatis ardeſcat. Tantum enim dilexit nos dilector noſter, ut caritatis ardore cogente ruborem paſſionis adjungeret (i), traderetque in mortem animam ſuam, mortem autem crucis, non breviter tranſeuntis, ſed a principio ortus ſui uſque in finem mortis ſuæ duriſſimæ perdurantis. Sicut etenim ſuperius (k) veſtræ commendavimus caritati, crux optimi Jeſu Chriſti non tantum fuit unius diei; ſed tota vita illius crux fuit & martyrium (l). Omnia ergo quæ paſſus eſt bonus Jeſus (m) in diebus carnis ſuæ, ad ruborem utique (n) pertinent roſæ paſſionis, quamvis effuſionibus crebris ſacratiſſimi ſanguinis ipſius ſpecialiter fuerit rubricata (o). Sed quia omnia quæ paſſus eſt enumerare non poſſumus, Sanguinis effuſiones ſalutiferas nos non pigeat iterare: ut quæ jugiter ſunt memoranda, tenaci memoriæ acrius (p) imprimantur.

Ad Philip. 2. 30. ac S. vide non Iſa. 53. 12.

Chriſti omnis vita fuit crux & martyrium.

Ad Hebr. 5. 7.

CAPUT XXXVI.

De ſeptem effuſionibus Sanguinis (q) Vitis noſtræ Jeſu Chriſti.

127. Primam ergo ſanguinis ejus (r) effuſionem legimus in circumciſione, quando nomen ejus vocatum eſt Jeſus, jam tunc myſtice ſignificando (s), quod effuſione ſanguinis ſui futurus nobis eſſet verus Jeſus, id eſt, Salvator (t). Audiant & intelligant tam pueri teneri, quam puellæ; & frequenter eorum mentibus inculcetur maturum martyrium innocentiſſimi (u) Jeſu. Unde & Iſaias de nativitate ejuſdem Jeſu Chriſti loquens ait: *Puer (x) natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: cujus imperium (y) ſuper humerum ejus*, crucem, quam imperii nomine ſignificavit, nativitati ejus ſtatim adjungendo (z): quia profecto a nativitatis exordio paſſio crucis ſimul exorta eſt. (aa) Non modicum enim pertinet ad commendationem rubicundæ paſſionis, quod Salvator

Prima effuſio in Circumciſione.

Iſa. 9. 6.

A Nativitate Chriſti paſſio incipit.

(a) Al. *videlicet*.
(b) Al. *non eget: ſed gratuita gratia ſua. Quod &c.*
(c) Ita & alibi, puta infra Par. 2. de laude Melliſ. Nom. D. N. J. C. Ser. 9. n. 85. ad mentem S. Pauli 1. Cor. 4. 7. atque SS. Auguſtini, Proſperi, & Fulgentii. Vid. quoque S. Leon. Magn. Serm. 38. al. 37. in Epiph. Solemn. 7. cap. 3. & Epiſt. 1. al. 6. ad Aquilejen. Epiſc. cap. 3. Et huc quoque ſpectat quod ſapienter ait S. Ephrem Tract. de Pœnit. *Præbe Deo non tua, ut tibi det quæ ſunt ſua.*
(d) Al. *Qualiter*.
(e) Al. tantum *inimici*.
(f) Unde in Soliloq. cap. 1. ſic introducit Chriſtum Homini loquentem: *Cum inimicus eſſes Patri, reconciliavi te &c.*
(g) Al. additur *verbi*.
(h) Al. *neceſſarium habemus*.
(i) Al. *incideret*.
(k) Cap. 5. num. 22.
(l) Vid. ibi. At prædicta in Vindobon. deſunt.
(m) Al. *quæcumque paſſus eſt Dominus*.
(n) Al. heic additur *paſſionis*.
(o) Supra cap. 4. num. 15.
(p) Al. *arctius*.
(q) *Septem* quoque memorantur Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 19. num. 1428. atque Serm. 1. Dom. in Paſſio. ſub S. Bonav. nomine. *Octo* autem Expoſit. in cap. 3. Lament. Jer. Proph. Circa eas vide etiam in Ligno Vit. Tit. *Jeſus conformis Patribus*, & Tit. *Jeſus cruore madidus*; nec non Expoſit. in c. 22. S. Luc.
(r) Al. tantum *Primam ſanguinis &c.*
(s) Al. *myſterio hoc ſignificante*.
(t) Supra cap. 2. num. 2. in not. *x*.
(u) Al. *innocentis*.
(x) Al. *loquens: Puer, inquit, &c.*
(y) Vulg. *& factus eſt principatus*. Ab aliis tamen apud Malvendam loco *principatus* itidem redditur *imperium*. Nec non ipſemet S. Bona. Expoſit. in ſacr. Miſſæ Myſterium: *Ipſa Crux eſt imperium ſuper humerum Salvatoris*.
(z) Al. *nativitati ſtatim adjungens*.
(aa) Ita cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. Vid. ſupra d. cap. 5. num. 22. not. *k*.

Digitized by Google

vator noster in alieno loco, in (a) hieme, in medio noctis, extra diversorium (b), in stabulis animalium, (c) a Matre paupercula natus est. Et licet ibi nullus sanguis ejus effusus fuerit (d) nihilominus tamen post parvum temporis intervallum, id est, septem dierum spatium, subsecutus est (e). O quanta commendatio caritatis! Vix natus est cœli gloria, cœli divitiæ, cœli deliciæ, dulcissimus & amantissimus (f) Jesus: & ecce recenti ortui crucis ignominia, crucis dolor, crucis paupertas maxima (g) copulatur: sed redemit miseriam crucis, imperii nomen verum. Cruce etenim totum mundum simul & infernum (h) subjugavit, qui regnavit a ligno (i) fortis Jesus. Propter enim crucem, ad quam humiliavit semetipsum (k) factus obediens usque ad mortem, exaltavit illum Deus Pater, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Bene ergo in prima effusione sanguinis Agni purissimi appellatum est ejus nomen Jesus; quoniam pro salvatione nostra sanguis ejus fundi cœpit, (l) qui in completione salutis nostræ totus fuerat effundendus.

Ps. 95. 10. Ad Philip. 2. 8. & seqq.

CAPUT XXXVII.

De secunda effusione Sanguinis.

128. Secunda Sanguinis dulcissimi Jesu effusio, (m) qua passionis rosa coloratur, invenitur in sudore sanguineo orantis & agonizantis Jesu; quia *factus* (n) *in agonia prolixius orabat: & factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram.* Ut cessent omnes ceteræ sanguinis purissimi effusiones; nunquid hæc sola non poterit rosam nostram sufficienter rubricare? (o) Vere potest. Contremisce ergo & scindere cor meum miserum, & sanguineis lacrymis immadesce (p): quia ecce Creator meus pro me sanguineo sudore (q) perfunditur; nec levi quidem, sed decurrente in terram. Væ misero cordi! quod tali & tanto sudore perfusum, non madescit. Inspice tribulationem mitissimi illius, qui agonizabat, (r) cum toto

Secunda effusio in Agonia.

Luc. 22. 43. & seq.

(a) Al. additur *media*.

(b) Al. *in stabulo diversorii*.

(c) Expos. in cap. 2. S. Luc. *non habebant locum nisi arctissimum inter bruta animalia*.

(d) Al. *est, licet ibi sanguis ejus effusus non fuerit*.

(e) Al. *quod tam parvo temporis intervallo, id est, septem dierum spatio, secutum est. O quanta caritas!*

(f) Al. tantum *dulcis Jesus*.

(g) Al. sine *maxima*; sed de *maxima crucis paupertate* idemmet S. Bonaventura, ne amplius dubites hujus Tractatus auctorem, sic loquitur in Amatorio „ Prima paupertas fuit, „ quod tantum non habebat, quod in propria „ domo suum caput reclinare posset. Secunda „ vero major juxta crucem, quod vestes non „ habebat, quibus membra tegere posset. Ter„ tia autem maxima, quod nec spatium pedis „ voluit in terra habere, unde in aera ascen„ dit, quando in cruce pro te pendere vo„ luit. “ Vid. supra col. 11. not. *b*.

(h) Al. *inferos*.

(i) *A ligno* ibi in Vulg. deest; sed legit *a ligno* etiam idemmet auctor S. Bonav. Expos. in Psalter. Ps. 44. Insuper legerunt *a ligno* Justinus Martyr, Tertullianus, Auctor Opusculi *de Montibus Sina & Sion* sub S. Cypriani nomine, Arnobius, Lactantius, Ambrosius, Augustinus, Leo, Cassiodorus, Gregorius &c. Quibus accedit Ecclesia ipsa in Hym. Pass. & in Cruc. commemorat. temp. Pascha. Item Psalter. vet. Rom., & Goth. nec non Græco-Lat. aliique Codd. apud Blanchinium, qui nullus dubitat, nedum fuisse in pura puta LXX. Translatione, verum etiam in Hebraico Textu primum extitisse; ac jure meritoque conqueri S. Justinum Martyrem in Dialogo cum Tryphone, quod Judæi, exorta vix Christi Ecclesia, in Crucis odium ea verba sustulerint, abraserintque. Accedunt huic faventes lectioni Germonius in Tract. de Veteribus Hæreticis Ecclesiasticorum Codicum Corruptoribus Lib. 1. Par. 2. c. 1. Nobilius in adnotationibus ad Sixtinam LXX. Editionem an. 1568. ad d. verba Ps. 95. Bossuet ibi. Ansaldus de authenticis sacrarum Scripturarum apud SS. Patres lectionibus L. 1. cap. 6. Item Vossius, Sa, Estius, Lorinus, Torneminius &c.

(k) Al. *seipsum*.

(l) Al. *aptatum est ei hoc nomen Jesus, eo quod jam tunc pro salute nostra sanguinem fundere inciperet*. Confer cum Lig. Vit. Tit. *Jesus conformis Patribus*.

(m) Al. *sanguinis effusio Jesu Christi*.

(n) Al. *benigni Jesu. Ita enim ait Evangelista: Et factus &c.*

(o) Illud autem *sacrosanctum corpus toties fuit pro nobis sacro sanguine rubricatum, ut sic appareat verum illud: Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio*, Expos. in Luc. loc. supra cit. *Et vere copiosa* (addit in Amator.) *quia per quinque partes de corpore ejus unda sanguinis emanavit, cum ad redemptionem totius Orbis una pretiosissimi sanguinis sui gutta sufficeret*.

(p) Al. *Vere potest conscindere cor meum miserum, & sanguineis lacrymis madefacere*.

(q) Al. *cruore*.

(r) Al. *ipsius mitissimi cordis, qua angebatur*.

Digitized by Google

toto corpore ex omni parte sanguineus sudor manaret. (a) Neque enim corpus extrinsecus tanto talique sudore defluueret, si cor intrinsecus nullius doloris molestia frangeretur. (b) *Contritum est cor meum in medio mei*, (c) ait Prophe- *Jer. 23. 9.*
ta. Sciſſo igitur corde interius, sciſſa est & exterius pellis nostri Salomonis (d) amantissimi Jesu, & effusus est sudor sanguineus super terram. Rubricata est rosa passionis & caritatis Christi rubicundi Jesu. Ecce quam rubicundus, & quam totus rubicundus! Nec vacat a mysterio ista sanguinis optimi (e) Jesu effusio generalis. Sudavit enim toto corpore sanguinem, qui nostras venerat tollere infirmitates ex nostro corpore (f) & sanguine contractas: ut ad convalescentiam (g) & sanitatem totius corporis spiritualis, quod est Ecclesia, (h) sufficeret sudor sanguineus ab omni parte Capitis nostri Jesu profusus (i). Liberati ergo sumus de sanguinibus, (k) a Deo salutari nostro be- *Ps. 50. 16.*
nigniſſimo Jesu, pro nobis sanguinem liberaliſſime effundente. (l) Vel hoc certe significabat sudor sanguineus ab omni parte (m) Capitis nostri effusus; quia in toto corpore suo spirituali, quod est Ecclesia, sanguis erat Martyrum effundendus, & etiam erat (n) Ecclesia rubricanda.

PAPUT XXXVIII.

De tertia Sanguinis effusione.

129. Tertia sanguinis effusio fuit in vellicatione genarum, cujus testimonium habemus in Propheta dicente ex persona ipsius Crucifixi: *Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus* (o). Quod quidam exponunt de laceratione maxillarum facta cum unguibus impiorum Judæorum; quidam vero de extractione barbæ Domini Jesu (p). quod sive utrumque, sive alterum verum sit, non tamen sine effusione sanguinis factum est. (q) Video ergo sacrilegas manus impiissimæ gentis non saturatas colaphis & alapis, & conspuitione (r) desiderabilis vultus Christi: sed etiam ad genarum ipsius vellicationem exarsisse, & a vultu quoque dilectissimo (s) ad rubricationem rosæ nostræ sanguinem elicuisse. Video Agni illius immaculati patientiam admirabilem (t) & inimitandam (u), genas pudicissimas impudicissimorum unguibus lacerandas cum omni mansuetudine præbuisse: (x) ut saltem patienter sufferamus, si aliquando faciem nostram con- *Ps. 68. 8.*
fusio propter ipsum operiat. (y)

Tertia effusio in vellicatione genarum.

Isa. 50. 6.

CA-

(a) Virg. 3. Æn. *Tum gelidus toto manabat corpore sudor.*

(b) Sæpe cit. Opusc. de perfect. vit. ad Soror. cap. 6. nec non in Lig. Vit. Tit. *Jesus orans prostratus.*

(c) Al. *in me ipso.*

(d) Alludit ad illud Cant. 1. 4. *Sicut pelles Salomonis.* Al. deest quod sequitur *amantissimi Jesu &c.*

(e) Al. deest *optimi.*

(f) Ita & Editio antiquior. Al. *ex carne nostra.*

(g) *Vox convalescentiæ* est etiam apud Symmach. Lib. 3. Epist. 11.

(h) Al. *sive Ecclesiæ.*

(i) Al. *corporis, capitis scilicet nostri Domini Jesu Christi effusus.*

(k) Scilicet *Peccati* Exposit. in d. Ps. ibi.

(l) Al. *Deo gratia sit auctori salutis nostræ benigno Jesu, qui suum pro nobis sanguinem liberalissime effudit.*

(m) Al. *a toto corpore.*

(n) Al. *sine etiam erat.*

(o) Confer Vol. 1. hujus Supplementi Comment. in Joan. Evang. cap. 19. num. 1218. Certe Patres omnes apud Gordonum hæc verba, ut sunt clarissima, accipiunt de Christo, ut merito dicant Isaiam videri Evangelistam.

(p) Al. *quidam autem de evulsione barbæ Domini.* Porro de *vellentibus pilos barbæ* ipsius Domini Jesu Christi prædicta verba etiam interpretatur Mariana, consentitque Malvenda eadem pariter exponens de *avellentibus barbam indignissime.*

(q) Al. *Potest utrumque fuisse verum. Credo non sine aliqua sanguinis effusione id peractum.*

(r) Al. *consputione.*

(s) Al. *dulcissimo.*

(t) S. Cyprianus L. de Bono Patientiæ: *Inter cætera admirabilia virtutum, quibus indicia Divinæ Majestatis expressit, paternam quoque patientiam tolerantiæ tenore servavit.*

(u) Al. *imitandam*; sed huic lectioni *inimitandam* favet etiam Tertullianus Lib. de Patientia cap. 3. inquiens: *Qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. Hinc vel maxime Pharisæi Dominum agnoscere debuistis: patientiam hujusmodi nemo hominum perpetraret.* Sane patientia hæc plus quam humana, ac plane Divina fuit; unde ex ea collegit Centurio: *Vere Filius Dei erat iste.* Matth. 27. 54. Et Mar. 15. 39. *Vere hic homo Filius Dei erat.* Eo tamen sensu legere possumus *imitandam*; quia nobis aliquatenus imitanda præbetur.

(x) Al. *per quam genas &c. præbuit.*

(y) Al. heic additur: *imo & si quis nos cædat in faciem verbis & factis propter dulcem Jesum.*

Digitized by Google

CAPUT XXXIX.

De quarta effusione Sanguinis.

Quarta effusio in coronatione.

130. Quarta effusio sanguinis erat in corona spinea imposita, ac valide (*a*) impressa capiti dulcissimi Capitis nostri Jesu. (*b*) Satis est consentaneum (*c*) veritati, ut odientes (*d*) veritatem, non solum opprobrium ejus requirerent, sed & supplicium illius (*e*). Nec hic puto quidem rivos sanguinis defuisse, qui a capite irrisorie & invide coronati defluerent in collum simul & in faciem dulcissimi (*f*) Jesu: quia si noluissent coronato pœnam simul cum irrisionibus irrogare, facilius de aliis viminibus (*g*) vel virgulis arboris alicujus potuerant plexuisse coronam. Sed ut morum suorum aculeos demonstrarent, non gloria & honore coronatum; tunc spinarum aculeis coronaverunt Agnum mitissimum Dominum (*h*) Jesum. Et licet irrisorie (*i*) coronent; tamen irridentes & ignorantes coronatum Regem fatentur, quia Regum est proprie (*k*) coronari. Coronatus ergo Rex esse a nescientibus (*l*) demonstratur. In spinis vero coronantium malitia exprimitur (*m*). Moraliter autem (*n*) docemur imitari Caput nostrum, Regem & Ducem nostrum dulcissimum (*o*) Jesum (*p*). Si ergo malorum quorumlibet perversitate compungimur & irridemur, cum

Moralis eruditio pro irrisionibus æquanimiter sufferendis.

Caput nostrum ita compunctum, ita irrisum conspexerimus; non murmuremus, non recalcitremus: pauca quæ nobis in vita præsenti & brevi inferuntur, cum omni æquanimitate & patientia sufferendo: ut digni simus esse membra Capitis nostri; & boni bellatores simus, sequendo vestigia Signiferi (*q*) nostri.

CAPUT XL.

De quinta effusione Sanguinis.

Quinta effusio in flagellatione.

131. Quinta sanguinis effusio extitit (*r*) in crudeli flagellatione mansuetissimi Agni rosei Jesu. Et cum (*s*) quanta quantitate putas illum sacratissimum Sanguinem de consciso corpore flagellati (*t*) distillasse in terram? Cum quanta putas ferocitate (*u*) impiorum frementium, quanto fremitu sævientium flagellatum (*x*) fuisse dulcem Jesum, qui idcirco advenerat (*y*), ut nos a flagellis æternis liberaret? (*z*) *Sine causa*; inquit, *flagellis ceciderunt me*. Vere sine causa, nisi forte miserrimi & perversi bona opera tua pœnis digna judicarent, qui veritatem tuam in mendacio (*aa*) detinuerunt. Sed & his (*bb*) moraliter erudimur, (*cc*) ut, quia flagella pro nobis indignis tam patienter sustinuit dulcissimus noster Jesus, etiam nos flagellis Divinis nos subjiciamus. (*dd*) Quæ

In respons. Offic. Ecclesiast. in Passione.

Ad Rom. 1, 18.

Moralis eruditio pro flagellis æquanimiter tolerandis.

enim

(*a*) Edit. antiquior *invide*.

(*b*) Al. *Quartam sanguinis purissimi effusionem in corona invenire possumus, in corona spinea, non tamen leviter imposita, sed valide impressa capiti dulcissimo capitis mei dulcis Jesu.*

(*c*) Al. *enim consentit.*

(*d*) Al. *qui oderant.*

(*e*) Al. *opprobrium illius, sed supplicium requirant.*

(*f*) Al. *dulcis.*

(*g*) Al. *ramis.*

(*h*) Al. *dulcem.*

(*i*) Al. *in irrisione.*

(*k*) Al. *sine proprie.*

(*l*) *Quod nemo persequentium eum novit esse verum*, ait quoque Serm. 1. Dom. in Ramis Palmar. prope finem.

(*m*) Al. *aperitur.* Vid. Tertullianum Lib. de Corona Militis sub finem.

(*n*) In Vindobon. sequentia desunt usque ad num. 131.

(*o*) Al. *dulcem.*

(*p*) In Ligno Vit. Tit. *Jesus Ductor exercitus*, ac Tit. *Jesus Rex Regis filius.*

(*q*) Pariter vocat *signiferum* S. Franciscum in fine Legendæ ejus.

(*r*) Al. *rubricatio rosæ invenitur.*

(*s*) Al. *O cum.*

(*t*) Al. *e consciso corpore & flagellato.*

(*u*) Al. *O quanta putas sævitia.*

(*x*) Al. iterum *putas.*

(*y*) Al. *qui venerat.*

(*z*) S. Hieronymus in Matth. cap. 27. *Hoc factum est, ut, quia scriptum erat: Multa flagella peccatoris, illo flagellato nos a verberibus liberaremur.*

(*aa*) *In injustitia* secundum Vulg. Hæc autem dicitur *in mendacio*, quia secundum Matth. 26. 59. *Quærebant falsum testimonium contra Jesum, ut eum morti traderent.* Et ibi Apostolum loqui non tantum de Gentilibus, sive Paganis, sed & de Judæis incredulis, monet Cornelius a Lapide.

(*bb*) Al. *hic.*

(*cc*) Hujusmodi morales interpretationes repetere, uti hæc, & in fine cap. præcedentis, D. Bonaventuræ nostro animarum fructum quærenti familiarissimum est.

(*dd*) Al. *ut flagella benignissimi Patris nostri dicamus æquanimiter tolerare, qui pessimorum flagella pro nobis indignis tam patienter sustinuit dulcis Jesus.*

Digitized by Google

Ps. 37. 18. enim flagella non libenter sufferret (a) homo in flagella paratus, ad laborem natus, in peccatis nutritus & conversatus, hæreditati cœlestis aulæ deputatus (b), quæ nonnisi mundos recipit: Apocal. 19. 16. cum videat Regem omnium regum, & Dominum dominantium amantissimum (c) Jesum, qui peccatum non fecit, nec 1. Petr. 2. 22. inventus est dolus in ore ejus (d), tam gravibus flagellationibus esse contritum? Deut. 32. 6. (e) Audi o homo stulte & insipiens, & erudire, & non solum non refuge, Psal. 2. 12. sed etiam apprehende disciplinam, ne quando (f) pereas de via justa, Domi- Ad Rom. 8. 32. no tibi irascente: qui proprio Filio suo non pepercit, sed propter te tradidit ad flagellandum. (g) Non pepercit Filio suo naturali, consubstantiali sibi, & coæterno, & impassibili, quin pro salute tua ipsum faceret nasci in tempore, & passibilem; & flagellis conte- Isa. 53. 10. reret, sicut scriptum est: *Dominus voluit eum conterere in infirmitate*. Et quomodo parcet tibi filio adoptivo, cum sen- Gen. 8. 21. sus tui proni sint in malum? Quin in Ps. 31. 9. camo & fræno maxillas tuas constringet, ut saltem vexatio det tibi intelle- Isa. 28. 19. ctum: quatenus ad ipsum approximare cogaris, qui licet molestè, salubriter Ad Heb. 12. 6. tamen flagellat omnem filium, quem recipit.

CAPUT XLI.

De sexta & septima effusione Sanguinis.

Sexta effusio in fossione clavorum.

132. Sexta effusio sanguinis (b) in fossione clavorum copiosissime invenitur. Quis enim de fossis, immo & de perfossis manibus pedibusque innocentissimi (i) Jesu copiam sacrati sanguinis dubitet effluxisse, ut in (k) torrentibus hujus sanguinis nostras animas purpuraret? (l) Quia vere hic ardentissima caritas, hic rubicundissima passio invenitur. In hac magnitudine passionis, magnitudo consideretur caritatis: in ardore rosæ caritatis, ruborem considera passionis. Quis unquam tam gravia, & tam pudenda sustinuit? (m) Deus est qui patitur, nec in aliquo sibi durum torcular passionis (n) alleviat, qui ser- Isa. 63. 3. vis suis vel omnino auferre, vel alleviare, vel breviare vires tormentorum consuevit. Non pepercit sibi qui suis parcere novit. Hujus rei evidentiam vides in Evangelio Joannis, ubi cum ab his qui ad ipsum venerant capiendum, ei diceretur quod ipsum quærerent, subjunxit: *Ego sum;* (o) *si ergo me quæritis, sinite hos abire.* (p) O ardor verissimæ caritatis! Manifestat & tradit se caritas ipsa sævientibus inimicis, non parcens sibi, rogatque pro suis, ut parcatur illis. Captus ergo (q) post plurimas illusiones tam Judæorum, quam Gentium, post sanguinis plures effusiones, clavis in manibus & pedibus (r) perforatur & configitur ligno crucis Salvator noster, mitissimus dilectus (s) Jesus. Intuere & respice rosam passionis sanguineæ, quomodo rubet in indicium ardentissimæ caritatis. (t) Contendunt simul (u) passio & caritas: illa ut plus ardeat, ista ut plus rubeat. Sed

Christus sibi non parcit ut aliis parcat.

Jo. 18. 8.

Christus effusione Sanguinis ostendit ardorem caritatis.

(a) Al. *Quis enim flagella non sufferret.*
(b) Al. *destinatus.*
(c) Al. *dulcem.*
(d) Al. *& in cujus ore non est dolor inventus.*
(e) Cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. *Quanto quis innocentior, tantum pœna ad tolerandum gravior. Si enim Christus propter sua peccata sustinuisset, aliquantulum ei esset tolerabilior; sed ipse peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus &c.*
(f) Al. *ne forte quandoque.*
(g) Al. *flagellandum* absque *ad*. Sequentia omittuntur in Vindobon. usque ad num. 132.
(h) Al. heic additur quæ *rosam passionis rubricavit*.
(i) Al. *innocentis*.
(k) Al. *effluxisse? In torrentibus &c.*
(l) Al. *rosa nostra purpurata est.*
(m) Al. *passus fuit?*
(n) Sic Exposit. in cap. 1. Lament. Jer. Proph. ad v. 15.
(o) Al. superadditur *quem quæritis.*
(p) Sequentia prætermittuntur in Vindobon. usque ad *Captus ergo &c.*
(q) Heic incipiunt Lectiones secundi Nocturni in Festo Sacr. Quinque Vulner. D. N. J. C. Fer. Sex. post Dom. Sexag. de quo Festo vide sis Lib. inscriptum *Osservazioni sopra l' oggetto del culto nella Festa recente e particolare del Santissimo Cuore di Gesù esposte al pubblico da Cammillo Blasi Patrizio Osimano, e Avvocato della Curia Romana*, pag. 20. & seqq.
(r) Al. *clavis immitibus, manibus simul & pedibus*. Cui quidem lectioni favere videtur quod dicitur infra cap. 44. num. 151. ubi vocantur *immites fixuræ clavorum*. Aft in dd. Lectionibus sec. Noct. *clavis in mitibus manibus simul & pedibus*. Ut supra autem in Cod. Vindobon.
(s) Al. ac in iisdem Lectionibus sine *dilectus*.
(t) Heic est finis primæ lectioni d. sec. Nocturn. Cetera omittuntur usque ad *Vide quomodo*, a quibus verbis incipit secunda lectio.
(u) Al. sine *simul*.

Digitized by Google

Sed mirabiliter per ardorem caritatis fit passio rubea; quia si non diligeret, non pateretur: & in passionis rubore, ardor maximæ & incomparabilis ostenditur caritatis (*a*). Sicut enim rosa per frigus noctis clausa, solis ardore surgente tota aperitur, & foliis expansis in rubore demonstrat ardorem jucundum: ita flos cœli delicioſus, optimus Jesus Christus, qui multo tempore a peccato primi hominis, quasi in frigore noctis clausus fuit peccatoribus, nondum gratiæ (*b*) plenitudinem impendens, tandem plenitudine temporis accedente, radiis scilicet ardentis caritatis, in omni corporis sui parte apertus est, & (*c*) caritatis ardor in rubore sanguinis effusi refulsit. Vide ergo quomodo hoc flore rosæ floruit (*d*) rubicundus Jesus. Vide totum corpus, ubique florem rosæ invenies (*e*). Inspice manum unam & alteram. (*f*) Inspice pedem & unum & alterum; sic forte rosæ florem invenies. (*g*)

Ad Gal. 4. 4.

Septima effusio in apertione lateris.

133. Inspice lateris aperturam, (*h*) quia nec illa caret rosa, quamvis ipsa subrubea sit propter mixturam aquæ: quia, sicut narrat Evangelista, *cum unus militum lancea latus ejus perforasset; exivit sanguis & aqua*. (*i*) Ipse est enim qui venit per aquam, & non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem optimus Jesus Christus. O suavissime universorum Domine & Salvator bone Jesu, quas tibi digne offeremus gratiarum actiones? (*k*) Qui a principio ortus tui usque ad mortem durissimam, immo & post mortem, tantum sanguinis tui (*l*) effudisti, qui ardorem excellentissimæ caritatis tuæ tam crebris sanguinis tui effusionibus manifestare voluisti (*m*). O quam multo numero foliorum multiplicata & exornata est rosa tua! Quis omnia ista enumeret? Nimirum (*n*) guttas sanguinis effusi de dulcissimo latere & corpore amantissimi Jesu (*o*), & habebis passionis caritativæ (*p*) folia enumerata. Singulæ enim guttæ sanguinis sui, singula folia sunt. (*q*) Septimam effusionem Dominici sanguinis (*r*) diximus jam breviter, cum de apertura lateris diceremus (*s*), unde exivit sanguis & aqua, per quæ Baptismi accepimus sacramentum. (*t*)

Jo. 19. 34. *1. Jo. 5. 6.* *Jo. 19. 34.*

(*a*) Al. *maxima & incomparabilis ostenditur caritas*. Illa, inquam, *caritas* de qua in Amator. loquitur cum Hugone de S. Vict. de Arha animæ post med. *Cogita quantum diligat te, qui tanta pertulit propter te ..... ut caritatis ostenderet affectum &c.* Quapropter Clemens XIII. indulsit quibusdam Ecclesiis celebrationem Festi SS. Cordis Jesu, ut videlicet *charitatem Christi patientis, & pro generis humani redemptione morientis, Fideles sub sanctissimi Cordis Symbolo devotius, ac ferventius recolant &c.* ut loquitur Lectio 6. ejusdem Festi. Consulantur *Lettere Italiane aggiunte all' Antirretico in difesa della Dissertazione Commonitoria dell' Avvocato Cammillo Blasi sopra l' adorazione, e la Festa del cuore di Gesù*, pag. 78. nec non *Dissertatio Commonitoria suimet interpres ac vindex contra nuperum Benedicti Tetami de vero cultu & Festo Sanctissimi Cordis Jesu Apologeticum, Apostolorum Principi Petro Beatissimo ab Advocato Camillo Blasio nuncupata*, pag. 68.

(*b*) Al. sine *gratiæ*.

(*c*) Al. heic additur *rosæ*.

(*d*) Al. ac in lect. sec. *floruerit optima vitis nostra*.

(*e*) Ibi *sicubi rosæ sanguineæ florem non invenias.*

(*f*) Ibi additur: *si florem rosæ invenias in utraque*.

(*g*) Ibi: *Numquid non rosei?*

(*h*) Ut scias D. Bonaventuram spectasse hujusmodi Corporis Christi partes, ac præcipue *lateris aperturam*, & Cor ejus carneum, ut sic meditando, ac contemplando eas, excitaretur ad efformandam sibi caritatis ideam sub earundem symbolo, audi ipsum cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. „ Intuere coronam spineam, „ clavos ferreos, lanceam lateris, ibi contem„ plare vulnera Christi pedum, & vulnera ma„ nuum, vulnera lateris, vulnera totius cor„ poris: recolens, quia qui sic pro te passus „ fuit, qui pro te tanta sustinuit, quantum te „ amaverit &c. " Nec non in Amator. „ Per „ quinque partes de corpore ejus unda sangui„ nis emanavit, ut virtus dilectionis in bene„ ficii redundatione clarescceret. " Supradicta autem vox *apertura* legitur Amos 4. 3. & 9. 11. & ea utitur quoque Doctor Angelicus 3. Par. Q. 54. Art. 4. ad 2. quem etiam consule, si lubeat, ibi Q. 25. Art. 1. in corp. quoad cultum præstandum hujusmodi partibus in ordine ad totum.

(*i*) Heic desinit sec. Lect.

(*k*) Al. *quales tibi condignas gratiarum referre potero actiones?*

(*l*) Al. *pro me pretiosissimum sanguinem tuum.*

(*m*) Al. *curasti.*

(*n*) Al. *Numera.*

(*o*) Al. *de dulcissimo corpore dulcissimi Jesu.*

(*p*) Hæc vox certe magis D. Bonaventuræ, quam D. Bernardo conveniens est. Vid. Prodr. col. 607.

(*q*) Al. *folia sunt rosæ sanguineæ passionis ipsius.*

(*r*) Al. *Sed ideo ad alia transeamus, quia septimam sanguinis Dominici effusionem &c.*

(*s*) Al. *doceremus*. Nimirum supra cap. 3. ubi *de circumfossione vitis*.

(*t*) In Procem. 4. Sent., ac in Lign. Vit. Tit. *Jesus translanceatus &c.* Reliqua autem omnia deinceps sequentia desiderantur in Vindobon. usque ad illa verba cap. 44. num. 149.

Con-

Digitized by Google

CAPUT XLII.

De croco abſtinentiæ Vitis noſtræ.

Chriſtus virtute abſtinentiæ prælitus, cur. *1. ad Cor. 9. 27.*

134. Crocum etiam abſtinentiæ in noſtra vite, dulciſſimo Jeſu Chriſto ſentimus floruiſſe. Qui non propterea abſtinens fuerit, ut caſtigaret corpus ſuum, & in ſervitutem redigeret, ne forte reprobus efficeretur: ſed ut nobis formam daret & documentum abſtinentiæ: ſicut in circumciſione & baptiſmo, quæ non ad emundationem ſuam accepit, qui ſemper fuit mundiſſimus & omnium emundator; ſed ut obedientiæ nobis formam juſtitiæque donaret (*a*). Sine dubio virtutem habuit abſtinentiæ Rex virtutum, & præ omnibus Sanctis præteritis & futuris excellentius ſemetipſum macerans, non neceſſitate, ſed voluntate. (*b*) Sed objicitur (*c*) nobis ſententia de verbis ipſius Domini Salvatoris de ſe dicentis: *Venit* ad Judæos *Joannes* Baptiſta *neque* (*d*) *manducans, neque bibens, & dicunt* (*e*): *Dæmonium habet*. Item, *Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt* (*f*): *Ecce homo vorax & vini potator* (*g*), *amicus publicanorum & peccatorum*. Ecce teſtimonium veritatis, quod Joannes non manducavit neque bibit: & quod ipſe Jeſus & manducavit & bibit. (*b*) Nunquid ergo Joannes in abſtinentiæ virtute præcellit noſtrum dilectum Jeſum? Nequaquam (*i*).

Matth. 11. 18.

Ibid. 19.

An in ea Joannem excelluerit.

135. Sed notandum (*k*) quod duplex eſt abſtinentiæ virtus. Una intus in mente, altera foris in actu. (*l*) Et ea quidem quæ in mente eſt, ſemper eſt habenda: ea vero quæ eſt in actu, rerum ac temporum qualitate manifeſtanda eſt. Bene autem Joannes, qui purus homo erat, abſtinentiam tam in mente quam in corpore exercebat, ne forte contaminaretur: ſed homo noſter verus Jeſus, qui maculari non poterat, cibis & potibus pro tempore utebatur, ut conveſcentes ſibi ad virtutem attraheret abſtinentiæ, ceteraſque virtutes. (*m*) Nec credas ullo modo majorem eſſe virtutem omnino abſtinere a cibis, quam ipſis cibariis uti moderate. (*n*) Difficillimum eſt enim in cibariis modum ſervare omnimodum, ita ut ultra quam naturæ poteſt ſufficere, nihil ſumatur, nec ipſi naturæ aliquid de neceſſariis ſubtrahatur. (*o*) Si ergo contingat aliquem habere virtutem abſtinentiæ cum Joanne, ſcilicet ut ipſam mente & corpore exerceat; non condemnet eum, qui abſtinet cum perfectiſſimo Jeſu (*p*), id eſt, qui abſtinentiam, prout tempora exigunt & perſonæ, pro utilitate, vel proprii corporis, vel proximi nunc intendit, nunc remittit; obſervans tamen in omnibus omnia quæ circa virtutem abſtinentiæ ſunt ſervanda, ut ſemper vitii abſtinentiæ oppoſiti, id

Major virtus in moderato cibo, quam in omnimoda abſtinentia.

eſt

Confortare igitur nunc anima mea, & elevare miſera & infirma &c.

(*a*) 4. Diſt. 2. Art. 2. Q. 2. ad 3. & 4. ac Diſt. 3. Par. 2. Art. 3. Q. 1. ad 4. Item Expoſit. in cap. 2. & 3. S. Luc.

(*b*) Apolog. pauper. reſponſ. 2. cap. 2.

(*c*) Scholaſticus ejuſmodi loquendi modus a Bernardo nuſquam, quod ego ſciam, a Bonaventura autem crebro uſurpatur.

(*d*) Al. *non*.

(*e*) Al. *dixiſtis*.

(*f*) Al. *dicitis*.

(*g*) Al. *vinarius*.

(*h*) Rationem dat num. mox ſeq. cur ita manducaverit & biberit.

(*i*) In d. Apolog. ibi.

(*k*) Hic quoque notandi modus Bonaventuræ familiaris.

(*l*) Sive *uſu*, de quo S. Auguſtinus L. 3. de Doctr. Chriſt. c. 12. ait, *quod in omnibus talibus* (nimirum cibo, potu &c.) *non uſus rerum, ſed libido utentis in culpa eſt*.

(*m*) Pariter D. Tho. 3. par. Q. 40. Art. 2.

(*n*) In hanc rem Phar. L. 2. c. 36. hanc affert ex S. Hieron. ſententiam Epiſt. 10. ad Fur. „ Parcus cibus & venter ſemper eſuriens tri„ duanis jejuniis præfertur: & multo melius „ eſt quotidie parum, quam raro ſatis ſumere. „ Pluvia enim illa optima eſt, quæ ſenſim de„ ſcendit in terram: ſubitus autem & nimius „ imber in præceps arva ſubvertit.“ Vid. quoque Caſſian. de inſtit. Monach. L. 5.

(*o*) Prædictam difficultatem probat quod ait S. Auguſtinus Confeſſ. L. 10. c. 31. ante med. ac refert ipſemet D. Bonav. Phar. cit. Lib. 2. cap. 36. „ Hoc me docuiſti Domine, ut quemadmodum medicamenta, ſic alimenta ſumpturus accedam. Sed dum ad quietem ſatietatis ex indigentiæ moleſtia tranſeo, in ipſo tranſitu mihi inſidiatur laqueus concupiſcentiæ.“ Confirmat quoque S. Gregor. Moral. Lib. 35. cap. 20. num. 49. ad fin. eorumdem Moral. inquiens „ Pro neceſſitate cibus ſumitur, ſed in ipſo eſu dum furtim gula ſubrepit, edendi delectatio permiſcetur. „ Unde plerumque contingit, ut refectionem „ corporis, quam ſalutis cauſa cœpimus, cauſa voluptatis expleamus.“

(*p*) Quoniam ſcilicet *perfectius egit Chriſtus, quam Joannes; quia & puriori modo in ſeipſo abſtinuit, & aliis ex perfectiore caritate condeſcendit*, D. ipſe Bonav. in Apol. Pauper. Reſp. 2. partic. 2. Art. 1.

Digitized by Google

est gulæ, crimen evitet. Cujus vitii abusiones hoc versu notantur:

Quinque vitia vitanda in abstinentia.

Præpropere, laute, nimis, ardenter, studiose. (a)

Primum, Præpropere.

Præpropere enim comedunt & bibunt, qui tempus comedendi præveniunt, sola voluptate, non necessitate coacti. (b) In Vitis Patrum L. 4. Auctoribus Sulpitio & Cassiano c. 32. & L. 5. Auctore Græco incerto, interprete Pelagio, Libel. 13. n. 8. ac seq. Legimus in Vitis (c) Patrum de sanctis Patribus, qui hospitum spiritualium caritate devincti, tempus consuetum ciborum anticipaverunt, sed comedendo in caritate, se nequaquam solvisse jejunium æstimabant: (d) ita ut etiam aliqui post talem refectiunculam, Missarum celebrare solemnia non timerent. (e) Quod quamvis nobis non conveniat trahere in exemplum ut similiter faciamus, quoniam quidem ab eorum perfectione nos nimium separamur; eos tamen sine peccato talia fecisse confidimus, quæ nequaquam nisi Spiritu sancto ipsis veraciter revelante fecissent.

Secundum, Laute.

Laute comedunt, qui delicatis utuntur cibariis (f) sola delectatione attracti, quibus non sufficit naturalis sapor carnium, sive piscium, quem creator illis imposuit: sed modis naturæ contemptis quærunt adulterinos sapores piperis & salsamentorum variorum, ut sibi appetitum faciant comedendi, non metuentes optimum hominum creatorem vituperare in creaturis, dum alios illis sapores ipsi faciunt, quam creator naturæ earum præstiterit. O quantum hujusmodi alienos sapores homo Christianus vitare deberet, si adverteret dulcissimum & sapientissimum Dominum suum fecisse omnia bona valde, cujus creaturas vere bonas nullus nisi malus alterare (g) consuevit. (h) Consuevit dico, quia quandoque lautioribus uti cibariis pro infirmitate corporis repellenda; palato non alludente, sed renitente cibariis; nulla vel parva culpa est.

Lautitia ciborum notatur.

136. Ad eorum igitur confusionem, *quorum*, ut Apostolus ait, *Deus venter est; & gloria in confusione eorum*, quos idem adserit flendo inimicos esse crucis Christi, & imitatores illius pauperrimi & miserrimi divitis, qui epulabatur non aliquando pro sanitatis remedio, sed pro voluptate quotidie splendide: propter quod nec guttam aquæ (i), cum in inferno sepultus esset, meruit impetrare, ut refrigeraretur lingua ejus ardens profecto in flamma, quæ alienis semper & superfluis fuerat saporibus delectata: nec naturali aquæ frigore meruit refoveri, qui in voluptatibus suis naturæ saporem adulteraverat: ad eorum, inquam, confusionem, gentilis hominis memorare sententiam non gravabor, ut erubescat nomine Christianus, cum a meliore seipsum ignorante docetur, qui neque creaturas per creatorem venerari sciebat; nec asperos sciebat pati sapores pro Christo, quem vel nescivit, vel non credidit pro se in crucis patibulo vinum myrrhatum bibisse cum felle mixtum: (k) sed soli naturæ consentiens contra voluptuosos exclamat;

Ad Philip. 3. 19.

Luc. 16. 19. & seqq.

Mar. 15. 23. & Matth. 27. 34.

(a) Sic Centiloq. Par. 1. Sect. 23. *secundum Beatum Gregorium*, nimirum Moral. Lib. 30. c. 18. num. 60. Insuper *notat quinque vitia, quæ Gregorius super Job assignat*, Exposit. in Psalter. Ps. 43. Quodve ut supra quinque modis gula nos tentet, habetur quoque De consecr. d. 5. c. *Quinque modis*.

(b) Hinc ait in Reg. Novit. cap. 6. *nunquam voluptate, sed necessitate pascaris*.

(c) Al. *in vita*.

(d) Vide sis Cassianum Lib. 5. Instit. c. 24. Ruff. L. 3. n. 150. Pasch. c. 18. n. 1. apud Vitas Patrum Roberti Rosvveydi.

(e) De hoc more in Ægypto Sazomenus L. 7. Hist. Eccl. cap. 19. nec non de aliis quibusdam Ecclesiis Concil. Carthag. 3. can. 29., atque S. August. Epist. ad Januar. Vid. Joann. Grancolam Comment. Histor. in Breviar. Roman. cap. 59. Ceterum in Vitis Patrum Lib. 8. auctore Palladio Helenopol. Episcopo in Vita Abbatis 24. Or sic lego: *Viris magnis mos est, nihil carnis admittere, priusquam spirituale alimentum animæ tradiderint: hæc autem est Christi communio*.

(f) Ita de *cibariis nimis delicatis* infra in Ordinar. vit. relig. num. 25.

(g) Hoc etiam verbum congruit magis Bonaventuræ, quam Bernardo.

(h) Ad hanc tollendam consuetudinem, haud vitio carentem, vide quæ refert in fine cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. Ad confirmationem autem tam præcedentium, quam sequentium in Phar. Lib. 2. cap. 36. allegat illa verba S. Bernardi Epist. de vit. sol. circa med. „ Observandus est sumendi modus, & tempus, „ cibi quantitas & qualitas: fugienda quoque „ superflua & adulterina condimenta. Observandus est modus ut non effundat, qui comedit, animam suam super omnem cibum: „ tempus, ne ante horam: qualitas, qualibus „ utitur &c. “

(i) Sic in Exposit. Evang. S. Luc. ibi.

(k) Recte de hoc Poeta Gentili sic ait; quia sub Neronis imperio post Christum scripsit.

Digitized by Google

Lucan. L. 4.

O prodiga rerum
Luxuries, numquam parvo contenta (a) paratu,
Et quæsitorum terra pelagoque ciborum
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.
Discite, quam parvo liceat producere vitam,
Et quantum natura petat: non erigit agros
Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus.
Non auro gemmasque bibunt, sed gutture puro
Vita redit: satis est populis fluviusque Cereſque, (b)

id est, aqua & panis. Hæc satis concordant cum illa usitata sententia & vera: *Panis & aqua initium vitæ (c) hominis*. Nec adhuc conteruntur hac confusione durissimæ frontes voratorum, tam ipsius Veritatis verissimi Jesu, quam Apostoli ejus, immo ne gentilis quidem hominis reprehensione & eruditione percussæ, & dicunt, Christiani sumus: non tamen recipiunt vocem Christi in Apostolo loquentis & monentis: *Curam carnis ne feceritis in desideriis*. (d) Unde frequenter evenit, ut cum adhuc escæ eorum sint in ore eorum, ira Dei ascendat super eos: & qui deduxerunt in pessimis terminis dies suos, in puncto ad infernum descendunt (e); ubi vermis comedens ipsos non moritur, & ignis non extinguitur, (f) pro deliciis brevibus mala recipientes sempiterna.

Eccli 29. 28.

Ad Rom. 13. 14.

Psal. 72. 30. & seq.

Job 21. 13.

Isa. 66. 24. & Marc. 9. 45.

Tertium, Nimis.

137. Nimis comedere quid sit, omnibus notum est. Nimis enim comedit, qui ultra quam naturæ suæ sustentandæ possit sufficere, sumit alimenta, maxime si hoc scienter fecerit. Evenit enim non raro, ut homo suis laboribus consideratis plus vilium sumat alimentorum, ut in labore possit subsistere, & timore deficiendi cogente, mensuram refectionis excedat, a quo peccato vix credo aliquem esse immunem. Sed talia peccata crebris confessionibus, voluntariis abstinentiis, statim ut deprehenduntur, purganda sunt. In nullo autem genere ciborum illud vitium superfluitatis ciborum & potuum excusatur. Cum etiam legatur, quod peccatum Sodomæ fuit *abundantia panis*, (g) etiam diabolus tentaturus Dominum non de alio aliquo quam de pane tentavit; sciens profecto in nimio sumptu panis peccatum non deesse, qui primos parentes, & per ipsos omnes homines unius pomi comestione decepit: quamvis non ita facile in cibis vilibus mensura excedatur, ubi sapor non decipit (h), sicut in cibariis laute præparatis, & saporibus alteratis. (i)

Ezech. 16. 49.

Quartum, Ardenter.

138. Ardenter comedere est cibos vel potus cum nimio desiderio sumere; quod tam in vilibus, quam in delicatis potest cibariis evenire. Cujus rei exemplum habemus in Esau, qui vilis cibi delectatione attractus, ultro vendidit primogenita sua. Ita enim habet Genesis, quia veniente Esau de agro vidit Jacob fratrem suum coquentem lenticulam, cui dixit: *Da mihi de coctione tua hac rufa, quia oppido lassus sum*. Et facta pactione cum Jacob de venditione primogenitorum, comedit in voracitate coctionem nimis desideratam, & dignitatem primogenitorum (k) amisit. Quia enim nimium ardenter desiderabat lenticulam: *En*, inquit, *morior. Quid mihi proderunt primogenita?* Non est dubium, quin ardenter comederit acceptum, quod tam ardenter fue-

Gen. 25. 30.

Ibidem 32.

(a) Al. *contempta*; sed *contenta* in Edit. Venet. de qua mox.

(b) Pariter Exposit. in c. 16. S. Luc. laudat illa verba ejusdem Lucani:

O quæsitorum terra pelagoque ciborum,
Ambitiosa fames, & lautæ gloria mensæ.

(c) Al. *vita* sine *initium*.

(d) S. Greg. Lib. 30. Moral. cap. 18. num. 63. „ Dum sibi mens ex necessitate blanditur, „ ex voluptate decipitur. Scriptum quippe est: „ *Carnis curam ne feceritis in desideriis*. Quæ „ igitur fieri in desiderio prohibetur, in necessitate conceditur. “

(e) Ad sensum, non ad verba Vulg. dicentis ibi: *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt*.

(f) In 4. Dist. 50. Par. 1. Art. 2. Q. 1. in Fundam. & in concl. ac Q. 2. in concl.

(g) Integer textus in Vulg. sic sonat: *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis suæ, superbia, saturitas panis, & abundantia*. In Edit. Venet. ad signum Spei 1549. heic in marg. hæc apponitur nota: *Juxta tamen Hebraismum nomine lachem, id est, panis, cibus omnis intelligitur*. Cæterum loquitur etiam S. Gregorius apud Tho. Hibernicum verbo *Abstinentia* pag. m. 4. de usu edendorum *non ad superfluitatem ut Sodomitæ*. Sed quoad prædictum textum vide sis eumdem S. Greg. Moral. Lib. 30. cap. 18. num. 60.

(h) Al. *decipitur*.

(i) Supra num. 135. in not. g.

(k) Sic in d. Edit.; in Mabillon. autem *progenitorum*.

Digitized by Google

fuerat deſideratum (a). Miſerere, Domine miſericordiſſime Jeſu, mihi miſerrimo peccatori (b), qui nullam diem ſine peccato hujuſmodi me ſentio præterire; ne per talem exceſſum, fidei tuæ, qua tibi genitus ſum, merear perdere dignitatem. E contra & ſanctiſſimos Eliam & Joannem Baptiſtam carnibus nullis uſos fuiſſe accepimus, (c) & per ſobrietatem temperantiæ eos nullum ex hoc omnino meritum perdidiſſe.

Quintum, Studioſe.

139. Studioſe comedere eſt in cibis vel in potibus nimis diu immorari. De hoc expertis loquimur, & utinam non eſſemus experti, nec umquam experturi. Frequenter ſolet accidere, quod ſumptis cibariis, quæ ſecundum conſuetudinem neceſſitati ſumentis poſſent & deberent ſufficere, quædam ſurgat nova delectatio; quæ facit hominem improvidum, & inſidias diaboli non caventem illi cibo cum tanto ſtudio inhærere, tanquam nihil ante comederit, vel intra multos dies poſt hoc nil ſit ſumpturus ciborum. At qui gulæ ſpeciem in ſe deprehendunt, auxiliante Deo, huic facile poſſunt reſiſtere; quia impetus ejus non longius durat, quam dum a menſa ſurgatur, & illius quod tanto ſtudio deſideratur, memoria ſubducatur. Sunt autem plurimi, qui tale ſtudium comedendi, nec peccatum exiſtimant, nec etiam cuiquam ſuggerenti eſſe peccatum, fidem adhibeant; habentes in conſuetudine damnabili, nulli deſiderio reſiſtere, quod poſſit a natura aliqua obumbratione defendi: nec ponunt aliquam metam deſiderio comedendi; donec tempore deficiant fatigati. Sed Chriſtianus homo comedit ut vivat, non vivit ut comedat, ſicut quidam (d) ait. Ideoque & illud bene de inutilibus & voracibus:

Chriſtianus cur comedit.

Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati. Horatius 1. Epiſt. 2.

Chriſtianus autem non ſic: ſed ſemper ita ſurgat de menſa, ut adhuc habeat appetitum plura ſumendi, & eum, qui adhuc eſſet implendus cibariis, Domino Jeſu pro grato munere conferat appetitum, qui pro noſtra ſalute ſæpius eſurire voluit & ſitire. His & aliis ſimilibus rationibus unus aliquis inductus tanta ſe abſtinentia macerat, ut nimia conſumptus inedia in languores incidat diuturnos, ut nec ſibi, nec aliis valeat omnino prodeſſe: immo fiat etiam omnibus gravis; qui ſi gravarentur, ipſe potius alleviare deberet. Quis iſta docet? Quis iſta ſapiens faciet (e)? Ignorant tales, quod

Abſtinentia vitioſa.

Virtus eſt medium vitiorum utrinque (f) reductum. (g) Hor. 1. Epiſt. 18. Virtus eſt medium vitiorum.

Eſt enim quoddam medium inter nimis comedere, & nimis abſtinere: & illud medium eſt virtus; hoc eſt tantum ſumere alimentorum, ne nimis debilitetur natura; nec tantum, ut vitia vegetentur. (h) Quod ſi omnino tale medium ſervare non poteſt, tamen hoc cavere poteſt, ne nimis a medio re-

---

(a) S. Gregor. loc. cit. *Primogenitorum gloriam Eſau amiſit, quia magno æſtu deſiderii vilem cibum, ſcilicet lenticulam concupivit.* Vid. S. Auguſt. in Gloſſa ſuper illud ad Rom. 14. *Noli propter eſcam deſtruere opus Dei &c.*, nec non ipſum D. Bonav. in Apolog. Pauper. Reſponſ. 2. partic. 2. Art. 1.

(b) Præ maxima ſua humilitate ſe ſe quoque *peccatorem & per omnia indignum agnoſcit*, & vocat in Prol. Itiner. ment. in Deum.

(c) Sic in Apolog. pauper. reſponſ. 2. c. 2.

(d) Inter Socratis exhortat. in Floribus Thomæ Hibernici verbo *Vita humana præſens*, refertur: *Ede & bibas, ut bene vivas; non vivas, ut tantum edas & bibas.*

(e) Hunc exceſſum abſtinentiæ reprehendit quoque Phar. L. 2. cap. 36. eamque valde *inordinatam* vocat verbis S. Gregorii Magni, quando ſcilicet *corpus atterit plus quam ferre valet*. Sic Moral. Lib. 20. cap. 41. num. 78. ac Lib. 30. c. 18. num. 63. Vid. quoque Caſſian. Inſtitut. Lib. 5. cap. 9. & 42. & Collat. 2. cap. 17.

(f) Al. *utrumque*.

(g) *Medium vitiorum virtus tenet*, ait etiam S. Bernardus Serm. 58. in Cant. num. 10:, quem allegat quoque ipſemet D. Bona. Lib. 2. Phar. cap. 21. ubi & Seneca in eandem rem ab ipſo laudatur. Quare eod. Lib. 2. Phar. cap. 35. illud in mentem revocat S. Iſidori in Synonymis: *In omni re tene temperamentum.*

(h) Sæpe d. L. 2. Phar. cap. 36. hæc refert verba S. Gregorii paulo ſupra cit. Lib. 20. c. 41. num. 78. „ Per abſtinentiam carnis vitia „ ſunt extinguenda, non caro: & tanto quiſ„ que ſibimet debet moderamine præeſſe, ut „ & ad culpam caro non ſuperbiat, & tamen „ ad effectum rectitudinis in operatione ſubſi„ ſtat. “

Digitized by Google

recedatur; id est, ut ille qui minus comedit quam debeat, non nimis abstineat: ut ille, qui comedendi mensuram excedit, eam non nimis excedat, ita ut corpus non nutriatur vitiis, sed virtutibus conservetur.

Abstinentia cur Croco comparata.

140. Quare autem flos croci abstinentiam signat, color ipsius ostendit: facit enim suos cultores abstinentia croceos, flori croci adsimiles. Non enim potest facies esse rubicunda, cum stomacho abstinentiæ. Multitudo autem florum croci multas species designat. Non enim est abstinentia solummodo cibi & potus, sed etiam somni & lasciviæ, & vestimentorum, & aliorum quorumlibet commodorum, quæ corpori superflue tribuuntur, vel balneorum, unguentorum, musicorum instrumentorum, & cantilenarum, & ceterorum hujusmodi, quæ sensus humanos corrumpunt, animumque subvertunt. Quod autem quædam folia rubei sunt coloris, signat caritatem semper debere immixtam esse operibus abstinentiæ: quia si quis sine caritate corpus suum ita tradat, ut ardeat, nihil ei prodest. Quosdam enim esse qui non propter caritatem Dei, sed propter vanam gloriam se macerant abstinendo, ostendit ipsa veritas Dominus Jesus dicens discipulis suis: *Cum jejunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, qui exterminant facies suas, ut videantur ab hominibus jejunantes. Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.* Quare? (a) Quia non sunt verus crocus, qui carent rubris foliis caritatis, sine qua nullum opus perfectum est. Ipsa enim est virtus, de qua dicitur: Qui habet unam, habet omnes, & quam qui non habet, illud quod habet auferetur ab eo. (b)

1. ad Cor. 13. 3.

Matt. 6. 16.

Matt. 13. 12.

CAPUT XLIII.

De odore florum Vitis.

141. Jam ad odorem florum Vitis nostræ accedamus, rogantes ipsum dulcissimum Jesum, ut sui odoris dulcissimi fragrantia, corda nostra dignetur adspirare, ut de ipso dulcia & sentire, & dicere valeamus. Quid autem dicere de hoc odore poterimus? Mirabilis, & supra quam potest credi aut cogitari, inæstimabilis est iste odor vitis nostræ. Floruerunt & alii sancti palmites, in quibus ipse profecto floruit: sed certissime viri illi soli Capiti nostro optimo Jesu clamabant, nempe illa spiritualis Sponsa: *Meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis, Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te; curremus in odorem* (c) *unguentorum tuorum.* Non est mirum, si odor est inæstimabilis nimis, qui de hac vite nostra florente procedit: si nomina ejus diligentius attendamus, quæ sunt JESUS, Christus, Nazarenus. JESUS autem, ut scitis, *salutaris*, vel *salvator* interpretatur, de quo Psalmus: *Converte nos, Deus salutaris noster.* Et iterum: *Salvasti nos de affligentibus nos.* Quis autem in afflictione positus salvari nolit? Si vis salvari & attrahi odore hujus nominis salutaris, quod effusum est, sicut oleum; incipe delectari in dulcissimo Jesu, & confidenter require in vero salutari salutem, non imitando illos qui lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis, in quibus salutem suam constare putant: sed potius eam, cujus spiritus exultavit in Deo salutari suo, (d) quæ nominis hujus salutaris odorem tanto suavius attraxerat, perfectiusque senserat, quanto illi fide, spe, & caritate vicinior fuerat, quæ ipsum de suis visceribus genuerat, nempe verum & perfectum Deum & hominem, salutarem Jesum. Non ignorabat enim qualiter fuerat sine omni carnali concupiscentia conceptus, qualiter sine omni dolore ex ipsa natus, quomodo a pastoribus prædicatus, quomodo a Magis adoratus, quomodo virgineo lacte suo nutritus, quomodo a Simeone & Anna commendatus. Noverat, inquam, hæc omnia, & multo plura Virgo illa fidelissima, & perfectissima fide salutarem veri salutaris sequebatur odorem. Nec poterat non sperare in eum, quem fide perfectissima cognoscebat & posse, & scire, & velle salvare om-

Cant. 1. 1. ac seqq.

Psal. 84. 5.

Psal. 43. 8.

Cant. 1. 2.

Prov. 2. 14.

Luc. 1. 47. Maria præ ceteris Christi odore attracta.

(a) Hoc quærendi modo alibi D. Bona. utitur. Vid. inf. n. 142.

(b) Pariter cap. 7. de perfect. vit. ad Soror.

(c) Al. *in odore*; sed & antiquior Editio habet *in odorem*, de qua lectione rursum infra num. 144.

(d) Confer D. Bonaventuræ Expos. in cap. 1. S. Luc. ibi.

Digitized by Google

omnes desiderantes salutem. Quantum enim quis credit, tantum sperat: quantum sperat, tantum amat. (a) Quanto ergo hæc optima Mater perfectior fuit in fide, tanto in spe fortior, & in caritate ferventior, (b) omnem cogitatum suum jactans in eum. (c)

Ps. 54. 23.

Olei virtutes nomini Jesu adaptantur.

142. *Oleum* enim *effusum est nomen tuum*. Quare? Quia oleo nutriuntur infirmi, pascuntur famelici, lumina reparantur. Quis enim tam infirmus, qui hoc oleo salutari, nomine scilicet salutiferi Jesu, (d) curatus non fuerit, dummodo velit curari? Ita enim ait ipse Salvator cuidam languenti, qui jacebat ad piscinam probaticam: *Vis salvus fieri?* Et ille: *Domine, hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam*. Stulte, ecce oleum salutiferum salutaris Jesu, cujus nomen est sicut oleum effusum. Quid tibi cum aqua? Si vis recipere salutem, ecce fons olei misericordiæ, in quo te nullus prohibet baptizari, cujus nomen est effusum oleum, id est, omnibus gentibus manifestum, quo oleo uncti infirmi sanantur. (e) Quomodo cum audis & intelligis supereminentem misericordiam optimi Jesu (qui propter te redimendum de sinu Patris descendit ad terras, ac te misericordissima passione redemit) non oboritur tibi certa spes, quod te redemptum tanto pretio nolit perdere, quem de cœlo venit redimere? Jam ergo sic cogitanti, sic speranti oleum nominis Jesu tibi effusum est. Unge te, ut saneris; id est, spera in misericordia Salvatoris, qui salvat omnes sperantes in se.

Sanat.

Jo. 5. 6. & seq.

Ps. 16. 7.

Pascit.

143. Nihilominus autem & oleum hoc pascit te, si famelicus es: si esuris, verbum est. In hoc verbo Dei optimi Jesu invenis quod te satiet, si dictis & factis ejus aurem cordis tui velis inclinare. Sanat enim animam (f) esurientem quicquid dixit vel fecit dulcis Jesus. Quod si esuris & sitis justitiam, sanabit te verbum oris ejus, qui dixit: *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Addet quoque ignem ad oleum: quod huic nomini Jesu optime convenit: quia hujus nominis virtute fides confirmatur, caritas exardescit. Pauci enim fidem habuerunt ante hujus olei effusionem, id est, ante prædicationem nominis tui, o bone Jesu: pauci igniculo caritatis arserunt. Sed ecce illa effusione, quanti fide illuminati? Quanti caritate conflagrarunt? *Dedit odorem*, id est, bonam famam oleum nominis tui effusum, oleum Jesu, & patuit te esse etiam Christum, id est, unctum (g). Sic enim ait Psalmus de te (h): *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis*. Ergo & oleum unguentum est: quia unguentum de oleo & aromatibus conficitur. Quid ergo mirum, si hæc vitis admirabilem dedit odorem, quæ & uncta est, & florens? Nazarenus enim florens interpretatur. (i)

Matth. 5. 6.

Ardet.

Cant. 1. 11.

Christus, id est, unctus.

Psal. 44. 8.

Nazarenus, id est, florens.

144. Vitis nostra Jesus Christus Nazarenus, id est, salutaris, uncta & florens, quomodo (k) non attraheret omnes, qui salutem, gloriam, divitias, vel delicias concupiscunt? Veniant omnes ad vitem hanc. Dabit enim *Jesus* salutem, (l) quia *salutaris* est: dabit *Christus* regnum, in quo gloria cum divitiis habetur, quia *unctus* est, quod proprie ad reges pertinet: dabit *Nazarenus* delicias, quia *florens* est. (m) Quid enim jucundius flore? Multi autem, immo omnes, id est, omnium virtutum flores

Odor Christi quam potenter mundum traxerit.

(a) Sic Comment. in Apocal. cap. 21. v. 16.

(b) L. 1. Phar. cap. 5. ex Hieron. sive potius ex Sophron. Serm. de Assumpt. B. M. V. *Totam incanduerat Divinus amor, ita ut in ea nihil esset, quod mundanus violaret affectus, sed ardor continuus &c.* Nec non ex Bernardo in Cant. Serm. 29. num. 8. *Sagitta electa est amor Christi, quæ Mariæ animam non modo confixit, sed etiam totaliter pertransivit: ut nullam in pectore virginali particulam vacuam relinqueret; sed toto corde, tota anima, tota virtute diligeret &c.*

(c) Ita cap. 3. Legen. S. Franc.

(d) De hoc *oleo salutari, nomine scilicet salutiferi Jesu*, Phar. L. 1. c. 2. ex S. Ber. Ser. 15. in Cant. n. 5. de quo in Ser. de ejusd. Nom. Lau. uberius.

(e) Ibi ex Gregor. in Ezech. Hom. 2. circa med. *Ut humanum genus a suo languore sanaret, tunc magna apparuit potentia medici, cum languor crevit ægroti.*

(f) Quippe *illa sanatio* (ut loquitur idemmet D. Bonav. Comment. in Joan. cap. 5. ibi n. 309.) *corporalis magis erat in signum, quam in beneficium. Signabat enim animæ curationem.*

(g) Exposit. in cap. 9. S. Luc. & Opusc. de Quinque Solemnit. puer. Jesu, Solemn. 3. &c.

(h) Loqui hunc Psalmum de *Christo*, ait etiam Vol. 1. in Præfat. Exposit. in Cant. Canticor. §. 13. nec non Exposit. in Psalter. d. Ps. 44. atque ita cum aliis Lorinus.

(i) Supra cap. 17. num. 56.

(k) Al. *qui*.

(l) Namque *Jesus interpretatur salus*, Serm. 1. Dom. intra oct. Epiph.

(m) Ibi *Nazarenus, id est, floridus.*

Digitized by Google

res in noſtro Nazareno ſunt, quarum delectabili odore totum mundum traxit poſt ſe. (a) Nam qui veniunt ad ipſum propter humilitatem, violæ ejus ſequuntur odorem; qui propter caſtitatem, lilii; qui propter caritatem paſſionis, roſæ; qui propter abſtinentiam, croci ſequuntur odorem. His ergo virtutibus optimi Jeſu Chriſti ubique prædicatores tanquam quodam pretioſo unguento effuſo extraxerunt odorem ejus, & adoleſcentulæ odore ejus mirifico delectatæ cucurrerunt poſt unctum Jeſum. Et adhuc nimirum currunt clamantes in toto corde ſuo: *Trahe nos poſt te; ut curramus in odorem* (b) *unguentorum tuorum*, ſcientes, quod neque volentis, neque currentis, ſed ſolius Dei miſerentis eſt. Superat autem omnes odores omnium virtutum uncti Jeſu odor Crucifixi, ubi perfectio præcipue efflorebat, & de floribus vulnerum ſuorum inæſtimabilem odorem effundit. Fracto enim alabaſtro mundiſſimi corporis virginalis (c) dulcis Jeſu effuſum eſt unguentum ſacratiſſimi ſanguinis. Ipſa quoque anima, in qua ſine dubio redolebat unguentum ſpiritus ſeptiformis, emiſſa, dilatatus & diſperſus eſt odor vitis noſtræ florentis non per terras ſolum, ſed & per inferos, & ſuſcitati ſunt mortui, qui tam ad vitam corporis quidem, quam ad vitam animæ quotidie ſuſcitantur; quia domus Chriſti, id eſt, Eccleſia, (d) impleta eſt ex odore unguenti noſtræ vitis præcipue in paſſione florentis. Conſciſſus eſt ſaccus corporis Domini Jeſu (e), ceciderunt grana ſanguinearum guttarum, quæ adhuc a fidelibus mente colligi poſſunt, & ab accedentibus ad crucem fideliter ac devote colliguntur. Pretioſiſſimus vero theſaurus & incomparabilis, guttæ ſunt ſanguinis Jeſu Chriſti.

Cant. 1. 3.

Ad Rom. 9. 16. Sed potiſſimum odor Crucifixi.

Joan. 12. 3.

Pſ. 29. 12.

145. Accede huc, o fidelis anima, & collige tibi reliquias epularum Sponſi tui, micas gratiſſimas, folia roſarum. Ecce in quanta multitudine diſtillant de manibus ſimul & pedibus, necnon & de latere dulciſſimi crucifixi Chriſti Jeſu. Non eſt morbus animæ, cui his floribus mederi non poſſis. Collige tantum folia florum florentis Jeſu, ſtillas ſanguinis rubicundi: & tanquam pilulas, ſine quibus eſſe nolo, in cubiculo cordis tui (f) reconde. Erit tibi illarum ſapor & odor in medicinam ſalubrem, morbos, ſi qui fuerint, repellentem, (g) venturoſque caventem. Vide tantum, ne umquam ſine illis eſſe velis, quæ vere numen habent, quolibet fideli dicente: *Sine quibus eſſe nolo*. Hauri ergo toto cordis tui affectu odorem vitis veræ Jeſu Chriſti Nazareni, & delectare in illo, ſicut Pater cœleſtis in illo delectatus fuit, ut vere dicere potuerit: *Ecce odor filii mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Vere *pleni*, in quo habitat (h) omnis plenitudo Divinitatis, in quo omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ reconditi ſunt.

Gen. 27. 27.

Ad Coloſſ. 2. 9.

Ibid. 3.

146. Eſt autem adhuc cauſſa, quare tanto Crucifixus odore fragraverit. Modicus vel nullus eſt odor corporis cujuslibet animalis viventis: ſed cum igni caro appoſita fuerit, quam ſuavis, quam delectabilis inde procedat odoris fragrantia, nullus ignorat. Attendamus ergo, quis & quantus ignis corpori noſtræ vitis appoſitus fuerit. Flagrabat interius incendio caritatis immenſæ, exterius paſſionis ardore, veriſſimum, & gratiſſimum, & faluberrimum holocauſtum in ara crucis crucifixus Jeſus. Quod holocauſtum ſimile iſti? Nullum vero: quia nullum ſic totum incenſum dicitur; & ſi illud (i) dicebatur vere holocauſtum, quod totum ardebat, (k) cum

Odor Crucifixi unde tam potens, & efficax.

(a) Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 12. num. 882.

(b) Eod. Comment. in Joan. Evang. ibi, nec non ſuprad. Expoſit. in Pſalter. cod. Pſ. 44 ubi ait: *Eſt odor Chriſtus, unde hoc: Curremus in odorem unguentorum tuorum.* Al. *in odore* pro *in odorem*. Et licet *in odore* pro *in odorem* habeat etiam S. Gregor. Moral. Lib. 38. cap. 17. n. 32., habet tamen *in odorem* in Evangel. Lib. 2. Hom. 29. num. 10.

(c) Phraſis Bonaventuriana in Legen. S. Clar. cap. 1. num. 10.

(d) In eadem Legen. ibi.

(e) Pariter Expoſit. in Pſalter. ibi, nec non Comment. in Apocal. cap. 6. in fine &c.

(f) Hac quoque utitur metaphora cap. 5. de perfect. vit. ad Soror.

(g) *Contra omne genus morbi medicamentum* dicit quoque de iiſdem loquens in Præfat. Ligni Vit.

(h) Vulg. *inhabitat*; ſed *habitat* idemmet S. Bonav. 1. Diſt. 37. Par. 1. Art. 3. Q. 2. in concl. nec non 3. Diſt. 1. Dub. 1. &c.

(i) Al. *iſtud*.

(k) Serm. de Dedicatione in fine Sermonum de Sanctis.

Digitized by Google

cum tamen ibi arderet ſola caro: quanto verius noſtra victima dicetur holocauſtum, quod intus & foris incomparabiliter ardebat? Ardebat & totus Laurentius, Vincentius, aliique quam plurimi, ſed nihil ad hunc. Quis enim ardori fornacis crucis aliquod audeat ſupplicium comparare? (a) De quo ſuperius nos multa meminimus poſuiſſe ad imitandum virtutum exempla. De holocauſto igitur noſtro crucifixo Jeſu incomparabiliter ardente inæſtimabilis nimis odor proceſſit: odoratuſque eſt Dominus Deus Pater odorem ſuavitatis, & benedixit nobis, avertitque iram indignationis ſuæ longe a nobis, pace integre reformata, & ſanguine rubicundi Jeſu tam noſtro, quam ipſius participe pacis æternæ obſide exiſtente. Odoraverunt & alii plures ab oriente & occidente, ab aquilone & meridiano accurrentes: & ad hoc dulciſſimi odoris corpus floridum congregati, ut de eo ſe ſatient, (b) illo tamen integro permanente, impleverunt ipſius dulciſſimi Jeſu verbum dicentis: *Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ.* (c) Sed jam non cruda caro iſta comeditur, optime percocta cum ſit duplici igne caritatis & paſſionis. Unde tam delectabili odore inebriati non ſolum viri natura fortiores, ſed & virgunculæ tenerrimæ currunt toto cordis affectu, omnibus viribus animi ad delicias crucis, hauſturi delicias cordis ſui, quantum in præſenti vita licet, unguentorum defluentium largiter ab holocauſto noſtro tam validis ignibus ardente.

Gen. 8. 21.

Pſ. 84. 4. ac ſeq.

Luc. 13. 29.

Luc. 17. 37.

147. Non parum enim delicatum ardentis corporis adauxit odorem ſpiritualium unguentorum odor, id eſt, gratuitorum collatio, quæ poſt paſſionem a Domino Jeſu Apoſtolis ſunt collata. Ante paſſionem enim Spiritus nondum erat datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus: humiliato autem & exaltato pio Jeſu, defluxit unguentum Spiritus ſancti *a capite*, ſcilicet a Chriſto, id eſt, unctio, (d) *in barbam*, id eſt, in eos qui viriliter egerunt & confortati ſunt, ut ſperarent (e) in Domino: & non ſolum *in barbam Aaron*, id eſt, non ſolum Chriſti Apoſtolis datum unguentum hoc, quod liquefactum fuit igne paſſionis Chriſti, ut daret odorem bonæ opinionis per omnem terram: ſed *quod deſcendit in oram veſtimenti*, id eſt, in infima membra Eccleſiæ, quæ eſt tanquam Chriſti veſtimentum (f). Quod ita impletum eſt, & adhuc impletur, ut etiam in nationes Spiritus ſancti gratia diffundatur, & ſentiant Chriſti odorem ſpiritualis unguenti de ſummo capite omnium defluentem, quo mundæ fiant adoleſcentulæ: ut attrahant & diligant unctum noſtrum, & currant in odorem (g) unguentorum illius.

Jo. 7. 39.

Pſal. 132. 2. & ſeq.

Act. 10. 45.

148. Nec mirum ſi vehementer delectentur duplici odore vitis noſtræ: uno qui ex unguentis, altero qui ex floribus procedit. Odorantur enim & odoratum ſequuntur Jeſum, imitantes beſtiam quamdam, quæ odore cocti panis & recentis ita delectatur, ut ubicunque illum ſenſerit, illum ſequatur, etiam uſque ad interitum. Ecce ipſo teſte *panis vivus, qui de cœlo deſcendit*, decoctus duplici igne caritatis & paſſionis, odorem ſuum longe lateque diſpergit. Quis hunc non ſequatur? Sequitur irrationalis beſtia odorem panis cocti & conſumendi: non ſequetur homo rationalis odorem panis bis cocti Angelorum? (h) Immo ſtultior eſt quam beſtia, qui illius odoriferi panis odorem non intelligit & honorem. Sed præterire non poſſumus, quod tranſituri mare panem bis coctum neceſſarium habent. Quicunque ergo ſe in hoc mari magno hujus ſæculi (i) eſſe cognoverit, quod quia ſpatioſum eſt, cito tranſire non poteſt; & propter reptilia, quorum non eſt numerus, periculoſum eſt, quia & ventis, & tempeſta-

Jo. 6. 51.

Chriſtus inſtar panis bis cocti in ſæculo navigantibus neceſſarius.

Pſ. 103. 25.

Ibi.

(a) Id probat 3. Diſt. 16. Art. 1. Q. 2. in concl. ubi etiam ad 1. 2. 3. reſpondet ad exempla *Laurentii & Vincentii, exuſtorum in igne.*

(b) Expoſit. in Luc. ibi.

(c) Rad. Expoſit. in Luc. ibi. *Electi congregantur ad Chriſtum, ſicut ad ſummæ refectionis abundantiam, quemadmodum Aquilæ congregantur ad corpus ſicut ad eſcam.*

(d) Supra num. 143.

(e) In Edit. Mabillon. *ſuperarent.*

(f) Haud diſſimili modo Procem. in Brevil. de ſublimit. ſacr. Script.

(g) Vide ſupra num. 144.

(h) De hoc *pane Angelorum* Tract. de Præparat. ad Miſſ. cap. 7. ubi cap. 2. dicitur, quod *panis ſignificat corpus Chriſti triturarum, malitum, piſtum in paſſione, decoctum & aſſum igne Divini amoris, in camino, id eſt, in ara crucis.* Vid. infra Serm. ſingul. de Corp. Chr. num. 13. Item cap. 8. de perfect. vit. ad Soror. & Expoſit. in Pſalter. Pſ. 40. &c.

(i) Sive *Mundi*, Expoſit. in d. Pſ. ac text. nec non Expoſit. in cap. 14. Sapien.

Digitized by Google

ſtatibus ſævit; ſi ſecurus vult eſſe, habeat hunc panem coctum fortiſſimum Jeſum (*a*) in nave crucis ſuæ, quem comedat, quem odoret, quo reficiatur, quo conſoletur, quo, ut breviter dicam, ab omnibus periculis eruatur.

Ibi 26. Si enim, ut ait Pſalmus, *illic naves pertranſibunt*, id eſt, homines in crucibus ſuis Jeſum ſequentur, quæ navis potius pertranſivit, quam navis crucifixi Jeſu? (*b*) Secundum vero Pauli ſententiam dicentis: *Quia Chriſto confixus ſum cruci*, crucifigamur & nos cum Chriſto, crucem ejus, immo ipſum in cruce indeficienti cordis affectu amplexemur, (*c*) in vivifico odore delectemur ardentis Jeſu, qui de ſe dicit: *Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honeſtatis, cujus ſpiritus eſt ſuper mel dulcis*. Ejus, inquam, odore delectemur, unguentis chariſmatum ejus foveamur, pane cœleſti, id eſt, Corpore ſuo puriſſimo confortemur: ut Corpus ejus edentes, Sanguinemque pro ſalute noſtra effuſum in noſtram ſalutem bibentes guſtare poſſimus; & videre liceat per ſpeculum (*d*) in ænigmate, quia ſuaviſſimus eſt Dominus, ut etiam ipſius promiſſio perficiatur in nobis, quantum in præſenti vita fas eſt, qui dicit: *Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibunt me, adhuc ſitient*. (*e*)

Ad Gal. 2. 19.

Eccli 24. 23.

Ibi 27.

1. Cor. 13. 12.

Ibi 29.

CAPUT XLIV.

Quod flores inveniendi ſunt in Vite noſtra.

Apes ſpirituales.

149. Poſtremo videamus, quia flores & viſum delectant & odoratum. Licet comedi non ſoleant, ſuguntur tamen ab apibus, & de liquore e floribus expreſſo dulciſſima ſibi mella conficiunt. Apes ejuſmodi, ut puto, ſunt illi, qui pennis contemplationis elevari ſciunt & poſſunt, ſuaque ipſorum poſſunt alvearia, hoc eſt corporis curam relinquere, & ad hortum deliciarum transvolare, in quo omnium florum divitias & divites delicias inveniunt. Hortus enim iſte paradiſus eſt. Ita enim habes in Cantico amoris: *Emiſſiones tuæ*, o virgo Maria fœcundiſſima, *paradiſus*. (*f*) Proceſſit enim hic paradiſus ab utero Virginali, omni flore, omnique fructu refertus, ſed fructibus interim dilatis. Flores iſtius paradiſi videamus, legamus, vel potius ſugamus. Convenit enim, ut tales modo apes ſimus, quæ ſciant ſugere mel de petra. (*g*) Idem enim eſt hortus & petra, id eſt, Chriſtus. Si ergo flores quærendi ſunt, ubi potius quærentur, ubi promptius invenientur, quam in dulciſſimo Chriſto? Manifeſti ſunt flores virtutum & vulnerum ejus. Stat ecce expanſis manibus, (*b*) nudo corpore, manibus ſimul & pedibus perforatis, capite inclinato. (*i*) Confortare igitur (*k*) nunc, anima mea, & elevare miſera & infirma, & alis fidei & ſpei ad hunc hortum caritatis enitere, & totum mentis intuitum per varia diſperſum in unum collige, ac apis (*l*) ſedulitatem imitans ad conficiendum tibi mel devotionis, ad paradiſum caritatis aſcende, accedens ad cor altum: quia ecce quem quæris, exaltatus eſt. Sed ne timeas, exaltatus humiliatus eſt. (*m*) Non enim elevatus eſt in crucem, ut ſe difficilem præberet accedere ad ipſum volentibus, ſed magis ut omnibus patentior poſſit (*n*) inveniri.

Cant. 4. 13.

Deut. 32. 13.

Pſ. 67. 7.

Pſ. 87. 16.

150. Accedens ergo cum fiducia ad hunc paradiſum, in extenſione brachiorum agnoſce ſuſcipientis affectum, (*o*) & te

---

(*a*) *Chriſtus hic dicitur panis*, ead. Expoſit. in d. Pſalm.

(*b*) In cit. Expoſit. cap. 14. Sap. *Exiguum lignum poteſt dici Crux Chriſti propter ejus abjectionem, & vilitatem ..... Et ſic tranſeuntes mare hujus mundi (de quo in Pſalmo: Hoc mare magnum) ſcilicet crucis virtute & imitatione, per ratem liberantur, & perveniunt ad portum ſalutis æternæ.* Nec non in Laudiſmo de ſancta Cruce: *Crux eſt navis, crux eſt portus, crux deliciarum hortus, in quo florent omnia*. Pariter in ſuprad. Pſ. 103. dicitur, quod *ligno crucis navigamus ad littus æternitatis*.

(*c*) Vid. Præfat. Lig. Vit.

(*d*) Al. *per ſpeciem*; ſed & infra num. 173. in fine *per ſpeculum*.

(*e*) L. 4. Phar. c. 29. prope fin.

(*f*) Sic Par. 4. de Eccl. Hierarch. cap. 7. non procul a fine.

(*g*) Hinc D. Bernardi verbis ſic loquitur L. 1. Phar. cap. 2. *Foderunt manus ejus, & pedes, latuſque lancea perforaverunt; & per has rimas licet mihi ſugere mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo*.

(*b*) Ad *amplexum* addit in Amator.

(*i*) Ibi *ad oſculum*.

(*k*) Al. ſine *igitur*.

(*l*) Al. in plurali *apum*.

(*m*) Al. *quia ecce quem quæris, exaltatus eſt, & humiliatus*. Edit. antiquior *exaltus eſt, humiliatus eſt*.

(*n*) Al. *poſſet paratior*.

(*o*) Al. *cognoſce, ſuſcipe affectum paratum ad tuos*.

Digitized by Google

& te ad suos invitantis amplexus, & quodammodo miseranter (a) misericorditerque clamantis: *Revertere, revertere Sunamitis (b), revertere, revertere, ut intueamur te.* Revertere a mala voluntate, a malis factis, (c) ab obstinatione, a desperatione. Revertere, inquam, ad me, quoniam (d) aversa fuisti a me, ut intuear (e) te intuitu gratiæ, quomodo (f) mulierem peccatricem, Petrum & Latronem respexi (g). Lege ergo (h) me librum vitæ scriptum intus & foris, (i) & lectum intellige. Collige tibi flores meos sanguineos; (k) ut paradisi illius possis januam introire, ante cujus fores Cherubim collocatus est cum gladio flammeo ac versatili. (l) Valet enim scientia, quam ex me plenarie (m) discere potes ad amovendum impedimentum Cherubim. Flores ergo sanguinis mei, gladii versatilis flammas horrendas ac tibi formidabiles extrahant. Intra ergo, (n) o anima, paradisum omnibus paradisis meliorem, nunc solo quo potes, meditationis (o) affectu; ut postmodum anima & corpore, & terrestrem & cœlestem illum Paradisum valeas introire.

Cant. 6. 12. Vox Crucifixi hominem suaviter invitantis.

Apocal. 5. 1.

Gen. 3. 24.

151. Sed volandum est per (p) singulos istius Paradisi flores, & singulorum florum folia sunt fugenda: nunc ad dexteram, nunc ad sinistram (q) rivos sanguinis collige. (r) Ubique (s) quærenda est (t) devotio & gratia lacrymosæ compunctionis: utrimque considerandum, quam immites fixuræ clavorum, quam amara venarum, ossiumque perfractio in manibus illius, qui fabricatus est (u) cœlum & terram, qui operatus est salutem in medio terræ (x); & inter horum considerationem frequenter repetendum: *Redde mihi lætitiam salutaris tui*, ad imitationem apiculæ, (y) quæ inter volandum semper quemdam sonum vocis (z) habet, nec conticescit donec florem invenerit (aa), ubi mellis exoptati (bb) dulcedinem colligit, & exsugit. O quam felix eris, si postquam intra florentis & dulcissimi (cc) paradisi nostri flores sanguineos, vulnera scilicet Christi, (dd) fueris intromissus, ab hujus mundi strepitu & tentationum incursibus, per dimidiam saltem horam omnino valeas liberari, & soli ei, ad quem introisti, vacans, gustare possis & intelligere, quam bonus, & dulcis est Jesus (ee). Sic lustrandi sunt & pedes non minus sanguinis habentes, non minus doloris, quam manus perfossæ & perforatæ, sanguinis fluminibus guttisque manantes & respersæ. (ff)

Ps. 73. 12.

Ps. 50. 14.

Quam dulce morari in vulneribus Christi.

(a) Al. *miserabiliter*.

(b) Al. deest. Vulg. *Sulamitis*; sed *Sunamitis* ipsemet D. Bonav. Exposit. in d. cap. & text. Cant. §. 277. ac seq. Vol. 1. hujus Supplem.

(c) Sive quod perinde est *a peccato cogitationis, a peccato operis*, Soliloq. cap. 1. ubi itidem repetens *revertere*, subdit ad propositorum prædictorum: *Revertere adhuc o anima, Christus te expectans, habet caput inclinatum, ad te peccatricem, & immundam deosculandam; habet brachia extensa ad amplexandam &c.*

(d) Al. *quæ*.

(e) Al. *intueamur*.

(f) Al. *quo*.

(g) Eod. sensu cit. loc. Cant.

(h) Al. absque *ergo*.

(i) Breviloq. par. 2. cap. 1. ac Comment. in Apocal. ibi.

(k) De præfata collectione in supra laud. Præfat. Lig. Vit. ex propriis verbis; ex alienis vero D. Bernardi cit. L. 1. Phar. cap. 2. Pauca quæ sequuntur in Vindobon. desunt usque *Intra ergo, o anima &c.*

(l) *Nunc ergo amoto flammeo gladio de porta Paradisi, volo ut fiat reseratio januæ cœlestis, ut ingrediatur gens justa & custodiens veritatem &c.* Serm. 2. de Adventu.

(m) *Plenarie* etiam in Legen. ma. S. Franc. Vid. Prodr. 592.

(n) In hoc solo numero 150. *to ergo* semel bis ac tertio repetitur, sicque vel in hoc potius Scholasticum Bonaventuram, quam Bernardum, videor mihi videre.

(o) Al. *cogitationis*.

(p) Al. *Nec breviter amplexandus est hic Paradisus, sed volandum est per &c.*

(q) *Pervola manus, pervola pervola pedes, involo lateri* cap. 1. Soliloq. ex Bernardo.

(r) Al. *rivulos & guttas sanguinis spargentem propius & interius accedendum*.

(s) Al. *Undelibet*.

(t) Al. *sine est*.

(u) Al. *fabricavit*.

(x) Serm. sive Collat. 1. in Hexaem. Quodque *allegoria hujus loci celebris sit de Christo crucifixo in Jerusalem, quæ de Judæa medium illium est, sicut Judæa orbis habitabilis umbilicus & medium*, videri potest apud Lorinum. Confer supra c. 4. num. 16.

(y) Al. *apis*.

(z) Al. absque *vocis*.

(aa) Al. *inter* (Edit. antiquior *intra*) *florem intraverit*.

(bb) Al. *optati*.

(cc) Al. absque *& dulcissimi*.

(dd) Al. *vulnera dico*.

(ee) Al. *quam bonus, quam dulcis est Dominus*. Alludit ad illud Ps. 33. 9. *Gustate & videte quoniam suavis est Dominus*.

(ff) Al. *non minus sanguinis habentes, non minus*

Digitized by Google

152. Tandem accedendum eſt ad cor humillimum altiſſimi Jeſu per januam lateris lanceati (*a*). Ibi procul dubio theſaurus ineffabilis deſiderabilis caritatis, & devotionis invenitur; (*b*) inde lacrymarum gratia extrahitur, diſcitur manſuetudo, patientia in adverſis, compaſſio in afflictis. Præcipue cor contritum & humiliatum ibi invenitur. Ipſe Jeſus complexus tuos deſiderat, talis te (*c*), ut complectatur, expectat. Caput floridum multis ſpinarum aculeis confixum ad te ſe (*d*) inclinat, ut ad pacis oſculum te invitet, (*e*) quaſi (*f*) dicat tibi: Ecce quomodo configuratus ſum, quomodo confoſſus, quomodo mactatus, ut te poſſim ponere ſuper humeros meos, quæ aberraveras ovis mea, & ad paſcua cœleſtis (g) reducere Paradiſi. Redde vicem, & ſuper vulnera mea miſericordia commovere, & pone me talem, qualem nunc vides, ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum: ut in omnibus cogitationibus cordis tui, in omnibus operibus brachii tui, mihi taliter, ut vides, ſignato poſſis ſimilis inveniri. (*b*) Conformaveram te imagini Divinitatis meæ, cum te crearem: conformatus ſum imagini humanitatis tuæ, ut te reformarem. Tu ergo qui non retinuiſti formam Divinitatis meæ tibi impreſſam in tua formatione, retine ſaltem formam humanitatis tuæ mihi impreſſam in tua recreatione: id eſt, ſi non retines qualem te creavi, retine ſaltem qualem te recreavi. (*i*) Si non capis quantas virtutum divitias tibi dederim te creando; cape ſaltem, quantas in humanitate tua miſerias propter te acceperim, te (*k*) recreando, & ad potiores, quam ad quas te formaveram, delicias reformando. (*l*) Nam propterea homo viſibilis factus ſum, ut a te viſus amarer, qui in Deitate mea inviſibilis non amabar. (*m*) Da te ergo præmium incarnationi & paſſioni meæ tu (*n*), pro quo incarnatus ſum ſimul & paſſus. Dedi me tibi, da te mihi. (*o*) O dulciſſime, atque amantiſſime Jeſu, Pater luminum, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, miſericorditer aſpice (*p*) humiliter tibi confitentes, & vere ſentientes; quia ſine te nihil poſſumus facere: & qui dediſti te pro nobis in pretium; da, licet tanto pretio minus ſimus digni, ut tuæ gratiæ tam integre, perfecte, & in toto (*q*) reddamur, ut conformati imagini paſſionis tuæ, ad eam quoque, quam peccando amiſimus, tuæ Divinitatis imaginem reformemur. (*r*)

Pſal. 118. 176.

Cant. 8. 6.

Quid a nobis requirat Chriſtus pro hoſtimento Paſſionis ſuæ.

Jac. 1. 17.

Jo. 15. 5.

153. Nec prætereundum eſt, quod apes de liquore florum collecto favum conficiunt, id eſt, ceram in ſe mel continentem. Quid eſt hoc? Per ceram, tenacem memoriam accipe, quæ apta eſt ad recipiendum formam ſigilli,

Ab apum opere petitum documentum.

---

nus quam manus, perfoſſi & ipſi perfracti, ſanguineis manantes guttis.

(*a*) In Ligno vitæ Tit. *Jeſus translanceatus.*

(*b*) Al. *deſiderabilis caritatis latet: ibi nova devotio invenitur.* Itaque devotio D. Bonaventuræ erga *cor Jeſu*, non ſiſtit ſe in corde carneo; ſed *per januam lateris lanceati* tranſit ad cor myſticum, nempe ad ejus *theſaurum ineffabilis caritatis*: adeoque cor ejus carneum non erat Seraphico Doctori noſtro objectum, & terminus cultus, ſed medium; neque ſiſtebat in eo tanquam in ſymbolo reali, ſed nuda quadam meditatione cordis carnei excitabatur, ut caritatis Chriſti ſibi ſymbolum præſtitueret. Conſulenda doctiſſima Diſſertatio Commonitoria ſuimet interpres & vindex de vero cultu & Feſto Sanctiſſimi Cordis Jeſu.

(*c*) Al. abſque *te*.

(*d*) Al. ſine *ſe*.

(*e*) In Amator. ex Bernardo: *Vide Chriſtum in cruce pendentem, capitis inclinationem ad oſculum, brachiorum extenſionem ad amplexum, lateris apertionem, & totius corporis confixionem ad affectum.*

(*f*) Al. *tamquam*.

(*g*) Al. abſque *cœleſtis*.

(*h*) Pariter cap. 6. de perfect. vit. ad Soror.

(*i*) De *creatione* diſtincta a *recreatione*, & verbo *recreavi*, eodem ſenſu D. Bonav. 3. Diſt. 1. Art. 2. Q. 3. ad opp. 1. & ad arg. 1.

(*k*) Al. ſine *te*.

(*l*) Hinc cum Bernardo deducit cap. 1. Soliloq. *Dilige igitur anima amore ſingulari Deum Patrem, qui tam te nobiliter ex nihilo creavit; Deum Filium, qui te tam ineſtimabiliter pro te moriendo reformavit &c.*

(*m*) Ita ſecundum illud quod canit Eccleſia: *Ut dum viſibiliter Deum cognoſcimus, per hunc in inviſibilium amorem rapiamur,*

(*n*) Al. ſine *tu*.

(*o*) Al. tantum *incarnatus ſimul & paſſus dedi me*.

(*p*) Al. *reſpice*.

(*q*) Al. tantum *tam integri*.

(*r*) Cit. cap. 1. Soliloq. Uti quoque de *imagine*, quæ *in anima reformatur* 4. Diſt. 3. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in concl. His Vindobon. addit, ac finem ſic imponit; *Qui vivis & regnas &c. Explicit Planctus Bonaventuræ de Paſſione Domini.*

Digitized by Google

li, & ad nutriendum ignem, si tamen in ea sit lychnium, sive allychnium (a), quæ cera mel in se continet dulcissimum, mundificativum, descensivum. (b) Nos vero si vere spirituales apes sumus, de floribus nostri paradisi Nazareni, id est, horti florentis floridissimi Christi, nobis memoriam componamus tenacem, quæ non qualibet tentatione dissolvatur, sed apta sit illa memoria recipere impressionem sigilli, id est, Crucifixi Jesu, ut illum semper in memoria habeamus, qui dicit: *Pone me sicut signaculum*. (c) Signaculum enim regium Crux est, (d) quam si in cordis nostri memoria portaverimus, tanti regionem Regis, quæ finem non habet, secure poterimus transire. Habet hoc sigillum imaginem crucifixi Jesu in ipso sigillo crucis multis fossuris effossam & expressam, sicut in sigillis imago Regum exprimitur fodiendo. Habet & superscriptionem, titulum a Pilato conscriptum, *Jesus Nazarenus, Rex Judæorum*. Hujus superscriptionis significationem spiritualem consequetur, si quis hoc sigillum crucis gestare curaverit tenaci memoriæ impressum; habebit enim (e) JESUM, id est, salutem, (f) quod primum est in superscriptione. Salus autem, quæ ab omnibus sanæ mentis appetitur, in tribus consistit, ut quæ in tribus dictionibus exprimitur. In hac dictione, *Nazarenus*, quod interpretatur florens; (g) voluptatem sive delectationem intellige, quia florum pulchritudo delectat. Unde in libro Sapientiæ luxuriosorum voluptas exprimitur his dictis: *Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria*, id est, voluptas, (h) *nostra. Coronemus nos rosis, antequam marcescant*. In hac dictione, *Rex*, divitiæ exprimuntur. Reges enim divites esse solent super omnes, quos regunt. In hac dictione, *Judæorum*, glorificatio (i) accipitur; quia uno modo Judæus glorificans (k) interpretatur. (l) Portitor ergo voluntarius sigilli Regis nostri crucifixi Jesu, fructum superscriptionis consequetur, ut sit salvus, scilicet ut voluptatem consequatur sempiternam, torrente voluptatis summi Regis potatus; æternas quoque divitias thesaurizet in optimo Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi: in ipso quoque glorificetur (m) sine termino, qui excelsus est super omnes gentes, & cujus gloria super cœlos. Illuminat quoque domum cordis nostri, & fovet in eo ignem caritatis Divinæ. Cera tenacis memoriæ per lychnium (n) intelligitur; ita tamen si sit in eo linum (o), id est, exercitium spiritualis laboris, quod per lychnium (p) intelligitur, sumptum de lino, quod multis laboribus conteri solet, ut ad utilitatem aliquam perducatur.

154. Si ergo in memoria nostra passionis Christi laborem habemus, potest accendi & ardere caritas (q) ejus in nobis, qui illuminat tenebras ignorantiæ no-

Triplex mellis proprietas memoriæ passionis aptata.

Cant. 8. 6.

Jo. 19. 19.

Titulis crucis explicatio tropologica.

Sap. 2. 8.

Judæus glorificans interpretatur.

Ps. 35. 9.

Coloss. 2. 3.

Ps. 112. 4.

(a) Al. scilicet in Edit. Venet. *lignum*, in Mabill. *linum*. In Glossario autem Ducangiano est *Lychinus* & *Lychnium*, ubi sic lego ex Miraculis S. Ethelredæ, to. 4. Junii p. 551. ac to. 3. Bibl. Patrum Ascet. pag. 333. „ Ite, „ *Lychinum* facite ... & postea *Lychino* ceram „ superponentes, candelam facite. Sicut etiam „ Lucerna oleo & *Lychino* præparata lucet. “ Inibi quoque notatur, quod *Lychnium* est in Vita S. Humilianæ n. 15. Sed & *de candela sive Lychno in lampade* ipsemet S. Bonav. Serm. 3. de B. V. M. Item de *allychnio in lampade* idemmet in 2. Dist. 30. Ar. 3. Q. 2. in concl. *Ellychnium* in Amalth. Joseph. Laurent. est *funiculus, qui lucernis adhibetur*, vulgo *stoppino*,

(b) In his quoque duobus ultimis adjectivis relucet potius D. Bonav. quam D. Bernar. stilus. *Mundificativum* a *mundificans*, de quo D. Bonav. in Prol. 4. Sent. & eod. 4. Dist. 3. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in concl. *Mel* pariter dicitur ab eodem *purificativum*, Serm. de Corp. Christ. num. 2.

(c) Confer cum supra cit. cap. 6. de perfect. vit. ad Soror.

(d) Exposit. in cap. 14. S. Luc. ubi pariter vocat *signum regale*; & Serm. de Exalt. S. Cruc. *regale vexillum transiens ad frontes Imperatorum*.

(e) Al. sine *enim*.

(f) Serm. 2. Dom. 23. post Pentec. & alibi.

(g) Supra cap. 43. num. 143. in fine.

(h) Al. tantum *pertranseat voluptas*. Porro verba hæc, aliaque ibi, continere *invitatorium voluptatis*, ait idem S. Bonav. Exposit. in Sap. ibi.

(i) Al. *gloria*.

(k) Al. *glorians*.

(l) Dicitur *uno modo*, quia in Cod. nostro Bernard. A. 1. 40. sicut interpretatur *Judæa confessio vel glorificatio*, ita *Judæi laudantes vel confitentes*. *Judæus* alio modo *confitens* interpretatur etiam apud ipsum D. Bonav. Exposit. in Psalt. Ps. 135. Et in marg. antiquæ Edit. Venet. hujus Tract. *Confitentes*, *laudantes*.

(m) Al. *glorietur*.

(n) Al. *lignum* etiam in Edit. Mabillon.

(o) In anti. Edit. Venet. iterum *lignum*.

(p) Al. *linum*.

(q) In marg. Edit. Mabillon. al. *proprietas*; sed & *charitas* in d. anti. Edit. Venet.

Digitized by Google

noſtræ, & accendit frigus tarditatis noſtræ, ut & nos parati ſimus pati pro illo, & cum illo, qui prior pro nobis paſſus eſt. In tali cera memoriæ noſtræ debet eſſe mel, id eſt, delectatio de recordatione Crucis, quæ eſt mel dulciſſimum. Quid tam amarum, quod in recordatione vivificæ Paſſionis non poſſit dulceſcere? (a) Certe legimus Hebræos cum exiſſent de Ægypto, veniſſe ad aquam amariſſimam, quam nullus guſtare poterat: cui cum Moyſes lignum injeciſſet, dulcorata eſt, ſic ut eam delectabiliter biberent. Quid apertius per aquam amaram, quam cujuslibet adverſitatis amaritudo ſignatur? cui cum lignum Crucis injicitur, id eſt, cum Paſſio dulcis Jeſu conſideratur, neceſſe eſt omnem paſſionem hominis dulcem (b) & levem videri reſpectu Paſſionis Dominicæ, quam pro hominibus voluit ſuſtinere Deus & homo, mediator Dei & hominum Dominus Jeſus. (c) Eſt & mel mundificativum, quia vere nihil eſt, quod ita ab omnium vitiorum impulſu & contagione cogitationem noſtram purificet, & in puritate conſervet, ſicut jugis memoria Crucis & Paſſionis Domini Jeſu.

Prima. Exod. 15. 23. Secunda.

155. Eſt & mel deſcenſivum, quia contra aliorum liquorum conſuetudinem naturalem, quod in melle eſt puriſſimum, ad ima deſcendit, fæculentum vero aſcendit. Quid per talem deſcenſum, niſi virtus humilitatis deſignatur? Quæ profecto virtus in Paſſionis Dominicæ memoria acquiritur & conſervatur: quia non poteſt quis non humiliari, cum recordatur pro ſe humiliatum Dominum majeſtatis. Indignum quippe eſſet hominem, lutum & cinerem, per ſui elevationem illuc aſcendere, ubi Angelus perfectiſſimus in omni ſcientia & decore, quia humilitate caruit, non potuit remanere. (d) Colligamus ergo nobis in floribus vitis noſtræ Domini Jeſu talem memoriam, talem delectationem; ut ſtigmata Crucifixi noſtri in memoria jugiter retinentes, ita in ipſo, qui ſolus eſt dulcis, delectemur, ut omnes per ipſum præſentis vitæ amaritudines ſuperemus, mundemur ab omni delicto, & in bonis operibus jugiter per humilitatis cuſtodiam conſervemur. Gal. 6. 17.

Tertia.

PAPUT XLV.

De odore florum vitis.

Flores vitis odore ſuo fugant venenata animalia.

156. Supereſt ut dulci Jeſu adjuvante dicamus, quid ſit quod per odorem florum vitis omnia venenata præcipue effugentur. Cujus rei ratio citius invenitur, ſi quid ſerpentes ſignificant, agnoſcatur. Quod autem de ſerpentibus dicitur, de aliis quoque venenoſis reptilibus accipiatur. Quid autem melius per ſerpentes, quam diabolicas ſuggeſtiones accipiamus? Ad ſimilitudinem enim ſerpentum reptant occulte per mentes hominum, ſed ſubito, niſi agnoſcantur, morſus mortales incautis affigunt: quod præfiguratum accipimus in filiis Iſrael in deſerto a ſerpentibus miſerabiliter interemptis. Hujus interemptionis cauſſam ponit Apoſtolus dicens: *Neque tentemus Chriſtum*, (e) *ſicut quidam eorum tentaverunt, & a ſerpentibus perierunt*. Quid eſt autem tentare Chriſtum? (f) Non credere Domino. Incredulitatis nanque vitio urgebantur, eoque a ſerpentibus occiſi ſunt. Quid eſt autem deſertum, in quo occiſi ſunt, niſi hic mundus, in quo vagamur; per baptiſmum tamquam rubrum tranſeuntes mare, (g) liberati per noſtrum legis- 1. ad Cor. 10. 9.

(a) In Laudiſmo de ſancta Cruce: *Cor in cruce, crux in ore, quodam intimo ſapore, det tibi dulcedinem.* Atque iterum in eodem: *Crux in pœnis & tormentis, eſt dulcedo piæ mentis, & verum refugium.*

(b) Expoſit. in ſac. Miſſ. myſter. *Crux eſt lignum, quod miſſum eſt in Marath, id eſt, in Mundum, & dulcoratæ ſunt aquæ &c.* Al. ſine *dulcem &*.

(c) Pariter cap. 6. de perfect. vit. ad Soror. prope fin. Et huc etiam ſpectat quod idemmet S. Bonav. inquit in Serm. de Exaltat. S. Cruc. *Si paſſio Domini ad memoriam revocetur, nihil tam durum* (al. *nihil adeo grave*) *quod non æquo animo* (al. *æquanimiter*) *toleretur*; quæ quidem verba non *Bernardi* ſunt, ſed *Gregor. in quadam Epiſt.* ut eſt in Floribus Tho. Hiber. verbo *Paſſio* pag. m. 763. allegaturque *Gregor.* ab ipſommet S. Bonav. infra in Ordinar. Vit. Relig. num. 25. & in Supplem. Sermonum 9. in Purificat. B. M. V. num. 6. Item in Reg. Novitior. cap. 6.

(d) Confer cum cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. cum Serm. 4. Dom. 3. poſt Pentec. cum Serm. 5. de SS. Apoſt. & cum Serm. 4. de uno Martyre in fine.

(e) Al. *Deum*.

(f) Al. iterum *Deum*.

(g) *Mare baptiſmum ſignificat &c.*, Serm. 8. in die Sancto Pentec. ac Serm. 2. Dom. 18. poſt

Digitized by Google

gislatorem Dominum Jeſum a ſervitute Ægyptiaca, (*a*) qua ante baptiſmi gratiam premebantur?

Ex defectu fidei omnia fere vitia naſcuntur.

157. Si autem diligentius conſideremus, cuncta pene vitia ex incredulitatis vitio inveniemus oriri. Quis enim vanam mundi gloriam quæreret, ſi perfecte crederet (*b*) aliam eſſe futuram in

1. ad Cor. 2. 9. cœlis immarceſcibilem, quam oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ humilibus conſervantur? Putaſne huic gloriæ mundanæ tam incertæ, quam tranſitoriæ, animum inclinaret? (*c*) Nequaquam. Sed quod tales adſerunt ſe Deo credere, provenit ex quadam conſuetudine, quia totum pene mundum tali vident & audiunt fide teneri. Quod ſi infidelium numerus excreſceret, & nomen Chriſti non poſſent ſine pœna, vel ſine timore confiteri; citius audires eos quod corde gerunt, lingua propa-

Tit. 1. 16. lare; & verbis etiam abjurare eum, quem factis denegare non timent. Simile eſt de avaris, qui cœleſtes non curant divitias, & de invidis, qui caritatis laudem & præmium non atten-

Luc. 21. 19. dunt; & de iracundis, qui in patientia animas ſuas non poſſident; & de acedioſis, qui pro æterno commodo labores ſubire refugiunt temporales; & de luxurioſis, qui cœleſtibus voluptatibus mentis oculum non intendunt; & de guloſis, qui panem illum delicatiſſimum Angelorum ſuis epulis terrenis poſtponunt: quia ſi ea quæ futura promittuntur, vere crederent, nequaquam terrenis tam ardenter inhiarent. Propter ergo incredulitatem ſuam dantur, non ſolum vulnerandi per tentationes, ſed etiam occidendi per veneni ſui infuſionem ſerpentibus ignitis, id eſt, dæmonibus (*d*) illius maximi & tortuoſi ſerpentis primi perverſoris miniſtris, qui illos ſecum pervertunt, & incendiis æternis addicunt, quos in hac vita incendio ſuarum pravarum ſuggeſtionum corrumpunt.

158. Sed remedium attendamus, per quod vitium incredulitatis correctum eſt: Dixit Dominus ad Moyſen: *Fac ſerpentem æneum: & pone eum pro ſigno*, ſcilicet *in ligno erecto (e), quem percuſſi aſpicientes (f) ſanabantur*, ſcilicet a ſerpentium morſibus (g), cujus ſerpentis myſterium ipſe Dominus Jeſus curavit exponere, dicens: *Sicut Moyſes exaltavit ſerpentem in deſerto, ita exaltari oportet filium hominis: ut omnis qui credit in eum (h), non pereat, ſed habeat vitam æternam*. Videſne, quorſum feramur? Prorſus ad exaltatum in cruce benignum Jeſum, qui optime ſerpenti æneo & exaltato comparatur. Serpens enim dicitur mortifer; quia ſicut per ſuggeſtionem ſerpentis mors intravit (*i*) in orbem terrarum; ita per Jeſum mors mortua tunc eſt, in ligno quando mortua vita fuit. (*k*) Æneus vero, quia caritatis ſimul & Paſſionis ignibus conflatus, Paſſio-

Num. 21. 8. & ſeq.

Jo. 3. 14. Serpens a Moyſe exaltatus typus Chriſti crucifixi.

Sap. 2. 24. Antiph. 1. ad Laud. in Feſt. Exalt. S. Cruc.

---

poſt Pentec. inter editos ſub S. Bonav. nomine, nec non Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 4. num. 282.

(*a*) Ita Serm. 5. de SS. Apoſt. & in Procem. L. 1. Sentent. &c.

(*b*) Recte ait, *ſi perfecte crederet*; quia qui ſic credit, *tantum credit, quantum ſperat, amat, & operatur*, ut ex S. Gregorio in Ezech. Hom. 16. ante med. refertur apud ipſummet D. Bonav. L. 2. Phar. cap. 22. Et fidem perfectam vocat Apoſtolus eam, *quæ per caritatem operatur*, Gal. 5. 6. Talis fides *dirigit intentionem*; quodve id intelligendum ſit, *non de quacunque fide, ſed de fide operante per dilectionem*, tradit idemmet S. Bonav. in 2. Diſt. 41. Dub. 1. Ait idem quoque Serm. 3. Dom. 23. poſt Pentec. *Sicut mens dirigitur per argumentum, & caput per oculum; ita anima per fidei habitum &c.*

(*c*) De *inclinantibus animum gloriæ mundanæ* recte cenſet, *Deo*, ut par eſt, *non credere*; quia ut loquitur Phar. Lib. 2. cap. 23. verbis a S. Bernardo mutuatis in Serm. par. Serm. 1. *Per fidem promiſſorum credimus Deo, qui quidquid promittit, veraciter complet.* Qui autem ita *Deo credit*, non quærit temporaria, ſed æterna. Unde ibi cap. 24. ex eod. Bernardo loc. cit.: *De fide promiſſorum ſpes gloriæ*, non certe mundanæ, ſed cœleſtis. *Fides* enim, quæ ſecundum Apoſtolum Hebr. 11. 1. *eſt ſperandarum ſubſtantia rerum*, non inclinat animum ad gloriam mundi, ſed ad gloriam Dei; non ad brevi tranſitura, ſed ad perpetuo duratura; non ad terreſtria, ſed ad cœleſtia bona.

(*d*) Pariter Expoſit. in ſacr. Miſſ. Myſter. de qua paulo infra.

(*e*) Al. tantum *pone in ligno erecto*. Quo vero ad hoc *pone in ligno erecto*, vel *ſuper ligno erecto*, lectio eſt haud diſſimilis illis aliis ſecundum Hebr. nimirum *ſuper pertica*, aut *vexillo*, ſive *trophæo*, aut *baculo*, ſive *palo in ſublime ſublato*.

(*f*) Vid. Comment. in Joan. Evang. cap. 3. num. 169.

(*g*) Al. *quem qui intuiti fuerint, a ſerpentium morſibus ſanabuntur*.

(*h*) Vid. rurſum d. Comment. ibi n. 170. Al. *illum*.

(*i*) Vulg. *introivit*; ſed *intravit* etiam Expoſit. in Sap. ibi, Serm. 4. Dom. 3. poſt Pentec. & alibi. Vid. inter Variant. Vol. 1. & 2.

(*k*) Al. duntaxat *quia per ſuggeſtionem ſerpentis mors*

Digitized by Google

sionis sanguine rubricatus, ad modum æris in resurrectione induratus est, quia ultra non moritur. Exaltatio autem
Rom. 6. 9. serpentis exaltationem crucifixi Jesu figurat. (*a*) Hic est serpens, quem incauti a malignis spiritibus vulnerati, ad credulitatem conversi, si volunt salvari, respicere commonentur (*b*). Est enim serpens iste de virga Moysi trans-
Exod. 7. 10. formatus. Per virgam, quæ est insigne regium, Deum intellige: per serpentem vero, cujus suggestione primi parentes mortui sunt, hominem mortalem accipe. Mutata est virga in ser-
Jo. 1. 14. Verbum assumpsit quod non erat, manens quod erat. pentem, quando *Verbum caro factum est*, assumens quod non erat, id est, humanitatem, manens quod erat, id est, Deus. (*c*) Sicut ergo factus serpens Magorum Ægyptiorum serpentes devoravit: sic Deus factus homo inimicorum suggerentium peccata, & fraudes evacuavit, maxime tamen cum esset exaltatus in cruce, (*d*) cum sanguinis sui flores ostenderet, & florum, scilicet virtutum suarum odorem per totum mundum effunderet, & corda quibuscumque vitiis vulnerata sanaret.

Augustinus in Jo. Evangel. Tract. 80. n. 2.

159. Respiciamus igitur & nos in faciem serpentis ænei elevati, scilicet (*e*) Christi, si volumus a pravorum dæmonum suggestionibus serpentinis liberari. (*f*) Respicere autem, fide in ipsum tendere est: quod non infirma, sed forti & perfecta fide completur. (*g*) Sunt autem qui quidem ore confitentur, quoniam Christiani sunt, factis autem negant: quos non puto fide (*b*) tendere in crucifixum pium Jesum. Ut autem hoc per similitudinem aliquo modo ostendamus: similis est enim fides (*i*) vino, quod tantum colorem habet vini, sed a sapore veri vini & viribus est alienum: cujusmodi vinum non credo fideliter Deo acceptum, sed quale in Cantico Canticorum laudatur, ubi ipse Sponsus ad Sponsam ait: *Gut-* *Cant. 7. 9.*
tur tuum, sicut vinum optimum. Et illa statim respondet: *Dignum dilecto meo ad potandum, labiisque, & dentibus ejus ad ruminandum* (*k*). Et post pauca: *Dabo,* *Cant. 8. 2.*
inquit, *tibi poculum ex vino condito, & mustum* (*l*) *malorum granatorum meorum.* Ecce quale vinum erit placens dilecto, & quod in amorem nostri illum accendat. Est nanque vinum optimum fides perfecta, cordis sententia, & oris confessione pariter concordante. Et quod dicitur (*m*): *Dabo tibi poculum ex vino condito*, fides bonis virtutum operibus condita & exercitata intelligitur. Tali fide tenditur & intenditur in pium
2. ad Tim. 1. 5. Jesum, non fide ficta, operibusque ca-
Jac. 2. 26. rente, sine quibus fides mortua est. Demus ergo dilecto nostro pio Jesu vinum optimum fidei perfectæ, & vinum diversis aromatibus virtutum saporosum (*n*): & sic intueamur in faciem ejus, pro nobis ad similitudinem serpentis ænei in cruce suspensi. Et quoties alicujus serpentinæ tentationis morsu nos cognoverimus vulneratos, ad crucem curramus, & ad thronum crucis quandoque ignominiæ, nunc summæ gloriæ accedamus, & fide, & spe, & caritate in liberatorem piissimum intendentes, (*o*) per mortem nostri serpen-

Fides perfecta placet Deo.

Ad Tit. 1. 16.

Passionis memoria efficax contra tentationes dæmonis.

---

mors intravit in orbem. Et huc quoque spectat illud Osee 13. 14. *Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne.* Vid. in 3. Dist. 22. Art. 1. Q. 5. in concl. nec non in fine hujus cap.

(*a*) Sic Exposit. in cap. 16. Sap.

(*b*) Exposit. in sacr. Miss. Myster. *Crux est palus, in quo erecto Serpente æneo, id est, Christo, omnes qui eum fideliter aspiciunt, liberantur a morsibus serpentum ignitorum, id est, Diabolorum.* Et in Laudismo de Sancta Cruce: *Crux est optima medela, contra Zabulonis tela, valde salutifera.*

(*c*) Sic supra cap. 1. n. 1.

(*d*) Sic etiam quoad prædicta Serm. de Exaltat. S. Crucis. Vid. quoque Gloss. ord. ex Strab.

(*e*) Al. absque *scilicet*.

(*f*) Serm. 1. Dom. infra Oct. Nativit. Dom. *Signat Dominum Jesum Christum..... ut quemcunque momorderit astutia satanæ, intueatur Christum in ligno pendentem, per passionem & imitationem, & plenam inveniet curationem.* Item Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 8. num. 538. *Est crux Christi, ut eam vulnerati a veneno diaboli, inspiciant, & sanentur. Quod signatum est per serpentem æneum, in quem aspicientes vulnerati aliorum serpentum morsibus curabantur.* Confer etiam Serm. de Exaltat. S. Crucis.

(*g*) De *fide* hujusmodi Lib. 2. Phar. cap. 23. Comment. in Joan. Evang. cap. 3. num. 174. & alibi.

(*h*) Scilicet *perfecta*, de qua paulo ante, ac etiam paulo infra.

(*i*) Scilicet prædicta *Christianorum, qui quidem ore confitentur, factis autem negant.*

(*k*) Pariter Exposit. in cap. 7. Cant. §. 303.

(*l*) Al. *vinum conditum, & mixtum.*

(*m*) Al. *subditur.*

(*n*) Vel ex hoc adjectivo colligitur stilus potius S. Bonav. quam S. Bernar. Eo utitur ipsemet Bonav. in Opusc. de perfect. vit. ad Soror. ut notavi in Prodr. col. 560.

(*o*) Ad fin. Lig. Vit. *In te igitur ut finem omnium, credens, sperans, & amans ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, ex omni virtute ferar desiderate Jesu &c.*

Digitized by Google

pentis, qui mortem antiqui serpentis occidit, à serpentum morsibus petemus ac poterimus liberari.

CAPUT XLVI.

De fructu Vitis nostræ, seu Christi, pro nobis passi, & crucifixi.

160. Quia docente & ducente, ut spero, nos pariter pio Jesu, duce optimo & doctore, prolixiorem multo quam speravimus, sermonem habuimus de floribus vitis nostræ: nunc eodem nos adjuvante, qui usque in finem diligit & dirigit suos, in cujus manu sumus & nos, & sermones nostri; ad fructum ejusdem vitis animum acclinemus, florum dispendium fructuum compendio redem-
Ps. 138. 6. pturi. Confortata est enim scientia fructus vitis nostræ hujus, & non potest ad eam nostri ingenioli tarditas (a) elevari. Ut ergo omnes abscindamus ambages, si fructus perquiramus, præcipue redemptio est
B. V. M. terra benedicta. plantata in terra benedicta, in Virgine Virginum Maria. (b) Illa vitis vera, dulcis Jesus, apparuit in nativitate, præcisa in circumcisione, corcumfossa in insidiis, perfossa clavis, ligata vinculis multiplicibus, fronduit in virtutibus, fructificavit in Passione; & redemit hominem, quem alio modo redimi non convenebat. Sed dices: (c) Quomodo dicitur in Passione fructificasse, qui paulo ante dictus est in Passione (d) floruisse? Nunquid idem sunt flores & fructus? An ita subito sine intervallo temporis fructus suum florem secutus est? Non enim id videmus fieri in rerum naturis. Præcedunt enim flores, & intercedit multi temporis intervallum, ut fructus ad maturitatem perducatur: quod nos verum quidem esse fatemur. Verum ea quæ habemus præ manibus, non tantum humana, sed & Divina sunt. Unde non sequuntur rerum naturas in omnibus, sed naturæ magis suum sequuntur auctorem.

161. Quod videlicet apertius intelliges, si diligentius volueris intueri in omni arborum genere, in ortu fructus florem decidere & perire: in hominibus quoque & fere cunctis animantibus fructus foliorum florem virginitatis abscindit. Non sic erat in nativitate vitis nostræ. Beatissima enim Mater illius fructum quidem protulit benedictum, non amisso virginitatis flore, immo magis per partum mirabilem & mundissimum est decorata; ubi lex, ubi jura naturæ abscissa sunt. Non est igitur magnum, si sine temporis intervallo flores vitis nostræ non pereuntes, fructus saluberrimus consecutus est. Protulit eum Mater pulcherrima, flore virginali non perdito; protulit & ipse fructum redemptionis nostræ floribus virtutum non marcescentibus. Nec tamen caret ratione maturitas fructus accelerata. Patet enim, quia secundum augmentum & diminutionem caloris, maturitas fructus vel accelerat, vel tardat. Vide ergo magnitudinem caloris, immo fervoris in patiente pio Jesu, & non miraberis fructus sui accelerationem. Ardebat incomparabiliter caritatis intrinsecus, & Passionis extrinsecus igne, ut fructum nostræ redemptionis sine mora produceret. Productus est ergo botrus ille optabilis cunctis Pa- Cant. 1. 13.
triarchis & Prophetis aliisque justis, scilicet redemptio nostra (e): quem fructum Ecclesia non solum ex his qui sunt sub tempore gratiæ, sed a mundi principio juste congregata, dulcem sibi fore gratulatur, dicens de Sponso in Cantico amoris: *Sub umbra illius, quem* Cant. 2. 3.
desideraveram, sedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo. (f)

162. Quid mirum, si redemptio justorum a diabolica tyrannide, a tenebris & umbra mortis, a carcere infernali, quo inclusi tenebantur, reductio in Paradisum, Angelorum custodiæ deputatur? (g) Quid mirum, præsentiam Christi fuisse delectabilem atque voti-

(a) Heic *sui ingenioli tarditatem* fateri non erubuit noster modestissimus Doctor, sicut ad finem Procem. sui Breviloq. *pauperem portiunculam scientiolæ suæ*, ac *pauperculam scientiam &c.*

(b) Vid. supra col. 7. not. *a.*

(c) Al. *dicis.* Vid. infra n. 164.

(d) In anti. Ed. Ven. *nativitate.*

(e) Quod *Christus in Cruce tanquam botrus in torculari compressus per vulnera sui floridi corporis odoriferum liquorem expressit omnium morborum sanativum, & saluti sufficientissimum*, Ser. 1. Dom. infra Oct. Nativ. Dom. Item de *Christo, ut botro in palmite, vel palo, qui portabatur ab antecedentibus, & sequentibus: sed præeuntes ferebant, & non videbant; sequentes vero & ferebant, & aperte videbant*, in 3. Dist. 13. Art. 2. Q. 3. ad 6. De prædicto *botro* pariter differentem consule Cornel. a Lap. Comment. in Cant. ibi.

(f) Sic D. Bonav. Serm. 2. de Adventu.

(g) 2. Dist. 11. Art. 1. Q. 1. in conc.

Digitized by Google

vam, tanto tempore expectati ac desiderati? (a) In afflictis enim rebus constitutis tanto solet esse gratior liberatoris adventus, quanto fuerit diuturnior afflictio. Quanto enim tempore primus Abel justus, primus martyr, qui sua passione primus liberatorem præfiguravit, (b) expectaverat? Quam diu ipse Adam & Heva parentes nostri, adhuc etiam in inferno, (c) Paradisi gaudia ad memoriam invicem revocantes, istam redemptionem sitiverant cum aliis sanctis & justis, qui se liberandos sperabant? Quanto putas eos exultasse tripudio, (d) cum ille Crucifixus adveniret, Angelis præcedentibus & clamantibus: *Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ?* (e) Quanta putas eos alacritate concinuisse, & consonis jubilis in communem lætitiam prosiluisse ac dixisse: *Advenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris, ut educeres vinctos de claustris. Te nostra vocabant suspiria, te larga requirebant lamenta. Tu factus es spes desiderantibus, magna consolatio in æternum.* O quam dulcis fructus redemptionis his, qui in tanta & tam amara servitute fuerant constituti. Hic est fructus, de quo Sponsus loquitur in Cantico amoris: *Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus ejus.* Quid est in palmam? in crucem ejus, (f) cujus una pars de arbore palmæ dicitur facta fuisse.

Psal. 23. 7.

Eccles. olim in Offic. Paschali.

Cant. 7. 8.

163. De quatuor enim generibus arborum facta fuisse refertur: de cypresso, de cedro, de oliva, de palmis (g). Cypressus in profundo, cedrus in longo, oliva in alto, palma in lato. Unde dicit Apostolus: *Ut possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum.* (b) Profundum vero in cruce, vocatur illud lignum, quod infixum erat terræ, in quo stabat lignum erectum, & cui dorsum crucifixi Domini applicandum fuerat, quod est crucis longitudo. Lignum vero ex transverso illi appositum, cui manus erant affixæ, latitudo crucis nominatur. Illud autem, quod a Pilato fuit appositum, in quo titulus triumphalis (i) fuit scriptus, altitudo nuncupatur. Habent autem horum lignorum singula suas mysticas significationes secundum naturas suas. Cypressus enim timorem sive humilitatem significat, ubi est radix crucis, per quam non solum situs humilis, sed naturæ ejus exprimitur: quia, ut dicitur, fugat odore serpentes, id est, diabolos, quorum proprius character superbia ab humilitatis virtute fugatur (k). Cedrus arbor longitudine præstans aliis arboribus, (l) longitudinem crucis, id est, perseverantiam significat, sive patientiam. Naturali enim sua virtute approbatur, quia est valde durabilis, & corrumpi ex natura non potest. Oliva vero arbor oleum effundens, per quam misericordiæ opera significantur, caritatem significat, quæ arbor bene latitudinem habet crucis: quia lata est caritas, quoniam etiam ad inimicos extendi præcipitur. Palma porro arbor victoriam significans, altitudinem crucis optime significat, spem de supernis habendam, non ad infima deprimendam. (m)

Ad Ephes. 3. 18.

Ligni crucis explicationes mysticæ.

Crux ex quatuor arborum generibus facta.

Hæc

(a) Eod. Serm. 2. de Adventu.

(b) Exposit. in cap. 24. S. Luc. nec non Ser. sive Collat. 14. in Hexaem.

(c) Sive *limbo*. Sic in 3. Dist. 22. Art. 1. Q. 4. in concl. & alibi.

(d) Ibi.

(e) Prædicto Serm. 2. de Adventu. Et ita quoque S. Jo. Chrysostomus Hom. quod Christus sit Deus, S. Hieronymus, Dionysius Carthusianus, Glossa, quam citat noster Galatinus &c. Vid. Lorin.

(f) In Exposit. Miss. ad eumdem Cantici versiculum sic: *Crux est palma, quam Christus ascendit, & fructus ejus apprehendit, id est, redemptionem nostram.* Confer Serm. 3. de S. Andrea Apostolo.

(g) Sic *Magister in Historia* allegatur in Compend. Theol. Verit. Lib. 4. cap. 21. quod etsi Bonaventuræ non sit, est tamen secundum Bonaventuram; ubi & ille Versus adducitur: *Crux Domini palma, cedrus, cypressus, oliva.*

(h) Lib. 1. Phar. cap. 4. refert de Cruce ex *Bernardo in floribus, quod ipsa est longitudo & latitudo, sublimitas & profundum.* Confer Serm. 2. de S. Andrea Apostolo. Sed & prædictum textum ex cap. 3. ad Ephesios de cruce explicat quoque S. August. Tract. 118. in Joan. Vid. Lib. Sacramentor. S. Greg. Papæ die Invent. S. Cruc. cum not. Hug. Menar. 365.

(i) Sic Exposit. in cap. 23. S. Luc.

(k) De Judæo ipso, qui timoris nocturni causa se se, ut ut minime credens, signo crucis munivit, Dæmonesque fugavit, narrat idemmet S. Bonav. Serm. de Exaltat. S. Cruc. ex S. Greg. Lib. 3. Dialogor. cap. 7. Quantum etiam *Dæmones timeant, signum Crucis*, vide sis eumdem S. Bona. Serm. 1. de Invent. S. Cruc.

(l) Ita Exposit. in Cant. cap. 5. §. 240. Vol. 1.

(m) Similiter Exposit. in cap. 23. S. Luc.

Crux

Hæc arbor habet in ſe titulum triumphalem ſcriptum, in quo invenitur fructus crucis. Prima enim dictio eſt JESUS, per quam intelligitur ſalvatio, quæ idem eſt quod redemptio. Ecce fructus crucis. Propterea enim Chriſtus crucifixus eſt, ut redimeret hominem. Quod autem ait: *Aſcendam in palmam*, a parte crucis totam crucem ſignificavit. Et bene per palmam, in qua titulus ſignum redemptionis, quæ fructus crucis eſt, invenitur.

164. Sed dicet aliquis (*a*): Dicturus eras de fructu vitis, & dicis de fructu palmæ. Quæ concordia eſt vitis & palmæ? Ad quod ego: Palma Crucem, vitis vero ſignificat Crucifixum. Dic igitur, nunquid diverſus eſt fructus Crucis, & Crucifixi? Non puto. Ergo & idem eſt fructus & palmæ, & vitis. Aſcendit vitis in palmam, apprehendit fructus palmæ, non quos palma habuit ex ſe, ſed ex vite in palmam extenta. Quare ergo dicit ipſa vitis: *Apprehendam fructus ejus*, & non potius dicit meos: cum palma habuerit fructum a vite, non vitis a palma? Chriſtus non habuit hunc fructum ſine palma, immo & per palmam, id eſt, per crucem: quia ſi Chriſtus crucifixus non eſſet, non fuiſſet ſecuta redemptio. Apprehendit ergo Chriſtus fructum crucis, illum profecto, quem ipſe per crucem fuerat operatus. (*b*)

Varii fructus Crucis.

165. Sed habet hic botrus grana multa, ſcilicet impletionem Scripturæ, victoriam de diabolo, reſurrectionis gloriam, aſcenſionis mirabilem elevationem, donorum Spiritus ſancti miſſionem. De impletione Scripturæ ipſe Dominus teſtimonium perhibet, dicens Petro: *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis (c) ut bibam illum? Quomodo ergo implebuntur Scripturæ? quia ſic oportet fieri.* Et in alio loco: *Quoniam neceſſe eſt impleri (d) omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & prophetis, & pſalmis de me.* Victoria de diabolo, etſi alio modo potuit, tamen alio modo impleri non debuit. Multum enim deſipit, qui ſapientiam Dei & Domini aliud aliquid putat, niſi id quod præſtantiſſimum fuit, ordinaſſe. (*e*) Neceſſarium fuit eum per hominem vinci, & per lignum, qui hominem vicerat per lignum: *Ut unde mors oriebatur, inde vita reſurgeret, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur.* (*f*) Quare autem per hominem qui erat Deus, & non per ſimplicem hominem, ſatis manifeſtum eſt: quia omnes homines peccato erant obnoxii, & non poterat quiſquam aliorum ſolvere vincula, qui ſeipſum ſolvere non valebat. Chriſtus enim fortis, qui originali peccato nihil debebat, eo quod ſingulari privilegio naſcendi ſine omni carnali concupiſcentia conceptus erat, qui ſolus eſt inter mortuos liber, ſolus a morte poterat mortuos liberare; ſicut ait Apoſtolus: Non habebat neceſſe pro ſemetipſo offerre ſacrificium, quemadmodum alii ſacerdotes, tam pro ſua, quam pro populi ignorantia, & peccatis. (*g*)

Botri myſtici grana multa.

Impletio Scripturæ granum primum.

Jo. 18. 11.

Matth. 26. 54.

Luc. 24. 44.

Victoria de diabolo g-anum ſecundum.

Secundum Greg. in Præfat. Miſſæ de Cruce.

Cur Redemptor Deus & homo.

Pſ. 87. 6.

166. Si autem quæritur (*h*), quare Deus potius per ſe, quam per aliquam aliam creaturam hominem voluerit liberare: poſſumus hoc quidem caritati ejus imputare, quam ut nobis commendaret, non ſolum incarnatus, ſed & mortuus eſt pro nobis (*i*). Tradidit nihilominus per hoc formam caritatis, ut

Ad Hebr. 5. 2. & ſeq.

Cur Deus per ſe non per alium nos redemit.

Ad Rom. 5. 8. & ſeq.

Crucis quatuor ſunt brachia, ſcilicet amor, ſpes, timor, & dolor. Spes ſurſum, timor deorſum, amor a dextris, & dolor a ſiniſtris. Et de his dicitur: In charitate radicati & fundati, ut poſſitis comprehendere cum omnibus Sanctis, quæ ſit longitudo, & latitudo, & ſublimitas, & profundum, ad Eph. 3. 17. ac ſeq. Item de *ſpe ſurſum* Expoſit. in cap. 15. Sap. *Scirpus in altum ſe erigens eſt ſpes. Quæ ſurſum ſunt quærite.* Coloſſ. 3. 1.

(*a*) Modus hic objectandi videtur ſcholaſticus. Conſer cum altero ſupra n. 160. & infra n. 166.

(*b*) Supra cit. Expoſit. in ſacr. Miſſ. Myſter. nec non Vol. 1. Expoſit. in cap. 7. Cant. §. 302.

(*c*) *Non vis* in Vulg. deeſt; ſed habet etiam S. Bonav. Comment. in Jo. ibi.

(*d*) Al. *nonne oportuit adimpleri.*

(*e*) Hic enim modus genus humanum redimendi *fuit acceptiſſimus ad placandum Deum, congruentiſſimus ad curandum morbum, efficaciſſimus ad attrahendum genus humanum, prudentiſſimus ad expugnandum generis humani inimicum*, ut ait in 3. Diſt. 20. Art. 1. Q. 5. in concl.

(*f*) Pariter Expoſit. in cap. 14. Sap. cum hac tamen differentia, quod ibi dicitur *per lignum vincebat, per lignum quoque vinceretur.*

(*g*) Quoad ſenſum tantum, non quoad verba Vulg. ibi. Al. ſine *& peccatis.*

(*h*) Iſte *quærendi* modus, uti & ſuperiori init. 164. *Sed dicet aliquis*, videtur ſapere pulverem Scholæ, in qua non Bernardus, ſed Bonaventura verſatus fuit.

(*i*) In 3. ſupra cit. „ Nullo alio modo, „ ſalvo voluntatis arbitrio, Deus hominem „ magis potuit attrahere ad amorem ſuum, „ quam

Digitized by Google

ut parati ſimus, cum neceſſitas exegerit, pro fratribus noſtris animas noſtras ponere, cum Regem noſtrum pro nobis animam poſuiſſe videmus. Eſt & adhuc alia rationabilis cauſſa, quare per Dominum redempti ſumus: ſcilicet quia nequaquam decuit nos per alium reformari, quam per eum, per quem formati eramus. (*a*) Plus enim excitat nos ad caritatem reformatio, ſicut ſæpius ſupra dictum eſt, quam formatio (*b*). Si ergo per alium quam per ipſum per quem ſumus formati, reformati eſſemus: plus reformatori noſtro, quam formatori deberemus; & ſic plus diligeremus creaturam, quam creatorem, quod eſſet inconveniens. Ut ergo incitaret nos ad diligendum ipſum ex toto corde, ex tota anima, & ex omnibus viribus noſtris; impendit nobis quidquid debuit creando & recreando (*c*) nos optimus Deus, cujus beneficiis non communicat alienus.

1. Jo. 3. 16.

Luc. 10. 27.

167. Fructum igitur redemptionis noſtræ toto deſiderio complectamur, & ſæpius, immo ſine intermiſſione, ad memoriam revocantes latentem in ipſo dulcedinem, lingua intellectus noſtri deguſtemus, & in vaſe memoriæ noſtræ recondamus ſanguinem hujus uvæ meraciſſimum, ſanguinem, inquam, rubicundi Jeſu: quia factus eſt nobis redemptio, quoniam per ipſum ſalvati & liberati ſumus. His floribus, hoc fructu, quo redempta eſt a tyrannide dæmoniaca, jugiter reficienda eſt fidelis anima, ne in hoc tædioſo deſerto deficiat, in quo ſine requie, ſine intermiſſione laborat, ſuſpirans ad illam terram lacte & melle manantem, & cum Sponſa proclamans: *Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo*. Non ignorat ipſa, quis & qualis fuerit fructus vitis ligni vitæ Jeſu Chriſti (*d*). Nonnumquam enim lectum conſcientiæ ſuæ (*e*) floribus virtutum (*f*) & paſſionis Sponſi ſui reſperſerat; quæ eidem in eodem Cantico amoris proclamat: *Lectulus noſter floridus*; non de alienis, ſed de tuis floribus, dulcis Jeſu. Veni ergo, & agnoſce tuos flores; requieſce in lectulo tuis floribus adornato. His ergo floribus petit a ſociis Sponſi, ab annuntiatoribus verbi Dei ſe Sponſa fulciri; ſciens profecto quid virtutis habeant, qualem effectum operentur in ipſa tales flores per miniſtrum verbi ad memoriam revocati; quantum ipſam in tentationibus & periculis præſentis vitæ confortent (*g*), quantum ad ſupernæ patriæ deſiderium accendant. Nec dubito quin eadem Sponſa in hortum ſanctarum Scripturarum (*h*) ſui Sponſi quandoque fuerit introducta, ubi procul dubio lignum vitæ vitem veram invenit, cujus alacriter fructum apprehendit, volvens in mente ſua & revolvens, & intuens diligenter ac perſpicaciter, qualem ex ardore dilecti ſui, immo ex ipſo dilecto fuerit fructum conſecuta: ſenſitque infallibiliter, quantum amoris ei debeat, quantum ad omnia pericula ſuſtinenda merito debeat confortari guſtato ſpiritu fructuoſiſſimo, quem ex arbore tam dilecta ſuſcepit. Optat ergo ſibi ſæpius ad memoriam revocari hos flores & hunc fructum: quia & illis fulciri, ne

Num. 14. 8.

Cant. 2. 5.

Utilitas meditationis Paſſionis Dominicæ.

Cant. 1. 15.

Deut. 32. 14.

1. Cor. 1. 30. In Reſponſ. Lect. de Offic. Præſent. S. Crucis.

„ quam ſuſcipiendo pro eo Crucis patibulum. „ Propter quod dicitur: Ego ſi exaltatus fuero „ a terra, traham omnia ad meipſum. Et „ Hugo de arrha Sponſæ: Ut oſtenderet tibi „ quantum te diligeret, non niſi moriendo te „ a morte liberavit, ut non tantum pietatis „ impenderet beneficium, verum etiam caritatis monſtraret affectum. "

(*a*) Pariter in eod. 3. Diſt. 1. Art. 2. Q. 3. ad 1.

(*b*) In Amator. ex Bernardo de diligendo Deo ante med. ſic „ Licet multum poſſit homo „ minem incitare ad amandum Deum, quod „ ipſe eum fecit; tamen multo amplius debet eum incitare, quod ipſe eum refecit: „ quia non tam facile refectus, quam factus. "

(*c*) In 3. ibi ad opp. de verbo *creare*, & *recreare*.

(*d*) De illo in Præfat. Lig. Vit. ac alibi quoque.

(*e*) Serm. 3. Dom. 18. poſt Pentec.

(*f*) Sic Expoſit. in Cant. c. 1. §. 85.

(*g*) Expertus ſic loquitur idem S. Bonav. Narrat quippe Serm. 4. Dom. 13. poſt Pentec. „ Semel cum Diabolus fortiter me ſtringens in „ gutture, vellet ſtrangulare, jam non valens „ præ nimia ſtrictione gutturis clamare, ut „ Fratrum adjutorium imprecarer, incipiebam „ cum ingenti dolore ſpiritum exhalare; ſta„ timque habita Dominicæ Paſſionis memoria, „ incepi ex compaſſione Dominicæ Paſſionis „ ſingultum geminare, & magna ſuſpiria loco „ vocis ſubmittens cordis medullis emittere. „ Quo finito virtute Dominicæ Paſſionis, ego „ ſervus Crucis, qui præſens Sermonum Opuſculum ad laudem nominis Chriſti, & ſanctæ Crucis honorem compegi, tam crudeli „ nece me profiteor liberatum. "

(*h*) In Principio Scripturæ: *Hic eſt hortus plantationis Divinæ: Rigabo hortum plantationis meæ, & inebriabo partus mei fructum*. Eccli 24. 42. ubi Vulg. *Rigabo hortum meum plantationum; & inebriabo prati mei fructum*.

Digitized by Google

ne cadat; & his stipari, ne aliquo modo moveatur, exorat: (a) sciens nimirum quid virium habeant & illorum odor, & hujus sapor.

Cant. 2. 5. 168. Quod autem addit: *Quia amore langueo*, quid est, nisi quod Sponsa desiderio supernæ patriæ accensa dilationem diuturnam non patitur? Unde in

Cant. 5. 8. eodem: *Adjura vos Filiæ Jerusalem, ut nuntietis ei*, sc. dilecto, (b) *quia amore langueo*. Quis est amor iste tam validus, & languorem inducens? (c) Nunquid non est amor, de quo scriptum

Cant. 8. 6. est: *Fortis est ut mors dilectio*? Qualis est ista fortitudo, quæ infirmitatem inducit? Respondeant illi, qui in libro experientiæ hujus quæstionis solutionem (d) perlegerunt. Experientiæ dixi. Et quare non sapientiæ, quæ a sapore dicta est? (e) Qui ergo in libro sapientiæ legerunt, id est, qui saporem internum experti sunt, (f) dicant & doceant nos, (g) quis sit iste amor, qui cum sit fortis ut mors, facit amantes languere usque ad mortem: quia in morte hujus corporis, & non ante sanantur. Possent quidem medio tempore, dum in vita hac mortali, sive in hac morte vitali degunt, dilecti ac desiderabilis floribus & fructibus consolari, at non satiari; (h) donec veniat

Ps. 16. 15. dies, quem cum Propheta desiderant dicentes: *Satiabor cum apparuerit gloria*

Prov. 15. 11. *tua*. Et in alio loco: *Adimplebis me lætitia (i) cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem*. De qua dextera alias legitur: *Læva ejus sub capite meo,*

Cant. 2. 6. & 8. 3. *& dextera illius amplexabitur me*. Et vide quam bene ista auctoritas cum superioribus concordat: ut *læva* dilecti appelletur recordatio illius caritatis, qua nulla major est, quam ea qua posuit animam suam pro amicis suis. In *dextera* vero beata Dei visio, quam promisit amicis suis, & gaudium de præsentia Divinæ majestatis. (k) Merito illa Dei & deifica visio, illa Divinæ præsentiæ inæstimabilis dilectio in dextera deputatur, de qua delectabiliter canitur: *Delectationes in dextera tua usque in finem*. Merito in læva memorialis illa & semper memoranda dilectio collocatur: ut *donec transeat iniquitas*, super eam Sponsa requiescat & recumbat. Merito ergo læva Sponsi sub capite Sponsæ, super quam videlicet caput suum inclinata sustentet, id est, mentis suæ intentione incurvetur, ne inclinetur ad carnalia & sæcularia desideria: quia *corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*. Idem ergo per flores & fructum nostræ vitis, & per lævam ipsius Sponsi figuratur: languoris autem sanatio per dexteram ejus.

Jo. 15. 13.

Ps. 15. 11.

Ps. 56. 2.

1. Pet. 2. 11. Tit. 2. 12. Sap. 9. 15.

Amor quomodo fortis ut mors, & tamen causa languoris.

169. Per hos ergo flores & fructum vitis nostræ petunt se fulciri, nec alienа dilectione gloriantur se sustentari, qui spem & fiduciam suam non in rebus caducis posuerunt: sed illa tantum anima, quæ modo pro amore & desiderio dilecti corporalibus & mundanis curis languet, immo & moritur, cui & dicitur: *Quæ est ista, quæ ascendit de deserto deliciis affluens, innixa super dilectum*

Cant. 8. 5.

(a) Alludit ad illa verba Cant. Canticor. 2. 5. *Fulcite me floribus, stipate me malis &c.* Quæ etiam verba expendens Auctor Tract. de carit. inter Suppos. S. Bernardi cap. 32. num. 98. subdit „ Stipatur anima, dum temporis præ„ teriti fructus percipit, convertens in utilita„ tem propriam Christi flagella, opprobria, & „ dolores, & cetera quæ passus est, usque ad „ ignominiam crucis. “

(b) Al. *Filiæ Jerusalem nuntiate dilecto.*

(c) Vocat quoque *languorem excessivi amoris* Expos. in Cant. cap. 2. §. 95.

(d) Vel hic loquendi modus nonnihil de stilo Scholæ redolet.

(e) 3. Dist. 35. Art. 1. Q. 1. in Fundam. *Sapientia a sapore dicitur.*

(f) In 3. ibi in concl. *Sapientia magis proprie nominat cognitionem Dei experimentalem. Et hoc modo est unum de septem donis Spiritus sancti, cujus actus consistit in degustando Divinam suavitatem.* Hanc degustare cupiebat D. Augustinus sic oràns apud ipsummet S. Bonaventuram in Soliloq. cap. 4. *Fac me Domine precor degustare per affectum quod intelligo per intellectum: fac me sentire per amorem, quod sentio per agnitionem.* Loquens autem idemmet S. Bonaventura in 3. ibi de *Viris sanctis, & contemplativis, qui præ nimia dulcedine modo elevantur in ecstasim, modo sublevantur usque ad raptum*, ait, quod *hoc eveniat pauciſſimis*. Item de prædicta *cognitione experientiæ* in Tract. de sept. grad. contemplat.

(g) Nemo in hoc non miretur summam Seraphici nostri Doctoris modestiam, qui heic quasi inexpertus loquitur, & opus habens ab aliis doceri.

(h) Cit. Tract. de sept. grad. contemplat. *Plus afficiunt, quam reficiunt Divinæ illæ prælibationes: efficiunt enim esuriem, non saturitatem pariunt.*

(i) Al. *jucunditate*.

(k) Similiter Expos. in Cant. ibi, pariterque apud Lorinum.

Digitized by Google

ctum ſuum? De deſerto quippe hujus mundi aſcendit, quæ cor ſuum cum corde dilecti in ea caritate connexit, quærens ea quæ ſurſum ſunt, non quæ ſuper terram. Unde deliciis virtutum affluit, tanquam unguento delibuta diverſorum aromatum, quæ de dilecti Paradiſo collegit, ſequens eum qui pro ea paſſus, ſuum ipſi reliquit exemplum. Unde & bene dicitur: *Innixa ſuper dilectum ſuum*; non ſuper hominem: quia *maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum*; nec ſuper aliquas res terrenas, quæ omnia reputavit quaſi ſtercora, ut Chriſtum lucrifaceret. (a) Talis ergo eſt anima, quæ nunc floribus & fructu vitis veræ Sponſi ſui fulcitur, quæ modo præ amore illius languet uſque ad mortem, dicens cum Job: *Deſperavi, nequaquam jam ultra vivam*. Talis, inquam, anima poſt hæc Sponſi dulciſſima dextera ineffabiliter amplexari, & fructu æternæ jucunditatis (b) ſatiari merebitur, languore non ſolum ſanato, ſed & aucto ejus deſiderio (c). Sanabitur enim languor intolerabilis deſiderii in perfruitione jucundiſſima dilecti deſiderati; (d) non tamen auferetur, immo augebitur idem deſiderium: ſed tunc non erit languor, ſed depulſio faſtidii, cum deſiderans pleniſſime ſatiabitur deſiderato, & ſatiatus diſcet in ſatietate deſiderare, mutua & interminabili & inexplicabili generatione, deſiderio generante ſatietatem, & ſatietate deſiderium pariente. (e) Sed jam revertamur ad uvam.

Ad Coloſſ. 3. 1. ac ſeq.

1. Petr. 2. 21.

Jer. 17. 5.

Ad Philip. 3. 8.

Job 7. 16.

Animæ languor non curatur poſt fruitionem Dilecti.

Faſtidium in cœlo nullum.

Reſurrectionis Dominicæ fructum tertium.

170. Eſt tertium granum in botro redemptionis noſtræ Dominica reſurrectio, quæ quantum habuit habeatque dulcedinis, quis explicet? Ponat aliquis tamen, ſi quis poteſt, in corde ſuo magnitudinem ineffabilem illius beatiſſimæ & triſtiſſimæ Paſſionis: videat quanto deſperationis mœrore illa dilectorum paſſi Jeſu corda percuſſa fuerunt: videat illarum fidelium mulierum lamentationes, quæ dulciſſimum Jeſum ad Paſſionis locum euntem, cum ſibi crucem bajularet, & cum dulciſſimam animam exſpiraret, non deſeruerunt. Videat præcipue illam tunc ſpectantem mulierculam, nunc vero mundi Dominam Matrem Domini, quam acutus doloris gladius animam pertranſierit (f). Videat totius mundi machinam fabricatori ſuo compatientem, terra caligine involutam. Videat, inquam, hæc, & tantæ turbationi ſerenitatem tertiæ diei, & inſperatam lætitiam lætiſſimæ reſurrectionis annectat, recogitetque propenſius, cum quanta exultatione ſuſceperint Dominum a mortuis reſurgentem, quem cum ingenti triſtitia viderant morientem. Vide, cum quanta jucunditate recompenſaverit (g) in reſurrectione Diſcipulis ſuis triſtitiam illam, & ſanctiſſimam extremæ comeſtionis ſuæ cœnam, in qua dixit: *Non bibam amodo de hoc genimine vitis, uſque in diem illum, cum illud bibam vobiſcum novum*. (b) Ecce jam nunc reſurrexit in gloria vitis vera: comeditque & bibit cum eiſdem Diſcipulis cum gaudio maximo procul dubio, ſeque dubitantibus aliquibus (i) videndum pariter & tangendum exhibuit.

Luc. 2. 35.

Matt. 26. 29.

171. Nec putet quiſquam, quod reſurrexerit ad gaudium ſolis Diſcipulis: immo & reſurrexit nobis & toti mundo, beatificans omnes, qui quamvis non videant, credunt tamen ipſum paſſum fuiſſe propter delicta noſtra, & reſurrexiſſe propter juſtificationem noſtram:

Ad Rom. 4. 25.

(a) Pariter exponit *τὸ innixa ſuper dilectum ſuum* Rupertus Abbas Tuitienſis.

(b) Prædictum *aſcenſum Sponſæ non ſpectare ad hanc vitam, ſed potius ad æternam*, tradit etiam D. Bonav. Expoſit. in Cant. ibi, nec non in Soliloq. cap. 4. Vid. quoque S. Ambroſium in Pſalm. 118. Serm. 14. v. 5.

(c) Al. ſine *ejus deſiderio*.

(d) Auctor Tract. de carit. inter Suppoſit. S. Bernardi cap. 32. n. 97. „ Amor languor „ eſt, dum amans deſiderii dilatione torquetur, „ dum Sponſi ſuſpirat amplexus. Sed *qui ſa-* „ *nat omnes infirmitates tuas* (Pſ. 102. 3.) ani- „ ma mea, tuum languorem ſui fruitione cu- „ rabit, quando ſe tibi ad habendum, ad vi- „ dendum, ad fruendum, facie revelata præ- „ ſtabit, & nunquam de cetero ſeparaberis ab „ oſculo & amplexu illius..... Amor igitur „ nunc languor eſt, dum cruciatur deſiderio „ videndi: erit autem ſatietas, quando jucun- „ dabitur uſu deſiderii. Utendi (forte *videndi*) „ enim deſiderium tantum diſtat ab uſu deſi- „ derii, quantum appetitus a plenitudine voti, „ & quantum fames a ſatietate. “

(e) Sic Comment. in Apocal. cap. 7. v. 16. Item Soliloq. cap. 4. Vid. infra num. 174.

(f) *Paſſionis gladio, amplius quam ſi proprio pateretur in corpore, vere transfixam*, quoque dicit in Lig. Vit. Tit. *Jeſus felle & aceto potatus*.

(g) Verbo etiam *recompenſet* alibi quoque utitur, etiam in Apolog. pauper. Vide Prodr. 607.

(h) Al. *de generatione vitis, donec bibam illam vobiſcum novam*.

(i) Vide ſupra cap. 2. num. 4.

Digitized by Google

ſtram: quibus docemur, quoniam ſi ſo-
Ad Rom. 6. 5. cii fuerimus paſſionis, erimus & reſur-
rectionis: & ut non dubitemus morta-
lia corpora noſtra reſurrectionis gloria
ſublimanda, cum Caput noſtrum morte
1. ad Cor. 15. 22. turpiſſima condemnatum reſurrexiſſe cre-
damus. Nam *ſicut in Adam omnes mo-*
Ibi 20. *riuntur, ita & in Chriſto omnes vivifica-*
buntur. Primitiæ enim *dormientium Chri-*
ſtus: deinde hi qui ſunt Chriſti, in
adventu ejus; qui ad exemplum Chri-
ſti reſurgentis (*a*), ad gloriam ultra non
morituri reſurgent.

Aſcenſio Chriſti quartum granum.

172. Eſt & aſcenſio granum in bo-
tro redemptionis per Paſſionem factæ,
dulce quidem granum plurimum in ſe
continens dulcedinis, faciens gaudium
cœlis & terris. Quis enim dubitet
gaudium magnum factum Diſcipulis;
cum eum ut hominem viderent cœleſtia
penetrantem? Stabant animis ſimul &
cordibus in cœlum erectis, animi ſui
gaudium non capientes: ſed in voce
jubilationis eunti Domino gratulantes.
Exultavit procul dubio & cœlum: om-
nes videlicet Angelorum chori purpu-
rato ſuo Domino noſtræ carnis tra-
bea (*b*), occurrentes & ſumma cum laude
ſummum ſuſcipientes victorem. Quod ſi
in unius juſti ſive Martyris animæ ad-
ventu omnis Angelorum exultat cho-
rus: quantum putas in ſingularis ſui
Imperatoris (*c*) adventu omnium ordi-
num Spiritus exultaſſe? Humano igi-
tur intellectu ad hujus laudis & gau-
dii magnitudinem ſuccumbente, gau-
deamus & nos, dulcedinem hujus gra-
ni recolendam admirando, & diligendo
ſugamus: exultantes in Spiritu ſancto
pro eo quod carnis noſtræ portio in
dulciſſimo Domino, in ſummo Trini-
tatis throno excellentiſſime ſit collocа-
ta; intendentes animos noſtros, quan-
tum poſſumus, poſt ipſum & in ipſum,
Dan. 3. 39. ipſi in humilitatis ſpiritu ſupplicantes,
quatenus nos poſt ſe trahere dignetur,
Cant. 1. 3. ut in odorem (*d*) unguentorum ipſius
currentes, in illa cellaria, in illam ſu-
premam apothecam (*e*) aromatum, in
illa interiora ſancta ſanctorum merea-
mur introduci, quo ipſe Chriſtus ca-
put noſtrum præceſſit.

Miſſio Spiritus ſancti quintum granum botri myſtici.

173. Quintum botri noſtri granum
miſſio Spiritus ſancti eſt. Quis vinum
juçundiſſimum hujus grani valeat ex-
plicare? Vinum, inquam, &, ſi ma-
gis placet, muſtum. Mox enim acce-
pto ab Apoſtolis & aliis, qui cum eis
erant, expectantibus, Spiritu ſancto ine-
Pſ. 44. 2. briati ſunt, eructaverunt verbum bo-
num, loquebantur variis linguis ma-
Act. 2. 11. gnalia Dei. Ante timore abſconditi,
nunc cucurrerunt foras: non jam ti-
muerunt aquam populi frementis, ca-
ritatis igne ſuccenſi. Tunc pro certo
experientes verum eſſe, quod ſcriptum
Cant. 8. 7. eſt: *Aquæ multæ non potuerunt extinguere*
caritatem, nec flumina obruent illam (*f*).
Irruerunt enim in eos flumina poteſta-
tum, fluxerunt aquæ populoſæ multi-
tudinis (*g*): flaverunt venti ac procellæ
comminationum, verborum, & ignis
caritatis non eſt extinctus; immo etiam
auctus eſt. *Ibant* enim *Apoſtoli gauden-*
Act. 5. 41. *tes a conſpectu concilii, quoniam digni ha-*
biti ſunt pro nomine Jeſu contumeliam
pati. Eſt autem auctus ignis caritatis,
pluribus per eorum prædicationem ac-
cenſis, & eadem, qua ipſi ardebant,
jucunditate ſuccenſis. Sed quid ajebant
Judæi omnium bonorum increduli? *Mu-*
Act. 2. 13. *ſto*, inquiunt, *pleni ſunt*. Mentientes
& ignorantes verum dixerunt. Muſto
quippe illo nobiliſſimo caritatis Dei,
immo caritate Dei repleti erant, in-
flammante ad amorem, & confortante
ipſos contra timorem. (*b*) Unde ſicut
muſtum non patitur ſe contineri a va-
ſe, niſi foramen habeat, unde prorum-
pat: ſic ab iſtorum corde per ora eo-
rum ſe muſtum Spiritus ſancti manife-
ſtavit, loquentia magnalia Dei cum mi-
rabili eloquentia. Non enim impedit,
Act. 2. 11. ſed expedit linguam hauſtus muſti hu-
jus,

(*a*) In 3. Diſt. 19. Art. 1. Q. 1. in concl.

(*b*) Trabea genus veſtium *totum purpureum*, Sueton. in Lib. de veſtimentis, apud Servium ad Æn. 7. v. 187. Unde & a S. Fulgentio Serm. de S. Stephano circa init. Chriſtus dicitur *trabea carnis indutus*.

(*c*) Chriſtum *Cæli Imperatorem* quoque vocat Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 8. num. 547. & cap. 11. num. 789.

(*d*) Al. *odore*.

(*e*) *Illa cellaria* vocat etiam *hypothecas* Expoſit. in Cant. ibi.

(*f*) Al. *& flumina non obruerunt illam*.

(*g*) *Aquæ* enim *multæ* ſunt *populi multi*, ut exponunt Interpretes, ac ipſemet D. Bonaventura Comment. in Apocal. cap. 17. ver. 1. & ver. 15.

(*b*) Cap. 2. Incendii, ſive potius Incentivi amoris ſic „ Sicut ebrius ſeipſum denudat ſine „ pudore, & ſuſtinet plagas ſine dolore; ſic „ in iſto gradu ebrietatis intelligendum eſt. „ Unde: Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpe- „ ctu concilii, quoniam digni habiti ſunt pro „ nomine Jeſu contumeliam pati.

Digitized by Google

jus, ut illud poeticum verum inveniatur:

Horat. L. 1. Epist. 5. ad Torquat. *Fœcundi calices quem non fecere disertum?*

Psal. 22. 5. Fœcundus vero calix Domini & præclarus inebriaverat eos; quia, sicut ait
Ad Rom. 5. 5. Apostolus: Caritas Dei diffusa erat per Spiritum sanctum in cordibus eorum (a). Sed videntur verbis nostris verba Petri contraria, qui haustu novi musti audax factus, jam non solum non timuit verba mulieris cujusquam, ut ante: sed nec verba Principum. Hic ergo objiciens se in medium dixit, Discipulos ebrios non a vino (b). Sed audiamus verba ipsius optime distincta. *Non enim,*
Act. 2. 15. inquit, *sicut vos æstimatis, hi ebrii sunt.* Non enim musto terreno ebrii sunt, sicut vos putatis, sed cœlesti Spiritu. Hauriamus igitur & nos, carissimi, de vino jucundissimo grani hujus. Quod si vel in quo hauriamus, scilicet vas intellectus, non habemus; curramus cum plena fiducia ad singularem nostrum ac providum Conditorem, cujus
Psal. 102. 14. figmentum sumus, oremusque ut vas formet in anima nostra hujus dulcissimi musti capax: ut nostro consolatore Spiritu gratiæ septiformis accepto, multiformes (c) tentatoris adversarii nostri laqueos evadamus, & pedes affectuum
Eccli 6. 25. nostrorum in compedes sapientiæ injiciamus: ut cum ipsa sapientia colligati vinculis caritatis indesinenter & indefesse curramus post illam, donec ad saporis ipsius plenitudinem attingamus;
1. Cor. 13. 12. ubi jam non per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem Regem nostrum in decore videamus, & sicut sumus cogniti, cognoscamus.

Ibi.

Fructus vitis Christi quomodo comeditur & bibitur.

174. Hic enim advertendum puto, quod vitis nostræ fructus & comeditur, & bibitur. Masticatur (d) enim uva, bibitur vero vinum quod in uva continetur, & in utroque usu jucunditas est: sed in vino & jucunditas & utilitas prolixior est, quod ad botri hujus, de quo locuti sumus, fruitionem mihi pertinere videtur. In præsenti enim vita hunc botrum masticamus, cum suavitatem, jucunditatem, & utilitatem nostræ redemptionis dentibus intellectus nostri discutimus; cum resurrectionis potentiam, ascensionis gloriam, & adventus Spiritus sancti utilitatem in cordis nostri consideratione versamus tanquam uvas in ore, fitque de his nonnunquam aliqua lætitia cordi nostro. Erit autem plena, postquam cessaverit tempus, id est, mutabilitas temporum, quando hæc jam non comedemus, sed bibemus, inæstimabilem de his perpetuam lætitiam consecuti. In comedendo enim aliquis labor est; quod vero bibitur, sine labore recipitur. Unde per comestionem delectatio quæcumque, vel qualiscumque, vel quantacumque sine corporis non percipitur, scilicet quod aggravat animam. Per potum vero sine labore acceptum illius loci & temporis gaudia significantur, ubi & quando jam
Apoc. 21. 4. non erit luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor, quoniam hæc omnia transierunt. (e) Et ipse ab æterno stabilis,
Eccli 8. 13. qui pro nobis, ne velut umbra transiremus, transiens factus fuit, ministra-
Luc. 12. 37. bit nobis. (f) Ibi etiam tunc jam non cum labore & timore & impedimento
Rom. 7. 24. corporis mortis hujus comedemus: sed cum magna jucunditate bibemus vinum redemptionis nostræ, & secundum naturam nobile vinum quanto plus bibemus, licet saturemur, tanto plus sitiemus, (g) admirantes & laudantes sine termino & sine intermissione bonita-

---

(a) Serm. 9. in Die Sancto Pentec. *Diffusa fuit caritas Apostolorum, qui pro salute omnium electorum animas suas morti cum desiderio tradiderunt.*

(b) De hac ebrietate, non a vino, sic Soliloq. cap. 2. *O felix ebrietas, quam sequitur mentis & corporis tam casta & sancta sobrietas. Hinc efficitur anima more ebrii gaudens & latabunda in adversis, fortis & secura in periculis &c.* Item cit. cap. 2. Incen. amoris: *Ebrietas in hoc consistit, quod quis tanto amore diligat Deum, ut jam non solum fastidiat solatium terrenum, sed etiam delectetur & quærat tormentum pro solatio, & amore illius, quem diligit, delectetur in pœnis, opprobriis, & flagellis cum Apostolo.*

(c) Hujusmodi voces *septiformis*, & *multiformis* passim legere est apud S. Bonav., etiam d. Serm. 9.

(d) Verbum quoque *mastico* nedum habet ipsemet Bonav.; sed & Æmilius Macer de virib. herbar. carm. 3.

(e) *Abierunt*, id est, *transierunt* Comment. in Apocal. ibi.

(f) *Ministrare autem dicitur Christus, quia semper dabit materiam gaudii actualis refectionis indeficientis*, Exposit. in cap. 12. S. Luc. ac pariter in Soliloq. cap. 4.

(g) Eod. cap. 4. Soliloq. *Ibi semper aderit sitis atque satietas: sed miro quodam modo longe aberit a siti necessitas, longe a saturitate fastidium.* Recolantur dicta supra num. 169. in fine.

Digitized by Google

tatem admirabilem Redemptoris nostri, quam in fructum redemptionis nostræ circa nos voluit exhibere.

175. Et vide, si non ista differentia cibi & potus nobis in verbis Sponsi in Cantico amoris commendatur, cum ait: *Cant. 5. 1.* *Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi.* (a) Præmonet enim comedere, quod utique ad præsentem vitam pertinet, in qua, sicut diximus, contemplatio labori actionis admixta est. In futura vero vita, quæ omni actione caret, gaudio tanquam poculo perfruemur. (b) Bibemus enim & inebriabimur ab ubertate domus Dei, (c) & torrente voluptatis ejus potabimur, (d) jam nos tunc esse Regis & Sponsi nostri carissimos liquido cognoscentes, cum aqua omnis laboris & actionis terrenæ in vinum Divinæ contemplationis commutabitur, implebunturque omnes hydriæ usque ad summum. Omnes enim implebuntur in bonis domus Domini: cum illæ desiderabiles nuptiæ Sponsi, id est, Christi, & Sponsæ, id est, universalis Ecclesiæ, celebrabuntur. Bibeturque in summa lætitia cordis omnium clamantium Domino, & dicentium; *Tu bonum vinum servasti usque adhuc.* Nos autem dicimus hanc lætitiam per cibum significari, cum scriptum sit: *ut edatis & bibatis super mensam meam in regno meo;* (e) licet expositio præcedentis auctoritatis etiam in hac possit locum obtinere. Si vero asserat aliquis indignum fore, ut tanta vitis tantum laborata & laborans, unum tantum botrum produxerit; potest, si vult, ea quæ nos grana appellamus, botros appellare, & singulis aliquam granorum multitudinem adjungere.

Præsens vita laboris, futura gaudii. *Pf. 35. 9.* *Jo. 2. 7.* *Ibi 10.* *Luc. 22. 30.*

176. Verumtamen non irrationabiliter in præsenti botros vitis innumeros inveniemus, si omnes Ecclesias, omnia Monasteria, omnes Congregationes, quæ in universa Ecclesia sunt (f), volumus intueri. Hos enim botros quis produxit, nisi vitis nostra? Nam & Christus, & Ecclesia vitis una sunt, sicut unum corpus; singulæ Congregationes, singuli botri: grana vero singularitatem exprimunt personarum, & non inconvenienter, ut mihi videtur. (g) Nam per exteriorem folliculum grani sive uvæ corpus exprimitur, per nucleos ossa, per liquorem anima figuratur, vel sanguis, qui est sedes animæ. (h) In morte hominis anima a corpore, tamquam vinum de acino, exprimitur: & si dignum fuerit, in regale defertur cellarium Paradisi cœlestis, ut gaudium fiat Regi cœlesti, & convivis suis beatis, (i) qui ad nuptias Agni vocati sunt, & perveniunt. Bibit enim & ipse Sponsus vinum proprium de vite sua & vinea sua, Ecclesia scilicet, cujus & ipse caput est. Bibit & ipse sanguinem uvarum meraciissimum, scilicet animas Sanctorum expressas, & separatas ab acinis in torculari crucis, in labore & siti, in frigore & nuditate, in vigiliis multis, & aliis exercitiis spiritualibus. Bibet has, id est, sibi delectabiliter incorporabit, (k) faciens ut unus spiritus secum effecti, cum ipso & in ipso a cunctis de cetero laboribus requiescant. Timeant & caveant sibi illa putrida grana, Fratres fal-

Botri quinam in Ecclesia. Potus Sponsi quis. *Deut. 32. 14.* *Deut. 28. 48. ac 2. Cor. 11. 27.* Sola crux via ad cœlum.

(a) Ead. Exposit. ibi: *Ministrabit & invitabit, secundum illud: Comedite amici, & bibite, & inebriamini carissimi.* Et Soliloq. cap. 2. *O anima, hinc bibunt amici, sed inebriantur carissimi.*

(b) Auctor Tract. de carit. inter Suppositi. S. Bernardi cap. 31. n. 96. post recitata verba Cantici amoris ita subjungit „ In vita pri„ mum panem lacrymarum in sudore vultus „ sui comedit anima militans Deo; post exi„ tum hujus vitæ non pascitur pane doloris: „ quia jam *non erit dolor, neque luctus, quoniam* „ *priora transierunt*: (Apocal. 21. 14.) sed „ amatorio poculo reficietur & inebriabitur, „ juxta illud: *Et calix meus inebrians quam præ„ clarus est.* Ps. 22. 5. “

(c) Idem ibi: *Inebriabitur ergo ab ubertate domus Dei, bibens vinum merum & novum in regno Patris Christi.*

(d) Ibi: *Agnus sine macula erit Sponsus, cibus, Dominus, & minister: inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos.* Item similiter cit. cap. 4. Soliloq.

(e) Scilicet *per abundantiam satietatis, & convivium refectionis*, ibi. Et sic secundum prædictum textum c. 8. de perfect. vit. ad Soror.

(f) Hinc de Ecclesia sub metaphora vineæ cecinit Psaltes Ps. 79. 12. *Extendit palmites suos usque ad mare, & usque ad flumen propagines ejus.*

(g) Vid. Gilbertum, qui S. Bernardi in Cant. Sermones continuavit, Serm. 35.

(h) Secundum illud Deuter. 12. 23. *Ne sanguinem comedas, sanguis enim eorum pro anima est*, quæ verba in 4. Dist. 44. Part. 1. Art. 1. Q. 1. in Fundam. sic cum Glossa interpretatur: *Aliquid vitale est in sanguine, & per ipsum maxime anima carni unitur.* Item ut supra in eod. 4. Dist. 11. Par. 2. in tex. Mag. & de præparat. ad Miss. c. 2.

(i) De his cap. 4. Soliloq. ubi & de Christo tanquam *delicioso pincerna summi Regis*.

(k) In d. Tract. de præparat. ad Miss. c. 4. ac alibi quoque verbum *incorporat*, quod habent etiam Solinus, Prudentius &c.

Digitized by Google

falsos, perversos Christianos dico, qui in torculari crucis premi nolunt, & in labore hominum non sunt. Caveant, inquam, dum tempus est, ne porcis, id est, diabolis, devorandi projiciantur, quia in cellaria regia non nisi per torcular crucis (*a*) iter est.

Ps. 72. 5.

In cellaria regia Dei nonnisi per torcular crucis iter est.

177. Restabat nobis dicere de secundis floribus vitis nostræ, & de fructibus illorum, secundum quod scriptum est: *Et refloruit caro mea*, quod de resurrectione dici nullus est qui ambigat, (*b*) cujus fructus erit gloria resurrectionis secundæ: sed nos legentem magis volentes sitientem relinquere, quam fastidientem; hinc (*c*) huic Sermoni terminum imponimus, parati emendare, demere, & mutare, sicubi contra fidem, & contra sacras Scripturas aliquid diximus: in omnibus gratias humiliter agentes ei, qui gratuita gratia sua nos edocuit, qui aperit os mutorum, & linguas infantium disertas facit, nomini cujus novum principium Opusculi hujus finemque consecramus, optimo & dulcissimo Jesu. Amen. (*d*)

Ps. 27. 7.

Sep. 19. 27.

SERA-

(*a*) Heic sæpe vocat *torcular crucis*, sicut de eodem loquitur suprad. Tract. de præparat. ad Miss. cap. 2. nec non Vol. 2. hujus Supplem. in Comment. Apocal. cap. 19. n. 1436. Insuper Expos. in cap. 1. Lament. Jer. Proph. ait: *Torcular secundum Glossam est passio Christi.* Et ita quoque de *torculari passionis, & crucis Christi*. Hugo Card. nostro Bonaventuræ coævus exponit.

(*b*) Certe non dubitarunt præfatum textum exponere de spe resurrectionis exhilarante Davidem inter Patres Euseb. Athanas., Didym., Cyrill., Hieronym. Item Cassiodor. Auct. Gloss. nterlin. Alex. Hal. sive Hugo Card. Nec non inter recentiores Interpretes illum interpretari de resurrectione Christi aut nostra Sa, Marian., Menoch., Gordon., Lorin., Calmet. &c. Et de Christo *flore pulcherrimo de radice Jesse* ait ipsemet D. Bonav. in Lign. Vit. Tit. *Jesus decor præcipuus*, quod sicut *in Incarnatione floruit*, & *in Passione defloruit; sic in Resurrectione refloruit.*

(*c*) Al. *hic*.

(*d*) Similiter *gratias agit* Domino Jesu Christo de *consummatione Opusculi* in fine tertii Sententiarum. Suos quoque Sermones plurimos, quos *ad laudem nominis Christi, & sanctæ Crucis honorem, compegisse* testatur, *Opusculum Sermonum* vocat Serm. 4. Dom. 13. post Pentec. &c.

Digitized by Google

Digitized by Google

de Vitiis, & Virtutibus.



Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
ARBORES
DE VITIIS, ET VIRTUTIBUS

ADMONITIO.

NUnc primum exhibeo hujuſmodi Arbores, *& hæc quidem, utpote habentes ſimilitudinem aliquam cum* Arbore Vitis Myſticæ *in præcedenti Tractatu contentæ; majorem tamen ſimilitudinem præferentes, quoad priorem* Arborem de Vitiis, *cum* Arbore mala, *quæ jam edita inter Opuſcula extat in* Speculo Animæ, *quo late deſcribitur* truncus cum radice iſtius Arboris malæ, rami, & fructus cum foliis. *Quo autem ad poſteriorem* Arborem de Virtutibus *cum* Arbore Vitæ Chriſti a S. Bonaventura devote excogitata, & triplici ramorum ſerie diſpoſita, *quæ nedum præmittitur utrique Tomo, ſive Parti Opuſculorum ejuſdem* S. Bonaventuræ *Edit. Argentinenſis an.* 1495.; *ſed & Tomo V. Operum ipſiuſmet in noviſſima Editione Veneta an.* 1754. *Et hæc eſt* Arbor Crucis, *quam* Joannes Franciſcus de Pavinis *probe diſtinguit ab* Arbore vitæ, *ſeu* Ligno vitæ, *in Catalogo, de quo in* Prodromo col. 263. ac ſeq. *Deſcripſit autem ſequentes* Arbores, *mihique humaniſſime publicandas communicavit doctus ac eruditus* P. D. Placidus Federicius Lector, & Pro-Archivarius Monaſterii Montis Caſini inclyti Ordinis S. Benedicti *ex* Cod. Chartac. Caſinen. *ſignato num. foris* 207. *intus* 540. *pag.* 130. *Ad pedem primæ* Arboris *a laudato* Fridericio *deſcriptæ, extat*: Arbor Vitiorum legatur deſcendendo. *Ad pedem ſecundæ*: Arbor Virtutum legatur aſcendendo. *In Indice Opuſculorum, quæ continentur in d.* Cod. Caſinen. *ita ſonat inſcriptio*: Arbores de Vitiis & Virtutibus, quas fecit Bonaventura Magiſter, & Frater Minor. *Ex hoc ipſo titulo ſatis colligitur ejus antiquitas, cum nulla fiat Sancti, aut Beati mentio.*

Animadvertendum vero quoad Superbiam radicem omnium vitiorum, *&* Humilitatem radicem virtutum omnium, *quod id* Bonaventuræ *conveniat quam quod maxime; ait enim* 2. Diſt. 5. Ar. 1. Q. 1. Primum inter omnia peccata fuiſſe ſuperbiam Luciferi; *nec non ibi* Diſt. 22. Ar. 1. Q. 1. Peccatum primum mulieris a ſuperbia inchoaſſe. *Quod ipſum repetit*, Breviloq. Par. 2. cap. 7. Par. 3. cap. 3. *Item* cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. Principium omnis peccati eſt ſuperbia. *Et quod* radix cuncti mali eſt ſuperbia, de qua, Scriptura atteſtante, dicitur Eccli 10. 15. Initium omnis peccati eſt ſuperbia, *ait* S. Gregorius Moral. L. 31. c. 45. n. 87. *laudatus apud ipſummet* Bonaventuram 2. Sententiar. Diſtinct. 42. in tex. Mag., *ubi idemmet* Magiſter, *nempe* Petrus Lombardus, *ſibi objiciens textum illum* Apoſtoli 1. ad Timoth. 6. 10. Radix omnium malorum eſt cupiditas, *& ſic arguens*: Si radix omnium malorum eſt cupiditas, quomodo ergo ſuperbia radix eſt, & initium omnis peccati? *ita reſpondet, ut utrumque recte dictum intelligat*. Nullum quippe, *ait*, genus peccati eſt, quod interdum ex ſuperbia non proveniat: nullum etiam, quod ex cupiditate aliquando non deſcendat. Sunt enim nonnulli hominum, qui ex cupiditate fiunt ſuperbi: & aliqui ex ſuperbia fiunt cupidi. Eſt enim, ut ait Auguſtinus, homo qui non eſ-

Digitized by Google

ſet amator pecuniæ, niſi per hoc putaret ſe excellentiorem eſſe, ideoque ut excellat, divitias cupit: tali homini ex ſuperbia oboritur cupiditas. Et eſt aliquis qui non amaret excellere, niſi putaret per hoc divitias majores habere. Ideo ergo excellere laborat, quia divitias habere amat. Huic innaſcitur ſuperbia, id eſt, amor excellentiæ ex cupiditate. Patet ergo quod ex ſuperbia aliquando cupiditas, & ex cupiditate aliquando ſuperbia oritur: & ideo de utraque dicitur, quod ſit radix omnis mali. *Hæc ille, quatenus ſcilicet, ut in* Expoſit. textus *monet idem Doctor noſter* Dub. 4. accipitur nomen radicis aliquando pro nomine initii, & e converſo; *quæ tamen inibi differre tradit, nec non* 3. Par. Breviloq. cap. 9.

De autem Humilitate radice Virtutum omnium, *quam diſertiſſime loquitur in* Ligno Vitæ *Tit.* Jeſus conformis Patribus *ajens:* Humilitas omnium eſt radix cuſtoſque Virtutum; *vocaturque etiam ab ipſo* omnium Virtutum cuſtos cap. 6. Legen. S. Franciſci. *Et in ſingulari, de quo mox infra,* Tract. de Humilitat. n. 9. Humilitas eſt radix & mater omnis ordinis, menſuræ, & moderationis, cuſtos & decor omnis Virtutis. *Quare Virtutum omnium exaltationem ex ima Humilitatis radice deducens* Serm. 5. de SS. Martyribus, *eam comparat Arbori, quæ* quanto profundius radices in terram figit, tanto amplius erigitur ſurſum. *Præterea de eadem, ut* Virtutum omnium, *&* totius juſtitiæ fundamento cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *atque* Expoſit. in cap. 18. S. Luc. *De eodem quoque* fundamento *in* 4. Diſt. 22. Ar. 3. Q. 1. lat. 2. *ac de* Humilitatis uſu præambulo, ratione cujus dicitur Virgo Deo placuiſſe, *agit in* 2. Diſt. 22. Art. 1. Q. 1. ad 1. &c. *Ex quibus omnibus palam eſt, quod, quidquid dicitur in ſequentibus* Arboribus, *tam de* Superbia radice omnium Vitiorum, *quam de* Humilitate radice omnium Virtutum, *doctrinæ Auctoris noſtri apprime conveniat.*

Perquam etiam ad ipſiuſmet eſt mentem, quod in Arbore Virtutum Caritas *in ſupremo earum gradu collocetur, ceu earum forma, perfectio, complementum, & finis. Ait enim in* 3. Diſt. 33. Art. 1. Q. 2. in concl. Illa forma eſt Caritas, per quam Virtutes ceteræ tanquam pondere unico ad unum finem ultimum inclinantur quaſi ad locum proprium. *Inſuper ibi* Diſt. 36. Art. 1. Q. 6. in concl. Etſi omnes diſponant ad finem ultimum, perfectio tamen tendentiæ venit ex ipſa Caritate. Sicut enim corpora gravia inclinantur ad centrum; ſic ſpiritus tendit ad ſummum bonum per pondus dilectionis. Et hujuſmodi ſignum eſt, quod Caritas habet idem, & ſub eadem ratione, pro objecto, & fine, quod non eſt reperire in alia Virtute. Finis enim eſt bonum ſub ratione boni, & bonum ſummum; & hoc quidem bonum ſub ratione boni eſt Caritatis objectum. Et propterea ceteræ Virtutes quantum ad rationem tendentiæ in finem ultimum ab ipſa Caritate ſuſcipiunt complementum. Et ideo non immerito radici Caritatis attribuitur perfectio meriti. *Hinc conſequens eſt, Virtutum radicem eſſe quidem, quoad earum meritum Caritatem; ſed quoad earum fundamentum Humilitatem. Unde S.* Gregorius Moral. L. 27. c. 46. n. 76. Quia enim origo Virtutis Humilitas eſt, illa in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id eſt, in Humilitate perdurat. A qua nimirum ſi abſcindatur, areſcit: quia vivificantem ſe in intimis humorem Caritatis perdit. *Quo vero ſenſu habeat rationem præfati fundamenti* Humilitas, *quo* Fides, *quo* Caritas, *conſule ſis in cit.* 4. Diſt. 22. Art. 3. Q. 1. in concl.

De reliquis Virtutibus & Vitiis, *quæ in præfatis* Arboribus *recenſentur, plura videri poſſunt ex SS. Patribus collecta apud ipſummet* S. Bonaventuram *paſſim in* Pharetra, Centiloq. &c. *Heic autem una ſimul exhibentur* Arbores de Vitiis & Virtutibus, *tum quia* oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcunt, *ut ait* Ser. 1. Dom. 7. poſt Pentec. *tum etiam quia &* S. Bernardus *una ſimul agit eodem* Tractatu de gradibus Humilitatis & Superbiæ. *Tandem monitum lectorem velim, quod in prædicto* Cod. Caſinen. *ubi in* Arbore de Vitiis *eſt* V. ramus Gulæ, *deſit quidem* Hebetudo mentis *propter marginis in eodem reſectionem; in noſtra autem adſit: quapropter hunc defectum ſupplevimus, non pro arbitrio, ſed ad inſtar eorum, quæ in laudato* Centiloq. Pri. Par. Sect. 23. *de filiabus ejuſdem Gulæ traduntur. Hæc præfari operæ pretium duxi, ne nomen Auctoris ſequentium* Arborum, *cuiquam videatur, aut apocryphum, aut omnino falſum.*

ARBO-

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
TRACTATUS DE HUMILITATE.

ADMONITIO.

INter MSS. Codices, insignis Præposituræ Pollinganæ Can. Reg. S. Aug. in Bavaria, *de quibus in* Prodromo *col.* 391. *ac seqq. ubi honoris gratique animi causa nominavi, ac iterum heic nominandum censeo* Illustriss. & Reverendiss. Præpositus. D. Franc. Töpselium, *unus est in* 4. *præsentem* Tractatum de Humilitate *continens una cum aliis Tractatibus eadem manu descriptis, in quorum fine hæc legitur clausula*: Laudetur Deus. Amen. 1447. *Ejus Auctor satis se indicat* Franciscanum, *dum refert*: Pater Franciscus dicebat, & sentiebat se maximum peccatorem. *Quod autem hic* Franciscanus *fuerit* Bonaventura, *demonstrat illa alia clausula*: Explicit Bonaventura de Humilitate; *comprobant illa quæ produxi in* Prodr. *col.* 741. *ac seq.; nec non subjiciendæ notæ amplius ostendent. Est sine Proœmio sicut &* Centiloquium, *cujus Proœm. non est* Bonaventuræ, *sed* Fratris Marchesini de Regio Lectoris sacræ Theologiæ, *de quo in* Prodr. *col.* 532. *In hoc agitur* de Humilitate, *uti contraria* Superbiæ, *ut, quemadmodum infra dicitur num.* 11., contraria contrariis curentur. *Hinc intelligitur, cur* in Bibl. Monasterii S. Magni in pede montis Ratisbonæ ejusdem Ord. Can. Reg. S. August. *de qua in d.* Prodr. *col.* 390. *referatur inter Opera* Bonaventuræ de Balneoregio De Humilitate & Superbia. *Inde etiam patet, quod interierat ordinis, heic ponere præsentem* Tractatum *post* Arbores Vitiorum & Virtutum, *ad quarum radices collocatur*: Superbia radix omnium Vitiorum: Humilitas radix Virtutum omnium. *Aliqua in fine ejusdem deesse videntur, sicut in hac prima Parte infra in eo* De silentio ad quandam Sanctimonialem, *& in secunda* De arte concionandi. *Sic ergo auspicatur.*

I.

Divisio hujus Tractatus in tres partes.

AD altitudinem Humilitatis videndam, attendamus primo (a) perfectionem, quam in se comprehendit. Secundo perfectionem, ad quam disponit, vel quam quodammodo introducit. Tertio perfectionem exemplarem, cui nos exemplares reddit.

CAPUT I.

De perfectione, quam in se comprehendit.

2. Attendendo ad primum, invenies, quod habet mirabilem ordinem ad superiora, æqualia, & inferiora. Nam omnibus se subdit (b) corde, ore, opere;

Mirabilis Humilitatis ordo ad superiora, æqualia, & inferiora.

(a) Ita absque Themate & alio Prologo in MS. sicut sine Themate, & alio Prologo exorditur Centiloquium apud Trithemium hisce verbis: *Malum considerare occurrit.*

(b) *Velle subesse omnibus*, ait quoque Pat. 1. Centiloq. Sect. 18., *scilicet superioribus, paribus, & inferioribus.* Vid. Formulam auream de gradibus Virtutum cap. 3. ac Librum 4. Pharetræ

Digitized by Google

re (a), omnes reveretur, omnibus obedit, nulli se præfert, nec præesse appetit; immo fugit.

Primo, respectu Dei.

3. Hunc autem ejus ordinem possumus attendere, primo respectu Dei, cui se totam subjiciendo, reddit debitum timorem, reverentiam, (b) famulatum, obedientiam, beneficiorum recognitionem, & gratiarum actionem (c), servitutem latriæ, (d) seu homagii (e), vel adorationem. Omnia bona soli Deo, & non sibi ascribit, (f) nec suæ virtuti innititur (g), nec sensum suum sequitur; sed soli virtuti, & Sapientiæ Dei captivat, & subjicit potentiam, & intelligentiam, & voluntatem suam (h), non in suam laudem, aut gloriam, sed Dei reducit omnia. (i)

Secundo, respectu sui, & proximi.

4. Ex quo patet, quomodo se habeat ad proprium subjectum, reddendo ei quod debet, scilicet vilificationem (k), contemptum, & subjugationem; proximo autem humiliter condescendit (l), & non solum honorem, & gratitudinem, sed etiam omnis humilitatis obsequium subministrat.

Tertio, respectu mali, vel culpæ.

5. Respectu etiam mali, vel culpæ reddit quod debet, scilicet detestationem, & aggravationem ex parte sui subjecti, totam qualitatem peccati sibi ascribens; (m) aliorum vero defectus alleviat, immo vix videt, nec curiose inspicit, nec præsumptuose judicat.

Quarto, respectu pœnæ illatæ, vel inferendæ.

6. Respectu vero pœnæ illatæ, vel inferendæ sic se habet humilis, quod omni pœna se dignum reputat (n); & ideo patienter, & jucunde, & sine commotione, aut detractione omnia tolerat: immo abjectiones, & ignominias appetit, & in solis confusionibus, & opprobriis gloriatur (o) dicens: *Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi &c.* Gal. 6. 14.

Quinto, respectu boni.

7. Respectu vero boni sic se habet humilis, quod omni bono habito, vel habendo indignum se reputat; nullum bonum scit se habere ex semetipso; nec ex debito, aut ex merito proprio (p): sed si aliqua bona in se videt, non ea jactanter extollit, aut præsumptuose magni pendit; sed pro posse (q) minuit, & occultat. Aliorum vero bona toto posse exaltat.

Sexto, respectu omnium actuum suorum.

8. Respectu vero omnium actuum suorum, & respectu totius status sui; tam exterioris quam interioris, non patitur quidquam transcendere metas suæ mensuræ. Ideo nullum excessum, nullum signum, ultra proportionem suam, aut suam condignitatem in se esse permittit.

Humilitas radix & mater, custos & decor omnis virtutis.

9. Patet igitur, quod ipsa est radix (r), & mater omnis ordinis, mensuræ, & moderationis; & ultra hoc, vere sentiendo, mater est, custos & decor omnis virtutis. (s) Existimat enim omnia,

---

træ c. 12. in fine; adeoque nolle *se comparare majoribus, minoribus, aliquibus, uni*, Expos. in cap. 14. S. Luc. nec non Serm. 5. de plur. SS. Martyr. & Serm. 4. de uno S. Confess.

(a) De *humilitate cordis, oris, & operis*, Ser. 3. de uno S. Confess.

(b) De hac *exhibenda Deo tripliciter* cap. 2. Incend. sive Incent. amor.

(c) Vid. infra in Medit. sive De regim. anim. n. 5. & 6. nec non in 3. Dist. 34. Par. 2. Ar. 2. Q. 2. in Concl. & Q. 3. in Concl.

(d) De hac in 3. Dist. 9. per tot.

(e) De hac voce Lex. J. C. apud Amalth. Onomast. Josephi Laurentii.

(f) Ita Comment. in Apocal. cap. 4. n. 310. ac supra Tract. de vit. Myst. cap. 29. n. 99. nec non ad fin. cap. 2. Incend. sive Incenti. amor. Vid. S. Gregor. Moral. L. 2. cap. 52. num. 84.

(g) Ita De perfect. vit. ad Soror. cap. 2. ubi de prima semita Humilitatis, quæ est consideratio Dei. Sicque etiam alibi.

(h) Expos. in Luc. cap. 9. Per *omnimodam humilitatem captivando sensum, affectum, & intellectum in Christi obsequium.*

(i) Pariter infra De regimine animæ n. 5.

(k) Vox Bonaventuriano stilo conformis. Vid. L. 4. Phar. c. 12., ac De perfect. vit. ad Soror. c. 2. nec non in Expos. Reg. Fratr. Minor. cap. 3. &c.

(l) Verbum a D. Bonaventura sæpe usurpatum. Sed & de Humilitate ad nos ipsos, ad proximum, & ad Deum; inter Opuscula D. Bonaventuræ adscripta De Processu Regionis Processu 6. capp. 19. 20. ac 21.

(m) In citatis locis Formulæ aureæ, ac Pharetræ, nec non Comment. in Apocal. &c.

(n) Ad prædictorum normam sic audi loquentem piissimum Auctorem L. 2. de Imitat. Chr. c. 10. n. 3. „ Da Deo, quod Dei est, „ & tibi ascribe, quod tuum est; hoc est, Deo „ gratias pro gratia tribue: tibi autem soli „ culpam, & dignam pœnam pro culpa debe„ ri sentias.

(o) Quippe *verus humilis gaudet contemptu sui*, in eadem Pharetra ibi.

(p) In cit. cap. 2. De perfect. vit. ad Soror. ac cit. Part. 1. Sect. 18. Centiloq., nec non Breviloq. Par. 5. cap. 3. &c.

(q) Vel hic modus dicendi Bonaventurianus.

(r) Supra in Arbore de Virtutibus.

(s) *Omnium virtutum custos & decor humilitas* dicitur ab eo quoque init. cap. 6. Legen. ma. S. Franc.

Digitized by Google

nia, prout ſunt; & hoc eſt ſibi tanquam proprium, eoquod nihil aliud videtur eſſe vera Humilitas, niſi juſtitia, & juſta & vera exiſtimatio omnium rerum, ſecundum ſuum valorem, rem nullam pluſquam valet exiſtimans, aut minus. (a) Ex quibus etiam patet, quod eſt mater omnis prudentiæ, & diſcretionis.

10. Ex prædictis autem patet quoque, Humilitatem ſibi totum cor colligere, & facere ipſum infra ſe ſtabiliter aſſiſtere, & inhabitare; quia per intellectum nihileitatis ſuæ, & omnis creaturæ, ab omni vanitate ſpeciei creatæ mentem abſtrahit, abſtrahendo ſimplificat, & depurat, & conſpectui lucis æternæ, ipſi entitati (b) primæ & ſummæ, animam reddit mundam, ſerenam, (c) liberam, perviam, & propinquam, eo quod nihil ſibi, nec in aliquo ſibi innititur: ſed ſemper fert intimum ſenſum vel intellectum principalium operum Dei, ſcilicet creationis, reparationis, & glorificationis. (d)

Mentem ab omni creatæ ſpeciei vanitate abſtrahit.

CAPUT II.

De perfectione, ad quam diſponit.

11. Attendendo autem ſecundum, ſcilicet perfectionem, ad quam diſponit, & introducit, & contrarium ejus, quod expellit perfecta Humilitas; videamus primo de expulſione contrarii. Si enim Superbia ſecundum Sanctos (e) eſt caput (f) & regina omnium vitiorum; ergo cum contraria contrariis curentur, (g) ſanentur, ſeu deleantur, non immerito Humilitas habet quemdam primatum inter Virtutes; (b) nam per ipſam ſolam regnat virtus in corde.

Primatum habet inter Virtutes.

12. Propter hoc etiam probatur mater pœnitentiæ, quantum ad tres ejus partes, ſcilicet contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem; (i) ad quæ nullus ſine Humilitate poteſt pervenire, & ad quæ perfecta Humilitas perfecte adducit.

Quanta bona conferat, & primo, quantum ad pœnitentiæ partes.

13. Eſt etiam radix activæ, & contemplativæ vitæ. (k) Activæ quidem; quoniam per illam currit homo ad obſequia humilitatis, & ad omnes actus propriæ vilificationis. Contemplativæ; quia ſummus actus contemplationis eſt in univerſali abnegatione omnium, quæ ſunt in mundo. (l) Quæ abnegatio, prout ſpectat ad contemplationem, ſane Sanctorum opus eſt, quod faciat contemptum, ſeu affectum omnia reſpectu Dei pro nihilo ducentem, & nihileitatem omnium ſpiritu intimo ſentientem. Hic autem affectus proprie ſpectat ad Humilitatem. Valet etiam ad contemplationem per hoc, quod ſcilicet cor unitum, & recollectum, & abſtractum, & ſuper omnia creata elevatum, (m) & ad omnia recte penſanda, libranda, & æſtimanda, faciat exacutum, & rectificatum, (n) &, ut ita dicam, ſapientificatum. Rurſus quia de primis, & univerſalibus operationibus contemplationis eſt recta conſideratio ſui, & ſuorum defectuum, & peccatorum; (o) &

Secundo, quantum ad vitam activam, & contemplativam.

& com-

(a) Nanque *via eſt ad veritatis cognitionem*, ait Expoſit. in cap. 1. Lament. Jerem. Proph.

(b) Prædictæ voces Scholaſticæ *nihileitatis*, *ſimplicat*, *depurat*, *entitati*, conſentaneas Scholaſtico D. Bonaventuræ ſtilo nemo negaverit. *Simplificari* pro *ſimplicem fieri* eſt etiam in Gloſſario Ducangiano, ubi referuntur hæc verba: *Quanto quis magis unitus ſibi, & interius ſimplificatus fuerit &c.* Quodve Humilitas, dum *ab omni vanitate ſpeciei creatæ mentem abſtrahit*, *abſtrahendo ſimplificet*, conforme eſt ipſimmet D. Bonaventuræ dicenti in 4. Diſt. 8. Par. 2. Ar. 1. Q. 1. ad Opp. 1. *Simplicius cogitatur aliquid, cum cogitatur abſtractum a pluribus*. Conforme etiam quod addit: *& depurat*, ſcilicet a *ſenſibilibus*, *ſollicitudinibus*, *concupiſcentiis*, *& phantaſmatibus*, de quibus ipſe cap. ult. Itinerar. ment. in Deum. Verbum *depurat* pro *depurgat* uſurpat quoque Frontin. de limitib. agror.

(c) Per ſcilicet Dei, qui eſt ſimpliciſſimus, ac ſumme unus, *ſereniſſimam veritatem*, de qua ad fin. cap. 5. d. Itiner.

(d) De his paſſim apud eundem.

(e) Gregorium & Iſidorum, quorum verba producuntur ab ipſomet S. Bonaventura L. 2. Phar. cap. 6.

(f) *Unum eſt capitale initium ſcilicet ſuperbia &c.*, Breviloq. Par. 3. cap. 9.

(g) Idem S. Gregor. in Evang. L. 2. Hom. 32. num. 1.

(h) Pariter ex eodem Gregor. & c. 2. de perfect. vit. ad Soror. Vid. S. Tho. 2. 2. Q. 161. Art. 5. ad 2.

(i) Centiloq. Par. 3. Sect. 51. ac alibi.

(k) Vide ſis S. Gregor. Moral. L. 6. c. 37. num. 57.

(l) Hinc ait Expoſit. in cap. 9. S. Luc. quod illi *ſunt Divinis revelationibus apti*, qui *ſequeſtrati ſunt a terrenis*.

(m) De hoc *omnia deſerente*, *& ab omnibus abſoluto*, & *aſcendente*, cit. cap. ult. Itiner. ment. in Deum.

(n) Vel hoc verbo D. Bonav. ſæpe utitur.

(o) Cap. 1. de perfect. vit. ad Soror., & alibi.

Digitized by Google

& comparatio ſuæ modicitatis ad magnitudinem omnium, ſive collective, ſive disjunctive ſumptam; & quia eſt etiam comparatio ſuarum obligationum, & obnoxietatum ad omne, cui eſt aliquo modo debitrix: conſtat, quod nullus libenter, & affectuoſe, & aſſidue, & pure prædictis conſiderationibus immoratur, niſi perfectus humilis, cujus proprietas eſt illa libentius, ac familiarius intueri, quæ Superbiam reprimunt, & Humilitatem nutriunt, & intendunt. Valet etiam ad eam per hoc, quod vult magis eſſe diſcipula, quam magiſtra, & plus Divinæ ſententiæ inhærere, quam opinioni, aut rationi propriæ; & ideo nulli opinioni humanæ, vel propriæ pertinaciter inhæret, Divinas autem ſententias reverentiſſime colit. (a)

Humilitas erga Deum.

14. Eſt etiam Humilitas vas, & vehiculum, ac nutrix caritatis, & pietatis. Tum quia ſuum privatum amorem penitus extinguit. Tum quia per eam homo *abnegat ſemetipſum*, (b) *tollit crucem ſuam quotidie* & ſe pro nihilo ducit, ut *ſequatur Chriſtum*. (c) Tum quia immediate & ſolidiſſime homo ſubjicitur ſuo Superiori, id eſt, Deo. Caritas autem non unit creaturam creatori per modum ſuperioritatis, aut æqualitatis; ſed ſolum per modum ſubjectionis, quaſi materiam formæ, & tanquam mobile ſuo motori, & tanquam Sponſam Sponſo. (d) Tum etiam quia nihil eſt ita proprium amori, ſicut exceſſive amare, æſtimare, & appretiare (e) amatum, & omnia alia reſpectu ejus pro nihilo ducere, ſeu abominari, ſi ſunt contraria illi. Unde illud: *Omnia arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam*. Tum vero Humilitas vera habet hoc, quia reſpectu Dei potens eſt ejus connexio ad caritatem; & quare? (f) Quia omnia reſtringit ad ultimum finem, qui finis eſt objectum proprium caritatis; (g) cui objecto connexa eſt caritas, quæ caritas nulla eſt ſine illa Humilitate. Conſtat enim quod hoc non poteſt fieri, niſi homo contemnat omnia reſpectu finis ultimi, ſcilicet quod illum præferat omnibus, & omnia toleret propter ipſum, & propter ipſum ſe omnibus ſubjiciat.

Luc. 9. 23.

Phil. 3. 8.

15. Sic etiam valet Humilitas illa ad amorem proximi. Tum quia nullus eſt perfecte pius & miſericors ad proximum tam in condonandis injuriis, quam in ſupportandis aliorum peccatis & miſeriis, niſi qui ſe longe inferiorem putat; & qui ſe totum cenſet obnoxium proximo ſuo ad ſupportandum ipſum in omnibus, tanquam Dominum ſuum, & imaginem Domini ſui: unde eſt etiam radix patientiæ, & magnanimitatis, & conſtantiæ. Tum quia ei facile eſt *diligere inimicos, & orare pro perſequentibus, & calumniantibus*; injurias enim, & contemptum ſui amat, (b) & quærit tanquam proprium objectum, & tanquam ſuum nutrimentum convenientiſſimum. Tum quia *aquæ multæ* tribulationum *non poſſunt extinguere caritatem* humilis, *nec flumina obruere illam* (i); ſe enim dignum pluribus malis reputat, & ideo quaſi nulla ducit ea, quæ ab aliis patitur reſpectu eorum, quæ pati deberet. Tum quia nihil eſt, quod impedire poſſit ejus erga proximum caritatem; omnia enim quaſi nihil, & pro nihilo ducit, & ideo tanquam præſidens conculcat totam nihileitatem entium ſub pedibus ſuis, & *omnem altitudinem*, id eſt, Superbiam *extollentem ſe ad-*

Humilitas erga proximum.

Matth. 5. 44.

Cant. 8. 7.

2. Cor. 10. 5.

(a) Non enim verus humilis *credit, quod ſibi ſufficiat lectio ſine unctione, ſpeculatio ſine devotione, induſtria ſine pietate, ſcientia ſine caritate, intelligentia ſine humilitate, ſtudium abſque Divina gratia, ſpeculum abſque ſapientia divinitus inſpirata*, in Prologo d. Itiner.

(b) Expoſit. in Luc. c. 9. ibi: *Abneget ſemetipſum per omnimodam humilitatem*.

(c) Commentar. in Apocal. c. 19. n. 1430. *Sequebantur eum, ſcilicet Chriſtum, per viam humilitatis*.

(d) Cap. 4. Itiner. ment. in Deum, ac paſſim Expoſit. in Cant. &c.

(e) Verbum quo utitur ipſa Vulgata.

(f) Modus dicendi ſæpe adhibitus in Comment. Apocal.

(g) Sic in 3. Diſt. 36. Ar. 1. Q. 6. in concl.

(h) Hæc erat certe Humilitate qui ſic orabat „ Domine ſancte, Pater omnipotens, „ æterne Deus, propter tuam largitatem, & „ Filii tui, qui pro me ſuſtinuit paſſionem & „ mortem: & Matris ejus excellentiſſimam „ ſanctitatem, atque Beati Franciſci, & omnium Sanctorum merita: concede mihi peccatori, & omni tuo beneficio indigno: ut „ te ſolum diligam, tuo amore ſemper ſitiam, „ beneficium tuæ Paſſionis continue in corde „ habeam, meam miſeriam recognoſcam, & „ *ab omnibus conculcari, & contemni cupiam*; niſi „ hil me contriſtet, niſi culpa. Amen.“ Ita in Stim. amor. Par. 1. in fine cap. 1. Et hæc forte Oratio una eſt ex illis, quæ ſpectant ad Cumulum Orationum S. Bonav. de quo infra.

(i) Expoſit. in Cant. ibi §. 339.

Digitized by Google

adverſus ſcientiam Dei, ſcilicet contra veritatem, velut nihil reputat. Sed etiam humilis in illo reſpectu magnanimus per quandam altitudinem laudabiliter tranſcendentem fertur in omnia contemnenda; cum non timeat amittere hujuſmodi, aut dignitatem, aut quodcunque commodum temporale, ſed tanquam lutum omnia abjiciens, & aſpernans, non habet unde debeat formidare, aut contriſtari contra adverſarios: cum nec moveatur adulationibus, aut blandimentis, aut vulgari rumore, vel fama. Et quoniam omnia potius hujuſmodi horreat tanquam inſidiantia vitæ ſuæ ſpirituali; non habet unde flectatur ad lætitiam vanam, aut ad aliquod vanum. Et cum etiam humilis ſciat *Deum ſuperbis reſiſtere, humilibus autem dare gratiam*, & totus innitatur Deo, & non alteri, niſi in quantum Dei ſunt; ſemper vadit armatus ſingulari fiducia auxilii Divini, & intimo ſenſu virtutis Dei.

Jac. 4. 6. & 1. Pet. 5. 5.

Humilitas erga ſemetipſam.

16. Eſt etiam Humilitas radix omnis rigiditatis, & ſeveritatis in ſemetipſam. Tum quia humilis omnia inferiora penitus vult ſubjici, & pro poſſe (*a*) ſubjicit ſuis Superioribus. Tum quia ſecundum Pſ. *Confige timore tuo carnes meas*, timore Divinæ majeſtatis totus configitur, & concutitur, & carnem ſuam a carnalitatibus compeſcit. (*b*) Eſt etiam nutrix & conſervatio honeſtatis & puritatis. Tum quia humilis omnem humanam pulchritudinem abjicit velut ſtercus, & humanam gloriam aſpicere dedignatur, & illam tanquam fumum volatilem, & tamquam gravem & veram immunditiam eſſe ſentit. Conſtat autem quod incentiva carnis ex obiectis oriuntur, & nutriuntur; & ideo ſunt fugienda. Sed humilis recolligendo cor ad unitatem, (*c*) & ad intima, ſive *unum neceſſarium*, (*d*) & abſtrahendo ab omnibus; reddit illud abſconſum, & impervium omni tentationi carnali. Tum quia componendo, & debite ordinando omnes actus & geſtus, omnia verba & ſigna; omnem vagationem ſenſuum, & omnes inhoneſtates excludit. Quod autem prædicta compoſitio ſpectet ad humilitatem ipſam, patet ex præmiſſis. Eſt etiam radix, & nutrix diſcretionis, & maturitatis. Tum quia ſemper facit ſentire proprios defectus; nam in omnibus eligendis eſt timorata & circumſpecta. Tum quia nihil præſumit de propriis viribus, & ideo non eſt præceps, nec temeraria: cum in omnibus ſequatur ſolum conſilium Dei, & Sanctorum; quia vanas hominum levitates, reſpectus, & eorum conſilia fugit, & horret. Tum quia nullo privato amore, aut humano timore, vel favore impellitur, aut præcipitatur. Tum quia ſereniſſime facit omnia dijudicare; & cum ſe ſentiat in omnibus de facili (*e*) poſſe deficere, ideo in omnibus cautiſſime procedit. Tum quia, ſicut jam dictum eſt, tota Dei timore configitur; & ideo *cum timore (f) & tremore ſalutem ſuam operatur*, cernens ſe omnia agere in conſpectu Dei *cuncta cernentis*, & nullum defectum impune relinquentis. Tum (*g*) quia perfecta Humilitas non ſolet naſci, niſi poſt experientiam multorum caſuum, & calamitatum, quarum multiplex experientia non modicum juvat ad diſcretionem, & maturitatem.

Pſ. 118. 120.

Philip. 2. 12.

Eſth. 16. 4.

Luc. 10. 42.

17. Eſt etiam radix & mater ſimplicitatis, ac juſtitiæ, & veritatis. Humilitas enim fugat omnem hypocriſim, & ſimulationem, & duplicitatem, & mendacitatem. Hæc quoque unicuique quod ſuum eſt tribuit, ſcilicet Deo gloriam & dominium, ſibi vero ſubjectionem & opprobrium, proximo autem pietatem & obſequium. Et ut altius inferam, ipſa eſt radix illius Diviniſſimæ ſtultitiæ, de qua Apoſtolus pri-

(*a*) Ita & ſupra num. 7. hac utitur phraſi, ſicut & alibi pluries.

(*b*) Pariter infra De regim. anim. n. 8.

(*c*) *Ad unitatem, ut poſſibile eſt, ipſius, qui eſt ſuper omnem eſſentiam, & ſcientiam*, cap. 7. Itiner. ment. in Deum.

(*d*) Vel de hoc *uno*, *quod qui habet, habet omne bonum*, Expoſit. in Luc. ibi.

(*e*) Hoc quoque *de facili* pluries a D. Bona. uſurpatum.

(*f*) Vulg. *metu*. Alluditur ad illud Pſ. 2. 11. *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*. Item *cum timore, & tremore* S. Fulgent. Ep. 3. ad Probam cap. 19. & S. Bernard. apud ipſum S. Bonav. L. 2. Phar. c. 29.

(*g*) Hoc *tum* pluries repetitum videre quoque eſt Vol. 2. in Commentarioſo De Doctrina Evangelica num. 10., ac indicat Scriptorem Scholaſticum, uti revera fuit D. Bonaventura. Quid quod *tum* uſque adeo repetitum legere quoque eſt eodem ſenſu pro & apud Ciceron. 2. de natur. Deor. *Quia tum occultantur, tum abeunt, tum recedunt, tum antecedunt, tum autem ſubſequuntur, tum celerius moventur, tum tardius*

Digitized by Google

prima ad Cor. tractat loquens de ſtultitia crucis: *Nos prædicamus Chriſtum crucifixum, Judæis quidem ſcandalum, Gentibus autem ſtultitiam.* Et poſt modicum dicit: *Sed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus.* Et iterum: *Nos ſtulti propter Chriſtum*; qua ſtultitia Chriſtus nimium fuit ſecundum mundi ſapientiam infatuatus. (a) Et ut uno verbo pertranſiens multa, breviter concludam, nullum eſt exercitium, quod ita repente, & ita perfecte univerſitatem omnium virtutum introducat, ſicut eſt perfecte ſe exercere ad ſui contemptum ſecundum circumſtantias Humilitatis præmiſſas. Unde egregie a quodam Sapiente (b) dictum eſt, quod Humilitas eſt janua, ſeu clavis ſapientiæ, (c) & aula, ſeu templum gratiæ Dei. Et ratio eſt. Tum quia ſicut Deo placet honorari, ita omnia in gratiarum actione recognoſci, & reddi. Humilitas autem ad nihil aliud vacat niſi ad prædicta; & ultra hoc ad contemnenda omnia contraria. Neceſſe eſt enim, quod mens humillima ſit Deo grata. Tum quia humiliter novit ſupplicare, & petere, & beneficia Dei veraciter recognoſcere, & deteſtari offenſam, & ſe proſternere ante pedes Domini ſui, & Servorum ſuorum. Ideo ſuper omnia impetrat veniam & gratiam, & longe plus quam quærat. Et certe ſicut in creatis omnium ſtellarum & cœlorum aſpectus & influentiæ rectiſſimo ac per conſequens ſolidiſſimo inceſſu concurrunt ad terram fœcundandam, & aquæ ad valles; ſic gratioſi aſpectus Dei, & aquæ gratiarum ejus concurrunt ad humiles corde. (d) Unde de Altiſſimo dicitur: *Excelſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta a longe cognoſcit.* (e) Et etiam Regina Humilitatis Virgo Maria Mater Chriſti cantat Deo: *Depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles.* Unde: *Reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ.* (f)

1. Cor. 1. 23.
27.
4. 10.
Quoddam Sapientis dictum.
Pſ. 137. 6.
Luc. 1. 52.

CAPUT III.

De perfectione, cui nos exemplares reddit.

18. Attendendo autem ad tertium, ſcilicet perfectionem, cui nos conformat, patet, quod nos Deo ſummo conformat, & Jeſu Chriſto, & Matri ejus, & omnibus exemplaribus Sanctitatis. (g) Licet enim in Deum non cadat humilitas, prout ſui contemptum dicit; tamen in eo liberaliſſimam condeſcenſionem, (h) prout decet Deum, ad omnes ejus creaturas, limpida conſideratione cognoſcere poſſumus. Deus enim tantæ condeſcenſionis eſt, ut non dedignetur aſſiſtere infimis creaturis, & vermiculis, immediate in ſe *omnia portans*, continens, & conſervans in omnibus ſuum veſtigium, aut ſimilitudinem, & bonitatem pro eorum capacitate diffundens. (i) Quis etiam tantus condonator injuriarum ſicut Chriſtus? De quo vere humiliato *uſque ad mortem, mortem autem crucis*, & uſque ad inferos, & hoc pro ſuis inimicis, & ſervis ſuis, non opus eſt loqui.

Humilitas, quæ dicit contemptum, non cadit in Deum; ſed quæ dicit condeſcenſionem.
Hebr. 1. 3.
Phil. 2. 8.

19. Si quæratur, quare ita difficile eſt ad Humilitatem pertingere, cum actus ejus non inferat paſſionem ſenſui, & tota conditio noſtra clamet nos eſſe viles, & quaſi nihil? (k) Sciendum, quod

Quare ita difficile ad humilitatem pertingere.
Reſponſio.

(a) Vid. de hac ſtultitia, quæ quidem ſtultitia eſt ſecundum falſam mundi ſapientiam; ſed reapſe eſt ſapientia Sanctorum, Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem., ubi D. Bona. latius de ea differit. Nec non S. Hieron. Epiſt. 53. al. 103. ad Paulin. num. 4.

(b) Ille forte *quidam ſapiens*, de quo idemmet D. Bonav. ad fin. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. Sive *Sapiens*, qui Prov. 11. 2. ait: *Ubi eſt Humilitas, ibi & Sapientia.* Vel alius, de quo mox.

(c) Idem Expoſit. in cap. 10. S. Luc. Item lego quoque in Vitis Patrum Lib. 5. Libello 15. de Humilit. num. 22. *Dixit Abbas Joannes brevior: Quia janua Dei eſt Humilitas.* In Deo autem *ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ abſconditi*, Coloſſ. 2. 3.

(d) Eod. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

(e) Ita Expoſit. in cap. 1. S. Luc. ubi de *Humilitate*, quæ eſt *diſpoſitio ad reſpectum gratiæ.*

(f) Sic in 2. Diſt. 22. Art. 1. Q. 1. in fine.

(g) Ita cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. ubi de exemplaribus Sanctitatis, & Humilitatis, videlicet Chriſto, B. M. V., B. Franciſco, ac B. Clara.

(h) De hujuſmodi *condeſcenſione*, & quidem multiplici, in fine Sermonum de decem Præceptis, ac infra Lib. ſingulari de iiſdem, nec non in Apolog. pauperum &c.

(i) Cap. 2. Itiner. ment. in Deum, ubi *de ſpeculatione Dei in veſtigiis ſuis in hoc ſenſibili mundo*; Cap. 3. & 4. ejuſdem *de ſpeculatione Dei per ſuam imaginem, naturalibus potentiis inſignitam, & in ſua imagine, donis gratuitis reformata*; & cap. 6. *de ſpeculatione beatiſſimæ Trinitatis in ejus nomine quod eſt bonum, & bonitatis Dei ſumma communicatione, & vera diffuſione.*

(k) De hoc plura cit. cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. nec non Serm. 4. de uno S. Confeſſ. & mox ſeq. Tract. n. 3. ac 6. &c.

Digitized by Google

quod id provenit in genere ex talibus. Primo ex propria sua arduitate; quia omnis virtus, quanto magis ardua est, & perfecta, tanto ceteris paribus est inaccessibilior nostris viribus: (a) & ideo tanto opus est cum majori conatu (b) assurgere ad eam. Secundo ex forti impulsu, & multa appetibilitate sui contrarii vehementer contradicentis in natura rationali, quæ non est plena, sed vacua Deo; & per consequens est inflata, & plena ventosa æstimatione sui ipsius. Altitudo enim prioritatis, & præsidentiæ (c), & sui etiam præcellentiæ, est nulli subesse, nulliusque legibus coarctari; sed in omnibus propriam voluntatem sequi habet: in quantum se exhibent menti tali, & quoddam Divinum esse, & posse, & quædam gloria quasi Dei. Et ideo est difficillimum sentes has & radices in tali medullitus inolitas eradicare. (d) Tertio ex hoc, quod contemptus sui præfert quamdam imaginem infamis mortis, & annihilationis; (e) & ideo grandem contemptum sui homo talis reputat sicut sui annihilationem. Tantum enim homo se sentit esse & vivere in cordibus aliorum, quantum se sentit appretiari ab eis: & similiter tantum se sentit homo vivere sibi, quantum occurrit sibi ut glorioſus, & ut res magna, aut virtus valoris. Quantum autem hujusmodi appretiatio & fama tollitur, vel minuitur, & a quot cordibus sentit se non reputari; etiam a tot cordibus sentit se homo mori, & annihilari. Unde Ps. *Oblivioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Contemptus autem addit ultra hoc dejectiones, & conculcationes, & *tanquam vas perditum*, id est, abominabile (f) facit. Et hoc est quodammodo pejus esse, quam nihil. Hæc igitur causa est tantæ difficultatis ad tolerandum & amandum grandem contemptum, vel infamiam sui; & ideo perfecta humiliatio est summum genus ministerii (g) & holocausti apud Deum. Ps. 30. 13. ibi.

20. Si vero quæras, quomodo homo veraciter se possit reputare omnibus hominibus inferiorem, & viliorem? Sciendum, quod hoc potest fieri multiplici via. Primo, comparando id, quod tibi est proprium, ad reliqua, secundum quod sunt opera Dei. Tibi enim proprium est esse de nihilo, & quantum est de te, redire in nihilum. Insuper esse nihil propter peccata, & omnes defectus tuos, (h) qui sunt tibi proprii. (i) Reliqua vero in quantum sunt opera Dei, & ipsum participantia, non habent propriam rationem mali. Si autem hoc modo compares te illis, invenies te in infinitum viliorem illis. Et hanc viam docet Anselmus. (k) Secundam ponit Beatus Augustinus super illo verbo Apostoli ad Philippen. secundo: *In humilitate superiores sibi invicem arbitrantes*, ubi dicit: Non debemus ficta æstimatione hoc facere, sed vere æstimemus, posse esse aliquod bonum occultum in alio, quo nobis superior sit; etiamsi bonum nostrum, quo ipsi vi-

Quæstio altera cum responsione.

Anselmus de similit. c. 110.

Augustinus in Glos. ordin. super Epist. ad Phil. 2. 3.

(a) *Inaccessibilior viribus nostris*, nimirum si desit Divina gratia, sine qua *virtutes, quæ ad se referuntur, superbæ sunt, & inflatæ*, ut ait secundum S. Augustinum D. ipse Bonav. in 1. Sent. Dist. 1. Art. 3. Q. 2. ad 4. *Non enim potest liberum arbitrium rectam intentionem habere absque munere gratiæ gratis datæ, per quod illuminetur, & dirigatur, & excitetur, ut velit facere aliquid, quod sit Deo placitum*, idem inquit in 2. Dist. 28. Ar. 2. Q. 3. in concl. Et *Virtutes, quia elevant potentiam, habent ortum a Divino munere; non a natura, sed a gratia.* Vid. in 3. Dist. 33. Ar. 1. Q. 5. in concl.

(b) *Videlicet quando concurrit Divinæ gratiæ adjutorium*, ibi. Vid. L. 2. Phar. c. 16.

(c) His vocibus alibi quoque utitur.

(d) Hinc oriuntur tentationes superbiæ, quibus omnibus adeo difficile est libero arbitrio absque munere gratiæ resistere, ut dicat idem S. Bonav. in 2. Dist. 28. Ar. 2. Q. 2. in concl. quod *vir superbus necesse habet peccare &c.*

(e) Vocem hanc pluries fuisse usurpatam a D. ipso Bonav. in 2. Dist. 37. Art. 1. Q. 2. ad 5. Vid. infra in Medit. sive de regim. anim. ad quandam devotam Dominam n. 9.

(f) Lorinus interpretatur *fictile vas confractum, quod in sterquilinium projicitur*, adeoque *abominabile*.

(g) In Amator. ex Leo. Ser. 14. de Passio. Dom. c. 4. *Ministerium suum implevit, humilians semetipsum &c.*

(h) *Hoc est peccatum, quod est modi, speciei, & ordinis corruptivum. Quod quia defectus est, non habet causam efficientem, sed deficientem, videlicet defectum voluntatis creatæ.* Breviloq. Par. 3. cap. 1. & alibi.

(i) Supra num. 4.

(k) Ex eod. Ansel. loc. cit. ita L. 4. Phar. cap. 27. in fine sic „ Alterius virtutem, non „ vitium, suumque vitium, non virtutem at„ tendere debet, quisquis ad culmen Humili„ tatis ascendere studet. “ Vid. in 1. Dist. 17. Par. 1. Q. 3. in concl. ac Prodr. col. 43. ac seq.

Digitized by Google

videmur ſuperiores, non ſit occultum. (a) Dicit etiam Ambroſius in Libro de Virginitate, laudem hominis eſſe ponendam non in forenſi pelle, ſed in interiore homine, quem præclare definivit Apoſtolus Petrus dicens, abſconditum eſſe cordis hominem in incorruptione quieti & modeſti Spiritus, qui eſt ante Deum locuples. Et vero contingit, quod quidam plerumque habent multa bona exteriora, ſed intus minora; quidam vero habent pauca exterius, ſed habent multa occulta bona interius, quæ prævalent omnibus iſtis: ut puta aliquis conjugatus habet habitum matrimonii, id eſt, virtutem ſufficientem ad ſufferendum matrimonium, quam aliunde Virgo non habet, aut non tantam, quantam alius. Et ideo Gregorius ſuper illud Job: *Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea*, dicit: Semper minus debet homo æſtimare bona ſua, quam alterius. (b) Tertio modo fit hoc per fortem affectum & guſtum ſuorum defectuum (c). Sicut enim patiens dolorem dentium ſe æſtimat præ aliis pati, non quod tantum patiatur, ut videat dolorem ſuum eſſe majorem; ſed quia intimius & fortius dolorem ſuum, quam alium animadvertit: ſic etiam in caſu proportionate debet eſſe. Et hoc tertio modo vas electionis Beatus Paulus Doctor gentium dicit ſe *primum*, id eſt, maximum *peccatorem*. (d) Quarto poteſt fieri id, comparando illud, quod ipſe reddidit Deo reſpectu gratiarum, quas Deus ipſe ſibi feçit, ad id quod alius reddidit reſpectu eorum, quæ a Deo recepit; aut ad id quod Deo alius redderet, ſi tanta & talia a Deo recepiſſet, ſicut ipſe. Et hoc modo Beatus Pater Franciſcus (e) dicebat, & ſentiebat ſe maximum peccatorem; quia æſtimabat non eſſe ribaldum (f), qui non gratior fuiſſet Deo, ſi tanta beneficia gratiarum recepiſſet a Deo, ſicut ipſe acceperat. (g) Quinto modo conſideratione Divinorum judiciorum, quia ſecundum Beatum Gregorium vigeſimo quinto Moralium ſuper illud Job trigeſimo quarto Cap. *Conteret multos & innumerabiles, & ſtare faciet alios pro eis*, dicit: Sæpe contingit, ut ii qui videntur ſtare humano judicio, jam in conſpectu æterni judicis jaceant: & qui adhuc coram hominibus jacent, jam in conſpectu æterni judicis ſtent. Et dat exemplum de Juda de Apoſtolatu cadente, & de latrone in cruce pendente;

Ambroſ. L. de Virginit. perpet. S. Mar. ac de Virginis Inſtit. c. 3. n. 18.

1. *Petr.* 3. 4.

Gregorius Moral. L. 9. cap. 25. n. 3. in Job. c. 9. v. 21.

Act. 9. 15.

1. *Tim.* 2. 7. & 1. *Tim.* 1. 15.

Gregorius Moral. L. 25. c. 8. n. 19. in Job c. 34. v. 24.

(a) Ita fere ead. Gloſſa apud Lyranum. Recolenda autem quæ ſupra ſcripſit Tract. de Vite Myſt. cap. 29. n. 101.

(b) Ita ibi ad ſenſum duntaxat.

(c) *Fortem affectum, & guſtum ſuorum defectuum* habuit & humilis S. Bonaventura, qui Serm. 4. Dom. 13. poſt Pentec. referens quod olim ſibi accidit, parum abfuiſſe, quin Diabolus ipſum aliquando præfocaret, & interimeret, ſubdit: *Ex revelatione didici, quod exigentibus meis peccatis (quanquam de peccato mortali mihi conſcius non eſſem) hoc mihi Divina juſtitia permittebat.* Adde, quod *ſuorum defectuum* cognitio tam alte ipſum penetraverat, ut *per multos dies ſe indignum Chriſti Corporis reputaverit.* Unde *Dominus ejus humilitatem reſpiciens, cum una die Miſſam devotius audiret, ad ejus confortationem una de particulis Hoſtiæ conſecratæ per Sacerdotem, ſolo Domini juſſu, in os ejuſdem Generalis intravit, & ipſum guſtu ſuaviſſimo ſaginavit.* Vid. Prodrom. col. 40.

(d) Ad verba hæc: *Quorum* (ſcilicet *peccatorum*) *primus ego ſum*, Sa, & Menochius ſubdunt: *Id eſt, præcipuus, vel maximus*; additque Gordonus, *præſertim non mente expendendo, quam fuerint gravia aliorum peccata.*

(e) Satis ſe ſe indicat hiſce verbis Franciſcanum.

(f) Significat hominem viliſſimum, abjectum, libidinoſum, ſcortatorem, ac ganeonem, ſive illum, qui in taberna meritoria gulæ, & lupanari meretricio operam navat. Vid. hanc circa vocem uſitatam ſæculo ipſo, in quo D. Bonaventura ſcribebat, Gloſſar. Ducangian.

(g) Poſtquam ſatis, ut dixi, ſe ſe indicavit Franciſcanum, prodit ſe ſe quoque Bonaventuram, qui in Legen. Ma. S. Franc. de ejus *Humilitate* agens c. 6. ſimillima prædictis enarrat. De præfato exemplo inſignis S. Franciſci Humilitatis inter Sermones S. Bonaventuræ de Sanctis in communi etiam Serm. 4. in ord. 26. de uno S. Confeſſ. prope finem ita narrat: „ Fuit quidam Frater in extaſim raptus, qui, „ cum quandam ſedem altiſſimam vidiſſet in „ cœlo, quam audivit humili ſervari Franci„ ſco, volens, poſtquam ad ſe rediit, proba„ re; quæſivit ab eo, quid de ſe ſentiret. „ Cumque vir humillimus ſe maximum om„ nium peccatorum aſſereret; ille ait: Cum „ qua conſcientia potes hoc dicere, cum ſint „ innumeri homines, qui pejora faciant, quam „ tu facis? Ad quem vir Sanctus ait: Ego „ puto, quod nullus ſit in mundo ita pecca„ tor, qui non eſſet melior, & operaretur „ melius, ſi Dei dona, & gratiam accepiſſet, „ quam ego habeo a Deo.“ Ad quæ ibi ſubdit D. Bonaventura: *Revera conſideratio nobiliſſima &c.* Et generatim de ſanctis Viris ait Soliloq. cap. 1. cum S. Greg. L. 32. Moral. cap. 1. in princip. *Sancti Viri quo altius apud Deum virtutum dignitate proficiunt, eo ſubtilius indignos ſe eſſe deprehendunt &c.*

Digitized by Google

te; (a) & addit illud Joannis Apoſtoli: *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam*; (b) & illud Beati Pauli: *Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat*. Et fortaſſe illi, quos deſpeximus, & tardius poterunt ſurgere, & vitam malam ferventioribus ſtudiis expiare (c) &c. (d)

Apoc. 3. 11.
1. Cor. 10. 12.

SE-

(a) Verba ibi Gregorii, quæ e veſtigio ſubjungit, ſunt hæc „ Quis enim hominum æſtimare potuiſſet, Judam vivendi ſortem etiam „ poſt miniſterium Apoſtolatus amittere? Et „ quis e contra latronem crederet cauſam vitæ „ etiam in articulo mortis invenire? Occultus „ autem judex præſidens, & utrorumque corda diſcernens, alterum pie ſtatuit, alterum „ juſte confregit. Illum diſtincte exterius repulit, hunc introrſus miſericorditer traxit. "

(b) In 1. Diſt. 40. Art. 2. Q. 2. ad 1. 2. „ Qui actualiter juſtus eſt, poteſt locum, quo „ dignus eſt, perdere, perdendo juſtitiam: & „ qui peccator eſt, poteſt ſibi locum debitum „ acquirere, acquirendo juſtitiam; & hoc tota „ die contingit. Exemplum in veteri Teſtamento manifeſtum fuit de Saule & David in „ regno, cui ſcilicet Sauli recte potuit dici: „ *Tene quod habes*, id eſt, humilitatem, & juſtitiam; *ne alius accipiat coronam tuam*, tibi „ debitam ſecundum ſtatum præſentem, alii „ tamen debitam ſecundum diſpoſitionem æternam. Exemplum etiam eſt in coronis Quadraginta Martyrum. "

(c) Expoſit. in cap. 14. S. Luc. „ Noli te homo comparare majoribus, noli minoribus, „ noli aliquibus, noli uni. Quid ſcis enim, o „ homo, ſi unus ille quem forte omnium viliſſimum, atque miſerrimum reputas, cujus „ vitam ſceleratiſſimam, ac ſingulariter fœdiſſimam horres, & propterea illum putas ſpernendum, non ſolum præ te, qui forte jam „ ſobrie, & juſte, & pie vivere te confidis, „ ſed etiam præ cæteris omnibus ſceleratis tanquam ſceleratiſſimum: quid ſcis, inquam, ſi „ melior & te, & illis mutatione dexteræ excelſi in ſe quidem futurus ſit, in Deo vero „ jam ſit? " Hæc ibi ex Serm. 37. S. Bernardi in Cant. n. 7. nec non d. Serm. 4. de uno S. Confeſſ. ex eodem.

(d) Ita cum *&c. cetera* concluditur quarta & ultima pars Opuſculi de Eccleſiaſtica Hierarchia, quod indicio eſt aliquid ad complementum deeſſe. Eodemque modo cum *&c. cetera* finis imponitur d. Serm. 4. cum laudato S. Bernardo ita inferendo „ Simus ergo humiles fratres; „ qui per ſolam humilitatem jus nobis acquirimus apud Deum. Bernar. Apud Deum, „ fratres, jus habere non poſſumus, quoniam „ in multis eum offendimus; ſed nec eum fallere poſſumus, quia novit abſcondita cordis „ noſtri; nec ei reſiſtere poſſumus viribus, „ cum ſit potentiſſimus. Quid ergo nobis reſtat, niſi ad Humilitatem confugere? Et „ quod in aliis minus habemus, de ipſa ſupplere debemus &c. "

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
TRACTATUS ALTER BREVIOR
DE TRIBUS VIRTUTIBUS
HUMILITATE, PATIENTIA, ET CARITATE.

ADMONITIO.

HIC Tractatus Domini Bonaventuræ Ordinis Minorum, *ut præfert titulus* Codicis membr. Romanæ Biblioth. Chisianæ, *de quo in* Prodromo col. 462. *ex ordine ipso doctrinæ hunc sibi jure vindicat locum; eo vel maxime quia quæ in præcedenti videntur deesse, optime per ipsum supplentur. Tametsi vero hujusmodi* Codex Chisian. *sæculi sit XIV.*, *teste* Cl. Assemano, *ac verisimiliter credi possit ex autographo coævo descriptus, adeoque videatur ad faciendam fidem satis idoneus; non deerit tamen, qui difficile credat, revera ejus esse, cujus fert nomen, nempe* Bonaventuræ. *Quandoquidem arbitrabitur, dedecere virum gravem, qualis* Bonaventura *ipse certe fuit, ita ludere in literis componentibus verba* PUTREDO, TRIBULATIO, CARITAS. *Sed qui ita sentit, mihi non videtur Doctoris nostri indolem satis perspectam habere, ut qui suum temperare sermonem consueverat captui eorum, ad quos scribebat, & solidiorem quidem doctioribus præbere cibum; & parvulis in Christo lac petentibus, quemadmodum ipse loquitur* De Ecclesiast. Hierarch. cap. 1. *liquidiorem, eorumque, ut heic facit, tenui ingenio, infirmæ facultati, labilique memoriæ quoquo modo consulere. Et hoc pacto fuit, ut ipsiusmet utar verbis in* Comment. de Script. Sanct. dign. & excell. col. 1105. ac seq., similis optimo Magistro, & Prædicatori, qui secundum capacitatem audientium conformat se eorum intellectui; *nec non* instar Pauli, qui fuit omnibus omnia factus, Judæis Judæus, Gentilibus Gentilis, infirmus infirmis. *Quid quod Divina ipsa Scriptura, ut ait* Cl. Muratorius L. 1. de moderat. ingen. in Relig. negot. ad rudis populi sensum & captum se se attemperet? *Quo quidem spectat & illud* Cl. Echardi To. 1. Script. O. P. pag. 170. *quod hæc* cordatus lector facile condonet genio sæculi XIII. & XIV. quibus etiam doctiores usi similibus, plura revera bona, & laude digna hujusmodi minutiis annectere solebant, quod jam tempora nostra delicatiora non patiuntur. *Non officit ergo prædicta ratio, quin hoc Opusculum* Domini Bonaventuræ Ordinis Minorum *credatur; sicut non obfuit, quin ei tribueretur* Laus Beatæ Virginis Mariæ, *quamlibet secundum literas Salutationis Angelicæ metro digesta. Ita sonat.*

QUÆ

Digitized by Google

I.

Isa. 12. 3. QUÆ potavi de fontibus Salvatoris effundam, ut fluant aquæ Dominí mei, ac prædilecti Dei mei Jesu. Carissime Frater igitur ab ipso sermonem gratis acceptum, tibi gratis communicabo. (*a*)

Psal. 144. 18. 2. Vidi Dominum sedentem super humilem, circumdatum patientiæ floribus, & caritate undique plenum; & dixit ad me: Si cupis cathedram esse meam, humilis esto. (*b*) Si munera ut flores offerre vis, patientiam in omnibus serva. Si amorem meum vis consequi, caritas te semper circumdet. Hæc tria tua sint, Humilitas, Patientia, Caritas. Nam Humilitas peccatorem Deo reconciliat: Sancti per Patientiam Deo placent: & per Caritatem semper amatur Deus.

De Humilitate.

Octo gradus Humilitatis, & primus.

3. Humilitatis gradus octo sunt, Primus enim est Deum cognoscere, (*c*) ut ipsius magnitudine cognita, quantum possumus, nostram agnoscamus infirmitatem. (*d*) Sed quis est Deus? Quomodo proferam? Cum nec lingua possit dicere, nec oculus videre, nec auris audire, nec in cor hominis ascendere? Cogitemus igitur de ipsius virtutibus, quantum possumus; cum ipsum nequaquam concipere valeamus. Meditemur, quæso, quid Dei sit sapientia, potentia, intelligentia, ratio, justitia, fontalis vitæ (*e*) sanctitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, misericordia, humilitas, (*f*) patientia, caritas, & omnis virtus. Nam & si quis homo, vel potius dicam Seraphim, has omnes haberet virtutes, nihil in Dei comparatione esset; quia ipse omnium virtutum generator est, & *Dominus Virtutum*. Sed si quis habet, ex parte habet; & ideo non perfecte habet. Quidquid igitur est, in comparatione Dei nihil potius, quam aliquid, est; (*g*) quamquam sanctus sit. Unde Ps. *Substantia mea tamquam nihilum ante te*,

Psal. 23. 10.

Ps. 38. 6.

4. Tu ergo, o homo, & peccator, quis es? Agnosce te (*h*); quia nisi putredo es. Non es nihil (*i*); sed putredo. (*k*) Non esse melius esset, quam putredinem esse. Nam nihil esse, si non prodest, nec nocet. Sed non sic putredo, quia non prodest, sed nocet. Nanque locus, qui vacuus est, melior est illo, qui putredinem habet. Ergo melius est nihil esse, quam putredinem esse. (*l*) Unde & si ipsam te esse existimas, tunc Humilitatis gradum tenebis secundum. Sed ut magis memoriæ commendetur, cujuslibet literæ PUTREDO Humilitatis ponam gradum.

Job 15. 6.

Secundus Humilitatis gradus.

5. Nam prima litera est P, secunda est U., & sic de ceteris. Et quia dixi, primum gradum esse cognoscere Deum; secundus ergo gradus est nostram agnoscere infirmitatem (*m*) in hac li-

---

(*a*) Ita ad quendam *Fratrem*, alludens ad illud Apocal. 21. 6. *Dabo de fonte vitæ gratis*, & 22. 17. *Accipiat aquam vitæ gratis*; nec non Matth. 10. 8. *Gratis accepistis, gratis date.*

(*b*) Secundum illud Prov. 11. 2. *Ubi est humilitas, ibi & sapientia.*

(*c*) Vid. super. Tract. n. 3. Item Ser. 4. de uno S. Confess.

(*d*) Pariter ex S. Gregor. Mag. L. 2. Phar. cap. 29.

(*e*) Dicitur Deus, secundum Bonaventuram, *fontalis vita*; quia, ut ait Serm. sive Collat. 12. in Hexaem. *Omnis creatura vivit in formis æternis. Unde Joan. Quod factum est, in ipso vita erat.* Vid. Vol. 1. Comm. in Jo. c. 1. n. 11.

(*f*) Super. Tract. n. 18.

(*g*) In 1. Dist. 8. Par. 1. Dub. 4. *In comparatione creaturæ ad Creatorem est excessus improportionabilis, & infinitus.* Et ibi Dub. 6. *Secundum habitudinem æquiparantiæ, & proportionis, verum est, quod nulla est ratio proportionabilis secundum conditionem veritatis, & nobilitatis esse Divini: & ideo quasi nihil est: non omnino in se, sed nihil a proportione; quia non potest inveniri aliqua proportio quantitativa.*

(*h*) Tract. de Vit. myst. c. 29. n. 103. Super. Tract. n. 4. nec non Cap. 1. de perfect. vit. ad Soror. &c. Consule sis inter Opera S. Bernardi Auctorem Tract. de inter. Domo Cap. 36. n. 75.

(*i*) Nisi *in comparatione Dei*, ut paulo ante dixit; &, uti notavi ex eodem Doctore nostro, *non est omnino nihil in se, sed nihil a proportione*, jam dicta.

(*k*) Confer cum L. 1. Phar. c. 7. & cum c. 2. de perfect. vit. ad Soror. nec non cum c. 1. Soliloq. ac Ser. 4. de uno S. Confess.

(*l*) Vid. simili modo differentem in 4. Dist. 50. Par. 1. Art. 1. q. 2. in concl.

(*m*) Secundum illud S. P. Francisci in Deum rapti, Deumque alloquentis: *Quis es tu? Et quis sum ego?* Hoc repetit ipse Bonaventura infra in Orationibus n. 4. Item comparando etiam vitam hominum cum vita Christi loquitur in hæc ver-

Digitized by Google

Tertius ejus gradus, Quartus, Quintus, Sextus, Septimus, Octavus.

litera P. Tertius gradus est in hac litera U. Quartus gradus est in hac litera T. Quintus gradus est in hac litera R. Sextus gradus est in hac litera E. Septimus gradus est in hac litera D. Octavus gradus est in hac litera O. Nunc dicam de his ponens unumquemque gradum secundum literam ejusdem nominis PUTREDO. (a)

Explicatio præfictarum literarum,

6. P. putredinem te esse existima (b). U. viliorem omnibus (c), vel utiliores omnes te esse existima. T. totum a Deo acceptum cognosce per gratiam (d). R. retine revereri cognitum & incognitum. E. æquanimiter omnia tolera. D. dominari, (e) & non dominare (f), permitte. O. honorem appetere noli.

Alia dd. literarum consideratio, graduumque declaratio.

7. Etiam sic considera. P. parum temporis te victurum existima (g). U. vile cadaver te futurum cogita (h). T. totum bonum, quod habes, a Deo cognosce. (i) R. retine memoriam mortis assidue. (k) E. eris de omnibus coram Judice redditurus rationem. (l) D. dolores inferni (m) & purgatorii recordare. O. omnium fuerunt parentes Adam & Eva; hodie stas in sæculo, cras fortasse in sepulchro (n). Igitur si bene caput cujuscunque literæ respicies simul cumulate, hoc nomen PUTREDO reperies. Hæc caussa memoriæ feci. (o)

8. Dixi hactenus in hoc Tractatulo (p) Humilitatis gradus breviter, qui tamen maximas expositiones portant. Audeo enim dicere, quod super hoc si valens scripsisset Doctor plurima, & magna composuisset Volumina, nihil potius feciſſet, quam aliquid, & hoc maxime quoad primum Humilitatis gradum, qui est Deum cognoscere. Et si omnis est insufficiens ad creaturam intelligendam (q), tanto minus ad scribendum de Deo erit idoneus.

9. Sed ut quod dico magis firmetur, dic mihi quæso: *Quis sapiens & intelliget* minima arboris folia, quanta & qualia sint? Absit quod quis perfecte intelligat. Sed bene intelligit Deus, non tantum ipsam arborem; sed quot in mundo sunt, fuerunt, atque erunt, etiam *in mensura, numero* (r), *& pondere*, ac virtute; qui est in omnibus, & operatur omnia, & *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Et sicut est omnipotens, ita & omniscions. (s) *Ose* 14. 10. *Sap.* 11. 21. *Rom.* 11. 36.

10. Igitur si de infimis, ac minimis minime invenitur intelligens, quis ergo capax erit, *si cœlestia dixero*? sive de Angelorum Archangelorumque Agminibus *Jo.* 3. 12.

verba „ Sicut exaltantur cœli a terra, sic exal-
„ tata est vita illius a vita hominum, quæ ta-
„ men posita est pro vita nostra. Sicut enim
„ nihil ad aliquid nullam habet comparationem,
„ ita vita nostra ad vitam illius nullam propor-
„ tionem: cum illa nulla dignior, nostra nulla mi-
„ serior potest esse. Cum ergo ei me devovero,
„ quid quæso sum, nonne sicut stella ad solem,
„ gutta ad fluvium, lapis ad montem? “ Ita cap. 2. Incend. seu Incent. amor.

(a) In distributione prædictarum literarum, & graduum, hunc ordinem tenere opus fuit ad vitandam confusionem, quæ est in apographo nostro.

(b) Vide supra d. Tract. de Vite Myst. c. 17. n. 59.

(c) Super. Tract. n. 20. nec non in Epist. 25. Memorial. ubi de vera humilitate, atque in Remed. defect. relig. cap. 1. &c.

(d) In d. super. Tract. n. 3. ac 7. nec non Ser. 4. de uno S. Confess. &c.

(e) Supple, *passive*; sicut apud Cic. 1. Offic. c. 39.

(f) Supple, *active*, sicut Ps. 109. 2.

(g) Sive ut loquitur cap. 2. Incend. sive Incent. amor. *diem mortis imminentem*.

(h) Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. *Considera quo tendis; tendis enim ad corruptionem, & incinerationem* &c.

(i) L. 2. Phar. c. 16. ex Isid. & in d. Incend. ibi. *Totum, quod es, illi debes, a quo totum habes.*

(k) In eod. Incend. amor. cap 1.

(l) Adeoque visurus *faciem Judicis præsentem*, ibi cap. 2.

(m) Cap. 3. Soliloq. ubi & de recolenda morte, & judicio.

(n) Cit. cap. 2. de perfect. vit. si *hodie es, cras non eris.*

(o) Hæc memoriæ gratia fieri, scribendo præcipue ad virum simplicem, cujus adjuvanda erat imbecillis memoria, virum gravem minime dedecet. Ita ad fin. Procem. Breviloq. ait: *Titulos particulares capitulorum præmittere curavi, ad faciliorem memoriam, & lucidiorem contuitum dicendorum*; & miror, quod illud *Registrum* sive *Regestum*, fuerit in Sixtina Editione prætermissum, cum tamen late extensum habeatur in Edit. quæ prodiit *Anno Domini M.CCCC. LXXV. circiter Kal. Februarii*, ubi dicitur: *Impressus est liber iste ad honorem Dei. Per Anthonium Sorg. In Augusta.*

(p) Ita rursum ad fin. d. Procem. Breviloq. Al. *Tractatu*.

(q) Vide sis in hanc rem nostrum Michaelem Medinam, præclarum in Synodo Tridentina Theologum, De recta in Deum Fide L. 5. c. 12. versus finem.

(r) Vulg. *& numero*; sed absque & vel Exposit. in Sap. ibi.

(s) Ita ad fin. cap. 5. Itiner. ment. in Deum.

Digitized by Google

nibus, ſive uſque ad Seraphin Agmina tendam. Nunc uſque de Dei intelligentia omnis omnino probatur inſufficiens: Quid de ejus potentia, vel ſapientia dicam? Quomodo, vel qualiter ſua creavit potentia, atque regit ſapientia? Omnis enim ratio fallit, ad capiendum maxime, & lingua deficit ad loquendum. (a)

11. Sed adhuc ſupereminentiorem contendo demonſtrare illam (b); quia non ſolum cœleſtium Spirituum Agmina (c), ſed omne creatum reſpectu Dei potentiæ, ſapientiæ, & ceterorum hujuſmodi, minus eſt quam *granum ſinapis*. *Luc. 17. 6.* Nam dic quæſo mihi: Nunquid poteſt Deus tantum verbo creare, quantum omne quod creatum eſt? Et illud tanquam *ſinapis* eſſet *granum* in comparatione totius ipſius, quod adhuc creare poteſt; (d) immo minus quam *ſinapis granum*. Et tamen omnia intelligeret ſapientia, & providentia omnia ſine labore gubernaret. Quis igitur homo tanta audacia inveniretur ſufficiens ſuis viribus cogitare? *2. Cor. 3. 5.* Audeo dicere, quod neque Angeli, neque Archangeli, neque Principatus, neque Poteſtates &c. ſic ſufficientes ad hoc eſſent, ſcilicet Deum qualis eſt, cogitare, qui nec modo eum poſſunt ipſo Dei munere plene comprehendere. (e) Ipſe autem qui omnia fecit ſua potentia (f), ſua pietate dignetur mentibus ſtudioſius cogitantibus de ſuis enarrare theſauris, qui vivit, & regnat in perpetuum. Amen.

12. Breviſſime me de Humilitatis gradibus dixiſſe profiteor; ſed breviora de Patientia, & Caritate deſcribam: quia qui me docuit, diffuſe poterit ſuis diligentibus enarrare. Sicut *flos*, ſive *roſa campi* (g). Patientia (h) & Patientia, ubi tribulatio. Sed quid eſt tribulatio, niſi *Tribul actio*. Quid igitur eſt *Tribul*? Si conſideres, ſex literas *Tribul* habet, a quibus edocemur, unde neceſſaria ſit Patientia. Quæ autem dico, dico ut magis memoriæ commendentur. Nam prima litera eſt T., ſecunda R., & ſic de ceteris. Et quid *actio*? *Actio* nomen eſt verbale ab *ago*. (i) *Cant. 2. 1.*

13. Ita ergo age, ut valeas pati
T. tentationem; quia neceſſaria in tentationibus Patientia:
R. reputationem tui malam:
I. injuſtitiam ſuſtinere:
B. baculum, id eſt, verba, vel facta:
U. verba ſuſtinere injurioſa: (k).

(a) In 1. Diſt. 8. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. ubi ait „ Intellectus noſter deficit in cogitatione Divinæ veritatis, quantum ad cognitionem quid eſt; tamen non deficit, quantum ad cognitionem, ſi eſt. Unde Hugo „ (L. 1. de Sacram. Par. 3. c. 1.): Deus ab „ initio ſic cognitionem ſuam in homine temperavit, ut ſicut nunquam quid eſſet poterat „ ab homine comprehendi; ita nunquam quia „ eſſet, poterat ignorari. " Audi & S. Petrum Chryſologum in Symb. Apoſtolorum Ser. 61. „ Qui credit in Deum, Deum diſcutere non „ præſumat. Deus quod ſit, ſufficit ſcire: qui „ requirit unde ſit, quantus ſit Deus, Deus „ quid ſit, neſcit &c.

(b) Scilicet ſuprad. *Dei potentiam*, atque *Sapientiam*.

(c) Ita etiam vocantur Cap. 1. Soliloq.

(d) Vid. in 1. Diſt. 44. Art. 1. fere per totum.

(e) In eod. 1. Diſt. 3. Par. 1. Q. 1. in concl. „ Quantum ad cognitionem comprehenſionis „ requiritur proportio æqualitatis, & æquiparantiæ, & talis non eſt in anima reſpectu „ Dei, quia anima eſt finita, Deus eſt infinitus: & ideo hanc non habet, & de hac intelligit Dionyſius. " Scilicet qui cap. 5. de Div. Nominib. ſub Par. 4. ait: *Deum neque dicere, neque intelligere poſſibile eſt*. Quapropter reſpondet quoque idemmet D. Bona. ibi ad 3. *Non ſequitur, quod ſi cognoſcitur totus, quod comprehendatur; quia intellectus ejus totalitatem non includit, ſicut nec creatura immenſitatem*. Vid. quoque in 3. Diſt. 14. Art. 1. Q. 2. & 3. in concl. Unde quod ait S. Hieronymus apud D. Auguſtinum Epiſt. 112. ad Fortunatia. ac refert ipſemet D. Bona. L. 1. Phar. c. 1. *Videre Deum, ſicut eſt in natura ſua, oculus hominis non poteſt. Nec ſolum homo, ſed nec Angeli, nec Throni, nec Poteſtates, nec Dominationes &c.* eo ſenſu intelligendum eſt, ſecundum ipſummet Bonaventuram, quod ſcilicet *non poteſt Dei ſubſtantia ſive natura videri, id eſt, plene comprehendi, etiam Dei munere*.

(f) De hac *potentia Dei* ſic pluries cit. Ser. 4. de uno S. Confeſſ. „ Si vis humilis fieri, con„ fidera *Dei potentiam*, quæ nos fecit &c.

(g) Pro *flos* in Cant. ibi *roſa* apud Cornel. a Lapide, Marianam atque Malvendam. Et ita vertunt Tigurin. Pagnin. Vatabl. & alii.

(h) Recte *patientia* aliena mala æquanimiter tolerans *roſæ* comparatur; quia, ut ait S. Gregorius Moral. L. 20. c. 36. n. 76., *roſa quæ redolet, creſcit cum ſpina, quæ pungit*. Dicitur *patientiæ* roſa etiam ab Alano, quem laudat d. Cornel. De *roſa Paſſionis*, in qua reluxit mira Chriſti patientia, ſupra Tract. de Vite Myſt. cap. 35.

(i) Ita & in Lexicis.

(k) L. 2. Phar. c. 33. ex Iſidoro de ſummo bono L. 2. c. 29. ſent. 4. *Adverſus convicium linguæ fortitudo eſt adhibenda patientiæ, ut tentatio verbi, quæ foris impugnat, tolerantiæ virtute victa diſcedat*.

Digitized by Google

L. lapſa, id eſt, amiſſa non quærere. Si primæ literæ cum omnibus ſumantur, hoc nomen *Tribul* reperies.

De Caritate.

1. Jo. 4. 16. 1. Cor. 13. 2. 14. *Caritas Deus eſt*; & qui non habet caritatem, nihil habet (*a*). Sed ut memoriæ ipſa magis retineatur Caritas, a literis ipſius nominis *Caritas* accipiens, notabo qualis debet eſſe Caritas.

15. C. cœleſtis oportet ut ſit, ſcilicet Deum, & Sanctos in cœlis diligere.

A. activa, ideſt, proximis ſervire in terris.

R. recta, id eſt, *non ficta*. 2. Cor. 6. 6.

I. jucunda, id eſt, *non ex triſtitia*, ſed *hilaris* (*b*) Ibi c. 7.

T. attractiva, id eſt, non fugitiva, ſed unitiva. (*c*)

A. amabilis, id eſt, *gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus*. (*d*) Rom. 12. 15.

S. *ſale condita*, id eſt, diſcreta. Coloſſ. 4. 6.

Si prædictæ primæ cum omnibus ſumantur literæ, hujus nominis *Caritas* invenies dictionem. Hic theſaurus (*e*) non leviſſime tractetur, ſed ſæpe ac ſæpiſſime ruminetur (*f*); quia cum brevis ſit ſermonibus, tamen ſententiis eſt undique plenus &c.

SE-

(*a*) Ita eodem L. 2. Phar. c. 25. ex Bernardo Serm. 27. in Cant. poſt med. Ait enim: Quan„ titas uniuſcujuſque animæ æſtimatur ex men„ ſura caritatis, quam habet: ut verbi gratia, „ quæ multum caritatis habet, magna ſit: quæ „ parum, parva: quæ vero nihil, nihil, di„ cente Apoſtolo: Si caritatem non habuero, „ nihil ſum. " 1. Cor. 13. 2. Hinc in 3. Diſt. 36. Dub. 1. defendit quod ex Auguſtino tradit Magiſter inquiens „ Ubi caritas eſt, quid eſt, „ quod poſſit deeſſe? Ubi autem non eſt, quid „ eſt, quod poſſit prodeſſe? Cur ergo non di„ cimus: Qui hanc virtutem habet, omnes ha„ bet, cum plenitudo legis ſit caritas, quæ „ quanto magis eſt in homine, tanto magis „ eſt virtute præditus, quanto vero minus, „ tanto minus ineſt virtus: & quanto minus „ ineſt virtus, tanto magis ineſt vitium? " Inſuper Cap. 7. de perfect. vit. ad Soror. „ Tan„ tæ virtutis eſt caritas, quod ipſa claudit in„ fernum, ſola aperit cœlum, ſola Deo ama„ bilem reddit. Tantæ virtutis caritas eſt, quod „ ipſa ſola inter virtutes virtus nominata eſt, „ quam qui habet, dives eſt, & locuples, & „ beatus: quam qui non habet, pauper & men„ dicus eſt, & miſer. Unde ſuper illo verbo „ ad Cor. Si caritatem non habuero, nihil „ ſum, dicit Gloſſa: Attende quanta ſit caritas, „ quæ ſi deſit, fruſtra habentur cetera; ſi au„ tem adſit, habentur omnia; quam qui ha„ bere cœperit, Spiritum ſanctum habebit. Et „ B. Auguſtinus dicit: Si virtus nos ad beatam „ vitam ſine caritate non ducit, nihil eſſe om„ nino virtutem affirmaverim, niſi tantum ſum„ mum amorem Dei: " Et in 1. Diſt. 17. Par. 1. Dub. 6. docet ſolam caritatem diſtinguere inter filios regni & perditionis; ait enim „ Om„ nia dona poſſunt eſſe informia præter cari„ tatem; & quoniam poſſunt eſſe informia, „ poſſunt eſſe in juſtis & peccatoribus. Sed ca„ ritas nunquam poteſt eſſe informis, nec eſſe „ cum peccato; quia actus ejus eſt diligere „ Deum propter ſe, & ſuper omnia; qui te„ movetur per omne peccatum. Et ideo dicit „ Auguſtinus, quod ſola caritas diſtinguit &c. " L. 15. de Trin. c. 18. Item in 4. Diſt. 33. Ar. 2. Q. 3. ad 1. 2. 3. non diffitetur, *quod debetur radici caritatis omne meritum*. Et in 2. Diſt. 38. Ar. 1. Q. 1. & 2. ei tribuit voluntatis bonitatem omnem. Utinam hæc ſaperent, & intelligerent qui in lege amoris præceptum caritatis extenuare contendunt.

(*b*) Ibidem ex Auguſtino de laude caritatis, *in bonis operibus hilaris, inter veros fratres latiſſima*. Vid. Præfat. in Cant. §. 5.

(*c*) *Unitiva* d. Præfat. §. 4. not. *f*. Item 2. Diſt. 44. Ar. 3. Q. 1. ad 3. & Centiloq. Par. 3. ſect. 40. Dicitur etiam *attractiva* ſecundum illud Oſee 11. 4. *In funiculis Adam trahem eos, in vinculis caritatis*. Vid. Exp. in c. 12. S. Luc.

(*d*) In Alphab. metr. Religioſor. incipient. ad caritatem cum omnibus tenendam pariter ait: *Gaudere cum gaudentibus, cum flentibus plorare*.

(*e*) Recte *caritas* dicitur *theſaurus*, utpote *ſine qua dives pauper eſt, & cum qua pauper dives eſt*, cit. L. 2. Phar. c. 25. ex eod. Auguſt. ibi.

(*f*) Translate pro *diligenter perpendatur*, in quo ſenſu alibi quoque prædicto verbo utitur.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
ORATIONES.

ADMONITIO.

INter *ea, quæ scripsit* D. Bonaventura, *recenset* Cumulum Orationum Petrus Rodulphius Tossinianensis O. M. C. *præclarus Theologus, Ecclesiastes ac etiam Historicus, de quo in* Prodr. col. 277. *Et ipsemet* Bonaventura *injungit* Numerum Orationum *in* Ordinar. Vit. Relig. *Ex iis dabo sequentes, quarum prima erit* Oratio cum recolendis a Sacerdote ante celebrationem Missæ. *Hæc* Oratio *extat in* Soliloquii Cap. primo, *atque in* cap. 11. Remedii defectuum religiosi ad Fratrem Robertum, *nec non in* Stimulo amoris; *in quo plura ex eodem* D. Bonaventura *excerpta continentur, videlicet in ejus* Par. 1. cap. 2. in fin. *Quodve ei subnectitur, habetur* Bononiæ *sub titulo* Consilium Bonaventuræ ante celebrationem Missæ *in* MS. membr. in 16. fol. 137. *apud Clariss. ac Reverendiss. Abbatem* Joannem Chrysostomum Trombellium *jam a me laudatum in* Prodr. col. 402.; *atque in alio* MS. Chartac. Vatic. n. 458. in 4. maj. fol. 107. *qui habet in capite hanc notam, ut dixi in eod.* Prodr. col. 456. Subsequens Opusc. Bonaventura Episcopus Cardinalis dicitur compilasse, in quo informat, & admonet quosdam Sacerdotes minus caute & circumspecte celebrantes. Unde docet hæc servanda a quolibet Sacerdote celebraturo &c. *Sequitur* Oratio ad Patrem æternum præmittenda sacro faciendo, *extans* cap. 6. de præparat. ad Miss. *Nec non alia* Oratio Communicantium, non lingua, vel labiis, sed corde dicenda, *quæ est* cap. 13. de præparat. ad Miss. *Item ejus* Oratio fusior post Communionem a Sacerdote dicenda, *quæ continetur in* Opusc. De Instruct. Sacerd. ad se præparand. ad celebrand. Miss. *Dein altera* Oratio brevior *sub eodem nomine* S. Bonaventuræ *proponitur pro* Gratiarum Actione post Missam *ad finem* Horarum Diurnarum Breviarii Romani ad usum Trium Ordinum S. P. Francisci. *Et quamvis in* Editione Sixtina Stimuli amoris *ponatur tanquam ejus* Alius Prologus; *alium tamen habet locum in* Codd. MSS. Veronen. & Lunælacen., *fuitque deinde exscripta a* S. Laurentio Justiniano cap. 3. de Incendio amoris: *& ut recte adnotarunt celebratissimi Romani Editores, ejus* magna pars habetur in Soliloquio cap. 1., *quod esse* D. Bonaventuræ *nemo negat. Quoad aliam autem* Orationem, *testatur* Breviarium Romanum Trium Ordinum S. P. Francisci. *Post enim* Rubricas particulares & generales, *& post* Observanda

Digitized by Google

in perſolvendo Divino Officio, & in initio, ac fine cujuslibet horæ, ſeu recitationis ipſius, *poſtque memorata ea, quæ* Sanctus Bonaventura cap. 10. Vitæ Seraphici Patris Franciſci enarrat de ſtudio, quo ſanctus Parens devotioni, dum horas Canonicas recitaret, aſſidue incumbebat, *aliaque plura ad excitandam fovendamque devotionem aptiſſima*; *ſubdit* Laudes ad terminandam recitationem cujuſvis partis Divini Officii, *& hanc Rubricam ſubjungit*: Adeſt alia ipſiuſmet Leonis Pontificis expreſſa conceſſio, quæ plenariam remiſſionem omnium defectuum, in qualibet hora Divini Officii humana fragilitate commiſſorum, omnibus & ſingulis elargitus eſt; qui in fine Orationem dixerint a ſancto Bonaventura diſpoſitam, tenoris qui ſequitur: SACROSANCTÆ *&c.* Pater noſter, Ave Maria, pro felici ſtatu ſuæ Sanctitatis, & Eccleſiæ ſanctæ Dei. *Sed monet* Martinus Navarrus J. U. D. celeberrimus Ord. Can. Regul. S. Auguſt. Comment. de Orat. & hor. Can. cap. 19. ſub concl. 10. *ubi hanc Indulgentiam memorat*: Caveat tamen is, qui hoc privilegio uti volet, ne fiat ei occaſio negligentius & laxius horas ſuas recitandi, concepta fiducia remiſſionis per prædictæ Orationis dictionem habendæ. *Accedunt* Oratio pro petendo æterno gaudio, *& quædam aliæ* Orationes jaculatoriæ, *quas* jaculatas S. Auguſtin. Epiſt. 130. al. 121. c. 10. n. 20. *vocat* ad Probam *ajens*: Dicuntur Fratres in Ægypto crebras quidem Orationes habere, ſed eas breviſſimas tamen, & raptim quodammodo jaculatas. *Hæ ſunt ex multis paucæ* Orationes Sancti Bonaventuræ, *quarum* Cumulum *laudat* Toſſinianenſis. *Ad quas tamen ſpectare poſſunt infra* Paraphraſis aſcetica Orationis Dominicæ *una cum breviori ejuſdem* Expoſitione, *&* Meditatio Salutationis Angelicæ, *ad inſtar devotarum* Orationum. *Item aliæ* Orationes *perquam devotæ, una ſupra in* Prol. Tract. de Vite Myſt. altera in ejus cap. 44. ad fin. num. 152. *Aliæ quoque tum infra* Par. 2. ad fin. Prol. Sermonum de laude Melliſl. Nom. D. N. J. C.; *tum ibi* ad fin. Serm. 1.; *tum* Serm. 7. num. 58. in fin. *tum* Serm. 9. num. 89.; *tum in fine* Serm. 10. *Adde* Orationes de ſeptem Verbis Domini in Cruce *ad finem cujuſque verbi &c. Spero autem futurum neminem, qui dixerit non debuiſſe eas, quæ ſequuntur, in hoc* Supplemento *locum habere, aut qui verum eſſe negaverit quod refert* S. Antoninus Par. 3. Chr. Tit. 24. cap. 8. *nec non ex eo* Petrus Galeſinius in Vita S. Bonav. cap. 6. Omnem veritatem, quam percipiebat intellectu, ad formam orationis, & laudationis Divinæ reducens, continuo ruminabat affectu. *Sive ut loquitur* Galeſinius: Omnia quæcunque ſubtiliter cogitaret, aut ad ſcribendum pararet, vertebat in formam modumque piæ precationis.

Digitized by Google

ORATIO ANTE MISSAM.

1.

O Domine Jesu Christe, qui propter me (*a*) tibi non pepercisti, cor meum tuis vulneribus ita (*b*) saucia, & mentem meam tuo sanguine ita inebria, ut quocunque me vertam, semper te videam crucifixum, & quidquid inspexero, (*c*) mihi appareat tuo sanguine (*d*) rubricatum: ut sic totus in te tendens, nil valeam præter te invenire, nil nisi tua vulnera intueri. Hæc mihi consolatio sit, tecum mi Domine crucifigi (*e*), & mihi sit intima afflictio aliquid præter te (*f*) meditari. Non quiescat cor meum (*g*), bone Jesu, donec inveniat te centrum suum, Ibi cubet, ibique suum terminet appetitum. Amen. (*h*)

Recolenda a Sacerdote ante Missæ celebrationem.

2.

Intentionis discussione, (*i*) ne
- propter vanam gloriam,
- propter verecundiam, (*k*)
- propter timorem, (*l*)
- propter consuetudinem. (*m*)

} celebretur.

Generalis contritio super
- omissis, quæ fieri oportuit,
- commissis, quæ fieri non licuit,
- consuetis, & sæpe confessis. (*n*)

} corde, ore, opere.

Pu-

(*a*) *Qui propter me &c.* deest in Stim. amor.
(*b*) Itidem *ita* abest.
(*c*) Ibi *aspexero.*
(*d*) Ibi *in tuo sanguine.*
(*e*) Ibi *vulnerari.*
(*f*) Ibi *sub te.*
(*g*) Hæc & quæ sequuntur in Soliloquio desiderantur.

(*h*) In suprad. Remed. defect. relig. cap. 11. hæc oratio concluditur sic: *Non quiescat cor meum nisi in te bone Jesu; quia mihi semper male erit sine te. Tu enim es virtus omnipotentis.*

(*i*) In Opusc. de præparat. ad Missam cap. 1. mox post init. de hac ipsa *discussione* sic: „ Primo igitur accessurus ad mensam cœlestis „ convivii, juxta Apostolum (1. ad Cor. 11. „ 28.): Proba teipsum, & diligenter examina „ cum qua fide, quali proposito, quanta caritate, propter quid, aut propter quam causam accedis &c. "

(*k*) Id est, terrenum respectum.

(*l*) Scilicet humanum. Ita secundum S. P. Franc. in Epist. ad Fratres in Capitulo Generali congregatos L. 2. Chron. c. 44. n. 134.

(*m*) Cap. 8. d. Opusc. de præparat. ad Miss. „ Proba teipsum propter quid, aut propter „ quam causam accedis. Et hic dirige aciem „ mentis ad duo præcipue, scilicet ad purum „ affectum, & desiderium sanctum: secundo ad „ debitam intentionem, & propositum necessarium. Primo vide quid desideres; ne propter avaritiam, aut tumorem, (forte *timorem*) aut vanam gloriam, aut consuetudinem, „ aut alicujus mundanæ complacentiæ, aut „ temporalis favoris causa accedas: sicut multi diebus istis (*& utinam non essent etiam hodie*) abutuntur ad sui perditionem, quod „ est datum ad salutem. Væ, væ, væ, Domine Deus, quanti hodie infelices ad sacros „ Ordines accedunt, & Divina mysteria accipiunt, non cœlestem panem, sed terrenum „ quærentes; non spiritum, sed lucrum; non „ Dei honorem, sed suam ambitionem; non „ salutem animarum, sed quæstum pecuniarum; „ non Christo servire mundo corde & corpore „ in sacris mysteriis, sed deliciari, ditari, superbire, & luxuriari de patrimonio Christi, „ & de eleemosynis pauperum; ac Ecclesiasticas Dignitates ambiendo multis litigiis, & „ simoniis potius rapiunt, quam assequantur, „ non vocati a Deo, sed impulsi a Diabolo „ tanquam Datan & Abyron! " Quoad d. *avaritiam* & *simoniam* vid. in 4. Dist. 25. Art. 1. Q. 4. ad 4. Quo vero ad supradictam *consuetudinem* lego in Tract. de interiori domo c. 20. n. 41. inter Oper. Suppos. S. Bernardi: *Accedo servus ad Dominum, non amore, sed timore; non devotione, sed usu.*

(*n*) Id intellige etiam de venialibus, quia inquit idemmet D. Bonaventura in cit. Opusc. de

Digitized by Google

Pura, & vera confessio, scilicet — notabilium, (a); communium; ignoratorum; } criminum.

Quid intendis consequi principaliter — an augmentum dilectionis, (b); an inseparabilitatem unionis, (c); an accelerationem visionis. } Domini.

Quid intendis facere in Missa — utrum Dominum per lacrymas placare; utrum mortem Christi, & caritatem memorare, (d); utrum totam Ecclesiam adjuvare. (e) } velis.

In Canone habe tria hæc — diligentiam ad conficiendum; reverentiam ad tangendum; devotionem ad sumendum. (f) } Corpus Christi.

Quæ fiunt ibi — magna intentione; majora verbis; maxima signis. } Missæ.

Propter continentiam tam — excellentis Corporis; excellentioris Animæ; excellentissimæ Deitatis. (g) } Christi.

Oratio ad Patrem æternum præmittenda Sacro faciendo.

3. Ecce, cœlestis Pater, recolens mortem illam Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, offero tibi hanc Hostiam, quam ipse olim obtulit pro me, & totius mundi salute. Ecce ad altare tuæ Majestatis transmitto oblationem vivam, quam tu in miseratione multa misisti ad altare Crucis immolandam pro nobis. Recordare ergo illius sacrosancti sudoris, quasi guttæ sanguinis decurrentis in terram. Respice illam virgineam carnem, verberibus crudeliter flagellatam, colaphis & alapis cæsam, livoribus tumidam, sputis maculatam, sanguine cruentatam, spinis perforatam, clavis confixam, lancea vulneratam. Illa ergo pietas, quæ Filium tuum traxit, & vicit, ut in statera crucis totius mundi peccata librares, ipsa te cogat, Pater, misereri nobis miseris. Respice, obsecro, non

Luc. 22. 44

P sal. 83. 10. Dan. 9. 18.

de præparat. ad Miss. c. 5. „ Proba te ipsum „ ex quanta caritate, & quali fervore accedis. „ Non solum enim mortalia vitanda sunt, „ sed etiam venialia peccata, per negligentiam „ & otium multiplicata, & etiam per incon„ sideratione, ac per distractionem dissolutæ „ vitæ, & malæ consuetudinis, licet non oc„ cidant animam; tamen reddunt hominem „ tepidum, gravem, & obnubilatum, & ine„ ptum ad celebrandum: nisi dicti pulveres, „ & stipulæ venialium, per afflatum Spiritus, „ & flammam caritatis, ventilentur, & consu„ mantur exardescente igne cordis, & ex con„ sideratione propriæ vilitatis. Ideo cave, ne „ nimis tepidus, & inordinatus accedas, & „ inconsideratus; quia indigne sumis, si non „ accedis reverenter, circumspecte, & considerate &c. "

(a) *Si vis sanari, aperi vulnera tua, & de profundo corde enarra clare & aperte quæ post præcedentem confessionem egisti, non solum opera, sed & cogitationes perversas, quarum delectatio mentem maculat; non solum mortalia, sed & venialia graviora, quæ conscientiam lædunt, & mordent.* De præparat. ad Miss. c. 12.

(b) De hujusmodi *augmento* in 4. Dist. 12. Par. 2. Art. 1. Q. 3. in concl.

(c) De hac *unione* sic ipsemet D. Bonaventura in d. Opusc. de præparat. ad Missam in fine cap. 7. *Incorporatur Christo, & transit in amorem & unitatem Spiritus Christi. Ideo dictum fuit Beato Augustino: Non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me,* (L. 7. Confess. c. 10.) *id est, in mei similitudinem, scilicet bonitatem, sanctitatem &c., sicut ignis ferrum sibi in similitudinem convertit.*

(d) Al. *memorari*.

(e) Cap. 10. sæpe d. Opusc. de præparat. ad Miss.

(f) Pariter S. Tho. 3. par. Q. 80. Art. 10. in corp. ait: *Cum magna devotione, & reverentia ad hoc Sacramentum accedat.*

(g) Hujusmodi gradationes per positivum, comparativum, & superlativum apud D. Bonav. usitatæ. *Quoad Christi Corpus, Animam, Deitatem*, cap. 1. de præparat. ad Miss.

Digitized by Google

non noſtra peccata, ſed in faciem Chriſti tui. Non enim in juſtificationibus noſtris preces noſtras proſternimus, ſed in multitudine miſerationum tuarum.

Oratio communicantium, non lingua vel labiis, ſed corde dicenda.

4. Domine mi, quis es tu? & quis ſum ego (*a*)? ut præſumam te mittere in latrinam fœtidam corporis mei, & animæ meæ? Ut quid me feciſti, ut tibi injuriam hanc execrandam facerem? Mille enim lachrymarum anni non ſufficerent ad tam nobile Sacramentum ſemel digne percipiendum. Quanto magis ego miſer indignus ſum, qui quotidie pecco, incorrigibilis perſevero, & in peccatis accedo? Sed in infinitum major eſt miſericordia tua, quam miſeria mea. Unde confiſus de tua pietate, præſumo ſumere.

Oratio fuſior poſt Communionem a Sacerdote dicenda.

5. Domine Deus meus, quomodo auſus ſum te alloqui viliſſima creatura; nam fœdiſſimus ſum, horribilis ſum, ſtercus vermiſque nequiſſimus, & vaniſſimus homo. (*b*) Tu autem Deus deorum, Dominus dominantium, (*c*) omne bonum (*d*), honeſtum, & pulchrum, omnis ſuavitas, fons ſplendoris, fons melodiæ, fons dulcoris, fons amoris, & intimus dilectionis amplexus. (*e*) Et tu rogas me, & ego fugio: de me es ſollicitus, & de te non curo: mihi ſemper ſervis, & ego te ſemper offendo: te mihi tribuis, & ego te contemno. Me ergo vanitatem, & nihil, diligis; & ego te infinitum, & inenarrabile bonum ſperno, ac fœtorem, horrorem, mortalem dolorem tibi, o beatiſſime, benigniſſime, jucundiſſime Sponſe, præpono. Plus me allicit creatura, quam Creator: vanitas, quam æternitas: deteſtabiliſſima miſeria, quam ſumma felicitas. Plus me inclinant ſordes, quam elevet pulchritudo: ſervitus, quam magnitudo: amaritudo, quam dulcedo. Nam meliora ſunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oſcula odientis (*f*); & tamen plus approbo hoc affectu fraudulenta oſcula, quam vulnera diligentis. Sed ne reminiſcaris, Domine, delicta mea, vel parentum meorum; ſed pietatis tuæ viſcera, & dolorem tuorum vulnerum: non quod ego, ſed quod tu pro me ſuſtinuiſti, conſidera. Si me, ut oſtendis, diligis, cur me relinquis? cur fatigari permittis? Me ergo, amantiſſime, tene timore, reſtringe amore, quieta dulcore. Dulciſſime Sponſe nequeo, neſcio, tibi tamen (*g*) volo ſervire, tibi adhærere toto corde, immo vix peritura (*b*) amare: hoc operari in me tu potes (*i*), tu ſcis, tu vis, & a me exigis. Quid ergo deficiam in beneplacito meo, vel tu in tuo? Obſecro, ut non prævaleat homo, ſed Deus: nolo in hac contrarietate deficere, nolo ſuccumbere; ſed ſuccurre feſtinanter. Vivendo luxurioſe, & me nimis, & tuas creaturas laſcive amando, totam meam ſubſtantiam diſſipavi. Nunc recognoſcentem miſeriam, & penuriam meam, famelico appetitu ad paternæ miſericordiæ viſcera redeuntem me, oculis tuæ pietatis agnoſce, & dignare mihi radiis tuæ gratiæ lætabundis occurrere, & cum amplexibus pacis, & quietis largiaris oſcula. (*k*) En recognoſco, quod in cœlum, & in totam curiam cœleſtem, & Eccleſiam Romanam, immo in omnem creaturam tuam, & coram te, te contempto, (*l*) peccavi, & malum coram te feci. Et certe non ſum dignus vocari filius tuus, nec mercenarius, neque etiam ſervus, (*m*) aut aliqua viliſſima creatura; ſed miſerere mei,

Pſ. 49. 1. Apoc. 17. 14.

Prov. 27. 6.

Tob. 3. 3.

2. Par. 14. 11.

Luc. 15. 13. ac ſeqq.

Ibidem.

Pſ. 50. 6.

(*a*) Supra in Tract. brev. de trib. Virt. n. 5. not. *m*.

(*b*) Sic, quia, ut ait in Diſcur. ult. de Inſtruct. Sacerd. ad efficacem Euchariſtiæ ſumptionem, *valet vilificatio & annihilatio ſui*. Unde ibi mox ſubdit: *Quantum poteſt vilis fiat, & indignus in oculis ſuis, qui recipere debet*.

(*c*) Vulg. *dominorum*; ſed *dominantium* etiam in Lig. vit. tit. *Jeſus Rex Regis filius*, nec non ſupra Tract. de Vite Myſt. cap. 4. num. 12.

(*d*) Ad fin. cap. 5. Itiner. ment. in Deum.

(*e*) In Prol. Opuſc. metr. quod inſcribitur: *Sententiæ Sententiarum B. Bonaventuræ*, hoc eſt initium: *O fons ſplendoris, vas dulcoris, ſed amoris nexus &c.*

(*f*) Al. *inimici*; ſed *odientis* nedum Vulg. ſed & ipſemet D. Bonav. in Prol. Apolog. Paup.

(*g*) Al. ſine *tamen*.

(*b*) Al. *pericula*.

(*i*) Gratia ſcilicet quæ dat poſſe ac velle.

(*k*) Nanque ut idemmet ait Expoſit. in S. Luc. ibi: *Oſculum ſignum eſt amoris & pacis*.

(*l*) *Per contemptum veritatis omnia ſpeculantis*, ibi.

(*m*) De horum trium differentia ibi.

Digitized by Google

mei, & dele iniquitatem meam, ut
Ibi &c. v. 11. juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas
cum judicaris. Quia dicunt animæ
Pſ. 3. 3. meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.
Obſecro, jube, ut detur mihi caritatis ſtola (*a*), fidei ferventis annulus, (*b*) in calceamentis & elevantis (*c*) & confirmantis ſpei protegantur pedes, ut ſic ebrius tuo ſanguine, totus in te reſolvar amore. Intret dolor tuus, & omnem amorem expiet (*d*) alienum,
Gal. 6. 14. ſim tecum crucifixus mundo, ut ſic
Coloſſ. 3. 3. mortuus, vita mea ſit tecum abſcondita in Deo. O vita mea, vita felix, quæ abſcondita eſt ipſi mundo, & ſociata ipſi Chriſto, in Deo centro ſuo (*e*)
Luc. 10. 42. quietatur. Unum eſt mihi neceſſarium,
Pſ. 26. 4. & ſolum unum quæro. Abſcedat ergo
Fervens amantis animæ in Chriſtum reſignatio. phantaſmatum multitudo, (*f*) unus eſt dilectus meus, unus eſt amor meus Jeſus Chriſtus, Deus meus, Sponſus meus. Nihil ergo ſapiat, nihil delectet, nihil alliciat, niſi Jeſus Chriſtus. Totus ſit meus, totus ſim ſuus, & fiat cor unum cum ipſo, nihil me judicans ſcire, vel amare, vel affectare, niſi Dominum Jeſum Chriſtum, & hunc
1. Cor. 2. 2. crucifixum. Ergo, bone Jeſu, recollige me viſceribus, refice uberibus, & inebria vulneribus. Evigila ergo anima mea ad viſcera compaſſionum, quibus ploravit in infantia, ſuper Jeruſalem, ſuper Lazarum, & in cruce, (*g*)
Luc. 19. 41. *Jo. 11. 35.* *Hebr. 5. 7.* *Gen. 2. 10.* immo in illis ſuper te; (*h*); & egrediatur (*i*) fluvius de loco voluptatis ad irrigandum (*k*) Paradiſum, qui inde dividitur in quatuor capita. (*l*) Si enim egrediebatur fluvius lacrymarum de loco voluptatis, (*m*) & omnium deliciarum, quanto magis debet egredi de loco omnium ſpurcitiarum? (*n*) Ergo, bone Jeſu, ſummis deliciis plenus, ploraſti? Evigila etiam anima mea ad verba inſtructionum, & exhortationum, & promiſſionum, quas de Verbo vitæ æternæ habes. Evigila ad exprobra- *Jo. 6. 69.* tiones, vulnera, illuſiones, & occiſiones, ad dolores paſſionis, & compaſſionis. Attendite, inquit, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. (*o*) Im- *Thr. 1. 12.* mo, Domine, accedam, & videbo, ſi eſt amor, ſicut amor tuus. Et ideo nihil niſi te propter te volo amare. Tu, Domine, me iniquum, peſſimum, & contemptorem tuum, viliſſimum fœtorem ſtercorum, & horrorem vermium amaſti tantum, ut tanta pro me dignareris pati, & ſuſtinere; & ego te infinitum bonum, Patrem piiſſimum, Sponſum dulciſſimum, omnis pulchritudinis & ſuavitatis fontale (*p*) principium, non tantum diligam, ut ſaltem moriar pro te mundo: (*q*) immo moriar & mihi, ut totus tecum affixus ligno, nihil ſentiam niſi te, ut vivam *Gal. 2. 19. & ſeq.* jam non ego, vivat autem in me Chriſtus. Quid ergo (*r*) retribuam Domi- *Pſ. 115. 12. & ſeq.* no, pro omnibus quæ retribuit mihi?

Ca-

(*a*) Ibi *puritatis*; ſed *veſtis caritatis*, ut inibi dicitur, *datur per ſuſceptionem baptiſmi*, per quem ſcilicet habitus fidei, ſpei, & caritatis infunduntur, atque caritas eſt, quæ *omnes ſordes abluit*.

(*b*) Ibi: *Annulus eſt fidei ſignaculum, quo anima ſubbarratur, ut opera ſua placeant Chriſto. Quia ad Hebræos* (11. 6.): *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Ideo & Beata Agnes dicebat* (in Reſp. ejus feſti): *Annulo fidei ſuæ ſubbarravit me &c.*

(*c*) Ibi, *ut curſus mentis ad cœleſtia tendat*.

(*d*) In noviſſima Edit. Ven. quam mendoſiſſime *excipiet*; at in antiquioribus *expiet*.

(*e*) Cap. 5. Itiner. ment. in Deum ad fin.

(*f*) Cap. 3. Itinerar. ment. in Deum, nec non Capp. 5. ac 7. in fine.

(*g*) Expoſit. in cap. 19. S. Luc. „ Nota quod „ Chriſtus legitur ter fleviſſe pro nobis ſuper „ Lazarum ſuſcitandum: Et lacrymatus eſt Je„ ſus. Super Civitatem Jeruſalem, ſicut hic. „ Et tandem in cruce: Cum clamore valido, „ & lacrymis exauditus eſt pro ſua reveren„ tia ..... Creditur etiam fleviſſe in ſua in„ fantia, quando intravit in præſentis ſtatus „ miſeriam, ſecundum quod Eccleſia de ipſo „ canit: Vagit infans inter arcta conditus præ„ ſepia. “ In Hym. Dom. Paſſio. ex Venantio Fortunato.

(*h*) Ibi, *Ex quo fuit pietas Chriſti manifeſtata ad nos*.

(*i*) In antiquioribus Editionibus *regrediatur*.

(*k*) Al. *rigandum*.

(*l*) Al. *eſt in quatuor capita diviſus*.

(*m*) Myſtice alluditur ad quadruplicem Chriſti fletum jam dictum, egredientem ex fonte oculorum ejus, qui tamen vel ab ipſo inſtanti conceptionis ſuæ fuit, ſemperque beatus permanſit.

(*n*) In ead. Expoſit. ibidem „ Iis modis la„ crymandi irrigari debet paradiſus conſcien„ tiæ. In cujus deſignationem dicitur, quod „ fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad ir„ rigandum paradiſum, qui inde dividitur in „ quatuor capita. In quo intelligitur quod ex „ pietate cordis noſtri debet quadruplex fluvius „ derivari. “

(*o*) Expoſit. in Lament. ibi „ Allegorice ex„ ponitur, ut ſit vox Chriſti in cruce penden„ tis, & dicentis: *O vos &c.* “

(*p*) Adjectivum a D. Bonav. paſſim uſurpatum.

(*q*) In d. Edit. noviſſ. *pro te, pro te mundo*.

(*r*) Tam ſupra, quam heic, & mox infra

to

Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo. Sic ergo calix continuus in corpore, per ſalutem (*a*) ſuperabundantis gratiæ radicetur in corde. Melos Divinæ laudis diffundatur. Quare continuo ac indeſinenter in ore laudabo Deum meum in vita mea, pſallam Deo meo quamdiu fuero. Jucundum ſit ei eloquium meum, ego vero delectabor in Domino. Levabo, & oſtendam ei faciem mentis, & in auribus ab ore meo reſonabit immenſa gratiarum actio, & magnificentia ſuæ laudis. Recedant ergo de cetero omnia vetera de ore meo, quia Deus ſcientiarum Dominus eſt, & ipſi præparantur cogitationes, & voces. Arcum fortium ſuperabo, & induar virtute ex alto. Gaudens gaudebo in Domino ſolum, & implebitur cor meum jubilo, & omnia oſſa mea exultabunt in Deo meo; quia totum me offeram Salvatori meo. Quieſcat cor meum in dulcedine bonitatis immenſæ. Laudabo excellentiam gloriæ ſummæ, & ſequar veſtigia paſſionis acerbæ. Corpus conculcetur, cor elevetur, laude vero repleatur os meum, ut die ac nocte, Dei mei (*b*) magnitudine, tota vita (*c*) irremiſſibiliter quieſcant. Abſcedat vanitas, accedat Divinitas, transformet caritas, & fiam totus Divinus, aperiatur cor meum, aperiantur vulnera, jungantur intima, & fiant unum cum Chriſto. Amen.

Pſ. 145. 2.
Pſ. 103. 33. & ſeq.
1. Reg. 2. 3.
Ibi 4.
Luc. 24. 49. Iſa. 61. 10.
Pſ. 50. 10.
Pſ. 70. 8.

Oratio brevior pro gratiarum actione poſt Miſſam.

6. Transfige, dulciſſime Domine Jeſu, medullas & viſcera animæ meæ ſuaviſſimo ac ſaluberrimo amoris tui vulnere, vera, ſerenaque & Apoſtolica caritate, ut vere ardeat, langueat, & liquefiat anima mea ſolo ſemper amore, & deſiderio tui; te concupiſcat, & deficiat in atria tua; cupiat diſſolvi, & eſſe tecum. Da ut anima mea te ſolum eſuriat panem vitæ cœleſtis, qui de cœlo deſcendiſti, panem Angelorum, refectionem animarum Sanctarum, panem noſtrum quotidianum, & ſuperſubſtantialem, habentem omnem ſaporem, & omnem dulcorem, & omne delectamentum ſuavitatis. Te, in quem deſiderant Angeli proſpicere, ſemper eſuriat, & comedat cor meum, & dulcedine ſaporis tui repleantur viſcera animæ meæ. Te ſemper ſitiat fontem vitæ, fontem ſapientiæ & ſcientiæ, fontem æterni luminis, torrentem veræ voluptatis, ubertatem domus Dei. Te ſemper ambiat, te quærat, te inveniat, ad te tendat, ad te perveniat, te meditetur, te loquatur, & omnia operetur in laudem & gloriam nominis tui, cum omni humilitate & diſcretione, cum omni dilectione & delectatione, cum omni facilitate & affectu, cum omni patientia & pace perfecta, cum omni longanimitate & perſeverantia uſque in finem; ut tu ſolus ſemper ſis mihi ſpes mea, tota fiducia mea, divitiæ meæ, delectatio mea, jucunditas mea, gaudium meum, quies & tranquillitas mea, pax mea, ſuavitas mea, odor meus, dulcedo mea, cibus meus, refectio mea, refugium meum, auxilium meum, ſapientia mea, portio mea, poſſeſſio mea, theſaurus meus, in quo fixa, & firma, & immobiliter ſemper ſit radicata mens mea, & cor meum. Amen. (*d*)

Matth. 6. 11. Sap. 16. 20. 1. Petr. 1. 12. Pſ. 35. 9.

Oratio ad finem recitationis Horarum Canonicarum.

7. Sacroſanctæ & individuæ Trinitati, Crucifixi Domini noſtri Jeſu Chriſti humanitati, beatiſſimæ & glorioſiſſimæ ſemperque Virginis Mariæ fœcundæ integritati, & omnium Sanctorum univerſitati, ſit ſempiterna laus, honor, virtus, & gloria ab omni creatura, nobiſque remiſſio omnium peccatorum, per infinita ſæcula ſæculorum. Amen. Beata viſcera Mariæ Virginis, quæ portaverunt æterni Patris Filium. Et beata ubera, quæ lactaverunt Chriſtum Dominum.

Oratio pro petendo æterno gaudio.

8. Oro Deus meus, cognoſcam te, amem te, ut gaudeam æternaliter de

---

tó ergo toties repetitum plane indicat Doctorem Scholaſticum, eumque tali devotione, ac tanta dilectione ſcribentem, plane Devotum, atque Seraphicum, adeoque S. Bonaventuram.

(*a*) Al. *in corpore ſaltem ſuperabundantis.*

(*b*) Edit. noviſſ. abſque *mei.*

(*c*) Al. *tantæ vitæ.*

(*d*) Nonnihil productior eſt ad finem in Stimulo amoris, nec non in Incendio amoris S. Laurent. Juſtin. At contractior in Soliloq. D. Bonavent.

Digitized by Google

te. Et si non possum ad plenum in hac vita, ut proficiam in dies, usque dum veniat illud ad plenum, proficiat hic in me notitia tui, & ibi fiat plena; crescat hic amor tuus, & ibi fiat plenus; ut hic gaudium meum sit in spe magnum, & ibi sit in re plenum. Domine Pater per Filium tuum jubes, immo consulis petere, & promittis accipere, ut gaudium nostrum plenum sit. Deus verax peto, accipiam, ut gaudium meum plenum sit. Peto Domine, quod per Admirabilem Consiliarium nostrum consulis; accipiam quod promittis per veritatem tuam, ut gaudium meum plenum sit. Meditetur interim inde mens mea, loquatur inde lingua mea, amet illud cor meum, sermocinetur os meum, esuriat illud anima mea, sitiat caro mea, desideret tota substantia mea, donec intrem in gaudium Domini mei, qui est trinus & unus Deus benedictus in sæcula sæculorum. Amen. (a)

Ja. 16. 24.
Isa. 9. 6.
Matt. 25. 21.
Rom. 1. 25.

Orationes jaculatoriæ.

9. Dulcissime Jesu dignare donare mihi misero peccatori, Matri tuæ digne servire. O quam bonus Israel Deus, his qui recto sunt corde! O quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus in omnibus! Pars mea Dominus, propterea expectabo eum. (b) In te ut finem omnium, credens, sperans, & amans ex toto corde, ex tota mente, ex tota anima, & ex omni virtute ferar desiderate Jesu. (c) Adjuva me Domine Deus meus, salvum me fac secundum misericordiam tuam. Ne discesseris a me, intende in adjutorium meum Domine Deus salutis meæ. Libera me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me. Pone Domine me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me. (d) Peccavi super numerum arenæ maris, & non sum dignus videre altitudinem cœli præ multitudine iniquitatis meæ &c. (e)

Ps. 72. 1.
Sap. 12. 1.
Thr. 3. 24.
Ps. 118. 16.
Ps. 37. 22.
Ps. 17. 18.
Job 17. 3. in Orat. Manass.

SERA-

(a) Ad fin. Breviloq. & Soliloq. sed utrobique cum aliqua varietate. Sed & prædictis similia legere quoque est in fine Opusc. de perfect. vit. ad Soror.

(b) In præd. Remed. c. 10. 12. ac 13.

(c) In Ligno Vit. Tit. *Jesus finis optatus.*

(d) In Reg. Novitior. cap. 10.

(e) Cap. 2. Incend. sive Incent. Amor. & cap. 1. Soliloq. Ita autem *precari*, ut loquitur L. 2. Phar. c. 45. „ *est ad Deum quem precamur, diuturna, & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumque hoc negotium plus gemitibus, quam sermonibus agitur: plus fletu, quam affatu. Talis enim oratio ponit lacrymas in conspectu Dei, & gemitus noster non est absconditus ab eo, qui omnia per Verbum condidit, & humana verba non quærit.* Ibi ex S. Aug. Epist. 130. ad Probam cap. 10. num. 20. Si autem petas rationem cumuli tot Orationum, non ego respondeam; sed ipsemet Doctor noster devotus De perfect. vit. ad Soror. cap. 5. „ Quia revera Religiosus orationem non frequentans assidue, non solum „ est miser, & inutilis; quinimo coram Deo „ fert animam mortuam in vivo corpore. “ Tum illud subdit ex B. Isidoro L. 3. de Summo bono c. 7. „ Hoc est remedium ejus, qui „ vitiorum tentamentis exæstuat, ut quoties „ quolibet tangitur vitio, toties ad orationem „ se subdat; quia frequens oratio vitiorum im„ pugnationem extinguit. “

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
PARAPHRASIS ASCETICA,
DOMINICÆ ORATIONIS.

ADMONITIO.

HANC Paraphraſim aſceticam Orationis Dominicæ, *exhibeo ſecundum Cod.* Fontis Palumbarum, *ubi ſeorſim eſt a* Stimulo amoris, *ac ubi hunc præfert titulum* Devotiſſima & pulcherrima Expoſitio ſuper Pater noſter edita a Bonaventura Doctore eximio. *Ad calcem una cum variantibus illa ſubnectam, quæ aut omittuntur, aut adduntur in Cod.* Lunælacenſi, *in quo ab eodem* Stimulo amoris *itidem ſeparata legitur cum hoc initio*: Incipit Bonaventura ſuper Dominica Oratione. *Multo differt a ſæpius typis vulgata* Expoſitione in Cap. VI. Evang. S. Matthæi. *Ubi enim in illa ſeſe præbet Auctor noſter Doctorem Scholaſticum atque Cherubicum, in hac oſtendit ſe ſe Doctorem Devotum, atque Seraphicum. Illa eſt ad illuminandum intellectum, hæc ad inflammandum affectum. In illa Interpres, in hac potius Contemplator apparet. Nanque univerſam a capite ad calcem Interpres noſter ad modum contemplantis, & devotiſſime orantis digeſſit. Et hoc pacto ab illa etiam diſtinguitur, quæ extat* Breviloq. Par. 5. cap. 10. *Quæ quidem omnia* Sancto Bonaventuræ *apprime conveniunt. Quod autem Auctor* Stimuli amoris *eam ſibi accommodaverit, haud argumento eſt, ejuſdem* S. Bonaventuræ *reapſe non eſſe*, cum alia quoque ab ipſomet Bonaventura *Auctor ille fuerit mutuatus. Prout nunc a me primum datur, a præfato* Stimulo amoris *ſepoſita, atque etiam cum prædictis Codd.* Fontis Palumbarum, *ac* Lunælacenſi *diligenter conlata, ſpero fore, ut digna cenſeatur quæ in hoc tertio Vol.* Supplementi, *ad ipſius complementum locum haberet; cui addam multo breviorem Codicis* Balneoregienſis, *de quo in* Prodromo *col.* 389. *ac* 787. *Ita præfata* Expoſit. Orat. Dom. *quam lucubravit* in Cap. VI. Matth. *multo amplior eſt ea, quæ habetur* Breviloq. Par. 5. cap. 10. *Pariterque in* Theologia Myſtica Cap. 2. Partic. 2. *inter Opuſcula ſub nomine* S. Bonaventuræ, *poſt longam declarationem* Petitionum ſeptem Orat. Dom., *valde contractior ejuſdem* Expoſitio Partic. 3. *ſubjungitur. Porro iteratarum hujuſmodi Expoſitionum ratio eſt; quia, ut ait d.* Expoſit. in c. 6. Matth. Oratio hæc omnes petitiones continet: *adeoque petentes, atque precantes*, nihil aliud dicimus, quam quod in iſta Dominica Oratione poſitum eſt, ſi recte & congruenter oramus, *ut loquitur* S. Aug. Epiſt. 130. ad Prob. c. 12. n. 22.

Digitized by Google

I.

Quanta Divina caritas erga nos, quantaque nostra vilitas. *Ad Eph.* 3. 18. *Ps.* 49. 1.

PAter *noster*. O immensa clementia! O ineffabilis benignitas! O mira dignatio! O longitudo, latitudo, sublimitas, & profundum caritatis Divinæ! (*a*) Vilissimum lutum sum, (*b*), detestabilis sanies, (*c*) nequissima (*d*) creatura (*e*); & tamen Deus Deorum, Dominus Dominantium, & Rex Regum, se meum Patrem dicit. *Cum oratis*, inquit, *dicite: Pater noster*. Ex quo hoc dicit ipsa veritas (*f*), verissimum est. Et scio quod plus sine comparatione me diligit, quam Pater carnalis, vel (*g*) Mater: immo quam ego ipse. De tanto ergo Patre elevabitur cor meum, ut aquila, & jam hæres cœli omnia inferiora contemnam. Quid ultra mihi de terrenis hominibus, qui sum filius Dei? Majus dedecus esset mihi appetere quantumcunque magnum honorem (*b*) quam filio Imperatoris appetere latrinæ officium. Quid ultra mihi de terrenis divitiis, qui regni æterni sum hæres? Ignominiosius esset mihi de quantumcunque magnis divitiis terrenis curare, quam primogenito Imperatoris de fimo equorum suorum (*i*). Quid ultra mihi de deliciis carnalibus & terrenis, qui hæres sum summi boni? (*k*) Detestabilius esset mihi affici in quantumcunque allectiva creatura, quam filio Imperatoris in fœtidissima sanie. (*l*)

Apocal. 19. 16. *Luc.* 11. 2. ac *Matth.* 6. 9.

Job. 39. 27.

2. Accedam ergo ad Patrem meum, (*m*) quia nihil aliud vult, quam ut habeam eum (*n*). Nunquid negligens ero? Nunquid pausabo? (*o*) Nunquid aliis intentus ero? Certe cum impetu, omnibus postpositis, curram ad eum. Sufficit mihi, si (*p*) habeam Patrem meum (*q*): & ideo toto corde intendam (*r*) in eum. Non aliud aspiciam, nec aliud videbo, nisi Deum meum; quia oculus mentis meæ totus intendit (*s*) in eum, quoniam nimis allexit animum meum.

3. Dicam ergo: *Pater noster*. O mel & favum in ore meo! cum te Deum meum Patrem meum voco. O dulcedo indicibilis! (*t*) O jucunditas inæstimabilis! O jubilatio ineffabilis! audere te Patrem vocare (*u*). O exultatio! O admiratio! (*x*) O medullaris (*y*) modulatio! Pater meus es tu (*z*). Quid ultra procedam? Quid ultra dicam? Quid ultra petam? Pater meus es tu. *Eccli* 24. 27. *Ps.* 88. 27.

4. Sed ubi es, Pater mi, ubi es? Si ubique es, immo quia ubique es, quomodo tibi cœlum sedes est? Sed ideo, o benignissime Domine, vis ut dicamus: *Pater noster qui es in cœlis*, ut nos a terrenis ad cœlestia eleves, ubi maxime tua potentia, sapientia, & bonitas elucescit; & ut ibi, mi Pater, sit semper conversatio nostra; & ut a te cœlestia, non terrena petamus. (*aa*) *Act.* 7. 49. Quare dicatur *Pater noster qui es in cœlis*, cum sit ubique. *Ad Phil.* 3. 20.

5. San-

(*a*) Sic ab init. Proœm. Breviloq. & Prol. Soliloq.

(*b*) Cod. Lunælac. absque *sum*.

(*c*) *Sanies fœtida*, secundum B. Augustinum apud ipsum D. Bonav. Cap. 2. de perfect. Vit. ad Soror.

(*d*) Idem Lunæl. *miserrima*; Ita autem demisse de se loquitur, ad instar eorum, quæ supra tradidit ad fin. Tract. de Humilit.

(*e*) Idem Lunælac. addit *se Dei filium nuncupat*.

(*f*) Idem *Et quod hoc dicit veritas*.

(*g*) Idem *aut*.

(*h*) Idem *terrenum honorem*.

(*i*) Idem *de minimo equorum procurare*. Sed vel Edit. stim. Amor. habet *de fimo equorum*.

(*k*) Idem *de deliciis carnalibus, & ceteris quantumcunque magnis*? Non dissimilia prædictis habet S. Petr. Chrysol. Ser. 26. de terrenorum cura despicienda.

(*l*) Idem Lunælac. addit: *Quid bonum, quid pulchrum, quid utile, quid desiderabile me allicere poterit, qui sum hæres summi boni? Omnia enim respectu illius nihil sunt; nisi quædam similitudo.*

(*m*) Sic alludendo ad illud Luc. 15. 18. *Surgam, & ibo ad Patrem meum*

(*n*) Idem Lunælac. *ipsum*.

(*o*) Vid. Vol. 1. in fine de Plantat. Parad. Sed *nunquid pausabo?* in eod. Lunæl. deest.

(*p*) Idem *quod*.

(*q* Secundum illud Joan. 14. 8. *Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*.

(*r*) Idem *tendam*.

(*s*) Idem rursum *tendit*.

(*t*) *Oratio, quæ paterno dulcescit nomine*, ait etiam cum Beda *Exposit. in* Cap. 11. S. Luc.

(*u*) Idem *cum audio te patrem*.

(*x*) De hac *admiratione*, ac etiam *exultatione* Cap. 4. Itiner. ment. *in Deum*.

(*y*) Idem *medullarum*.

(*z*) In eadem desunt quæ mox sequuntur usque ad num. 4.

(*aa*) Heic idem addit „ Aut certe ut nos spi„ rituales cœli facti, in nobis sit habitatio tua. „ O digna admiratio! O mira dignatio, & „ digna habitatio Christi in nobis! Ego indi„ gnissimus, & abominabilis peccatorum latri„ na, valeo esse ex immensa Dei clementia ta-

Digitized by Google

Quomodo Dei nomen, ſuapte natura ſanctificari queat.

5. *Sanctificetur nomen tuum* (*a*). Sanctificetur, Domine, nomen tuum, quod ab æterno in ſe ſanctiſſimum eſt, ut quidquid videmus, quidquid audimus, quidquid intelligimus & ſentimus, totum ad ſanctiſſimi tui nominis notitiam (*b*) ordinemus, ut ſic in nobis nomen tuum ſanctum ſit, & purum, ut excuſſi, & purgati (*c*) ab omni curioſitate, & vanitate, & ab omni inutili phantaſia (*d*), te ſolum in omnibus agnoſcamus; ſemper (*e*) mentis noſtræ oculos (*f*) ad te lumen æternum inceſſanter dirigamus; (*g*) & ſemper te, qui in omnibus es, & a quo omnia ſunt, in omnibus intueamur. O quam dulce lumen! O quam delectabile oculis, a te ſole juſtitiæ nunquam mentis intuitum amovere! O quam dulcis, quam amabilis, quam admirabilis oculis noſtris tuorum claritas radiorum! *Sanctificetur* ergo *nomen tuum*.

De regno mundi abjiciendo, ſoloque Dei regno quærendo.

6. *Adveniat regnum tuum*. Nunc, Domine, regnum hujus mundi occupavit animam meam, immo totam diſſipavit animam meam, totam laceravit, totam fœdavit, totam denigravit ſuper carbones ſponſam tuam, dilectam animam tuam. Totum cor meum, totum animum meum, totum affectum meum vanitas, immo fœditas hujus mundi, allexit (*b*). Ideo nonniſi quæ mundi ſunt, ſentio; quæ carnis ſunt, appeto; & ſola terrena cogito, & affecto. Factus ſum hujus mundi civis (*i*) & ſub hujus mundi principe ſtudeo militare. Sed, Domine, nonne creatura tua ſum? (*k*) Ergo *adveniat regnum tuum*, ut (*l*) princeps mundi hujus ejiciatur foras, & tu ſolus in me regnes, tu ſolus inhabites mentem meam. Totum me occupet regnum tuum; totum ſibi vendicet deſiderium meum; ſolum reficiat (*m*) affectum meum. Quid quæro? Quid volo? (*n*) Quid deſidero? Cur vagor? Quo diſcurro? Quo diſtrahor? Suf-

Thr. 4. 8.

Jo. 12. 31.

„ tabernaculum ejus: & qui plenus ſum ſanie „ & fœtore, ero ſanctum Dei templum, ſe„ des ſapientiæ, & habitaculum Spiritus-ſan„ cti. O felix dies! O beata hora! Poſſidebo, „ & tenebo eum: immo ipſe introducat in do„ mum illam, quæ ſurſum eſt Jeruſalem (Gal. „ 4. 26.) matris meæ, & in cubiculum geni„ tricis meæ (Cant. 3. 4.), ſcilicet in intimam „ contemplationis quietem, ubi cubant, ubi „ quieſcunt animæ delicatæ. " *Delicatæ*, id eſt, plenæ deliciis, ſecundum illud Cic. 6. Ver. *Qui tam beati, quam iſte eſt, eſſe non poſſumus, nec tam delicati*. Quod autem ſupra dictum eſt: *ut nos ſpirituales cœli facti*, conforme eſt verbis ejuſdem S. Bona. in jam edita Expoſit. ſuper Cap. 6. S. Matth. de eadem Orat. Dom. ubi ait: *Sancti dicuntur cœli quadrupliciter, ſcilicet propter vitæ ſublimitatem, dicente Paulo: Noſtra converſatio in cœlis eſt &c.*

(*a*) Heic pariter idem Lunæl. addit „ O quam „ bene ſequitur, quam optime ordinatur, quam „ elegantiſſime continuatur petitio, ſcilicet „ *ſanctificetur* &c. O *Pater noſter qui es in Cœ„ lis*! Quia filialis devotio, cœleſtis contempla„ tio, totum animum reverentis filii convertit „ in Patrem cœleſtem, ut clamet & dicat: „ *Sanctificetur nomen tuum*. Quaſi dicat: Non ter„ renas delicias, & honores peto; ſed ut ſim „ totus in te converſus, & Divinus. *Sanctifice„ tur* ergo *nomen tuum*, ut potentia mea ratio„ nalis, tua ſapientia illuſtrata, & omni erro„ re, ambiguitate, & tenebroſitate purgata, „ habeat ſanctiſſimam tui, & puriſſimam noti„ tiam. *Adveniat regnum tuum*, ſcilicet ut potentia „ mea iraſcibilis, tua potentia roborata, ad ardui„ tatem tui regni conſcendat. *Fiat voluntas tua*, „ ut mea concupiſcibilis potentia, tua bonita„ te dulcoretur; immo tua caritate perfecta, „ plenarie tuo beneplacito acquieſcat, ut ex „ vera dilectionis amicitia ſit idem velle, & „ idem nolle. Vel *ſanctificetur nomen tuum*, „ quantum ad puram notitiam intellectus. *Ad„ veniat regnum tuum*, quantum ad fervens de„ ſiderium affectus. *Fiat voluntas tua*, quan„ tum ad perfectum obſequium effectus. " Porro de prædictis tribus potentiis rationali, iraſcibili, concupiſcibili, ſimiliter differere, paſſim apud D. Bona. occurrit.

(*b*) Idem Cod. Lunælac. *honorem*, ſed *notitiam* quoque Edit. Stim. amor. Et *notitia eſt* quoque, atque amplius declaratur ab eodem S. Bona. in Expoſit. Cap. 6. S. Matth. de Orat. Dom. tum etiam in Expoſit. Cap. 11. S. Luc. Unde & in Breviloq. Par. 5. cap. 10. exponit: „ *San„ ctificetur nomen tuum*, id eſt, tui nominis no„ titia perfectis, ſanctis & mundis donetur. "

(*c*) Idem *ut ſit in nobis nomen tuum ſanctum, ut purgati* &c. Editio Stim. amor. hoc continens Opuſc. habet *ſanctum, id eſt, ſine terra*, cui quidem lectioni non diffiteor favere D. ipſum Bona. qui Comment. in Apocal. 4. 8. inquit: *Sanctus idem eſt quod Agios, id eſt, ſine terra*.

(*d*) Sive *phantaſmatibus ſenſibilium*, ut loquitur idemmet D. Bona. cap. 5. Itiner.

(*e*) Idem Lunæl. *cognoſcamus*, & *ut ſemper, piiſſime Pater* &c.

(*f*) Idem *oculus*.

(*g*) Idem *dirigatur*.

(*h*) Idem *nunc, Domine, regnum hujus mundi occupavit totam animam meam, totum cor meum, totum affectum meum. Vanitas, immo fœditas hujus mundi me allexit*.

(*i*) Idem *ſervus*.

(*k*) Idem *Sed reſpice Domine; creatura tua enim ſum ego*.

(*l*) Idem *igitur adveniat regnum tuum*, &c.

(*m*) Idem *Tu ſolus reficiens*.

(*n*) Ibi deeſt *quid volo?*

Digitized by Google

Sufficit mihi, Domine, regnum tuum. (a) Ergo *adveniat regnum tuum*. Nihil de cetero cogitem; nihil desiderem; nihil affectem, nisi regnum tuum, regnum omnium sæculorum. (b) Sit ibi refectio mea; sit ibi habitatio mea; sit ibi tota conversatio mea. Tu solus bonus; tu solus pulcher; tu solus amabilis; tu solus desiderabilis, animarum amator. Tu solus me regas; (c) tu solus me allicias; tu solus cor meum habeas, animarum zelator. In te solum dulcoretur (d) pectus meum; in te solum quiescat cor meum; tu (e) repleas animum meum totum. Cum impetu ergo ascendam ad te centrum (f), & regnum meum, animarum redemptor. Ergo *adveniat regnum tuum*.

Psal. 144. 13.

De perfecte adimplendo Divino beneplacito.

Luc. 22. 42.

7. *Fiat voluntas tua*. Hoc volo, hoc desidero, hoc totis animi (g) visceribus concupisco, ut in me, & de me, ac per me (h), non mea, sed tua voluntas fiat. Totus tuus sim; totus in tuum solum tendam honorem (i). Ad hoc (k) natus sum, ut tuum solum requiram honorem. Jam non flectar ad meum oppositum; jam non proprium requiram commodum; jam non desiderem (l) amicorum affectum. Non cogitem quid amarum vel dulce sit, quid honorificum vel vile, difficile vel leve, asperum vel suave (m); sed solum nitar in omnibus tuum beneplacitum adimplere, & cum impetu, & desiderio ferventi, & animi anxietate, curem perficere quæ tuæ sunt placita voluntati. Hoc solum mihi sit jucundum; hoc solum mihi suave; hoc solum mihi leve, delectabile, & amabile, in quantumcunque asperis, vilibus, difficilibus, & amaris (n), tuam requirere voluntatem, O gaudium, & jucunditas (o), & exultatio medullaris! & totum, & totaliter, (p) & ubique exponere me (q) ad omnem tui honorem, quem possim modo aliquo effectui mancipare. O utinam solus possem omnia tua ministeria (r), mi Domine, adimplere! Magis gaudeo, magis approbo, amplius totis artubus & visceribus concupisco, me totum impendere tuo honori, & Divinæ tuæ satisfacere voluntati, quam quantumcunque cœlestibus & Divinis lætitiis jucundari. Si enim pro te, mi Domine, totaliter lacerarer, & passiones, & mortes quascunque ad tui honorem reciperem, eas magis approbarem, magis diligerem, de eis magis gauderem, quam de quacunque delectatione, quam etiam in Patria possem habere; nisi fortasse in illa delectatione tantum aut plus cederet ad tui honorem (s): & hoc (t), non ratione delectationis, sed ratione tui honoris optarem (u). Non enim factus sum ad meam vanitatem (x) consolandam, sed ad tuam magnificentiam honorandam. Quid mihi majus? Quid mihi dulcius? Quid mihi amabilius, quam me totum in tuum honorem (y) resolvi? O gaudium! o (z) tripudium! o omne mihi jubilare (aa) solatium, quod possim aliquid, quantacunque difficultate (bb), facere ad tuum honorem! Hoc est gaudium

(a) Ibi rursum desunt quæ sequuntur usque ad *sit ibi refectio* &c.

(b) Ita & d. Exposit. in Cap. 11. S. Luc.

(c) Secus inibi additur *tu solus me dirigas*:

(d) Inibi *delectetur*.

(e) Ibi sine *tu*.

(f) Ibidem *sceptrum*; sed *centrum* est secundum d. Itinerar. ad fin. cap. 6. ac etiam secundum Edit. Stim. amor.

(g) Lunælac. addit *desideriis &*.

(h) Sic etiam in Edit. Stim. amor. sed Lunælac. *ut de me, non per me*.

(i) Idem Lunælac. *tuum honorem solum sitiam.*

(k) Idem addit *factus sum ad hoc &c.*

(l) Idem *considero*; sed *desiderem* quoque d. Edit. Stim. amor.

(m) Idem *quid odoriferum, vel vile aspectui, vel suave.*

(n) In eodem *& amaris* deest.

(o) Itidem deest inibi *& jucunditas.*

(p) Inibi *medullarum*; sed *medullaris* quoque in d. Edit. Stim. amor. Et heic dicitur *exultatio medullaris*, sicut apud Apulejum *medullaris dolor*.

(q) Adverbium scholasticum sæpe a D. Bonav. usurpatum. Idem Cod. Lunælac. heic addit *desidero*.

(r) In Stim. amor. *mysteria*.

(s) Idem *de eis magis gauderem, quam de quacunque delectatione, dummodo tamen ad tuum cederent honorem.*

(t) Idem *sed hoc*.

(u) Nam ipsa quoque æterna beatitudo optanda est, *ut in primis glorificetur Deus*, ut tradit Trid. Conc. Sess. 6. cap. 11. de quo rursus infra.

(x) Idem *ad vitam istam vanam*; sed *ad meam vanitatem* etiam Edit. Stim. amor.

(y) Idem *in tui amorem*; sed *in tuum honorem* quoque d. Edit.

(z) Idem addit *mihi*.

(aa) Idem *in tribulatione*, sed rursum d. Edit. ibidem *jubilare*.

(bb) Idem *quantumcunque difficile*, d. Edit. *quacunque difficultate*.

Digitized by Google

dium Angelorum, cœleſte deſiderium, Patriæ præmium (a), poſſe tibi totaliter obſequi (b), totaliter in te ferri (c), tuæ voluntati plenarie (d) conformari, & tuum honorem, & magnificentiam admirari. Non dubito, Domine, immo certus ſum, quod plus gaudent Angeli, & Animæ ſanctæ, de magnificentia tui honoris, quam de magnificentia gloriæ ſuæ (e). *Et ideo fiat voluntas tua.*

8. *Sicut in cælo & in terra. In cælo*, id eſt, in cæleſtibus Spiritibus: *& in terra*, ideſt, in nobis hominibus (f); ut tuæ voluntati ferventer, libenter, & voluntarie obſequamur, & tuæ voluntati totaliter conformemur, ſecundum poſſibilitatem noſtræ virtutis. (g)

De ſacramentali pane ardentiſſime deſiderando.

9. *Panem noſtrum quotidianum da nobis.* (h) Quamvis de (i) materiali, & ſpirituali poſſit exponi; de ſacramentali tamen pane maxime exponamus ad præſens. (k) O inaudita (l) Chriſti dignatio, & mira jubilatio mentis! Sanctorum præmium, Angelorum gaudium, Dei Patris Verbum, eſt nutrimentum meum. Lux mundi, Sol cœli, Jo. 9. 5. Sapientia Dei, eſt refectio animi mei. Proles virginea, redemptio humana, cœli gloria facta eſt cibatio (m) mea. Quid ultra affecto? Quid ultra allicere me poteſt? Abſit a me, Domine, ut ex quo cor meum habet tam nobilem cibum, circa aliud, quod eſt in toto mundo, afficiatur. Quomodo, obſecro, poſt tam nobiliſſimum, ſufficientiſſimum, ſuaviſſimum, & dulciſſimum cibum (n), poteſt cor meum circa vana, turpia, & immunda delectari? Quomodo, obſecro, poteſt cor meum, etiam ad momentum, ab iſto nobiliſſimo cibo ſeparari? (o) Etſi ſemper non poſſim ipſum ſacramentaliter ſumere (p), ſaltem cor meum, ipſum ſpiritualiter non deſinat ruminare. In veritate mirum, & pluſquam (q) mirum videtur, quo-

(a) Idem tantum *Hoc eſt Angelis cæleſte deſiderium*; ſed ut ſupra pariter etiam d. Edit.

(b) Idem *totaliter te aſſequi*; at rurſum ut ſupra d. Edit. Dicitur autem hoc eſſe gaudium Angelorum, *cæleſte deſiderium, Patriæ præmium poſſe Deo totaliter obſequi*; quia *terreni non perfecte obediunt Deo, ut cæleſtes.* Vid. Expoſit. in Cap. 11. S. Luc. ad hæc verba: *Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra.*

(c) Idem *totaliter te frui.*

(d) Idem *totaliter*; ſed *plenarie* ſimiliter d. Edit. *Plenarie* quoque uſurpat ſæpius D. Bona.

(e) Conc. Trid. loc. ſupra cit. *quod juſti mercedem intueantur æternam, ut in primis* (ſive ut Scholæ loquuntur *principaliter*) *glorificetur Deus.*

(f) In Stim. amor. Par. 3. cap. 18. ubi adduntur *aliæ duæ breves Expoſitiones ſuper Orationem Dominicam*, pariter ſic: *Sicut in Angelis, & in hominibus fiat.* Sic & Aug. Ep. 130. ad Pr. c. 11. n. 21.

(g) *In hominibus perfecta obedientia*, d. Expoſit. in cap. 11. S. Luc. Et de *habentibus voluntates ſuas Divinæ voluntati conformes*, etiam in Breviloq. Par. 5. cap. 10. Ita & Aug. cit.

(h) Idem Lunælac. heic addit: *O quam bene ordinat, quam eleganter conjungit hæc verba præmiſſis!*

(i) Idem rurſum addit *pane*.

(k) Ita quoque Expoſit. in Cap. 6. S. Matth. de ead. Orat. Dom. ac infra in Expoſit. brev. nec non ſæpe d. Expoſit. in Cap. 11. S. Luc. & in 4. Diſt. 12. Par. 2. Ar. 2. Q. 2. in Fundam. Ceterum idem Lunælac. vel heic addit „ *Et, ut dixi, in verbis Domini eſt egregius ordo. Quis enim adeo dignus eſt, adeo habilis ad hujus Sacramenti ſuſceptionem, ad offerendum Filium Deo Patri, ut ille, qui ſicut ſupradictum eſt, ſe totaliter in Deum ordinavit, quantum ad intellectum, affectum, & effectum; qui ſe totum mancipavit ſacrificio, & conſummavit; qui in ſe annihilatus* (al. *annullatus*) *& totus in Deum illatus eſt; qui non jam quæ ſua ſunt quærit, ſed quæ Jeſu Chriſti? Ille vere in hoc ſacrificio poteſt Jeſum Chriſtum recipere, Jeſum rogare, Jeſum pro ſe, & aliis offerre. Et ideo petitioni iſti verus Magiſter præpoſuit:* Sanctificetur nomen tuum; *& optime ſubjungit:* Panem noſtrum quotidianum. *Qui enim ex Ægypto peccatorum, & mari rubro tentationum, ſubmerſis Ægyptiis, exivit, & ſicco pede tranſivit, illi* adveniat regnum tuum. *Et qui in deſerto contemplationis ſoli Deo intendit, & ſe totum ſoli Deo dedicavit, illi* fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra. *Jam enim in hoc deſerto vivens, manna, id eſt, cæleſtem panem a cæleſti Patre requirit dicens:* Panem noſtrum quotidianum &c. *Qui enim in Ægypto aliquando ſuper ollas carnium ſedit, nunc illis ſpretis, ſolum panem vivum, qui de cælo deſcendit, poſtulat, & acquirit.*“ Quod autem ſupra inquit de *in ſe annihilato*, ſeu *annullato*, tanquam digno *tam nobilis cibi*, conforme eſt D. Bonaventuræ docenti cap. 13. de præparat. ad Miſs. quod *ad congruam tam nobilis Sacramenti perceptionem maxime requiritur profunda humilitas cum annihilatione ſui.*

(l) Idem Lunælac. *admiranda*.

(m) *Cibatio* eſt etiam apud Solin. cap. 40. num. 563. Item apud ipſum D. Bona. in Diſcur. alt. de præparat. ad Miſs. nec non 2. Diſt. 8. Par. 1. Art. 3. Q. 1. in concl. & 4. Diſt. 12. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl.

(n) Idem tantum *poſt tam nobilem cibum*; ſed ut ſupra etiam Edit. Stim. amor. & apud D. Bona. frequens occurrit ſuperlativorum repetitio.

(o) Hoc maxime dicere potuit, poſtquam *una de particulis hoſtiæ conſecratæ per Sacerdotem, ſolo Domini juſſu, in os ejuſdem intravit, & ipſum guſtu ſuaviſſimo ſaginavit.* De quo in Prodr. col. 40.

(p) Ita propter illa quæ docet in 4. Diſt. 12. Par. 2. Ar. 2. Q. 2. in concl.

(q) Idem *pluſque*.

Digitized by Google

quomodo præ dulcore, & nimio amoris fervore, cor non deficit in hoc cibo (a). Tu ſolus, bone Jeſu, ſis cibus meus, & refectio mea (b). Te ſolum eſuriam, (c) te avido, & inſatiabili appetitu (d) comedam; & ſemper ſim famelicus tui. Quid te dulcius? Quid te ſuavius? Quid te amabilius, bone Jeſu? Te ſolum volo comedere; te ſolum volo maſticare (e); tu mihi ſolus dulceſcas (f) in corde. Si ſolus odor tuus (g) deberet reficere totum mundum (h); quanto magis cibatio tua? Si in verbo, quod de ore tuo procedit, reficimur, & vivimus; quid eſt, te ipſum Verbum æternum ore percipere, & cordis dentibus maſticare? (i) Quomodo non ſic cor meum delectatur in te, ut omnium obliviſcatur præter te? Si omne terrenum, immo ſimilitudo terreni, tantum aliquando cor meum occupat, ut obliviſcatur tui; quomodo tua veriſſima præſentia me non tantum reficit, & inebriat, ut omnium mundanorum (k) obliviſcatur, & etiam mei? Hunc ergo *panem quotidianum da nobis*.

Matth. 6. 11.

10. Sed *hodie*, Domine, *hodie da nobis* hunc panem, ut in præſenti, & ſemper præſentialiter eum habeamus (l). Sit ſemper præſens, ſaltem ſpiritualiter, hic cibus, ut (m) nunquam ſciat præteritum, vel futurum: (n) Sed *hodie* dicis, bone Jeſu, ut dicamus: Cur, quæſo, tantum feſtinas eſſe nobiſcum? Quare non differs uſque cras? Quid enim in nobis vides? Quid in nobis ſentis? Quid in nobis agnoſcis (o), quod tantum es noſtro inebriatus amore? Quid nobiſcum lucraris? Quid in nobis reperis? Quem fructum de nobis habebis, quod (p) neſcis tardare? Si ſic amor noſtri te urget, ut differre nequeas, quin ſtatim velis eſſe nobiſcum, cum quibus nullum habes lucrum; nos qui ſumus fœtidiſſima ſanies, & indigni etiam tua creatura, quantumcunque viliſſima, nominari: quomodo differimus eſſe tecum, ex quo tantum deſideras, ut te ſummum bonum, ſpeculum ſine macula, Angelorum ſolatium impetremus? Tu ergo, bone Jeſu, differre non vis, ut oſtendis; nec nos amplius differre volumus. *Hodie* ergo te petimus, ut *hodie* habeamus; nam inſtructio tua quid eſſet, ſi peteremus, & non impetraremus? Quia ergo te ſtatim petimus, & deſideramus, & hoc ipſum tu cupis; accede ad cor noſtrum, quia ad te aſcendit cor noſtrum. En inebriatus es noſtri, & nos tui amore. Te ergo ad nos, & nos ad te cum impetu ducit (q) pondus amoris, ut jam omni mora ſublata mutuus ſit amplexus, (r) & inter tua brachia deficiat anima noſtra, abſorpta amoris fervore. (s) Sed adhuc admiror clementiam tuam, bone Jeſu, quare dixiſti *quotidianum*. (t) Nunquid

Sap. 7. 26.

De eodem *hodie*, ſeu in præſenti, ſemperque petendo, ſpiritualiterque ſaltem ſumendo.

vis

(a) In d. Diſcurſ. alt. de præparat. ad Miſſ. ait idem Bona. *Mirum videtur, quomodo in iſta receptor homo non liqueſcat amore calorque, & quomodo non abſorbeatur ſuavitatis dulcore.*

(b) *Cibus meus refectio mea*, dicitur & in Oratione *Transfige*, de qua ſupra in Orationibus n. 6.

(c) In eadem: *Da ut anima mea te eſuriat* &c.

(d) Idem Lunælac. *avide, & inſatiabiliter.*

(e) Idem *Te ſolum comedam, te ſolum maſticabo.* Verbum *maſtico* eſt apud ipſummet S. Bona. in 4. Diſt. 9. Dub. 1. & Art. 1. Q. 2. in Fundam. &c.

(f) Idem *tu mihi ſemper dulceſcis.* Item in ſuprad. Orat. *tu ſis ſolus delectatio mea, dulcedo mea.*

(g) *Odor meus* in ead. Orat. nuncupatur.

(h) Idem *ſufficere toti mundo.*

(i) *Hoc eſt per actum fidei devotæ, ubi eſt diſcuſſio, & ſpiritualis refectio*, uti ipſemet D. Bona. declarat cit. Q. 2. in Fundam. & amplius in Concl.

(k) Idem *ut totius mundi.*

(l) Sic & in Edit. Stim. amor. *Præſentialiter* habet D. Bona. in Legen. ma S. Franc. Vid. Prodr. col. 592. At idem Lunælac. *& ipſum in præſentia, principaliter habeamus.*

(m) Idem *hic, & &c.*

(n) Expoſit. in cap. 11. S. Lucæ: *Semper petendus, ſecundum illud: Domine ſemper da nobis panem hunc*, Jo. 6. 34. Et Par. 3. Stim. amor. Cap. 18. „ Exponendum eſt *hodie* pro præſentia, „ quæ non habet præteritum, & futurum; ſed eſt „ tota ſimul, quod melius per præſens notatur.“ „ Et Aug. cit. *per hodie, ſignificatur hoc tempore.*

(o) In eodem tantum *quid enim in nobis agnoſcis &c.* Sed ut ſupra itidem Edit. Stim. amor.

(p) Idem Lunælac. *Quem fructum de nobis habebis? Quemodo &c.*

(q) Idem *jungit.*

(r) Quod ſit *amor pondus mentis*, atque *caritas pondus inclinationis ordinatæ, & vinculum colligationis perfectæ.* Breviloq. Par. 5. cap. 8.

(s) Idem Lun. addit „ Cum enim ſenſi amplexum tuum, excitaſti animum meum; poſt cibaſti; „ deinde inebriaſti; tandem tuis amplexibus & „ oſculis ſatiaſti. Anima enim mea in tuis „ brachiis quieſcit. Non eam quamvis indignam abjicis, non eam refugis, ſed eam ad „ te reſtringens, clamas & dicis: *Adjuro vos „ filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.*“ Cant. 3. 5.

(t) Idem *ſed adjuro clementiam tuam, bone Jeſu, quare dixiſti quotidianum?*

Digitized by Google

vis quotidie noſter eſſe cibus? Nonne ſufficit, ſi per unum diem habitas in nobis, & moraris nobiſcum? Quid fecimus tibi? Quid ergo (a) dicam de tanta benevolentia tua? Neſcio; quia in illis theſauris clementiæ tuæ deficit animus meus, ut non poſſit parvam conſiderare ſcintillam; tanta eſt abyſſus ejus. Et ideo nihil ſcit dicere, (b) niſi ex quo ſic ſemper vis eſſe nobiſcum, nos quoque omni tempore ſimus tecum, & nunquam a te Sponſo benigniſſimo, & cibo ſuaviſſimo recedamus. Et tu, Domine, nos conglutines tecum, (c) ut nec a te poſſimus recedere, nec velimus. Ergo *panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*.

De venia a Deo petenda,

11. *Et dimitte nobis debita noſtra* (d) O mira Dei noſtri erga nos dignatio! Ipſum contempſimus, & pro viliſſima ſanie commutavimus; & tamen nobis ſuadet, ut veniam petamus: quia vult nobis debita dimittere cum offenſis (e); hoc autem noluit (f) Angelis elargiri. Quomodo, quæſo bone Domine, potes nos amplius reſpicere (g), qui ita turpiter a nobis abjecimus te? Ergo ex quo tu ipſe ſuades (h): *Dimitte nobis debita noſtra. Dimitte nobis*; quia jam pro nobis debitum ipſe ſolviſti. Tu enim ipſe nos doces, ut dicamus: *Dimitte nobis debita noſtra*. Hoc enim facere potes. Nonne jam pax facta eſt? Nonne jam pacis convivium celebratum eſt, & quotidie celebratur? *Dimitte* ergo *nobis debita noſtra*. (i)

12. *Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. O beatum proximi debitum! O felix (k) offenſa, quam allegare poſſumus coram Deo in remiſſionem debiti noſtri! Non ergo, Fratres cariſſimi, (l) contriſtemur, ſi nos offendunt (m) homines, ſi nobis injuriantur, ſi nos affligunt, rapiunt & arripiunt (n) noſtra (o); ſed in eis, quantum eſt in nobis, exultemus & gaudeamus: immo affectemus, & cupiamus; quia (p) dimittendo ea proximis, allegare poterimus remiſſionem debiti noſtri (q). Non eſt (r) dubium, quod (s) magnæ virtutis, magnæque efficaciæ eſt (t) allegatio iſta, quod ſummus Advocatus & Judex noſter nos docet: Dimittite, & dimittetur vobis (u). *Dimitte* ergo *debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*.

Dandaque pro Deo inimicis noſtris.

Luc. 6. 37.

(a) Ita repetitum *ergo* quid indicet, jam notavi.

(b) Idem *nihil aliud ſcire dicereque poſſum*.

(c) Idem *Ita enim nos tuo amore & devotione conglutinas*; & Edit. Stim. amor. *Ita enim Domine tuo amore & devotione nos conglutines tecum*.

(d) Idem addit „ Hoc ſic ordina, & con„ junge prædictis: O bone Jeſu nobiliſſimum „ cibum nobis ſervis tuis indignis obtuliſti. „ Timeo tamen ad convivium Eſther & Aman „ invitari. Etſi illa, bone Jeſu, non ſit in„ tentio tua; timeo tamen de injuſtitia mea, „ quia agnoſco peccata mea. Quoniam igitur „ opulentiſſimum convivium paratum eſt, nun„ tii, id eſt, Angeli miniſtrant, eſuries me ex„ citat & compellit; tamen accedere non præ„ ſumo, quia peccavi. Quid ergo faciam? „ Angüſtiæ mihi ſunt undique, & quod eli„ gam neſcio “ Quæ quidem apprime quadrant D. Bonaventuræ, ſecundum ea quæ retulimus in Prodr. col. 40. ac ſeq. nec non ſecundum quod ipſemet D. Bonav. cap. 5. de præparat. ad Miſſ. ſic loquitur: *O quam graves anguſtiæ! O quantæ anguſtiæ me undique affligentes! Accedere indigne horrendum eſt judicium, non accedere ex notabili negligentia, vel contemptu, damnabilis eſt culpa*. Inſuper idem Cod. Lunælac. addit „ Ibo igitur ad Patrem cœleſtem, „ de quo ſupra eſt dictum: *Pater noſter qui es* „ *in cœlis*, & dicam ei: *Pater peccavi in cœlum*, „ *& coram te. Jam non ſum dignus vocari filius* „ *tuus: fac me ſicut unum de mercenariis tuis* „ (Luc. 15. 18. ac ſeq.); id eſt, *dimitte nobis* „ *debita noſtra &c.* Sed o felix recognitio cul„ pæ, quæ meretur Patris amplexus. Totus „ amoris ejus fervore inter amplexus reſolvar „ & mutabor in virum alterum, & aliqualiter „ audebo comedere de vitulo ſaginato. *Dimit„ te* ergo *nobis debita noſtra*. “

(e) Idem *quia vult nobis veniam erogare*.

(f) Idem *non vult*.

(g) Idem *aſpicere*.

(h) Idem addit *nobis*; ſed caret ly *ipſe*.

(i) Ex prædictis nonnulla in eodem Cod. Lunælac. deſiderantur.

(k) Idem *debitum, & felix*; ſed ut ſupra quoque Edit. Stim. amor.

(l) In eodem deeſt *fratres*; at *fratres* vel in d. Edit. Non defuiſſe autem tempore D. Bonaventuræ hoſtes perſecutoreſque *Fratrum*, certum eſt.

(m) Sic pariter in ead. Edit. ſed in Lunælac. *contriſtant*.

(n) Idem Lunælac. *accipiunt*.

(o) Scilicet *quibus nos utimur, quæ tamen, nec in ſpeciali, nec in communi nobis appropriamus*, ut monet in Determinat. Quæſtion. circa Reg. S. Franc. Q. 24.

(p) Idem addit *in*.

(q) Idem ſine *noſtri*.

(r) Idem *Et non eſt &c.*

(s) Idem *quin*; ſed *quod* ſimiliter d. Edit. Stim. amor.

(t) Idem *ſit*; ſed in ly *eſt* concordat ſæpe d. Edit.

(u) Vel heic d. Edit. concordat; aſt idem Lunælac. *ut dimittatur vobis*. Vulg. *dimittite, & dimittemini*; ſed *dimittite, & dimittetur vobis*, ipſe-

Digitized by Google

Eccli 34. 30. De exorando Deo, ut nos servet a tentationibus.

13. *Et ne nos inducas in tentationem.* Quid enim, Domine, prodest baptizari, & lavari a mortuo, si iterum tango mortuum? (*a*) Non sufficit mihi, Domine, ut peccata commissa (*b*) dimittas, nisi etiam a peccatis imminentibus (*c*) custodias; nam promptissimus sum ad peccatum, & nisi me custodias, irruam in peccata. Si ergo (*d*), Domine, ad probationem, & humiliationem, & exercitationem nostram vis, & permittis nos tentari; non tamen in tentationem nos permittas inferri (*e*). Quid enim, Domine, profuit Aman, quod super omnes (*f*) Principes fuerit elevatus, cum postea inflatus superbia, *Esth.* 7. 10. suspensus fuit in ligno? (*g*) Quid etiam (*h*) mihi prodesset quidquid in præmissis verbis petivi, nisi contra tentationes me conserves in bono? Ergo *& ne nos inducas in tentationem.* Vis, bone Jesu, ut sic petamus; quia permittis nos tentationibus multoties stimulari, ut ad te recurramus (*i*). Omnem modum & viam, qua possis ad te trahere nos, exerces; quia nos tecum cupis habere. Tentatus ergo ad amplexus paternos confugiam, ut ipse Pater me recipiat fugientem, & timidum, & ut dicam ei (*k*): *Et ne nos inducas in tentationem.* Hoc vult, hoc desiderat, hoc expectat Pater meus, ut recurram ad refugium, & amplexum, & sinum ejus (*l*), ut totaliter de me diffidens, solum de ipso confidam. (*m*) Ergo *& ne nos inducas in tentationem.*

Liberatque a malo.

14. *Sed libera nos a malo.* (*n*) Verum est, Domine, quod sumus digni omni malo; quia te contempsimus omne bonum. Sed vide, clementissime Pater, infinitam misericordiam tuam, (*o*) non detestabilem nequitiam nostram, (*p*) & releva a nobis parvulis, & a nobis infirmis, (*q*) importabile onus; & a malo opprimente, & distrahente, & retardante ad bonum, *libera nos* famulos tuos (*r*), ut libere possimus cultui tuo vacare: & maxime ab illo horribili & terribili malo æterno (*s*) *nos libera*, ne desiderabili tua visione (*t*) privemur, quod nunc horrent (*u*) omnia ossa mea. *Job* 4. 15. Quid enim mihi prodesset tuam creaturam fuisse, nisi te habeam, & totus & totaliter in te ferar in vita æterna? Ergo *sed libera nos a malo. Amen.* (*x*)

Pa-

---

ipsemet D. Bonav. Exposit. in Luc. ibi; sicque Cod. Forojul. apud Blanchin., alter Biblioth. Episc. Trid. 58., noster Bernard. 40., Hugo Card., Lyran. &c.

(*a*) Ibi Vulg. *Qui baptizatur a mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?*

(*b*) Habet *commissa* quoque præd. Edit. Stim. amor., non vero Cod. Lunælac.

(*c*) Idem Lunælac. *eripias &* &c.

(*d*) Sequentia usque *Quid enim*, in eodem Lunælac. desunt.

(*e*) Exposit. cit. in cap. 11. S. Luc. sic „Nota, quod non petit non tentari; quia tentatio hominem probat, secundum illud (Ps. 25. 2.) Proba me Domine, & tenta me, ure renes meos & cor meum. Et Ecclesiasticus (cap. 34. 9.) Qui non est tentatus, quid scit? Sed petit a tentatione non superari, nec vinci; sed vincere & triumphare. Hoc quippe petendum est propter Divini auxilii fidelitatem &c.“ Scilicet *ne deserti ejus adjutorio, alicui tentationi vel consentiamus decepti, vel cedamus afflicti.* S. Aug. Epist. jam cit. ad Prob.

(*f*) In eodem deest quoque ly *omnes*.

(*g*) Itidem *in ligno* deest.

(*h*) In eodem *Quidve*.

(*i*) Idem *curramus*.

(*k*) Idem *fugiam; ipse enim fugientem me ad se libenter recipit, dicamque ei* &c.

(*l*) Idem *ut recurram ad amplexus, & sinum suum*.

(*m*) Ead. Exposit. in cap. 11. S. Luc. „Petendum est etiam propter cognoscendam nostram infirmitatem, secundum illud (2. Paral. 20. 12.) In nobis quidem non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te &c.“

(*n*) Hoc sequitur ex illo tanquam in eodem inclusum. Unde in crebro hactenus memorata Exposit. subditur „Et hoc est quod dicit Beda in Glossa (*sc. ordinar.*) Sciat unusquisque in eo se liberari a malo, quod non infertur in tentationem.“

(*o*) Idem Lunælac. *clementiam tuam*.

(*p*) Idem omittit *non detestabilem nequitiam nostram*.

(*q*) Al. *infimis*.

(*r*) Idem Lunælac. *servos tuos*; sed *famulos tuos* etiam Edit. Stim. amor.

(*s*) In fine mox seq. brevior. Exposit. *a malo sempiternæ calamitatis*.

(*t*) Idem *desiderabili bono*.

(*u*) Idem *abhorrent*.

(*x*) Idem Lunælac. *& totus in te ferar, et te totaliter inveniam? Quod nobis concedat Deus Trinus et Unus. Amen. Explicit Bonaventura super Dominica Oratione*.

Digitized by Google



(a) *Conditio* heic, & alibi apud S. Bonav. sumitur pro singulari opere creationis, qua homo a Deo factus est ad imaginem & similitudinem suam. Unde dicitur Breviloq. Par. 4. c. 2. *primum principium effectivum*.

(b) Apud ipsum *recreatio* accipitur pro redemptione per sacrificium Crucis consummata. Unde infra Par. 2. Serm. 10. de Mellifluo Nomine D. N. J. C. num. 110. Christus dicitur *Pontifex in recreatione*.

(c) Hoc *mysterium pietatis* est arcana illa clementia, qua Deus Pater misit Filium suum in mundum, ut & nos Filii Dei nominemur, & simus.

(d) Hinc vocatur *principium reparativum* in d. Breviloq. ibi; atque Serm. sive Collat. 1. in Hexaem. dicitur, quod *restauravit cœlestium sedium vacationes*. Vid. Vol. 2. Comment. in cap. 5. Apocal. n. 362. Quodve *in nomine Patris intelligatur Deus, ut conditor naturæ, largitor gratiæ, consummator gloriæ*, ait quoque Exposit. in cap. 11. S. Luc.

(e) Quippe ex sola Dei dignatione facti sumus *Divinæ consortes naturæ* 2. Pet. 1. 4.

(f) Sive *per ordinatam modestiam*, infra Par. 2. Serm. 8. de laude Mellifl. Nom. D. N. J. C. num. 82.

(g) Aut *in nobis*, quod idem est, *mundis & sanctis*, Breviloq. Par. 5. cap. 10.

(h) Scilicet *expoliantes nos veterem hominem, & induentes novum secundum imaginem ejus, qui creavit illum*, Coloss. 3. 9. & seq.

(i) Nanque ait L. 2. Phar. c. 45. ex Isidoro de summo bono L. 1. c. 3. Sent. 1. *Dominica Oratio pro tota lege parvulis Ecclesiæ ad cœlorum regna sufficit capessenda*.

(k) Alludere videtur ad illud 1. ad Tim. 3. ubi postquam v. 15. locutus est de *domo Dei, quæ est Ecclesia Dei vivi, columna & firmamentum veritatis*; continuo subdit v. 16. *Et manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria*. Quæ verba intelliguntur quidem de Filio Dei, qui apparuit in carne, & justificatus est per Spiritum sanctum, ac per plenitudinem gratiæ, non per legem, assumptusque est in gloria in die Ascensionis suæ; sed & de Ecclesia ejus Sponsa, cujus est caput. *Quia*, ut ait S. Leo Papa Ser. 1. de Ascen. Dom. *Christi ascensio, nostra provectio est, & quo præcessit gloria capitis, eo spes vocatur & corporis*. Unde & S. Gregorius L. 2. in Evang. Homil. 38. circa med. ad illa verba: *Simile factum est regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo*, de prædicta Ecclesiæ assumptione loquens ait: *Ad sociandæ sibi Ecclesiæ nuptias venit*. Et post pauca sequitur: *Congaudent Angeli, cum ad cœlum assumuntur electi*. Ac etiam Hugo Card. exponit: *Ecclesia militans uniatur triumphanti*.

(l) De *regno animæ, regno Ecclesiæ, regno gloriæ*, in Comment. Apocal. c. 11. sub v. 15.

(m) Hoc enim triplex regnum nobis per *sanctam Scripturam* innotescit; pariterque per *regnum cœlorum* intelligit *notitiam Scripturarum* S. Hieron. L. 2. Comment. in c. 13. S. Matth. Sed audire præstat ipsummet S. Bonaventuram Exposit. alt. Orat. Dom. in cap. 6. Evang. S. Matth. „ Regnum Dei dicitur militans Eccle-„ sia, ut habetur in Matthæo: Mittet filius „ hominis Angelos suos, & colligent de regno „ ejus omnia scandala. (*Matth.* 13. 41.) Di-„ citur etiam Regnum Dei Doctrina Evangeli-„ ca,

Digitized by Google

Fiat voluntas tua,
- Cordis ſimplicitate,
- Corporis caſtitate,
- Oris veritate,
- Operis ſanctitate.

Sicut in cœlo & in terra: 
- Unitate neceſſitatis (*a*),
- Occaſione adverſitatis.

Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie: 
- Hoſtiæ ſalutaris (*b*),
- Supernæ ſatietatis (*c*).

Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris:
- Non retinentes in corde,
- Non improperantes in ore,
- Non reddentes malum pro malo,
- Non recedentes a beneficio.

Et ne nos inducas in tentationem:
- Fraudulentam quæ decipit,
- Violentam quæ funes (*d*) frangit,
- Subitam quæ cogitationes prævenit,
- Importunam quæ non recedit.

Sed libera nos a malo.
- Mundanæ adverſitatis,
- Humanæ perverſitatis,
- Diabolicæ calliditatis,
- Sempiternæ calamitatis (*e*).

EX-

„ca, dicente Luca: Lex & Prophetæ uſque „ad Joannem: & ex eo regnum Dei evange„lizatur, & omnis in illud vim facit. (*Luc.* „16. 16.) Dicitur denique Regnum Dei bea„titudo æterna, dicente, ubi ſupra, Matthæo: „Fulgebunt juſti ſicut ſol in regno Patris eo„rum. (*Matth.* 13. 43.) De hoc præcipue „accipitur quod hic dicitur, licet non incon„grue de aliis accipi poſſit.“ Item & Expoſit. in c. 16. S. Luc. per *Regnum Dei* intelligit *Evangelium gratiæ*.

(*a*) De hac *unitate neceſſitatis in cœlo, qua nullus ibi vult, niſi quod Deus: & quod vult unus, hoc volunt omnes: & quod vult unus vel omnes, hoc ipſum vult Deus*, S. Anſelmus Epiſt. 2. ad Hugon. Nec non idemmet S. Bonaventura Breviloq. Par. 5. c. 10. *Fruitio ſummi boni non datur niſi his, qui voluntates ſuas habent Divinæ voluntati conformes*. Et Par. 7. c. 7. *Omnibus illis erit una voluntas, quia nulla illis erit niſi Dei voluntas*.

(*b*) Sive *panis ſacramentalis*, de quo & in d. Expoſit. in c. 6. Matth. ac ſuper. Paraphr. aſcetenum. 9. aliiſque locis ibi notatis.

(*c*) In ead. Expoſit. in c. 6. Matth.

(*d*) Alludere videtur ad *funes*, & *funem diruptum*, Baruch 6. 42. & 43. Vinculum enim erat, ſeu zona quaſi virginalis, quæ ad actum venereum dirumpebatur. Item ad illud Luc. 12. 35. *Sint lumbi veſtri præcincti*, ſcilicet vinculo continentiæ.

(*e*) Similiter definentia præfatis ſimilia, apud S. Bonav. paſſim, ut ſæpe notatum.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
MEDITATIO
SUPER SALUTATIONE ANGELICA.

ADMONITIO.

HANC Meditationem Salutationis Angelicæ *minime diverſam ab ea autumo, quam indicat* MS. Cod. Tabularii Magni Conventus Aſſiſienſis PP. Minor. Conventualium, *de quo in* Prodromo *col.* 381. *In eo enim tametſi non extet, ſed in* Codice Lunælacenſi, *ſeorſim a* Stimulo amoris; *ſatis tamen innui videtur his verbis*: Meditatio, quam ſcripſit Frater Bonaventura cuidam devotæ Dominæ. Ave Maria gratia plena, Dominus tecum. *Nec titulus iſte ita congruere videtur Opuſculo inibi contento, quod alias inſcribitur*: Opuſculum ad Blancham Hiſpaniæ Reginam De Regimine Animæ, *quemadmodum huic. Aliquando a me dubitatum, an reapſe* Bonaventurianum *eſſet habendum: aſt ne amplius ita hærerem dubius, nedum effecit præfatus* Cod. Aſſiſienſis, *ſed & ſtili ſimilitudo inter hoc, & præcedens Opuſculum*, nec non Codex Lunælacenſis, *de quo in d.* Prodromo *col.* 428. *ubi loquitur*: Bonaventura ſuper Angelica Salutatione, *una cum in fine*: Explicit Bonaventura ſuper Angelica Salutatione. *Nunc autem hæc Mediatio ad inſtar laudati* Cod. Lunælac. *ſeparatim a* Stimulo amoris *primum emendatior prodibit una cum variantibus noviſſimæ Editionis Venetæ aliiſque notis propoſito accommodatis. Hocce Opuſculum forte directum eſt ad ipſam* devotam Dominam, *ad quam ſpectat aliud, quod continuo ſequitur poſt præſens, quodve pariter clauditur.*

INCIPIT BONAV. SUPER ANGELICA SALUTATIONE. (*a*)

I.

Luc. 2. 28. De impenſiſſimis gratiis Dei Filio agendis ob aſſumptam in utero Virginis naturam humanam.

AVe *Maria gratia plena, Dominus tecum*. Tibi, Domine Deus gratias offero (*b*) ex intimis præcordiis meis; quia (*c*) pro nobis indignis dignatus es naturam noſtram aſſumere, & virginali utero bajulari, & ex ſancta (*d*) Virgine naſcens, lacte nutriri, ejus foveri gremio, & ejus ſubjici imperio, qui omnia conſervas, & regis, & me quæris (*e*) fœtidam ſaniem (*f*), turpitudinem deteſtabilem, abominatione plenum,

(*a*) Par. 3. Stim. amor. cap. 16. inſcribitur *Meditatio ſuper Ave Maria*.
(*b*) In Stimulo amoris noviſſ. Edit. Venet. ibi *gratias ago, quas poſſum*.
(*c*) Ibi *qui*.
(*d*) Ibi deeſt *ſancta*.
(*e*) Ibi ſine *quæris*.
(*f*) Ibi *fœtidiſſimam ſaniem*; ſed *fœtidam ſaniem* etiam cap. 2. de perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

num, & ideo vita, immo & essentia indignum. Dignatus es quoque me illuminare (a), ut per te Matrem gratia plenam haberem (b), & hoc mihi indigno (c) concessisti, ut ipsam possim, & audeam salutare. Non enim, Domine (d), *taliter fecisti omni nationi*, & hoc summum bonum (e) non manifestasti eis.

Ob ipsam quoque Virginem datam etiam nobis in Matrem.

Ps. 147. 20.

2. Ubi est, Domine, tuus ille *peculiaris populus*, quem *in manu forti* (f), *& brachio extento* (g), de terra Ægypti per desertum in terram promissionis eduxisti, tot signis & prodigiis magnificentiæ tuæ exaltasti? (h) Nonne, Domine, iste est populus, cui hoc beneficium promisisti? Cur ergo non ipsis (i) tuis cultoribus, sed nobis olim (k) idololatris, & infidelibus, hoc tuum summum, & maximum bonum (l) reservasti? Quare nobis paucis indicasti (m), & tamen (n) multi & quasi infiniti populi hoc ignorant? (o) Nonne, Domine, universorum es creator, & *hominem* (p) *ad imaginem tuam fecisti?* Nonne, Domine consuevisti secreta pandere (q) amicis? (r) Cur nunc, Domine, inimicis, & maxime mihi, qui *a planta pedis usque ad verticem capitis* (s) infectus sum, & totus ad ea tendo, quæ tuæ sunt contraria voluntati? Cur, Domine, tam nobile donum, tam excellentem thesaurum, tuo infidelissimo, & nequissimo servo dedisti? Nonne tibi videtur, Domine, quod non honorem te, licet audeam Matrem tuam salutare? (t) Quomodo superbus humilem, immo humillimam superbissimus, purissimam & piissimam Matrem Dei, *filius diaboli* salutare præsumit? (u) Ubi est nunc, Domine Jesu Christe (x), reverentia Matris tuæ? Cur tales eam salutare permittis?

Deut. 7. 6. 14. 2. 26. 18. Ibi 5. 15.

Ob hoc summum maximumque bonum peculiariter, quamlibet indignis concessum.

Gen. 1. 26. ac seq.

Job 2. 7.

Act. 13. 10.

3. Sed, o piissime Domine (y), *propter tuam* erga nos *nimiam caritatem* hoc permittis. Non enim sufficit, te tantum omni derisui, & ostentui (z) subjacere; sed & Matrem tuam jam sedentem ad tuam dexteram, permittis pollutis tractari labiis, ut possis corda nostra tuo, & ejus amore inflammare. Non est dubium, quin sim indignissimus (aa); & credo firmiter, quod nullus sit cœlestis Angelus, qui eam, ut digna est, valeat salutare: quanto magis ego indignissima (bb) creatura? Mirum est quod (cc) miser homo non tremit, & expavescit tantam Dominam (dd) salutare. Sed illud detestabile nimium est, ipsam nominare ore; & corde vana & inutilia, immo nefanda tractare, & ipsam alloqui tergo verso. Cum enim omni reverentia, honore, & devotione est Virgo beatissima veneranda, & salutanda. Et ipsa tales quærit, qui ad eam devote & reverenter accedant. (ee) Hos enim diligit, hos nutrit, hos in filios suos suscipit.

Eph. 2. 4.

Ob singularem gratiam vel ipsis peccatoribus datam salutandi Sanctissimam Dei Matrem.

Quanta reverentia, honore, & devotione B. V. M. veneranda & salutanda.

4. O quam beatus est, qui de tam nobili Matre lætatur, & ipsam corde am-

Lætitia ex hac salutatione capienda.

(a) Ibi *& omni vita, immo & essentia indignum, dignatus es tantum illustrare.*
(b) Ibi *ut sciam te matrem habere.*
(c) Ibi *indignissimo.*
(d) Ibi absque *Domine.*
(e) Ibi *beneficium.*
(f) Ibi *potenti.*
(g) Ibi *extenso.*
(h) Ibi deest *exaltasti.*
(i) Ibi *cur igitur non sibi.*
(k) Ibi sine *olim.*
(l) Ibi *beneficium.*
(m) Ibi sine *indicasti.*
(n) Ibi *cum.*
(o) Ibi *ignorent.*
(p) Ibi *& omnes.*
(q) Ibi *consueverunt secreta pandi.*
(r) Quod ex Dei amicitia *pandantur Divina secreta*, idemmet S. Bona. Serm. 1. de S. Bartholomæo Apostolo:
(s) In d. Edit. *a vertice capitis usque ad plantam pedis.*
(t) Ibi *quod non honorem, sed derideam Matrem tuam.*
(u) Ibi *quando superbus humilem, immo humillimam superbissimus, castissimam immundissimus, cœlestissimam, immo Divinissimam vanissimus, & terrenissimus, sanctissimam impiissimus, Matrem Dei filius diaboli salutare præsumo.*
(x) Ibi *bone Domine.*
(y) Ibi *o piissime Jesu.*
(z) Ibi *non suffecit, te omni derisui, & contemptui*; sed *ostentui* alludendo ad illud Hebr. 6. 6. *Filium Dei ostentui habentes.*
(aa) Ibi *Nec dubium est, quod indignissimi sumus.* Sed & *per omnem modum se immeritum & indignum* quoque vocat in Ligno Vitæ Tit. *Jesus intumulatus*; nec non *per omnia indignum* in Prol. Itiner. ment. in Deum.
(bb) Ibi *immundissima.*
(cc) Ibi *Mirum videtur, quomodo* &c.
(dd) Heic, ac etiam infra sæpe vocat *Dominam*; quia ait S. Petr. Chrysol. Ser. 142. de Annunt. *Maria Hebræo nomine, Latine Domina nuncupatur.* Et ita Ambros. Hieron. Epiphan. Liturg. Vet. ac etiam Philo, & R. Haccados apud nostrum Galatin. &c.
(ee) Inter quos certe recensendus Bonaventura, *Doctor devotus*.

Digitized by Google

amplectitur, & opere imitatur, & Matri Dei (a) ſecundum poſſe ſuum (b) nititur conformari! Hic eſt enim (c) certe, qui creatura omni contempta, ſoli Deo ſingulari amore inhœret, & crucifixus cum Chriſto ſalutem animarum ſitit. (d) O mirum vere, quod non capiat exultationem cor, talem Virginem ſalutans! (e) Matrem Dei alloquitur, Deum ex ipſa factum hominem contemplatur; hic videt ima ſummis, & ſumma imis, (f) pro ſe unitate conjungi: *Dominus tecum.* Quomodo, quæſo, non liquefit (g) in hac Salutatione mens noſtra, ubi Deum nos tantum dilexiſſe videmus, ut ex virginali utero dignatus ſit fieri frater noſter? Nam *os* (h) *noſtrum, & caro noſtra eſt*. O mira & ineffabilis diffuſio bonitatis Dei! (i) Nunquid non deberet, quæſo, erga talem Virginem (k) cor noſtrum diffundi devotione, per quam meruimus talem ad nos diffuſionem Divinam, per quam certe meruimus eſſe *Dei hæredes, Chriſti* confratres (l), & *cohæredes* in regno?

Gen. 29. 14. & 37. 27.

Rom. 8. 17.

5. Mira deberet os noſtrum dulcedine abundare, cum tam dulcem & benignam Dominam ſalutamus, & eam, ac ejus benedicimus fructum: *Benedicta tu in mulieribus, benedictus fructus ventris tui.* Suaviſſimus, enim & dulciſſimus eſt fructus ejus, & in ore, & in corde ſapientis dulceſcit. (m) O quam mira eſt hujus Virginis fœcunditas, quæ dum ſalutatur devote, ad cor ſalutantis ſuum (n) ſuaviſſimum fructum emanat (o). Quanto autem in ejus fructu quis amplius jucundatur, tanto ab ea amplius impetrat: & niſi dicat, ſufficit, nunquam ceſſabit.

Dulcedo quoque.

Luc. 1. 28. & 42

Eccli 11. 8.

6. O mira Domina, mirum videtur, quomodo non tam delectamur in te ſalutanda, quod propter te, & fructum tuum, cetera ignoremus. Quomodo, quæſo, non eſt in tantum incenſus (p) homo propter tuam nimiam ſuavitatem, ut & ſemetipſum a te abſtractus ignoret? O reparatrix cordium! abſorptrix mentium! Cur, Domina, nos lutum & ingratos imples cœleſti fructu tuo? Cur nobis Deum noſtrum impetras, & vaniſſimos facis Divinos? (q) Cur nos obſecro Filii tui inebrias amore, cum nec tibi, nec ſibi (r) aliquid impendere valeamus? Quid tibi prodeſt, animarum amatrix, quod te, & tuum Filium noſtro (s) diligamus amore? Nonne cœleſtia ſufficiunt tibi? Cur terrena corda requiris, cum tamen ſint fœtidiſſima (t)?

Nec non delectatio.

7. Accipe, animarum venatrix, & refove eas (u) in ſinu gratiæ tuæ. Quis enim (x) poteſt effugere claritatis tuæ fulgorem, & tuæ radios pietatis? Nec enim eſt qui a calore tuo (y) abſcondere ſe poſſit; quia beneficiis tuis pleni ſunt cœli & terra (z). Quocunque enim pergamus, occurrit nobis diffuſio uteri Virginalis. Ecce ergo undique nos tuis beneficiis irretiſti, & ubique tuæ benignitatis laqueos extendiſti, ut a te Matre dulciſſima rationabiliter fugere nequeamus; ſed ſemper in tuæ dulcedinis gremio quieſcamus. Curramus (aa) ergo, o cariſſima (bb), in odorem un-

Confugiendum ad ſinum gratioſiſſimæ Divinæ Matris.

Pſ. 18. 7.

Cant. 1. 3.

(a) Ibi *O felix, qui Matri Dei.*
(b) Ita alibi *pro poſſe.*
(c) Ibi ſine *enim.*
(d) Ibi mendoſe *ſit*. De Chriſto autem *ſitiente ſalutem animarum* in Phar. L. 1. cap. 2. de Chriſto ex S. Bernardo in Floribus. Item ſupra Tract. de Vite myſtica cap. 13. num. 44. Cenſet quidem Lorinus, quod in Chriſto *ſine dubio vera ſitis corporis erat*; continuo tamen ſubdit, quod in eodem erat *ſpiritualis multo major, qua ſitiebat ſalutem noſtram*. Et paulo infra poſt plura alia ſpectantia ad Chriſti ſitim repetit, quod *ad ſitim ſpiritualem iſta magis pertinent*. Vid. Lorini Comment. in Pſ. 68. ſub ver. 22.
(e) In ead. Edit. *non capitur exultatione cor talem Virginem ſalutantis!*
(f) De *ſummo & imo in Chriſto filio Dei*, cap. 6. Itinerar. ment. in Deum, & etiam alibi.
(g) In d. Edit. *liqueſcit.*
(h) Ibi *os enim.*
(i) De ejus *diffuſione* in d. cap. 6. Itinerar.
(k) In d. Edit. *Quanta, quæſo, erga talem Virginem deberet.*
(l) Ibi *Deo eſſe fratres.*
(m) Eccleſiaſtici loc. cit. *Initium dulcoris habet fructus illius.*
(n) In d. Edit. abſque *ſuum*.
(o) Conſtruitur etiam cum accuſativo more activorum apud Plinium L. 23. c. 3.
(p) In d. Edit. *intentus.*
(q) Ibi: *Cur nos Domina, ingravidas effectu tuo? Cur nos Deo noſtro imprægnas? Cur luto imples cælos, & vaniſſimos facis Divinos?*
(r) Ibi tantum *cum nec ſibi.*
(s) Ibi *nimio.*
(t) Ibi additur *& terrena?*
(u) Ibi abſque *eas.*
(x) Ibi rurſum *animarum venatrix.*
(y) Ibi deeſt *tuo.*
(z) Lib. 1. Phar. cap. 5. in fine ex Anſelmo in Soliloquio: *Loquamur Domina, beneficiis tuis plenum eſſe mundum, inferna penetrant, cælos ſuperant: per plenitudinem enim gratiæ tuæ, & quæ in inferno erant, ſe lætantur liberata; & quæ ſuper cælos ſunt, ſe gaudent reſtaurata.*
(aa) Ibi *Currite*,
(bb) Ibi *chariſſimi*. At ſecundum Cod. Aſſiſien. ubi innui videtur hæc Meditatio ſuper *Ave Maria*,

Digitized by Google

unguentorum suorum (a), & tam suavem & nobilem Virginem, cujus *nomen oleum effusum* (b) salutemus: *Ave*.

Per Salutationem Angelicam,

3. Patientiam habe in me (c), Domina, quod Angelicam Salutationem promo. Et angelice non vivo; sed potius abhorrendus sum, & tamen salutare te præsumo. (d) Confido certe, Dulcissima, de tua nimia bonitate, & tuo inflammatus amore, te, quamvis indignus nimium, non vereor salutare: *Ave*. Quid mihi, Domina, dulcius tuo *Ave*? O mirum *Ave*! quod quadam cœlesti dulcedine inebriat cor devotum. (e) Certe jam dicere potest devote salutans: *Anima mea liquefacta est*, ut salutavi Dominam meam. *Defecit* (f) *cor meum, & caro mea*, dum allocutus sum (g) Dominam meam. Quis in te non deficiet, Virgo pura (h), dum cernit hac Salutatione prævia te Filio Dei impletam? (i) Quis (k) non deficit, dum cernit Dei Filium tuo utero bajulari, tuo lacte enutriri? Quid ergo libentius audis, o Domina, quam Salutationem, qua recognosceris Mater Dei?

Cant. 5. 6.

Psal. 72. 26.

Ipsi [illegible]

Eo pacto tamen, ut semper in eum, cujus Mater est, totus refundatur affectus.

9. Sic in te vis homines jucundari, ut semper in eum, cujus Mater es, totus (l) refundatur affectus. (m) Non enim puto, quod (n) velis aliter, nisi ut Mater Dei, salutari, nec etiam cognosci. Porta enim (o) es crystallina, & per te vis tuo Filio nos conjungi. Sed *Ave*, & vere *Ave*, (p) ad quod dæmones effugantur (q), peccatores liberantur, filii delectantur: Angelus gratulatur, Verbum incarnatur, Virgo gravidatur. (r) Certe *Ave*, cujus fructu creaturæ renovantur, homines redimuntur, Angeli reparantur. (s)

Miri hujus Angelicæ Salutationis effectus.

10. Ergo tibi *Ave* universa creatura sine fine promat. O dulcissimum, & suavissimum *Ave*! quo terrena lætantur, cœlestia jucundantur, ima summis conjugantur. (t) O *Ave*! quod intellectum irradiat, affectum satiat, mentem ad cœlestia levat: quo anima illustratur, pectus dulcoratur, caro maceratur. (u) Ergo (x) *Ave*. O catenula (y) *Ave*! quo cor constringis cum Virgine, & separas a terrenis, cum misericordiosissima miserum, cum Domina servum, cum Matre filium firmissime ligas, (z) O amabile *Ave*! quod cor accendit, ut te salutet ardenti amore (aa): & cum amplius ex corde salutaverit, fortius constringetur: (bb) & quanto constringitur fortius, tanto (cc) libentius salutabit. Sic (dd) *Ave* & amor mutuo se augebunt, donec cor salutantis deficiat præ dulcore. O Virginis amor, Divinum reddis amantem, Virgineum facis jam multa sorde pollutum.

Alii recensentur.

11. Ergo *Ave* Domina Virgo Maria, Ma-

---

ria; scripta vel ipsa una cum alio Opusculo, quod incipit: *Primum omnium necesse habes, Christi ancilla* &c. videtur *cuidam devotæ Dominæ*. Et etiam in Opusc. de perfect. vit. ad Sororem cap. 5. *carissima* nominatur.

(a) Ibi *undique*.

(b) Ibi deest *cujus nomen oleum effusum*, de quo nomine paulo infra.

(c) Ibi sine *in me*.

(d) Ibi *sed potius diabolice. Horrendus sum, & te salutare præsumo*.

(e) Propter hoc *cor devotum*, etiam erga B. V. M. D. Bonaventura nuncupari meruit *Doctor devotus*. Vid. Galesinium in ejus Vita cap. 6.

(f) Ibi *Deficit*.

(g) Ibi *alloquor*.

(h) Ibi *sacra*.

(i) Ibi *impragnatam*.

(k) Ibi additur *homo*.

(l) Ibi abest *totus*.

(m) Tota ergo devotio nostri Doctoris erga B. M. V. refundebatur in ejus sanctissimum Filium.

(n) Ibi *ut*.

(o) Ibi sine *enim tu*. Vid. Laud. metric. B. M. V.

(p) Ibi additur: *Nam cor nostrum aperuit tuum ave. O mirabile, & superadmirabile ave*.

(q) Ibi *affugantur*.

(r) Similiter desinentia apud D. Bonaventuram familiaria.

(s) Lib. 1. Phar. ad finem cap. 5. ex Anselmo in Libro Orationum: *Per quam elementa renovantur, homines salvantur, Angeli reintegrantur*.

(t) Ibi hoc ultimum membrum deest.

(u) Nova similiter desinentium repetitio Bonaventuriana.

(x) Ibi *igitur*.

(y) Ibi *catenale*. Vid. infra Par. 2. De Laude Mellif. Nom. D. N. J. C. n. 58.

(z) Vel hinc patet vere Galesinium in ejus Vita cap. 6. scripsisse, quod *beatissimam Dei genitricem Mariam Virginem sibi patronam cœlestem delegit, & eximia pietate coluit* &c. Ubi inter ejus Opuscula ad ejus laudes confecta commemorat *Salutationem Angelicam*.

(aa) Ibi: *Accedat, ut salutet, qui vult catenari amore*.

(bb) Ibi: *Et cum salutaverit ex corde, amplius fortiusque constringetur*.

(cc) Ibi deest *tanto*.

(dd) Ibi *Sicque*.

Digitized by Google

Mariæ nomen per *Ave* ſalutatum, ſuaviſſimum, jucundiſſimum, dulciſſimum.

Maria Virgo *Ave*. (*a*) O nomen ſuaviſſimum, nomen jucundiſſimum, nomen dulciſſimum (*b*) *Maria*! Quid feci, quid præſumpſi, quomodo exceſſi, quod nominare te audeo? Quis unquam talia audivit, ut perditionis filius, peccatorum ſacculus, dœmonum famulus, te nominare præſumat? O amor mei! Non eſt, quod Matrem Dei revereri neſciat amor. (*c*) Mihi parce, Domina, quod me amare te dicam. Quia quamvis non ſim dignus, tu tamen digna es amari. (*d*) Quis, o Domina, te amare deſiſtet, cujus beneficiis gratiam, & gloriam impetramus? Per te, Domina, franguntur vincula, ſolvuntur debita, vincuntur vitia, ſolidantur confracta, reparantur perdita, renovantur vetera, roborantur infirma, magnificantur minima, exaltantur infima. Incepta promoventur, imperfecta perficiuntur, perfecta conſummantur. Purgatur cor, refulget mens, animus inflammatur. Liqueſcit pectus, dulceſcit guſtus, dulcoratur (*e*) aſpectus. Deſponſatur peregrina, traducitur ſponſa, reſolvitur anima. Omnia hæc ſunt (*f*) per te Virgo Maria.

Num. 24. 17. Maria ſtella ex Jacob orta, & ſtella maris.

12. Ergo *Ave Maria*. Vere *Maria* ſtella ex Jacob orta, & ſtella maris es, amarum mare, & Domina. (*g*) Stella ex Jacob orta, & ſtella maris, mundo totaliter in amaritudine poſito, lucis æternæ radium emittendo. (*h*) Amarum mare cor tuum, in Paſſione Filii tui in cruce pro nobis pendentis, te (*i*) totaliter transformando. Domina, ſuper omnes Angelorum choros, ad Filii dexteram tranſcendendo. (*k*) Item ſtella ex Jacob orta, & ſtella maris es (*l*), nos dirigendo; amarum mare, compatiendo; & Domina, protegendo. Stella maris es honeſtate; amarum mare pietate; ſed etiam Domina es (*m*) poteſtate. (*n*)

13. O Domine Deus, quid tibi retribuemus pro omnibus, quæ dediſti nobis? Quid tibi faciemus, aut facere poſſumus, quod nobis in amaricatione (*o*) amaritudinis conſtitutis, (*p*) tenebris undique circumſeptis, a portu ſalutis nimium elongatis, turbinibus & procellis ad naufragium agitatis, immo pene tempeſtate nimia ſubmerſis, tam nobile ſolatium, tam dulce conſortium, tam efficax auxilium, tam pium ſubſidium, Virginem Mariam irradiantem ſtellam dediſti? O certe beata nox! o (*q*) felix tenebra (*r*)! o (*s*) glorioſa caligo! quæ tali ſtella radiaris (*t*). Certe hæc *nox illuminatio mea in deliciis meis*. (*u*) *Pſ.* 138. 11.

Quam bonum ſub hac ſtella vivere, ejuſque ducatum habere.

14. O glorioſa Virgo, ſi es ſtella maris, ſemper volo in hac vita eſſe in mari, ut ſis ſemper mea ſtella (*x*); ſemper in mari ſim perfectæ amaritudinis, de peccatis meis gemendo, (*y*) Chriſto crucifixo intime compatiendo, proximorum miſeriis & vitiis condolendo. Semper volo in hoc triplici pelago navigare, ut habeam hujus ſtellæ ducatum. Væ illis, qui ſunt in deliciis, & nolunt in hoc mare intrare; quia hac dulciſſima ſtella carebunt. Currant undique tribulationes, & ſepiant amaritudinibus inauditis; *non timebo mala*, *Pſ.* 22. 4. *quoniam tu mecum es*. Immo tunc vere mihi refulges, cum vallatus fuero (*z*) anguſtiis; cum humano auxilio deſti-

(*a*) Ibi: *Ergo ave Domina mea, immo cor meum, & anima mea, Virgo Maria, & Maria mea, ave.* Hoc autem *ave* adhuc longe magis repetitum habet Pſalter. min. B. M. V. ejuſdem S. Bona.

(*b*) Repetitio quoque ſuperlativorum apud D. Bonaventuram frequens.

(*c*) Ibi: *O amor mei, nomen Matris Dei revereri neſcit amor.*

(*d*) Ibi: *Etenim ſi non ſum dignus, non es indigna amari.*

(*e*) Ibi *decoratur*.

(*f*) Ibi ſine *ſunt*.

(*g*) Ita Expoſit. in Cap. 1. & 2. S. Luc. ac etiam Pſalt. min. B. M. V. & alibi *Stella maris, amarum mare, & Domina. Stella maris* &c.

(*h*) Lib. 1. Phar. cap. 5. ex Bernardo Hom. 2. ſuper Miſſus eſt' in fin. *Ipſa eſt nobilis illa Stella ex Jacob orta, cujus radius univerſum orbem illuminat.* Et ex Iſidoro interpretatur *illuminatrix* eod. Lib. Phar. ibi. Vid. Hier. de Nom. Hebr. Greg. Thaum. Ser. 2. de Annunt. Lig. Vit. *Jſon. rad.*

(*i*) In d. Edit. abſque *te*.

(*k*) Ibi *aſcendendo*.

(*l*) Ibi tantum: *Et ſtella maris es.*

(*m*) Ibi ſine *etiam*, & abſque *es*.

(*n*) Alia ſimiliter deſinentia Bonaventuriana.

(*o*) Hæc quoque vox Bonaventuriana.

(*p*) Ibi *poſitis*.

(*q*) In Edit. *&*.

(*r*) In ſingulari vel alibi hac voce utitur Bonaventura.

(*s*) Ibi iterum *&*.

(*t*) Ibi *meruit irradiari*!

(*u*) Similiter Breviloq. Par. 5. ad fin. cap. 6.

(*x*) *Stella navigantium directiva* dicitur quoque ab eodem S. Bonav. ad fin. Ser. 1. in ord. 37. de Sanctis in comm. de B. ſemperque V. M.

(*y*) Secundum illud Thren. 2. 13. *Magna velut mare contritio tua*; nam id exponit de *dolore & amaritudine contritionis* etiam in Lament. Jer. Proph. ibi.

(*z*) Ibi ſine *fuero*.

Digitized by Google

Ps. 68. 2. tutus, *intraverint aquæ usque ad animam meam*; (a) cum abjectus fuero, & reprobatus ab omnibus creaturis, Me peccatorum nequissimum, & in omni malo dignissimum impugnet, & stimulet, obsecro, tota mundi machina, ut mecum sit hæc stella maris Maria. (b) O quam felix ero, cum fuero ab omnibus exprobratus, & conculcatus, & ab hac stella susceptus! Est enim (c) stella maris, & in amaritudine positis Eccle. 11. 7. ipsa relucet. O quam dulce, & delectabile oculis videre hanc lucem! O quam bona, & amabilis commutatio omnem mundi consolationem abhorrere, & longe a se irrecuperabiliter ejicere pro refulgente (d) stella maris!

15. Qui ergo omnis amaritudinis, compassionis, & passionis mare intraverit, gaudeat, quod refulgeat hæc stella. Nec paveat cor imperfectum; (e) quia impossibile est naufragium fieri, hac stella radiante, nec potest nubes aliqua interponi, nisi illa volente. (f) O Domina mea, tu in hoc mari es navis sustentans, & portans; anchora stabiliens, & firmans; gubernaculum dirigens, & rectificans (g); velum deducens, & obumbrans; stella refulgens, & salutis portum demonstrans; immo impetrans, & conservans. Quis ergo hoc mare compunctionis, compassionis, & passionis non libenter intrabit, ubi tu in omnibus subvenis, & ministras?

Hac stella radiante nihil pavendum.

16. Immo ut plus dicere audeam, tu es *Maria* amarum mare (h) facta propter Filii tui passionem, & nostrarum iniquitatum compassionem. Non quod modo tristabile aliquid patiaris; sed considero mentem tuam, secundum quod in hac vita juxta crucem vivebas. (i) Hoc modo (k) in duplex intremus mare, scilicet Filio tuo crucifixo, & tuo cordi sibi infixo compatiendo, & de nostris iniquitatibus, quæ tantæ necis fuerunt occasio, intime contristando; si volumus in cor tuum intrare, quod factum est *mare magnum, & spatiosum* (l) nimis, Quis ergo non libenter intrabit in hoc mare, ut possit in cor Virginis introire? Ps. 103. 25.

Maria amarum mare.

17. Hi certe bene intrant in (m) cor tuum, & sunt continuo in corde tuo, qui Filii tui passionem continuo ruminant. (n) Impossibile enim est, o (o) Mater piissima, in Filii tui intrare vulnera, & non intrare in cor tuum: quoniam (p) illa vulnera in corde tuo sunt perpetuo collocata. Sicut enim illa stigmata semper erunt in corpore Filii tui (q); sic semper in Matris mente.

Intrandum in cor B. M. V. per assiduam Passionis Filii sui meditationem.

18. Quis ergo amplius tardabit, & pigritabit in hoc navigium introire? Dulce est de te audire, dulcius (r) de te cogitare; immo (s) dulcissimum, & suavissimum (t) per Christi vulnera in cor tuum intrare. Non recedat ergo homo a Christi passione, contumelia, & vulneribus (u), si non vult de tuo corde exire. Ibi enim (x) fit homo totus virgineus, totus sanctissimus, totus Divinus. Ibi obliviscitur homo sui solum (y) recogitans quæ sunt Matris & Filii. (z) Quod nobis concedat ipse, qui est (aa) benedictus in sæcula sæculorum. Amen. (bb)

Explicit Bonaventura super Angelicam Salutationem.

SE-

(a) Pariter Expos. in Psalter. ibi.

(b) Similiter de *nomine Mariæ stellæ maris in necessitatibus invocando*, Expos. in Cap. 1. S. Luc. ex Bernardo Hom. 2. circa fin. super Missus est. Unde in Psalter. min. B. M. V. Quinquag. tert. *Ave Virgo Maris stella: Dona vires, doce bella: Fac me docte præliari: Et ne sinas expugnari.*

(c) Ibi Edit. absque *enim*.

(d) Ibi *fulgenti*.

(e) Ibi: *Quis ergo omnis amaritudinis, & compassionis, & passionis mare non gaudenter intret, ubi refulget hæc stella? Non paveat cor perfectum* &c.

(f) Ibi *nisi volenti*.

(g) Verbum a D. Bonav. sæpe adhibitum.

(h) Supra num. 12.

(i) In Lig. Vit. Tit. *Jesus felle & aceto potatus.*

(k) Ibi *Hoc ergo*.

(l) Vulg. *manibus*; sed *manibus* abest etiam a Veron. Ambros. Hexaem. L. 5. cap. 1. pag. 80. August. Enarrat in d. Ps. Rom. in Quinc. Psalter., Mediolan., Germanen., Carnuten., a Gr. Vatic., & a Græco Lat. apud Cl. Josephum Blanchin. Veronen. Congregat. Rom. Orator. olim Presbyt.

(m) In Edit. sine *in* fleic, & paulo supra, & in seqq.

(n) Assiduam passionis Christi meditationem alia quoque Opuscula vere Bonaventuriana demonstrant.

(o) In Edit. absque o.

(p) Ibi *quia*.

(q) In 4. Dist. 48. Art. 1. Q. 3. ad 1. & 2.

(r) In Edit. *sed dulcis*, leg. *dulcius*.

(s) Ibi sine *immo*.

(t) Similis gradatio a positivo ad comparativum, & a comparativo ad superlativum, apud D. Bonaventuram pluries occurrit.

(u) Ibi *vulnere* in singulari.

(x) Ibi absque *enim*.

(y) Ibi abest *solum*.

(z) *Ut* (quemadmodum supra n. 9. loquitur) *semper in eum, cujus mater est, totus refundatur affectus*. Confer cum dictis & adnotatis supra in Tractatu de Vite Myst. Cap. 3. num. 8. ac seqq.

(aa) In Edit. *vivit*.

(bb) Sic clauditur continuo sequens Opusculum, ac infra Lib. de decem Præceptis.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
MEDITATIO
SIVE
DE REGIMINE ANIMÆ
AD QUAMDAM DEVOTAM DOMINAM, CHRISTIQUE ANCILLAM.

ADMONITIO.

MEditatio *dicitur in principio ac fine* Cod. Aſſiſienſis *optimæ notæ*. De regimine animæ *inſcribitur in Editionibus, quas ego viderim omnibus, etiam antiquioribus*. *Laudatus* Cod. Aſſiſienſis *ait*: Quam ſcripſit Frater Bonaventura cuidam devotæ Dominæ. *Eam vocat ab initio Opuſculi hujus aſceticî* Chriſti ancillam, *& in fine* Sanctam Mulierem, *quam* Cl. P. Sbaralea *cenſuit* Beatam Virginem Iſabellam Clariſſam, *in cujus ſententiam ego quoque gratanter conceſſerim*. *Equidem apud noſtrum* Arturum *in* Martyrologio Franciſcano *ad diem* 31. *Auguſti* §. 31. Illuſtribus piiſque parentibus nata eſt, videlicet Ludovico VIII. Galliarum Rege Chriſtianiſſimo, & Blancha Caſtellæ Regina, an. 1220. Quæ tantopere Chriſti amore ſuccenſa extitit, ut ab infantia Chriſto virginitatem ſuam devoverit: & extructo Monaſterio Longi-Campi (*in Territorio Pariſienſi*) ſub auſpiciis S. Ludovici Regis, fratris ſui, inibi vitam ſanctiſſimam duxerit, uſque ad ann. 1264. quo obiit. *Quæ quidem tempori, quo hæc* S. Bonaventura *ſcribebat, tanto magis conveniunt, quanto certum eſt, ipſum fuiſſe unum ex præclarioribus Theologiæ Magiſtris Ordinis Minorum, quibus demandatum eſt examen Regulæ datæ prædicto Monaſterio, uti videre eſt* in Prodr. col. 14. *Nihilo tamen ſecius in dd. Editionibus hocce Opuſculum aſſeritur directum* ad Blancham Hiſpaniæ Reginam. *Hanc Editores Romani putarunt* Blancham S. Ludovici Francorum Regis filiam, Fernando Alfonſi decimi cognomento Sapientis Hiſpaniæ Regis primogenito filio in uxorem datam, *ſubdentes, quod* hoc tempore S. Bonaventura Lutetiæ floruerit. *Secus Editores Veneti ſentiunt, autumantes* illuc reſpexiſſe Auctorem, ut nimirum Religioſum Virum neſcimus quem in perfectionis via perluſtranda manuduceret. *Et quamvis fateantur* Opuſculum non indignum Bonaventura, *hoc tamen ad* incerta S. Bonaventuræ Scripta *rejecerunt*. *Nunc autem primum comparet certum ejus Opuſculum, non inſcriptum* Blanchæ Hiſpaniæ Reginæ, *aut* Religioſo Viro; *ſed* devotæ Dominæ, ſanctæ Mulieri, Ancillæ Chriſti, *& quidem, ut infra patebit*, regularem obſervantiam *profeſſæ, & ex ſui inſtituto Ordinis adſtrictæ* horis canonicis perſolvendis attente, & devote, ac reverenter. *Et quamvis ſupradictum nomen* Mulieris *interdum* Virgini *opponatur, ut apud* Quintil. L. 6. cap. 3. & Ulpian. l. quæritur, ff. de Ædil. Edict.; *non ſemper tamen, quemadmodum legere eſt apud* Cic. pro Mur. c. 12. *Sane ipſemet* Divus Bonaventura in 3. Diſt. 3. Par. 2. Ar. 3. Q. 1. ad opp. 1. *afferens illud* Jer. 31. 22. Mulier circumdabit virum, *continuo ſubtexit*: Hoc intelligitur de Chriſto, & de Beata Virgine. *Ita quoque alii tituli ex prafatis*, Virgini Iſabellæ *ita congruunt, ut & ipſimet omnino quadrare videatur illud præconium, quo* S. Hieronymus Epiſt. 23. al. 24. ad Marcellam n. 2. *ornavit* Leam religioſiſſimam feminam, *dicens*: Ita eam totam ad Dominum fuiſſe converſam, ut Monaſterii princeps, mater Virginum fieret: poſt mollitiem veſtium ſacco membra triviſſe: inſomnes orationibus duxiſſe noctes: & comites ſuas plus exemplo docuiſſe quam verbis. Humilitatis fuit tantæ, tamque ſubjectæ, ut quondam Domina plurimorum, Ancilla omnium putaretur: niſi quod eo Chriſti magis eſſet Ancilla, dum Domina hominum non putatur. *Nunc ergo hocce Opuſculum ſub prædictis titulis primum compareat, excipiatque* Meditationem ſuper Salutatione Angelica; *utriuſque enim Opuſculi eſſe eundem Auctorem, argumento quoque eſt in ambobus ſimilitudo clauſulæ. Et quia nunc etiam emendatius prodit quam ſit in Edit. Sixt. aliiſque poſt ipſam, & ante; vel hoc ipſo nomine viſum eſt in hocce* Supplemento *recudendum*.

Digitized by Google

I.

Luc. 1. 28. *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum &c.* Primum omnium neceſſe habes, Chriſti Ancilla, (a) altiſſime, piiſſime (b), ſanctiſſime (c) de optimo Deo ſentire, certa videlicet fide credendo; attenta mente conſiderando; & perſpicaci mentis intuitu perſpiciendo.

De Deo ſentiendum altiſſime, 2. Altiſſime quidem de optimo Deo ſentis, ſi cuncta de nihilo creantis & ſupportantis, immenſam potentiam; ſi cuncta gubernantis & ordinantis, infinitam ſapientiam; ſi denique cuncta judicantis & retribuentis interminatam (d) juſtitiam, fideli, pio, & perſpicaci contuitu, credis, miraris, (e) & perſpicis; & (f) extra te exiens, & intra te ingrediens (g), & ſupra te tranſcendens, (h) illud Propheticum (i) veraciter decantes: *Exultaverunt Filiæ Judæ propter judicia tua, Domine; quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram, nimis exaltatus es ſuper omnes Deos.* Pſ. 96. 8.

Piiſſime, 3. Piiſſime de optimo Deo ſentis, ſi ejuſdem immenſam miſericordiam admiraris, complecteris, (k) & benedicis, ut ſumme benignam, in noſtræ humanitatis, & mortalitatis aſſumptione; ut ſumme viſceroſam (l), in crucis & mortis perpeſſione; ut ſumme liberalem, in Spiritus ſancti datione (m), & Sacramentorum inſtitutione, cum ſeipſum communicet liberaliſſime in Sacramento Altaris. Quatenus illud Pſalmi ex animo cantes: *Suavis Dominus univerſis, & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus &c.* Pſ. 144. 9.

Sanctiſſime, 4. Sanctiſſime de optimo Deo ſentis, ſi ejuſdem inexplicabilem ſanctitatem advertis (n), miraris, & laudas, atque illi cum ſanctis (o) Seraphim: *Sanctus, Sanctus, Sanctus*, proclamas. *Sanctus* primo, hoc eſt, in ſeipſo ſanctitatem ita (p) ſumme ac piiſſime habens, ut impoſſibile ſit ipſum aliquid niſi ſanctum velle, vel approbare. *Sanctus* ſecundo, hoc eſt, ſanctitatem ita perfecte in aliis diligens, ut impoſſibile ſit, ipſum vere ſanctitatem ſervantibus, aut gratiæ dona ſubtrahere, aut gloriæ præmia denegare. *Sanctus* & tertio, hoc eſt, ita ſevere oppoſitum ſanctitatis abhorrens, ut impoſſibile ſit, ipſum peccata non (q) reprobare, aut impunita relinquere. Quod ſi ſic ſenſeris cum Legislatore cantabis: *Deus fidelis, & abſque ulla iniquitate, juſtus, & rectus Dominus.* (r) Iſa. 6. 3. Deut. 32. 4. Levit. 20. 26.

5. Poſt hoc oculos mentis tuæ ad Dei legem converte, quæ te jubet exhibere *Altiſſimo* Deo (s) cor humile; *Piiſſimo* cor devotum; *Sanctiſſimo* cor illibatum. Cor, inquam, humile exhibere debes *Altiſſimo*, per reverentiam in animo, per obedientiam in facto, & per honorificentiam in verbo, & ſigno: quatenus ſecundum Apoſtolicam regulam, & doctrinam, *omnia in gloriam Dei facias.* (t) Altiſſimo De exhibendū cor humile. 1. Cor. 10. 31.

6. Cor autem devotum exhibere debes *Piiſſimo*, per interpellationes ferventium precum; per deguſtationes ſpiritualium ſuavitatum; & per actiones (u) multiplicium gratiarum, ut anima tua *per deſertum* aſcendat in Deum, *ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris,* Piiſſimo cor devotum. Cant. 3. 6.

(a) In editis *anima mea*.

(b) *De Deo ſentiendum altiſſime, & piiſſime* ipſemet D. Bonav. in Breviloq. Par. 1. cap. 2. & Ubertinus de Caſali, de quo in Prodromo col. 217. ac ſeqq. Vid. infra Par. 2. in Collat. Præd. de ſept. don. Spir. ſanc. Serm. 3. n. 27.

(c) Repetitio ſuperlativorum apud D. Bonav. uſitata.

(d) In dd. editis *indeterminatam*.

(e) In iiſdem editis *& credis, & admiraris*.

(f) Ibi abſque *&*.

(g) In noviſſima Edit. Venet. *exiens, & intra, & extra te ingrediens*.

(h) Al. heic additur *ut*.

(i) Ab editis abeſt *Propheticum*.

(k) Ibi *amplexeris*.

(l) Pariter in Legen. ma. S. Franc. Vid. Prodr. col. 592.

(m) In editis *donatione*; ſed *datione*, pro *donatione* vel alibi utitur. Et habetur hoc verbum Eccleſiaſtici 11. 17. ac 42. 3. In prædictis autem videre quoque eſt ſimiliter deſinentia Bonaventuriana.

(n) In Ven. *advertens*.

(o) Ibi ſine *ſanctis*.

(p) Ibi ſine *ita*.

(q) Ibi & in aliis Edit. *niſi abhorrere, aut &c.*

(r) In Edit. ac ibi in Deut. tantum *& rectus*. Sed ita jungere textus haud D. Bonaventuræ inſolens.

(s) Al. ſine *Deo*.

(t) Supra Tract. de Vit. Myſt. c. 32. num. 119. & de Humilit. n. 3.

(u) Edita habent in ſingulari *interpellationem, deguſtationem, actionem*.

Digitized by Google

ris, ut de Sponſa in Cantico (*a*) dicitur.

Sanctiſſimo cor illibatum.

7. Cor vero illibatum exhibere debes *Sanctiſſimo* Sponſo, ut nullus in te regnet, nec ſenſu, nec conſenſu, nec affectu, corporeæ venuſtatis (*b*) applauſus; nullus terrenæ voluptatis appetitus; & nullus internæ malignitatis affectus: quatenus omni excluſa macula peccati, poſſis cum Pſalmiſta cantare: *Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar*, Pſ. 118. 80.

Dolor animi de peccatis duos comites habere debet ad purgandam animam, placandumque Deum.

8. Debet autem dolor animi duos habere comites, ut ſit purgativus animæ, & placativus Dei, ſcilicet timorem Divini judicii, & ardorem interni deſiderii, ut timendo, cor humile; deſiderando & amando, cor devotum; & dolendo, cor recuperes illibatum. (*c*) Time igitur Pſ. 35. 7. Divina judicia, quæ ſunt *abyſſus multa*. Time, inquam, vehementer, ne forte, quamquam ſis aliqualiter (*d*) pœnitens, (*e*) adhuc tamen Deo diſpliceas. Time vehementius, ne poſt hoc Deum offendas. (*f*) Time etiam vehementiſſime (*g*), ne finaliter a Deo diſcedas, ſemper carens lumine, ſemper ardens igne, nunquam carens verme, (*h*) niſi per veram pœnitentiam in gratia finali decedas, ut ſic cum Propheta decantes: *Confige timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui*. (*i*) Pſ. 118. 120.

Quomodo dolendum de peccatis.

9. Dole quoque, ac ſatage propter commiſſa peccata. Dole, inquam, vehementer, propter annihilationem (*k*) omnis boni Divinitus tibi dati. Dole (*l*) vehementius, propter impugnationem Chriſti pro te nati, & propter te crucifixi. (*m*) Dole (*n*) vehementiſſime, propter vilipenſionem Dei, cujus tranſgrediendo leges inhonoraſti majeſtatem, denegaſti veritatem, offendiſti bonitatem; totumque univerſum dehoneſtaſti (*o*), deformaſti, deordinaſti: dum Divinis adverſando ſtatutis, imperiis, & judiciis, omnibus tibi propter Deum ſervientibus, abuſa es naturis, ſcripturis, juſtitiis, miſericordiis, donis gratuitis, & præmiis repromiſſis. Quibus diligenter conſideratis, *luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum; deduc quaſi torrentem lachrymas per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui*. (*p*) Jer. 6. 26. Thr. 2. 18.

Quæ deſideranda.

10. Deſidera nihilominus Divina chariſmata, Divini amoris flamma (*q*) in Deum conſcendens, qui te peccantem tam patienter ſuſtinuit; tam (*r*) longanimiter expectavit; tam miſericorditer ad pœnitentiam reduxit: tibi concedendo veniam; infundendo gratiam; & promittendo coronam. Dum tamen eidem impendas, vel potius ab ipſo ſuſcipias, eique rependas *ſacrificium contribulati ſpiritus, cordiſque contriti & humiliati*, per compunctionem amaram, confeſſionem veridicam, & ſatisfactionem condignam. Deſidera, inquam, vehementer Divinam complacentiam, per largam immiſſionem gratiæ Spiritus ſancti (*s*). Deſidera (*t*) vehementius Divinam conformitatem, per expreſſam imitationem Jeſu Chriſti crucifixi. (*u*) Deſidera (*x*) vehementiſſime Divinam comprehenſionem, per apertam viſionem Patris æterni, ut veraciter cum Propheta decantes: *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum, (y) quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* Pſ. 50. 19. Pſ. 41. 3.

11. Porro ut hunc ſpiritum in te timo-

(*a*) Edita *in Canticis*; ſed apud S. Bona. ibi *in Cantico*. Vid. Itinerar. ment. in Deum cap. 4. ubi prædictus textus declaratur. Et quamvis ibi in Editionib. dicatur *in Canticis Canticorum*, paulo ſupra tamen melius vocatur *Canticum Canticorum*.

(*b*) In noviſſ. Edit. *voluptatis*, & alii defectus.

(*c*) Ita *anima purgatur, illuminatur, & perficitur, fide, ſpe, & caritate*, Itiner. ment. in Deum cap. 4.

(*d*) Vox Scholaſtica pro *aliquatenus*, cujus uſus paſſim apud D. Bonaventuram.

(*e*) Qui tantum timet, & nondum amat, tantum eſt *aliqualiter pœnitens*.

(*f*) Ergo præcipue ex offenſa Dei concipiendus eſt dolor.

(*g*) Iſta gradatio a poſitivo ad comparativum, & a comparativo ad ſuperlativum, apud D. ipſum Bonav. pluries occurrit.

(*h*) In 4. Diſt. 50. Par. 1. Ar. 2. Q. 2. in concl. & Par. 2. Art. 2. Q. 1. ac ſeqq.

(*i*) Vid. hunc circa textum S. Auguſt. Enarrat. in d. Pſ. 118. Serm. 25. n. 7. ac ipſummet S. Bonav. in 3. Diſt. 34. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in concl.

(*k*) De hac voce ſupra Tract. de Humilit. cap. 3. n. 19. not. e.

(*l*) Al. ſine *dole*.

(*m*) Al. *pro te cruci affixi*.

(*n*) Al. ſine *dole*.

(*o*) Al. *debilitaſti*.

(*p*) Al. nec *ſomnum oculis tuis*.

(*q*) Al. abſque *flamma*.

(*r*) Al. ſine *tam*, ut & in ſeq.

(*s*) Al. *ſancti Spiritus* abſque *gratia*.

(*t*) Al. ſine *Deſidera*.

(*u*) Infra inter Epiſtolaria dabo unam *De imitatione Jeſu Chriſti*.

(*x*) Al. vel heic omittitur *Deſidera*.

(*y*) Al. tantum *Sitivit anima mea*. Vid. ſupra Tract. de Vite Myſt. cap. 13. num. 45. not. o. Et ita apud Hug. Card. & Lyran.

Digitized by Google

Quæ exercenda ad servandum spiritum timoris, doloris, & ardoris.

moris, doloris, & ardoris intrinsecus serves; (a) exerce te foris ad omnimodam modestiam, justitiam, & pietatem, quo (b) juxta documentum Apostoli *abnegans impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, pie, & juste vivas in hoc sæculo*. Exerce te itaque ad omnimodam modestiam, ut juxta doctrinam Apostoli *modestia tua nota sit omnibus hominibus*. Ad modestiam, inquam, parsimoniæ in victu, & vestitu; in (c) somno, & vigilia; in otio, & labore, ut in nullo excedas. Ad modestiam disciplinæ per moderamen silentii, & loquelæ; (d) mœroris, & gaudii; (e) mansuetudinis, & rigoris, juxta quod opportunitas exigit, & recta ratio dictat. Ad modestiam honestatis per regulationem (f), ordinationem, compositionem (g) actuum, motuum, gestuum, vestimentorum, seu habituum, membrorum, & sensuum, juxta quod moralis honestas, & regularis observantia (h) id exposcit, ut merito de illorum sis (i) numero, quibus Apostolus dicit: *Omnia honeste, & secundum ordinem fiant in vobis* (k).

Tit. 2. 12.

Phil. 4. 5.

In quibus custodienda modestia.

1. Cor. 14. 40.

Quæ exercenda ad faciendam justitiam.

12. Exerce te quoque ad justitiam, ut tibi illud Propheticum possit aptari: *Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam, & deducet te mirabiliter dextera tua*. Ad justitiam, inquam, integram per zelum Divini honoris (l); per observantiam Divinæ legis; & per desiderium fraternæ salutis. Ad justitiam ordinatam per obedientiam ad superiores; per sociabilitatem (m) ad pares; & per castigationem ad inferiores. Ad justitiam perfectam, ut omni veritati assentias; (n) omni bonitati faveas; & omni malitiæ adverseris, tam mente, quam verbo, & quam etiam opere: nihil agens alii, quod nolis tibi fieri; nihil negans alii, quod tibi velis impendi: quatenus sis illorum imitatrix per perfectam justitiam (o), quibus dicitur: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum*.

Ps. 44. 5.

Integram,

Ordinatam,

Perfectam.

Matth. 5. 20.

13. *Exerce te* tandem *ad pietatem*; quia ut dicit Apostolus: *Pietas ad omnia utilis est* (p); *promissionem vitæ habens, quæ nunc est*, (q) *& futuræ*. Ad pietatem, inquam, Divini cultus, attente, & devote, ac reverenter (r) horas persolvendo canonicas (s); quotidiana confitendo, ac deplorando peccata; sacratissimam pro tempore sumendo Eucharistiam; & quotidie audiendo Missam. Ad pietatem salvationis animarum, nunc adjuvando per orationis frequentiam; nunc (t) per sermonum informationem; nunc (u) per exemplorum incitamenta, ut *qui audit dicat: Veni*. (x) Hoc autem sic sapienter oportet fieri, ut salutis propriæ dispendium non incurras. Ad pietatem relevationis corporalium necessitatum, in supportando patienter; in consolando amicabiliter (y); in (z) subministrando humiliter, hilariter, & misericorditer, ut sic Divinam impleas legem, cum dicat Apostolus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*.

Quæ ad pietatem 1. Tim. 4. 7. ac seq.

Divini cultus.

Horæ canonicæ persolvendæ attente, devote, ac reverenter.

Quæ ad pietatem salutis animarum,

Apocal. 22. 17.

Quæ ad pietatem relevationis corporalium necessitatum.

Gal. 6. 2.

14. Ad quæ omnia prosequenda, super omnia credo valere memoriam Crucifixi, (aa), ut *dilectus tuus* sicut (bb) *fasciculus myrrhæ inter* mentis tuæ *ubera* jugiter *commoretur*. Quod tibi (cc) ipse præstare dignetur, qui est benedictus in sæcula sæculorum. Amen.

Cant. 1. 12.

Explicit Meditatio, quam scripsit Frater Bonaventura ad postulationem cujusdam sanctæ Mulieris. (dd)

SE-

(a) Al. *acquiras intrinsecus*.
(b) Al. *quatenus*.
(c) Al. sine *in* hoc, & in seq.
(d) Al. hoc additur *per moderamen*.
(e) Al. hoc quoque *ac etiam per moderamen*.
(f) Al. *gloriationem*.
(g) Al. adjungitur *scilicet*.
(h) B. Isabella, de qua supra in Admonit., regulam S. Claræ profitebatur.
(i) Al. *sis ex illorum*.
(k) Deest *in vobis* in Vulg. sed habent unus ex Codd. nostris Bernardin. & alter. Biblioth. Episc. Hugo Card. & Lyran. nec non Haymo, Guillaudus, Menochius &c.
(l) Al. *amoris*.
(m) Al. *societatem*.
(n) Al. *consentias*.
(o) Al. *imitatrix perfecta*.
(p) Al. *valet*; sed *utilis est* Vulg. ac ipsemmet S. Bonav. in Collat. prædicab. de septem Donis Spir. Sanct. & in fine Sermonum de Eucharistia.
(q) Al. heic additur *pariter*.
(r) Al. heic additur *scilicet*.
(s) Hoc quoque probe convenit B. Isabellæ Clarissæ.
(t) Al. deest *nunc*.
(u) Al. *&*.
(x) Scilicet Sponsus, *qui audit*; *dicat* Sponsæ: *Veni*. Nimirum: *Veni Sponsa Christi, accipe coronam &c.*
(y) Voces *relevationis, supportando, amicabiliter*, a stilo Bonaventuriano non discrepantes.
(z) Al. *&* pro *in*.
(aa) Adeo hæc alte manebat infixa menti ejusdem Seraphici Doctoris, ut & aliorum memoriæ eam insculpere conaretur.
(bb) Al. *tamquam*.
(cc) Al. sine *tibi*.
(dd) Al. hæc clausula deest.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
OPUSCULUM
DE SILENTIO AD QUAMDAM SANCTIMONIALEM.

ADMONITIO.

NUnc *primum, quod ego sciam*, editur ex Cod. Chart. in 4. n. 297. Biblioth. Lunælacen. Ord. S. Benedicti, *in quo absque Sancti, & Beati titulo præfert nomen* Bonaventuræ, *cujus at reapse credatur, nec doctrina, neque stilus, obstare videntur. Hoc singulari Opusculo* Ad quamdam Sanctimonialem *directo agit* De Silentio, *sicut de eodem tractat* Cap. 4. De perfectione vitæ ad Sororem Clarissam. *Quippe silentium maxime decet Virgines, Christique Sponsas, supra* Tract. de Vite Mystica c. 27. n. 89. ac 90. *Unde* L. 1. Phar. cap. 38. *ex* Ambrosio L. 3. de Virg. post medium, *inquit:* Ingreditur, o Virgo, mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter, si ubi non oportet loquaris. Clausæ sint ergo fores labiorum tuorum, & obseratum maneat oris vestibulum. *Quibus affinia sunt ea, quæ heic tradit* Ad Sanctimonialem De Silentio. *Hocce Opusculum in eodem* Cod. Lunælac. *imperfectum videtur.*

I.

ATtende quod natura dedit homini unicum os, & duas aures, ut sic docearis minus loqui, & plus audire. (*a*) Jacobus: *Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.* Et ideo tuus Ordo (*b*) multa loca, multa tempora tibi dispensavit ad audiendum, pauca ad loquendum. Unde ad audiendum, & tacendum invitat te Ecclesiasticus dicens: *Audi taceris, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.* Et vero

Jac. 1. 19.

Eccli 32. 9.

(*a*) Hoc conforme est illi, quod Xenocrates dixit cuidam loquaci: *Audi melius: os unum a natura, aures duas accepimus.* Ita ex Seneca refert Tho. Hibernic. in Flor. verbo *Taciturnitas* pag. m. 1052. Unde idem Seneca in Lib. de morib. *In hoc incumbe, ut libentius audias quam loquaris: quod tacitum velis nemini dixeris. Auribus frequentius, quam linguæ utere.* Quo spectat & illud laudati Xenocratis apud Valerium Maximum L. 7. de Sapient. dictis: *Dixisse me aliquando pœnituit, tacuisse nunquam.* Et illud: *Nam nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.* Neque prætereundum illud S. Ambros. De Offic. Ministror. L. 1. cap. 2. n. 5. *Quamplures vidi loquendo peccatum incidisse, vix quemquam tacendo; ideo tacere nosse quam loqui difficilius est.*

(*b*) Videtur *ad Sanctimonialem* scribere diversi Ordinis ab eo, qui est S. Francisci, ad quem & Clarissarum Ordo spectat. In omni tamen Ordine bene instituto mandatur servandum silentium; quia *Patres sanctissimi Religionum institutores, & eorum sequaces sapientissime, sicut a Spi-*

Digitized by Google

ro tacenti gratia accedit; in silentio enim Zachariæ conceptus est Joannes, qui interpretatur gratia. (a) Si ergo gratiam in corde tuo vis concipere, audi, & tace. (b)

Luc. 1. 22. ac 24. Joannes interpretatur gratia.

2. Ait Salomon in Proverbiis: *Omni custodia serva cor tuum*; est enim illud quasi castrum nobile in terra inimicorum ex omni parte obsessum, dicente Domino per Baruch: *Quid est Israel, quod in terra inimicorum es?* Israel appellat omnem animam ad Dei cognitionem creatam, & ad contemplationis excessum elevatam. (c) Custodi ergo castrum tuum in tam periculoso, & tam extraneo loco firmatum. Bonum enim castrum custodit, qui cor suum custodit, ut dicit Bernardus. Ante istud castrum tenet sedem suam Diabolus cum toto exercitu suo, tam carne, quam mundo. Ipse est enim *Leo circuens, & quærens quem devoret*, ut dicit Petrus. (d) Super quem locum dicit Glossa: Circuit Diabolus tanquam hostis obsidens muros clausos, explorat an sit pars aliqua murorum minus stabilis, cujus aditu ad interiora penetret. (e) Offert oculis formas illicitas, & faciles voluptates, ut visu destruat castitatem: aures per canora tentat, ut emolliat christianum vigorem: linguam convicio provocat, manum injuriis lacessentibus ad cædem instigat, honores terrenos promittit, ut cœlestes adimat. Et cum latenter non potest fallere, addit apertos terrores. In pace subdolus, in persecutione molestus (f). Contra quem tantum debet esse animus ad resistendum paratus, quantum ille paratus est ad impugnandum.

Prov. 4. 23.

Bar. 3. 10.

Bonum castrum custodit, qui cor suum custodit.

Bernardus Serm. 81. al. 46. ex Parvis n. 1.

1. Pet. 5. 8.

Glossa ordinaria.

3. De custodia igitur linguæ pauca dicere necessarium duximus. Sicut enim qui vult custodire castrum aliquod, oportet, quod diligentiam circa custodiam portæ ponat (unde in castris solent fieri turres supra portam); ita ad custodiam cordis oportet apponere te diligentiam circa custodiam oris. Et sicut ad castrorum portas ponuntur portarii (g), qui ingredientes, & egredientes admittunt, vel emittunt; ita discretio circa portam oris tui semper debet consistere, & assidere, & per ejus judicium (h), vel licentiam, egredientes debent exire, & ingredientes intrare. Ingredientes in os sunt cibaria, quæ comedis; egredientes ab ore sunt verba, quæ dicis. Eligis tibi, dicit Augustinus, cibos, quibus vesceris (i), quare non eligis verba quæ loqueris? (k)

De custodia linguæ.

Delectus in verbis, sicut & in cibis, adhibendus. *Augustinus Enarrat. in Ps. 51. n. 10.*

4. Non recedat ergo ab ore tuo custodia, si vis cor tuum custodire, & dic Domino tuo: *Pone Domine custodiam ori meo*. Vere ori ponenda est custodia; quia valde necessarium, quia valde fructuosum. Valde necessarium; nam qui ori suo per discretas verborum examinationes custodiam non apposuerit, est velut civitas absque muro, velut vas absque operculo, velut equus sine fræno, velut navis sine gubernaculo. Quod sit velut civitas absque muro, patet per verbum Salomonis dicentis: *Sicut urbs patens, & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo spiritum suum cohibere*. (l) Ubi dicit Glossa: Si murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis: & cum se per multa verba extra semetipsam projicit, apertam totam adversario se ostendit: quam tanto ille sine labore superat, quanto & hæc ipsa quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat. (m) Per hoc patet,

Ps. 140. 3.

Custodiendæ linguæ necessitas.

Lingua non custodita civitas absque muro. Prov. 25. 28.

Glossa ordinar.

Spiritu sancto docti fuerant, districte instituerunt observationem silentii, cit. Tract. de Vite Myst. cap. 27. num, 89. Potuit autem *ad Sanctimonialem* diversi Ordinis scribere, ut quæ excitata ejus sanctitatis & doctrinæ fama, hac de re ipsum consuluerit. Unde & scripsisse fertur *Epistolas declarantes Regulam S. Augustini*. Maxime quia tunc ipsiusmet Bonaventuræ opera inita erat societas inter Minorum Ordinem, ac præclaros Ordines Cisterciensium, Prædicatorum, & Augustinianorum. Vid. Prodr. col. 26. ac col. 44.

(a) Pariter Exposit. in d. cap. 1. S. Luc. & ita alibi pluries.

(b) Sic secundum S. Ambros. ibi num. 7. ubi ait: *Tace prius, & audi, ut non delinquas in lingua tua*.

(c) Vid. cap. 7. Itiner. ment. in Deum, ubi de *Jacob mutato in Israel*.

(d) Pariter S. Bonav. in Reg. Novit. c. 10.

(e) Apud Lyranum *penetretur*.

(f) Apud eundem *violentus*.

(g) Hoc circa vocabulum lege sis Glossarium Ducangianum.

(h) Forte alluditur ad antiquissimum morem exercendi judicium ad portas Urbium.

(i) Al. *quos comedas*.

(k) In Edit. Venet. 1730. Omn. Oper. S. August. studio Monachor. Congregat. S. Mauri To. 4. col. 481. ita: *Sicut eligis quo vescaris, sic elige quod loquaris*.

(l) Ita supra Tract. de Vite Myst. cap. 27. num. 89. & Lib. 3. Phar. cap. 3. de Multiloq.

(m) Ita cum varietate aliqua apud Lyranum.

Et

Digitized by Google

Silentium munitio civitatis animæ, loquacitas destructio.

tet, quod silentium est munitio civitatis animæ, & loquacitas ejusdem destructio.

Lingua non custodita vas sine operculo.

5. Quod lingua non custodiens se sit vas sine operculo, dicit Dominus Numerorum decimo nono: *Vas quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.* Vas sine operculo, & sine ligatura, maxime sunt illi, apud quos nullum est secretum, nihil celatum, vel absconditum; nihil retinere possunt, quicquid vident, in publicum referunt, cum tamen scriptum sit in Proverbiis: *Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaveris amicum tuum.* Item in Ecclesiastico: *Audisti verbum adversus proximum tuum? Commoriatur in te, fidens quoniam te non disrumpet.* Sunt quidam, qui quod vident, vel audiunt, statim aliis referunt; quasi disrumpi deberent, si hoc eos celare oporteret.

Num. 19. 15.

Prov. 25. 8.

Eccli 19. 10.

Equus sine freno, & navis sine gubernaculo.

6. Quod autem homo linguam suam non custodiens sit velut equus sine fræno, & velut navis sine gubernaculo, patet per verbum Jacobi in Epistola sua: *Si enim equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, & omne corpus illorum circumferimus, & naves cum sint magnæ, & a ventis validis minentur, circumferuntur a modico gubernaculo; ita & lingua modicum quidem est membrum, & magna exaltat,* (a) id est, magna præmia, vel tormenta. (b) Ecce quantis periculis expositus est, qui linguam suam non custodit. Sicut enim equus sine fræno impingit insidentem, ubi non vellet; & navis sine gubernaculo periclitatur: ita homo non gubernans linguam suam, ad ruinam, & ad submersionem tendit; quia scriptum est in Proverbiis: *Os lubricum operatur ruinas.* (c)

Jac. 3. 3. ac seq.

Prov. 26. 28.

Quinque in locutione observanda.

7. Quinque observanda sunt in locutione, ut sit fructuosa. (d) Primum est, ut attendas quid dicas: secundum, cui dicas: tertium, ubi dicas; quartum, quando dicas; quintum, qualiter dicas, id est, modus dicendi. (e) Quid dicendum sit, determinat Apostolus ad Colossenses dicens: *Sermo vester sit semper in gratia sale conditus,* id est, semper sit gratus, & utilis. Per condimentum salis notatur discretio. Utilitatem pensa. Si novisti condire pulmenta, quare non novisti condire verba? Attende, te illud condimentum tempore baptismi recepisse, cum sal inspersum fuit ori tuo. Sed sunt quædam linguæ, quæ capere sal non bene possunt, sicut dicitur in vulgari; & ideo de facili (f) computrescunt, & ideo quasi quibusdam inanibus verbis, nocivis, inhonestis, & inutilibus, eas scaturire, & ebullire contingit. Nocivum verbum est, quod sua persuasione corda audientium ad errorem, aut ad pravitatem ducit. Inhonestum verbum est, quod non congruit honestati illius, de quo lingua loquitur. Ipsam multoties audivimus verba habere inconvenientia, sive incongrua fuæ honestati, vel honestati illius, cum quo loquitur, vel de quo loquitur. Inutilia verba sunt, quæ nec audientibus, nec loquentibus prosunt. Cave a verbo

Quid dicendum.

Coloss. 4. 6.

Et hæc verba Glossæ fere sunt S. Gregorii, quem D. Bonav. cit. L. 3. Phar. c. 3. laudat in Pastorali, & in marg. ibi allegatur Past. cu. par. 3. admon. 15, & L. 7. Mor. c. 17. Confer cum seq. Ordinar. vit. relig. n. 14. de Silent.

(a) Ita cap. 4. de perfect. vitæ ad Soror.

(b) Glossator noster interlin. *Si bene regitur, magna præmia donat; si male, magna damna,* scilicet infert.

(c) Unde S. Bonav. L. 3. Phar. cap. 3. de Stultiloq. ex Augustino super Canonicam Jacobi, quam Expositionem modo non extare ajunt Sixtinæ Editionis Romani Curatores, ait: *Lingua facilitatem habet motus, si in udo posita est, facile in lubrico labitur &c.* Ego autem apud S. Augustinum Enarrat. in Ps. 38. n. 3. hæc verba lego: *Non enim lingua frustra in udo est, nisi quia facile labitur &c.* Ubi *vo udo* alludi videtur ad illud Virg. 3. Georg. v. 388. *Nigra subest udo tantum cur lingua palato.* Et propter hanc ipsam oris linguæque lubricitatem itidem scriptum est in Ecclesiastico cap. 28. v. 28. ac seqq. *Ori tuo facito ostia & seras: verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.* Vid. D. Joan. Chrysost. Hom. 60. Catecheseis ad illuminandos.

(d) Ad hoc autem maxime confert silentium; quia ait Seneca in Prover. *Tacere qui nescit, nescit loqui.* Et hinc patet quam fructuosum sit silentium, de quo supra.

(e) Pariter ex S. Gregorio in Ezech. Hom. 11. post med. idemmet S. Bonav. L. 4. Phar. c. 34. Sed audi S. Hieronymum quadam Epist. apud Tho. Hiber. in Flor. verbo *Taciturnitas* pag. m. 1050. sic loquentem: *Dic considera quid loquendum sit; & adhuc tacens provide, ne quid dixisse pœniteat. Sapiens ut loquatur, multa prius considerat, quid, aut cui, quo loco, vel tempore dicat.*

(f) *De facili* habet quoque D. Bonav. alibi pluries.

Digitized by Google

inutili, attendens illud Beati Gregorii: (a) Qui otiosa verba non reprimit, cito ad noxia transit. (b) Cave etiam ab inhonesto, quia secundum Chrysostomum, sicut ex sordibus luti contrahitur immunditia; sic verba scurrilia, & inhonesta, immunditiam generant, si in aures projiciantur carnis, & perveniant ad auditum mentis. Et si immunditiam generant in audiente, tanquam in eo qui gignitur; multo magis est in proferente immunditia, tanquam in eo qui gignit. Præcipue autem caveas a nocivo, ut sit sermo tuus *in gratia sale conditus*, scilicet discretionis.

Gregorius Moral. L. 7. cap. 17. n. 57. Chrysostomus Hom. 52. in Matth.

Cui dicendum

8. Secundo, attendendum, cui dicendum est, id est, cum quo loqui debeas. Considera ergo qualitatem personæ, cum qua debes habere colloquium. Si stultus est, dicit tibi Sapiens in Ecclesiastico: *Cum stulto ne multum loquaris, & cum insensato ne abieris.* Quare autem secundum hanc literam non sit multum loquendum cum stulto, determinatur alibi dicendo: *Vir sapiens si cum stulto contenderit*, eum scilicet arguendo, vel ad bonum excitando, *sive irascatur, sive rideat, non inveniet requiem.* Vis quiescere? Cum sapiente & amico habeas colloquium.

Eccli. 22. 14.

Prov. 29. 9.

9. Ut autem breviter in regimine tuæ linguæ instruaris, quando cum aliquo loqueris, considera primo, si pro te, aut pro aliquo loqueris. Si propter utilitatem loquaris, vide utrum ille, cum quo loqueris, sit talis, qui scilicet exhortatione tua omnino indigeat, vel jta obstinatus in malo, & amore hujus sæculi imbutus sit, ut correctionem tuam non admittat. Alioquin sapientem velle docere superbia est, & obstinatum corrigere stultitia.

Ubi loquendum.

10. Tertio, quod in locutione considerandum, est attendendum, ubi loquendum sit. Nosti enim quædam loca colloquiis, quædam silentio deputata (c).

Quando loquendum.

11. Quarto, quando loquendum sit, considerare oportet. Dicit enim Ecclesiasticus: *Ex ore fatui reprobatur parabola: non enim dicit illam in tempore suo.* Unde Salomon: *Indecens est in ore stultorum parabola.* Est enim, dicit idem: *Tempus tacendi, & tempus loquendi*, (d) ut puta si aliquis loqui inceperit, cum in consortio seniorum suorum versatur. Ut enim in conspectu seniorum loqui non præsumas, dicit Ecclesiasticus: *Noli verbosus esse in multitudine presbyterorum. Tempus tacendi* est, cum te malitiosis & obstinatis obsessam videris. (e) *In auribus insipientium ne loquaris; quia despicient doctrinam eloquii tui*, dicit Salomon in Proverbiis. Insipientes appellantur incorrigibiles, & obstinati, quibus desipit quicquid dicitur.

Eccli 20. 22.

Prov. 26. 7.

Eccle 3. 7.

Eccli 7. 15.

Prov. 23. 9.

Qualiter loquendum.

12. Quintum, quod in locutione debet attendi, modus loquendi est; qualiter scilicet loquendum sit. Et iste modus loquendi consistit in tribus, ut attendas quo sono, quo gestu, qua significatione aliquid dicas. Sit gestus tuus, cum loqueris, modestus, & humilis; sonus mitis, & suavis; significatio verax &c. (f)

SERA-

(a) In Reg. Novitior. c. 25. quod est ultimum de Silent. pro verbis mox sequentibus est nomen *Augustini*; sed nulla ibi, ne quidem in margine, fit designatio loci, ubi hæc *Augustinus* ipse dicat.

(b) Ibi S. Gregor. verba sunt: *Dum otiosa verba cavere negligimus, ad noxia pervenimus.*

(c) In Monasterio videlicet.

(d) Vid. alios textus ad hunc declarandum ab ipsomet allatos Exposit. in Ecclesiasten ibi.

(e) Hanc *Sanctimonialem* supponit legi vetanti egressum e monasterio nequaquam obnoxiam. Clausura enim ante tempora Bonifacii VIII. duntaxat sub consilio fuit, ut observant Suarez To. 4. de Relig. L. 1. cap. 8. n. 211. Tamburin. de Jure Abbatiss. Disp. 18. Q. 3. n. 1. Pellizar. de Monial. c. 2. n. 23. ac novissime noster Lucius Ferrarius in Biblioth. verbo *Moniales* n. 1. cum aliis passim.

(f) Hoc indicio est, aliquid ad complementum deesse; & forte aliquid etiam ab initio omissum fuit, nempe d. *Sanctimonialis* petitio. Plura librarii sphalmata, quæ in MS. irrepserunt, emendare opus fuit.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
ORDINARIUM VILÆ RELIGIOSÆ
SIVE
DE PARTIBUS DOMUS RELIGIOSÆ:

ADMONITIO.

DE hoc Opuſculo, velut Bonaventuriano, *teſtimonium perhibent* Franciſcus Pavinus, Alexander Arioſtus, Petrus Rodulphius, & MS. Codex Romano-Iſidorianus, *quem* Cl. P. Lucas Waddingus *una cum pluribus aliis MSS. Codd. pro nova Editione Operum ejuſdem* Doctoris Seraphici *colligere operæ pretium exiſtimavit. Vide ſis* Prodromum *Lib. 7. verbo* Romæ *col.* 464. *num.* 89. *Aliqua ejus fragmenta legere eſt in* Stimulo amoris Cod. Veronen. S. Firmi. *Hujus autem* Stimuli amoris *Auctor ita plura ex* S. Bonaventura *excerpſit, ut non immerito quoad ea gerat* Venerabilis Fratris Bonaventuræ *nomen. Tanta quoque affinitas ſtili & doctrinæ eſt inter hoc Opuſculum, & aliud inſcriptum* Regula Novitiorum, *ut plerumque ipſiſſima verba contineant, ac plane idem utriuſque Auctor appareat. Porro illam* Regulam, *vere* Bonaventurianam *jam in d.* Prodromo *oſtendi col.* 617. *ac ſeqq. Idem eſto judicium de affinitate in nonnullis inter hoc Opuſculum, aliudque* de puritate conſcientiæ, *quoad* periculum familiaritatis Dominarum, *de quo* Gerſon *teſtatur in eod.* Prodromo *col.* 227. *Hinc non erit abs re, ſi huic Opellæ pro re nata opportunas ſubjiciam ad calcem de more notas, cum ad ipſam illuſtrandam, tum ad magis magiſque comprobandam vere* Bonaventurianam. *Eo enim ſæculo vivimus, in quo ars critica plura ſcripta Patribus, etiam* Bonaventuræ, *adſcripta ad ſuppoſititia rejecit; adeo ut nihil admittat, quod non congruis veritatis indiciis firmetur. Quare affulget ſpes fore, ut hujuſmodi notas ad pompam eruditionis adjectas nemo dixerit. Maxime cum hoc agatur de Opuſculo, quod in* Collectione Romano-Sixtina *deſideratur, atque ad ipſam ſupplendam nunc primum in publicam lucem emittitur. Sicut autem rite inſcribitur* Ordinarium Vitæ Religioſæ, *quia recte Vitam Religioſam ordinat: ita* de partibus Domus Religioſæ, *quia de his reapſe pertractat, nempe de* Oratorio, Clauſtro, Capitulo, Refectorio, Dormitorio, *variiſque ad iſthæc ſpectantibus. Et ſicut hujus Auctor aperte ſe ſe* Franciſcanum *præbet; ita ſe ſatis indicat* Bonaventuram, *etiam quoad graviſſimas Patrum ſententias, quæ huic afferuntur.*

Digitized by Google

INCIPIT ORDINARIUM VITÆ RELIGIOSÆ. (a)

I.

Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc est, Jacobi primo (b). Ut ait B. Augustinus de vera Religione (c): Religio a religando dicitur (d); quia religationem animarum tribus digitis facit, scilicet Obedientia subjugante, Paupertate alleviante, & Castitate sublevante. (e) Obedientia aufert propriam voluntatem, vel ligat, & per consequens infernum. Unde B. Bernardus; Tolle propriam voluntatem, & jam non erit infernus. (f) Paupertas aufert, vel ligat terrenam cupiditatem, & per consequens radicem omnium malorum. Castitas aufert, vel ligat carnalem fœditatem, ex quo facit hominem Angelum; quia ut ait B. Hieronymus: In carne præter carnem vivere, non terrena vita est, sed cœlestis. (g)

Jac. 1. 27.

August. L. de vera Relig. c. 55. n. 111.

Religio unde dicta.

Tria vota obedientiæ, paupertatis, & castitatis.

Cesset voluntas propria, & infernus non erit.

Bernard. in temp. Resurrect. sive Paschæ Ser. 3. n. 3.

Hier. Epist. 54. al. 19. ad Furiam n. 9 & Epist. 130. al. 8. ad Demetriad. n. 19.

Quanta virtus in carne præter carnem vivere.

II. *Religio* igitur, ait B. Apostolus (h), *munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est*, scilicet observantia præmissorum (i). Quæ Religio in se accepta, ut summæ Trinitati sit placita & grata, debet habere maximam sanctitatem in Oratorio, firmam gravitatem in Claustro, profundam humilitatem in Capitulo, continuam sobrietatem in Refectorio, & nitidam honestatem in Dormitorio. Istæ enim sunt partes, in quas dividitur Monasterium (k), scilicet Oratorium, Claustrum, Capitulum, Refectorium, & Dormitorium.

Quid exigatur ut Religio sit summæ Trinitati accepta.

Partes, in quas dividitur Monasterium.

De observantia Oratorii. (l)

III. Ad Ecclesiam itaque vocatus sono campanæ, signo audito, statim illuc ire festina, ita quod sis semper primus in eundo, & ultimus in recedendo: ibique præpara Domino cor tuum per devotionem (m), de qua in Psalmo: *Præparationem cordis eorum audivit auris tua.* (n) Ad istam præparationem tria requiruntur, scilicet: sensuum ab exterioribus revocatio, (o) propriæ par-

Ps. 10. 17. secundum Hebræos.

Ad præparationem cordis quæ requiruntur.

vita-

(a) Ita supradictus Cod. Isidoriano Romanus.

(b) Sic exordiri ab aliquo Divinæ Scripturæ textu apud D. Bona. solemne.

(c) Ad marginem Edit. Maurin. heic ponitur 1. *Retract. c. 13. n. 9.*

(d) Quod *Religio* dicatur *a religando*, lego quoque apud ipsummet D. Bona. L. 4. Phar. c. 19. ex S. Isidoro Etym. L. 7. c 2. & ex eodem S. August. de quantit. ani. c. 36. ante med.

(e) Similiter desinentia, quæ apud D. Bona. passim occurrunt ac infra rursum occurrent. Confer quoad tria vota prædicta Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 1. n. 85. in not. g. nec non Exposit. in cap. 1. Reg. Fratr. Minor.

(f) Ibi in Edit. Mabillon. *Cesset voluntas propria, & infernus non erit.* Et ita L. 3. Phar. c 1. ex eodem S. Bernardo; sed etiam ex eodem Bernardo ibi in Reg. Novitior. c. 13. *Tolle propriam voluntatem, & non erit infernus.*

(g) Ibi ad Fur. *Grandis virtutis est carne, non carnaliter vivere.* Ibi ad Demetriad. *Cælestis Angelorumque familiæ gloria.*

(h) Pariter in Opusc. de perfect. vit. ad Soror. ita vocat. *B. Jacobum, B. Augustinum, B. Bernardum, B. Isidorum, & B. Joannem Chrysostomum.*

(i) Nimirum *Obedientiæ, Paupertatis, & Castitatis.*

(k) Hinc patet hoc Opusculum inscribi quoque posse *De Partibus Domus Religiosæ.*

(l) Quæ sequuntur spectant ad primam partem Domus religiosæ.

(m) De hac Doctor noster devotus Comment. in Apocal. cap. 8. num. 536. ac 539., nec non de perfect. vit. ad Soror. cap. 5. ac in Spec. disciplin. Partic. 2. cap. 6. &c.

(n) Pariter in Stimulo amoris contento in Cod. membr. 8. Biblioth. Veron. Min. Convent. S. Firmi, qui Cod. fert nomen *Venerabilis Fratris Bonaventuræ*. Sed ibi e vestigio subjungitur „ Unde legitur in Vitis Patrum; Quales „ orantes volumus inveniri, tales in oratione „ ante tempus nos præparare debemus „ Præmittitur autem „ Quia oratio nihil aliud est, „ quam ascensus intellectus in Deum, idcirco „ antequam incipias orationem, præpara te „ ad internam devotionem, si vis attingere ad „ Divinam prægustationem ... Et ideo dicit „ Sapiens: Fili ante orationem præpara animam tuam, & noli esse tanquam homo qui „ tentat Deum. Tunc enim homo dicitur tentare Deum, quando absque ulla cordis præparatione currit ad vocalem orationem, & „ petit sibi Divinam speculationem. Sed vix „ aut nunquam poterit impetrare, quia talis „ non dicitur devotus orator, sed potius verborum latrator. Si ergo vis affici in oratione, „ præpara cor tuum ad devotionem. " Et sic quoque Cap. 2. Regul. Novitior. Hinc ex similitudine stili, atque doctrinæ, & quandoque ipsissimis verbis, legitima consecutione deduci posse videtur, utrumque Opusculum scilicet tam præsens, quam d. Reg. Novit. Bonaventuræ asserendum.

(o) De perfect. vit. ad Soror. ibi, & in Spec. ibi &c.

Digitized by Google

vitatis consideratio, (a) Christi Redemptoris ignita dilectio. (b)

Primo sensuum ab exterioribus revocatio.

IV. Dico igitur quod requiritur primo sensuum ab exterioribus revocatio, ut anima nihil aliud intendat, nisi Deum. Unde debet omnium obliviſci, ut impermixta terrenis, ad cœlestia cito vadat. (c) Unde Dominus Jesus: *Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauſo oſtio, ora Patrem tuum.* (d)

Matth. 6. 6.

Secundo propriæ parvitatis consideratio.

V. Sed quia nemo ascendit ad Dei contemplationem, nisi prius descendat per sui humiliationem; ideo secundo requiritur propriæ parvitatis consideratio. (e) Considera ergo quam vilis es per naturam; quia vermis, fœtor, & horror. (f) Quam abominabilis es per culpam (g), quia Creatorem tuum cum suis stipendiis impugnasti, & ad iracundiam provocasti; ideo non es dignus exaudiri, sed potius æternis flammis cruciari. (h) Et sic descende mentaliter ad infernum (i) cum fletu, cogitans quam gravia peccata commisisti, & quantam gloriam perdidisti, & quam dura supplicia meruisti (k); ut sic cogitando tuam transgressionem, qua juste damnatus (l) eras, & Divinam passionem, qua gratis redemptus es (m), venias ad perfectam Christi dilectionem.

Tertio Christi Redemptoris ignita dilectio. Quæ ad hanc consideranda sunt.

VI. Nunc igitur tertium sequitur (n) scilicet Christi Redemptoris ignita dilectio. Si autem vis perfecte diligere Christum, considera primo, quantum fueris dilectus ab ipso; nam *majorem caritatem* (o) *nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis*, ut ipse testatur. Sed ipse Christus filius Dei benedicti plus fecit, quia pro nobis inimicis suis mortuus est. (p) Nam *cum inimici essemus*, teste Paulo, *reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus*. Cogita hæc ergo grandia beneficia Dei; quia cum deberes pro tuis demeritis in inferno æternaliter cruciari, voluit tamen ipse Dei filius pro te redimendo de sua ineffabili gloria descendere in hanc lacrymarum vallem, in tenebrosum carcerem istius mundi, de muliere pau-

Jo. 15. 13.

Rom. 5. 10.

per-

(a) In eod. Spec. ibi, & cap. 1. de perfect. vit. ad Soror.

(b) De hac Doctor noster Seraphicus d. Comment. in Apocal. Ubi num. 546. dicitur *ignitiva dilectio*.

(c) In suprad. Cod. rursum additur: *Certum est enim, quod anima ad modum arboris cogitur in altum elevari, si longe lateque per sensum corporis non permittitur dilatari. Unde Gregorius: Tanto, inquit, avidius gustum Sapientiæ orator intus acciperet, quanto saporem carnis pro eadem sapientia foris robustius repressisset.*

(d) Suprad. cap. 5. de perfect. vit. ad Soror. „ Debet famula Dei tempore orationis cor „ suum ab omnibus exterioribus curis, & mun„ danis desideriis, ab omnibus carnalibus amo„ ribus revocare ad interiora, & illi soli in „ toto corde & tota anima intendere, ad quem „ suam orationem dirigit. Et hoc consuluit „ tibi Sponsus tuus in Evangelio dicens: Tu „ autem cum oraveris, intra in cubiculum „ tuum, & clauso ostio, id est, corde tuo, „ ora Patrem tuum. Tunc cubiculum es ingres„ sa, quando omnes cogitationes, omnia desi„ deria, omnes affectiones tuas, in secreto cor„ dis tui revocasti. Tunc clausisti ostium tuum, „ quando cor tuum diligenter custodis, ut per „ nullas cogitationes tuas phantasticas possis in „ devotione impediri. " Confer Exposit. in cap. 22. S. Luc. ubi de septem Orat. condition. Item Serm. 4. S. Bernardi in Festo Ascension. Domini num. 11.

(e) Sic in præd. Cod. Veronen.

(f) Secundum illud apud ipsummet S. Bona. L. 1. Phar. c. 7. *Post hominem vermis, post vermem, fœtor, & horror.* Insuper confer Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. & Serm. 4. de uno S. Confess. &c.

(g) Cap. 1. Soliloq.

(h) In præfato Cod. Veronen. sic „ Si au„ tem vis videre parvitatem tuam, qui oras „ considera illius immensitatem, quem oras. „ Nam nihil es respectu Dei viventis. Tu „ enim es vermiculus putridus; ipse Deus „ æternus. Tu creatura vilissima, ulceribus „ plena, mortalis & infirmus; ipse vero Crea„ tor optimus, immortalis & impassibilis. Tu „ servus miserrimus, proditor Domini tui, sine „ quo nihil potes; ipse vero bonus Dominus, „ fidelissimus servis suis, omnia potens sine ali„ cujus auxilio. Nec tamen, cum sis nihil, „ ipsum Dominum honorasti, tanquam crea„ tura Creatorem suum, nec tanquam servus „ Dominum suum; sed quod periculosius est, „ peccando eum ad iracundiam provocasti, & „ semper cum suis stipendiis impugnasti. Et „ ideo non es dignus, sed potius flammis cru„ ciari æternis. " Et ita quoque in memorato Cap. 2. Regul. Novitior.

(i) Cap. 3. Soliloq. *Converte radium contemplationis ad reproborum tormenta &c.*

(k) Non dissimiliter Cap. 1. Incendii, sive potius Incentivi amoris; pariterque cap. 5. de perfect. vit. ad Soror. ex Isidoro de summo bono Lib. 3. Cap. 7. sent. 5.

(l) Al. *depravatus*; sed Cod. Veronen. *damnatus*, ac etiam cit. Cap. 2. Reg. Novitior.

(m) Ita idem Cod. Veronen. rursumque d. cap. 2. Regul. Novitior.

(n) Sic eod. cap. 2. Reg. Novit.

(o) Vulg. *dilectionem*, sed *caritatem* etiam in 3. Dist. 30. Art. 1. Q. 2. in Fundam. nec non eod. cap. 2. Regul. Novitior.

(p) *Majus est pro inimico mori, quam pro amico*, Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. c. 15. n. 1038.

Digitized by Google

percula nasci, crudelissima supplicia pati, horribili morte mori, ut mortuus ad inferna descenderet, & te de inferni pelago liberaret, & in cœlesti Collegio coronaret. (a) Et hinc (b) ascende mentaliter ad illud Collegium Beatorum, & tam Divina caritate ignitus, incipias orare ferventer, ut possis dicere cum Propheta: *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.* Ps. 38. 4. (c) Et quandiu oras, semper speculare illam cœlestem Jerusalem triumphantem, ut orando possis dicere cum Apostolo: *Nostra conversatio in cœlis est.* (d) Phil. 3. 20.

De Divino Officio.

VII. Quando ergo fueris in Ecclesia, vel alibi, ad Divinum Officium celebrandum, dicas illud cum profunda reverentia, & timore; & non sis ibi cum vagatione cordis, quia sicut Beatus Bernardus dicit: Oratio cordis est, non labiorum (e). Unde magna est abusio os in choro, & cor in foro (f); quia de talibus dicitur in Psalmo: Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant. Et in Evangelio Matthæi quintodecimo, & Isaiæ vigesimo nono originaliter (g): *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.* (h) Quandiu vero stas in Officio, taliter sis compositus, ut non respicias circumstantes, nec cum aliquo loquaris, nisi fuerit bonum necessarium; sed capite aliquantulum inclinato, oculis demissis, manus habeas ante te, aut in modum crucis, aut manum in manu, nunquam in sinu, nec cubito appodiato (i): cogitans te non solum esse coram Fratribus, sed etiam coram Deo, & Angelis ejus. (k) Unde Propheta: *Prævenerunt principes (l) conjuncti psallentibus, in medio juvencularum tympanistriarum.* Ps. 67. 26. Sis sollicitus ire ad librum, nihil ibi facias negligenter; quia *maledictus qui opus Dei (m) facit negligenter.* Jer. 48. 10. (n) Vide, ne aliquid facias ibi, vel dicas, quod alios provocet ad risum; sed jucundatio tua, & meditatio tua semper sit in Christo, dicens cum Propheta: *Erunt ut complaceant eloquia oris mei, & meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.* Ps. 18. 15. (o) Ante quamlibet horam, vel post, particulam passionis Christi, quæ competit illi horæ, ad memoriam revoca (p) cum lacrymis, si potes. Attende ad Officium, quod dicis, vel ad Deum, cui in Officio loqueris, vel ad illud, quod in Officio impetrare desideras, vel ad illam benedictam Jerusalem triumphantem &c. (q)

Bernardus sive Auctor alius L. ad Sororem de modo bene vivendi §. XLIX. de Orat. n. 117. inter Opera suppos. S. Bernar. Oratio cordis est, non labiorum. Magna abusio habere os in choro, & cor in foro. *Ps.* 16. 5. *Matth.* 15. 8. *Isa.* 29. 13. Compositio in Divino Officio religiose servanda.

De Oratione.

VIII. In omni oratione, quam facis, magis studeas ad devotionem, quam ad consummationem pervenire; ut statim cum inveneris aliquam lacrymam, aliquam gratiam, vel Jesum desideratum, orationem ulterius non protendas:

(a) In sæpe cit. cap. 2. Regul. Novitior. *collocaret.*

(b) Quæ sequuntur usque ad mox seq. num. 7. cum desint in Cod. Isidoriano Romæ, supplevi per Cod. Veronen.

(c) Confer de gradibus contemplationis, ubi de *anima quæ ignitur*, & de *igne qui est vehemens Divini amoris fervor ex camino superfulgentis Jerusalem.* Nec non cap. 7. Itiner. ment. in Deum prope fin. ubi dicitur: *Qui quidem ignis Deus est, & hujus caminus est in Jerusalem, & Christus homo hunc accendit in fervore suæ ardentissimæ passionis* &c.

(d) Ita quoque sæpe d. Cap. 2. Reg. Novitior.

(e) In Cod. Veronen. hæc referuntur ex S. Gregorio; sed ex S. Isidoro in Spec. Disciplin. Partic. 2. c. 6. Ceterum ut supra inter supradicta S. Bernardi Opera habet etiam Auctor Tract. de interiori Domo c. 27. n. 56.

(f) Similiter L. 2. Phar. c. 46. de Oratione inaccepta ex Joanne Chrysostomo: *Mens tua foris vagabatur: corpus tuum intus in Ecclesia, sed animus tuus foras.* Ut supra autem ad verbum in Regula Novitior. c. 1. ab init.

(g) Isai. ibi: *Labiis suis glorificat me, cor autem ejus longe est a me.*

(h) Confer cit. Lib. de modo bene vivendi §. LII. n. 122.

(i) De hoc verbo Vol. 1. Expos. in Cant. c. 2. n. 96. ac c. 8. n. 330. in fine. Item Ser. 1. Dom. in Quinq. in fine paulo ante *Rogemus ergo* &c.

(k) Sic cap. 8. de sex Alis Seraphin.

(l) *Id est, Angeli conjuncti psallentibus*, cap. 1. d. Reg. Novitior. ubi fere ad verbum omnia sunt præcedentia, & sequentia. Ita & S. Bernardus sensu accommodationis, qui etiam S. Bernardo familiaris est. Vid. Ser. 7. in Cant. & Ep. 78. atque Lorin. Favet sensui huic Gordoni Paraphrasis, quam consule, si lubeat.

(m) Vulg. *Domini*; sed *Dei* ipsemet cit. Cap. 8. de sex Alis Seraphin.

(n) Vulg. *fraudulenter*; sed *negligenter* LXX. & S. Gregor. Moral. L. 3. c. 13. n. 25. Ceterum secundum Vulg. *fraudulenter* eod. cap. 8. de sex Alis Seraphin.

(o) Cit. cap. 1. Reg. Novit.

(p) Cit. cap. 8. de sex Alis Seraphin.

(q) Supra ad fin. num. 6.

Digitized by Google

das; sed eo fruere (a) quem quærebas, (b) ut dicas cum Sponsa: *Inveni, quem diligit anima mea, tenui eum, nec dimittam.*
Cant. 3. 4. Et subtrahente se Jesu (c), orationem perficias, quam cœpisti, & consulo tibi, ut nunquam, si poteris, orationes consuetas dimittas. Non enim qui incipit commendatur, sed qui finaliter perseverat. Ora ergo, Frater (d) carissime, & te in oratione exerce; quia pauperi non oranti æterna supplicia promittuntur. (e) Ait enim Beatus Bernardus: Ora semper, instanter ora (f); quia ille dicitur habere tunicam mixtam sanguine, qui carnem suam nutrit de pauperum sudore, nisi recompenset in devota oratione, & gratiarum actione. (g) Cantando etiam nobis multa bona proveniunt. (h) Graves ergo pro eis effundite gemitus; alioquin quod hic in deliciis sumitur, in tormentis evometur. Studeamus tanto frequentius, & morosius cum fervore dilectionis orare (i), quanto nobis plus ceteris majora beneficia conferuntur; quia sicut dicit Beatus Gregorius: Tanto ergo esse humilior, atque ad serviendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione. Et omnis oratio tua semper vertatur, aut circa beneficia collata tibi cum gratiarum actione, aut circa tua, & proximorum scelera perpetrata, cum dolore, & lacrymarum effusione. Ista est enim scala, per quam videbat Jacob Angelos ascendentes, & descendentes. (k)
Gen. 28. 12.

Bernard. in Festo Ascension. Serm. 4. n. 11.

Gregor. in Evang. L. 2. Hom. 9. n. 1. fere in princ.

De Numero Orationum.

IX. Orationes autem, quas facis; semper habebis sub certo numero terminatas, quas nunquam dimittas, nisi urgente manifesta necessitate, vel infirmitate coactus, quæ sunt hæ. Primo ad laudem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis, quotidie inter diem, & noctem, dicas centum Pater noster cum Gloria Patri: & totidem Ave Maria cum genuflexionibus. Item quotidie dicas septem Psalmos pœnitentiales cum Litaniis pro Benefactoribus vivis, & Vigilias mortuorum cum tribus Lectionibus, & suis Laudibus, & Vesperis Defunctorum, hoc est *Placebo* &c. Quotidie semel ad minus a Fratrum consortio separatus stude animum tuum ab omni sollicitudine revocare (l); & tunc illicitis cogitationibus impermixtus, cum profunda cordis humilitate, & devotione, & gratiarum actione, recogita cuncta beneficia Creatoris. Et maxime quia pro te humiliter voluit incarnari, & multa acerbissima supplicia pati, & crudelissima atque turpissima morte mori.

De Meditatione Passionis Christi.

X. Quæ autem debes de Passione Domini cogitare, Beatus Bernardus (m) ostendit dicens: O homo respice mentali oculo, quanto remunerationis debito astringaris Domino tuo patienti. Respice sudorem sanguineum, alaparum contumeliam, flagellorum duritiam, coronam spineam, verborum blasphemiam, sputorum ludibria, crucis angariam, suspendium patibuli, oculos languentes, oris pallorem, fellita cibaria, acetosa pocula, membra perforata, totum corpus in modum pellis usque
Bernardus.

(a) Videlicet ut sit *omnium intentionum & actuum cordis in Sponso totalis restauratio & quietatio*. Vol. 1. Exposit. in Cant. ibi §. 141.

(b) Ita Cod. Veronen.

(c) De hac subtractione S. Bernard. Serm. 44. de diversis n. 4.

(d) Sic apud Alex. Ariost.

(e) Hæc verba laudantur a d. Alexandro Arioste, tanquam a Bonaventura prolata in hoc Opusc., quod inc. *Religio munda, & immaculata* &c.

(f) Auctor quoque L. ad Soror. de modo bene vivendi inter Supposit. ejusdem S. Bernard. §. XLIX. n. 118. ait: *Ora indesinenter, ora jugiter*.

(g) Ita & sæpius laud. cap. 2. Reg. Novit. Quæ verba bene notent Fratres Mendicantes, pauperum eleemosynis viventes.

(h) Supra cit. L. ad Soror. de modo bene vivendi §. LII. n. 122. ubi de Cantus Ecclesiastici effectu, & utilitate.

(i) Nanque, ut ait S. Gregorius: *Virtus veræ orationis est celsitudo caritatis*. Vid. L. 2. Phar. c. 45.

(k) Sic in Cod. Veron. ac sæpe d. cap. 2. Reg. Novit. Et ideo dicitur scala, quia ut cum S. Augustino loquitur Phar. cit. L. 2. c. 45. *Oratio est ascensio animæ de terrestribus ad cælestia, inquisitio supernorum, invisibilium desiderium*. Et sicut *scala illa in typo humilitatis Jacob monstrata est*, quemadmodum loquitur S. Bernardus de Gradibus Humilitatis cap. 2. n. 3.; ita humilis oratio scala Jacob mystica jure meritoque dicitur.

(l) Vid. cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror.

(m) Allegatur *Bernardus* tam cap. 2. Reg. Novit. quam etiam in Cod. Veronen. Item in Amator. pag. 796. col. 2. noviss. Edit. Venet.

Digitized by Google

que ad enumerationem omnium ossium extensum in cruce (a), caput inclinatum, mortis supplicium. Et quid plura? Vita pro nobis mortua est. Et cum hæc omnia prolixius, & cum lacrymis, cogitaveris, convertere protinus ad teipsum, & considera, quod bonus Jesus non tantum supradicta, sed alias infinitas sustinuit passiones, ut de servitute diaboli te liberaret. Et tu ingratus beneficiis Creatoris tui cum sis sua morte redemptus, non solum eum ardentius non amasti; sed eum peccando potius impugnasti, sicut ipse conqueritur per Prophetam dicentem; *Retribuebant mihi mala pro bonis: & odium pro dilectione mea*. Ad ultimum resurge, sperans de Dei misericordia, qui dicit: Quidquid (b) orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis (c).

Ps. 34. 12. & Ps. 108. 5.

Mar. 11. 24.

De Observantia claustri.

XI. Quandocunque eris in claustro (d), claustri recordare inferni, quod ut evaderes, in monasterii claustro te voluisti includere. Et ideo contraria eorum, quæ exolvuntur in claustri inferno, in tuo claustro studeas operari. Nam in claustro inferni Deus continue blasphematur; & tu in tuo claustro assidue Deum lauda. Ibi lacrymæ doloris nullius valoris emittuntur; & tu hic lacrymas emitte devotionis, & compassionis. Illic claustrum damnatorum carcer vocatur æternus; tuum claustrum ad modicum te potest claudere tempus, post quod patriæ te assignabit cœlesti. Ibi variæ inferuntur pœnæ, sed non ad gratiam, vel gloriam; te semper in tuo claustro affligere studeas ad gratiam, & coronam. Et quia ille carcer, sive claustrum, omnis superbiæ dicitur domus; ut illud postis evitare, in tuo claustro cum omni humilitate studeas conversari. Et quia in claustro inferni nunquam est silentium; ut ad illud non venias, in tuo claustro tene strictum silentium. (e)

Antithesis inter claustrum inferni, & claustrum Monasterii.

De Visitatione infirmorum.

XII. Si autem aliquem Fratrem tuum senseris infirmari, claustrum egrediens, illum studeas visitare, & eum ad minus tribus vicibus in die consolari curabis; servitium ei impendens, si necesse fuerit; (f) quia dicit Regula, quod Fratres debent servire infirmis, sicut vellent sibi serviri. (g)

Reg. Fratr. Minor. c. 9.

De Honestate.

XIII. Stude autem diligenter, non solum in claustro, sed etiam in omni alio loco, in omni opere honestatem tenere. Si igitur desideras eam habere, habeas frequenter, & ferventer orationem. Stude etiam semper inhonesta verba, & otiosa vitare; quia secundum Apostolum: *Corrumpunt bonos mores colloquia mala*. Inhonestorum, & indiscretorum consortia fuge, ludos manuum, & maxime cum juvenibus, devita. Nunquam loquaris cum aliquo, nisi verba præmeditata, ordinata, utilia, & honesta; quia sicut dicit Beatus Bernardus: Omnia verba tua primo bis veniant ad limam, quam semel ad linguam. (h) Non sis murmurator, & judicator aliorum; nisi manifeste fuerit contra Deum; sed potius reprehensus, statim genu flexo, dicas culpam tuam, sive sis culpabilis, sive non (i); quia secundum S. Gregorium: Bonarum mentium

1. Cor. 15. 33.

Bernardus, vel potius Arnulfus Monachus de Breviis Ord. Cisterc. in Spec. Monach. inter Oper. sub Bernardi nomine. Verba bis veniant ad limam, quam ad linguam.

Gregorius in Regist. L. 11. Indict. 7. ad 10. interrogat. August.

(a) Sic in Ligno Vit. Tit. *Jesus cruci clavatus*, & etiam alibi.

(b) Vulg. *omnia quæcumque*.

(c) Vulg. *& evenient vobis*.

(d) Hæc secunda pars Domus Religiosæ.

(e) Claustrali, qui hæc serio perpenderit, fiet claustrum & solitudo Paradisus, ut loquar S. Hieron. verbis Ep. ad Rust. Monach. apud D. Bona. Phar. L. 4. c. 18. Vid. quoque S. Bernardum Serm. 42. de diversis n. 4. Confer etiam cum Serm. de S. Nicolao To. 5. Oper. sub ejusdem S. Bernardi nomine num. 5. Item ex eod. S. Bernardo idemmet S. Bona. de *claustrali Paradiso* Phar. ibi c. 19. ad fin.

(f) Hæc omnino conveniunt S. Bonaventuræ. de quo Octavianus de Martinis Suessanus in Orat. de ejusdem Vit. & Mirac. „ Infirmorum „ cura supra quam credibile sit, delectabatur, „ quove gravioribus, aut contagiosis morbis „ gravarentur, eo magis se totum illorum ob„ sequio occupabat. "

(g) Confer cum ejus ad prædicta verba Exposit., nec non cum Reg. Novitior. c. 7. ad fin.

(h) Sic in Spec. Discipl. ad Novitios Par. 1. c. 31. Vid. cap. 9. Reg. Novitior.

(i) Ita ad normam S. Francisci dicentis „ Beatus servus, qui non est velox ad se se excu„ sandum: & humiliter sustinet verecundiam „ & reprehensionem de peccato, ubi non com„ misit culpam. " In Spec. Discipl. ad Novit. Par. 1. c. 10. nec non in ejusd. S. P. Franc. Admonition. ad Fratres, ubi de correct. Par. 1. Firm. trium Ord. fol. 20. col. 2.

Digitized by Google

Bonarum mentium est ibi timere culpam, ubi culpa non est.

tium est ibi timere culpam, ubi culpa non est. (a) Quando vadis per domum, vel extra, habeas gressum mitem, manus continentes, oculos non vagos; sed demissos (b); quia secundum S. Augustinum: (c) Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. Et quandocunque videris Fratres, non de Deo, vel de sacra Scriptura, vel de bonis moribus loquentes; statim recede ab eis. Et ut melius prædicta facias, stude semper humilitatem habere; quia ut dicit Gregorius: Qui ceteras virtutes sine humilitate congregat, quasi pulverem in ventum portat. (d)

Augustinus in Regula ad Servas Dei n. 6. Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius.

Gregor. M. l. 1. in Evang. Hom. 7. n. 4. ad fin. Qui sine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat.

De Silentio.

XIV. Toto tempore vitæ tuæ strictum silentium serva, & maxime in Divino Officio, in mensa, in claustro, & in dormitorio; quia dicit Beatus Gregorius (e), quod mens, quæ non habet murum silentii, de facili patet jaculis inimici. (f) Ideo dicit Beatus Augustinus: (g) Mutum debet esse os hominis nisi ad tria; scilicet ad laudem Dei, ad accusationem sui, & ad ædificationem proximi. (h)

Gregor. Moral. L. 7. c. 37. n. 59. Augustinus Enarras. in Ps. 140. n. 1. ac seqq.

Os hominis ad quæ aperiendum.

De Familiaritate sæcularium.

XV. Toto tempore vitæ tuæ studeas quantum poteris bono modo familiaritatem sæcularium devitare, (i) maxime illorum, de quibus dicitur: *Generatio perversa est, & infidelis filii.* Cum autem fueris cum eis, aut aliqua necessitate coactus, vel cogente utilitate; cave ne loquaris cum eis, nisi necessaria, vel utilia. Et si ipsi loquentur de sæculo, item de guerris (k), non acquiescas eis respondendo, vel interrogando, dicens cum Propheta: *Non loquatur os meum opera hominum.* (l) Et semper sis cum eis timidus, non securus, humilis, breviloquus (m), & modestus.

Deut. 32. 20.

Ps. 16. 4.

De Locutione cum mulieribus.

XVI. Mulieres vero fugias, sicut serpentes (n), & nunquam loquaris cum aliqua, nisi urgens necessitas te compellat (o); nec respicias in faciem alicujus, *Molliti sunt sermones ejus super oleum, & ipsi sunt jacula.* (p) Ideo dicit Beatus Augustinus: Sermo brevis & rigidus cum mulieribus habendus. (q) Nec tamen quia sanctæ sunt, minus cavendæ sunt; quo enim sanctiores sunt, magis alliciunt, ut dicit idem Augustinus: Crede mihi, Episcopus sum, veritatem loquor in Christo, & non mentior. Cedros Libani, & grandes abietes, (r) sub hac specie reperi corruisse, de quibus non minus præsumebam, quam de Gregorio Nazian. & Ambrosio. (s) Unde ait etiam Beatus Bernardus: Quotidie conversari vis cum muliere, & continens putari? Esto quod sis, maculam tamen suspicionis portas (t). Scandalum mihi es, tolle materiam, & causam scandali, (u) quia *væ homini illi, per quem scandalum venit.* Fuge ergo laqueos mulierum, quia dicit Beatus Hieronymus: Non es David Sanctior, nec Samsone fortior, nec Salomone sapientior. (x) Ideo in Regula

Ps. 54. 22.

Augustinus.

Augustinus.

Bernardus Ser. 65. in Cant. n. 4.

Matt. 15. 23.

Matth. 18. 7.

Hieronymus Ep. 52. al. 2. ad Nepotian. n. 5.

(a) Refertur etiam cap. 9. d. Reg. Novit.
(b) Ibi, ac etiam alibi.
(c) Ibi *dicit Isidorus.*
(d) L. 4. Phar. cap. 12. & cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. nec non cit. cap. 9. Reg. Novit.
(e) Allegatur & cap. 15. d. Reg.
(f) Verba ejus ibi sunt: *Quia murum silentii non habet, patet inimici jaculis civitas mentis.* Et ita quoque laudatur Phar. L. 3. c. 3. de Multiloq.
(g) Refertur & eod. cap. 15. d. Reg.
(h) Ibi *ad utilitatem proximi*, & sine designatione Augustini Exposit. in Cap. 11. S. Luc.
(i) Sic cap. 11. Reg. Novit.
(k) De hac voce etiam a S. Bernardo adhibita Vid. Prodr. col. 162.
(l) Pariter cit. cap. 11. d. Reg. Novit.
(m) *Hoc etiam consuluit Philosophus: Ad summam perfectionem volo te esse breviloquum*, Cap. 4. de perfect. vit. ad Sorar.
(n) Phar. L. 1. cap. 8. de Muliere, & Lib. 3. cap. 26. de Familiaritate, nec non de Puritate conscientiæ cap. 14. de Periculo familiaritatis Dominarum.
(o) Confer cum Legenda S. Franc. cap. 5.
(p) Ita supra d. cap. 11. Reg. Novit.
(q) Sic ibi, & de Purit. consc. cit. cap. 14. de Peric. familiarit. Dominar. prope finem.
(r) Ibi *gregum arietes.*
(s) Ibi *de quorum casu non magis præsumebam, quam Gregorii Nazian. & Ambrosii.* In hanc rem videri quoque potest quod refert D. Bona. de Peric. familiarit. Dominar. ibi ex Epist. S. Hieron. ad Oceanum. Item L. 4. Phar. c. 18.
(t) Verba Bernardi ibi sunt: *Esto ut sis; sed ego suspicione non careo.*
(u) Ibi: *Scandalo mihi es, tolle scandali causam.*
(x) In locis citatis Purit. conscient. & Reg. Novit. ac L. 3. Phar. c. 26. Vid. Regulam Monachorum ex Scriptis D. Hieronymi per Lucam de Olmeto (apud Martianæum de Olivero) collectam cap. 3. de Castitate.

Digitized by Google

Reg. Fratr. Min. c. 11.

gula dicitur, quod Fratres non habeant ſuſpecta confortia, vel conſilia mulierum. (a)

De Obſervantia Capituli. (b)

XVII. Et quia defectus clauſtri in Capitulo corriguntur, quando illud ingrederis, niſi vocatus nomine, vel inculpatus, nihil loquaris; ſed humiliter recognoſce culpam tuam (c), defectus tuos reverenter exprime, ne in præſumptuoſum labaris judicium. Capitulum ſemper Conſiſtorium tibi repræſentet Divinum, Prælatus Judicem, Fratres ſine culpa Sanctos; ſed Fratres defectivi (d) peccatores miſericordiam acclamantes. Si tibi aliqua pœnitentia imponatur, de qua tibi non videtur, patienter feras; quia tibi erit ad meritum, dato quod non præceſſerit vitium, ut patientiæ Chriſti ſemper videaris exemplum.

De Patientia.

XVIII. Cum autem Capitulum fueris egreſſus, ne patientiam perdas, ſemper vade ſuſtinens, ſi alia tibi infligatur injuria, ut ſemper maledicentibus benedicas, (e) & injuriam facientibus gratiam referas, ut ſemper Chriſtum repræſentes injuriatum. Si tibi aliquod verbum dicatur opprobrii, caput inclina, & genuflecte (f), & Deum lauda, dicendo Deo gratias (g) contumeliis Chriſti, qui pro me pertulit falſa: & ego pro amore ipſius iſta & majora paratus ſum ſuſtinere. Quod poſtquam feceris, nunquam inferenti tibi injurias obſequium deneges, nunquam ſubtrahas verbum, neque in aliquo mutes vultum, ut flagellorum Chriſti videaris ſignaculum.

De Humilitate.

XIX. Et ſemper eadem humilitas in vultu, & geſtu appareat. Eſt enim vera humilitas ſpernere mundum (h), ſpernere nullum, ſpernere ſe ſe, (i) ſpernere ſe ſperni (k). Ad quod ſpernendum regularem obſervantiam in mira dulcedine experieris; quam ut obſervare valeas, ſemper te contemnas, atque deſpicias. Omnes Fratres meliores te reputa, & quod eorum conſortio non es dignus. Laudes tuas audias, ſicut cantum Sirenarum; nec dicas ſine dolore verbum, pro quo credas te debere reputari ſapientem, vel ſanctum ab hominibus. Et ſi te contemni ſenſeris, gaude; quia Chriſtum contemptum jam imitari meruiſti. Et hæc eſt prima via veniendi ad gradum perfectionis, ad quam etiam acquirendam multum valet aſperitas veſtis, & vilitas. Quæ vera humilitas.

De Obedientia.

Reg. Fratr. Min. c. 10.

XX. Cum igitur teneamur ex Regula obedire Prælatis noſtris in omnibus, quæ non ſunt contraria animæ, & Regulæ noſtræ; ſtude toto tempore vitæ tuæ eis in omnibus ſubjacere, & ſemper humiliter his obedire: non ſolum Prælatis, ſed etiam aliis. (l) Et non cures diſcernere, quis eſt qui præcipiat. (m) Unde dicit Gregorius: Non licet ſubditis diſcernere, ſed ſtatim ſimpliciter obedire, (n) immo ultro ſe offerre. Unde cogita bene & diligenter dictum Beati Bernardi, videlicet, quod nihil ardebit in inferno, niſi propria voluntas. (o) Cogita etiam de humilitate Chriſti profundiſſima (p); unde quanto illud, quod tibi obedientialiter imponitur, eſt aſperius, durius, & carni

Gregorius. Bernardus.

(a) In Expoſit. d. Reg. ibi.
(b) Hæc pars tertia Domus Religioſæ.
(c) Ita etiam Par. 2. de Inſtit. Novitior. cap. 6.
(d) *Defectivi*, id eſt, imperfecti, Tertul. adv. Valent. c. 14.
(e) Cap. 1. de Grad. Virtut.
(f) Cap. 7. Par. 1. de Inſtit. Novitior.
(g) Cap. 5. de Grad. Virtut.
(h) In Collat. de Contemptu ſæculi.
(i) Cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror. & L. 4. Phar. c. 12. ex S. Bernardo Serm. 16. in Cant. num. 10.
(k) Eod. L. 4. Phar. c. 12. ex S. Anſelmo de Similitudin. c. 10. & ſeq.
(l) In Reg. Novitior. c. 13. Unde & in Alphab. Religioſor. incipient. ait: *Humilibus conſentiens, Majores honorare: In omnibus obediens, Prælatoque parebis.*
(m) In ead. Reg.
(n) Ibi. Unde ad prædictorum normam Guigo Carthuſ. Epiſt. ſive Tract. ad Fratres de Monte Dei L. 1. c. 5. n. 14. inter Suppoſit. S. Bernardi „ Perfecta obedientia eſt non diſcer„ nere quid vel quale præcipiatur; ſed ad hoc „ tantum niti, ut fideliter & humiliter fiat, „ quod a majore præcipitur.“ Vid. S. Greg. Dial. L. 2. c. 7. & in 1. Reg. c. 4. n. 12.
(o) Pariter ibi. Vid. ſupra n. 1.
(p) Cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror.

Digitized by Google

ni horribilius, tanto ad ipsum debes esse paratior, & patientior ex animo: quia ibi majus meritum. Obedientias autem favorabiles pro viribus declinare debes; quia non est ibi tantum meritum. Qualis vero debeas esse obediens, Bernardus describit dicens: Verus obediens nescit moram, mandatum non procrastinat; sed statim parat oculos visui, aures auditui, linguam voci, manus operi, pedes itineri, & totum se interius colligit, ut imperantis faciat voluntatem. (a)

Bernardus Ser. 41. de diversis n. 7.

De Observantia Refectorii. (b)

XXI. Cum autem venerit hora prandii, vel cœnæ, statim cum campanulam (c) audieris, te ante Refectorium repræsenta; ubi stans, vel sedens, in silentio studeas permanere; & dicas Pater noster pro Benefactoribus vivis, & defunctis, quoties poteris; vel De profundis, & Fidelium, vel Absolve. Examina teipsum quomodo in oratione, vel lectione, vel in servitiis laborasti, ut præparatas eleemosynas possis secura conscientia manducare. (d)

De Mensa.

XXII. Mensam autem ingrediens, cogita te substantiam pauperum comesturum, & tunc incipias comedere cum dolore, & timore cordis, ut verificetur in te illud Job: *Antequam comedam, suspiro*. (e) Lectionem libenter audias, & sis semper ibi honestus, capite cooperto, oculis non diffusis; & nulli loquaris sine magna necessitate: & ne cures scire quid, quantum, vel quale alii comedant. Non sis primus in comedendo, nec ultimus in finiendo. Et dum sanus es, nunquam panem eligas meliorem, nec deteriorem tantum dimittas, ne Deum offendas, & proximum scandalizes. Contentus appositis, alia non desideres; & non comedas rapaciter sicut gulosi, *quorum Deus venter est*, sicut dicit Apostolus: sed curialiter (f) & honeste manduca. (g)

Job 3. 24.

Philip. 3. 19.

XXIII. Quia vero secundum Augustinum, sicut in jejuniis, & vigiliis, & omni castigatione corporis, quam plurimum adjuvatur oratio, (h) ita mens ciborum nimietate lassata, orationis, & devotionis perdit vigorem; & Isidorus (i) dicit, quod ubicunque satietas & ebrietas fuerit, ibi libido dominabitur: (k) ideo primo caveas, ne vinum forte, aut purum bibas; ne quod datur ad nutrimentum, fiat tibi ad detrimentum. Dicit enim Apostolus: *Modico vino utere propter stomachum*; quia certe *luxuriosa res* est *vinum*. Et ideo dicit idem Apostolus: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*. (l) Specialia nunquam tibi procures, nec oblata recipias, si vitare possis bono modo. In fine vero micas diligenter collige & manduca; quia dicit Dominus: *Colligite quæ superaverunt fragmenta; ne pereant*. (m)

Augustinus Epist. 121. ad Prob. c. 16. circa fin.

Isidorus L. 2. de sum. bon. c. 43.

1. Tim. 5. 23.

Prov. 20. 1.

Eph. 5. 18.

De Abstinentia.

XXIV. Cave, ne nimis excedas in abstinendo, sed sicut dicit Beatus Hieronymus (n), tantum jejunium tibi impone, quantum ferre poteris; melius est enim, inquit, tibi quotidie parum sumere, quam raro multum. (o) Semper autem, dum sanus es, cibariis communibus sis contentus, scilicet pane, vino, & pulmento tantum. Et si tibi aliud apponatur, si indiges, accipias; & hoc modeste, sicut decet servum Christi, & zelatorem sanctissimæ paupertatis.

Hieronymus Ep. 54. al. 10. ad Fur. n. 10.

Reg. Frat. min. c. 5.

(a) Sic in d. Reg. Novitior. ibi. Confer cum Vol. 2. Comment. in Cap. 4. Apocal. n. 263.
(b) Hæc pars quarta Domus Religiosæ.
(c) In cit. Reg. c. 5.
(d) Ita ibi.
(e) Ibi quoque.
(f) Ita etiam alibi idemmet D. Bonaventura.
(g) Ut supra etiam cit. cap. 5. d. Reg.
(h) Ita L. 4. Phar. c. 45. de abstin. & rat. ex eodem Augustino ibi, nec non ex Joan. Chrysostomo, Isidoro, Bernardo, & Glossa.
(i) Ut supra in d. Reg. Novitior. c. 6.
(k) Ita ad sensum tantum Isidori, quia ejus verba sunt, quod *flammam libidinis, luxuriam quoque carnis gignunt*.
(l) Pariter cit. L. 4. Phar. c. 45. ibi, ex S. Bernardo Ser. 66. in Cant. ante med., & in d. Reg. Novit. c. 5.
(m) In eod. c. 5. ibi.
(n) In d. Reg. c. 6. *Isidorus*; sed *Hieronymus* Phar. L. 2. c. 36. de Continentia gustus.
(o) Verba Hier. ibi sunt: *Multo melius est quotidie parum, quam raro satis sumere*. Vid. Tract. de Vit. myst. c. 42. num. 135. not. n.

Digitized by Google

De Cibariis calidis.

Hieronymus loc. cit.

XXV. Cibaria vero calida, quæ magis provocant ad gulam, quam ad ſuſtentationem, ſemper devita, ſicut ſunt cibaria ſpeciebus compoſita, & nimis delicata, & ſimilia. Nam ſicut dicit Bernardus: Satis eſt ad omne condimentum ſal cum fame (*a*). Nunquam vero occaſione cibi dimiſſi permittas tibi dari alium, qui carior reputatur; quia tunc non eſſet abſtinentia, ſed ſimulatæ ſanctitatis apparentia. Cave autem, ne abſtinendo manducantes judices, vel contemnas, ſicut dicit Apoſtolus: *Qui non manducat, manducantem non ſpernat*. (*b*) Si aliqua abſtinentia tibi aliquando videatur dura, ſtatim cogita de Domino Jeſu, qui cum eſſet verus Deus, in anxietate patibuli eſt fatigatus, ſpinis coronatus, clavis perforatus, ſitiens aceto cum felle mixto potatus; & ſic quamlibet aſperitatem faciliter ſuſtinebis. (*c*) Ait enim Gregorius (*d*): Si paſſio Chriſti ad memoriam reducatur, nihil eſt tam grave, quod non facile toleretur. (*e*) Omnem ſuperfluitatem, & aviditatem devita, quia ſunt incentivum, & nutrimentum luxuriæ. Si ante alios te comeſtionem terminare contingat, Divinæ providentiæ cogita largitatem, qui beneficia ſua tibi adminiſtrare non ceſſat; licet non recognoſcas, ſicut deberes.

Bernardus Ep. 1. ad Robert. Nep. n. 11.

Rom. 14. 3.

Gregorius. Ad paſſionis Chriſti memoriam facilis redditur tolerantia cujuſcunque paſſionis.

De Egreſſu a menſa.

XXVI. Cum a menſa fueris egreſſus, Deum devotiſſime lauda, & ei gratias referre non ceſſes. Quibus gratiis completis trahas te ad partem, & viginti Pater noſter cum Requiem æternam pro animabus illorum dicas, quorum ea, quæ ſumpſiſti, fuerunt, vel Vigilias Mortuorum. Summo ſtudio otium devita; quia illud eſt animæ vivæ ſepultura (*f*), & multis eſt occaſio ruinæ. Et ideo ſemper cum Divinis laudibus, vel caritatis operibus occuperis. (*g*)

Seneca Epiſt. 82. ſtatim a princ.

De Paupertate.

XXVII. Cum autem paupertas ſit totius ſpiritualis ædificii primarium fundamentum, (*b*) idcirco toto tempore vitæ tuæ in omnibus tranſitoriis rebus ſtrictam paupertatem obſerva, ſicut præcipitur in Regula, ut nihil ſub cœlo habeas, niſi ea quæ neceſſitati tuæ per Regulam conceduntur. Dicitur enim ibi: Quod Fratres nihil ſibi approprient, nec domum, nec aliquam rem. (*i*) Nam iſta tranſitoria ſunt contraria æternis: ideo ſis ſemper pauper in terra, ſi de cœlo deſideras te non repelli. Dicit enim Beatus Gregorius: Tanto quis a ſuperno amore disjungitur, quanto inferius delectatur: & quanto quis amplius terrena faſtidit, tanto propinquior fit cœleſtibus. (*k*) Ex quo igitur per penuriam terrenorum pervenitur ad gloriam Beatorum, ſtude ſemper ſtrictiſſimam paupertatem tenere, & ipſa neceſſaria time. Attende ſemper, ut nihil habeas in cella, niſi ea, ſine quibus bono modo eſſe non potes. Et hoc etiam de rebus minimis, & parum valentibus dico; ne forte negligendo pauca, vel modica, paulatim tetenderis ad majora. Ait enim Auguſtinus: Vitaſti grandia, cave ne arena obruaris. (*l*) Nec etiam habeas, niſi illa, quæ inſtans, & imminens exigit neceſſitas manifeſta, non poſſibilis, ſed actualis. Hæc enim ad mo-

Reg. Fratr. Minor. ſive S. Franc. c. 6.

Gregorius Moral. L. 18. c. 9. n. 16.

Auguſtinus Enarrat. in Pſ. 39. in illa verba: Multiplicatæ ſunt ſuper capillos &c.

(*a*) Ita in cit Ep.; ſed *cum pane, & fame* in ſæpe d. Reg. Novitior. c. 6. Quo vero ad præfata *cibaria ſpeciebus compoſita, & nimis delicata*, laud. Bernardus ibi: *Piper, gingiber, cuminum, ſalvia, & mille hujuſmodi ſpecies falſamentorum, palatum quidem delectant, ſed libidinem accendunt.*

(*b*) Vulg. *non judicet*; ſed *non ſpernat* etiam in d. Reg. ibi.

(*c*) Similiter ad fin. cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror.

(*d*) *Gregorius* in ead. Reg. ibi, nec non infra Serm. 9. in Purificat. B. M. V. num. 5. Item in Flor. Tho. Hiber. ver. *Paſſio* allegatur *Grego. in quadam Epiſ.* Unde mendum videtur, quod Serm. de Exalt. S. Cruc. legitur *Bernard.* pro *B. Gregor.* Menda hujuſmodi in allegationibus, nedum in editis, ſed & in MSS. paſſim occurrunt.

(*e*) Horum ſimilia ſupra Tract. de Vite Myſt. cap. 44. num. 154.

(*f*) Ita ex eodem Seneca D. ipſe Bona. Phar. L. 2. c. 10. de Acedia in fine.

(*g*) Cap. 8. Reg. Novit.

(*h*) Ita D. ipſe Bona. Comment. in Apocal. c. 2. n. 126. ac in Joan. Evang. c. 12. n. 849. Serm. 4. Dom. 4. poſt Pentec. ac Serm. 1. Dom. 22. poſt Pentec, Unde & in Alphab. metr. Religioſor. incipient. ceu a fundamento ſic exorditur: *Ama paupertatem, ſis vilibus contentus*: Vid. Vol. 1. Præfat. General. n. 24.

(*i*) Pariter in Reg. Novit. c. 14.

(*k*) Quoad ſenſum tantum; ſed ut ſupra etiam in d. Reg. ibi.

(*l*) Inibi in ead. Reg.

Digitized by Google

paupertatis altiſſimæ (*a*) veritatem pertinet. (*b*)

De Dormitorii Obſervantia. (*c*)

XXVIII. Cum ad horam perveneris dormiendi, antequam ingrediaris lectum, omnes affectus, cogitatus, & actus, quos in die feciſti, cum amaritudine ad memoriam revocare ſtudeas, quos velut faſciculos doloris conſtitue ante te. Et nunquam in lecto te ponas, niſi prius contritione fueris repletus, ne hoſtis ſuper te poteſtatem accipiens, reumate, vel alio morbo, te dormientem extinguat, & ad dolores, quod Deus avertat, te pertrahat damnatorum. Deinde aſpergas te aqua benedicta. In lecto autem ſic poſitus, donec ſomnus te occupet, dicas aliquos Pſalmos, vel Pater noſter, vel Paſſionem Domini noſtri meditare. Si autem moleſtatus ſis cogitationibus malis, ſtatim ſurgens fugias ad Eccleſiam dicendo: *Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus, & fugiant qui oderunt eum a facie ejus. Sicut deficit fumus, deficiant, ſicut fluit cera a facie ignis, ſic pereant peccatores a facie Dei.* (*d*) Et caveas, ne eundo, vel redeundo, Fratres conturbes, ut Deo primum, & Fratribus omnibus, valeas eſſe gratioſus. Amen.

Examen conſcientiæ præmittendum ingreſſui in lectum.

Et peccatorum contritio.

Memoria Paſſionis Chriſti revocanda.

Pſ. 67. 2. *ac ſeqq.*

SE-

(*a*) *Altiſſimam* alibi quoque ſæpe vocat D. Bonaventura, ſic edoctus a Regula S. P. Franc. cap. 6. ubi ait „ Hæc eſt illa celſitudo altiſſi„ mæ pauperratis, quæ vos cariſſimos Fratres „ meos, hæredes, & reges regni cœlorum in „ ſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſubli„ mavit &c. “ Quæ ipſiſſima verba Ser. 4. Dom. 4. poſt Pentec. repetit loquens de Apoſtolis Chriſti, qui *relictis omnibus ſecuti ſunt eum*, Luc. 5. 11. Unde & Ser. 2. in Cath. S. Petri Apoſtoli ait „ Pſalmus: Conſtitues eos Princi„ pes ſuper omnem terram. (*Pſ.* 44. 17.) „ Mirum valde, dum putaſſent Apoſtoli ſe pro„ pter Chriſtum omnia reliquiſſe, invenerunt ſe „ principatum ſuper omnia accepiſſe. Pſal. „ Principes populorum congregati ſunt cum „ Deo Abraham. (*Pſ.* 46. 10.) Unde Apo„ ſtoli fuerunt tanquam nihil habentes, & om„ nia poſſidentes. (2. *Cor.* 6. 10.) Nobilis mar„ garita paupertas, quæ dum omnia contemnit, „ dominium ſuper omnia accipit &c. “

(*b*) Ejus celſitudinem aſſequitur *nihil ſervans proprium*, *nudum ſequens Chriſtum*, in d. Alphab.

(*c*) Hæc pars quinta Domus Religioſæ.

(*d*) Vid. quoad prædicta ſæpe d. Novitior. Reg. cap. 7. De dormitione. Item quæ in eadem cap. 10. ad depellendas prædictas *cogitationes malas*, affert ex Bernardo, ſeu potius ex Anonymo Monacho Regulæ S. Benedicti profeſſore, qui auctor eſt Tractatus de interiori Domo, ſeu de Conſcientia ædificanda, inter Suppoſititia S. Bernardi cap. 12. n. 44. Et quæ de *ituro ad ſomnum* tradit L. 2. Phar. cap. 28. ex eodem Bernardo, ſeu inter ead. Suppoſitit. ex Guigone Priore V. Majoris Cartuſiæ, Epiſt. ſeu Tract. de Vit. Sol. ad Fratres de Monte Dei L. 1. c. 11. n. 34. Adde Manuale cap. 22. in Appen. To. 6. Oper. S. Auguſt. col. 141. cujus verba heic non piget in medium afferre. Inquit enim „ incertus illius Auctor piiſſimus „ Copioſa „ redemptio data eſt nobis in vulneribus Sal„ vatoris noſtri, magna multitudo dulcedinis, „ plenitudo gratiæ, & perfectio virtutum. Cum „ me pulſat aliqua turpis cogitatio, recurro ad „ vulnera Chriſti. Cum me premit caro mea, „ recordatione vulnerum Domini mei reſurgo. „ Cum diabolus mihi parat inſidias, fugio ad „ viſcera miſericordiæ Domini mei, & recedit „ a me. Si ardor libidinis moveat membra „ mea, recordatione vulnerum Filii Dei extin„ guitur. In omnibus adverſitatibus non inve„ nio tam efficax remedium, quam vulnera „ Chriſti: in illis dormio ſecurus, & requieſco „ intrepidus. Chriſtus mortuus eſt pro nobis. „ Nihil tam eſt ad mortem, quod morte Chri„ ſti non ſalvetur. “

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
SEX MANDATA
FRATRI CUIDAM JUVENI TRADITA.

ADMONITIO.

HÆC Mandata, *quia in* Sixtina Editione *ad finem* Regulæ Novitiorum *posita sunt*, *hinc novissimi* Editores Veneti *ansam vitilitigandi sumpserunt, ac reprehendendi* Editores Romanos, *atque tam illam, quam hæc ad suppositiția rejiciendi. Non est hujus loci eorum injustam censuram refellere, cum satis id egerim in* Prodr. *col.* 618. *ac seq.*; *sed potius secundum MSS. Codd. inibi relatos hoc ut singulare Opusculum exhibere, de quo ita testatur antiquus quidam Anonymus*: In Conventu Fratrum Minorum Parisiis, conversante bonæ memoriæ Fratre Bonaventura tunc Generali Ministro, & post Cardinali: Frater juvenis studens ibidem, bonæ indolis, & ei satis familiaris, accessit ad eum semel, & devote rogavit, ut sibi exponere dignaretur, quomodo (*a*) juventus sua posset in Ordine conversari sine macula & querela, & ad vitam æternam proficere. Qui magno cum quodam suspirio sic respondit, *ut sequitur*:

SEX MANDATA,

I.

FIli mi juvenis, si vis sine macula, & sine labe infamiæ, conversari in Religione, sex tibi Mandata recole, & incessanter repete (*b*) quæ documentis & exemplis Sanctorum Patrum accepimus.

2. Primo circa orationem, & Sanctorum lectionem semper vigila; quæ duo ut perficere possis, & non perdere, Ecclesiam valde frequenta, die & nocte cellam continua super (*c*) omnia: (*d*) ita quod extra eam, vel Ecclesiam nunquam inveniaris cum aliquo otiosus (*e*) in

(*a*) Edit. Venet. 1756. To. 13. *quo*.
(*b*) Ead. *repone*.
(*c*) Ead. mendose *semper*.
(*d*) Ut cellæ solitudo in deliciis sit præ omnibus aliis locis minus solitariis, Lib. 4. Phar. cap. 18. *De Solitudine*, laudat illa S. Hieronymi verba in Epistola, scilicet 125. al. 4. ad Rusticum Monachum num. 8. *Mihi oppidum carcer est, & solitudo paradisus*. Ubi quoque videri possunt quæ producit ex eodem Hieronymo cum Epist. ad Heliodorum, tum etiam Epist. ad Oceanum. Item ut supra in Reg. Novitior. cap. 8.
(*e*) Pariter in d. Reg. Novitior. eod. cap. 8 ubi

Digitized by Google

in via, vel in platea; ſed ſemper finito officio, vel finita comeſtione, vel ſervitio, vel alterius obedientiæ mandato, ſine aliqua mora regrediaris ad cellam oculis inclinatis, & ibi redigas te. (a)

3. Secundo circa honeſtatem cordis, & omnium ſenſuum corporis tui, ſuper omnia ſtude (b); quæ duo ut valeas adimplere, nunquam cum aliqua perſona ſpecialem (c) familiaritatem habeas, ſed omnibus ſis communis: ita quod nullus poſſit advertere te, niſi communem, & nulli ſpecialem, modo jam dicto.

4. Tertio circa cuſtodiam linguæ ſtudioſiſſimus eſto; ita quod quando ſtas cum aliis, nunquam loquaris niſi neceſſaria: & tunc non niſi requiſitus. Nec laudes aliquem, nec vituperes abſentem, vel præſentem, quantumcunque (d) audias alios ſimilia dicentes.

5. Quarto ſis ſumme ſollicitus, ut nunquam referas, vel loquaris cum aliquo de his quæ audis de aliis, niſi illa ſint ædificatoria.

6. Quinto verſetur ad cor tuum frequenter memoria beneficiorum Dei, & peccatorum tuorum, & deſiderabilium Paradiſi, & pœnarum Inferni, & (e) etiam omnium qui ſunt in tribulatione conſtituti, & etiam miſeriarum mundi.

7. Sexto ſis ſollicitus non judicare in corde tuo vel ore, niſi te ipſum (f). Hæc faciens, conſervaberis in Religione ſine macula & querela, & ad vitam æternam proficies. (g)

SE-

---

ubi etiam allegat Hieronymi verba ex eit. Epiſt. ad Ruſtic. de quibus infra in Sex cautel. 2. Vid. inter S. Bernar. Suppoſit. Guig. Cartuſ. Ep. ad Fratres de Monte Dei L. 1. c. 8. n. 21.

(a) In Alphab. Religioſor. incipient. *Chriſto frui cupiens, cellam frequentabis; Jeſum ſuper omnia ſic dulciter amabis.* Et hoc amplius confirmat ſupra laud. Guigo Cartuſien. Epiſt. ad Fratres de Monte Dei Lib. 1. cap. 4. n. 10. ſic: „ Cum quo enim Deus eſt, nunquam minus „ eſt ſolus, quam cum ſolus eſt. Tunc enim „ libere fruitur gaudio ſuo, tunc ipſe ſuus ſibi „ eſt, ad fruendum Deo in ſe, & ſe in Deo. „ Tunc in luce veritatis, in ſereno mundi cor„ dis, ultro patet ſibi munda conſcientia, & „ libere ſe infundit affecta de Deo memoria: „ & vel illuminatur intellectus, & bono ſuo „ fruitur affectus; vel libere ſeipſum deflet hu„ manæ fragilitatis defectus. " Hactenus ſub Bernardi nomine etiam Bonaventura cit. L. 4. Phar. c. 18. Inibi autem continuo ſubdit Guigo „ Propter hoc ſecundum formam propo„ ſiti veſtri habitantes potius in cœlis quam in „ cellis, excluſo a vobis toto ſæculo, totos „ vos incluſiſtis cum Domino. Cellæ ſiquidem „ & cœli habitatio cognatæ ſunt: quia ſicut „ cœlum ac cella aliquam ad invicem videntur „ habere cognationem nominis, ſic & pietatis. „ A celando enim & cœlum, & cella nomen „ habere videntur, & quod celatur in cœlis, „ hoc & in cellis. Quidnam hoc eſt? Vaca„ re Deo, frui Deo. Quod cum ſecundum „ ordinem pie fideliterque celebratur in cellis, „ audeo dicere, ſancti Angeli Dei cellas habent „ pro cœlis, & æque delectantur in cellis ac „ in cœlis &c. " Quæ quidem verba *Sancti Angeli cellas habent pro cellis* idemmet Bonaventura, velut *Bernardi*, memoranda proponit in cap. 8. Reg. Novitior.

(b) Ibi: *Lumbos ſtringe lubricos Domini timore: Mundans cordis oculum caſto cum pudore.* Cap. 9. ejuſd. Reg. *Cum honeſtas ſenſuum exteriorum ſit ornativa virtutum, ideo cum omni verbo, & actu tuo ſemper honeſtatem cum diſcretione prætendas &c.*

(c) Ead. rurſum mendoſe *ſpiritualem*.

(d) Ibi *quantocunque*.

(e) Ibi abſque &. Porro de prædictis ſerio recolendis in Soliloq. & alibi.

(f) Cap. 12. d. Reg. Novitior. „ Nunquam „ te transferas ad aliorum judicium vel con„ temptum, ſed quandocunque videris aliquid „ fieri quod tibi diſpliceat, antequam judices „ facientem, primo reſpicias temetipſum, utrum „ in te invenias aliquid reprehenſibile; quod ſi „ inveneris, tunc in illo, in quo alium judi„ cas, temetipſum condemna &c. "

(g) Ibi tantum: *Hæc faciens ſalvaberis inter homines*.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTURÆ

SEX CAUTELÆ AD CASTITATEM SERVANDAM,

ET

DE HUMANO JUDICIO.

ADMONITIO.

ILle ipse Cod. Lunælacensis, *qui supra testatus est, nostrum* Bonaventuram *scripsisse* De Silentio ad Sanctimonialem, *testimonium quoque perhibet de sequentibus: Subdit enim:* Ad Castitatem servandam valent hæ cautelæ. *Dein:* Bonaventuræ ejusdem de Humano Judicio. *Hunc autem sibi locum vendicat præsens Opusculum, utpote infra agens de* Bono Claustrali. *Sint igitur primo:*

CAUTELÆ SEX (a) AD CASTITATEM SERVANDAM.

I.

PRima, ut homo temperate comedat, & bibat, & dormiat; quia secundum quod homo in his magis excedit, secundum hoc augmentatur luxuria. (b)

2. Secunda, quod homo nunquam sit otiosus, sed semper aliquid boni operis faciat. (c) Unde Hieronymus: Semper aliquid boni operis facito, ut te semper Diabolus inveniat occupatum. (d)

Hieronymus ad Rustic. Ep. 125. al. 4. n. 8.

3. Tertia, ut homo utatur simplici vestimento, & in corpore utatur panno grosso, (e) seu cilicio. (f)

4. Quarta, quod homo quinque sensus servet in bona custodia, & regat eos, ne excedant. Visus enim est janua cordis. Unde Augustinus in Regula (g): Impudicus oculus, impudici cordis est nuntius. (b)

Augustinus in Regula ad Servos Dei n. 6.

5. Quinta, quod homo pauca loquatur

(a) Sicut supra *Mandata sex*, ita heic *Cautelæ sex*; quia apud ipsum numerus senarius perfectus est, & mysterio plenus. Vid. Serm. sive Collat. 4. in Hexaem.

(b) Pariter in Reg. Novit. cap. 6. ex Isid. L. 2. de sum. bo. c. 43. Et ita etiam ut supra Cassianus D. Instit. Monach. L. 5. Vid. Phar. L. 4. c. 45. De continen. & abstinent.

(c) *Bonis semper actibus jugiter intentus*, in Alphab. Religiosor. incipient.

(d) In d. Reg. cap. 8.

(e) *Grossas vestes* memorat etiam S. Bernardus. Vid. Prodr. col. 162.

(f) *Nanque*, ut ait Expos. in cap. 7. S. Luc., *vestimenta pretiosa sunt carnalia, & delitiosa.*

(g) In Bibl. Trajectina ad Rhenum Par. 2. Bibl. Belgicæ servantur *Bonaventuræ Epistola declarantes Regulam S. Augustini.*

(b) In d. Reg. Novitior. cap. 9. & supra in Ordinar. Vit. Relig. n. 13. ubi *de honestate.*

Digitized by Google

tur, & ſolum illa, quæ ſunt utilia; (a)
Matth. 12. 36. & hæc cum regula rationis: quia *de omni verbo otioſo, quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die judicii*, ſecundum ſententiam Salvatoris. (b)

6. Sexta, quod homo fugiat illa, quæ incitant ad malum, ut mulieres; quia locus & tempus faciunt furem occaſionaliter (c) &c. (d)

De Humano Judicio.

Diſtinctio triplicis judicii. 1. Triplex diſtinguitur judicium de proximo. Quoddam ſuſpicionis, quando ex re viſa, vel audita de proximo, ſubito ſuboritur ſuſpicio: & hoc eſt primus motus; & ſecundum quoſdam nullum eſt peccatum. (e) Item eſt judicium levis credulitatis, quando aliquis in dubiis malum exiſtimat de proximo, non aſſerendo, ſed leviter credendo; & hoc eſt veniale peccatum. Tertium eſt judicium diffinitionis, quando aliquis in dubiis certam & determinatam dat ſententiam in malo; & tale judicium Dominus prohibet in
Luc. 6. 37. Evangelio dicens: *Nolite judicare, & non judicabimini*; & hoc eſt mortale peccatum. (f) Unde Apoſtolus dicit:
1. Cor. 4. 5. *Nolite ante tempus judicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium.* (g)
Gloſſa ordinar. Et Gloſſa ſuper Apoſtolum: Si ſuſpiciones vitare non poſſumus, quia homines ſumus; judicia tamen, id eſt, diffinitivas firmaſque ſententias continere debemus. (h) Cave ergo, inquit
Bernardus in Cant. Ser. 42. prope fin. Bernardus, alienæ vitæ eſſe temerarius judex &c. (i)

2. Attende etiam, quod quando fingitur metallum, neceſſe habet accipere formam, quam in modulo invenit ſculptam. Eodem modo qualem formam in modulo cordis habebis ſculptam de facto proximi, talem ipſum judicabis. Sunt igitur quidam, qui ita cordis ſui habent formam deformatam, quod quicquid illuc ceciderit, totum efficietur deformatum. Unde quorum corda circa inhoneſta afficiuntur, de facili, ſicut dicit Chryſoſtomus, in aliis judicant inhoneſta. Sunt quidam ſicut infirmi, quibus, quantuncunque cibus ſit ſapidus, & conveniens, videtur inſipidus, & amarus eſſe. Quod enim guſtus infirmi contriſtatur a cibo hujuſmodi, non eſt a vitio cibi, ſed ab infectione palati ipſius infirmi. Eodem modo quod de factis proximorum, ubi manifeſtum malum non apparet, anima infirma male judicat, non a facto proximi, ſed ab ejus cordis corruptione procedit. Chryſoſtomus: Omnis homo ſecundum ſe alterum judicat. Unde quicquid in cor bonum & innocens cadit, totum dulce efficitur; quod autem cadit in cor venenoſum, convertitur in venenum. Ideo non immerito cor boni Clauſtralis (k) api comparatur, quæ amaros ſuccos florum in mel convertit. Cor vero invidi & ſuſpicioſi araneæ aſſimilatur, quæ quicquid ſugit, in venenum convertit. Sic cor dulce amara in dulcia convertit, malis proximorum compatiendo, eadem etiam pia interpretatione alleviando. Item amara convertit in dulcia, cum ſuper illatis ſibi injuriis gratias agit Deo, & benigne reſpondet, & beneficia injurianti retribuit, juxta mandatum Apoſtoli:
Rom. 12. 21. *Noli vinci a malo, ſed vince in bono malum.* Sed aranea, id eſt, invidus detractor, & ſuſpicioſus, de quolibet bono ſentit malum. Videns autem officiales clauſtri cum capis (l) luto ab equorum pedibus excuſſo deturpatis re-

Varia cordis diſpoſitio diverſum format judicium.

Chryſoſtomus Hom. 2. de David & Saul.

Chryſoſtomus ibi.

Cor boni Clauſtralis api comparatum, invidi autem & ſuſpicioſi araneæ.

(a) *Cave multiloquium, ſtudeas ſilere*, in d. Alphab. ubi & infra: *Vanaque colloquia ſollicite vitando.*

(b) Sic in ead. Reg. cap. 15.

(c) Hoc adverbium vel alibi a D. Bonaventura pluries uſurpatum.

(d) Ut ſupra in d. Ordinar. Vit. Relig. n. 16. ubi *de locutione cum mulieribus*, nec non in d. Reg. Novit. cap. 11.

(e) Si cui voluptæ fuerit reſcire, cur ita ſcribat, haud gravetur legere quæ tradit de primis motibus in 2. Diſt. 41. Ar. 2. Q. 1. in concluſ. & in 4. Diſt. 31. Art. 2. Q. 1. ad opp. 6. & in reſp. ad 6.

(f) Hoc circa triplex judicium confer cum Centiloq. Par. 1. Sect. 10. Et circa tertium cum Expoſit. in S. Luc. ibi.

(g) In ſæpe d. Reg. Novit. c. 12.

(h) Ita apud Lyran.

(i) Eod. c. 12. d. Reg. ubi ſubditur ex Bernardo „ Nec ſi videris (*ſcilicet perpetrare actum „ quod reprehendas*) judices proximum tuum, „ magis autem excuſa: excuſa intentionem, ſi „ opus excuſari non poteſt, puta ignorantiam, „ puta caſum, puta ſubreptionem. “

(k) Sicut ſupra ſcripſit ad quandam Sanctimonialem, ita heic ad quendam Clauſtralem.

(l) Eumque Monachum; nanque *capa* apud Gloſſarium Ducangian. eſt veſtis ſpecies præſertim Monachorum. Nec mirum ita ad Mona-

Digitized by Google

vertentes, judicat eos potius recreationes & solatia quæsisse, quam in domus utilitatem laborasse. *Bona in mala convertens insidiatur, & in electis imponit* (a) *maculam.*

Ezech 11. 33.

3. Sunt autem quidam, ut ait Augustinus, reprehensores Fratrum in minimis, defensores sui ipsius in majoribus, qui videntes festucam in oculo Fratris, in suo trabem minime advertunt. (b) Quos alloquens Chrysostomus dicit: Quare in alienis vides tam parva, & in tuis (c) tam magna transcurris? Si te magis diligis, quam proximum, quare ipsum procuras, & non magis te ipsum? Si autem te ipsum contemnis, manifestum est, quod non est procuratio; sed quod ipsum judicas; quia sicut hydropicus corripis eum, cui digitus tantum tumet, & tu ipse infirmus es. Sed sicut solet accidere in ludo schacorum, (d), quod homo in proprio ludo ita non videt, sicut in ludo alterius; sic homo facilius percipit defectus alterius, quam proprios. Unde Chrysostomus: Alter alterius culpam cito intelligit, suam difficile; quia homo in causa alterius tranquillum cor habet, in sua perturbatum. *Justus* ergo secundum Salomonem *in principio* (e) *sermonis* (f) *accusator est sui &c.* (g)

Augustinus.

Chrysostomus sive potius Auctor Oper. imperf. Hom. 17. in Matth. c. 7.

Chrysostomus Hom. 24. in Matth. c. 7.

Prov. 18. 17.

SE-

---

nachum quendam scripsisse, cum minime defuerint qui putarunt etiam scripsisse Alphabetum boni Monachi.

(a) Vulg. *imponet*; sed *imponit* S. Isid. de sum. bo. L. 3. c. 32. duo nostri Codd. Bernardin. ac tertius Biblioth. Episcop. Trid. Hug. Card. *imponit al. imponet*. Item apud Malvendam &c.

(b) Vid. S. Ambros. in Apolog. David alt. cap. 2. num. 5. & ipsum D. Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 45. & Exposit. in cap. 6. S. Luc. nec non inter supposititia S. Ambrosii in Pastorali, sive de Dignitate Sacerdotali cap. 4. Item vel eundem S. Aug. Serm. 82. de verb. Evang. Matth. 18. al. 16. de verbis Domini num. 1., ut alia loca præteream. Unde ait Enarrat. in Ps. 50. num. 9. *Ille justus reprehensor, qui non habet quod in illo reprehendatur.*

(c) Exposit. in cap. 6. S. Luc. ex eodem Chrysostomo sine designatione loci *in te*.

(d) De hoc ludo S. Bernardus in Exhort. ad Milites Templi cap. 4.

(e) Vulg. *prior*; sed *in principio* S. Greg. Moral. Lib. 8. c. 20. n. 36. L. 22. c. 15. n. 33. L. 24. c. 9. n. 22. ac L. 1. in Ezech. Hom. 7. num. 24.

(f) In *principio sermonis* versio Septuag. S. Ambros. L. 1. de Offic. c. 25. *in exordio sermonis*.

(g) Cetera desiderantur.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
LIBER
DE DECEM PRÆCEPTIS DIVINÆ LEGIS.

ADMONITIO.

HAud *insolens fuisse* D. Bonaventuræ, *brevius perstringere ea, de quibus alibi latius disseruit, nedum ostendit ejus* Legenda major, & minor S. Francisci; *sed &* Breviloquium; *quod præter* Quatuor Sententiarum Libros *ipse lucubravit*, ut aliquid breve in summa diceret de veritate Theologiæ, *atque ita* Breviloquium quoddam faceret, in quo summatim non omnia, sed aliqua magis opportuna ad tenendum, breviter tangerentur, *quemadmodum in illius* Procemio *ipsemet loquitur*. Id *ipsum quoque ejusdem* Centiloquium *testatur, quod plane illorum est summa, quæ prolixe in ipso* Breviloquio *pertractavit; ut nihil dicam de supra excuso* Tractatu Vitis Mysticæ, *sive* Passionis Domini, *cujus multo contractiora brevioraque in MSS., quam in editis habentur. Nemini ergo mirum videatur, si post latiores jam pluribus Editionibus vulgatos* Sermones de decem Præceptis, *nunc primum compareat eorum Summa secundum* Codicem Cortonensem *mihi descriptum a* R. P. Antonio Maria de Radiolo Minorita Regularis Observantiæ, *adsistente* Illustrissimo D. Reginaldo Sellario Canonico Cortonensi. *Initium autem in d. Cod. ita sonat*: Incipit Liber Domini Bonaventuræ de Balneo Regio Ord. Minor. ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis & Episcopi Albanensis De decem Præceptis Divinæ Legis. *Quodve in eo vere ferat nomen* Domini Bonaventuræ &c., *evinci posse mihi videtur nedum ex* Henrico Gandavensi *Scriptore synchrono, inter* Bonaventuræ *Opera recensente, quod* scripsit de decem Præceptis, *de quo in* Prodromo col. 216.; *verum etiam ex similitudine doctrinæ atque stili: sicut pariter legitima consecutionis lege deducitur*, Centiloquium *juxta ac* Breviloquium *esse* Bonaventuræ *asserendum. Ordo autem poscebat, ut hocce Opusculum heic collocaretur; quemadmodum enim in præcedentibus agitur de officiis Religiosarum, ac Religiosorum claustralium, ita heic de officiis omnium Christianorum. Et e re quoque fuit hunc* Librum de decem Præceptis *in aspectum lucemque proferre, utpote iis carentem narrationibus, quæ in jam editis de iisdem* Sermonibus *severiori censuræ obnoxia fuere.*

Digitized by Google

INCIPIT PROLOGUS.

I.

SI *vis ad vitam ingredi, ſerva mandata.* (a) In iſto verbo ſcripto Matth. decimo nono deſcribit Salvator noſter Dominus Jeſus illud, in quo exprimitur ſumma Chriſtianæ perfectionis; & tanguntur duo. (b) Primo explicatur ſalus humana, quantum ad præmium æternæ retributionis, cum dicit: *Si vis ad vitam ingredi.* Secundo tangitur quod pertinet ad meritum humanæ operationis (c), cum dicit: *Serva mandata.* In primo dicit motivum: in ſecundo ſubjungit, in quo ſalus humana perficitur in via. Primum reſpicit ſtatum patriæ: ſecundum ſtatum viæ. Explicit Prologus.

Matth. 19. 17.

II. Incipiunt capp. ſequentis Opuſculi. (d)

De Præcepto Divinæ Legis in genere Caput 1.
De ſufficientia Divinorum Præceptorum 2.
Exo. 20. 3. De primo Præcepto, quod eſt: *Non habebis Deos alienos coram me.* 3.
Ibi v. 7. De ſecundo Præcepto, quod eſt: *Non aſſumes nomen Dei tui in vanum.* 4.
Ibi v. 8. De tertio Præcepto, quod eſt: *Memento, ut diem Sabbati ſanctifices.* 5.
Ibi v. 12. De quarto Præcepto, quod eſt: *Honora Patrem tuum, & matrem tuam.* 6.
Ibi v. 13. De quinto Præcepto, quod eſt: *Non occides.* 7.
Ibi v. 14. De ſexto Præcepto, quod eſt: *Non mœchaberis.* 8.
Ibi v. 15. De ſeptimo Præcepto, quod eſt: *Non furtum facies.* 9.
Ibi v. 16. De octavo Præcepto, quod eſt: *Non laqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.* 10.
Ibi v. 17. De nono Præcepto, quod eſt: *Non concupiſces domum proximi tui.* 11.
Ibi. De decimo Præcepto, quod eſt: *Nec deſiderabis uxorem ejus.* 12.

EXPLICIUNT CAPITULA.

Incipit Liber de decem Præceptis Divinæ Legis.

CAPUT I.

De Præceptis Divinæ Legis in genere.

III. Notandum, quod ad obſervantiam Præceptorum Dei quatuor ſunt moventia, ſcilicet primo, auctoritas mandantis Dei: ſecundo, utilitas obſervationis: tertio, tranſgreſſionis periculum: quarto, irreprehenſibilitas mandatorum. Primum igitur motivum ad obſervantiam mandatorum eſt auctoritas mandantis; qui ſua ſumma potentia nos creat: ſua mira ſapientia nos gubernat: ſua miſericordia larga nos ſalvat. De primo dicitur in Pſ. *Manus tua fecerunt me, & plaſmaverunt me: da mihi intellectum, & diſcam mandata tua.* De ſecundo dicitur in Iſaia: *Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, quam ambulas. Utinam attendiſſes mandata mea.* De tertio (e) dicitur in Deutero-

Primum motivum ad obſervantiam mandatorum.

Pſ. 118. 73.

Iſa. 48. 17. ac ſeq.

(a) Sic etiam in editis, ſimiliterque in aliis Opuſculis ſæpe fit initium ab aliquo Scripturæ textu.

(b) Al. additur *in verbis iſtis.*

(c) Al. *ſervitutis*; ſed ut ſupra in editis Sermonibus.

(d) Al. *Operis*; ſed D. Bonav. dum ſua nominat, pro ſua modeſtia vocat *Opuſculum, Tractatulum*, uti videre eſt ad finem Procemii ſui Breviloquii, ubi etiam monet: *Ut autem ſequentia clarius eluceſcant, titulos particulares Capitulorum præmittere curavi, ad faciliorem memoriam, & lucidiorem contuitum dicendorum.* Unde miror, quod Editio Sixtina nullos habeat *titulos particulares Capitulorum præmiſſos*, ſcilicet eorum poſt d. Procemium Elenchum; habeat tamen perantiqua Editio Auguſtana Antonii Sorg, anni videlicet 1475., quam mihi humaniſſime commodavit Illuſtriſſ. ac Reverendiſſ. & de me optime meritus Albertus Præpoſitus Grieſenſis, cujuſque exemplum liberaliſſime mihi, dum hæc ſcribo, dono dedit literatus vir Philippus Nerius Puellius Canonicus Regularis Neocellenſis, aliis quoque titulis erga me perquam beneficus, debitaque cum laude vel ipſe a me nominandus.

(e) Hic loquendi modus *de primo, de ſecundo, de tertio*, mox quoque repetitur pluries, ac am-

Digitized by Google

Deut. 10. 12. ac seqq. ronomio: *Et nunc Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, & diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: custodiasque mandata Domini, &c., ut bene sit tibi. En Domini Dei tui cœlum est, & cœli cœlorum.*

Secundum motivum. IV. Secundum motivum ad observantiam Mandatorum est utilitas observationis, quæ magna est in observando mandata. Prima utilitas est impetratio Divinorum charismatum: (a) secunda revelatio Divinarum Scripturarum: tertia assecutio Divinorum præmiorum. De primo dicitur in Joanne: *Si diligitis me, mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem, & alium Paraclitum dabit vobis, ut maneat vobiscum in aternum.* De secundo in Ps. *Super senes intellexi, quia mandata tua quæsivi.* Et Gregorius in quadam Homilia Paschali: Audiendo Præcepta Dei illuminati non sunt, faciendo illuminati sunt; quia scriptum est: *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Propter hoc dicit Jacobus in Canonica sua: *Estote factores verbi, & non auditores tantum, fallentes vosmetipsos. Quia si quis auditor est verbi, & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo: consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit.* Unde videmus, quod homo videns se in speculo, non cognoscit se, sed suam speciem (b), & hoc per lineam fractam; sed si videat socium suum extra speculum, statim cognoscit ipsum, quia videt per lineam rectam. Sic in proposito, qui cognoscit se per experientiam, non per auditum tantum. De tertio dicitur in Proverb. *Serva mandata mea, & vives: & legem meam quasi pupillam oculi tui.* Et hæc est ratio, quare Deus homini posito in Paradiso dedit præceptum. (c)

Joan. 14. 15. ac seq. Ps. 118. 100. Gregor. in Ev. Hom. 23. n. 2. Rom. 2. 13. Jac. 1. 22. ac seq. Prover. 7. 2.

Tertium motivum. V. Tertium motivum observationis Mandatorum est transgressionis periculum. Primo enim perdunt bona impetranda. Secundo corruunt in nefanda flagitia. Tertio promerentur æterna supplicia. De primo dicitur in Levitico: *Si non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, visitabo vos velociter in egestate, & ardore, (d) qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras.* Ista autem egestas est privatio omnium bonorum, & ardor est quidam calor concupiscentialis, qui invadet eos, & consumet corpus eorum & animam; quia auferet affectum boni, & intellectum veri. Ps. *Dereliquit me virtus mea, & lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* De secundo dicitur in Baruch: *Non audivimus vocem*, id est, non obedivimus voci *Domini Dei nostri, ut ambularemus in mandatis ejus.* Ps. *Populus meus non audivit vocem meam, & Israel non intendit mihi: Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum.* Et in Daniele: *Peccavimus, & inique egimus recedentes a te: & deliquimus in omnibus.* De tertio dicitur in Ps. *Increpasti superbos: maledicti qui declinant a mandatis tuis.* Hæc est illa maledictio, de qua dicitur in Matth. *Ite (e) maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & Angelis ejus.* Ita Dominus ostendit nobis mandata observare, & ratione ostensiva & ratione ducente ad impossibile. Ratione ostensiva, cum ostendit Paradisum. Ratione ducente ad impossibile, cum ostendit Infernum. (f) Et de his dicit Dominus:

Levit. 26. 14. ac seqq. Ps. 37. 11. Bar. 1. 18. Ps. 80. 12. ac seq. Dan. 5. 29. Ps. 118. 21. Matth. 25. 41.

---

amplius repetitus videbitur infra in Sermonibus de Eucharistia.

(a) *Divinorum charismatum* D. Bonav. sæpe meminit.

(b) Franciscus Aguilonius Lib. 1. Opticorum proposit. 46. utrumque ventilans & definiens quæstionem hanc, *an imago illa, quæ in speculo cernitur; species sit, an res ipsa?* refert *alios ajentes, alios negantes*, Rationes ajentium speciem esse, non rem ipsam, quæ in speculo videtur, apud ipsum sunt hæ „ Primo, quia id quod in „ speculi profunditate oberrat, non tam verum „ aliquod corpus, quam phantasticum & imaginabile esse potest. Unde illud a S. Jacobo „ usurpatum cap. 1. *Si quis auditor est verbi, „ & non factor, hic comparabitur viro considerati vultum nativitatis suæ in speculo* &c. Deinde res vera minime ibi est, ubi idolum apparet. Est ergo aliud a re ipsa: at nihil „ esse potest, quam species; ergo quod in speculo cernitur species est, non res ipsa.“ Quibus adde, quod videre in speculo, proverbium est significans videre superficialiter duntaxat, ita ut penitus res non perspiciatur, nec ejus intima penetrentur. Unde 1. Cor. 13. 12. *Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem, Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Confer prædicta cum edito Serm. 1.

(c) Scilicet *ad promerendum bonum promissum, quod nullo modo poterat mereri melius quam per meram obedientiam* &c. Breviloq. Par. 2. cap. 11.

(d) Al. *calore*.

(e) Sic & alibi sæpe; sed Vulg. *Discedite a me*.

(f) Quem scilicet impossibile est, ut quis evadat non servans mandata.

Digitized by Google

Deut. 11. 26. *Ecce propono in conspectu vestro hodie benedictionem, & maledictionem.*

VI. Quartum motivum observationis Mandatorum est irreprehensibilitas eorum. Quia sunt facilia, & non gravia ad custodiendum; quia suavia, & non aspera; quia in eis continetur sanctitas & justitia. De primo dicitur in prima Joannis: *Hæc est caritas Dei, ut mandata ejus custodiamus, & mandata ejus gravia non sunt.* (a) Augustinus ponit exemplum de ave non habente pennas, quæ difficiliter fertur sursum. (b) Ideo dicitur in Deut. *Mandatum hoc, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, neque procul positum, nec in cœlo situm, neque trans mare positum; sed juxta te est sermo valde, in ore tuo, & in corde tuo, ut facias illud.* De secundo dicitur in Ecclesiastico: *Nihil melius est, quam timor Dei: & nihil dulcius, quam respicere in mandatis Domini:* Et Psalm. de iisdem mandatis loquens dicit, ea esse *dulciora super mel & favum.* De tertio dicitur ad Roman. *Lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum.*

1. Joan. 5. 3.

August. de verb. Apost. Ser. 24. ante med.

Deut. 30. 11. ac segq.

Eccli 23. 27.

Psal. 18. 11.

Rom. 7. 12.

CAPUT II.

De sufficientia Divinorum Præceptorum.

VII. Nota sufficientiam mandatorum, a quibus pullulant omnia alia mandata, & leges, & jura totius mundi, quæ rite, & ordinate sunt instituta, sive canonica, sive civilia. Lex autem est regula justitiæ (c), secundum quod ens per se primo cadit in animam nostram. Duplex autem est ens, creatum, & increatum. Et secundum hoc duplex est justitia, ad quam ordinamur, videlicet, justitia, qua homo ordinatur ad Deum (d), qui est ens increatum; & justitia, qua ordinatur ad proximum, qui est ens creatum. Secundum hoc sunt duæ Tabulæ traditæ Moysi. Secundum quod homo ordinatur ad Deum per legem justitiæ, sunt mandata primæ Tabulæ. Secundum quod ordinatur ad proximum, sunt mandata secundæ Tabulæ. In Deo autem sunt summa majestas, veritas, & bonitas. Primum appropriatur Patri: secundum Filio: tertium Spiritui Sancto. Primum docet primum Præceptum: *Non habebis Deos alienos, & Dominum Deum tuum adorabis.* Secundum docet secundum Præceptum: *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* Tertium docet tertium Præceptum: *Memento ut diem Sabbati sanctifices.* Summa majestas est humiliter adoranda. Summa veritas est fideliter asserenda. Summa bonitas est sincere diligenda. (e) Et sic patet, quod in prima Tabula sunt tria Præcepta tantum per appropriationem tribus Personis correspondentia. (f)

Lex regula justitiæ.

Justitia duplex.

Duæ Tabulæ traditæ Moysi.

In Deo summa majestas, veritas, bonitas.

In prima Tabula tria Præcepta.

VIII. In secunda vero Tabula sunt septem Præcepta, hominem ad proximum ordinantia per regulas juris naturalis (g), secundum duplicem partem. Una est beneficentia; alia est innocentia. (h) Secundum legem beneficentiæ est primum mandatum secundæ Tabulæ, quod est: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.* Secundum legem innocentiæ ordinatur homo ad proximum in proprio subjecto (i), & hoc est: *Non occides.* Item in persona conjuncta, & hoc est: *Non mœchaberis.* Item in possessionibus, & hoc est: *Non furtum facies.* Secundum autem quod homo ordinatur ad proximum verbo, datur illud Præceptum: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Secundum autem quod homo ordinatur ad proximum in animo (k) secundum dictam legem innocentiæ prohibetur concupiscentia, scilicet carnis, cum dicitur: *Non desiderabis*, scilicet non concupisces, *uxorem proximi tui.* Concupiscentia etiam prohibetur in rebus, cum dicitur: *Non concupisces domum proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec omnia, quæ illius sunt.* Et sic patet, quare sunt tantum septem Præcepta in secunda Tabula. Ista verba, sci-

In secunda septem,

Secundum duplicem legem naturalem, beneficentiæ, & innocentiæ.

(a) Vid. in 3. Dist. 40. Ar. 1. Q. 3. ad 1.
(b) Ibi ad 6.
(c) *Justitiam generalem, cujus est hominem ad Deum, & ad proximum ordinare*, vocat in 3. Dist. 37. Art. 2. Q. 1. in concl.
(d) Al. *obligatur Deo.*
(e) Ita fere tam in Sermonibus editis Serm. 1. & 2., quam in 3. ibi.
(f) Confer cum *multiplicitate appropriatorum* tribus Personis, Breviloq. Par. 1. cap. 6.
(g) In 3. ibi Art. 1. Q. 3. in concl.
(h) In supradicto Serm. 1. nec non in eodem 3. ibi Art. 2. Q. 1. in concl.
(i) Sive *in propria persona* Serm. 1. de decem Præcept.; sed ne deordinatio fiat *contra ipsius esse individui* cit. 3. Dist. 37. Ar. 2. Q. 1. ibi.
(k) Seu *secundum actum cordis* in 3. ibi; *in animo* autem d. Serm. 1. ibi.

Digitized by Google

scilicet decem Præcepta, scripsit Deus verissime, & clarissime, & facillime. Et hoc ne memoria gravaretur; ne intellectus confunderetur; & ne voluntas fastidiretur. (a)

CAPUT III.

De primo Præcepto: Non habebis Deos alienos coram te.

Exo. 20. 2. ac segq. IX. Primum Præceptum est tale: *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo servitutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, quæ est in cælo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorum quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea, neque coles: ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens misericordiam in millia bis qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea.* Ad explicationem hujus primi Præcepti, tria tanguntur. Quædam sunt præambula ad mandati cognitionem: quædam pertinent ad mandati observantiam: quædam quæ pertinent ad mandati integritatem. Illa vero præambula (b) ad cognitionem Præcepti pertinentia, sunt prima fidei fundamenta; & ista sunt notitia Creatoris, & cognitio Recreatoris, secundum illud Joannis: *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum* (c) *& quem misisti Jesum Christum.* Et ista duo fundamenta sunt, duo oculi, & duo luminaria nostræ fidei, & summa initia. Primum lumen ad cognoscendum Creatorem nostrum, dicitur: *Ego sum Dominus Deus tuus.* In hoc quod dicit *Dominus*, tangitur Patris potentia. In hoc quod dicit *Deus*, tangitur Filii sapientia. Quia Deus a *theaste* seu *theastei*, Græce θεᾶσθαι (d) dicitur, quod est videre, (e) secundum Damascenum. In hoc quod dicitur: *tuus*, innuitur Spiritus sancti bonitas. In hoc quod præmittitur: *Ego sum*, signatur Divinæ essentiæ unitas. In hoc quod dicitur: *qui eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis*, tangitur reparationis beneficium per Verbum incarnatum. Et loquitur Legislator ad omnes, quos de servitute peccati Verbum incarnatum per effusionem sui sanguinis redemit: *Ego sum Dominus Deus tuus*, cui debes obedire, & quem debes adorare; quia te feci, te per sanguinem meum refeci, ac recreavi. (f) Ad quod nos invitat Ps. *Venite adoremus, & procidamus ante Dominum qui fecit nos, quia ipse est Dominus Deus noster* &c. *Dominus*, quia sua potentia nos creavit. *Deus noster*, quia sua sapientia recreavit. Ista duo significavit Dominus Moysi Exodi tertio, *cum apparuit ei Dominus de medio ignis, & videbat quod rubus arderet, & non combureretur.* (g) In quo potest intelligi ardor caritatis Domini Jesu erga genus humanum, & mysterium incarnationis. Et cum dixit: *Ego sum Deus Patris tui*, in hoc potest notari (h) beneficium creationis. Hoc idem significamus, cum nos signamus dicendo: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, per quod ostendimus Creatorem. (i) Cum facimus signum crucis, quod est signum redemptionis, ostendimus Reparatorem.

Damascenus d. Orthod. Fide L. 1. c. 12. sive Edit. ac Version. Lequien c. 9.

Ps. 94. 6. ac seq.

Exo. 3. 2.

Ibi n. 6.

Mysterium signi crucis.

Quæ prima fidei fundamenta.

Joan. 17. 3.

Analysis prædicti Exod.

X. Quædam pertinent ad mandati observantiam, scilicet timor ex minis, & amor ex promissis; ita quod in affirmativa præceptione faciamus per amorem Dei bonum, in negativa vero vitemus malum per timorem Dei. Timorem enim concipimus ex severitate Divinæ justitiæ, & amorem ex benigni-

Timore & amore opus est ad implenda Divina Præcepta.

(a) Serm. 2. ibi: *Brevissimo modo, ne oneraretur nostra memoria. Clarissimo modo, ne offuscaretur nostra intelligentia. Facillimo modo, ne revocaretur nostra voluntas.* In supradictis autem videre est similiter desinentia Bonaventuriana.

(b) Hujus vocis usus apud D. Bona. haud infrequens.

(c) Confer cum Comment. in Joan. ibi Vol. 1.

(d) Confer quoque cum Princip. sacr. Scriptur. ubi Damasceni textus adducitur, cum d. novissima Editione Veneta d. Princip. nec non cum 1. Sententiar. ipsiusmet S. Bona. Dist. 2. Dub. 3. & cum Ind. 5. in fine 4. Sent. *Deus unde dicatur Græce.* Apud autem laud. Lequien θεᾶσθαι.

(e) In textu apud Lequien *hoc est, quia omnia conspiciat*; & in nota *video*, quod, ut ait idem Lequien, ita *positum magis probarunt Theologus, Nyssenus, & alii doctiores.* In textu Edit. Venet. Princ. sacr. Script. 1564. *quod sonat videre*, in marg. *id est, ab intuendo omnia*; in textu noviss. Edit. Ven. *intueri.*

(f) In 3. Dist. 1. Art. 2. Q. 3. ad 1.

(g) Al. *Cum vocavit eum de medio rubi, qui ardebat, & non comburebatur.*

(h) Al. *nominari.*

(i) Nam *creatura est effectus Trinitatis creantis* &c. Breviloq. Par. 2. c. 1.

Digitized by Google

gnitate Divinæ misericordiæ. (a) Et hoc est quod dicitur in isto Præcepto: *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes.* Quia *Deus*, habet verbum rectissimum: & quia *fortis, & zelotes*, fortissimum. Eccles 12. 13. Ecclesiastes ultimo, *Deum time, & mandata ejus observa; hoc est enim omnis homo.* Item quia amorem concipimus ex benignitate Divinæ misericordiæ, ideo subditur: *& faciens misericordiam in millia his qui diligunt me.*

De pertinentibus ad mandati hujus integritatem.

XI. Quædam autem pertinent ad mandati integritatem & hæc (b) interposita sunt; quia istud mandatum est de latria soli Deo exhibenda (c), Et iste cultus includit affirmativum, & negativum, cum dicitur: *Non habebis Deos alienos coram me*; ut scilicet colas Deum, & eum venereris, & quod alium a Deo non venereris veneratione sive adoratione latriæ. Omne autem quod per idololatriam potest venerari, vel est natura spiritualis, aut natura corporalis, aut figmentum hominis. Primo ergo prohibetur idololatria respectu naturæ spiritualis in illo verbo cum dicitur: *Non habebis Deos alienos.* Secundo prohibetur idololatria respectu figmenti hominis, cum dicitur: *Non facies tibi sculptile.* Nanque sculptilia sunt humana figmenta. (d) Tertio prohibetur idololatria respectu naturæ corporalis, cum dicitur; *neque omnem similitudinem.*

XII. Ista autem possunt fieri, vel respectu cœlestium corporum, ut solis & lunæ; & ideo dicitur: *neque in cœlo desuper.* Vel respectu terrestrium, ut hominis, bovis, & hujusmodi; & hoc prohibetur, cum dicitur: *& quæ in terra deorsum.* Aut respectu inferiorum, ut serpentium, piscium, & hujusmodi, & hoc prohibetur, cum dicitur; *nec eorum quæ sunt in aquis sub terra.* De istis dicitur ad Rom. primo: *Mutaverunt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, volucrum, & quadrupedum, & serpentium.* Sequitur: *Et servierunt creaturæ potius quam creatori.* (e) Rom. 1. 23. Ibi v. 25.

Spiritualis prædictorum intelligentia, *Augustinus L. 2. de Doct. Christ. c. 20. & 23.*

XIII. Secundum autem spiritualem intelligentiam prohibentur hic omnes profanæ pactiones Dæmonum in hoc quod dicitur: *Non habebis Deos alienos*; sive fiant in verbis, sive in figuris, sive in sacrificiis: sive per transmutationes colorum, sive per ludificationes sensuum, sive per investigationes futurorum contingentium. Istarum profanarum pactionum Dæmonum quatuor sunt species, secundum quod sunt quatuor elementa, videlicet pyromantia, acromantia, hydromantia, geomantia. Similiter prohibentur omnes superstitiosæ adinventiones errorum, cum dicitur: *Non facies tibi sculptile.* Et prohibentur hujusmodi superstitiones errorum, sive fiant ex improbo ausu (f) investigationis philosophicæ, & tales sunt Philosophi, qui multum erraverunt, sicut illi qui posuerunt mundum æternum (g) & quod unus est intellectus numero in omnibus. (h) Sive procedant ex perverso (i) intellectu sacræ Scripturæ, sicut sunt illi, qui male intelligunt de Deo, fabricantes sibi errores & sectas, sive sententias sacræ Scripturæ contrarias. (k) Sive procedant ex inordinato affectu carnalitatis humanæ, sicut sunt Epicurei, qui felicitatem ponunt in deliciis; & sicut sunt Saraceni; & illi qui fabricant sibi omnia sculptilia. Ideo dicitur

Improbus ausus investigationis philosophicæ. *Arist. L. 8. Phys. in prin. per multos text. & L. 1. de cœlo tex. 101. & seq. Aver. L. 3. de ani. Com. 5. & 36.*

(a) Serm. 2. ibi: *Non replebitur homo timore, nisi ex consideratione severitatis Divinæ: nec replebitur amore, nisi ex consideratione bonitatis Divinæ.*

(b) Al. *hic.*

(c) Confer. in 3. Dist. 37. Dub. 1. nec non ibi Dist. 9. Ar. 1. & 2. Quodve hoc mandato probabilius intelligatur non absolute prohibitum statuas, aut imagines facere, sed tantum eo fine, ut colantur & adorentur *latria soli Deo exhibenda*, patet ex illis verbis, quæ adduntur: *Non adorabis ea, neque coles*; sunt enim præcedentium verborum explicatio, & complementum. Unde etiam fit manifestum, nihil hoc præceptum pertinere ad imagines Christianorum, quæ in se ipsis non adorantur, neque coluntur; sed *honor imaginis refertur ad prototypum.* Ibi cit. Dist. 9. Art. 1. Q. 2. in Fundam. ex Damasceno L. 4. de Ortho. Fid. c. 17. Item d. Ser. 2. ibi; *Imaginibus Sanctorum in patria, exhibenda est adoratio dulia, non in quantum imago vel pictura; sed ratione illius quod per ipsam signatur.*

(d) Al. *Nota quod humana figmenta sunt sculptilia.*

(e) Eod. Serm. 2. ibi quadam summaria repetitione deducitur; *Habemus modo præambula ad mandata, quæ sunt notitia Creatoris & Reparatoris, timor & amor, & prohibitio idololatriæ, respectu superiorum, mediorum, & inferiorum.*

(f) Al. *concursu.*

(g) Serm. sive Collat. 1. in Hexaem.

(h) Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(i) Al. *protervo.*

(k) Serm. 2. de decem Præcept. *Tales sunt Ariani, Sabelliani, Donatistæ, & Pelagiani, & ceteri.*

Digitized by Google

citur in Jerem. *Stultus factus est omnis homo a scientia sua* (a), *confusus est artifex omnis in sculptili: quoniam falsum est quod conflavit, & non est spiritus in eis: vana sunt, & opus risu dignum* &c.

Jerem. 10. 14. et seq.

XIV. Demum prohibentur omnes perversæ appretiationes creaturarum in hoc quod dicitur: *neque omnem similitudinem*, scilicet alicujus rei existentis in rerum natura; ad differentiam idoli, quod non gerit similitudinem alicujus rei existentis in rerum natura. (b) Et istæ appretiationes prohibentur, sive proveniant ratione sublimitatis; & hæc superborum, de quibus dicitur Ps. *Non erit in te Deus recens*. Vel ratione sufficientiæ rei temporalis; & hæc avarorum, de quibus dicitur Eph. quinto: *Avarus, quod est idolorum servitus*. Vel ratione delectationis carnalis; & hæc lascivorum, de quibus dicitur Philipp. tertio: *Quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt*.

Ps. 80. 10.

Eph. 5. 5.

Philip. 3. 19.

CAPUT IV.

De secundo Præcepto quod est: Non assumes nomen Dei tui in vanum.

XV. Secundum mandatum est: *Non assumes nomen Dei tui in vanum; nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini sui frustra*. Hic præcipitur confessio Divinæ veritatis (c); & prohibetur abnegatio Divinæ veritatis; & prohibetur jurare frustra, & perjurare. Et etiam conceditur jurare pro causa debita, & sub conditionibus debitis, quæ debent esse comites juramenti; sicut dicitur Jerem. quarto: *Jurabis: Vivit Dominus, in veritate, & in judicio, & in justitia*. Hi sunt tres co-

Exo. 20. 7.

Conditiones debitæ juramenti tres.

Jer. 4. 2.

Glossa ibi.

mites juramenti. (d) Sed juramentum duplex est, scilicet assertorium, & promissorium. (e) Assertorium juramentum est, quando quis jurat aliquid asserendo, ut si dicatur: Quia ita est, Deus est testis. Et tale debet habere veritatem, non falsitatem, neque dubium. (f) Et si aliter faciat, assumit nomen Dei in vanum; quia non dicit veritatem. In juramento autem promissorio debet esse justitia; quia si vergeret in detrimentum salutis propriæ, vel si esset contra mandatum legis Divinæ, tale non esset observandum: & qui sic jurat, & facit, dupliciter peccat. (g) Tertio oportet quod juramentum habeat tertium comitem, scilicet judicium, ut sit in mente discretio, & præmeditatio, ne temerarium judicetur. (h) Unde qui jurat debet considerare utrum verum, vel falsum; utrum justum, vel injustum; utrum damnosum, vel fructuosum sit. Et qui non observat judicium in juramento, prævaricator est Præcepti.

Duplex juramentum assertorium & promissorium.

Quale debet esse assertorium.

Quale promissorium.

XVI. Manichæi (i) autem insultant Ecclesiæ, quia dixit Salvator in Evangelio: *Ego autem dico vobis, non jurare omnino*. Et ita dicunt, quod Ecclesia erat, quæ permittit jurare. Et dicendum est ad hoc, quod juramentum debet fieri, vel primo ad promovendum bonum. Et hoc tripliciter; scilicet vel ad conservandam fidem; vel ad mutuam pacem; vel ad servandam fidelitatem. De primo juramento potest accipi quod dicit Apostolus Rom. primo: *Testis est mihi Deus, cui servio*. (k) De secundo juramento dicitur in Genesi de Jacob, qui juravit Laban. De tertio juramento, sicut inferiores Superioribus, (l) & Superiores inferioribus jurant, ad

Manichæorum objectio.

Matth. 5. 34.

Responsio, & confutatio.

Rom. 1. 9.

Gen. 31. 53.

(a) Vulg. absque *sua*; sed etiam d. Serm. 2. ibi *sua, id est, ab investigatione propria & nimia Philosophia*. Item *sua* MS. Cod. Biblioth. Episc. Trident., duo nostri Codd. Bernardin., Hugo Card., Lyranus &c. Accedit apud Tirin. „Hebraice, obmutescit omnis homo idololatra a „scientia sua vana & fatua &c.“

(b) Vid. 3. Dist. 37. in text. Mag. nec non in Exposit. text. Dub. 1.

(c) Al. *voluntatis*; sed *veritatis* Serm. 3. de suprad. decem Præcept.

(d) Sic in Spec. anim. c. 2. ex Hier. L. 1. Comment. in Jer. c. 4. non longe a princ. & refertur 22. q. 2. c. animadvertendum. Item Par. 1. Centiloq. Sect. 12. ac 3. Dist. 39. Dub. 1.

(e) Ita dd. Spec. ac Centiloq.

(f) Sive, quod perinde est, ut *non neget veruin, non affirmet falsum, & non asserat scienter dubium*, d. Serm. 3.

(g) Quodve *si facit, addat peccatum super peccatum*, confirmat quoque Exposit. in Ecclesiasten cap. 5.

(h) Ita fere in dd. Serm. Centiloq. ac 3. ibi.

(i) Videlicet *Catharistæ*, spectantes & ipsi ad Manichæorum sectas, de quibus S. August. in Lib. de hæresi. cap. 46., & ex nostratibus Dogmatistis Alphonsus a Castro adversus Heres. L. 4. verb. *Cibus*, ac Lib. 8. verbo *Juramentum*, nec non Bartholomæus Durand Fid. Vindic. Lib. 2. Art. 26. Et, hujusmodi nedum late confutant laud. Dogmatistæ; sed & ipsemet S. Bona. in 3. Dist. 39. Art. 2. Q. 1. per tot.

(k) De hoc juramento Pauli loc. cit. Centiloq.

(l) V. G. *Principes Regi*, d. Centiloq. bi.

Digitized by Google

tenendam fidelitatem, & juſtitiam. Vel ſecundo principaliter poteſt fieri juramentum ad compeſcenda mala. Et hoc tripliciter; vel ad ſedandam (a) controverſiam, ſicut dicit Apoſtolus ad Hebræos. *Omnis controverſiæ eorum finis, ad confirmationem, eſt juramentum*; vel poteſt fieri ad purgandam infamiam, ſicut dicitur in Deut. quod Majores ibant, & purgabant ſe per juramentum, quando inveniebatur cadaver mortuum; vel ad compeſcendam malitiam, & ad hoc inductum eſt juramentum de calumnia (b), ne falſum dicatur (c). Ideo Chriſtus dixit *non jurare* (d) *omnino*, id eſt, omni modo; ſed modo debito, pro loco, & tempore, cum adeſt debita circumſtantia, quæ includit tres dictos comites, qui debent comitari omne juramentum.

Hebr. 6. 16.

Deut. 21. 6. ac ſeqq.

XVII. Notandum tamen, quod in iſto Præcepto cohibitio peccatorum mortalium innuitur, eoquod omnis falſa juratio ſemper pernicioſa eſt; vera autem, periculoſa, ſicut dicit Sapiens: *Jurationi non aſſueſcat os tuum*; quia aſſiduitas non eſt bona, *ſunt enim multi caſus in illa*. (e) Ita patet, quod Dominus non prohibet univerſaliter jurare, ſed in caſu. Et propter hoc Manichæi male inſultant Eccleſiæ.

Aſſiduitas jurandi periculoſa.

Eccli 23. 9.

XVIII. Item notandum (f), quod ſpiritualiter poteſt intelligi iſtud præceptum; aut quando nomen Domini aſſumitur ad aliquid efficiendum, ſicut in Baptiſmo, in quo aliquid efficitur per verbum prolatum ſuper elementum. Aut quando aſſumitur ad promittendum, ſicut quando aliquis vovet Deo aliquid facere. Aut quando aſſumitur ad loquendum, ſicut quando loquimur de Deo. E contra (g) tripliciter aſſumitur nomen Dei in vanum. Aut per Sacramenti ſuſcepti fruſtrationem; aut per voluntatem promiſſioni contrariam (h); aut per apoſtaticam rebellionem. Qui autem aſſumit nomen Dei in vanum per Sacramenti ſuſcepti fruſtrationem, tripliciter aſſumit, vel poteſt aſſumere nomen Dei in vanum. Aut quia non credit; aut quia ſi credit, accedit ad Sacramentum fictus, ſe non diſponens; aut quia ſi accedit, & credit, & ſe diſponit, gratiam ſuſceptam non cuſtodit. Et de his tribus dicitur ad Titum primo: *Confitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant*. Qui autem aſſumit nomen Dei in vanum per fractionem voti emiſſi, hoc poteſt eſſe dupliciter; aut per dilationem irrationabilem, aut per voluntatem contrariam. Primo modo aſſumit quis in vanum nomen Dei, quando vovet, & habet tempus, & locum ad perficiendum, & non complet. Secundo quando promittit, & nihil vult facere de eo quod promiſit. Propter quod dicitur in Deut. *Si quid proceſſerit de labiis tuis, non facies irritum*. (i) Qui autem aſſumit nomen Dei in vanum per apoſtaticam rebellionem, prævaricator eſt iſtius Præcepti. Propter quod dicitur in Proverbiis: *Homo apoſtata, vir inutilis, graditur ore perverſo. Annuit oculis, terit pede, digito loquitur. Pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia ſeminat. Huic extemplo veniet perditio ſua, & ſubito conteretur, nec habebit ultra medicinam*. Et in Eccleſiaſte: *Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio*. Tertio aſſumitur nomen Dei in vanum locutione; & hoc tripliciter. Vel quando loquitur quis de Deo locutione malefica; quia maledicit nomen Domini. Vel quando per locutionem mendacem dicit de Deo, quod non eſt, & quod non convenit; aut negat quod Deo ineſt. Unde dicit Anſelmus, quod omnis contradictionis pars nobilior Deo eſt attribuenda (k). Vel quando per locutionem probroſam aliquando membra

Tit. 1. 16.

Deut. 23. 23.

Prov. 6. 12. ac ſeqq.

Eccle. 5. 3. ac ſeq.

Anſelmus.

Intelligentia ſpiritualis hujus Præcepti.

(a) Al. *ſecurandum*.
(b) Sive *propter calumniam vitandam, ſicut jurant actor & reus*, Centiloq. ibi.
(c) Al. *dicant*.
(d) Al. *Non jurabis*.
(e) 3. Diſt. 39. Art. 1. Q. 3. in fine ſic. „ Quia propter incertitudinem ſermonis frequenter perjurium juramento conjungitur; „ hinc eſt quod ipſum juramentum in Chriſtianis viris, & maxime perfectis, debet eſſe „ valde rarum; ſecundum conſilium ejus qui „ dicit: *Jurationi non aſſueſcat os tuum, ſunt enim „ multi caſus in illa*. “ Vulg. *multi enim caſus in illa* abſque verbo *ſunt*.
(f) Vel hic notandi modus D. Bonaventuræ familiaris.
(g) Al. *Et ſic*.
(h) Al. *contrariantem*.
(i) Sic Serm. 3. de decem Præcept. a quibus quoad verba multum variat Vulg. ibi.
(k) Ita ſuprad. Serm. 3. Et id videtur ex eo deduci, quod inquit idem Anſelmus in Proſolog. cap. 3. quod *Deus eſt, quo majus nequit cogitari*.

Digitized by Google

bra Christi quis denominat. Et contra ista tria genera dicitur in Levitico: *Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur*. Levit. 24. 16.

CAPUT V.

De tertio Præcepto quod est: Memento ut diem Sabbati sanctifices.

XIX. Tertium Præceptum est: *Memento ut diem Sabbati sanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die Sabbatum Domini tui est: non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus, & filia tua, servus tuus, & ancilla tua, jumentum tuum, & advena, qui est intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, & requievit in die septimo: idcirco benedixit Dominus diei septimo, & sanctificavit eum.* In isto Præcepto præcipitur sincera dilectio Divinæ bonitatis, quæ appropriatur Spiritui sancto. (a) Et in litera istius Præcepti Legislator quatuor facit. Primo cum integritate Præcepti aliquid præcipit, cum dicit: *Memento, ut diem Sabbati sanctifices*, id est, cum præceptione universali præcipit vacationem animæ ad Deum omnipotentem, & verum, & sanctum, & summe diligendum. Secundo aliquid concedit: *Sex diebus operaberis* &c. Tertio aliquid interdicit: *Non facies omne opus in eo, tu, & filius tuus* &c., in quo interdicit omne opus servile. Quarto subditur ratio præceptionis, cum dicitur: *Sex diebus fecit Dominus cœlum & terram* &c. Exod. 20. 8. ac seqq.

Quatuor in hoc Præcepto notanda.

XX. Nota, quod istud Præceptum habet aliquid morale, aliquid cæremoniale, sive figurale, & aliquid ex utrisque mixtum. Quod enim sanctificationem præcipit, hoc est morale. Ille enim sanctificat diem Sabbati, qui Deum ex toto corde, & tota anima propter se, & super omnia diligit. (b) Aliquid cæremoniale, sive figurale est, scilicet figuratio diei septimæ; quia designat quietem animarum, & quietem Dominici corporis in sepulcro, & significat vacationem contemplationis. Mundus autem habet esse in mente æterna, in cognitione angelica, & in natura propria. Secundum quod habet esse in mente æterna, sic est ejus esse æternum, & totum simul. Secundum vero intelligentiam angelicam, Deus impressit intellectui angelico esse mundi simul secundum durationem, sed secundum prius & posterius secundum naturam. Secundum quod vero res sunt in natura propria, propter condescensionem, cum Deus posset facere totum in instanti, tamen res produxit secundum ordinem temporis. (c) Est item aliud partim morale, & partim cæremoniale. Cessatio enim ab omnibus operibus, sicut Judæi observabant, erat figurale; & figurabat cessationem ab omni opere servili: & hoc nobis præceptum est, scilicet ab omni peccato cessare (d). Si autem intelligatur de aliquibus operibus, sic est in præcepto secundum determinationem Ecclesiæ; & secundum quod Ecclesia instituit, cessandum est: & hoc morale est.

Habet aliquid morale, aliquid cæremoniale, & aliquid ex utrisque mixtum.

Sanctificatio Sabbati in Dei dilectione consistit.

Triplex esse mundi, in mente æterna, in cognitione angelica, & in natura propria.

XXI. Et propter hoc nota secundum Hugonem (e) quod operationum mechanicarum septem sunt genera, scilicet Agricultura, Lanificium in vestimentis, Fabrilis in quacunque materia fiat, Navigatio, Venatio quæ se extendit ad cibos, qui sunt victui necessarii,

Hugo a S. Vict. L. 3. Didascal. c. 21.

(a) Sic in 3. Dist. 37. Art. 2. Q. 1. in conclus.

(b) Ibi in Expos. Text. Dub. 3. „ Hoc „ omni tempore Deus requisivit, ut homo sibi habitaculum cordis præpararet, & eidem „ aliquando vacaret, ut per dilectionem eidem „ adhæreret. Et quantum ad hoc non tantum „ erat morale, sed etiam quodammodo faciebat ad aliorum moralium integram impletionem: quia dum homo vacat sibi, & Deo, „ melius cognoscit quid sit agendum, & quid „ est faciendum. Et propterea isti mandato „ specialiter præmittitur: *Memento*, quia in ejus „ memoratione cetera memorantur.

(c) Confer cum Breviloq. Part. 2. Cap. 2. ad fin., nec non cum Serm. 4. de tert. Præcep.

(d) Doctrina hæc favet illis, qui apud P. Leonardum Vanroy in Tract. 1. de Act. Human. Cap. 6. Q. 3. Petes 2. existimant „ Non omnino improbabile esse, quod gravius peccet „ qui fornicationis crimen v. g. vel aliud quodcunque, die festo, præsertim solemniori committit; quam alter die feriali idem agens. „ Divum *Thomam* Opusc. 64., & D. *Bonaventuram* a se stare opinantur &c. „ Vid. Gaspar. Jvenin Instit. Theologicar. To. 5. Par. 5. Diss. 4. de Lege Posit. Div. Art. 3. ubi id etiam comprobat ex doctrina SS. Thomæ & Bonaventuræ.

(e) In Opusc. de reduct. art. ad Theol. post init. *Septem artes mechanicas assignat Hugo de S. Victore in Didascalicon.*

Digitized by Google

rii, (a) Medicina, & quidquid ad corpus humanum pertinet, Theatrica, & quæ pertinent ad risum & lætitiam. Sunt ergo inter ista opera quædam meræ servilitatis, & non necessitatis in die festo, ut Agricultura, Lanificium, Fabrilis. Quædam sunt utilitatis, & quasi cujusdam necessitatis, ut Medicina, & Venatio, quæ ad cibos pertinet, & ad victum humanum. Sunt etiam quædam opera lætitiæ, & jucunditatis. Prima opera meræ servilitatis, quæ non sunt necessitatis in die festo, Ecclesia prohibet in Præcepto isto. Secunda opera utilitatis, & quasi cujusdam necessitatis, Ecclesia concedit. Tertia opera lætitiæ, & jucunditatis, permittit, & non prohibet, ut choreæ, de quibus Exodi quintodecimo (b), organa, & quæ sunt hujusmodi.

Exo. 15. 29. ac seq.

Quæstio, cur in hoc Præcepto morale cum cæremoniali misceatur?

XXII. Sed si quæratur, quare in hoc Præcepto miscuit morale cum cæremoniali? Dicendum est, quod hoc est, quia quidquid latet, quidquid patet in aliis ad caritatem reducitur. (c) Et ideo in isto mandato simul ista conjunxit; quia omnia ista mandata ab isto dependent, cum sit Præceptum Spiritui sancto appropriatum, qui est amor individuus. (d) Per hoc patet responsio ad insultationem Judæorum contra Christianos de observatione Sabbati spiritualiter, quantum ad diem Dominicum, in quo aliqua opera facimus; cum ipsi in Sabbato ab omni opere cessent.

XXIII. Notandum ulterius, quod spiritualiter intelligendo præceptum istud, dicendum est, quod est vacatio convertens animam in Deum, & immutatio diei in opera virtutum, & quietatio ab omni opere vitioso. Et hoc innuit Apostolus primæ ad Timoth. primo: *Finis præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta.* Ista autem vacatio convertens animam in Deum continet septem, scilicet meditationem, orationem, exultationem, lectionem Psalmodiæ, oblationem, sive sacrificium, prædicationem, sive Divini verbi interpretationem, & auditionem Divinorum præceptorum. Tria priora pertinent ad contemplationem, alia quatuor ad actionem.

Quid hoc Præceptum contineat, ut est vacatio convertens animam in Deum.

1. ad Tim. 1. 5.

XXIV. Secundo in isto Præcepto mandat Deus imitationem ipsius in operibus virtutum. Propter quod dicit Apostolus: *Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos.* Et in Luca: *Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est.* De istis autem operibus disceptabit Dominus in judicio. Et in Matth. enumerat Salvator sex opera misericordiæ, pascere esurientes, potare sitientes, vestire nudos, colligere hospitem, visitare infirmum, redimere captivum. Septimum in Tobia, sepelire mortuum. (e) Et ideo dicitur; *Sex diebus operaberis*, quoad ista opera misericordiæ.

Quid ut est imitatio ipsius in operibus virtutum.

Eph. 5. 1. ac seq.

Luc. 6. 36.

Matth. 25. 35. ac seq.

Tob. 2. 3. ac seqq.

XXV. Ad opus autem virtutis sex requiruntur. Primum est circumspectio (f) provida; quod intelligitur in opere (g) primæ diei Gen. primo, cum *dixit*

Sex ad opus virtutis requisita.

Gen. 1. 3.

(a) Bene notandum, de hac, & non de alia venationis specie loqui. De hujusmodi *Venatione* Gen. 25. 28. nec non 27. 7.

(b) Loc. cit. Exo. ibi post carmen, quod cecinit Moyses & filii Israel Domino, subditur: *Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat dicens: Cantemus Domino.* &c. Similes his choreas permittit, & non prohibet Ecclesia. Et choreas hujusmodi fieri vidi in Hispania in Festo Corporis Christi, & in ejus Octava. Unde ipsemet Doctor noster Seraphicus in 4. Dist. 16. Par. 1. in Exposit. Text. Dub. 13. postquam dixit cum Glossa „ Ludus est gesticulatio libi„ dinosa, cujusmodi est in choreis " subdit „ „ Dico igitur quod ludus chorearum non est „ malus secundum se, sicut patet de sorore „ Moysi: sed fit malus quadruplici de causa. „ Propter modum, quando est modus lascivus. „ Propter finem, quando fit ad procreandam „ libidinem. Propter tempora, ut si fiat tem„ pore tristitiæ. (*Idem esto de tempore festivo „ judicium*) Propter personam, ut si fiat a per„ sona religiosa &c." Vid. Spec. anim. c. 3.

(c) Quippe ut loquitur in Princip. sacr. Scriptur. ex August. de doctr. Christ. L. 3. c. 10. n. 6. *Non præcipit Scriptura nisi charitatem, non culpat nisi cupiditatem.* Et ut ait in 2. Dist. 38. Art. 1. Q. 2. in concl. „ Apostolus expresse „ dicit, quod caritas est consummatio præcepti, „ & plenitudo legis. (*Rom.* 13. 10.) Augusti„ nus etiam dicit in Enchir. quod omnia præ„ cepta Divina referuntur ad caritatem. (*Ench. c.* 121. *n.* 32.) Et in Lib. de Doctrina Chri„ stiana ostendit, quod ad caritatis præceptum „ commendandum ordinatur tota Scriptura " „ L. 1. de Doct. Christ. c. 35. n. 39. & seqq.

(d) 1. Dist. 10. Art. 2. Q. 2. in concl. & Dist. 17. Par. 2. Dub. 4.

(e Confer cum Serm. 1. Dom. 1. post Oct. Pentec. & cum Centiloq. Par. 3. Sect. 47. Item de operibus misericordiæ die festo exercendis 3. Dist. 37. Dub. 3.

(f) Al. *consideratio.*

(g) Al. *operatione.*

Digitized by Google

xit Deus: Fiat lux. Et facta est lux. (a) Secundum est intentio recta; quod notatur in opere secundæ diei, cum *dixit*
v. 6. *Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum.* Tertium est affectio pura; & hoc intelligitur in opere tertiæ diei, cum
v. 9. ac seqq. dixit Deus, quod divideretur terra ab aquis: quia divisio ab omni terrenitate, (b) vel carnalitate, totam animam puram facit. Quartum autem electio justa; & hoc intelligitur in opere quar-
v. 14. tæ diei, cum *dixit Deus: Fiant luminaria in firmamento cœli*, quia omnia debent esse ordinata. Quintum vero prosecutio vigorosa; & hoc intelligitur in ope-
v. 20. ac seqq. re quintæ diei, cum fecit Deus viventia, volatilia scilicet & natantia. Sextum est informatio caritativa; & hoc
v. 26. ac seqq. intelligitur in opere sextæ diei, in qua factus est homo, omnibus prius factis: in quo significatur, quod opera bona debent esse circumstantiata omnibus aliis circumstantiis. Et hoc est caritas omnium bonorum, & virtutum forma (c): Et tunc est vere homo factus ad imaginem, & similitudinem Dei (d).

XXVI. Tertio mandat Deus in isto Præcepto cavere ab omni opere vitioso; & ideo opus servile interdicitur. Sed nota, quod homo peccat quinque modis. Primo, quando peccatum perpetrat. Secundo, quando alterum ad peccandum incitat. Tertio, quando peccantem fratrem defensat. Quarto, quando peccantem acceptat, ut cum sibi placet. Quinto, quando peccantem dissimulat, &, cum possit reprehendere, non reprehendit. Primum notatur cum dicitur: *Non facies omne opus in eo tu*, id est, *tu* nullum perpetrabis peccatum. Secundum notatur cum dicitur: *& filius tuus, & filia tua*, id est, non instigabis aliquem ad peccandum, vel verbo, vel facto, vel exemplo; quia talis pater peccati dicitur sic instigando alium ad peccatum. Tertium notatur cum dicitur: *Servus tuus, & ancilla tua*, id est, qui facit peccatum, servus est peccati; (e) & qui tuetur se, vel alium, cum malefacit, Dominus est peccati. Quartum notatur cum dicitur: *& jumentum tuum*; & hoc facit ille qui acceptat peccantem: quia sicut jumentum debet esse ligatum in stabulo, nec ducitur ad opus, nisi acceptante Domino, & hæc acceptatio est relaxatio; ita cum quis peccatum suum vel alterius acceptat, jumentum relaxat. Quintum notatur cum dicitur: *& advena qui est intra portas tuas*. Tunc enim aliquis hominem advenam reputat, quando eum non corrigit, cum corrigendus sit. Propter quod Augustinus: Qui negligit fratrem suum corrigere, magis peccat quam qui peccavit. (f) Ps. *Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo* (g).

Peccatum quinque modis committitur.

Augustinus de verbis Domini Ser. 16. ante med.

Ps. 18. 13. ac seq.

CA-

(a) Mariana ad hæc verba subdit „ Vide „ sapientiam Conditoris: instar artificis opus „ facturus, primum omnium lumen accendit: „ sic in vita confirmanda primum fides & co„ gnitio rerum exacta præcedat, sublequantur „ cetera. "

(b) Sive *terreneitate*, quod utrumque verbum D. Bonav. vel alibi usurpat.

(c) In 2. Dist. 38. Ar. 1. Q. 2. in fine *caritatem vocat principium boni operis, radicem, & formam virtutum, & finem.* Et in 3. Dist. 27. Art. 1. Q. 1. ad 2. ait: *Omnes virtutes diffiniri possunt per caritatem; quia amor caritatis dat eis rationem merendi: qua ablata non est, proprie loquendo, dicenda virtus esse in anima.* Et ad 3. subdit: *Amor caritatis aliis virtutibus, ut in actus suos exeant, imperat, & imperando informat, & facit eos meritorios, & informando jungit fini, & in ipso quietat, dum facit nos adhærere Deo, & ipso frui: & ideo merito virtus gratuita per caritatis amorem est diffinienda.*

(d) In cit. 2. ibi: *Caritas continuat voluntatem nostram ipsi Deo, ut principio moventi, & conformat, ut regulæ dirigenti, & jungit, ut fini quietanti: & ideo sicut ipse Deus habet rationem efficientis, in quantum movet, & formalis, in quantum dirigit, & finalis, in quantum quietat; sic & ipsa caritas respectu operis rationem habet istius triplicis causæ &c.*

(e) In Spec. anim. c. 2. *Festum vel Dominicam violat qui peccato operam dat; hoc est enim opus servile, qui facit peccatum, servus est peccati.*

(f) Ipsemet S. Bonav. in d. Spec. anim. cap. 3. sic „ Correctio proximi est omnibus in „ præcepto, cum tamen scitur, vel creditur, „ quod correctio peccatum impediat, quod „ alias fieret. Et licet sit omnibus in præ„ cepto, illis tamen præcipue quibus incum„ bit ex officio, ut sunt Domini, Principes, „ Prælati &c., qui magis in hoc peccare pos„ sunt. Quod autem correctio sit omnibus in „ præcepto, patet per Augustinum de verbis „ Domini: Si negligis corrigere, pejor factus „ es eo, qui peccavit. " Addo S. Gregor. in Regist. L. 9. Indict. 2. Epist. 110. al. 115. versus fin. cujus verba sunt: *Facientis procul dubio culpam habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare.* Laudantur hæc a Gratiano in Decreti Part. 1. Dist. 86. c. 3.

(g) Apud Gratian. ibi: *Nihil prodest alicui non puniri proprio, qui puniendus est alieno peccato.*

Digitized by Google

CAPUT VI.

De quarto Præcepto quod est: Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.

XXVII. Quartum Præceptum, & primum in secunda tabula est istud: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Et in hoc Præcepto præcipit beneficentiam, & tanguntur in isto Præcepto duo, scilicet primo Præcepti forma, cum dicitur: *Honora &c.*; secundo promissio ipsa, cum subditur: *ut sis longævus &c.* Quoad Præcepti formam, nota quod hic notat Pater personam generantis, instituentis, educantis sive benefacientis; ideo debetur ipsi honor reverentiæ, obedientiæ, & beneficentiæ, secundum illud Ecclesiastici: *Qui timet Dominum, honorat parentes, & quasi dominis serviet, qui se genuerunt.* Honor reverentiæ debetur Patri corporali; honor vero obedientiæ debetur Patri spirituali similiter & carnali, secundum illud Pauli: *Filii obedite parentibus vestris in Domino: quod est mandatum primum in promissione.* Honor vero beneficentiæ debetur Patri secundum illud Ecclesiastici: *Fili, suscipe senectam Patris tui, & non contristes eum in vita illius*, id est, beneficentiam etiam ei exhibe. Secundo huic Præcepto additur ista promissio: *ut sis longævus &c.* Ista autem longævitas non solum attenditur secundum diuturnitatem dierum, sed secundum valorem, & promissionem vitæ æternæ. (a) Unde honoranti Patrem & Matrem honore reverentiæ debetur vita glorioſa, sive honorifica: honoranti honore obedientiæ, vita jucunda: honoranti honore beneficentiæ, vita opulenta. Et ex his tribus sequitur vita longa. (b) De vita glorioſa concessa honoranti parentes, primo dicitur in Ecclesiastico: *Gloria hominis ex honore Patris sui, & dedecus filii Pater sine honore.* Et ideo dicitur ibi: *Ne glorieris in contumelia Patris tui, non enim est tibi gloria ejus confusio.* De vita jucunda concessa honoranti Parentes, secundo dicitur ibi: *Qui honorat Patrem suum, jucundabitur in filiis, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat Patrem suum, vita vivet longiore, & qui obedit Patri, refrigerabit Matrem.* Summa jucunditas est, quod homo non sit rebellis suis Superioribus, vel eorum contemptor. De vita opulenta concessa honoranti Parentes, tertio dicitur in eodem: *In opere & sermone, & omni patientia honora Patrem tuum, ut superveniat tibi benedictio a Deo*, (c) *& benedictio illius in novissimo maneat.* Et tunc sequitur opulentia mentalis, & spiritualis, & non corporalis, vel carnalis.

XXVIII. Ex isto igitur Præcepto obligamur parentibus obedire, & in dispensatione necessariorum, & in imitatione actuum virtuosorum, & in exhibitione obsequiorum. (d) Si autem parentes carnales aliquid imponant, quod sit contra perfectionem nostram, & salutem; non est eis obediendum secundum sententiam Salvatoris: *Si quis venit ad me, & non odit Patrem suum, & Matrem, non potest meus esse discipulus.* Aut *qui amat Patrem aut Matrem plusquam me, non est me dignus.* Ideo Patri imperanti filio, ne intret Religionem, non tenetur filius obedire; quia præcipit

Exo. 20. 12.

Præcepti forma.

Honor triplex reverentiæ, obedientiæ, beneficentiæ.

Eccli 3. 8.

Eph. 6. 1. ac seq.

Eccli 3. 14.

Præcepti promissio, & quomodo intelligenda.

Ibi 13.

Ibi 11.

6.

7.

9. ac seq.

In quibus obediendum Parentibus.

Luc. 14. 26. Matth. 10. 37.

(a) Serm. 5. de dec. Præcept. sic „ Sed numquid verum est semper quod diutius vivant? „ Videmus hoc falli quandoque; ergo Deus „ fallax erit in suo promisso. Dico, quod „ longævitas non solum attenditur secundum „ longitudinem dierum currentium, sed secun „ dum valorem &c. “ Et in 3. Dist. 37. sub Dub. 4. „ Ad illud quod quæritur, quare huic „ mandato specialiter promittitur longævitas „ vitæ, dicendum quod in isto mandato præ„ cipitur opus pietatis, de qua dicit Apostolus „ (1. *Tim.* 4. 8.): Quia promissionem est ha„ bens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Unde „ populo carnali promittebatur vita præsens, „ spirituali non tantum præsens, sed etiam fu„ tura. “ Ceterum quod promissio illa diuturnitatis vitæ ad literam accipienda non sit, monet etiam laud. Calmet. Et sane experientia testatum fieri ait S. Ambrosius in Psal. 43. num. 8., plures filios parentibus plane morigeros non tamen idcirco longævam ducere vitam.

(b) Hæc *longa vita* accipi potest secundum Hebr. apud Marian. & Calmet: *Ut prolongent dies tuos*, scilicet Pater & Mater, diuturnam tibi vitam suis precibus obtinendo. Quæ quidem preces a Deo horum Præceptorum auctore exaudiuntur, sin minus pro diuturnitate vitæ præsentis, saltem pro æternitate futuræ. Certe, ait Mariana, Hebraicum verbum activum est, non neutrum.

(c) Vulg. *ab eo.* Et apud Brugen. „ Romani Correctores, pro eo quod vulgo legi„ tur *Deo*, reposuerunt pronomen *eo*, referen„ dum ad *patrem tuum*. “

(d) Similiter definentia Bonaventuriana.

Digitized by Google

pit quod vergit in detrimentum ſalutis. Propter quod dicit Hieronymus: Si Pater in limine jaceat, ſi Mater ubera, quibus te lactavit, oſtendat, per calcatum perge Patrem, per calcatam perge Matrem, & ad vexillum Crucis evola. Solum enim genus pietatis eſt, in hoc eſſe erudelem. (a)

Hieronymus Ep. 14. al. 1. ad Heliodor. Monach. n. 2.

Spiritualis hujus Præcepti intelligentia.

XXIX. Spiritualiter autem intelligendo iſtud Præceptum dico, quod hic præcipitur beneficentia ad omne genus hominum. Pater enim nominat perſonam, cui ineſt auctoritas, cui ineſt antiquitas, cui ineſt amicabilitas, ſive dilectio & caritas. In primo præcipitur obedientia homini dominium habenti; & hoc ſive rei Politicæ, ſive rei Eccleſiaſticæ, ſive rei aut vitæ Monaſticæ (b). Primo Patri, qui præeſt rei Politicæ, obediendum, & ei, qui dicitur Rex, ſive Princeps; & talis Pater debet eſſe, & protectione, & tutela, & defenſione. Unde Beatus Petrus: *Deum timete: Regem*, & Principes, *honorificate*. Similiter ſecundo Patri, qui præeſt rei Eccleſiaſticæ, eſt obediendum; quia talis eſt Paſtor gregis, & ideo de iſto poteſt intelligi verbum Apoſtoli ad Hebræos: *Obedite Præpoſitis veſtris, & ſubjacete eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri*. Similiter tertio Patri, qui præeſt in regimine rei, ſive vitæ Monaſticæ, obediendum, & reverentia ei exhibenda, ſecundum quod dicit Hieronymus: Præpoſitum Monaſterii timeas ut dominum, diligas ut parentem. Credas tibi ſalutare quidquid ille præceperit &c. (c) Secundo in Patre intelligitur antiquitas; & in hoc intelligitur debilitas: ſenes enim debilitantur. Et qui patrem honorat ratione antiquitatis, & debilitatis, honorat omnem hominem, qui indiget adjutorio, vel qui caret ſenſu, vel fortitudine, vel infeſtatur ab alio. Propter quod inſtruimur, quod debemus alium adjuvare per documenta, per ſuſtentamenta, & per patrocinia: & ad hoc ſpecialiter ſunt Prælati. Si homo caret ſenſu, debent ipſum juvare per documenta. Si caret fortitudine, debent ipſum juvare per ſuſtentamenta. Si infeſtatur ab alio, debent ipſum adjuvare per patrocinia. Tertio quia in Patre intelligitur ratio amicabilitatis, ſive dilectionis & caritatis; ideo cum omni homini debeamus dilectionem, nomine Patris ſic intelligitur omnis homo a nobis honorandus. (d) Et hoc admonet Apoſtolus dicens ad Rom. *Honore invicem prævenientes*. Et iterum: *Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem*. Et quantum ad hoc Præceptum debet homo caritatem aliis exhibere, bene volendo cuilibet, quantum ad affectum, (e) & quantum ad effectum, & quantum ad oſtenſionem & ſignum. Et hoc eſt quod dicit Joannes in prima Canonica: *Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, ſed opere & veritate*. Et eſt hic ordo quantum ad exhibitionem caritatis, ut ſecundum rationem proximitatis magis diligatur propinquus, quam extraneus; & ſecundum rationem convenientiæ in profeſſione, magis frater ſpiritualis, quam alienus. Et ita patet quod aliqui obligantur ad iſtam beneficentiam tantum ratione Præcepti, alii ratione beneficii accepti, alii ratione promiſſi exhibendam. (f)

Munera Prælatorum.

Rom. 12. 10. 13. 7.

Caritas exhibenda cum affectu, effectu, & ſigno.

1. *Joan.* 3. 18.

Ordo caritatis.

1. Pet. 2. 17.

Hebr. 13. 17.

Hier. Epiſt. 125 *al.* 4. *ad Ruſtic. n.* 15.

CAPUT VII.

De quinto Præcepto quod eſt: Non occides.

XXX. Quintum Præceptum eſt: *Non occides*. In iſtis ſex Præceptis ſequentibus ordinatur homo ad proximum ſecundum legem innocentiæ. Homo autem nocet proximo tripliciter, ſcilicet perverſitate operis, aut falſitate ſermonis, aut per improbitatem voluntatis. Perverſitate autem operis tripliciter. Quia aut talis qui nocet proximo infert injuriam in perſonam propriam; aut in perſonam conjunctam; aut in tem-

Ordo ſecundum legem innocentiæ. Nocumentum triplex opere, ſermone, & voluntate.

Perverſitas operis triplex contra proximum in perſonam propriam, conjunctam, & in temporalem ſubſtantiam.

(a) Editio noviſſ. Veron. quæ mihi præ manibus eſt, paulo variat.

(b) Al. *cœnobiticæ*.

(c) Sic melius quam in editis de decem Præceptis. Ut ſupra enim D. Bonav. etiam ex eod. Hier. Phar. L. 2. c. 43.

(d) In 3. Diſt. 37. Dub. 4.

(e) Hinc merito ab Innocentio XI. damnata eſt hæc propoſitio: *Præcepto proximum diligendi ſatisfacere poſſumus per ſolos actus externos*.

(f) De hactenus dictis plura Serm. 5. de quarto Præcepto, ubi etiam duo ſuperadduntur exempla, quæ obnoxia fuere Oudinianæ cenſuræ, quam refutavimus in Prodromo col. 664. ac ſeq. Si Oudinus hunc vidiſſet Lib. de decem Præceptis, offendiſſet nihil, in quo genuinum frangeret, ac nequidem noviſſimi Editores Veneti ad Suppoſititia rejeciſſent.

Digitized by Google

temporalem ſubſtantiam. Primum prohibetur in iſto: *Non occides*; ſecundum in ſequenti: *Non mœchaberis*; tertium cum poſtea dicitur: *Non furtum facies*. In hoc ergo Præcepto: *Non occides*, prohibetur ira prorumpens in injurias peremptivas vitæ naturalis, & peremptivas vitæ incolumis, & peremptivas vitæ honorabilis. Natura enim ſemper appetit quod melius eſt: (a) & ita naturaliter appetit vitam ſubſiſtentem, vitam ſalubrem & incolumem, & vitam honorabilem.

Hoc Præcepto vetitæ injuriæ peremptivæ vitæ naturalis, incolumis, & honorabilis.

XXXI. Primo ergo in hoc Præcepto prohibetur ira prorumpens in injurias peremptivas vitæ naturalis; & hoc patet ſatis ex ſuperficie exteriori ipſius Mandati: *Non occides*. Secundo prohibetur ira prorumpens in injurias peremptivas vitæ incolumis, ſcilicet percutiendo, vel vulnerando; quia talis etiam facit contra Præceptum iſtud: *Non occides*. Quoniam vitam incolumem detidit, & perimit. Tertio prohibetur ira prorumpens in injurias peremptivas vitæ honorabilis, ſive fiat per infamiam, ſive per ignominiam, ſive per imprecationem. Ideo dicitur in Matth. *Audiſtis quia dictum eſt antiquis: Non occides; qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis: Quia omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri ſuo, racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.* Et tanguntur in hoc illa tria. (b) Et quia vita naturalis eſt fundamentum vitæ incolumis, & honorabilis vitæ; ideo ſub illo verbo intelligitur peremptio utriuſque vitæ.

Matth. 5. 21. ac ſeq.

XXXII. Sed nunc Manichæi, arguunt, quod lex dicit: *Maleficos non patieris vivere*; & hic lex alia dicit: *Non occides*. Videtur ergo quod lex ſit contraria legi, & ita a diverſis Diis. Item ſecundum legem Chriſti qui dicit: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt*. Petrus ergo qui accepit gladium, contra legem fecit. Dicunt etiam univerſalem Eccleſiam contra legem facere, accipiendo gladium; quia dicitur a Salvatore: *Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo*. Sed dicendum, quod hic prohibetur occiſio hominis, non jumentorum, vel virgultorum, non avium, vel piſcium. Occiſio autem hominis aut fit a lege, aut ab homine. Et hoc, ſcilicet ab homine, quadrupliciter. Aut caſu, aut neceſſitate, vel vere, vel interpretative. Et in hoc Præcepto prohibetur occiſio facta ab homine ſicut ab homine, non ſicut a lege. Et ideo Deus, qui conditor eſt naturæ, & conſervator naturæ & legis, hominem poteſt occidere. Et hoc fit quando Dei miniſter occidit, ſervato ſcilicet juſto animo, juſto ordine, & juſta cauſſa. Lex enim ex juſta cauſſa præcipit hominem occidere, cum dicit: *Maleficos non patieris vivere*. Igitur judex juſtum ordinem debet ſervare, & juſta cauſſa procedere, ſecundum quod dicitur in Deut. *Judicent populum juſto judicio*. Et *Juſte quod juſtum eſt exequeris*. (c) Item oportet habere animum juſtum, ita quod judex occidendo, hoc non faciat amore vindictæ, ſed zelo juſtitiæ. (d) Et hoc eſt quod dicit Apoſtolus ad Roman. *Non enim ſine cauſa gladium portat*.

Manichæorum objectiones. Exo. 22. 18.

Matth. 26. 52.

Matth. 5. 39.

Solutio.

Deut. 16. 18. ac 20.

Rom. 13. 4.

Dei

(a) Ita ſecundum Philoſophum in 2. Diſt. 20. Art. 1. Q. 6. ad opp. 2. & reſp. ad 2.

(b) Ex prædictis verbis infert Serm. 6. de decem Præcept. „ Ergo planum eſt, quod tribus modis facit homo contra illud mandatum, ſcilicet quando quis iraſcitur fratri ſuo, vel quando dicit racha, vel quando dicit, fatue. Et quando hoc facit ex deliberatione animi, tunc dicit, quod reus eſt gehennæ ignis.“ In 3. autem Diſt. 37. Dub. 5. ait „ Non tantum datur intelligi in prædicto „ mandato prohiberi perpetrationem homicidii „ in opere; ſed etiam offenſam in corde, oſtenſionem in ſigno, & expreſſionem in verbo. „ Propter quod tria dicit: Qui iraſcitur fratri „ ſuo, reus erit judicio. Qui autem dixerit „ racha, reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue, ubi eſt expreſſio verbi, reus erit „ gehennæ ignis. Ubi dat intelligere triplicem „ gradum peccati iracundiæ præcedentis homicidii perpetrationem.“ Porro talis *iracundia præcedens homicidii perpetrationem* ſuapte origine mortalis videtur, adeoque digna mortis æternæ pœna, contra Scribas qui putabant Præcepto *non occides* homicidium duntaxat vetari, non vero hujuſmodi iracundiam internam; quive homicidio non aliam pœnam aſſignabant, quam mortis corporalis a Judicibus in judicio infligendam. Vide ſis in prædictum textum Interpretes recentiores.

(c) Vulg. *perſequeris*; ſed *exequeris* etiam S. Gregor. Moral. L. 9. c. 25. n. 38.

(d) Ira enim nullum peccatum eſt, ſi ex juſtitiæ zelo aſſumatur ad exſtirpationem ſcelerum, ſceleſtorumque, quemadmodum egit Mathatias interimens Legatum Antiochi cogentem Judæos idolis ſacrificare 1. Mach. 2. 25. & Chriſtus ipſe ejiciens flagello ementes ac vendentes e templo, Jo. 2. 15. Vid. S. Jo. Chryſoſt. in Pſ. 4. nec non S. Gregor. Magn. in Job 5. 2.

Digitized by Google

Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit. Quod ergo Dominus dixit Petro: *Mitte gladium tuum in vaginam, & omnes qui acceperint gladium &c.*, non referendum istud verbum ad personas, quæ sunt ministri Curiæ, (a) sed ad illas, quæ non sunt ministri, & quæ sunt ministri Ecclesiæ, pro qua, non a qua, hic gladius exerendus. (b) Et Petri laudatur zelus, non opus. (c) Quod autem dicit Dominus *non resistere malo*, hoc intelligitur per amorem vindictæ.

Jo. 18. 11.

Matth. 26. ibi.

Hominis occisio triplex.

XXXIII. Si autem quis occidit hominem, hoc potest tripliciter fieri, aut casu, aut necessitate, aut voluntate (d). Si casu, hoc potest esse dupliciter; aut adhibendo operam rei licitæ, adhibita etiam debita diligentia, & talis non est homicida; aut adhibendo operam rei illicitæ, & non adhibendo debitam diligentiam, & talis non excusatur nisi a tanto, in quantum non intendit occidere. (e) Si necessitate, hoc iterum potest esse dupliciter; aut necessitate vitabili, aut necessitate inevitabili. Si enim quis est in necessitate vitabili ut moriatur, vel occidatur, quia potest fugere, & non fugit, quoniam timet verecundiam, vel dedignatur fugere, aut repercutit occidendo, homicida est; a tanto tamen excusatur, non a toto.

Casu dupliciter.

Necessitate dupliciter.

Si autem occidat hominem necessitate inevitabili, ut quando non potest fugere, & intendit se tueri, & animam (f), & corpus, potest occidendo repercutere; tamen non est istud concessum personis perfectis, (g) sed infirmis & imperfectis. (h) Et hoc si fiat non zelo vindictæ, sed amore conservationis propriæ vitæ & animæ; non animi crudelitate, vel ulciscendi libidine, sed ut impediat ipsum, ne perdat suam vitam & animam: talis non est reus, qui debeat secundum legem puniri, ut dicit Augustinus Lib. de libero arbitrio. (i) Si autem vere & perfecte faciat homicidium, & voluntarie, hoc est etiam dupliciter; quia aut occidit libidine vindictæ, aut animi crudelitate. Item occisio hominis ab homine fit in animo interpretative; & hoc tripliciter. Sive primo, negando subsidium in facto, cum adest necessitas extrema, de qua Ambrosius: Pasce fame morientem, si non paveris, occidisti. (k) Aut secundo, aliquid obloquendo in verbo, & vitæ alterius detrahendo, si hoc fiat ex malignitate animi; ac etiam præoipiendo, consulendo, (l) vel accusando. Aut tertio, odiendo. Unde Canonica Joannis: *Omnis qui odit fratrem suum, homicida est.* (m) Secundum ergo principalem intentionem mandantis pro-

Augustinus de lib. arbitr. L. 1. c. 5. n. 12.

Voluntate dupliciter.

Occisio interpretativa triplex.

Refertur ex Ambrosio D. 86. c. Pasce.

1. Jo. 3. 15.

(a) Unde ineptissimi sunt Anabaptistæ, qui omnem gladii usum prohiberi volunt, etiam Magistratui.

(b) Sic Comment. in Joan. ibi num. 1168.

(c) Ita Expos. in cap. 22. S. Luc.

(d) *Casu, necessitate, & voluntate*, ait quoque in Centiloq. Par. 1. Sect. 31.

(e) Serm. 6. de decem Præcept. *Si autem sit homicidium casuale, & homo adhibet operam rei illicitæ, nec adhibet debitam diligentiam, nec excusatur a tanto, nec a toto.* Melior lectio superior.

(f) *Animam*, inquam, ut si se putet in peccato mortali constitutum, ne impœnitens ab invasore occidatur.

(g) Ita apprime ad mentem S. Ambrosii Lib. 3. Officior. c. 4. dicentis „ Non videtur, quod „ vir justus & sapiens quærere sibi vitam alie„ na morte debeat, utpote qui, si in latro„ nem armatum incidat, ferientem referire non „ potest, ne, dum salutem defendit, pietatem „ contaminet. “

(h) Magis quoque hæc mihi probatur lectio quam ea quæ in d. Serm. 6. ita sonat „ Si „ fiat hoc cum moderamine inculpatæ tutelæ, „ hoc concessum est personis etiam perfectis, „ non solum imperfectis. Et hoc dicit Augu„ stinus de libero arbitrio, & excusatur a tan„ to, & a toto. “ Certe Augustinus ibi potius tradit contrarium, ut mox patebit.

(i) August. loc. cit. de prædicta *lege* sic loquitur: *Lex eos non cogit occidere, sed relinquit in potestate.* Et iterum: *Legem non reprehendo, quæ tales permittit occidere.* Inibi tamen docet: *Sed illi homines lege inculpata, quomodo inculpati queant esse, non video.* Et rursum: *Sed quo pacto istos defendam qui interficiunt, non invenio.* Consule sis Augustinum Triumphum de Potest. Eccl. Q. 52. Art. 3. Cardin. Norisium in Vindic. c. 4. §. 9. Christianum Lupum de Opin. probab. c. 8. Leonardum Vanroy Tract. de Jure & Justitia cap. 6. Quæst. 9. Fridericum Gavardi To. 4. Q. 2. de Leg. nat. §. 4. & Aurelium Pietre Par. 4. cap. 4. Q. 4. Neque legere negligas Laurentium Berti de Theolog. Disciplin. L. 23. cap. 19. ubi statuit, lateque probat hanc propositionem: *Occisio injusti aggressoris licita est, si talis occisio a noxia cupiditate sequestretur, id est, amori proximi non præferatur amor corporis, & defensionem sui moderetur pacatum rationis imperium; quod tamen in praxi raro, difficulter, & forte nunquam continget.* Et ita fere Gaspar Ivenin Instit. Theologic. To. 3. Par. 3. Dist. 4. de Leg. Posit. Div. Art. 5.

(k) Sic ex eodem Ambros. ibi idemmet S. Bonav. in Spec. Anim. cap. 2.

(l) Sic loc. supra cit. Centiloq.

(m) Ita ibi.

Digitized by Google

hibetur occisio, non quæ est secundum legem; sed quæ est hominis ab homine, voluntate, libidine vindictæ, & animi crudelitate, vel interpretative.

CAPUT VIII.

De sexto Præcepto quod est: Non mœchaberis.

Quid hoc Præcepto jubetur, quidque vetatur.

XXXIV. Sextum Præceptum est: *Non mœchaberis*; & præcipitur in isto Præcepto innocentia ad proximum respectu personæ conjunctæ; & prohibetur hic secundum Augustinum omnis actus illicitus, & usus membrorum generationis, qui fit ad procurationem libidinis cum impugnatione castitatis. Et hoc septem modis, per adulterium, per fornicationem, per meretricium, per stuprum, per sacrilegium, per incestum, per peccatum contra naturam.

Augustinus in QQ. super Exo. Q. 71. prope fin.

Septem modi peccandi contra castitatem.

Castitas quadruplex.

XXXV. Est enim castitas quadruplex, scilicet munditia conjugalis, communis, privilegiata, id est, virginitas, & eorum qui voverunt castitatem. Impugnator castitatis potest esse contra istas quatuor differentias pudicitiæ. Impugnator enim Matrimonii committit adulterium, quod alio nomine vocatur mœchia. Si est impugnator pudicitiæ communis, hoc potest fieri dupliciter; vel cum soluta simpliciter, & certa persona; & sic dicitur fornicatio: vel cum publica, & vagabunda; & sic dicitur meretricium. Si autem est impugnator pudicitiæ privilegiatæ, sive virginitatis, sic est stuprum: & si est impugnator castitatis Domino consecratæ, sic est sacrilegium; quia Domino injuriatur. Si autem fit contra fundamentum omnium istorum, sic est peccatum contra naturam. (a) Et hoc potest fieri dupliciter; vel contra naturam; id est, contra dictamen rationis, ut naturalis, & sic est incestus; scilicet cum quis habet rem cum persona sibi conjuncta: vel contra instinctum naturæ, quod scilicet natura docet omnia animalia, & sic est peccatum contra naturam proprie. (b) Et istud est peccatum, de quo accusavit Joseph fratres suos apud Patrem suum tanquam de *crimine pessimo*. (c) Ex hoc patet, quod in hoc Præcepto prohibetur omnis actus deliberatus concupiscentiæ carnalis præter legem Matrimonii; quia omnis talis actus est peccatum mortale. (d) Propter quod dicit Apostolus ad Corinth. *Neque fornicarii, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores regnum Dei possidebunt.* Et ad Ephesios: *Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator aut immundus, non habet hæreditatem in regno Dei.*

Ejus impugnatio.

Gen. 37. 2.

1. Cor. 6. 9. & seq.

Eph. 5. 5.

CAPUT IX.

De septimo Præcepto quod est: Non furtum facies.

XXXVI. Septimum Præceptum est: *Non furtum facies.* In isto Præcepto præcipitur innocentia ad proximum respectu possessionis suæ, & prohibetur contrectatio rei alienæ invito Domino, & ex cupiditate. Si ex auctoritate Domini fiat, non committitur furtum; sicut præcepit Dominus filiis Israel ut postularent ab Ægyptiis vasa argentea, & aurea, vestemque plurimam, & secum asportarent. (e) Similiter si ex cautela aliquis accipiat rem alterius, ut huic sit utilis in posterum; quia prodigus est, aut fatuus, pro custoditione rerum, non committit furtum. Furtum committitur sex modis, aut per furtum proprie dictum; aut per rapinam; aut per latrocinium; aut per circumventionem; aut per usuram; aut per simoniam. Contrectatio enim rei alienæ aut fit per meram fraudem, aut per violentiam, aut per circumventionem.

Exo. 11. 2. ac 12. 35. ac seq. Augustin. super Exo. d. c. 11. Q. 39. & in Ps. 104. n. 28.

Furtum sex modis committitur.

(a) Confer cum Centiloq. Par. 1. Sect. 24. nec non cum Speculo animæ, sive Arbore mala c. 3. ac 4.

(b) In editis de decem Præcept. Serm. 6. „ Aut fit contra dictamen naturalis rationis, „ scilicet contra hoc, quod omnia animalia „ natura docuit; sic dicitur peccatum contra „ naturam proprie. Aut fit contra instinctum „ naturæ; & hoc modo est incestus, quando „ quis peccat cum persona sibi conjuncta. "

(c) Ibi: *Peccatum contra naturam scelestissimum est, & super omnia fugiendum. Et de hoc crimine accusavit Joseph fratres suos apud Patrem suum crimine pessimo.* Et de hoc ipso Menochius: „ *Crimine pessimo*, contra naturam, vel Sodomitico, ut vult Rupertus; vel bestialitatis „ cum ovibus, quas pascebant, ut vult S. Thomas, & alii. "

(d) In edit. Sermon. ibi ad hoc demonstrandum affertur exemplum, quod narrat Petrus Damianus.

(e) Sic in 1. Dist. 47. Art. 1. Q. 4. ad 2.

Digitized by Google

nem. Primo modo per meram fraudem fit furtive, & sic dicitur furtum. Secundo modo per violentiam fit dupliciter, aut per violentiam occultam, & sic dicitur latrocinium; quia in occulto latrones rapiunt: aut per violentiam apertam, & sic dicitur rapina. Si autem tertio modo per circumventionem fiat contrectatio rei alienæ invito Domino, hoc fit tripliciter; quia circumventio aut est pactio fraudulenta, aut est pactio iniqua, aut est pactio profana. Si primo modo, sic proprie dicitur circumventio, scilicet quando quis in negotio decipit alium, sive quantum ad pondus, sive quantum ad mensuram, sive quantum ad valorem. Tales enim circumveniunt homines in negotio; quia si scirent, nunquam consentirent. Si secundo modo, sic est usura. (a) Est enim prohibita, quia mala, (b) & inter mortalia connumeratur. In mutuo enim meum fit tuum; & tunc res transit in potestatem ejus, qui mutuo accipit. Et si ille, qui dat, ultra, vel amplius petit, tempus vendit, & usura est. (c) De accomodato non est ita. Quoniam cum usurarius pecuniam accommodat, in accommodatione pecuniæ non deterioratur, & non pejoratur, sicut aliæ res pejorantur, ut patet in vestibus & hujusmodi: (d) at in accommodatione pecuniæ, totam & integram pecuniam potest re-

Usura suapte natura mala.

Justinianus L. 3. *Instit. Tit.* 25. *Paullus* l. C. L. 2. *D. de rebus creditis.* *Ulpianus* L. 31. *D. Locati.*

(a) Usura ergo secundum D. Bonav. est *contrectatio rei alienæ, invito Domino, & pactio iniqua*. Et ut idem inquit Centiloq. Par. 1. Sect. 31. *Usura est sub specie negotiationis, Domino sciente, alienæ rei contrectatio*. Quinimo ut ipsemet loquitur in 3. Dist. 37. Dub. 7. „ In usura „ est quædam violentia, & quædam fraudulentia. Fraudulentia in hoc quod vendit homini rem suam: tenetur enim unusquisque „ subvenire proximo in mutuo ex Divino mandato. Dum ergo vendit ei illud quod tenetur ei facere, ipsum fraudat & decipit. „ Rursus dum ex pactione aliquid ab eo exigit, quodam modo ad id, quod non debet, „ ipsum compellit..... Ad illud vero quod „ objicitur, quod usurarius non contrectat rem „ alienam invito Domino, dicendum quod est „ voluntas absoluta, & voluntas conditionalis. „ Et cum dicitur quod usurarius contrectat res, „ quas recipit ultra sortem volente Domino, „ dicendum quod est verum de voluntate conditionali: sed tamen invito quantum ad voluntatem absolutam. Magis enim vult pecunia carere, quam beneficium mutui perdere; licet voluntate absoluta vellet quod „ impenderetur sibi mutui gratia sine mercimonio." Porro ipsemet D. Bonav. adeo aversatur usuræ vitium, ut damnatam in mutuo censeat ipsam spem lucri *Mandato Divino* Exposit. in cap. 6. S. Luc. & hoc nedum, quando est *expressa per pactum*, verum etiam quando est *principaliter movens ad lucrum*. Et quare? *Quia*, inquit, *in tali modo mutuandi plus diligitur nummus, quam proximus; dum nummos proximo accommodat, non ex amore proximi, sed ex amore nummi*. Item in Spec. anim. c. 2. „ Est usura in spe, quum quis „ non expresse contractum usurarium facit, licet speret pro mutuo aliquid accepturum; „ & hac intentione dat mutuum, alias non daturus: constat quod talis quantum ad Deum, „ qui cor intuetur, usurarius judicatur, unde „ Dominus: *Date mutuum, nihil inde sperantes*." Luc. 6. 35.

(b) Equidem aliquid absque justo titulo exigere supra sortem juri naturæ adversatur. Quid enim magis juri naturæ repugnans, quam quod ille, qui mutuum accipit, sit deterioris conditionis, quam fur, qui si furatus fuerit centum, ac desit lucrum cessans, & damnum emergens, satisfacit restituendo centum? Quanto magis qui mutuo recipit centum, satisfaciet justitiæ reddendo centum? Injuste ergo cogitur superaddere auctarium. Item mutuo dans V. G. centum florenos perinde facit ac si illos venderet pro alia pecunia simili, neque centum floreni plus valent quam centum. Atqui repugnat juri naturali in venditione plus exigere, quam res valeat. Dissentaneum ergo juri naturali est exigere auctarium supra sortem. Unde D. Tho. 2. 2. Q. 78. Art. 2. ad 4. ait: *Pecunia non potest vendi pro pecunia ampliori, quam sit quantitas pecuniæ mutuatæ; quæ restituenda est*. Vide sis Tract. de Contractibus Leonardi Vanroy cap. 1. Q. 2., Opus insigne de Synodo Benedicti XIV. Lib. 7. c. 47. n. 10., Lib. 3. de Justitia & Jure Danielis Concina Dissert. 3. de Mutuo & Usura cap. 5., Libros sex doctissimos de Jure Divino & Naturali circa usuras Petri Ballerinii Presbyt. Veronen. & ejusdem Vindicias Juris Divini ac Naturalis circa Usuram Librum 7. adversus Opus novissime editum de Usuris licitis & illicitis Nicolai Broedersen, nec non peculiarem Dissertation. de Concilio Viennen. sub Clemente V. ejusque Decretis cum 3. Opusc.

(c) In Edit. de decem Præcept. Ser. 6. „ In „ mutuo meum fit tuum, & si tu aliquid acquiris per industriam tuam ex illo mutuo, „ & ego aliquid de illo repeto, vendo tempus „ quod est commune, quod non est licitum „ vendere." Item d. Exposit. in cap. 6. S. Luc. „ In mutuatione pecuniæ transit rei mutuatæ dominium, quia non tenetur eamdem „ reddere; tum quia totum periculum transfertur in eum qui fuerat mutuatus." Nec non in 3. loc. supra cit. „ In mutuatione pecuniæ transfertur pecunia in dominium alienum. Et hujus signum est, quia non tenetur illam eamdem numero reddere, sed „ illi consimilem."

(d) In eod. 3. ibi „ Pecunia dum in usum „ vertitur, non consumitur, nec deterioratur: „ non sic autem de aliis rebus, quæ secundum „ quod magis & diutius eis utimur, magis „ tea-

Digitized by Google

trahere. (a) Item secundum Aristotelem ex accommodatione aliarum rerum potest commodum provenire; non sic ex pecunia, quæ per seipsam non fructificat, sed fructus venit aliunde. (b) Præterea usura est supra sortem exigere; quia si perdideris quidquid habes, usurarius vult habere suum. (c) Et ideo consequitur quod homo non debet petere ad usuram; (d) quia ille qui sic accommodat peccat mortaliter. (e) Si autem est pactio profana, est simonia, scilicet quando res spiritualis venditur. Ideo Dominus dicit: *Nolite facere domum Patris mei, domum negotiationis.* (f) Unde dicitur in Michæa ad reprobationem talium Simoniacorum: *Principes ejus in muneribus judicabant, & Sacerdotes ejus in mercede docebant, & Prophetæ ejus in pecunia divinabant.*

Aristoteles Lib. Polit. c. 7.

Jo. 2. 16.

Mich. 3. 11.

CAPUT X.

De octavo Præcepto quod est: Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

XXXVII. Octavum Præceptum est: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.* Hic præcipitur innocentia ad proximum, quantum ad verbum, & prohibetur mendacium nocivum proximo. Secundum ergo generalem intellectum hujus Mandati prohibetur mendacium pernicioſum, & datur omnibus intelligi, quod omne mendacium malum est. (g) Est autem secundum Augustinum triplex genus mendacii, scilicet pernicioſum, officioſum, & jocoſum. Pernicioſum autem mendacium est, quod nulli prodest, & alicui obest. Jocoſum quod fit causſa delectandi. Officioſum quod nulli obest, & prodest alicui. Mendacium pernicioſum fit tripliciter, scilicet primo, cum quis mentitur in doctrina religionis contra sacram Scripturam. Secundo, in impoſitione falsi criminis: & istis duobus modis nulli prodest, sed omnibus obest. Tertio quando fit in gratiam alicujus, & sic alicui obest, ut alteri prosit. In primo mendacio semper est gravis culpa. (b) Mendacium autem jocoſum fit dupliciter: aut enim fit sola libidine fallendi, aut fit cupiditate placen-

Augustinus Lib. de mendac. & contra mendac. Ad Consent. c. 11. ad 15. L. 3. QQ. sup. Levit. Q. 68. &c.

De triplici mendacii genere.

„ tendant ad defectum. “ Et in d. Expoſit. ibi „ Pecunia propter accommodationem non „ deterioratur “.

(a) Suprad. Ser. 6. „ Pecuniam mutuatam „ totam & integram oportet, quod mihi red„ das, & ideo non excusor, cum peto aliquid „ de mutuo &c. “

(b) In eod. 3. ibi „ Pecunia quantum est „ de se, per seipsam non fructificat, sed fru„ ctus venit aliunde. Non sic autem est circa „ res, quæ de seipsis afferunt fructum, & uti„ litatem. “ Et in d. Expoſit. ibi „ Pecunia „ de se non fructificat, sed tota ratio utilitatis „ est ex parte utentis. “

(c) Hoc est quod supra ex d. Expoſit. retulimus, nimirum *quia totum transfertur periculum in eum qui fuerat mutuatus.*

(d) In eod. 3. ibi „ Si quis dat usuras præ„ ter necessitates, non est immunis a culpa: „ cum vero ex necessitate usuras dat, non pec„ cat; quia licitum est unicuique redimere ju„ ris sui vexationem. Unde sicut ille, qui „ dat vestes suas latroni antequam permittat „ se interfici, non dicitur currere cum latrone: „ sic qui solvit usuram in necessitate, non di„ citur currere cum fure. Quantam autem ne„ cessitatem quis debeat expectare, hoc est ra„ tionis rectæ determinare pro eo quod secun„ dum diversas conditiones personarum, diver„ simode necessitates debeant pensari. “

(e) In Spec. anim. c. 2. „ Qui talium usum „ vendit, usurarius dicitur, & habet rationem „ peccati mortalis, in quantum contra morale „ præceptum justitiæ est; quia vendit alii quod „ suum non est, cum jam sit translatum do„ minium. “

(f) Vid. Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 2. v. 17. n. 128.

(g) Sic in 3. Dist. 38. Ar. 1. Q. 2. in concl. Et sane nullum est mendacium, quamlibet officioſum, quod non repugnet lumini super nos signato, sive animæ luci, quæ veritas est, & quam nemo potest negare, secundum eundem S. Bonav. Serm. sive Collat. 14. in Hexaemer. ubi paucis post init. sic ait „ Lux animæ ve„ ritas est. Hæc lux nescit occasum; ita enim „ fortiter irradiat super animam, ut etiam non „ possit cogitari non esse, nec exprimi, quin „ homo sibi contradicat. Quia si veritas non „ est, verum est veritatem non esse; ergo ali„ quid est verum. Et si aliquid verum est, „ verum est veritatem esse. Ergo, si veritas „ non est, veritas est. Super omnia enim præ„ valet veritas. “ 3. Esdr. 4. ver. 35. ac 41. Hinc memini me olim hoc confeciſſe argumentum contra Virum alioquin doctiſſimum mendacii officioſi fautorem: Aut verum, aut falsum est, licere eo uti mendacio. Si verum licere eo uti, & quia verum, ideo quis movetur, ut illud citra noxam dicat; ergo veritas contra se ipsam pugnat, sibi contradicit, ac seipsam destruit, quod est absurdiſſimum, prorsusque impoſſibile. Si falsum licere eo uti; ergo nullo pacto dicendum. Hoc argumento ita ipsum perstrinxi, ut multa quidem verba fecerit, ne videretur tacere, victasque dare manus; sed ad rem nihil respondit, & astantium omnium judicio insolutum reliquit.

(h) Ibi Q. 3. ad 2.

Digitized by Google

gendi; & hæc est culpa mediocris inter mendacium pernicioſum, & officioſum. (a) Est autem officioſi mendacii triplex ſpecies, ſcilicet aut quis mentitur pro vita alicujus tuenda; aut pro vita ſpirituali ſervanda, ſive pro caſtitate; aut pro poſſeſſione alicujus ſcilicet cuſtodienda: & hoc est culpa non ita gravis ſicut in pernicioſo, & jocoſo. In iſto autem Præcepto omne genus mendacii prohibetur. Et ratio hujus est; quia ſecundum Auguſtin. Deus non poteſt facere quod mentiri non ſit peccatum, & hoc propter nobilitatem veritatis. Et ideo aliquis recte faciens non poteſt mentiri. (b) Et quia omne mendacium non est recte factum, ergo omne mendacium est peccatum. In furto etiam & homicidio poteſt Deus diſpenſare, in mendacio autem nequaquam. (c)

CAPUT XI.

De nono Præcepto quod est: Non concupiſces domum proximi tui.

XXXVIII. Nonum Præceptum est: *Non concupiſces domum proximi tui.* Hic præcipitur innocentia ad proximum in animo, & prohibetur concupiſcentia cordis. Concupiſcentialis enim vis est infecta; & corrupta; & ideo ſicut actus exterior prohibetur dupliciter per duo Præcepta: *Non mœchaberis: Non furtum facies*; ita actus interior concupiſcentiæ dupliciter prohibetur per duplex Mandatum. In iſto ergo Mandato nono prohibetur concupiſcentia oculorum, quæ est radix omnium malorum; ſicut dicit Apoſtolus primæ ad Timoth. ſexto: *Radix omnium malorum est avaritia* (d), *vel cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide.*

Concupiſcentia cordis prohibita quoad res temporales.

1. Tim. 6. 10.

CAPUT XII.

De decimo Præcepto quod est: Non deſiderabis uxorem proximi tui.

XXXIX. Decimum Præceptum est: *Non deſiderabis uxorem proximi tui, non ſervum, non ancillam*; & prohibetur concupiſcentia carnalis, ex qua omnia peccata oriuntur. Et ita decem Præcepta colliguntur ex ternario Præceptorum, ſenario, & unitate. Ex ternario, quod reſpondet Trinitati Perſonarum. Ex ſenario, quod reſpondet ſenario dierum. Ex unitate, quæ reſpondet ſummo Principio. Iſta autem Præcepta, quamvis aliqua ſint affirmativa, aliqua negativa; omnia tamen inducunt affirmationem. Et hoc patet inducendo per ſingula.

Decem Præcepta collecta ex ternario, ſenario, & unitate.

XL. In primo enim Præcepto præcipitur humilis adoratio Divinæ Majeſtatis, & prohibetur idololatria. In ſecundo præcipitur fidelis confeſſio, & profeſſio Divinæ veritatis, & prohibetur ejus abnegatio. In tertio præcipitur ſincera dilectio Divinæ bonitatis, & prohibetur indevotio. In quarto præcipitur pietas ad parentes, & prohibetur induratio. In quinto præcipitur manſuetudo, & prohibetur iracundia. In ſexto præcipitur pudicitia, & prohibetur mœchia. In ſeptimo præcipitur largitas, & prohibetur furtum (e). In octavo præcipitur veritas, & prohibetur mendacium. In nono præcipitur liberalitas cordis, & prohibetur concupiſcentia rei temporalis. In decimo præcipitur caſtitas mentis, & prohibetur concupiſcentia carnis cum conſenſu.

Recapitulatio decem Præceptorum.

XLI. Qui ergo complet hujuſmodi Mandata efficitur bonus. Quia per obſer-

Obſervator Divinorum hujuſmodi Præceptorum quam bonus.

(a) Ser. 7. de dec. Præcept. itidem loquens de mendacio officioſo, jocoſo, pernicioſo, ait: „ In primo mendacio est minima culpa: in ſe„ cundo mediocris; in tertio est culpa gravis“.

(b) In 3. ibi Q. 2. ad 6. ubi ſecundum Bernardum de Diſpenſat. circa med. dicitur, *quod ad hoc ut ſit opus laudabile, neceſſe est quod ſit charitas in intentione, & veritas in electione.*

(c) Ibi in concl. ubi dicitur: *Abſque dubio omne mendacium est peccatum: & adeo ipſi est eſſentiale eſſe peccatum, ut nullo pacto, nullo fine, nulla diſpenſatione, nec humana, nec Divina poſſit fieri bene &c.* Conſule ſis inter Opera Clariſſ. P. Joſephi Auguſt. Orſi O. P. quæ ſequuntur videlicet „ Diſſertazione Dogmatica e Morale „ contra l' uſo materiale delle parole &c. In „ Roma MDCCXXVII. Dimoſtrazione Teo„ logica della Veracità &c. In Milano M.DCC. „ XXIX.“ Item ipſummet D. Bona, in Centiloq. Par. 1. Sect. 12.

(d) Sic ex Græco φιλαργυρία. Et ita quoque Ambroſ., Chryſoſt., Theophyl., & alii paſſim. Quinimo ipſemet D. Bonav. Phar. L. 2. c. 11. ex S. Auguſt. de Lib. Arbitr. L. 3. c. 17. *Dictum est, radicem omnium malorum eſſe avaritiam, hoc est, plus velle, quam ſatis est.* Et in Opuſc. De pugna ſpirituali contra ſeptem vitia capitalia c. 3. ubi agitur de *philargyria vel avaritia.*

(e) Al. *rapina.*

Digitized by Google

servationem primi fit humilis. Per observationem secundi fit fidelis. Per observationem tertii fit devotus. Per observationem quarti fit pius. Per observationem quinti fit mansuetus. Per observationem sexti fit castus. Per observationem septimi fit largus. Per observationem octavi fit veridicus. Per observationem noni fit liberalis. Per observationem decimi fit mente impollutus. Et ita per observationem Legis fit homo bonus.

Transgressor quam malus.

XLII. E contrario per transgressionem Legis fit homo malus. Quia per transgressionem primi Mandati fit idololatra. Per transgressionem secundi fit blasphemus. Per transgressionem tertii fit indevotus. Per transgressionem quarti fit impius. Per transgressionem quinti fit homicida. Per transgressionem sexti fit mœchus. Per transgressionem septimi efficitur fur. Per transgressionem octavi fit falsidicus. Per transgressionem noni fit cupidus. Per transgressionem decimi fit carnalis. Et ideo boni erunt in circumferentia, id est, in Paradiso; sed mali in centro, id est, in Inferno, (a)

Decem Ægypti plagæ.

Exo. c. 7. & seqq.

XLIII. Ideo Dominus flagellavit Ægyptios decem plagis; quia peccaverunt in Deum, & in proximum. Prima plaga fuit sanguinis. Secunda ranarum. Tertia sciniphum. Quarta muscarum caninarum (b), quia erant mordentes. Quinta fuit mortis pecorum. Sexta fuit ulcerum, sive vesicarum turgentium. Septima fuit grandinis extirpantis omnia. Octava fuit locustarum. Nona fuit tenebrarum. Decima fuit mortis primogenitorum.

Transgressoribus inflictæ.

XLIV. Ægyptii ergo quia fuerunt transgressores primi Mandati, (c) sicut idololatræ pessimi, percussi fuerunt plaga sanguinis. Et hoc eis competebat; quia secundum Sapient. *Per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.* Et ideo dicitur in Ps. etiam de Hebræis idolatris: *Effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum, & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaam &c.* Secundo quia blasphemi fuerunt, percussi sunt plaga ranarum, Et quia garruli fuerunt, veritatem perdiderunt. Sicut enim rana est animal clamosum (d), & seipsum clamando consumit; ita & blasphemi. Tertia plaga percussi sunt quia indevoti, qui non permiserunt custodire Sabbatum Domini, quæ est dies devotionis. Et ideo talibus sciniphes immissi sunt, qui conturbabant eos, ne possent requiem habere. Et in hoc tertio defecerunt Magi Pharaonis, in signum quod inquietudinem hominum non possumus effugere nisi per devotionem, quæ est in cordibus hominum a Spiritu sancto. Quarta plaga fuit muscarum; & tali plaga percutiuntur homines maligni, impii, & crudeles, qui non honorant Parentes. Quinta plaga fuit mortis jumentorum; & tali plaga percutiuntur homicidæ, quia tales sunt rei mortis secundum sententiam Salvatoris: *Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.* Sexta plaga, quæ est vesicarum turgentium, est adulterorum, qui igne libidinis inflammantur, propter quod dicitur in Malachia: *Inflammabit eos dies veniens, quæ non derelinquet radicem & germen.* Septima plaga fuit destructio mororum & arborum propter grandinem; & tali plaga percussi sunt fures & latrones; quia tales merentur destructionem bonorum suorum. Octava plaga fuit locustarum quæ herbas virides devorant; & tales sunt mendaces, qui per mendacium totum destruunt, & devorant. Nona plaga fuit tenebrarum; & ista plaga est cupidorum. Cupiditas enim excæcat secundum illud: *Xenia & dona excæcant oculos sapientum (e).* Item: *Avaro nihil est scelestius;* unde & ipse *venalem habet animam suam.* Decima plaga fuit mors

Ps. 105. 38.

Matth. 26. 52.

Malach. 4. 1.

Eccli 20. 31.

10. 9. ac seq.

Sap. 11. 17.

(a) Consone ad ea quæ tradit in 4. Dist. 44. Par. 2. Art. 1. Q. 2. tam in Fundament., quam in Concl., & alibi. Quinimo consone quoque ad SS. Patres; quippe *in centro terræ plerique omnes SS. Patres infernum locant*, inquit Cl. P. Ricchinius, notans magnam confidentiam Swindeni Angli, qui *extremis hisce temporibus integro volumine in 8. in Sole infernum esse ponendum defendit.* Ita laud. Scriptor ad L. 4. Vener. Mopeiæ adver. Cathar. & Valden. c. 11. pag. 382. not. 3.

(b) LXX. κυνομυῖαν κυνομυῖαν, id est, *muscam caninam.*

(c) Tirin. Comment. in cap. 8. Exo. sub ver. 19. notat „Moraliter decem plagas Ægypti accommodat transgressoribus decem Præceptorum Decalogi singulas singulis S. Augustinus.“

(d) Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 16. sub ver. 13.

(e) Vulg. *judicum*; sed *sapientum* etiam Ser. 7. de decem Præcept. versus fin.

Digitized by Google

mors primogenitorum, & hoc propter carnalem libidinem. Ista autem libido carnalis abstulit a nobis nobilem generationem Spiritus sancti; quia secundum Apostolum nascimur *filii iræ*. Exemplum de Ruben, qui amisit jus primogenituræ, propter hoc quod fœdavit stratum Patris sui. Et Joseph propter innocentiam suam meruit possidere illam partem agri, quam abstulit ab Amorrhæo in gladio & arcu suo.

Eph. 2. 3.

Gen. 35. 22. 49. 3. & *seq.*

Ibi 48. 22.

XLV. Propter ergo istas decem plagas Christus decem condescensiones fecit, sicut dicitur quarti Regum decimo, quod sol retrocessit *decem gradibus*. Et in hoc significatur Christi descensus, qui transgrediens novem ordines Angelorum descendit ad quærendam decimam drachmam perditam, sicut exponit Glossa, & Gregorius. (*a*) Et hoc est, quando assumpsit naturam nostram. Sed aliter potest dici, quod decem condescensiones fecit Dominus pro nobis. (*b*) Prima fuit quando voluit venire ad carnem nostram. Secunda, quando voluit assumere non tantum carnem, sed etiam carnem talem, scilicet mortalem & passibilem. Tertia condescensio fuit, quando descendit ad nostram necessitatem, patiendo sitim, famem, frigus, & calores (*c*). Quarta condescensio fuit, quando descendit ad paupertatem nostram, & nuditatem. Quinta, quando descendit usque ad tentationem, qui erat Deus, sicut dicit Apostolus: *Habentes pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus confessionem. Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* (*d*) Sexta fuit usque ad corporis lassitudinem, & pedibus nudis, & discalceatus ibat, (*e*) & tantum semel asinam, & ejus pullum equitavit. (*f*) Septima fuit usque ad mentis anxietatem, sicut dicitur in Marco: *Cœpit pavere, & tædere.* Et ait: *Tristis est anima mea usque ad mortem.* (g) Octava fuit usque ad crucem, & usque ad mirabilem (*h*) crucis ignominiam. Nona condescensio fuit, quando voluit descendere ad tumulum in sepultura. (*i*) Decima condescensio fuit, quando descendit ad carcerem infernalem. (*k*) Et ad hoc eo (*l*) descendit, ut inde educeret vinctos de lacu, in quo non erat aqua. (*m*)

Glossa interlin. in c. 15. *Luc. & Gregor. in Evang. L.* 2. *Hom.* 34. *n.* 3.

4. *Reg.* 20.

Hebr. 4. 14. *ac seq.*

Mar. 14. 33. *ac seq.*

Zach. 9. 11.

XLVI. Et ita patet, quod Deus filios Israel decrevit liberare de afflictione Ægyptiorum per decem plagas, quibus eos dignatus est de manu Pharaonis liberare; & nos in terram repromissionis introducere, scilicet ad vitam æternam reducere, per decem condescensiones, quas pro nobis assumpsit in generis humani redemptionem, Jesus Christus Dominus noster, qui est benedictus in sæcula sæculorum.

Amen. (*n*)

Explicit Liber de decem Præceptis Legis Divinæ. (*o*)

SE-

(*a*) Sic Expos. in cap. 15. Luc. ex Glossa & Gregorio.

(*b*) De *singularibus condescensionibus ejus misericordia* Vol. 2. in Commentariolo De Doctrina Evangelica num. 9. Confer cum Tract. de Humilit. num. 18.

(*c*) Al. *necessitatem sitis, famis, frigoris, & lassitudinis*; sed de *lassitudine* paulo post.

(*d*) Vid. Lignum Vitæ Tit. *Jesus Hoste tentatus.*

(*e*) In Opusc. inscripto: *De eo, quod Christus, & Apostoli, & Discipuli ejus discalceati incesserunt, sive de Sandaliis Apostolorum.* Nec non in Expos. Reg. FF. MM. cap. 2., & etiam alibi.

(*f*) Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 12. num. 863.

(*g*) In 3. Dist. 15. Art. 1. Q. 2. nec non Art. 2. Q. 2.

(*h*) Al. *talem*:

(*i*) Serm. 7. de decem Præceptis prope finem: *Nona fuit usque ad mortem.*

(*k*) Ita in 3. Dist. 22. Art. 1. Q. 4. & 5.

(*l*) Al. *ibi.*

(*m*) Ita Expos. in Lament. Jer. Proph. cap. 3. paulo aliter a Vulgata.

(*n*) Similiter plura ex suis Operibus, Opusculis, ac Sermonibus claudere consuevit.

(*o*) Et heic quoque *explicit* prima Asceticorum pars, quam mox excipiet secunda, quæ Concionatoria complectitur.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTURÆ ARS CONCIONANDI,

IN QUA

CLAVES SCRIPTURARUM TRADUNTUR

PRO

ELABORANDIS CONCIONIBUS.

ADMONITIO.

COncionatoriis *omnibus, quæ continuo sequuntur quæve secundam hujus Voluminis Partem constituunt, ordo ipse poscebat, ut hanc* Artem concionandi *præmitterem: quæ primum, quod ego sciam, in publicam lucem educitur, ad fidem optimæ notæ Codicis* Assisiensis, *quem* Cl. V. P. Joannes Hyacinthus Sbaralea Ord. Minor. Convent. Magister *auspicato invenit, ac diligenter exscripsit. Utinam vero esset integra secundum omnes tres partes, quas ipsa complectebatur. Sed quod valde dolendum, secunda imperfecta est, tertia autem penitus desideratur. De hac* S. Bonaventuræ *genuina fœtu nullum esse dubitandi locum in* Prodromo *a col.* 743. *satis evici, atque in Notis ad calcem de more subjiciendis hoc amplius patebit, in quibus etiam indicabo varias tes mei apographi lectiones. Hanc* Artem *fuisse ab eodem* D. Bonaventura *traditam ad rite* Fratres Minores *in concionandi munere instituendos nullus ambigo; quippe in ejus* ad Magistrum innominatum Epistola *sic lego de iisdem loquentem:* Quos magis decet Evangelium docere, quam qui Evangelium profitentur, & servant? *Ut ergo, quemadmodum par est, Evangelium prædicent, sequentem edidit* Artem, in qua *ideo tradit* Claves Scripturarum, *quia studium præcipuum sacrorum Oratorum, ac Concionatorum in ipsis versari debet, velut suorum Sermonum omnium locupletissimo promptuario. Utinam hoc sapiant & intelligant Oratores, Concionatoresque illi,* quorum magna pars (*verba sunt* Cl. V. P. Casti Innocentis Ansaldi O. P. Lib. 1. Cap. 8. de authenticis sacrarum Scripturarum apud SS. Patres lectionibus) adeo a Patribus distat, uti leviores distant lapides a montibus altis; quorum & magna pars Biblia toto vitæ tempore nunquam præ manibus habuit, aut de illis ne cogitavit quidem. *Neque in hac sola* Arte D. Bonaventuræ *cordi fuit Concionatorum institutio, cum & ipsis documenta tradiderit in* Pharetra; Exposit. in Lib. Sapient. Comment. in Apocal. Sermonibus *sive* Collationibus in Hexaem. *Ex hac autem* Arte, *atque* Sermonibus *post eandem edendis, & aliis jam diu editis superaddendis, palam fiet, quod jure meritoque fuerit a* Ptolomæo Lucensi *illustri priscoque* O. P. *Scriptore nuncupatus* Egregius Prædicator.

IN-

INCIPIT ARS FRATRIS BONAVENTURÆ.

I.

Augustinus L. 1. *de Doctr. Christ. c.* 1. *n.* 1. *nec non L.* 4. *n.* 1.

OMnis tractatio Scripturarum, ut ait Augustinus Lib. de Doctrina Christiana (*a*), circa modum inveniendi, quæ intelligenda sunt, consistit; & circa modum proferendi, quæ intellecta sunt. Et quia in his prædicandi versatur negotium, idcirco videndum est, qualiter in hoc præcipue pervigilet studium, & intentio Prædicantis. Fertur autem ejus studium maxime circa tria, scilicet circa divisiones, circa distinctiones (*b*), & circa dilatationes, sive processus. (*c*) Sed in dividendo attendenda est proprietas; in distinguendo brevitas; in dilatando utilitas. Sic enim dicit Augustinus in eodem: De his Doctor debet esse sollicitus, ut doceat, ut delectet, ut flectat (*d*), Quia docere necessitatis est; delectare suavitatis; sed flectere victoriæ. Sic plurimum quoque contingit, ut dum est divisio propria, instruat; brevis distinctio delectet; dilatatio vero utilis flectat. (*e*)

Studium Concionatoris circa tria, circa divisiones, distinctiones, dilatationes.

Augustinus L. 4. *de Doctr. Christ. c.* 12. *n.* 27. Debet esse sollicitus, ut doceat, ut delectet, ut flectat.

2. Primum igitur volenti dividere aspiciendum thema, quæ sit ejus sententia; quis sensus principalis; & ad quam personam sermo dirigatur in eo. Secundæ autem personæ sermo dirigi consuevit sub ratione quærentis, Gen. tertio: *Cur præcepit vobis Deus?* Vocantis, Matth. quarto: *Venite post me.* Exhortantis, ut in Epistolis maxime. Increpantis, Matth. vigesimo: *Quid hic statis tota die otiosi?* Auxilium postulantis, Matth. octavo: *Domine si vis, potes me mundare.* Imperantis, Joan. quintodecimo: *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem.* Allegantis rationem. Lucæ septimo: *Quia dignus est, ut hoc illi præstes.* Detestantis, Joan. nono: *Tu discipulus illius sis.* Enuntiantis sive prophetantis, ut in Prophetis maxime. Sollicitantis, Eph. quinto: *Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus.* Si qua etiam sunt hujusmodi, quæ in prima, vel tertia persona, omni tempore proponantur, præmia narrando, aut describendo, seu commendando, vel despiciendo, promittendo, consolando, seu terrendo; diligenter habenda est cura, & proprietas retinenda, ac requirenda, ne si alicubi scripturarum alliciamur, fortasse dicatur: Hic increpamur, & e contrario, quod esset ridiculosum non immerito audienti. Ut verbi gratia proponatur illud Matth. vigesimo: *Quid hic statis tota die otiosi?* Si dicam, hic hortatur nos Dominus ad operandum, improprie dictum est; quamquam & ad hoc hortemur, non principaliter tamen, sed potius ex consequenti. Ideoque proprius est dicendum, ut principalis sensus thematis exprimatur: Hic, inquam, increpat Dominus otiosos, & negligentes operari in vita præsenti. Increpat quidem ex parte naturæ, cum dicit: *Quid statis?* Id est, qui nati estis ad laborem, Job quinto: *Homo ad laborem nascitur.* Ex parte loci ibi: *hic*; ubi scilicet non est locus quietis, sed horroris, & vastæ solitudinis, ut dicitur Michææ secundo: *Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem.* Ex parte temporis ibi: *tota die*, id est, toto tempore vitæ, in qua *est militia hominis super terram*, Job septimo. Ex parte ordinis ipsius rationis ibi: *otiosi*. Et congrue ob hæc quatuor reprehendit; quoniam hæc sunt illa, quæ monent non esse standum, sed operandum: nam indicatur hominis proprietas, loci va-

Ad Eph. 5. 14.

Matth. 20. 6.

Illos, qui sunt otiosi, ac negligunt operari, Dominus increpat. *Job* 5. 7.

Deut. 32. 10. *Micb.* 2. 10.

Job 7. 1.

Quid opus facto volenti dividere Scripturæ thema.

Gen. 3. 1.

Matth. 4. 19.

Ibi 20. 6.

Ibi 8. 2.

Joan. 15. 17.

Luc. 7. 4.

Jo. 9. 28.

(*a*) Libri quatuor D. Augustini de Doctrina Christiana magno usui D. Bonaventuræ fuerunt, uti constat nedum ex cit. Epistola ad Magistrum innominatum, verum etiam ex Tract. de Studio Divinarum Literarum, & ex Pharetra Lib. 1. Cap. 14. ubi agit *De Prædicatoribus bonis* &c.

(*b*) De *Duobus modis, vel procedendo per distinctionem, vel per divisionem*, infra num. 3. & seq. & de *distinctionibus quæ fiunt themate jam diviso* infra num. 28.

(*c*) Quia una cum pluribus ad secundam partem spectantibus deest integra pars tertia de *dilatationibus sive processibus* agens, quid per ipsas intelligat, non habetur; ego autem puto per easdem significari *amplificationes*, quarum sermo est apud Rhetores, quibus scilicet argumenta tum verbis, tum rebus dilatantur, uti videre est apud Quintil. Lib. 8. cap. 4. & Cic. in Partit.

(*d*) Sic etiam Cic. de Oratore, ac ipsemet S. Bona. cit. Lib. 1. Phar. cap. 14.

(*e*) De *Divisione, subdivisione, dilatatione*, infra in Prologo Sermonum XXXII. de Eucharistia.

Digitized by Google

ſtitas, temporis brevitas, & rationis rectæ perſpicuitas. (a) Similiter erit & in aliis thematibus (b) obſervandum, ſicut præmiſſum patefecit exemplum.

Diviſio intra, vel extra thema aſſumptum, ſervanda. Qualitati auditorum ſermo coaptandus.

3. Hoc viſo ſervetur diviſio intra, vel extra, in themate aſſumpto, ſecundum exigentiam (c) Auditorum. Aliter enim dividendum eſt cum Clero, aliter cum populo prædicatur; cum ab illis acutius, & ab iſtis tardius capiatur. (d) Ideoque dividendum eſt extra, cum prædicatur populo: quod poteſt duobus modis, vel procedendo per diſtinctionem, vel per diviſionem. Verbi gratia, ut facilius capiatur, diſtinguendum eſt ſic. Proponatur iſtud Matth. vigeſimo, vel Luc. decimo octavo: *Ecce aſcendimus Jeroſolymam*. Dicam ſic: Myſterium mortis Chriſti proponitur nobis poſt paſſionem, Hebr. nono: *Per proprium ſanguinem introivit ſemel in ſancta, æterna redemptione inventa*. In paſſione, Thren. primo: *Attendite, & videte, ſi eſt dolor, ſicut dolor meus* (e). Et ante paſſionem. *Ecce aſcendimus Jeroſolymam*. Et hoc ſic, ut per primum oſtendatur eſſe paſſus libere (f); per ſecundum acerbe; & per tertium fructuoſe: ſed ante paſſionem prædicitur nobis, ut oſtendatur paſſus voluntarie (g) per primum; in paſſione acerbe (h) per ſecundum; poſt paſſionem fructuoſe (i) per tertium (k). Et hoc contra illos, quorum quidam patiuntur invite contra primum; remiſſe contra ſecundum: & damnoſe contra tertium. Ecce quomodo hic extra proceditur diſtinguendo, ut poſtmodum intretur in thema. Si vero Clero proponatur, poſſet ſic taliter dividi: Hic prædicitur myſterium Dominicæ paſſionis. Prædicuntur ſiquidem talia; tempus ibi: *Ecce aſcendimus*, id eſt, hoc tempore, cito. Locus, cum addit: *Jeroſolymam* (l). Et generalis effectus ibi: *Et conſummabuntur omnia, quæ ſcripta ſunt per Prophetas de Filio hominis*. (m)

Matth. 20. 18. & Luc. 18. 31.

Myſterium Chriſti paſſionis conſideratum poſt paſſionem, in paſſione, ante paſſionem. ad Hebr. 9. 22. Thr. 1. 12.

Oſtenditur Chriſtus paſſus libere, acerbe, fructuoſe.

Diſtinctio extra procedens ad intrandum in thema.

Chriſti paſſio prædicta quoad tempus, locum, & effectum. Luc. 18. 31.

4. Poſſent autem, & deberent fieri claves & in omnibus, ut talis modus dividendi ſervetur, & ut reaſſumatur diviſio ſic: Tempus deſcribitur ſub ratione propinquitatis, quod oſtenditur, cum dicitur: *Ecce aſcendimus*. Locus ſub ratione congruitatis, quia *Jeroſolymam*. Sed effectus ratione generalis utilitatis: (n) *Et conſummabuntur omnia* &c. Vocantur vero claves, quia diviſiones factæ aperiunt rationem, & ejuſdem ſufficientiam claudunt (o), ſicut in præmiſſo eluceſcit exemplo. Ideo ſummopere in omni artificiali diviſione, & ſubtili diſtinctione, hæc ſervanda eſt; alias enim Prædicantis ſermo nec pulchritudinis, nec artis ratione fulgebit. (p) Similiter ſi proponatur hoc verbum primæ ad Cor. nono: *Sic currite, ut* 1. ad Cor. 9. 24.

Diviſiones quare vocentur claves.

com-

(a) Heic quoque apparent ſimiliter deſinentia apud D. Bonav. perquam uſitata, uti ex ſequentibus plenius conſtabit.

(b) Similis exponendi modus Divinæ Scripturæ *Themata* apud ipſum D. Bona., præſertim in ſuis Sermonibus, paſſim occurrit. Quin etiam hujuſmodi *Thematum* ſpecimina ipſe exhibet Comment. in Apocal. Pulchrum quoque dividendi *Thematis* ſpecimen videri poteſt ſuper illud ad Coloſſ. 3. 1. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto* &c. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

(c) De hac voce Leg. ma. S. Franc. Vid. Prodr. col. 592.

(d) Habentur D. Bona. Sermones tum *ad Clerum*, tum ad *Populum*, *ſecundum exigentiam Auditorum, cum ab illis acutius, & ab his tardius capiatur*; idque non ſine *diviſionibus*, & *diſtinctionibus*. Quod autem Sermo aptari debeat qualitati auditorum, probat Lib. 3. Phar. cap. 33. illis S. Greg. verbis ſuper Ezech. *Neceſſe eſt, ut ſemper ſermo Prædicantis cum auditorum debeat qualitate formari*.

(e) Hæc eſſe verba *Chriſti in cruce pendentis* ait quoque ipſemet D. Bona. Expoſit. in cap. 1. Lament. Jer. Proph.

(f) Al. *ſalubre*.

(g) *In Chriſto paſſiones fiebant, non tamen coacte, ſed voluntarie*, inquit in 3. Diſt. 16. Art. 1. Q. 3. in concl.

(h) De hac *acerbitate* ibi Q. 2. in concl. ubi ab init. in Fundam. allegat prædictum textum Thren.

(i) De *fructu Chriſti pro nobis paſſi*, Tract. de Vit. Myſt. cap. 46. num. 16.

(k) Scilicet *per primum*: *Ecce aſcendimus* &c. *per ſecundum*: *Attendite* &c.; *per tertium*: *Per proprium ſanguinem* &c.

(l) *Jeroſalymam, tamquam ad locum, ſcilicet paſſionis*, uti pariter loquitur Expoſit. in cap. 18. S. Luc.

(m) En prædicti textus in thema aſſumpti diviſio in tres partes.

(n) En iterata ſimiliter deſinentia.

(o) De *clavibus Scripturarum ad aperiendum, & ad claudendum* in fine Tract. de Sacr. Scriptur. Myſter. ubi his verbis finis imponitur: *De iſtis clavibus, & de modo ducendi eas*, alius exigeretur *Tractatus*. Vox prædicta *ſufficientiæ* adhibetur etiam a Tertul. Lib. 1. ad uxor. cap. 4.

(p) Sic fulſit in ipſomet D. Bona. qui velut *Egregius Prædicator*, ut dixi in Admonit., laudatur a Ptolomæo Lucenſi, velutque *admodum gratioſus præcipue in ſermone*, a Martino Monacho Fuldenſi. Vid. Prodr. col. 217. ac 224. de cujus quoque commendatione hac ſuper re facta ab Henrico de Iſernia, vid. ibi quoque col. 57. ac ſeq.

Digitized by Google

comprehendatis. Procedatur ſic ſecundum hunc modum exterius ſic diſtinguendo: Triplex eſt Lex, Naturalis, Scripta, & Evangelica. (*a*) Naturalis docet quid faciendum: Scripta quid & quomodo faciendum: Evangelica quid, & quomodo, & ad quid faciendum. Ideo Prædicator Legis Evangelicæ docet hic quid faciendum ibi: *currite*: Quomodo faciendum ibi: *ſic*. Et ad quid faciendum ibi: (*b*) *ut comprehendatis*. Ecce quod exterius diſtinguendo intratur in thema. Licet hoc verbum aliter dividi poſſit, ut dicatur ſic: Hic invitamur ad curſum: *Sic currite*; animamur ad bravium: *ut comprehendatis*. Et ſic tenet Apoſtolus rationem moventis ad meritum per primum; & allicientis ad præmium per ſecundum (*c*). Et ſic ſunt claves hujus diviſionis. Amplius ſi dicatur Matth. octavo: *Magiſter, ſequar te, quocumque ieris*, dicetur ſic ſecundum hunc modum: Sequendus eſt Chriſtus, ut Paſtor, quia reficit in laboratione; (*d*) ut Dominus, quia protegit in tentatione; ut Magiſter, quia inſtruit in lectione, ut hic: *Magiſter ſequar te* &c. Similiter ex prima Petri ſecundo: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis* &c. Chriſtus paſſus aliquando proponitur ad meditandum; aliquando ad compatiendum; & aliquando ad imitandum, ut hic: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis* &c., ut per meditationem illuminetur intellectus; per compaſſionem inflammetur affectus; & per imitationem exerceatur effectus (*e*). Poſſunt autem ad hæc membra auctoritates (*f*) adduci; & valet hic modus, ut Sermo protrahatur, & Thema melius diſtinguatur.

Lex triplex, quidve docet.

Apoſtolus Paulus nos invitat ad curſum, nos animat ad bravium, nos movet ad meritum, nos allicit ad præmium.

Matth. 8. 19.

Chriſtus ſequendus, ut Paſtor, ut Dominus, ut Magiſter.

2. *Pet.* 2. 21.

Chriſtus paſſus nobis propoſitus ad meditandum, ad compatiendum, ad imitandum.

5. Poteſt item ſumi diviſio extra procedendo per diviſionem ſufficientiæ; & hoc perutile eſt populo. Verbi gratia, ſumatur illud Pſalmi: *Dominus illuminatio mea, & ſalus mea*. Duplex eſt nobis incommodum inflictum per peccatum, ſcilicet ignorantia in cognoſcendis, & infirmitas in agendis. Contra primum: *Dominus illuminatio mea*. Contra ſecundum: *& ſalus mea*. Primum reſpicit intellectum; ſecundum vero effectum (*g*). Primum reſpicit faciem cognoſcitivæ; ſecundum faciem motivæ. Si autem dixiſſem: Verbum illud eſt duplicis faciei, a ſimplicibus non de facili (*b*) caperetur, ut primum. Similiter illud Pſalmi: *Gloriosa dicta ſunt de te, Civitas Dei*. Civitas, quæ eſſet copioſa, famoſa, & generoſa, nonne eſſet a quolibet deſideranda? Revera hic Jeruſalem cœleſtis (*i*) deſcribitur copioſa, cum dicitur: *glorioſa*; famoſa ibi: *dicta ſunt*; & generoſa, cum dicitur *Civitas Dei*. Si ab auctoritate deſcribitur, ſumatur & illud ad Gal. quarto: *Illa autem quæ ſurſum eſt Jeruſalem libera eſt, quæ eſt mater noſtra*. Sic poteſt vulgarizari: Quatuor requiruntur ad hoc quod Civitas commendabilis oſtendatur. Quod ſit in ea ſcilicet pacis tranquillitas; ab hoſte ſecuritas; a dominio libertas; & fœcunditas, vel copioſitas. Hæc oſtendit Apoſtolus eſſe in cœleſti Jeruſalem in verbo prædicto, ſcilicet pacis tranquillitatem ibi: *Illa autem Jeruſalem*, quæ pacifica interpretatur (*k*); ſecuritatem ibi: *quæ ſurſum eſt*; libertatem ibi: *libera eſt*; fœcunditatem ibi: *quæ eſt mater noſtra*. Si autem ſic dividatur: Commendat Apoſtolus hic Jeruſalem ſub du-

Pſ. 26. 1.

Duplex incommodum per peccatum inflictum.

Pſ. 86. 3.

Ad Gal. 4. 26.

Quatuor requiſita ad oſtendendam Civitatem commendabilem.

Jeruſalem, id eſt, pacifica.

(*a*) De hac *triplici Lege ſecundum Sanctos modernos & antiquos* Serm. ſive Collat. 15. in Hexaem. ac alibi ſæpe.

(*b*) Vel repetio τό *ibi* a D. Bona. ſæpius adhibita in expoſitione textuum.

(*c*) Similiter Auctor Dietæ Salutis in Thematibus pro modo prædicandi, & materia applicanda, inter Opuſcula edita ſub S. Bona. nomine.

(*d*) Al. *labore*; ſed *laboratione* legendum reor pro ſimiliter deſinentibus, quibus Auctor noſter delectabatur, de qua voce vid. Gloſſar. Ducangian.

(*e*) Heic videre eſt Doctorem Cherubicum, Seraphicum, atque cum primis devotum. De *affectu compaſſionis, & exceſſu devotionis, ad quem pervenitur imitatione Chriſti*, in Incendio ſive Incentivo Divini amor. cap. 3.

(*f*) Hujuſmodi *auctoritates* videre eſt in ejus Sermonibus infra vulgandis.

(*g*) Al. *affectum*; ſed *effectum*, quia ut D. Bona. loquitur Expoſit. in Pſalter. ad d. Pſ. heic David a Deo agnoſcit *ſcientiam*, & *virtutem*; illam ſcilicet *in cognoſcendis*, hanc *in agendis*. Unde & noſter Franciſcus Titelmanus „ Dominus eſt illuminator atque ſalvator meus, „ qui me in omnibus illuminat, ut ſciam quid „ & quomodo agere oporteat. “ Et Lorinus „ In genere valet *illuminatio* contra ignorantiæ „ tenebras: ſed quia non ſufficit videre bonum „ niſi id valeas implere, *ſalus* adjungitur, ut „ Gregorius obſervat. “ Vid. S. Greg. Moral. L. 14. c. 34. n. 41. & L. 19. c. 23. n. 39.

(*h*) Sic paſſim D. Bona. uſurpat *de facili*.

(*i*) Sive *Eccleſia quantum ad partes quæ triumphans in cœlis*, d. Expoſit. in Pſalter. ad d. Pſ.

(*k*) *In mente pacifica, tamquam in interiori Jeroſolyma*, ait etiam cap. 7. Itiner. ment. in Deum ab init. Item Expoſit. in cap. 1. ac 2. S. Luc.

Digitized by Google

duplici ratione, ſcilicet excellentiæ ibi: *Illa autem, quæ ſurſum eſt Jeruſalem, libera eſt*; & influentiæ (a) ibi: *quæ eſt mater noſtra*, non ita ab auditoribus capietur, ſicut præmiſſa diviſio. Ad idem aliud proponatur exemplum Act. ſeptimo: *Stephanus plenus ſpiritu ſancto, intendens in cœlum vidit gloriam Dei, & Jeſum ſtantem* &c. Sic poteſt dividi extra. Tria ſunt neceſſaria ad videndum, ſcilicet diſpoſitio in oculo; intentio in aſpiciendo; & præſentia in objecto: quod patet per contrarium aſpicienti. Hæc autem omnia notantur in verbo prædicto, ſcilicet gratiæ diſpoſitio ibi: *Stephanus plenus ſpiritu ſancto*; intentio in aſpiciendo ibi: *intendens in cælum*; & præſentia in objecto ibi: *gloriam Dei, & Jeſum ſtantem* &c.

Act. 7. 55.

Tria ad videndum neceſſaria.

6. Aliud exemplum proponatur, ut illud ſecundæ Cor. duodecimo: *Libenter gloriabor in infirmitatibus meis*. Vera pœnitentia quadruplici conditione perficitur. Exigitur enim, quod ſit voluntaria ad merendum ibi: *Libenter*. Jucunda ad facilius ſuſtinendum ibi: *gloriabor*. Pœnalis ad ſatisfaciendum ibi: *in infirmitatibus*. (b) Et propria ad præmium obtinendum ibi: (c) *meis*. Similiter illud Lucæ ſeptimo: *Stans retro ſecus pedes ejus, lacrymis cœpit rigare pedes ejus, & capillis capitis ſui tergebat*, poteſt ita dividi ſecundum hunc modum: In quatuor conſiſtit amaritudo contritionis, ſicut patet in beatiſſima Magdalena in verbo præmiſſo. (d) In rubore ibi: *Stans retro*. In timore ibi: *ſecus pedes ejus*. In dolore ibi: *lacrymis cœpit rigare pedes ejus*. (e) Et in abjectione ibi: *& capillis capitis ſui tergebat*. Et illud Danicl. tertiodecimo: *Flens ſuſpexit in (f) cœlum; erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino*. Introducitur hic ad loquendum caſta Suſanna ſub triplici affectione, quæ generatur in homine infamato. Afficitur enim taliter affectione ſcilicet ruboris pro offenſæ congregatione (g) ibi: *ſuſpexit in cœlum*; doloris pro amiſſa nobilis famæ poſſeſſione ibi: *flens*; & timoris, ſed cum ſpe, (h) pro infligenda punitione ibi: *erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino*. Item ponatur illud Matth. octavo; *Vade oſtende te ſacerdoti, & offer munus tuum*. Vera pœnitentia debet eſſe voluntaria ibi: *vade*, id eſt, ex voluntate. Aperta ibi: *oſtende*. Propria ibi: *te*. Integra ibi: *Sacerdoti*, non Sacerdotibus (i). Et prompta ad ſatisfaciendum ibi: *& offer munus tuum*. Aliud exemplum Pſal. *Propter te mortificamur tota die*. (k) Pœnitentia (l) debet eſſe recta ratione intentionis ibi: *propter te*. Strenua ratione actionis ibi: *mortificamur*. Et continua ratione durationis ibi: *tota die*. (m) Vel aliud ejuſdem Pſal. *Exurge, quare obdormis Domine?* poteſt ita dividi (n). Pro tribus Vir Sanctus commovetur, ſcilicet ſi videt affligi innocentiam, proſperari malitiam, & dormire Divinam juſtitiam. Ideo excitat: *Exurge, quare obdormis Domine?* ſcilicet ad puniendum. (o)

Dan. 13. 35.

Triplex affectio infamati.

Matth. 8. 4.

Quæ ad veram exigantur pœnitentiam.

Pſ. 43. 22.

Ibi 23.

Commotio viri Sancti propter tria.

7. Similiter ſumatur illud Lucæ primo: *Ave gratia plena Dominus tecum*. Populo dividendo dicetur: Triplex eſt officium nuntiorum, ſcilicet ſalutare ibi: *Ave*; nuntiare ibi: *gratia plena*; & licentiare ibi: *Dominus tecum*. Hoc idem Cle-

Luc. 1. 28.

Nuntiorum Officium triplex.

Luc. 7. 38.

Amaritudo contritionis in quatuor conſiſtit.

(a) *Mater influentiarum, per quam efficimur filii Dei*, dicitur ab eodem D. Bona. quoque Ser. ſive Collat. 22. in Hexaem.

(b) *Infirmitates, de quibus hic Paulus, ſunt dolores, contumeliæ, nuditas, frigus* &c., ut Gordonus exponit. Et hujuſmodi pœnalitates patienter toleratæ pro peccatis, ſunt ſatisfactoriæ. Et hoc pariter ſenſu accipiuntur *infirmitates* ſecundum Apoſtolum ibi ab ipſomet Bonaventura in 3. Diſt. 15. Art. 1. Q. 1. ad 4.

(c) Alia repetitio ſimiliter deſinentium, & *to* ibi, uti etiam fit in ſeqq.

(d) Sic Expoſit. in cap. 7. S. Lucæ ibi de eadem Magdal. de qua etiam ſimiliter Serm. 4. Dom. 13. poſt Pentec.

(e) Ita ibi de tribus prædictis.

(f) Vulg. *ad*.

(g) Quia nimirum facta erat congregatio populi ad ipſam offendendam, & condemnandam.

(h) Al. ſine *ſed cum ſpe*.

(i) Scilicet partim uni, partim alteri *Sacerdoti*, cui uni tota lepra peccatorum retegenda eſt.

(k) Ita quoque Paulus ad Rom. 8. 36.

(l) Qua ſcilicet mortificantur membra noſtra, quæ ſunt ſuper terram, ad Coloſſ. 3. 5. Et in prædicto *textu moraliter oſtendi proceſſum pœnitentia, per quam peccatum deletur*, interpretatur quoque Alex. Alen. ſive Hugo Card.

(m) Pariter Caſſiodorus.

(n) Al. tantum *Vel aliter idem poteſt ita dividi*.

(o) Expoſit. in Pſalter. Pſ. 43. *Eſt oblivio ſupplicii, unde hoc: Exurge, quare obdormis Domine?* Et Mariana: *Videtur Dominus dormire, cum differt vindictam, cum in noſtris malis diſſimulat*; pariterque Titelmanus.

Digitized by Google

Exordium, narratio, & concluſio Angelicæ ſalutationis.

Clero artificialiter poſſet dividi ſic: Angelus alloquens Virginem genitricem præmittit ſalutationis exordium Divinum ibi: *Ave*. Narrat concipiendi modum ibi: *gratia plena*. Et ſubdit concludens conceptionis effectum ibi: *Dominus tecum*. (*a*) Primum eſt ſalutationis: *Ave*. Secundum commendationis: *gratia plena*. Tertium conſolationis: *Dominus tecum*. Vel ſic: Primum pertinet ad ſalutationem. Secundum ad commendationem. Tertium vero ad conſolationem. Secundum enim diverſos caſus poteſt fere quælibet diviſio variari, & ex hoc per conſequens decorari; ſicut iſto docemur exemplo, quod idem poterit variari, ut dicatur ibi: Notatur hic Angelica ſalutatio: *Ave*; gratiarum actio: *gratia plena*: Divinæ ſocietatis initiatio: *Dominus tecum*. Hæc utique ſufficiant exempla præmiſſa ad oſtendendum hunc modum, qualiter thema dividatur extra. Qui quidem modus ſimplicioribus condeſcendit (*b*), licet nonnulla exempla inſerta ſint incidenter, quæ magis redolent modum exequendi; cujus quippe rei hæc fuit cauſſa, ut oſtenderetur, quod unus & idem verſuus aliter Clero, aliter eſſet populo dividendus.

Præmiſſa exempla ad oſtendendum, qualiter thema dividatur extra.

Qualiter thema dividatur intra.

8. Nunc autem inquirere opus eſt primæ diviſionis membrum, videlicet qualiter thema dividatur intra. Dividitur autem ſecundum hunc modum aliquando per verba, aliquando per caſualia (*c*) quæque, in quibus a diverſis habet diverſimode variari ſecundum multiplicitatem, & differentias eorumdem; ideoque qualiter in modo, numero, & perſona, in recto pariter & obliquis diverſificetur. (*d*) Inferius indicabitur copia exemplorum, quæ non erit paucorum, in medium deſcribenda, qua patere poſſit faciliter prædicanti ſententia dividendi; ſi tamen hæc ſub brevitate collecta ſtuduerit memoriæ commendare. Dividitur autem per verba ſic. Ponatur illud Matth. *Ite & vos in vineam meam, & quod juſtum fuerit dabo vobis*. Tria notantur. Primo ad profectum ſollicitat ibi: *Ite & vos*. Secundo ſollicitationis qualitatem exprimit ibi: *in vineam meam*. Tertio de laboris retributione certificat ibi: *& quod juſtum fuerit dabo vobis*. Similiter illud Luc. quinto decimo: *Pater, peccavi in cœlum, & coram te, jam non ſum dignus vocari filius tuus*, poteſt ita dividi. Verbum illud eſt verbum pœnitentis, & ad miſericordiam redeuntis, & de commiſſis veniam poſtulantis. Ecce, ſi attendis, hic in verbis iſtis tota thematis eſt ſententia comprehenſa. Diverſe procedendum eſt ſic: Hic talis primo pie invocat ibi: *Pater*. Secundo vulnus detegit ibi: *peccavi*. Tertio peccatum exaggerat ibi: *in cœlum, & coram te*. Quarto ſibi pœnam taxat ibi: *jam non ſum dignus vocari filius tuus*. Eodem modo habetur Matth. *Domine, ſalva nos, perimus*. Invocando dominationem, poſtulant ſalvationem, allegant creationem, & petitionis cauſſam ſubjungunt ibi: *perimus*. Invocando (*e*): *Domine*, captant benevolentiam. Poſtulando profitentur potentiam ibi: *ſalva*, id eſt, creaturam tuam; non enim ſalutem peterent ab eo, quem non crederent poſſe ſalvare. Allegando inclinant ad clementiam, cum dicunt: *nos*. Ultimo (*f*) fatentur humanam indigentiam ibi: *perimus*.

Tria notanda circa illud: *Ite & vos in vineam meam* &c.

Luc. 15. 18. *ac ſeq.*

Verbum pœnitentis, & ad miſericordiam redeuntis, & de commiſſis veniam poſtulantis.

Matth. 8. 25. Analyſis horum verborum: *Domine, ſalva nos, perimus.*

9. Hæc ſunt claves diviſionis (*g*) prædictæ; & modus iſte utilis eſt maxime, cum quis de toto Evangelio prædicat, ſive Epiſtola, pro eo quod in paucis verbis poteſt claudere Evangelicum ſenſum, & memoriam labilem adjuvare, ut ſi ponatur illud Joannis ſexto: *Abiit Jeſus trans mare Galilææ, & cum ſublevaſſet oculos, dixit ad Philippum: Unde ememus panes ut manducent hi?* &c. Quæ ibi dicuntur de miraculo quinque panum. Poteſt autem in tribus verbis totius Evangelii ſententia comprehendi ſic: Tria fecit hodie Chriſtus providit ut procurator ibi: *Unde ememus panes ut man-*

Modus iſte clavium diviſionis prædictæ maxime utilis.

Jo. 6. 1. *ac ſeq.*

Diviſio per verba. Matth. 20. 4.

Tria fecit Jeſus in mira quinque panum multiplicatione, providit ut procurator, adminiſtravit ut ſervus, multiplicavit ut Dominus.

(*a*) Sive, quod perinde eſt, *ſalutationis ingreſſum, narrationis proceſſum, concluſionis terminum, ex ore Angeli tamquam boni rethoris*: nanque *iſtæ ſunt partes principales Rethoricæ, ſcilicet exordium, narratio, & concluſio ſecundum Tullium*, nempe apud Cicer. de invent. Ita Expoſit. in cap. 1. S. Luc. ibi.

(*b*) Hoc verbo ſæpe utitur D. Bona.

(*c*) Apud Grammaticos *caſualia* dicuntur de caſibus declinationum, & hæc vox extat apud Priſcianum L. 5. atque apud Probum L. 1. Infra num. 13.

(*d*) De hoc verbo in Breviloq. Vid. Prodr. col. 525. Idem verbum adhibetur quoque in Centiloq. Par. 1. Sect. 21. &c.

(*e*) Al. *Dicendo*

(*f*) Scilicet *petitionis cauſſam ſubjungendo*.

(*g*) De his ſupra num. 4.

Digitized by Google

manducent hi? Administravit ut servus ibi: *distribuit discumbentibus*. Et multiplicavit ut Dominus ibi: *Collegerunt ergo, & impleverunt duodecim cophinos fragmentorum* &c. In providendo ostendit clementiam in respectu miserationis. In ministrando ostendit sapientiam (*a*) in processu interrogationis (*b*). Et in multiplicando ostendit potentiam in pastu refectionis. Potest autem hoc fere generaliter observari in singulis Evangeliis, & Epistolis, & non solummodo dividendo per verba, sed & per alia casualia, sicut exemplis infra patebit. (*c*)

Ad Rom. 6. 4. Item ponatur illud Rom. sexto: *In novitate vitæ ambulemus*. Hoc diversificatur quoad numerum & personam sic: Hic monet Apostolus, ut de bono in melius proficiamus ibi: *ambulemus*: Secundo ostendit profectum, quem debeamus

Ad Rom. 13. 8. ibi: *in novitate vitæ*. Item illud Rom. tertiodecimo: *Nemini quidquam debeatis, nisi ut invicem diligatis*. Hic duo facit Apostolus; solvit a vinculo servitutis ibi: *nemini quidquam debeatis*; & ligat vinculo caritatis ibi: *nisi ut invicem diligatis*. Quæ quanto magis solvitur, tanto magis debetur.

Caritas quanto magis solvitur, tanto magis debetur.

10. Amplius variatur hic modus, sicut patet proposito illo Rom. tertiodecimo: *Induamur arma lucis*. Hic hortatur ad indumenta virtutum, notanturque hic tria, quæ faciunt in habente ipsæ virtutes. Habent enim primo induere, ideo dicit: *induamur*. Secundo armare, ideo subdit: *arma*. Et tertio illuminare, idcirco addit: *lucis*. Ecce quod variatur quantum ad modum; licet populo aliter possit dividi, ut supra extra dividendo, velut ostensum est in præmissis: (*d*) Triplex est nobis inflictum incommodum per peccatum, scilicet nuditatis, contra quod dantur virtutes ad indumentum (*e*) ibi: *induamur*. Infirmitatis, contra quod dantur ad munimentum ibi: *arma*. Et cæcitatis, contra quod dantur ad documentum ibi: *lucis*. Deinde procedendo per personam, scilicet quod ei (*f*) virtutes sunt indumenta necessitatis ad meritum, utilitatis ad præmium, honestatis ad exemplum, & formositatis ad ornatum. Demum procedendo per secundum membrum (*g*), quomodo sunt ad muniendum fortiter, ad impugnandum gnaviter, ad resistendum patienter, & ad vivificantum longanimiter.

Virtutes sunt animæ indumenta, arma, & lux.

De triplici incommodo nobis per peccatum inflicto.

Alia virtutum propria.

11. Ita etiam faciendum est in aliis, & potest procedi de oppositio in oppositum, videlicet de incommodo, quod incurrimus per peccatum. (*h*) Ipsa enim peccata etiam sunt deceptiva propter delectationis transitum; turpia propter culpæ contagium; & pœnalia propter reatum. Sed de hoc non plus ad præsens, pro eo quod inferius dicetur. Nunc autem non est intentio nostra dividendi per exempla tendentia ad complementum. Ad idem ponatur illud Psal. *Domine inclina cœlos tuos, tange montes, & fumigabunt*. Quod potest sic per infinitivum dividi simili modo, ut prædictum est. Ut si dicatur: Eximius Prophetarum (*i*) eximia petit sibi dari, videlicet sublimem humiliari: *Domine inclina cœlos tuos*; Dominum incarnari: *descende*; & rebellem reconciliari: *tange montes, & fumigabunt*. (*k*) Hæc autem divisio, & quælibet præmissarum, in executione processus apertius appareret: sed solum ad ponenda generis diversi exempla pervigilat speculatio præsens. Et idem ostenditur, si ponatur illud Ps. *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii* (*l*). Dividitur quippe sic eodem modo: In periculo positus duo petit. Defensari ibi: *Esto mihi in Deum protectorem*. Et gubernari ibi: *&*

Peccata sunt deceptiva, turpia, & pœnalia.

Ps. 143. 5.

David Prophetarum eximius.

Tria petit, sublimem humiliari. Dominum incarnari, rebellem reconciliari.

Ps. 70. 3.

Duo quæ petit in periculo positus.

in

(*a*) Et quidem *miram*, de qua etiam Expos. in cap. 9. S. Luc.

(*b*) Nanque interrogavit sciens: *Ipse enim sciebat quid esset facturus*. Unde Comment. in Joan. ibi: *Non quærebat quia dubitaret, sed ut Philippum probaret, & probando erudiret, quia pretium deficeret*.

(*c*) Infra num. 13.

(*d*) Supra num. 5.

(*e*) Al. *induendum*.

(*f*) Al. fine *ei*.

(*g*) Nempe *arma justitiæ*; quia primum, videlicet *induamur*, respicit personam, de qua supra.

(*h*) Ibi.

(*i*) Sic *David* ab eodem S. Bona. vocatur in Expos. in Prol. Gilberti Vol. 2. hujus Supplementi.

(*k*) Similiter Hugo Card. sive Alex. Halen. Unde & in Comment. Lorini ibi sic lego „ Sensu mystico ad Incarnationem hic locus pas„ sim applicatur, per quam juxta Patrum vo„ ta disrupit Dei Filius cœlos, & descendit.“ Ubi etiam subdit, per *montes tactos ac fumigantes* intelligi posse *superbos*, qui scilicet dum eos *Deus gratia tangit, fatentur flentque peccata sua, & confitentur solum altissimum Deum in omni terra*. Ps. 82. 19.

(*l*) Vulg. *in locum munitum*. In Offic. Eccl. Completor. *in domum refugii*. Chaldaice: *sis mihi rupes fortis ad refugium jugiter*.

Digitized by Google

in locum refugii. Defensari petit ad evadendum; gubernari vero ad confugiendum. Primum fit per protectoris auxilium. Secundum per salvatoris (a) patrocinium. Ecce quomodo per has claves divisionis præmissæ sufficientia innuitur, & ejusdem intelligentia referatur, & quasi clauditur, (b) secundum quod (c) claves merito nuncupantur.

De Clavibus divisionis Scripturarum iterata mentio.

12. Potest autem hic modus, qui fit per verba, non solum in activa, sed & passiva voce, in persona, & numero variari, & divisio inveniri, sicut nostrum patefaciet exemplum. Potest enim illud Jerem. primo: *Priusquam te formarem in utero, novi te; & antequam exires de vulva (d) sanctificavi te; & prophetam in gentibus dedi te*. Ubi procedetur hoc modo: In verbo, inquam, isto, ut iste ostendit, eligitur: *Priusquam te formarem in utero, novi te*; acceptatur *& antequam exires de vulva, sanctificavi te*; & honoratur: *& prophetam in gentibus dedi te*. Eligitur in prædestinatione (e); acceptatur vel adoptatur in sanctificatione; sed honoratur in prædicatione. (f) Nec credendum, quod hoc modo tantum possit hoc verbum dividi. Plures procul dubio divisiones in hoc verbo Doctor inveniet, & meliores quidem, quas mea ignorantia non attingit. (g) Posset enim & hoc verbum aliter dividi, ut dicatur: Beneficium hic exprimitur quoad electionis suæ primordium: *Priusquam te formarem in utero novi te*; quoad sanctitatis privilegium: *& antequam exires de vulva sanctificavi te*; & quoad prædicationis (h) officium: *& prophetam in gentibus dedi te*. In electione ostenditur Dei scientia admirabilis, in sanctificatione ejus bonitas commendabilis; sed in prædicatione (i) ejus doctrina redditur venerabilis. Præterea sciendum, quod divisio, cum fit per verba, potest fieri in secunda persona. Verbi gratia sumatur illud Dan. 4. *Magnificatus es, & invaluisti, & magnitudo tua crevit, & pervenit usque ad cœlos* (k), *& potestas tua usque ad (l) terminos universæ terræ*. Potest autem divisionem suam quis exponendo dirigere ad secundam personam sic: O Christe, quia carnem sumpsisti: *Magnificatus es*. (m) De lacu nos eduxisti: (n) *invaluisti*. Super cœlos ascendisti: *magnitudo tua crevit, & pervenit usque ad cœlos*. Apostolos & nos illuminasti, *& potestas tua usque ad terminos universæ terræ*. *Magnificatus es* ergo in Incarnatione; *invaluisti* in Passione; *magnitudo tua crevit usque ad cœlos* in Ascensione; *& potestas tua usque ad terminos universæ terræ* in Spiritus sancti missione. Quid igitur per hos *terminos universæ terræ* nisi Apostoli designantur, qui ut potestatem ostenderent, *in omnem terram exivit sonus eorum*? Ecce modus affectuosus est iste, per quem thema exponitur, dum dividitur. Et nomina numerabilia excluduntur, scilicet primum, secundum, tertium, & quartum, quorum superfluitas sollicite vitanda est in Sermone; (o) maxime cum raro posita inveniantur (p) a Sanctis, & magis Lectioni

Jer. 1. 5.

Jeremias electus in prædestinatione, acceptatus vel adoptatus in sanctificatione, honoratus in prædicatione.

Divisio quæ fit in secunda persona.

Dan. 4. 19.

Apostrophe ad Christum.

Zach. 9. 11.

Ps. 18. 5.

Prædicta divisio affectuosa.

ni

(a) Al. *salutis*.

(b) Al. *resumitur, & quasi transfertur*. Sed vid. supra num. 4.

(c) Al. *secundum aliquam*.

(d) Al. *de utero*.

(e) Sic 3. Dist. 3. Par. 1. Ar. 1. Q. 1. ad 1.

(f) Al. *prælatione*; sed *prædicatione* ex mox infra dicendis.

(g) Modestia D. Bona. digna.

(h) Ergo & paulo supra legend. *prædicatione*, ut mox rursum patebit.

(i) En repetitum *prædicatione*.

(k) Vulg. *cœlum*; sed in plurali *cœlos* etiam Cod. noster Bernardin. 21.

(l) Vulg. *in*; sed *usque ad* quoque idem Cod.

(m) Cur autem textum hunc Dan. 4. ibi, tametsi ad literam dictum de Rege Nabuchodonosore, censeat applicari posse Christo, ratio esse potest ex eodem S. Bonaventura Expos. in Cap. 24. S. Luc. quia ut ait S. Augustinus L. 12. contra Faustum cap. 7. in prin. „ Omnia quæ „ Prophetarum Hebræorum continentur libris, „ vel de ipso dicta sunt, vel propter ipsum. „ Sed propter excitationem quærentis, & delectationem invenientis, multo plura ibi per „ allegorias & ænigmata partim verbis solis „ insinuantur, partim etiam facta narrantur.“ Et sic accipi quoque posset illud eod. Cap. 4. Dan. v. 14. *Cognoscant viventes, quoniam dominatur excelsus in regno hominum, & cuicumque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum*, id est, super omnem superbum exaltabit Filium hominis, qui ait Matth. 11. 29. *Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde*; & de quo Apost. ad Philip. 2. 8. ac seq. *Humiliavit semetipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum* &c. Vid. Lyran.

(n) Vulg. *emisisti*; sed *eduxisti* idemmet S. Bona. Exposit. in cap. 3. Lament. Jer. Proph. ac Serm. 1. Dom. in Ram. Palmar. &c.

(o) *In sermone* non prædicta *nomina numeralia* excludit; sed eorum tantum *superfluitatem*.

(p) Al. *inveniatur*.

Digitized by Google

ni congruant (a), quam Sermoni. (b)

13. Poterit autem prædictus modus esse plerumque communis, siquis eum ad plura sciverit ampliare. Præter præmissum est alius modus dividendi, scilicet per casualia, ut tactum est supra (c). Quod quidem variatur multipliciter per rectos casus scilicet, & obliquos; sicut inferius ordo patefaciet exemplorum. In primis ponatur illud Oseæ sexto: *Quasi diluculum præparatus est egressus ejus, & veniet quasi imber nobis temporaneus, & serotinus terræ.* Tria notantur in verbis; venientis opportunitas: *Quasi diluculum.* Accedentis dignitas: *præparatus est egressus ejus.* Et ipsius advenientis utilitas (d): *& veniet quasi imber* &c. Posset autem variari sic in eodem verbo, ut dicatur: Opportunitas veniendi; dignitas accedendi; & utilitas adveniendi. Sic & (e) in Matth. vigesimo primo: *Dicite filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus.* Hic notantur quinque circa Salvatoris adventum. Necessitas petentis: *Dicite filiæ Sion.* Propinquitas venientis: *Ecce.* Sublimitas accedentis: *Rex tuus.* Utilitas advenientis: *Venit tibi.* Et humilitas descendentis: *Mansuetus.* (f)

14. Hæc autem divisio variatur, sicut subjectum monstrat exemplum. Ponatur illud Ecclesiastici trigesimo octavo: *Honora medicum propter necessitatem: etenim illum creavit Altissimus.* In verbo isto salutis Auctor saluti providet conservandæ, ne quis suæ innitens prudentiæ, consilium non requirat, & artis medicinæ ignarus, recidivum (g) incurrat, & fiant novissima hominis illius pejora prioribus (h); quia peccator, cum in profundum venerit peccatorum, contemnit. Ecce in verbis istis expressus erit prædicandi thematis sensus, quod est in omnibus sollicite observandum. Deinde procedatur ad dividendum sic: In verbis præmissis ad commendationem Medici spiritualis (i) tria proponuntur. Primum ipsius dignitas; & ideo honorandus: *Honora medicum.* Secundum est nostra necessitas; & ideo requirendus: *propter necessitatem.* Tertium est ejusdem auctoritas; & ideo fide dignus: *etenim illum creavit Altissimus.* (k) Est autem modus iste communis, & pulcher. Eligat ergo unusquisque quod vult, & studiosum se magis, quam malevolum probet.

15. Potest igitur tam in isto, quam in singulis verbalibus in diversis obliquis divisio variari; sicut ex parte supra ostendimus. Primo ad hoc ponatur illud Ecclesiastici decimo: *Quid superbis (l) terra, & cinis?* Et dicatur sic: In isto verbo scilicet *terra, & cineris*, nostra fragilis conditio memoratur; ubi tria notantur; scilicet humanæ conditio vilitatis: *terra;* ejusdem consideratio fragilitatis: *cinis;* & tertium quod ex duobus inclusum elicitur, actus humilitatis: *quid superbis?* Item ponatur illud Matth. undecimo: *Tu es, qui venturus es; an alium expectamus?* Dicam ita dividendo per dativum: Duo facit beatus Joannes; obsequitur veritati: *Tu es* &c. Et consulit infirmitati: *An alium* &c.? (m) Similiter in accusativo ponatur illud Malach. tertio: *Ecce mitto Angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam.* Potest sic dici: Tria notantur. Primum pertinet ad mittentis auctoritatem: *Ecce mitto.* Secundum ad legati (n) sanctitatem: *Angelum meum.* Tertium ad officii dignitatem: *qui præparabit viam ante faciem meam.* Similiter est in aliis variandum propositum thema, sicut placuerit prædicanti, in singulis verbalibus, seu participiis; vel in omnibus gerundiis; sicut etiam in aliis nominibus quibuscunque, quemadmodum indicabunt per ordinem exempla sub-

Alius dividendi modus per casualia.

Ose. 6. 3.

Tria notanda in verbis Oseæ de adventu Domini.

Matth. 21. 5. Isa. 62. 11. & Zach. 9. 9. Quinque notanda circa Salvatoris adventum ab Isaia, & Zacharia prædictum.

Eccli 38. 1.

Luc. 12. 20.

Prov. 18. 3.

Commendatio Medici spiritualis in tribus.

Eccli 10. 9.

Nomine terræ & cineris humana conditio fragilis significatur.

Matth. 11. 3.

Beatus Joannes Baptista obsequens veritati, & consulens infirmitatis. *Malach.* 3. 1. *Matth.* 11. 10. *Mar.* 1. 2. & *Luc.* 7. 27. Tria notanda circa missionem S. Jo. Bapt.

(a) Al. *congruat*.

(b) Congruunt ergo & Sermoni, licet magis Lectioni.

(c) Supra num. 8. & 9.

(d) De hac Vol. 1. Comment. in Joan. c. 1. n. 27.

(e) Al. *sicut*.

(f) Cit. Serm. 1. Dom. in Ram. Palmar.

(g) Voce *recidivum* D. Bona. utitur etiam in 4. Dist. 22. Art. 1. Q. 2. in concl. &c.

(h) *Sive* (ut pariter loquitur Expos. in cap. 11. S. Lucæ ibi.) *propter recidivationem, ob quam: Ecce sanus factus es, jam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Jo. 5. 14.

(i) *Medici*, inquam, *spiritualis*; quia ut scite monet Estius, eundem textum exponens, *si hoc præcipit Scriptura de medico corporis, multo magis intelligitur de medico animi; & tanto magis, quanto anima corpore est dignior.*

(k) Sic vitatur *superfluitas*, de qua supra in fine num. 12.

(l) Vulg. *superbit*; sed *superbis* idem S. Bona. Cap. 2. de perfect. vit. ad Soror. & duo nostri Codd. Bernardin.

(m) Confer 3. Dist. 25. Dub. 3. ubi ait *dubitationi Discipulorum consuluisse*.

(n) Sive *nuntii authentici*, Expos. in Cap. 7. S. Luc., ubi & declaratur, quomodo d. Joannes fit iste Angelus.

Digitized by Google

subscripta. Servatur adhuc divisio in ablativo sub eadem forma verbali. Et proponatur illud Apocal. vigesimo secundo: *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua*, dicenturque sic: In verbo prædicto proponitur Mediatoris adventus sub triplici ratione, scilicet exhibendi propinquitate: *Ecce venio cito*; largiendi facultate: *& merces mea mecum est*; & retribuendi æquitate: *reddere unicuique secundum opera sua*. Ut ex propinquitate sollicitet ad præparandum; ex facultate sollicitet ad diligendum, & ex æquitate terreat ad præcavendum.

Apocal. 22. 12.

Mediatoris adventus sub ratione triplici consideratus.

16. Nunc diversificanda sunt exempla secundum verbale alterius formæ, sicut factum est in præmisso exemplo. Ponatur illud Isaiæ nono: *Puer (a) natus est nobis, & Filius datus est nobis*. Dicetur sic: His desperatione fugata datur nobis certa ratio respirandi propter duo, quæ hic notantur, scilicet timoris evacuatio: *Puer natus est nobis*; & spei collocatio: *& Filius datus est nobis*. Timor erat de pœna ianuitu justitiæ; & desperatio veniæ ex consideratione culpæ. Ne timeatur sapientiæ profunditas, dicitur: *Puer*; ne generis nobilitas, dicitur: *natus*; ne justitiæ inflexibilitas, dicitur: *nobis*. Item secundo datur certa ratio respirandi expectantibus. Primum est beneficii immensitas: *Filius*. Secundum est conferentis liberalitas: *datus est*. Tertium est suscipientis utilitas: *nobis*. Variatur autem per ordinem in obliquis. Verbi gratia ponatur illud Lucæ vigesimo primo: *Levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra*, sicque dicetur: Duo ponuntur hic. Primum est eruditionis: (b) *Levate*. Secundum vero consolationis: (c) *quoniam appropinquat redemptio vestra*. Item proponatur illud Gen. vigesimo quarto: *Ingredere benedicte Dei*, (d) *cur foris stas?* Mystice exponendo de beato Benedicto, dicetur: Hic tria notantur. Primum

Isa. 9. 6.

Notantur duo in Christi adventu, timoris evacuatio, & spei collocatio.

Triplex respirandi ratio Christi adventum expectantibus.

Luc. 21. 28.

Gen. 24. 31. Mystica de beato Benedicto expositio, actui de ipsemet notanda.

attribuitur compassioni: *cur foris stas?* Secundum commendationi: *benedicte Dei*. Tertium remunerationi: *ingredere*. In compassione ostenditur pietas; in commendatione Benedicti dignitas; sed in remuneratione Dei largitas. Compatienda erat in eo laborum angustia; commendanda virtutum gratia; sed & remuneranda justitia. Ponatur aliud exemplum Jac. primo: *In mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest salvare animas vestras*, quo Apostolus hortatur nos ad verbi susceptionem: *suscipite*; ponit dispositionem: *in mansuetudine*; & tertio subjungit rationem: *quod potest salvare animas vestras*. Item ponatur illud Hebr. nono: *Christus assistens Pontifex futurorum bonorum*, dicendo sic: Hic commendatur Sacerdotium Christi a gratiæ unctione: *Christus*. (e) A propitiatione: *assistens*. A mediatione: *Pontifex*. Et a donorum largitione: *futurorum bonorum*. Similiter illud Eph. quarto: *Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*: dicetur sic: Commendatur hic gratia Christi extensione: *unicuique nostrum*; scilicet bonis & malis. Largitione: *data est*, non divendita. Et ordinatione: *secundum mensuram donationis Christi*.

Jac. 1. 21.

Apostolus exhortans ad verbi susceptionem, ponens dispositionem, & subjungens rationem.

Ad Hebr. 9. 11.

Sacerdotium Christi commendatur a gratiæ unctione, a propitiatione, a mediatione, a donorum largitione.

Ad Eph. 4. 7.

Commendatur Christi gratia extensione, largitione, ordinatione.

17. Ulterius diversificentur exempla in altera forma verbali, & ponatur illud Psalmi: *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis*. Hic commendatur Christus tripliciter. Primum ejus mirabilis pulchritudo (f): *Speciosus forma*. Secundum ejusdem incomparabilis magnitudo: *præ filiis hominum*. Tertium gratiæ plenitudo: *diffusa est gratia in labiis tuis*. Vel illud etiam ejusdem Psalmi: *Constitues eos principes super omnem terram, memores erunt nominis tui Domine* (g) *in omni generatione & generationem*, quo commendatur principatus Apostolorum a triplici conditione, scilicet ab auctoritatis altitudine: *Constitues eos principes*. A potestatis latitudine: *su-*

Ps. 44. 3

Christi commendatio triplex.

Ibi 17. ac seq.

Principatus Apostolorum commendatio ex triplici conditione.

(a) Vulg. *Parvulus*; sed *Puer* ex Hebr. Maldonatus, & Alii apud Malvendam.

(b) *Per Scripturæ prædicationem*, Exposit. in Luc. ibi.

(c) *Ex hilaritate cordis*, ibi.

(d) Vulg. *Domini*; sed *Dei* quoque Cod. noster Bernardin. 21.

(e) In tert. Solemnit. de imposit. nom. pueri Jesu, & alibi.

(f) Nempe relate potissimum ad *interiorem hominem, id est, ad animam, sive ad Divinitatem*; sine tamen illa *pulchritudine speciali*, quæ tempore passionis in corpore Domini non pateretur *accidentalem deformitatem*. Vid. supra Tract. de Vit. Myst. cap. 5. per tot.

(g) *Domine* abest a Vulg.; sed est in Rom. apud Quinc. Psalter. edit. a Jacobo Fabro Stapulen. nec non in Commemorat. ad Magnificat infra Oct. SS. Apostolor. Petri & Pauli &c.

Digitized by Google

per omnem terram. A perpetuitatis longitudine: *memores erunt nominis tui Domine in omni generatione & generationem*. Fuit autem horum principatus altus auctoritate; latus poteſtate; ſed longus perpetuitate. Ita poteſt & in pluribus aliis diviſio variari, ſicut præmiſſum monſtrat exemplum.

18. Nunc vero ſecundum diverſa nomina, ſive participia, vel gerundia, & ſecundum diverſas habitudines eorumdem, diviſio diverſificetur exemplis, quibus dividenda dictio quælibet includatur. Ponatur ergo illud Iſai. ſexageſimo tertio: *Circumſpexi, & non erat auxiliator; quæſivi, & non fuit qui adjuvaret*. *Iſa. 63. 5.* Et dicetur per participium ſic: In verbo iſto Chriſtus gerit ſtudium inquirentis: *Circumſpexi*; affectum patientis: *& non erat auxiliator*; deſiderium indigentis: *quæſivi*; modum & animum conquerentis: *& non fuit qui adjuvaret*. Circumſpicere competit inquirenti; auxiliari (*a*) expedit patienti; quærere congruit indigenti; ſed dolere competit conquerenti. Item ad illud Matth. decimo octavo: *Serve nequam, omne debitum dimiſi tibi*. *Matth. 18. 32.* Secundum prædictum modum ſic dicetur: Hic alloquitur Chriſtus ſervum ſub duplici ratione, ſcilicet increpantis; *Serve nequam*; & improperantis: *omne debitum dimiſi tibi*. Increpat in eo nequitiam impietatis; & improperat gratiam largitatis. In primo oſtenditur ſervi crudelitas, & in ſecundo Dei pietas. Similiter illud Act. ſecundo: *Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem*, *Act. 2. 17.* quo tria notantur. Largitas dantis: *Effundam*. Pretioſitas muneris: *de ſpiritu meo*. Et diſpoſitio recipientis: *ſuper omnem carnem*. Poteſt autem hoc fieri in eiſdem vocabulis per diverſos obliquos, ſicut oſtenſum eſt ſupra. (*b*) Amplius ponatur illud Iſai. quadrageſimo nono: *Poſuit os meum quaſi gladium acutum*. Ubi tria notantur, ſcilicet auctoritas dantis: *Poſuit*. Congruitas ſuſcipientis: *os meum*. Et conſequens utilitas audientis: *quaſi gladium acutum*. Primum, quantum ad initium. Secundum, quantum ad progreſſum. Et tertium, quantum ad finem. Item ſumatur illud Luc. ſecundo: *Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus, & ego, dolentes quærebamus te*. *Luc. 2. 48.* Si voluerit quis de toto Evangelio prædicare, dicetur ſic, ut ſupra: In hoc Evangelio, proponitur Chriſtus deſiderandus in parentum requiſitione; admirandus in ſermonum prolatione; & imitandus in parendi ſubjectione. (*c*) Hæc omnia in Evangelio patent. (*d*)

Iſa. 49. 2. In prædicatione verbi Dei ſpectanda auctoritas dantis, congruitas, ſuſcipientis, utilitas audientis.

Chriſtus deſiderandus, admirandus, imitandus.

Chriſtus gerit ſtudium inquirentis, affectum patientis, deſiderium indigentis, modum & animum conquerentis.

Chriſtus ſervum ſequam alloquitur ſub duplici ratione increpantis & improperantis.

in Spiritus ſancti donis conſideranda largitas dantis, pretioſitas muneris, diſpoſitio recipientis.

19. Iſte autem modus communis eſſe poteſt; ſed magis Lectioni competit, quam Sermoni. Et maxime cum Moderni diviſionum minutias quærant, & thema in partes ſecent minutiores. Ideo prædictum verbum poteſt per ſe dividi ſic: In verbo iſto tria ſunt attendenda; ſcilicet forma loquentis, & inveniemus curialitatem (*e*): *Fili*. Modus compatientis; & inveniemus pietatem: *dolentes*. Et opus inquirentis; & inveniemus ſtrenuitatem: *quærebamus te*. (*f*) Item ponatur illud Iſai. ſexageſimo: *Venit, lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt*, dicendo ſic: In verbo prædicto Propheta ingerit nobis de Mediatoris ſolemnitate lætitiam. Proponit autem ipſum nobis ſub ratione venientis: *Venit*; illuminantis: *lumen tuum*; & remunerantis: *& gloria Domini* &c. Primum quantum ad initium; ſecundum quantum ad progreſſum; tertium quantum ad finem. Item proponantur ſimpliciter nomina; & ſumatur illud Rom. ſexto: *Quem fructum habuiſtis tunc in illis, in quibus nunc erubeſcitis? nam finis illorum mors eſt*. Dicaturque ſic: Tria ponit hic

Modernorum mos ſecandi thema in partes minutiores.

Tria attendenda in illis verbis: *Fili quid feciſti* &c.

Iſa. 60. 1.

Chriſti nativitas ſub triplici ratione nobis propoſita.

Ad Rom. 6. 21.

(*a*) In ſignificatione paſſiva apud Vitruv. ſicut *auxilia* pro *auxilior* apud Diomed. & Priſcian. Al. pro *auxiliari* eſt *auxiliator*.

(*b*) Supra num. 15.

(*c*) Al. *parentum*; ſed de prædicta *parendi*, ſcilicet ſuis parentibus, *ſubjectione*, ſic Expoſit. in cap. 2. S. Luc. ad illa verba: *Et erat ſubditus illis*, ſubdit „ Bernardus (*Hom.* 1. *ſuper* „ *Miſſus eſt*, Quis? Deus hominibus. Deus, in„ quam, ſe hominibus ſubdit. Et tu dominari „ geſtiens, tuo te præponis Creatori? “

(*d*) Videlicet primum de *requiſitione*, per dicta verba *quærebamus te*, ſecundum de *prolatione*, per *ſtupebant omnes, qui eum audiebant, ſuper prudentia, & reſponſis ejus*: Et *videntes admirati ſunt*, tertium de *ſubjectione*, per *deſcendit cum eis, & venit Nazareth, & erat ſubditus illis*.

(*e*) De nomine *curialitatis* idemmet S. Bona. Serm. 1. Dom. 2. poſt Pentec. atque Expoſit. in Cap. 14. S. Luc. Item de *curiali* in Leg. S. Clar. cap. 6. num. 53. Præfatam *curialitatem* ipſe in Lig. Vit. Tit. *Jeſus regno fugatus*, ſic declarat: *Deſideratiſſime Fili, quomodo tam dilecte, & diligenti Matri, tantam potuiſti materiam præſtare doloris?* Ideoque inibi *dulcem increpationem amantiſſimæ Dei genitricis* vocat.

(*f*) Vid. ſimilem diviſionem una cum integro ejuſdem Sermone inter jam editos Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph.

Digitized by Google

Tria propter quæ sunt fugienda peccata.

hic Apostolus, propter quæ sunt fugienda peccata, scilicet utilitatis carentia (a): *Quem fructum*; evidens erubescentia: *nunc erubescitis*; & æternæ damnationis sequela: (b) *Nam finis illorum mors est*. Propter primum sunt inutilia, ideo non expediunt; propter secundum turpia, ideo non decent; & propter tertium sunt nociva, ideo non licent. Similiter ponatur illud Ezech. trigesimo quarto: *Ego pascam oves meas, & ego accubare eas faciam*. Et dicetur sic: Dominus hic duo prænuntiat (c), in præsenti gratiam: *Pascam oves meas*; & in futuro gloriam: *& accubare eas faciam*. Item ad illud Eph. ultimo: *Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias Diaboli*. Reddit hic nos Apostolus sollicitos ad muniendum, & cautos ad resistendum. Primo hortatur ad spirituale animæ munimentum (d): *Induite armaturam Dei*. Secundo explicat Diaboli machinamentum: *ut possitis stare adversus insidias Diaboli*. Primum est ad protegendum; secundum ad resistendum. Item ponatur illud Matth. quarto: *Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum*. Et dicetur sic: Invitat eos ad perfectionem meriti: *Venite post me*. Et prædicit sublimitatem officii: *& faciam vos fieri piscatores hominum*. Ponatur etiam illud Rom. quinto decimo: *Suscipite invicem, sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei*. Et dicetur sic: Hortatur nos hic Apostolus (e) ad vinculum caritatis. Et primo, verbo, id est, utili monitione: *Suscipite invicem*. Secundo, exemplo, id est, imitabili perfectione; *sicut & Christus suscepit vos*.

Ezech. 34. 15. Dominus ovibus suis promittit gratiam in præsenti, & gloriam in futuro.

Ad Eph. 6. 11.

Apostolus nos reddit sollicitos ad muniendum, cautos ad resistendum.

Matth. 4. 19. Christus invitavit Apostolos ad perfectionem meriti, & eis prædixit sublimitatem officii.

Ad Rom. 15. 7. Qualis hortatio Apostoli ad vinculum caritatis.

20. Hic autem modus generalis est in omnibus auctoritatibus habentibus sensum istum, ut est illud Matth. quinto: *Estote ergo vos perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*. Et illud Eph. quinto: *Ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos*; & omnia talia. Quamquam præmissum verbum aliter dividi possit, ut dicatur ut supra (f): Hic hortatur (g) ad vinculum caritatis; & ponuntur hic tria. Materia: *Suscipite invicem*. Forma: *sicut & Christus*. Et finis: *in honorem Dei*. Materia est univoca; forma est mirifica; sed finis est honorificus. Item est alius modus, propter quem ostendendum ponatur illud Luc. quarto decimo: *Amice, ascende superius*. Et dicetur sic: Triplex status ostenditur hic; status scilicet viæ incipientis: *Amice*: Viæ proficientis: *ascende*. Et viæ pervenientis: *superius*. (h) Similiter ad illud Cant. secundo: *Surge*, propera (i) *amica mea, speciosa mea, & veni, Columba mea*, dicetur sic: Hic in laudem Virginis Mariæ loquitur Filius Matri (k), & commendat eam sic, quantum ad initium: *Surge*. Profectum: *propera*. Et terminum: *& veni*. Quantum ad initium, ostendit eam gratiosam. Quantum ad profectum, operosam. Et quantum ad terminum, speciosam (l). Dicitur ergo surgens in ortu *amica* propter gratiositatem; *columba* properans propter operositatem; & *speciosa* (m) veniens propter sponsalitatem.

In prædicta hortatione nobis præbetur materia, forma, finis.

Luc. 14. 10.

Cant. 2. 13. ac seq.

Commendatio B. M. V.

21. Item alius modus est, qui occurrit aliquando propter thematis brevitatem, ubi una pars in ipso dividitur distinguendo ut patet Matth. sexto: *Nolite soliciti esse &c.* Unde dicetur secundum hunc modum sic: Triplex est sollicitudo; una præcipitur; altera prohibetur; & tertia indulgetur. (n) Item ponatur illud Matth. secundo: *Intrantes*

Matth. 6. 31.

De triplici sollicitudine.

Matth. 2. 11.

(a) Vox scholastica sæpe adhibita a S. Bona.

(b) Forte *consequentia* pro similiter desinentibus.

(c) Al. *pronuntiat*; sed verbum *prænuntiat* est circa *futura* ex Cic. 1. de Div. c. 6. sive *ventura*, Ter. Phorm. 5. 2. 12. Et heic in prædicto textu prænuntiantur *futura*, seu *ventura*, per *pascam*, & *faciam*.

(d) Vide supra num. 10.

(e) Vid. infra de Septem Donis init. Serm. 1. procem.

(f) Super. num. 19. in fine.

(g) Al. *hortamur*.

(h) *id est* (Expos. in Luc. ibi) *ad superiorem honorem & dignitatem. Nimis honorificati sunt amici tui, Deus &c.* (Ps. 138. 17.) *Et ideo subdit: Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus &c.*

(i) Vulg. heic non habet *propera*; sed habet idem S. Bonav. Expos. in Cant. ibi, & ipsa Vulg. ver. 10.

(k) Similiter in laudem B. M. Virginis eadem fere verba ejusdem Cant. 2. 10. *Surge &c.* de ipsamet interpretatur cap. 4. Soliloq.

(l) Al. *sponsam*.

(m) Al. *formosa*.

(n) Heic aliquid deesse videtur, quod ita supple „ Prima præcipitur Josue 23. 6. *Estote soli-*
„ *citi, ut custodiatis cuncta quæ scripta sunt in*
„ *volumine legis Moysi*; & Eph. 4. 3. *Soliciti*
„ *servare unitatem spiritus in vinculo pacis*. Se-
„ cunda prohibetur hic. Tertia indulgetur 1.
„ Cor. 7. 33. *Qui cum uxore est, solicitus est*
„ *quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & di-*
„ *vi-*

Digitized by Google

domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus. Et secundum viam amoris (*a*) dicetur sic: In verbo isto innuitur duplex pars contemplativæ. Prima est inquisitiva internæ solitudinis (*b*); *Intrantes*. Secunda est gustativa internæ dulcedinis: *invenerunt*. Item alius modus est quasi Scholasticus, sicut patet in hoc exemplo Matth. vigesimo secundo; *Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?* Proponit enim ut amicus; & interrogat ut nescius; ut det audaciam respondendi. Et tria facit. Arguit ingratitudinem: *Amice*. Admiratur præsumptionem: *Quomodo huc intrasti?* Et caussatur (*c*) negligentiam: (*d*) *Non habens vestem nuptialem*. Similiter illud Isai. trigesimo tertio: *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?* Tria facit. Proponit quæstionem: *Quis de vobis*. Assumit pœnalem detentionem (*e*): *poterit habitare*. Et concludit reproborum consumptionem: *cum igne devorante?* Vel illud Lucæ quinto: *Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam*, quo tria notantur. Desertio culpæ: *Surge*. Satisfactio pœnitentiæ: *tolle lectum tuum*. Et profectus justitiæ: *& vade in domum tuam*. Sive rectitudo status per desertionem culpæ: fortitudo actus per executionem justitiæ: promptitudo motus per acquisitionem gloriæ (*f*). Hæc autem divisio communis est in multis. Item ponatur illud Job trigesimo: *Comparatus sum luto, & assimilatus sum favillæ, & cineri*. Ubi tria de se considerat. Ortum fragilem: *Comparatus sum luto*. Statum labilem: *assimilatus sum favillæ*. Et exitum corruptibilem: *& cineri*. Sive sic *comparatus & assimilatus* in carnis fragilitate, in status volubilitate, & in mortis necessitate. Homo est lutum in primordio ortus; favilla in medio status; & cinis in novissimo exitus. Et sic variandum est in aliis.

De duplici parte contemplativæ.

Matth. 22. 12.

Quæ in illo textu: *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* considerandæ.

Isa. 33. 14. Quæ in alio: *Quis poterit habitare de vobis cum igne devorante?*

Luc. 5. 24. De desertione culpæ, satisfactione pœnitentiæ, & profectu justitiæ.

Job. 30. 19.

De hominis ortu fragili, statu labili, exitu corruptibili.

22. Præterea est alius modus communis & eruditus (*g*), qui patet in hoc exemplo. Ponatur illud Luc. secundo: *Evangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Salvator, qui est Christus Dominus, in Civitate David*. Considerandum hic est; quis *evangelizat?* Quia *Angelus* est hic, ubi dignitas. Quid? Quia *gaudium magnum, quod erit omni populo*, ubi communitas. De quo? Quia *natus est Salvator, qui est Christus Jesus*, ubi sublimitas. Cui? Quia *vobis*, ubi utilitas. Quando? Quia *hodie*, ubi certitudinalitas (*h*). Ubi? Quia *in Civitate David*, ubi congruitas denotatur. (*i*) Item illud Matth. secundo: *Ubi est qui natus est Rex Judæorum?* In quo verbo ostenduntur Magi studiosi in inquisitione: *Ubi est?* Ubi quærunt diligenter. Compendiosi in narratione: *qui natus est*. Ubi narrant breviter. Et generosi in commendatione: *Rex Judæorum*. Ubi commendant excellenter. Inquirendo docent ignorantes, unde dixerunt Judæi: *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in principibus Juda; ex te enim exiet Dux, qui regat populum meum Israel*. Narrando sollicitant negligentes; unde dixerunt: *sic enim scriptum est per Prophetam*. Et commendando deterrent malignantes; & propter hoc dicitur: *Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Jerosolyma cum illo: Et congregans omnes Principes Sacerdotum, & Scribas populi, sciscitabatur ab eis, ubi Christus nasceretur*. Quærunt ergo scriptum testimonium: *ubi est?* Narrant partus privile-

Luc. 2. 10. ac seq.

Considerationes circa textum: *Evangelizo vobis gaudium magnum &c.*

Matth. 2. 2.

Magorum Sanctorum commendatio.

Ibi 6.

Ibi 5.

Ibi 3. ac seq.

„ *visus est*". De sollicitudine quæ præcipitur L. 4. Phar. cap. 37. De sollicitudine quæ prohibetur in QQ. circa Reg. Q. 7. nec non Exposit. in cap. 9. 10. & 12. S. Luc. De sollicitudine quæ indulgetur, prout est studiosa providentia sine curæ anxietate, illicita conquisitione, & avara superfluorum provisione, Exposit. in d. c. 9. ac in dd. QQ. ibi.

(*a*) Vid. cap. 4. Incend. sive Incent. amor. Al. *morum*.

(*b*) Al. *sollicitudinis*; sed videtur legendum *solitudinis* secundum illud quod scribit cap. 4. de Perf. & vit. ad Soror. „ Dicitur in Threnis: „ *Sedebit solitarius, & tacebit; quia levavit se „ supra se. Sedebit solitarius*, inquam, consortia hominum fugiendo. *Et tacebit*, de cœlestibus cogitando, & meditando. *Et levavit „ se supra se*, cœlestem dulcedinem degustando." Et cap. 5. ibi juxta Matth. 6. 6. „ Tu autem cum oraveris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio, id est, corde „ tuo, ora Patrem tuum &c. "

(*c*) Pro *criminatur*, sive *accusat*, ut apud Horat. Lib. 1. Epist. 14. Ver. 12.

(*d*) Al. *negligentem*.

(*e*) Al. *pœnæ devorationem*.

(*f*) Vid. integrum Sermonem de hoc textu inter jam editos S. Bonav. Sermones Dom. 18. post Pentec. Serm. 4.

(*g*) Al. *& rudis*.

(*h*) *Certitudinalitas*; sicut *certitudinaliter* in Legenda S. Franc. Vid. Prodr. col. 592.

(*i*) Circa prædictum text. vid. Exposit. in Evang. S. Luc. ibi.

Digitized by Google

vilegium, ſcilicet de Virgine: *qui natus eſt*. Commendant in eo dignitatis faſtigium: *Rex Judæorum*. Quærunt Scripturæ veritatem: *ubi eſt?* Narrant partus novitatem: *qui natus eſt*. Et commendant in eo Regiam dignitatem: *Rex Judæorum*. Vel innuitur ſtudium diligens requirendi: *ubi eſt?* Deſiderium vehemens inveniendi: *qui natus eſt*. Et affectus ardens reverendi: *Rex Judæorum*. Item illud Luc. decimo quarto: *Jam parata ſunt omnia*. In verbo iſto Dominus reddit nos benevolos, (a) ut procuremus intrare ad convivia, quæ conſueverunt retrahere invitatos. Conſueverunt enim excuſari, & retrahi pro temporis diſtantia, invitantis negligentia, & ſufficientiæ inopia. Et ideo ne retrahamur ex diſtantia temporis, oſtendit temporis opportunitatem ibi: *Jam*. Ex negligentia invitantis, ſubdit apparatus ſtudioſitatem ibi: *parata ſunt*. Et ne ulterius ex ſufficientiæ inopia, innuit ſufficientiæ totalitatem (b) ibi: *omnia*. Et re vera hæc ſunt illa, quæ exiguntur velut neceſſaria. Dicas ergo, ſicut dictum eſt. Hinc invitamur a Domino ex temporis opportunitate & congruentia. Nam opportunitatem temporis præterire eſt negligentiæ; anticipare vero præſumptionis eſt, & audaciæ. Sicut habemus primæ ad Cor. undecimo: *Jam non eſt Dominicam cœnam manducare: unuſquiſque enim ſuam cœnam præſumit ad manducandum; & alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt*. (c) Et ideo eleganter in Scriptura proponitur temporis opportunitas. Proponitur autem multiplici-

Luc. 14. 17.

Ne retrahamur a cœleſti convivio tria oſtenduntur.

Chriſtus nos invitat ad cœleſte convivium ex temporis opportunitate.

1. ad Cor. 11. 20. 21. ſeq.

ter, quia non ſolum proponitur guſtui, ut hic, & Luc. ultimo: *Mane nobiſcum Domine, (d) quoniam adveſperaſcit, & inclinata eſt jam dies*; ſed etiam intellectui & affectui. Intellectui ad illuminationem ex Joan. *Jam non dicam vos ſervos; quia ſervus neſcit quid faciat Dominus ejus: Vos autem dixi amicos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis*. Affectui ad inflammationem (e) ex eodem Joan. *Jam vos mundi eſtis propter ſermonem quem locutus ſum vobis. Manete in dilectione mea*. Et Pſ. *Ignitum eloquium tuum vehementer, & ſervus tuus dilexit illud*. Sed effectui ad exercitationem: *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere*.

Scriptura eleganter proponit temporis opportunitatem. Luc. 24. 29.

Jo. 15. 15.

Ibi 3. ac 9.

Pſ. 118. 140.

Ad Rom. 13. 11.

23. Sic ergo ne excuſemur ex temporis diſtantia, ponitur ejus inſtantia, & opportunitas dicendo: *Jam*. Sed ne etiam de invitantis negligentia, ideo ſubditur conſequenter ſtudioſitas apparatus, cum dicit: *parata ſunt*. Iſte autem apparatus eſt dulciſſimus guſtui, in quantum eſt in dulcoris (f) alimentum, Sapient. ſexto decimo: *Paratum panem de cœlo præſtitiſti illis ſine labore, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuavitatem*. (g) Et in Pſ. *Paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus*. (h) Veriſſimus intellectui in veritatis documentum, ex Pſ. *Illuc producam cornu David, paravi lucernam Chriſto meo*. (i) Suaviſſimus affectui in ſuavitatis delectamentum, Pſ. *Et mandavit nubibus deſuper, & januas cœli aperuit: & pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis: panem Angelorum manducavit homo*. (k) Saluberrimus (l) effectui in ſalutis

Ne excuſemur ex invitantis negligentia.

Sap. 16. 20.

Pſ. 67. 11.

Pſ. 131. 17.

Pſ. 77. 23. ac ſeqq.

(a) Sic in Exordio ipſo Sermonis dicendum tradit ad fin. Serm. ſive Collat. 4. in Hexaem. ſcilicet *ad captandum benevolentiam*.

(b) *Totalitatem* habet D. Bonav. in Apolog. Pauper. Vid. Prodr. col. 607. Vocem quoque *ſufficientia* nedum habet Tertul. Lib. 1. ad uxor. cap. 4. ſed & ipſemet D. Bonav. ubi ait de prædicto convivio loquens Serm. 1. Dom. 2. poſt Pentec. *Ratione ſuæ perfectionis & ſufficientiæ undique ſatiat, & replet*.

(c) *Id eſt* (interprete ex Græco Gagnæjo) *præoccupat & anticipat cœnam ſuam ad manducandum, id eſt, in comedendo. Divites enim non vocatis, aut expectatis pauperibus, contra Eccleſiæ conſuetudinem, & Dominicæ cœnæ imitationem, rejiciebant a ſuis conviviis pauperes; in quo eos arguit, atque etiam præterea, quia ibi ſe ingurgitarent &c.*

(d) *Domine* in Vulg. deeſt; ſed eſt in verſ. Hymn. ad prim. Veſper. Dom. in Alb.

(e) En rurſus Doctor Cherubicus, atque Seraphicus, illuminans intellectum, & inflammans affectum.

(f) Al. *indulgentiſſimum*.

(g) Vid. Serm. 3. Dom. 3. poſt Pentec. inter Sermones ſub S. Bonav. nomine, cum themate: *Jam parata ſunt omnia*.

(h) Sic jungit utrumque textum Expoſit. in cap. 16. Sap. ibi.

(i) *Cornu David*, ſcilicet per Chriſtum, inquit Hieronymus & Theodoretus, qui Luc. 1. 69. vocatur *Cornu ſalutis*. Ita quoque per *paravi lucernam Chriſto meo*, intelligitur Meſſias, qui Davidi ac Salomoni ſucceſſit in Reges inunctis, quive ſuo ſplendore & gloria eorum nomen & familiam, velut clara lucerna, illuſtravit, eſtque *lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Jo. 1. 9.

(k) Ead. Expoſit. in cit. cap. 16. Sap.

(l) Repetitio ſuperlativorum apud D. Bona. uſitata.

Digitized by Google

Ps. 68. 4. lutis præmium, Ps. *Tu paraſti directiones, judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.* (a) Alimentum guſtus, ut ſanet; documentum intellectus, ut inſtruat; delectamentum affectus, ut demulceat; ſed in præmium effectus, ut perficiat, & quietet. Sic ergo oſtenditur ſtudioſitas apparatus, cum diviſione ſtatuta; & hoc me retrahamur ex negligentia invitantis.

Ne retrahamur ex ſufficientiæ inopia.

24. Tertio & ultimo totius ſufficientiæ copioſitas, per præmiorum (b) univerſitatem, cum dicit: *jam parata ſunt omnia.* (c) Sed ſecundum Gloſſam in-

Gloſſa ordinar. telligitur Verbum incarnatum, ſive Chriſtus homo, (d) qui etiam omnium eſt reparator. Ipſe enim, ſicut dicit Apoſtolus pri-

1. ad Cor. 15. 28. mæ Cor. quinto decimo: *Deus omnia in omnibus*, propterea paratus eſt a Deo *ante faciem omnium populorum*, Luc. ſecun-

Luc. 2. 31. do, ut ſit nobis omnia, ſicut probat

Ad Rom. 8. 32. Apoſtolus Rom. octavo: *Qui etiam proprio ſuo Filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, quomodo non etiam cum illo omnia nobis donavit?* Quaſi dicat:

Gloſſa ordinar. Immo (e); quia ut dicitur in Gloſſa Aug. donavit ſuperiora ad fruendum; æqualia ad convivendum; & inferiora ad dominandum. Sicut etiam dicitur

Jo. 13. 3. Joan. tertio decimo: *Sciens Jeſus quia omnia dedit ei Pater in manus.* Nec mirum, quia omnia tradita ſunt ſibi a Patre ſuo, Matth. undecimo. (f)

Matth. 11. 27.

Luc. 7. 14. Adoleſcens a tribus ſpiritualiter ſuſcitandus.

25. *Adoleſcens, tibi dico, ſurge*, Luc. ſeptimo. Hic deſcribit Dominus adoleſcentem, (g) ſpiritualiter ſuſcitandum a tribus. A conditione idonea circumſtante naturam ibi: *Adoleſcens.* A vocatione Divina inſpirante gratiam: *Tibi dico.* A converſione plenaria informante animam: *Surge.* Unde ad conditionem hic exigitur (h) vocatio gratiæ efficax, & converſio animæ perfecta. (i) Deſcribitur ergo a conditione. Attende igitur ætatem adoleſcentiæ tuæ, & invenies conditiones, quæ exigunt ſuſcitationem animæ tuæ; quia talis ætas pronior ad delectationem, reſpicit carnem, Gen. octavo: *Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.* Quia ſuavior (k) circa occupationes, reſpicit mentem, Eccleſiaſtes: *Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ &c.* (l) Quia fortior ad operationes, reſpicit vires, primi Machabæor. tertio decimo de Simone: *Vos ſcitis quanta ego, & fratres mei, & domus Patris mei, fecimus &c.* ſcilicet ab ipſa adoleſcentia. (m) Quia aptior (n) ad aſſuefactiones, reſpicit mores, Proverbior.

Vocatio gratiæ efficax, & converſio animæ perfecta, neceſſariæ.

Gen. 8. 21.

Eccli 11. 9.

1. Mach. 13. 3.

(a) In prædicto Pſalmo ſermo eſt de Chriſti regno, in quo ſolo eſt ſalutis præmium, ac etiam de Euchariſtia ſignificata allegorice per *ſcabellum pedum* Domini Dei.

(b) Al. *ſignorum*.

(c) Expoſit. in cap. 14. S. Luc. ibi: *Quia nihil tam excitat deſiderium, ut veniat ad Deum, quantum conſideratio illorum præmiorum, ideo ſubdit: QUIA JAM PARATA SUNT OMNIA &c.*

(d) Ibi quoque: *Idem Chriſtus præparavit refectionem æternam.* Et ſuprad. Ser. 3. Dom. 3. poſt Pentec. *Dominus dat hominibus delicioſiſſimum cibum corporis, & potum ſanguinis ſui in menſa Sacramentali.* Et poſt pauca ex Auguſtino: *In patria ipſa quomodo ſaturabit qui in peregrinatione ſic pavit?*

(e) *Immo* vim habet affirmandi. Vid. infra in Collat. Præd. de Sept. Don. Ser. 1. n. 4. in fin.

(f) Heic in Aſſiſien. Cod. nonnulla deſunt, teſte q. P. Sbaralea.

(g) *Adoleſcentes* a Veteribus nuncupatos ab anno 15. ad 30. teſtatur Cenſorinus de die natal. c. 14. Hinc Livius Tarquinios vocat *adoleſcentes*, qui jam mariti erant; nec non Cæſar L. 2. cap. 38. Curionem Tribunum plebis. Item Liv. L. 30. c. 30. Scipionem, qui jam an. 29. exceſſerat. Et annis etiam 30. majores appellatos fuiſſe *adoleſcentes*, probat Manutius ad Cic. L. 2. Fam. Ep. 1. Quid quod Pareus in Lex. crit. monet, vel viros ipſos a majoribus natu vocitatos *adoleſcentes* ex Terentio, & Plauto? Immo & 1. Reg. 30. 17. appellantur *viri adoleſcentes*, & Act. 7. 57. *adoleſcens* Saulus, quem Baronius, tunc fuiſſe putat triginta quinque annorum.

(h) Al. *conditionem hic exigit*.

(i) Scilicet *a ſtatu culpæ deſignato in adoleſcente mortuo ad ſtatum pœnitentiæ deſignato in adoleſcente reſuſcitato*, Expoſit. in Luc. ibi. Et quod in hac *vocatione gratiæ efficaci, & converſione animæ perfecta, oſtendatur Dominus dator vitæ & ſalutis animæ* Ser. 4. Dom. 15. poſt Pentec.

(k) *Suavior* pro *jucundior, lætior*.

(l) Expoſit. in Eccleſiaſten ibi „ Ironice loquens, dicit: *Lætare ergo &c.*; quia illa ætas „ lætitiæ apta, unde dicitur: Venite fruamur „ juventute celeriter; quaſi dicat: Ne læteris „ in juventute, ne doleas in ſenectute . . . . . „ Quantum ad lætitiam delectationis in animo „ dicit: *& in bono ſit cor tuum*; quaſi dicat: „ Non læteris corde, quia cor ſtulti ubi lætitia &c. “ Quodve prædicta *ironice* dicta ſint, veriſimilius putant David Kimki, & alii Hebræi, nec non Lyranus, Cajetanus, Vatablus, Sa, Mariana, Malvenda, Menochius, & alii, quos poſt Bonaventuram laudat Tirinus.

(m) De adoleſcentia uſque ad trigeſimum vel quadrageſimum annum prorogata a Varone & Pythagora, apud Lorin. Comm. in Pſ. 24. v. 7. Vid. Cicer. Lib. de Senect. & Orat. 23. Item Paulus 1. Tim. 4. 12. ait: *Nemo adoleſcentiam tuam contemnat*; qui tamen Timotheus tunc erat ut minimum triginta annorum.

(n) Al. *activior*.

Digitized by Google

bior. vigeſimo ſecundo: *Proverbium eſt: Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea.* Et Jerem. ſecundo: *Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & caritatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur* (a). Propter has conditiones exigitur, ut temperet pronitatem carnis, Eccleſiaſtes: *Amove malitiam a carne tua; adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt.* (b) Et Eccleſiaſtici quadrageſimo ſecundo: *Filia Patris abſcondita eſt vigilia*, id eſt, cauſſa vigiliæ (c), *& ſolicitudo ejus auferet ſomnum, ne forte in adoleſcentia ſua adultera* (d) *efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat.* Vanitatem amputet mentis, Pſal. *In Eccleſiis benedicite Deo Domino de fontibus Iſrael, ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu.* (e) Fortitudinem exerceat virium (f), ex prima Joannis ſecundo: *Scribo vobis, adoleſcentes, quoniam viciſtis malignum.* Nos quaſi ſenes levioris pugnæ curſum recipimus, te autem quaſi juvenem manet glorioſior de tyranno triumphus. Aptitudinem habilitet (g) morum, Thren. tertio: *Bonum eſt viro, cum portaverit jugum ab adoleſcentia ſua.* (h) Secus Jeremiæ quadrageſimo octavo: *Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fœcibus ſuis.*

Prov. 22. 6.
Jer. 2. 2.
Eccle 11. 10.
Eccli 42. 9.
Pſ. 67. 27. ac ſeq.
1. Joan. 2. 13.
In Offic. Eccleſ. S. Lauren. ver. Reſponſ. Lect. 5.
Thren. 3. 27.
Jer. 48. 11.

26. Propter hæc (i) quatuor tibi dico. Præceptorie in Scripturis, Luc. quarto decimo: *Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocavit multos &c.* Perſuaſorie in creaturis, Job duodecimo: *Interroga jumenta, & docebunt te, & volatilia cœli, & indicabunt tibi.* Excitatorie in mente, Apocal. tertio: *Angelo Laodiciæ Eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit: Amen, teſtis fidelis, & verus, qui eſt principium creaturæ Dei. Ecce ſto ad oſtium, & pulſo: ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipſe mecum.* Et prophetice in morte, Luc. tertio: *Ecce anni tres ſunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non invenio: ſuccide ergo illam, ut quid etiam terram occupat?* Et Apocal. tertio: *In mente habe, qualiter acceperis, & audieris, & ſerva, & pœnitentiam age. Si ergo non vigilaveris, veniam ad te tanquam fur, & neſcies qua hora veniam ad te.*

Salutaria monita ad quatuor prædicta ſpectantia.
Luc. 14. 16.
Job 12. 7.
Apocal. 3. 14.
Ibi 20.
Luc. 13. 7.
Apocal. 3. 3.

27. Dicam etiam tibi quatuor modos. Surge velociter, ne delecteris in carne, Rom. tertio decimo: *Hora eſt jam nos de ſomno ſurgere &c.* Viriliter, ne occuperis in mente, Mar. ſecundo: *Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* (k)

Ad Rom. 13. 11.
Mar. 2. 11.

For-

(a) Quod populus Iſrael, vel dum eſſet quaſi adoleſcens in deſerto, aſſueverit peccare, patet ex Pſ. 94. 8. ac ſeqq. Quod autem dicit: *caritatem deſponſationis tuæ*, non eſt intelligendum de caritate illius populi erga Deum, ut qui ſolo ſpiritu timoris ducebatur, eratque duræ cervicis; ſed referendum ad caritatem Dei erga populum, uti ſcite Eſtius animadvertit.

(b) Expoſit. in Eccleſiaſten ibi „ *Amove malitiam a carne*; & ſic excludit omnem immunditiam carnis. Abjicientes omnem immunditiam, & abundantiam malitiæ, ſuſcipite inſitum verbum. Ille aufert malitiam a carne, qui mortificat eam. Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. Et redditur ratio hujus: *adoleſcentia enim, & voluptas vana ſunt*. Tranſit mundus & concupiſcentia ejus. “

(c) Sic Boſſuet poſt alios Interpretes.

(d) Vulg. *adulta*; ſed *adultera* quoque duo noſtri Codd. Bernardin. nec non tertius Biblioth. Epiſc. Trident. antiquæ Bibliorum Editiones Latinæ ante Romanas correctiones. Item Hugo Card. Lyran. &c. Unde fatetur Brugenſis, quod ſic olim legebant *Latini cum Codices, tum Tractatores*.

(e) Heic per *Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu*, aut intelligit Paulum Apoſtolum, qui fuit de Tribu Beniamin, vocatus Saulus, qui ita mutavit mentem vanitatis, qua perſequebatur Eccleſiam Dei, ut quandam paſſus fuerit mentis ecſtaſim tum in via Damaſci, tum etiam triduo Damaſci, raptus quoque uſque ad tertium cœlum, ut exponit Titelmanus, ac paſſim Patres interpretantur apud Lorinum To. 2. Comment. in Pſalmos ibi, ac ipſemet D. Bona. Expoſit. in Pſalter. ibi: vel Saulem ipſum primum Regem Iſrael de eadem Tribu, in quo talis facta eſt mutatio mentis, qua vaniſſime quærebat David ad necem, ut cœtui Prophetarum accefferit, exieritque proverbium: *Num & Saul inter Prophetas?* 1. Reg. 19. 24. Ipſe tamen ſtatim poſt rediit ad priorem malitiam, & intentandam Davidi perſecutionem ob vanitatem regnandi, timoremque regnum amittendi.

(f) Per gratiam, quæ ideo *virilis* dicitur infra in Collat. Præd. Sep. Donor. Ser. 1. n. 6.

(g) Hoc verbo ſæpe utitur S. Bonav. quidquid dicat Oudinus.

(h) Expoſit. in Lament. ibi „ *Bonum eſt viro*, „ in virtute exercitatio; *cum portaverit jugum*, „ diſciplinæ; evangelizante Matthæo: Tollite „ jugum meum ſuper vos &c.; *ab adoleſcentia „ ſua*: Adoleſcens juxta viam ſuam &c. “

(i) Al. *hoc*.

(k) Expoſit. in cap. 5. S. Luc. *In domum ſuam vadit, qui amat bona interiora. Sapientia*: *Intrans in domum meam conquieſcam cum illa &c. In domum alienam, qui concupiſcit mundana. In Eccleſiaſtico*: *Vita nequam hoſpitandi de domo in domum &c.*

Digitized by Google

Fortiter, (a) ut exerceáris in viribus, primi Machabæorum tertio: *Surrexit Judas &c., & induit se lorica, sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prœliis, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis &c.* Et Luc. primo: *Exsurgens (b) autem Maria in diebus illis abiit in montana cum festinatione.* Et sagaciter, ut habiliteris in moribus, Canticor. tertio: *Surgam, & circuibo Civitatem, per vicos & plateas quaram quem diligit anima mea.* (c)

1. Mach. 3. 1. ac 3. & seq.

Luc. 1. 39.

Cant. 3. 2.

Secunda pars de arte distinguendi, sive de distinctionibus.

28. De arte distinguendi secundo dicendum est, qualiter circa distinctiones se habeat cura prædicantis. Circa quas, ut dictum est supra, (d) est brevitas requirenda. De hac breviter est dicendum, eo quod infra diffusius dicetur in ultima parte hujus Tractatus. (e) In primis circa hoc sciendum est diligenter, quod distinctiones, quæ fiunt themate jam diviso, super thema fundentur, nec fiat digressio ab eodem; ne, dum radice carerent, careant pariter & fructu. Illud etiam sciendum circa distinctiones, quod oppositio fiat (f) in membris, & diversitas, ut differentiam sensus membrum (g) unumquodve faciat. Attendendum etiam, quod membrum distinctionis verbis, quibus potest, paucioribus fiat; verbis, inquam, usitatis, ab intellectu non dissonis rei, de qua loquimur; ne si de novo fingantur, ridiculum fiat. Nec illud etiam ignorandum est, ut videlicet distinctio quælibet ordinetur, & decoretur, (h) & reddatur sufficiens, & ratio assignetur, sicut in diversis congruit bono modo. Et hoc fiat arte clavium, ordine, & decore, sicut in diversis exemplis ostensum est supra. (i) Cavendum denique a distinctione nimia (k) membrorum propter confusionem, & oblivionem, quæ est memoriæ inimica, ne ex hoc fiat tædium audienti; quanto enim distinctio simplicior est, id est, per membra pauciora, tanto melior (l) &c. (m)

Distinctio quanto simplicior, tanto melior.

S. E-

(a) Al. *Totaliter*.
(b) Al. *Surgens*.
(c) Hic etiam aliquid deesse videtur. Et prædictus textus recte respondet τῷ *sagaciter*; quia ait Cic. 1. de Orat. cap. 51. *Qui sagaciter pervestiget, quid sui cives &c.*
(d) Supra num. 1.
(e) Hic ergo Tractatus satis diffusus fuit, tametsi heic habeatur valde imperfectus, ut mox patebit.
(f) Al. *fit*.
(g) Al. in meo apographo *ut differentiarum sensus sine membrorum*.
(h) Nanque significat ordinem & ornatum, Cic. L. 2. de Orat. ad fin.
(i) Supra num. 3. ac seqq.
(k) Al. absque *nimia*.
(l) Similiter ad fin. Ser. sive Collat. 4. in Hexaem. inter cetera plura, quæ tradit ab Oratore servanda, & illud præscribit, *ut negotium distinguat, & caveat multitudinem partium*.
(m) Cetera hujus secundæ Partis cum integra tertia Parte hujus Tractatus in Cod. Assisien. desunt, quod satis deflere non possum. Sed hunc defectum supplebimus per sequentes Sermones, in quibus Divisionum, Distinctionum, ac Dilatationum luculenta exempla apparebunt. Ad Dilatationes spectat, ut *Orator partem suam confirmet per rationes*, cit. Ser. sive Collat.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTURÆ COLLATIONES

DE SEPTEM DONIS SPIRITUS SANCTI

PRÆDICATÆ,

IN SERMONES OCTO DISTRIBUTÆ.

ADMONITIO.

CUM *Opusculum* De septem Donis Spiritus Sancti *sub nomine* Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ *in Collectionibus tam Operum, quam Opusculorum ejus, pluries jam hactenus editum ipsi in* Prodromo *col.* 693. *ac seqq. abjudicaverim, adjudicaverimque longe majori jure Minoritæ alteri, nempe* F. Rodulpho de Bibraco; *nunc primum in lucem emittendum duxi germanum aliud ejusdem* S. Bonaventuræ De Septem Spiritus Sancti Donis *Opusculum ad fidem veteris membranei Cod. MS. in* 4. *Bibliothecæ, sive Tabularii* Sacri Conventus Assisiensis PP. Minor. Conventt. *cujus exemplar mihi fuit ab iisdem quam humanissime communicatum. Hanc autem lucubrationem mole quidem parvam, sententiis vero refertam, cum plane* Bonaventurianam *in prædicto* Prodromo *col.* 741. *eviciisse crediderim; heic reliquum est, ut notas de more subnectam, ceu luculenta cum stili, tum doctrinæ* Bonaventurianæ *indicia. Eam igitur* Seraphico Doctore *nostro dignam quis neget, cum ipsam idemmet satis innuat sub titulo* Collationum Donorum, Serm. *seu* Collat. 2. *&* 3. in Hexaem. *ubi non uno loco doctrina, ut ovum ovo similis continetur; ut de aliis ejus legitimis Operibus & Opusculis nihil dicam? Cum vero utrobique* S. Doctor *adeo sit sui similis, neque de illis* Collationibus *amplius dubitare fas sit, secundum late deducta in eodem* Prodromo *col.* 624. *ac seqq. circa has quoque* Collationes *dubium omne penitus sublatum videtur. Sed & illud animadvertendum censemus, has quidem de præfatis* Donis Collationes *illis in* Hexaem. *esse in hoc quoque similes, cum pariter fuerint prædicatæ, unde memoratus* Assisiensis Cod. *sic exorditur*: Incipiunt septem Dona Spiritus Sancti prædicata a Fratre Bonaventura; *multo tamen differre præsertim hoc nomine, quod illæ ab Auditoribus suis fuerint ex ore tantum prædicantis exceptæ, & in tabulas ab ipsis relatæ, hæ autem non ita; quodve hæ illas, utpote prope finem vitæ nostri sacri Interpretis habitas, tempore longe præcesserint. Neque illud prætereundum eodem sensu heic* Collationes *vocari, quo inter edita sub* S. Bonaventuræ *nomine appellantur* Collationes Prædicabiles ex toto S. Joannis Evangelio, *de cujus significatione nominis diversa ab aliis* Collationibus Zachariæ Hieropolitani Episcopi, Joannis Cassiani, Apollinarii Episcopi Laodicenſis, & Solonii Viennensis, *Romani Editores animadverterunt. Heic quippe verus* Bonaventura *ad expositionem variorum utriusque Testamenti locorum, sive textuum, perpetuo ita loquitur, ut nulla interrogatione utatur, sed præcipuum aliquem Divinæ Scripturæ utriusque Testamenti locum, mysteriorum plenum deligit, qui in congressu Fratrum tanquam mutua quadam meditationum collatione expendatur. Quo quidem sensu & ejus* Sermones in Hexaemeron *nuncupantur* Collationes, *& secundum laudatos Romanos Editores præfatæ* Collationes in Joan. Evang.

Digitized by Google

SERMO PRIMUS PROOEMIALIS:

I.

2. ad Cor. 6. 1.

Hortamur (a) vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Hortatur nos Apostolus (b) in his verbis ad gratiam Dei recipiendam, custodiendam, & multiplicandam. Ad cujus evidentiam notandum est, quid sit ejus ortus, usus, & fructus. Ortus igitur gratiæ cum sit datum optimum, & donum perfectum, desursum est, descendens a Patre luminum Jac. primo. Sed per quam viam spargitur lux gratiæ super mentes humanas? Certe per Verbum incarnatum, crucifixum, & inspiratum (c). Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis &c. ut dicitur ibidem.

Divisio. Ortus gratiæ, usus, ac fructus. Jac. 1. 17.

Distinctio. Verbum incarnatum, crucifixum, & inspiratum. Jac. 1. 18.

2. Ortus ergo gratiæ est per Verbum incarnatum; unde Joan. primo: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis, & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratiæ & veritatis. Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia. (d) Homo enim per Verbum increatum factus erat in statu innocentiæ perfectus, & paratus in omni gratia, cum dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram; sed per peccatum lapsus, & recedens ab innocentia, reparandus erat ad gratiam per Verbum incarnatum in Virgine beata, unde & sibi dictum est ab Angelo: Ave gratia plena: & post: inveniſti gratiam apud Deum. Adeamus sive accedamus ergo Fratres, (e) secundum Apostolum ad Hebr. quarto, cum fiducia ad thronum gratiæ ejus (f), ut misericordiam consequamur, & gratiam inveniamus. (g)

Dilatatio. Ortus gratiæ per Verbum incarnatum. Jo. 1. 14.

Jo. 1 16. Homo in statu innocentiæ perfectus.

Gen. 1. 26.

Luc. 1. 28. ac 30.

Accedendum cum fiducia ad thronum gratiæ B. V. M.

Ad Hebr. 4. 16.

3. Ortus item gratiæ est per Verbum crucifixum; unde ad Ephes. secundo: Deus autem, qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, (h) cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo, cujus gratia estis salvati. Non enim solum recesseramus ab innocentia per ignorantiam, sed & per concupiscentiam; & ideo per acerbissimam mortem crucis voluit nos reparare, (i) ubi mors unita est cum fonte vitæ, sed mors absorpta est a fonte vitæ. Non enim mors potuit absorbere fontem vitæ, unde in nos (k) fluunt rivi gratiarum, & non per legem, ut dicit Apostolus ad Galat. Si enim per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Hauriamus ergo, Fratres, (l) aquas gratiæ in gaudio de fontibus Salvatoris, id est, de vulneribus ejus, Isa. duodecimo. (m)

Ortus gratiæ est per Verbum crucifixum.

Ad Eph. 2. 4. seq.

Ad Gal. 2. 21.

Fontes Salvatoris sunt Christi vulnera. Isa. 12. 3.

4. Ortus item gratiæ est per Verbum inspiratum; quia nisi inspirentur nobis prædicta duo (n) per fidem incarnationis

Ortus gratiæ per Verbum inspiratum. Fides incarnationis & passionis ad gratiam necessaria.

(a) Vulg. *exhortamur*; sed *hortamur* etiam Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(b) Confer supra in Arte concionandi num. 19. in fine, & num. 20. post init.

(c) Quoad prædicta omnia vere Bonaventuriana vide Prodromum col. 741. ac notanter cit. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem. ubi signanter quoad præfatum *ortum* allegatur, quod de eo *dicitur in Collationibus Donorum*, in his videlicet.

(d) Sic Comment. in Jo. Evang. cap. 1. num. 37. Vulg. *& gratiam pro gratia*.

(e) Ergo hæ *Collationes* in congressu Fratrum habitæ sunt.

(f) Vide Comment. in Apocal. cap. 4. n. 279.

(g) Similiter Serm. 2. in ord. 38. de Beata semperque Virg. Maria ad finem, ac Expos. in Cant. Cantic. cap. 4. num. 279., nec non cit. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(h) Vulg. *& cum*; sed absque *&* itidem cit. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(i) Cap. 1. Itiner. ment. in Deum „ Peccatum originale dupliciter infecit humanam „ naturam, scilicet ignorantia mentem, & „ concupiscentia carnem; ita quod excæcatus „ homo & incurvatus in tenebris sedet, & „ cœli lumen non videt, nisi sibi succurrat „ gratia cum justitia contra concupiscentiam, „ & scientia cum sapientia contra ignorantiam; „ quod totum fit per Jesum Christum, qui factus est nobis a Deo sapientia, & justitia, „ & sanctificatio, & redemptio." 1. Cor. 1. 30.

(k) Al. *nobis*.

(l) En rursum Sermo ad Fratres pro his mutua quadam meditationum collatione expendendis.

(m) Pariter in Ligno Vitæ Tit. *Jesus transfixus*, nec non De Perfect. vitæ ad Sorores sive ad Sororem cap. 6. ubi post d. Isa. textum disertissime subdit: *De fontibus Salvatoris, id est, de vulneribus Jesu Christi &c.*

(n) Scilicet quod *cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo*,

Digitized by Google

nis Chriſti, & paſſionis, non habebimus gratiam. Propter quod ſecundæ ad Cor. ultimo dicitur: Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, quantum ad ſecundum; & caritas Dei, quantum ad primum; & communicatio Spiritus ſancti quantum ad tertium, (*a*) ſit cum omnibus vobis. Unde ad Tit. ſecundo: Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo. Gratia enim Dei amovens a nobis omnem inordinationem impietatis reſpectu Dei, & deſideriorum reſpectu proximi, & reſpectu noſtri, ordinat nos reſpectu noſtri ſobrie, reſpectu proximi juſte, reſpectu Dei pie (*b*). Cuſtodientes igitur gratiam (ſicut quis diligenter cuſtodiens præbendam, abſtineret ſe a quocunque, per quod poſſet amittere; unde non libenter intromitteret meretricem in domum, ſi cum ea ſciret amittere præbendam) abſtineamus ab omni concupiſcentia, quæ ſpoliat nos gratia. Sicut enim dicit Apoſtolus ad Hebr. decimo: Irritam quis faciens legem Moyſi ſine ulla miſeratione duobus, vel tribus teſtibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit; ſcilicet qui pro nobis voluit incarnari; & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſanctificatus eſt, ſcilicet quem pro nobis effudit crucifixus, & ſpiritui gratiæ contumeliam fecerit? ſcilicet qui hæc omnia nobis inſpirat; quaſi dicat: Immo (*c*) deteriora talis merebitur.

2. *ad Cor.* 13. 13.

Ad Tit. 2. 11. *ac ſeq.*

Quid ſit ſobrie, juſte, & pie vivere.

Ad Hebr. 10. 28. *ac ſeq.*

5. Uſus autem gratiæ debet eſſe fidelis ad Deum (*d*) ad Gal. primo: Cum autem placuit ei, qui me ſegregavit ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam ſuam, ut revelaret Filium ſuum in me, ut evangelizarem illum in Gentibus: continuo non acquievi carni, &

Dilatatio. Uſus gratiæ fidelis ad Deum. *Ad Gal.* 1. 15. *ac ſeq.*

ſanguini &c. Sequitur: Qui perſequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: ecce fidelitas ad Deum in uſu gratiæ. Gratia enim eſt ſicut radius perpendicularis, qui cadens ſuper corpus terſum reperçutitur per eandem viam, & alii radii franguntur: ſic gratia facit, & redit ad Deum (*e*). Unde Eccleſiaſtes primo: Ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant (*f*). Sed nota, quod ſplendor, & rivus non continuantur, niſi continuentur ſuæ origini: ſic nec gratia, quam diſcontinuat ſuperbia, ſed continuat humilitas; quia Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam, Jac. quarto. (*g*)

Ibi 23.

Gratia eſt ſicut radius perpendicularis.

Eccle 1. 7.

Jac. 4. 6.

6. Virilis ad ſeipſum (*b*) ad Hebr. ultimo: Optimum eſt gratia ſtabilire cor, non eſcis, quæ non profuerunt ambulantibus in eis: ſic utebatur viriliter ipſemet Paulus, qui dicebat primæ ad Cor. quinto decimo: Gratia Dei ſum id, quod ſum, & gratia ejus in me vacua non fuit, ſed abundantius illis omnibus laboravi: non ego autem, ſcilicet ſolus (*i*), ſed gratia Dei mecum. Exemplum in Fratribus Machabæis, qui bene confortati viriliter operabantur (*k*); unde habentes gratiam mirabilia operantur. Exemplum in Samſone capillato fortiter agente, ſed abraſo crine ſeptemplici debilitato, id eſt, ſeptiformi gratia; (*l*) propter quod Apoſtolus ad Philip. ultimo: Omnia poſſum in eo, qui me confortat. (*m*)

Uſus gratiæ virilis ad ſeipſum. *Ad Hebr.* 13. 9.

1. *ad Cor.* 15. 10.

2. *Macb.* 13. 3.

Jud. 16. 17. *ac ſeq.*

Ad Philip. 4. 13.

7. Liberalis ad proximum, Matth. decimo: Gratis accepiſtis, gratis date. Sol reddit, & communicat quod accepit, ſcilicet lucem; & quælibet alia creatura: ſolus homo abutitur gratia accepta, quia communicat ſimoniace, contra quod primæ Petr. quarto: Unuſquiſque ſicut accepit gratiam, in alterutrum illam adminiſtrantes, ſicut boni

Uſus gratiæ liberalis ad proximum. *Matth.* 10. 8.

Contra ſimoniacos. 1. *Pet.* 4. 10.

(*a*) Nimirum *Gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti, quantum ad Verbum crucifixum; & caritas Dei, quantum ad Verbum incarnatum; & communicatio Spiritus ſancti, quantum ad Verbum inſpiratum*, d. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

(*b*) Similiter Serm. ſive Collat. 21. in Hexaem. Vid. S. Bernardum De Diver. Serm. 54. al. 11. ex Parvis, & infra num. 9.

(*c*) Vid. ſupra in Arte concionand. num. 24. not. *e*.

(*d*) Sic Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

(*e*) Ita fere ad verbum ibi.

(*f*) Ibi, atque Expoſit. in Eccleſiaſten cap. 1.

(*g*) Ita rurſus fere ad verbum cit. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

(*h*) Ibidem. Vid. ſupra in Art. Concionan. num. 25.

(*i*) Pariter Gloſſa interlin. apud Lyran. Hugo Card., Sa, Menoch. & Tirin.

(*k*) Supra in d. Arte concionan. ibi.

(*l*) Pariter Lyranus moráli ſenſu. Vid. infra Serm. 5. n. 45. in fine.

(*m*) Hactenus iterum fere ad verbum cit. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

Digitized by Google

diſpenſatores multiformis gratiæ Dei. (a) Sic quælibet ſtella ſecundum ſuum modum in orbem inferiorem influit; unde B. Dionyſius (b) probat, quod ſi Angeli de ſuperiori Hierarchia non influerent in inferiores, redderent ſe indignos influentia Divina.

Dionyſius de cæleſt. Hierarch. c. 15.

Dilatatio. Fructus gratiæ triplex, & primus remiſſio culpæ. *Ad Rom. 5. 1. ac ſeq.*

8. Fructus vero gratiæ eſt triplex, ſcilicet remiſſio culpæ, ad Rom. quinto: Juſtificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem habemus acceſſum (c) per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe filiorum Dei. Licet enim ſecundum Philoſophos (d) pravus ad meliores exercitationes deductus fiat bonus, & ſtudioſus; verum eſt quantum ad exercitium, & forte quietationem ſive dimiſſionem actus exterioris: ſed non quantum ad culpam interiorem, quæ non poteſt deleri niſi per gratiam. Peccatum enim non remittitur niſi operante virtute infinita; ſubjacet enim vindictæ, ſeu pœnæ infinitæ (e), quia implicat offenſam infiniti: & ideo cum nulla creatura ſit capax virtutis infinitæ, oportet, quod remittatur per gratiam, id eſt, per condeſcenſionem Divinam.

Peccatum deleri nequit, niſi per gratiam.

Offenſæ infiniti boni debetur pœna infinita.

Secundus gratiæ fructus plenitudo juſtitiæ. *Ad Tit. 2. 11. ac ſeqq.*

9. Plenitudo juſtitiæ, ſcilicet reſpectu Dei, ſui, & proximi, ad Tit. ſecundo: Apparuit gratia Dei Salvatoris noſtri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & juſte, & pie vivamus in hoc ſæculo: abnegantes, inquam, impietatem, quæ eſt contra Deum, & ſæcularia deſideria, quæ ſunt contra proximum, & ſeipſum; ſobrie quantum ad nos; juſte quantum ad proximum; pie quantum ad Deum vivamus (f). Et ſicut gratia eſt juſta, quæ hæc omnia facit vitare mala, & perſequi bona (g); hoc autem eſſe non poteſt, niſi anima inſurgat contra ſe diligendo proximum amicum, & inimicum, & ſupra ſe diligendo Deum, quod impoſſibile eſt fieri, niſi per gratiam: propter hoc dicitur Eccleſiaſtici vigeſimo quarto: Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei; in me omnis gratia vitæ (h), & veritatis; in me omnis ſpes vitæ, & virtutis.

Gratiæ neceſſitas. *Eccli 24. 24. ac ſeq.*

Tertius gratiæ fructus aſſecutio vitæ perpetuæ. *Ad Rom. 6. 23.*

10. Aſſecutio vitæ perpetuæ (i) ad Rom. ſexto: Stipendia peccati mors, gratia autem Dei vita æterna. Quaſi dicat: Hic contingit plantare lignum vitæ, & mortis per merita, ſcilicet per gratiam, & peccatum. Si plantaveris arborem mortis (k), ſuſpenderis in ea in Inferno; ſi autem arborem vitæ, exaltaberis in ea in Cœlo.

Triplex gratia, curans, corroborans, conſummans.

11. Sed nota, quod ſecundum hos tres fructus diſtinguitur triplex gratia, ſcilicet curans, corroborans, conſummans. Gratia curans datur in ſeptem Sacramentis, (l) in ſeptem exercitiis pœnitentiæ, ſecundum quæ diſtinguuntur ſeptem Pſalmi Pœnitentiales, in ſeptem operibus miſericordiæ. Gratia corroborans datur in ſeptem Virtutibus per modum rectificantis, in ſeptem Donis per modum expedientis, in ſeptem Beatitudinibus per modum perficientis. Gratia conſummans datur in ſeptem Dotibus, quarum tres reſpondent tribus Virtutibus Theologicis; ita quod fidei aperta viſio, ſpei tentio, caritati fruitio; (m) quatuor reſpondent quatuor Virtutibus Cardinalibus; ita quod agilitas temperantiæ, ſubtilitas juſtitiæ, claritas prudentiæ, impaſſibilitas fortitudini. Ecce ſeptem ſeptenarii, qui faciunt annum jubilæum in patria, de quibus omnibus pertractare longum eſſet. Tractare etiam de ſeptem Dotibus, quæ ultimo ſunt, nimis

Fidei reſpondet aperta viſio, ſpei tentio, caritati fruitio in patria.

(a) Eodem quaſi verborum tenore inibi.

(b) Ibi.

(c) Vulg. *& habemus acceſſum*; ſed abſque *&* pariter idem Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. & Cod. noſter Bernard. 40. nec non Hugo Card. Lyran. ac antiquiores Biblior. Editiones Biblioth. noſtræ Bernard. Gentilott. ac Grieſen.

(d) Ibidem pariter allegat Philoſophos.

(e) *Infinitæ*, inquam, *non intenſive, ſed preceſſive; neceſſe eſt igitur pœnam eſſe æternam*, ut inibi declarat. Confer cum Ser. de Seminante num. 46. col. 413. Vol. 1.

(f) Vid. ſupra num. 4.

(g) *Sunt autem* (ibidem pergit) *ut docet Auguſtinus, duæ partes juſtitiæ, declinare a malo, & facere bonum.*

(h) Sic ibi, ac alibi ſæpius noſter Auctor. Vide Expoſit. in Cant. Canticor. cap. 7. num. 284.

(i) Eod. Serm. in Hexaem.

(k) De hac *arbore* latius Auctor noſter in Speculo animæ.

(l) Proœm. in Lib. 4. Sententiar.

(m) De his Serm. 1. in Dom. 1. Advent. „ In iſta triplici dote, ſcilicet viſionis claræ, „ fruitionis quietæ, & tentionis ſecuræ, conſi„ ſtit imago gloriæ. Cui reſpondet imago gra„ tiæ, quæ conſiſtit in fide firma, caritate non „ ficta, & ſpe certa in ſtatu iſto. “

Digitized by Google

mis est altum. Tractare item de septem Sacramentis, nimis est commune. Ideo relictis extremis, agendum est de medio septenario, scilicet septem Donorum Spiritus sancti, quæ recte sunt loco medio inter omnes prædictos. (a)

12. Et de his quidem non incipiemus a primo, quod est Donum Sapientiæ, sicut annuntiat Isaias undecimo cap. (b) loquens de Christo (c) quia in ipso fuerunt in summo; sed incipiemus ab infimo, scilicet Dono Timoris, ut sic ascendamus: (d) nos enim, qui imperfecti sumus, & primo peccatores quam justi, indigemus ascendere; & ideo ab inferiori ut a Timore inchoandum est; ut sic tandem ad supremum, id est, ad Sapientiam, & per consequens ad gloriam pertingamus (e). Quod nobis præstare dignetur &c. (f)

Isa. 11. 2. ac seq.

Sermo secundus de Dono Timoris.

Ps. 33. 12.

13. *Venite filii, audite me, timorem Domini docebo vos*: Psal. trigesimo tertio. Invitat Dominus in his verbis filios gratiæ Dei, & adoptionis ad addiscendam lectionem Timoris Domini tam juvenes, quam senes, & decrepitos. Semper enim debet doceri, & addisci; unde Ecclesiastici secundo: Serva timorem Domini, & in illo veterasce. Et ideo Tobias filium suum ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato, Tob. primo. Et licet tam in veteri Testamento, quam in novo multa sint de Timore; tamen aliqua colligamus ad fertum, seu coronam quamdam faciendam in ornamentum capitis mentis nostræ. Corona enim sapientiæ timor Domini, Ecclesiastici primo.

Eccli 2. 6.

Tob. 1. 10.

Timor Dei tam in veteri, quam in novo Testamento sæpe memoratus.

Eccli 1. 22.

14. Circa Timorem autem notandum; quæ sit ejus origo, sive radix; quæ sit utilitas, sive fructus; quæ sit perfectio, sive progressus. Est enim sicut quædam arbor (g), sicut innuitur Ecclesiastici primo: Radix sapientiæ est timere Deum (h); rami enim (i) illius longævi.

Divisio. Quæ origo, utilitas & perfectio Timoris Dei.

Eccli 1. 25.

15. Origo igitur Timoris est in corde ex triplici consideratione primi principii, id est, ex consideratione sublimitatis Divinæ potentiæ, ex consideratione perspicacitatis Divinæ sapientiæ, ex consideratione severitatis Divinæ justitiæ. Ex consideratione sublimitatis Divinæ potentiæ, Jerem. decimo: Non est similis tui in diis Domine: magnus (k) tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te, o Rex Gentium? Non, inquam, est aliquis similis tui: quoniam tanquam momentum stateræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, id est, ante lucem cadentis (l), quæ descendit in terram: quis ergo non timebit te, o Rex? quasi dicat: Nullus est, qui non debeat te timere; propter quod Jer. quinto: Audi populo stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari &c. Sed multi sunt, qui non timent, de quibus conqueritur Dominus per Malach. primo: Si Pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus?

Distinctio. Origo Timoris ex triplici consideratione. Ex consideratione sublimitatis Divinæ potentiæ. Dilatatio.

Jer. 10. 6. ac seq.

Sap. 11. 23.

Jer. 5. 21. ac seq.

Malach. 1. 6.

16. Ex consideratione perspicacitatis Divinæ sapientiæ, Job vigesimo tertio: Ipse solus est, & nemo potest avertere cogitationem ejus; & anima ejus quodcumque voluit, hoc fecit: cum expleverit

Dilatatio. Ex consideratione perspicacitatis Divinæ sapientiæ.

Job 23. 13. ac seqq.

(a) Ita fere quoad prædicta omnia in sæpe laud. Serm. sive Collat. in Hexaem.

(b) Ibi: *Requiescet super eum Spiritus Domini, Spiritus sapientiæ, & intellectus, Spiritus consilii, & fortitudinis, Spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum Spiritus timoris Domini.*

(c) Ita in 3. Dist. 34. Par. 1. Ar. 2. Q. 2. ab init. & Breviloq. Par. 5. cap. 5.

(d) Vid. Breviloq. ibi, atque Itiner. ment. in Deum cap. 1. nec non in 3. loc. supra cit. in concluf.

(e) Sic secundum sæpe cit. Serm. 2. in Hexaem. *quod in plenitudine Sapientiæ sermo terminandus est*, ubi allegantur hæ *Collationes donorum*.

(f) Hac etiam clausula sæpius utitur Auctor in suis Sermonibus.

(g) Sic ad *arbores* alludere solemne S. Bonaventuræ, Prodr. col. 742.

(h) Vulg. *Dominum*; sed *Deum* Cod. noster Bernardin. A. II. 21. Item antiquiores Biblior. Editiones tam Biblioth. nostræ Bernardin. quam Gentilott. & Griesen.

(i) Vulg. *& rami*; sed ut supra d. Cod. Hugo Card. & Lyran. ac Edit. Biblior. Nurnbergen. 1478.

(k) Vulg. *es*; sed sine *es* Auctor quoque noster Serm. de seminante num. 18. ubi tres allegantur Codd. *es* omittentes. Quibus accedunt Hugo Card. & Lyran.

(l) Sic Exposit. in d. cap. 11. Sap. ad eundem sex.

Digitized by Google

verit in me voluntatem ſuam, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei: & idcirco a facie ejus turbatus ſum, & conſiderans eum timore ſollicitor. Solus, inquam, Deus; quia omnium eſt cauſſa immediata (a), alia vero cauſſa mediata ſolum. Propter quod omnia videt, *Ad Hebr. 4. 13.* & omnia nuda & aperta ſunt oculis ejus, ad Hebr. quarto; ideo conſiderans eum, *Pſ. 103. 32.* timore ſollicitor. Pſal. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere, reſpectu ſcilicet ſuæ gratiæ, qua eam ad ſe convertit, id eſt, hominem terrenum (b). *Eſth. 15. 16. ac ſeq.* In cujus ſignum dicebat Eſther quinto decimo: Vidi te, Domine, quaſi Angelum Dei, & conturbatum eſt cor meum præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es, Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Quaſi Angelum, inquit, quia Angelus nec benedictione, nec maledictione movetur; quia Deus omne bonum approbat, & omne malum reprobat. Deus omne bonum approbat, & omne malum reprobat.

17. Ex conſideratione ſeveritatis Divinæ juſtitiæ, Habacuc tertio: Domine, audivi auditionem tuam, & timui: conſideravi opera tua, & expavi (c). Hæc auditio eſt terribilis vocis, quando dicet in judicio: Ite maledicti (d) in ignem æternum, Matth. vigeſimo quinto, a qua voce timet; unde ſequitur: Audivi, & conturbatus eſt venter meus, a voce contremuerunt labia mea. & ita timet, ut vellet totus tabeſcere, ut effugeret illam; unde ſequitur: Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat, ut requieſcam in die tribulationis. Sic & in Pſal. Confige timore tuo carnes meas; a judiciis enim tuis timui (e); judiciis, inquam, ſeptem, ſcilicet alligationis promptæ ad malum, & deficientiæ ad bonum, tanquam duabus catenis, ut Petrus in carcere Herodis, Act. duodecimo. Excæcationis mentis, ſcilicet cum non reputat ſe peccare, nec diſcernit inter bonum, & malum, ſed dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras, Iſa. quinto. Exemplum de Samſone per Philiſtæos excæcato, & ad molam poſito, Judic. ſextodecimo. Obſtinationis, ut nec minis, nec blanditiis, nec beneficiis moveatur ad bonum; unde Job quadrageſimo primo: Cor ejus indurabitur quaſi (f) lapis, loquens de Behemot (g). Eccleſiaſtici tertio: Cor durum male habebit in noviſſimo. Exemplum de uxore Loth, quæ verſa eſt in ſtatuam ſalis, Gen. decimo nono; & de Pharaone, de quo Exo. octavo: Induratum eſt cor Pharaonis; & non audivit eos. Derelictionis, quia Deus hominem exponit diabolo; propter quod Pſal. petebat: Cum defecerit virtus mea, ne drerelinquas me. Et alibi: Adjutor meus eſto, ne derelinquas me &c. Diſſipationis, cum nihil boni facit; unde Pſal. Diſſipabit (h) Deus oſſa eorum, qui hominibus placent, id eſt, omnia opera eorum. Deſperationis, cum ſe exponit homo omni impietati, & fœditati. Exemplum de Juda, qui laqueo ſe ſuſpendit, Matth. vigeſimo ſeptimo. Unde ad Rom. primo: Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. Et ita ſex judicia

Judicia ſeptem timenda.

Act. 12. 6.

Iſa. 5. 20.

Judic. 2. 6. 21.

Job 41. 15.

Eccli 3. 27.

Gen. 19. 26.

Exo. 8. 19.

Pſ. 70. 9.

Pſ. 26. 9.

Pſ. 52. 6.

Matth. 27. 5.

Ad Rom. 1. 28.

Dilatatio. Ex conſideratione ſeveritatis Divinæ juſtitiæ. *Hab. 3. 1.*

Matth. 25. 41.

Hab. 3. 16.

Ibi.

Pſ. 118. 120.

(a) 1. Diſt. 45. Ar. 2. Q. 2. in concl. Quodve prædictus textus Job *ad ſingularem Dei Potentiam, Sapientiam, Providentiam referatur*, interpretatur Pineda, qui laudat ſolidam Philippi Presbyteri Theologiam dicentis: *Solus Deus, & propterea Deus, quoniam omnes creaturæ eſſe ab illo acceperunt.* Unde colligit idem Philippus, omnia adminiſtrare Deum pro Sapientia, & voluntate ſua. Utinam heic haberem Bonaventuræ Commentarium in Job, de quo teſtatur Ptolomæus Lucenſis, ut cum eo poſſem prædicta conferre. Huc uſque illum quæſivi, & non inveni.

(b) Sive *terrena diligentes* Expoſit. in cap. 1. Sap. Ita Proſper ex Auguſtino ſumma fide ac brevitate hunc myſticum ſenſum elicit apud Lorin. Comment. in d. Pſ. ibi „ Inter Dei „ opera hoc eſſe, convertere averſos aſpiciendo „ ad terram de ſuis viribus præſumentem; & „ faciendo eam tremere, dum agnoſcit peccator, quia Deus in ipſo operatur, ut bonus „ ſit. “

(c) Deeſt in Vulg. *conſideravi* &c. ſed LXX. hoc addiderunt, habetque S. Greg. in Ezech. Lib. 1. Hom. 8. num. 21.

(d) Vulg. *Diſcedite a me maledicti*; ſed ut ſupra Soliloq. cap. 3. ac alibi pluries. Vide Comment. in Apocal. cap. 2. num. 139.

(e) Prædicto loc. Pſal. ſermonem eſſe de Timore, *quo timentur æterna ſupplicia, & timetur Divina juſtitia*, aſſeverat idem Auctor 3. Diſt. 34. par. 2. art. 1. q. 1. in concl. Eodem textu utitur loquens de *Dono Timoris* Breviloq. Par. 5. cap. 5.

(f) Vulg. *tanquam*; ſed *quaſi* etiam Lyran. Menoch. &c.

(g) Eodem ſenſu allegorico *obſtinatæ mentis, & inflexibilis arbitrii*, D. Tho. & poſteriores Latini Interpretes apud Pinedam.

(h) Vulg. *diſſipavit*, ſed *diſſipabit* etiam apud Malvendam. Pariter S. Auguſtinus pro *diſſipavit* in præterito, habet in futuro *confringet*.

Digitized by Google

cia ſunt in vita. Condemnationis, & iſtud eſt in morte quantum ad animam; & in die judicii quantum ad utrumque ſcilicet corpus, & animam, in igne æterno, ad Hebr. decimo: Terribilis nanque eſt quædam (a) expectatio judicii, & ignis æterni (b) æmulatio, quæ conſumptura eſt adverſarios. Ab his ergo judiciis timebat David, & etiam Job trigeſimo primo. Semper quaſi tumentes fluctus ſuper me timui Deum, & pondus ejus ferre non potui. Propter hoc Dominus dicit Matth. decimo: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt; ſed potius eum timete, qui poteſt animam (c), & corpus perdere in gehennam. Horrendum enim eſt incidere in manus Dei viventis, id eſt æterni, ad Hebr. decimo; punit enim in æternum: propter hoc Pſ. Non timebo quid faciat mihi homo (d).

Ad Hebr. 10. 27. *Job 31. 23.* *Matth. 10. 28.* *Ad Hebr. 10. 31.* *Pſ. 55. 5.*

18. Utilitas autem timoris, ſive fructus exprimitur Tob. quarto: Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus Deum. Valet autem ad tria, ſcilicet ad impetrandam Divinæ gratiæ affluentiam; ad introducendam Divinæ juſtitiæ perfectionem; ad obtinendam Divinæ ſapientiæ illuſtrationem.

Tob. 4. 23.

Diſtinctio. Utilitas ſive fructus timoris triplex.

19. Ad impetrandam Divinæ gratiæ affluentiam, Iſa. ultimo: Ad quem reſpiciam, niſi ad pauperculum, & humilem (e), & trementem ſermones meos? (f) Ecce reſpectus gratiæ ad quem eſt. Non enim in tibiis viri beneplacitum erit ei; ſed (g) beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum; propter quod dicitur ad Philip. ſecundo: Cum timore (h), & tremore veſtram ſalutem operamini. Gratia enim non habetur niſi per Timorem; miſericordia autem Domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum. Unde Bernardus ſuper Cant. In veritate didici, nihil æque eſſe efficax ad gratiam promerendam, retinendam, recuperandam, quam ſi omni tempore inveniaris, non altum ſapere, ſed timere (i). Unde: Beatus homo, qui ſemper eſt pavidus.

Dilatatio. Ad impetrandam Divinæ gratiæ affluentiam.

Iſa. 66. 2. *Pſ. 146. 10. ac ſeq.* *Ad Philip. 2. 12.* *Pſ. 102. 17.* *Bernardus in Cant. Serm. 54. n. 9.* *Prov. 28. 14.*

20. Ad introducendam Divinæ juſtitiæ perfectionem, ſive juſtificationem; Eccleſiaſtici primo: Timor Domini expellit peccatum; nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari. Et ibi: Accedens ad ſervitutem Dei, ſta in juſtitia, & timore. Et alibi: Si non in timore Domini te tenueris inſtanter, id eſt, conſtanter (k), cito ſubverteturdomus tua. Propter hoc dicitur in Pſal. Servite Domino in timore; & ſequitur: Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus.

Ad introducendam Divinæ juſtitiæ perfectionem.

Eccli 1. 27. ac ſeq. *Ibi 2. 1.* *Ibi 27. 4.* *Pſ. 2. 11. ac ſeq.*

21. Ad obtinendam Divinæ ſapientiæ illuſtrationem, ſive perſpicaciam; unde Eccleſiaſtici primo: Principium (l) ſapientiæ Timor Domini. Unde nota, quod eſt timor primo ſervilis introductivus ſapientiæ, ſicut ſeta introducit filum (m). Et iſte eſt totaliter extra gratiam (n) & proprie dicitur initium ſapientiæ. Eſt alius Timor offenſæ, qui dici-

Ad obtinendam Divinæ ſapientiæ illuſtrationem.

Eccli 1. 19.

(a) Vulg. *Terribilis autem quædam*; ſed ut ſupra quoque Cod. noſter Bernard. 40.

(b) *Æterni* in Vulg. deeſt.

(c) Vulg. *& animam*; ſed abſque *&* vetuſtus quoque Cod. noſter Bernardin. 29. ac Codd. Veronen. & Goth. apud Blanchin.

(d) Vulg. *care*, ſed *homo* etiam Pſal. Græco-Lat. apud Blanchin. In marg. tamen ejuſdem, neſcio quæ manus, ſed recentior, deleta voce *homo*, repoſuit *care*. Ubi in calce prod. lectione *homo* allegantur Veron. Rom. Caſſiod. Syr. Profecto vel ſi *care* legatur, ea pro *homine* ſumitur.

(e) Vulg. *contritum ſpiritu*; ſed *humilem* habent quoque LXX. ac Gregorius Moral. Lib. 3. cap. 19. num. 34. ac Lib. 5. cap. 45. num. 78. nec non Lib. 18. cap. 43. num. 68. ac alibi quoque. Et de hac translatione ipſemet D. Bona. Expoſit. in cap. 18. S. Luc.

(f) Ad prædicta verba ſubdit S. Bona. Expoſit. in Cap. 9. S. Luc. Tom. 5. pag. 334. col. 2. Edit. Venet. noviſſ. *ubi jungit paupertatem ſimplicitati & humilitati*. Unde apparet & ipſum legiſſe *humilem* ſecundum LXX. tametſi inibi Editores exhibeant Vulg. lectionem, ſcilicet *contritum ſpiritu*.

(g) Sic quoque apud Hugonem Card. in Vulg. autem *ſed* deeſt.

(h) Vid. ſupra Tract. de Humilit. col. 236. Vulg. *metu*.

(i) Sic Auctor noſter Lib. 2. Phar. cap. 16. in fine.

(k) Hugo Card. *perſeveranter, & fortiter*.

(l) Vulg. *initium*; ſed *principium* habet quoque S. Bona. 3. Diſt. 34. part. 2. art. 1. q. 1. in Fundam. ubi in marg. fit allegatio *Ecc. 1.* Quin & Vulg. ipſa Prov. 9. 10. habet *principium*; ipſemet vero S. Bonav. in d. Diſt. 34. Dub. 4. *initium & principium*.

(m) Ibi q. 3. in concl. *Timor ſervilis reſpectu caritatis introducendæ eſt ſicut ſeta reſpectu fili*.

(n) Intellige *extra gratiam* caritatis diffuſæ in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, ſive *extra gratiam* ſcilicet ſanctificantem; quandoquidem, ut ait ibi Q. 1. in Concl., *licet propter timorem ſervilem, quo timentur æterna ſupplicia, & ti-*

Digitized by Google

dicitur initialis, & non extra, ſed eſt
Eccli 1. 25. radix, & de ipſo dicitur illud: Radix ſapientiæ eſt timere Deum (*a*). Eſt &
Eccli 1. 20. Timor reverentiæ, qui dicitur filialis (*b*); & iſte eſt complementum, de quo dicitur illud: Plenitudo Sapientiæ eſt ti-
Job 28. 28. mere Deum. Et Job vigeſimo octavo: Timor Domini ipſa ſapientia eſt, & recedere a malo intelligentia. Et Eccle-
Eccli. 40. 28. ſiaſtici quadrageſimo: Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis. Et in
Prov. 14. 27. Prov. quartodecimo: Timor Domini fons vitæ, ſcilicet gratiæ. Et per contraria, carentia hujus timoris mala;
Jer. 2. 19. unde in Jer. ſecundo: Vide quia malum & amarum eſt te reliquiſſe Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem Domini (*c*) apud te. Malum, inquam, eſt, quia ſequitur deordinatio
Pſ. 13. 3. & *ſeqq.* totius hominis; ſicut dicitur in Pſal. de inſipientibus (*d*): Sepulchrum patens eſt guttur eorum &c. quantum ad deordinationem in ſermone. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem, in affectione. Contritio & infelicitas in viis eorum, in operatione. Et hoc eſt, quia non eſt timor Dei ante oculos eorum, per quem impetrent gratiam. Immo ſunt ingrati; unde: Sepulchrum patens eſt guttur eorum. Nec etiam in eis eſt Timor, per quem introducant juſtitiam; immo ſunt injuſti; unde: Linguis ſuis doloſe agebant &c. Nec etiam Timor, per quem obtineant Divinam ſapientiam; immo ſunt inſipientes; unde: Viam pacis non cognoverunt.

Dilatatio. Progreſſus Timoris Dei, ac modus ſe in eo exercendi per perfectam conſcientiæ emundationem.

22. Sequitur videre (*e*) de progreſſu, quo perficitur Timor Dei, qui conſiſtit in modo exercendi ſe ad illum tripliciter, ſcilicet per perfectam conſcientiæ emundationem. Unde ſecundæ ad Cor. ſeptimo: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem, ſcilicet animarum, in timore Domini. (*f*) Eccleſiaſtici ſecundo: Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in con-

2. ad Cor. 7. 1.

Eccli 2. 20.

& timetur Divina juſtitia, ceſſet homo a peccatorum perpetratione, non omnino tamen ceſſat a voluntate, ut dicit Gloſſa. Sed quæ Gloſſa hæc? Audi ipſum ibi Q. 2. ad opp. 1. *Super illud Pſalmi: Confige timore tuo carnes meas, Gloſſa Auguſtini: Timor ſervilis carnem non crucifigit; quia vivit in eo peccandi voluntas, & ſequeretur opus, ſi ſperaretur impunitas: mallet enim licere, & dolet non licere quod lex vetat.* Et in reſp. ad 1. obſervat, *quod illud verbum Auguſtini non intelligitur, quod ſemper quando timet doleat actu, & ſimiliter quod voluntas peccandi ſemper ſit in actu: ſed hoc dicit, quia manet in habitu, & radice.* Item cit. Q. 1. ad 1. animadvertit, *poſſe dici, quod timor ſervilis in quantum ſervilis eſt, non poſſit ſtare cum Spiritu ſancto propter annexam imperfectionem, quæ dicit repugnantiam ad ſtatum gratiæ.* Porro hæc *annexa imperfectio, quæ dicit repugnantiam ad ſtatum gratiæ*, ſe ſe tenet tantum ex parte timentis, quatenus eſt in ſtatu peccati habitualis, de quo dolet potius ex pœnæ, quam Divinæ offenſæ timore; non vero ex parte timoris, quia ut ibi e veſtigio ſubdit, *quantum ad aliquid ſui nihil prohibet ipſum eſſe cum Spiritu ſancto.* Hinc infert Q. 2. ad 3. *Cum ergo dicitur, quod actus timoris ſervilis eſt incompoſſibilis caritati, hoc non eſt ratione ipſius actus per ſe, & ſecundum ſe, quia habens caritatem poteſt bene timere Deum ratione pœnæ: ſed hoc intelligitur ratione annexi, quod facit ipſum deficere a merito caritatis: & ideo ex hoc non ſequitur, quod actus timoris ſervilis ſit malus: ſed vel eſt malus, vel eſt in homine ſecundum ſtatum malum.* Sub disjunctione ait *vel eſt malus*, quando nimirum, ut ipſemet declarat ibi in Concl., *aliquis qui timet pœnas, & timendo dolet quod tales pœnæ infliguntur pro culpa, & actu etiam concupiſcit peccare, ſi non eſſet illa pœna: & hoc modo timere ſerviliter eſt peccatum, & malum.* Sed eadem disjunctione ſubjungit, *vel eſt in homine ſecundum ſtatum malum*; quia quod proxime dictum eſt (ibi in ead. Concl.) *non eſt ſemper, cum quis moveatur timore ſervili, alioquin per uſum illius doni magis ſe homo a gratia elongaret, quam præpararet, quod plane falſum eſt. Et ideo concedendum eſt, quod uſus timoris ſervilis poteſt eſſe bonus, licet non bonus bonitate meriti, ſed magis bonitate præparante, vel ordinante ad meritum, quæ ſimul ſtat cum peccato. Et cum peccato* non ſtat quidem *bonitas meriti* ſcilicet de condigno, quod eſt a ſanctificante gratia, & caritate; ſed *bonitas præparans, vel ordinans ad meritum*, nimirum per *gratiam gratis datam*, de qua ibi ad 1., ſive per gratiam actualem, quæ facit meritum de congruo. Quapropter ibi Q. 1. hanc ſtatuit probatque concluſionem: *Timor ſervilis eſt donum Spiritus ſancti, quamquam non ſit donum cum Spiritu ſancto*; & hoc, non illud donum, a timore ſervili, verbis ſupradictis excludit. Videſis ibi Q. 3. *An timor ſervilis expellatur gratia adveniente?* Ubi poſt altro citroque producta, concludit; *Timor ſervilis quoad materiale remanet cum gratia, licet quoad intuitum principalem pœnæ æternæ, & voluntatem malam expellatur.* Et hæc duo ſupt, quæ ſunt in timore ſervili *totaliter extra gratiam*.

(*a*) Vide ſupra num. 14.

(*b*) De hoc utroque Timore *initiali & filiali* ibi art. 2. q. 1. ac ſeq.

(*c*) Vulg. *mei*; ſed *Domini* Cod. quoque noſter 40.

(*d*) Quippe d. Pſal. incipit: *Dixit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.* Et Lorinus: *Argumentum eſt deſcriptio ſtultitiæ hominum* &c.

(*e*) Sic Centiloq. paſſim, & alibi.

(*f*) Vulg. *Dei*; ſed *Domini* habet quoque d. Cod. noſter 40.

Digitized by Google

Ibi 22.

conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas: ſequitur: Dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, ſcilicet punientis, qui tradet eum miniſtro, ſicut dicitur in Matth. quinto, ut in carcerem mittatur ligatus a diabolo. Unde nullus cum conſcientia mortali debet dormire, cum ſit ligatus ab inimico.

Matth. 5. 25. Nullus cum conſcientia mortali dormire debet.

Per perfectam obedientiæ promptitudinem.

23. Per perfectam obedientiæ promptitudinem, unde ſecundi Paralip. decimo nono dixit Joſaphat populo: Sit timor Domini vobiſcum, & cuncta cum diligentia facite. Quia dicit Eccleſiaſtes ſeptimo: Qui timet Deum, nihil negligit. Propter hoc dicebat Moyſes Deuter. decimo: Et nunc Iſrael quid petit a te Dominus Deus tuus, niſi ut timeas Dominum Deum tuum, & ambules in viis ejus, cuſtodiaſque mandata Domini? Et Salomon in Eccleſiaſte ultimo: Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt (*a*) omnis homo, id eſt perfectus (*b*). Et Eccleſiaſtici ſecundo: Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata ejus.

2. Paral. 19. 7.

Eccle 7. 19.

Deut. 10. 12. *ac ſeq.*

Eccle 12. 13.

Eccli 2. 21.

Per perfectam fiduciæ firmitatem.

24. Per perfectam fiduciæ firmitatem, Prov. quartodecimo: In timore Domini fiducia fortitudinis. Facit enim ſecurum (*c*) ab omni malo timore: timet enim eum, quem ſemper poteſt habere, & ſervare; non ea, quæ neceſſario perdet; unde Pſal. Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis a timore nocturno. E contrario de non timentibus Deum dicitur: Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor (*d*). Ideo conari debemus ad timorem Domini habendum. Eccleſiaſtici vigeſimo quinto: Timor Domini (*e*) omnibus (*f*) ſe ſuperpoſuit: & quia timentibus Deum bene erit in extremis. Quod admirans Pſalm. dicebat: Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine, quam abſcondiſti timentibus te! quam nobis concedere dignetur &c.

Prov. 14. 26.

Pſ. 90. 5.

Pſ. 13. 5.

Eccli. 25. 16.

Pſ. 30. 20.

Sermo tertius de Dono Pietatis.

25. *Exerce teipſum ad pietatem*, primæ ad Timoth. quarto; *nam corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt; pietas autem ad omnia utilis eſt, promiſſionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ.* Oſtendit Apoſtolus in his verbis duplex exercitium, quod convenit homini, corporale ſcilicet, & ſpirituale: ſed ſpirituale corporali præferendum, tum quia utilius; corporale enim modicam utilitatem habet, ut ipſe dicit; tum quia nobilius; quantum enim ſpiritualia corporalibus, æterna temporalibus, inviſibilia viſibilibus prævalent, tantum ſpiritualis exercitatio corporali. Unde Seneca: Multos inveni exercitantes corpus, paucos vero ingenium (*g*). Fatuus autem eſt, qui poteſt fodere aurum, fodit autem lutum. De iſto ergo exercitio ſpirituali dicitur: *Exerce teipſum ad pietatem*; Pietas enim inter Dona Spiritus ſancti ſequitur poſt Timorem, in quibus verbis excitat ſollicitudinem mentium ad bonum uſum ejus tanquam Divinum hoc ordine. Suppoſito enim Pietatis influxu, invitat ad ejus exercitium, & proponitur ejus emolumentum, quaſi dicat: Si accepiſti Donum Pietatis, exerce te ad eam; ſi non accepiſti, exerce te ad accipiendam, quia ad omnia valet.

1. ad Tim. 4. 7. *ac ſeq.*

Seneca 81. *Epiſt.* Fatuus qui poteſt fodere aurum, fodit autem lutum.

Diviſio. Tria circa Pietatem conſideranda.

26. Oſtendit ergo tria conſideranda circa Pietatem, ſcilicet exercitium, originale principium, & emolumentum. Si enim Donum eſt, oportet, quod ſcianus, qualiter donetur; ſi nobile eſt, qualiter in illo exerceamur; ſi utile, quid ex eo conſequamur. Primo ergo quantum ad ejus exercitium attendendum eſt, quod conſiſtit in triplici actu, ſcilicet in reverentia ſeu veneratione Majeſtatis Divinæ, (*b*) in cuſtodia ſanctitatis intrinſecæ, in ſuperaffluentia caritatis ſive miſerationis fraternæ, ſecundum quem ultimum modum accipitur apud uſum hominum.

Diſtinctio. Pietatis exercitium in triplici actu conſiſtit.

(*a*) Vulg. *enim*; ſed abſque *enim* duo noſtri Codd. Bernardin. ac Auctor ipſemet in Eccleſiaſten. Item Hugo Card. Lyran. & antiquiores Biblior. Editiones noſtræ Bernardin. Biblioth. ac Gentilott. nec non Venet. 1481. Biblioth. Grieſen.

(*b*) Sic idem ibi in Eccleſiaſten.

(*c*) Sa: *Fiducia fortitudinis, id eſt, ſecura fortitudo.*

(*d*) Ita & apud Lorinum.

(*e*) Vulg. *Dei*; ſed *Domini* etiam Compluten. & Tigur. Item Hugo Card. Comm. in 2. Epiſt. ad Corinth. cap. 7.

(*f*) Vulg. *ſuper omnia*; ſed *omnibus* idem Hugo ibi.

(*g*) Ita ad ſenſum potius, quam ad verba. Verba enim ejus ſunt: *Cogito quam multi corpora exerceant, ingenia quam pauci.* Vid. Thomam Hibernicum in Floribus verbo *Studium*.

(*h*) Cornel. a Lap. *Optime, & propriſſime pietas Deum reſpicit, eſtque Dei cultus &c.*

Digitized by Google

Dilatatio. Prima exercitatio in reverentia sive veneratione Majestatis Divinæ. *Eccli* 49. 3. *ac seq.*

27. Exercetur primo in reverentia seu veneratione Majestatis Divinæ, secundum illud, quod scribitur Ecclesiastici quadragesimo nono de Josia, qui significat Christum (*a*): Ipse directus est Divinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis, & gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem, id est, cultum Divinum, qui ante Christum non vigebat nisi in Israel; & in illo non semper, nec secundum totum: quia decem Tribus vitulos aureos Jeroboam colebant; sed in aliquibus, ut in David, qui tempore suo fuit maximus cultor Dei; post quem multi mali, nam Roboam malus, priusquam Ezechias bonus, & Manasses pejor, sed post hos Josias optimus, qui corroboravit pietatem in Israel, idest, cultum Dei; sed Christus, qui per eum significatur, per totum mundum. Quod autem Pietas sit cultus Dei, dicit Augustinus super illo verbo Job vigesimo octavo: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia; ubi LXX. habent: Pietas ipsa est sapientia (*b*); super quo dicit, quod Theosebia in Græco idem est, quod cultus Dei in Latino (*c*), qui significatur per sapientiam, & Pietatem. Oportet enim cultorem Dei esse in timore, & sentire de Deo altissime, sanctissime, & piissime (*d*). Si enim sentis diminute de Deo, non sentis altissime, ut quod produxerit omnia de nihilo, & in instanti; si etiam sentis, quod non possit penetrare omnia corda, male sentis de ejus sapientia, & iterum non sentis altissime. Si sentis, quod non possit reposcere pœnas ad vindictam, vel sublimare ad gloriam, male sentis de ejus justitia, & non sanctissime. Item si non sentis miserationes Divinas, & gratiam, & indulgentiam peccatorum, non sentis piissime de Deo. Unde Pietas est primæ, & summæ originis, primus status, primus affectus & famulatus per fidem, spem, & caritatem: istis enim colitur Deus secundum Augustinum in Enchir. (*e*). Et quia sicut omnis res ad suam originem habet inclinationem, ut flumina ad mare, radius ad lucem, & lapis ad terram deorsum &c. sic homo deiformis per memoriam, intelligentiam, & voluntatem (*f*) oportet, quod refundat quantum ad has potentias omnia, quæ accepit, in primam originem.

Augustinus L. de Sp. & lit. c. 11. n. 18. & in Enchir. ad Laur. c. 2. ab init. L. 10. de Civ. Dei c. 1. L. 11. de Trin. c. 14. ac L. 14. c. 1. atque Enar. in Ps. 135. Job 28. 28. Septuaginta interpretes.

Theosebia in Græco, quid in Latino significet.

De Deo sentiendum altissime, sanctissime, & piissime.

Primus Pietatis affectus colere Deum fide, spe, & caritate.

Augustinus in Enchir. ad Laurent. c. 3.

Homo deiformis omnia sua refundere debet in primam originem.

28. Exercetur secundo Pietas in custodia sanctitatis intrinsecæ, unde primæ ad Timoth. secundo: Obsecro primo (*g*) omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus, pro Regibus, & omnibus, qui in sublimitatibus sunt constituti (*b*), ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate; hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo. Summa enim Pietatis, sive Religionis Christianæ est in puritate, & tranquillitate interiori; pie enim non potest homo affici, nisi amet sanctitatem, Jac. primo: Religio munda, & immaculata apud Deum & Patrem hæc est: Visitare pupillos, & viduas in tribulatione eorum, & immaculatum se custodire ab hoc sæculo. Tranquillitas etiam esse non potest nisi in sanctitate conscientiæ, ut sit bona & pia; ut scilicet præferat vitam virtutis vitæ nostræ, vitam gratiæ vitæ corporali. Si enim magis afficeretur ad caputium (*i*), quam ad caput, vel ad calceum, quam ad pedem, non esset pius affectus. Hæc ergo est pietas vera, ut homo animam custodiat in sanctitate, quod si non facit, perdit vitam, perdit gratiam & virtutem secundum illud Psalmi: Dominus interrogat justum, & impium; qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Propter hoc dicitur

Secunda excitatio in custodia sanctitatis intrinsecæ. 1. *ad Tim.* 2. 1. *ac seq.*

Quæ summa Pietatis, sive Religionis Christianæ.

Jac. 1. 27.

Pietas vera est, ut homo animam in sanctitate custodiat.

Ps. 10. 6.

(*a*) Sic Serm. sive Collat. 14. in Hexaem. *Josias signat Christum, de cujus morte facta sunt Lamentationes*, ut etiam ait idemmet S. Bonaventura in Prol. Lament. Jer. Proph. nec non Exposit. Cap. 34 S. Luc.

(*b*) Sic Auctor noster 3. Dist. 9. art. 2. q. 3. ad opp. & in concl. nec non Dist. 35. art. 1. q. 6. ad opp.

(*c*) Ibi, & in concl.

(*d*) Ita idem supra ab init. Opusc. de regimine animæ. Videatur quoque Serm. sive Collat. 9. in Hexaem. ac Breviloq. Par. 1. cap. 2.

(*e*) 3. Dist. 9. art. 2. q. 2. ad opp.

(*f*) Sic in Itinerar. mentis in Deum cap. 3. ac in Amator. nec non Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(*g*) Vulg. *primum*; sed *prime* etiam Cod. noster 39. nec non 58. Biblioth. Episc. Trid. Glossa ordin. & Text. apud Lyran.

(*h*) Vulg. absque *constituti*; sed *constituti* noster quoque Cod. 40. atque cit. 58. Biblioth. Episc. Trident.

(*i*) De hoc *Caputio* in Exposit. Reg. FR. Minor. cap. 2.

Digitized by Google

Eccli 30. 24. tur Ecclesiastici trigesimo: Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine: congrega cor tuum in sanctitate. Hoc dicit, ut non solum sanctitas sit in exteriori conversatione, sed in interiori; quia simulata pietas non est pietas, sed duplex impietas: unde Apostolus secundæ ad Timoth. tertio: In novissimis diebus instabunt tempora periculosa: & (a) erunt homines seipsos amantes, cupidi. Et sequitur: speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem ejus abnegantes. Glossa, id est, religionis. Hæc est ergo secunda Pietas, post Deum animæ misereri.

Simulata pietas non est pietas, sed duplex impietas. 2. ad Tim. 3. 1. ac 2.

Ibi 5.

Glossa interlin.

Tertia exercitatio in affluentia miserationis fraternæ. Eccli 44. 10.

29. Exercetur tertio Pietas in affluentia miserationis fraternæ (b) Ecclesiastici quadragesimo quarto: Illi sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt, scilicet Patres, ut Noe, Abraham, Joseph, Moyses, Samuel, David, quorum dulce est nosse vitam. Noe enim propter pietatem in homines centum annis fecit arcam: Abraham propter pietatem pro impiissimis Sodomitis rogavit, & extorsit a Deo, quod si essent decem viri justi in civitate, non destrueretur civitas propter eos: Joseph vero venditus a fratribus, eos postea salvavit a fame in Ægypto, & ditavit eos, & filios eorum, & alios homines: Moyses autem pro populo contemptore Dei, & sui, oravit: Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ (c): Samuel vero, quem populus reprobavit, ne præesset, cum, irato Domino contra populum, populus diceret ei: Ora pro servis tuis: dixit eis: Absit autem a me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis. David autem in summo periculo gentis, & sui, pepercit Saul; cum nec contra Deum, nec contra legem fecisset, si occidisset eum (d), cum Deus dixisset: Tradam tibi inimicum tuum (e). Isti ergo sunt viri misericordiæ, quorum pietates non defuerunt. Ad hanc Pietatem invitat nos Petrus alta voce secundæ Canonicæ primo dicens: Ministrate in fide vestra virtutem, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiam, in abstinentia autem patientiam, in patientia autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis caritatem. Qui enim vult pius esse ad proximum, oportet, quod hoc habeat, ut patienter, & caritative ad hostem se habeat, ut David; aliter Pietas non est in homine, cum non habeat extrema sua, scilicet patientiam, & caritatem. Quare enim aliquis de homine non offendente male judicat? quia caritatem non habet. Et quare de eo offendente? quia infestantem patienter non supportat.

Exo. 32. 31. ac 32.

1. Reg. 12. 19. ac 23.

1. Reg. 24. 5.

2. Pet. 1. 5. ac seqq.

Pius ad proximum patienter & caritative se habet ad hostem.

30. Secundo quantum ad Doni Pietatis originale principium est attendendum, quod est primo a Trinitate increata; secundo a Sapientia incarnata; tertio a Matre Ecclesia sanctificata. Prima origo Pietatis est ab ipsa Trinitate increata (f). Deus enim licet habeat omnes nobiles proprietates, hanc tamen habet principaliter. Unde: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere. (g) Ecclesiastici secundo: Pius, & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Psal. Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se. Semper enim a principio miserationes Dei fuerunt, scilicet tempore legis naturæ, scriptæ, & gratiæ. Homo ergo imago Dei debet in hoc configurari Deo. Ecclesiastici quarto: In judicando esto pupillis misericors ut pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius Altissimi obediens, & miserebitur tui magis quam mater. Unde cum Deus gloriosus sine omni defectu, misereatur hominis, homo miser defectibilis debet hominis misereri

Distinctio. Pietatis origo triplex.

Dilatatio. Prima origo Pietatis ab ipsa Trinitate increata, cujus præcipuum propriumque opus misericordia. Post sept. Ps. Pœnit. cum Litan. Orat. 1. Eccli 2. 13

Ps. 102. 13.

Eccli 4. 10. ac seq.

(a) Vulg. sine &; sed cum & cit. Cod. noster Bernardin. 39. & d. Biblioth. Episc. Trid. Hugo Card. Lyran. Biblior. Editiones antiquæ tam Biblioth. nostræ Bernard. quam Gentilott.

(b) 3. Dist. 35. art. 1. q. 6. per totam, in qua discutitur: *An actus principalis pietatis consistat in religione respectu Dei, vel in compassione respectu proximi.*

(c) Sic ipsemet S. Bona. 3. Dist. 31. Dub. 2. sed & Cod. noster Bernardin. 21. habet *de libro vitæ*. Vulg. vero *de libro tuo*.

(d) Ita Cajetanus apud Tirin. & alii apud Cornel. a Lap. Maria. &c. refragantibus tamen Dionys. Tost. Salia. Est. Calm. &.

(e) Al. *Dabo eum in manu ejus.*

(f) Quatenus scilicet creavit *omnem hominem insignitum Divina imagine*, 3. Dist. 35. art. 1. q. 6. ad 1. 2. & 3.

(g) Ita Exposit. in Cap. 12. Sapient. ubi ait: *Virtus Dei est pietas, secundum illud Gregorii: Deus, cui proprium est misereri semper, & parcere.*

Digitized by Google

reri, & exerceri in Pietate; aliter enim nunquam introducet miserationes Dei in se, nisi per Pietatem.

Dilatatio. Secunda origo Pietatis Sapientia incarnata. 1. *ad Tim.* 3. 16.

31. Secunda origo Pietatis est Sapientia incarnata (*a*) primæ ad Timoth. tertio: Manifeste magnum est Pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Sacramentum hujus Pietatis est Verbi incarnati crucifixi, quod quidem manifestatum est in incarnatione; justificatum, quia sine peccati corruptione; apparuit Angelis in glorificatione; prædicatum est Gentibus, & creditum in mundo in Spiritus sancti missione. Hæc omnia opera redemptionis fecit circa nos Christus Pontifex noster, ut propitiaretur nobis, propter pietatem suam: ad Rom. secundo: *Ad Rom.* 2. 4. An divitias bonitatis ejus contemnis? Non enim sine causa fuit sanguis Christi, qui seipsum obtulit, ut esset Pontifex, & hostia &c.: Sic & nos ut placeamus Deo Patri, habeamus invicem pietatem, ad Colosс. tertio: Induite vos sicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordiæ &c. Lucifer enim non induit, & ideo non valuit ei pietas. *Ad Colos.* 3. 12.

Dilatatio. Tertia origo Pietatis Mater Ecclesia sanctificata. 1. *Cor.* 12. 26. *& seq.*

32. Tertia origo Pietatis est Mater Ecclesia sanctificata, quæ habet pignus Spiritus sancti. Duo enim filii de eodem patre, & eadem matre magis se diligunt, & membra sibi invicem compatiuntur; sic & nos sumus invicem membra, unum Patrem Deum, & unam Matrem Ecclesiam habentes, uno cibo, scilicet Eucharistiæ, aliti ad unam hæreditatem; ideo debemus invicem affici pietate. Ad Tit. secundo: Apparuit gratia Dei Salvatoris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria sobrie, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo. Gratia enim, & pietas Dei circa nos tanquam patris, & Ecclesiæ portantis & parturientis nos, quousque simus nova creatura, tanquam matris, facit, ut pie vivamus. Psal. Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum: sicut unguentum, scilicet Pietatis, in capite Christi, quod descendit in barbam ideſt, in Episcopos Hierarchas Ecclesiæ, & quod descendit in oram vestimenti, id est, in plebem (*b*). Quod figuratum est quarti Reg. quarto in muliere, quæ venit ad Elisæum, ad cujus jussum implevit omnia vasa vicinorum oleo, scilicet Pietatis. Mulier est Ecclesia (*c*); cui assistit Virgo Mater, Eliseus Christus (*d*); quorum non est culpa, si non habemus pietatem, cum sint parati dare; sed nostri, qui non recipimus. Hoc autem oleum debet esse in Episcopis, qui sunt sicut barba Christi capiti adhærentes, ut refundant in pietatis exemplum. Secundi Machab. tertio: Cum sancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime custodirentur, propter Oniæ Pontificis dispositionem (*e*), & pietatem &c. Sed postea cum Pontifices impii venissent, destructum fuit templum. Exemplum de Beato Martino, & de Sancto Nicolao, ac de Beato Gregorio, qui cum esset nobilis Romanus, construxit Monasteria septem, & pauperes consuetudinarie recepit (*f*) cui quidam apparens modo canus, modo juvenis ducens in cameram dixit: Cum essem in Sicilia naufragus, dedisti mihi duodecim (*g*) aureos, & cum non sufficerent, mihi dedisti argenteam scutellam, (*b*) & tunc scivi, quia Papa futurus esses propter pietatem, quia ego Angelus Dei sum. (*i*)

Ps. 132. 1. *& seq.*

4. *Reg.* 4. 2. *& seqq.*

2. *Mach.* 3. 2.

In Vit. S. Gregor. auctore Joanne Diacono L. 1. *c.* 2. *n.* 5. *ac seq.*

In ead. Vit. ibi n. 10. *& L.* 2. *c.* 3. *n.* 23.

33. Tertio attendendum est circa utili-

(*a*) Sive *secundum exemplar Christi*, in cit. 3. ibi in concl.

(*b*) Similiter in Procem. Breviloq. de sublimit. sacr. Script.

(*c*) Ita Glossa ordinar. & Expositores aliqui moraliter apud Lyranum.

(*d*) Quippe *signat Christum* Serm. sive Collat. 14. in Hexaem. nec non Exposit. in cap. 24. S. Luc.

(*e*) Vulg. tantum *propter Oniæ Pontificis pietatem*; sed ut supra etiam duo nostri Bernard. Codd. 21. ac 40. tertius Biblioth. Episc. Trid. 55. ac Biblior. antiquæ Editiones Biblioth. nostræ Bernard. ac Gentilott. Notat quoque Brugensis, quod *multi Codices, Carensi & Richelio adstipulantibus, addunt dispositionem &*: Sed observat quod *illud in præstantibus Codicibus non legitur*; quodve *monet & Lyranus non esse in correctis libris, nec de textu esse*.

(*f*) Sic Auctor noster Serm. 2. de eodem S. Gregorio ubi & Ser. 1. allegat præfatam Vitam.

(*g*) Al. in meo apographo *centum*.

(*b*) Al. in eodem *omnes scutellas*. Ut supra vero in d. Vit.

(*i*) Prædicta videri possunt in Act. Sanctor. To. 2. 12. Mart.

Digitized by Google

Distinctio. Pietatis utilitas triplex.

litatem Pietatis, quia est utilis etiam peccatoribus ad omnia præsentia, & futura, secundum Apostolum: Promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Utilis enim est primo ad omnia vera cognoscenda salutaria, secundum Ecclesiasticum quadragesimo tertio: Omnia Dominus fecit, & pie agentibus dedit sapientiam. E contra Daniel. duodecimo: Neque intelligent omnes impii, id est, nulli (a), quia mysterium claudetur ab eis. Primæ ad Timoth. sexto: Hæc doce, & exhortare: si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini Nostri Jesu Christi, & ei, quæ secundum pietatem est, doctrinæ, superbus est, nihil sciens, sed languens circa quæstiones, & verborum pugnas, ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspicationes (b) malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate privati sunt, existimantium quæstum esse pietatem: est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia.

1. *ad Tim.* 4. 8.

Dilatatio 1. Ad omnia cognoscenda salutaria.

Eccli 43. 37.

Dan. 12. 10.

1. *ad Tim.* 6. 3. *& seqq.*

Dilatatio. Ad omnia mala declinanda.

34. Secundo ad omnia mala declinanda, secundæ Petr. secundo: Novit Dominus pios de tentatione eripere, (exemplum de Noe, qui liberatus est de diluvio, Abraham de prava natione, Lot de igne &c.) (c) iniquos vero in diem judicii cruciandos reservare; qui scilicet non norunt suum malum, sed defendunt. Sapiens; Impius, cum in profundum peccatorum venerit, contemnit, scilicet pietatem Dei. Revelabitur tamen in die judicii, Psal. Secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos &c. Noli ergo defendere te, quia: Dixi: Confitebor adversum me injustitiam meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei. Unde nota, quod duo sunt peccata scilicet facere malum, & defendere (d); sed secundum gravius, quia primum infirmitatis est, secundum malignitatis.

2. *ad Petr.* 2. 9.

Prov. 18. 3.

Ps. 5. 11.

Ps. 31. 5.

Duo peccata sunt, facere malum, & defendere.

Psal. Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit. Cum enim facit peccatum, vel consentit, vadit in consilium; cum permanet in eo, stat in via peccatorum; cum defendit, sedet in cathedra. (e)

Ps. 1. 1.

Dilatatio. Ad omnia bona consequenda.

35. Tertio utilis ad omnia bona consequenda, secundi Machab. duodecimo: Considerabat, quod ii, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiam &c.

2. *Mach.* 12. 45.

Sermo quartus de Dono Scientiæ.

36. *Deus, qui dixit de tenebris lumen (f) splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Jesu Christi*, secundæ ad Corinth. quarto. In his verbis notatur Donum Scientiæ quantum ad antecedentia, & consequentia. Antecedentia sunt duo, scilicet lumen innatum, & lumen infusum, scilicet fidei; primum tangitur, cum dicitur: *Deus, qui dixit de tenebris* &c.: Secundum tangitur: cum dicitur: *ipse illuxit* &c. Consequentia etiam sunt duo, scilicet clara notitia Creatoris, quæ tangitur, cum dicitur: *ad illuminationem scientiæ claritatis Dei*: & revelata notitia Redemptoris, unde subditur: *in facie Jesu Christi*. Ex quo sequitur, quod anima habet claritatem multipliciter; unde secundæ ad Cor. tertio: Nos autem (g) revelata facie gloriam Domini speculantes in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tanquam a Domini Spiritu; id est, a claritate Scientiæ ad claritatem Gratiæ, & Gloriæ.

2. *ad Cor.* 4. 6.

Divisio.

2. *ad Cor.* 3. 18.

Distinctio. Claritas Scientiæ Philosophicæ, Theologicæ, Gratuitæ, & Gloriosæ.

37. Est autem claritas Scientiæ Philosophicæ magna in opinione hominum, parva in opinione Christiani; e contrario Scientiæ Theologicæ parva in opinione hominum, magna in opinione veri Christiani: claritas Scientiæ Gratuitæ major; (h) Gloriosæ maxima. Unde Psal. Mirabilis facta est scientia tua ex

Ps. 138. 6.

me

(a) Scilicet *nulli impii intelligent*.

(b) Vulg. *suspiciones*; sed *suspicationes* duo quoque nostri Codd. Bernardin. 39. ac 40.

(c) Pariter Expos. in cap. 10. Sap. Al. *Abraham de igne*.

(d) Vid. supra L. de decem Præceptis Cap. 5. num. 26.

(e) Lorin. Comment. ibi „ solent ut distincta sumi *abire, stare, sedere*, ut intelligeremus, „ per hos veluti gradus ad extremam pervenire malitiam. Malum sequi consilia impiorum: „ pejus in peccato perseverare, ac veluti viam „ tenere: pessimum alios mala falsaque docere. “ Defensor autem peccati, alios illud perpetrare docet.

(f) Vulg. *lucem*; sed *lumen* pervetustus quoque Cod. noster Bernard. 39. nec non apud Gordonum.

(g) Vulg. *Nos vero omnes*; sed prout supra alibi quoque pluries. Vide Comment. in Apocal. cap. 1. num. 2.

(h) Vid. S. August. L. 14. de Trin. c. 1. S. Bernard. Serm. 8. in Cant. n. 5. ac 6. nec non ipsummet S. Bonav. in 3. Dist. 35. Art. 1. Q. 2. in concl.

Digitized by Google

me. Omnes tamen dantur Divinitus, quamquam in donatione majoris semper sit majus donum; propriissime autem Gratuita est donum, & Glorioſa præmium: Unde primi Reg. secundo: 1. Reg. 2. 3. Recedant vetera de ore vestro, quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes, eorum scilicet qui vias errorum sequuntur ad dissipandum, Psal. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt: Ps. 32. 10. sed ad congregandum iis, qui recte sentiunt per magnas Scientias, scilicet Philoſophiam (a) & Theologiam: Unde Ps. 93. 11. Job trigesimo octavo: Nunquid nosti ordinem cœli, aut (b) pones rationem ejus in terra? Sed ad elevandum per perfectas, scilicet Gratuitam, & Glorioſam, quæ sub serenitate nubium intelligitur; per has enim mentes scien- Job 38. 33. tiales (c) elevantur. Unde sequitur Job: Ibi. 34. Nunquid levabis (d) in nebula vocem tuam?

38. De tribus ergo dicendum, ut ad quartam veniamus. Philoſophia (e) ergo est veritatis perscrutabilis notitia certa: Theologia est veritatis credibilis notitia pia: Gratuita est veritatis eligibilis notitia sancta: sed Glorioſa est veritatis desiderabilis notitia sempiterna. Philoſophia (f) est veritatis perscrutabilis notitia certa, de qua Prov. vigesimo secundo: Ecce descripsi eam tibi tripliciter in cogitationibus, & scientia, ut ostenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis. Verbum Dei est hoc; ipse enim est, qui docet hominem scientiam, scilicet Philoſophiam (g), tripliciter, scilicet secundum rationalem, Naturalem, & Moralem (h), in quantum est causſa essendi, ratio intelligendi, & ordo vivendi, (i) ut ostendatur veritas rei, quæ est in Divino esse, quantum ad Naturalem; veritas morum, quæ est regula vitæ, quantum ad Moralem; veritas sermonum, quæ est adæquatio (k) sermonum, & intellectuum, quantum ad Rationalem. Hæc enim triplex veritas (l) descripta fuit Salomoni. De Rationali, seu Sermocinali Sap. nono: Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & a sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit, & mecum laboret, & (m) sciam quid acceptum sit coram te, vel apud te (n). Scit enim illa omnia, & intelligit, & deducet me in operibus meis sobrie, & custodiet me in sua potentia, & erunt accepta opera mea, & disponam populum tuum juste; & ero dignus sedium patris mei. Item Sap. septimo: Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum, quæ mihi dantur; quoniam ipse Sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos, & sermones nostri; nam sermo est instrumentum docendi, qui dicit aliquid ex sententia, cum loquitur ad exprimendum quantum ad Grammaticam, discutiendum quantum ad Logicam, & persuadendum quantum ad Rhetoricam (o), omne quod potest nosse. De Naturali vero Sap. septimo: Ipse dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram, ut sciam dispositionem orbis terrarum. Et hæc aut sunt de abstractis quantum ad universalem, scilicet Mathematicam, & Metaphysicam (p); unde dicit: anni cursus, & stellarum dispositiones; aut sunt de concretis quantum ad Naturalem, scilicet Physicam circa rerum generationem

Dilatatio.

Prov. 22. 20. & seq.

Ps. 93. 10. Philoſophia tripl. ex Rationalis, Naturalis, & Moralis.

Philoſophia Rationalis sive Sermocinalis comp. estitur Grammaticam, Logicam, atque Rhetoricam.

Sap. 9. 10. & seq.

Sap. 7. 15.

Sap. 7. 17. & seqq.

Naturalis Mathematicam, Metaphysicam, & Physicam.

(a) Al. *Physicam*.

(b) Vulg. *&*; sed *aut* ipsemet Interpres noster de Eccleſiast. Hierarch. par. 1. cap. 1. ac par. 4. cap. 1. nec non Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(c) Hoc circa vocabulum vide Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(d) Vulg. *elevabis*; sed *levabis* etiam Cod. noster Bernard. 40.

(e) Al. *Physica*.

(f) Al. *Physica*.

(g) Al. *Physica*.

(h) Hæ sunt *Philoſophiæ*, non vero *Physicæ* partes. Unde ait cap. 3. Itiner. ment. in Deum: *Omnis Philoſophia aut est naturalis, aut rationalis, aut moralis*. Et ita quoque in Princip. sacr. Script. &c.

(i) Sic de reduct. art. ad Theolog. nec non cit. cap. 3. d. Itiner. Vid. infra Serm. 7. n. 77.

(k) De hujusmodi *adæquatione*, in qua consistit veritas, in 1. Dist. 38. Ar. 2. Q. 1. ad 4. nec non Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(l) *De triplici veritate*, scilicet *rerum*, *morum*, & *sermonum* nedum de reduct. art. ad Theol. sed & Serm. sive Collat. 5. in Hexaem.

(m) *Et* habent Codd. noster Bernard. 40. & alter Biblioth. Episc. Trid. 58. ac Goth. apud Blanchin. Item Hugo Card. & Lyran. nec non Editiones Biblior. Basileen. 1509. ac Colonien. 1527.

(n) Sic Exposit. in d. cap. ac tex.

(o) De his tribus rursum de reduct. art. ad Theol. & cap. 3. Itiner. ment. in Deum.

(p) Ibi.

Digitized by Google

nem & corruptionem, ſecundum virtutes naturales, & ſeminales (a); unde dicit; naturas animalium &c. De Morali Eccleſiaſtes ſeptimo: Luſtravi univerſa animo meo, ut ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem, & ut cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium, qui ſcilicet eſt contra mores. Impietas eſt in male vivendo, error in eo, qui eſt circa ſe, ſicut in familia, vel circa alios, ſicut in civitate. Primo enim debet homo ordinari in ſe, deinde circa alios, quantum ad Monaſticam, Oeconomicam, & Politicam. (b) Exemplum de Sole, qui primo illuminat quæ ſunt circa ſe, poſtea alia.

Eccl. 7. 26.

Moralis Monaſticam, Oeconomicam, ac Politicam.

39. Claritas harum Scientiarum eclypſatur, niſi caveat a capite, & cauda Draconis (c). Jerem. decimo: Stultus factus eſt omnis homo a ſcientia ſua (d), non cauſſaliter, ſed occaſionaliter; (e) quando ſe credit majorem quam ſit, vel quando ſe credit attingere per ſcientiam, ad quod non poteſt (f) ad Rom. primo: Qui cum cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt; ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum: dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt (g) &c.

Claritas Scientiarum Philoſophicarum quando eclypſatur.

Jer. 10. 14.

Ad Rom. 1. 21. ac ſeq.

40. Secunda claritas, ſcilicet Theologicæ Scientiæ, eſt veritatis credibilis notitia pia. Eſt enim lux Dei inacceſſibilis, quam oculus videre non poteſt niſi per fidem, ſupra quam eſt fundata Theologia ſuper duodecim articulos, ſicut ſuper duodecim fundamenta civitatis (h). De hac Iſa. undecimo: Non nocebunt, & non occident in univerſo monte ſancto meo, quia repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aquæ maris operientes, hoc eſt Scientia Theologica (i), quæ comparatur aquæ maris propter profunditatem myſteriorum (k): Sicut enim homo non poteſt tranſvadare mare, ſic nec iſta inveſtigare ad plenum, Iſa. vigeſimo nono: Erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cum dederint ſcienti literas, dicent: Lege iſtum: & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim. Et dabitur liber neſcienti literas, dicetur que ei: Lege: & reſpondebit: Neſcio literas. Ergo nec ſciens Philoſophiam vales intrare in ſcriniarium Dei. Nec alius non habens literam & ſpiritum, poteſt exponere. Item propter multiformitatem ſenſuum, ſicut eſt fluxus, & refluxus maris, Dan. duodecimo: Tu autem, Daniel, claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum: plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia. In eadem litera diverſi ſunt ſenſus, ſicut in terra diverſæ pullulationes (l); & ſicut nomine ſemel poſito ad varios ſenſus utendum eſt æquivoce.

Dilatatio, Claritas Scientiæ Theologicæ.

Iſa. 11. 9.

Iſa. 29. 11. ac ſeq.

Dan. 12. 4.

41. Item propter ſtabilitatem Eccleſiarum, niſi enim eſſet humidum, quod penetrat partes ſicci, non ſtaret terra. Pſal. Qui fundavit terram ſuper ſtabilitatem ſuam, & ipſe ſuper maria fundavit eam. Sicut enim ſanguis humanum corpus humectat; ſic Epiſcopus Eccleſiaſticam Hierarchiam, quæ eſt fundata ſuper maria, id eſt, ſuper eloquia Divina, primæ ad Timoth. tertio: Hæc ſcribo tibi, fili Timothee (m), ut ſcias, quomodo oporteat te in Domo Dei converſari, quæ eſt Eccleſia Dei vivi,

Pſ. 103. 5. Pſ. 23. 2.

1. ad Tim. 3. 14. ac ſeq.

(a) Ibi.

(b) Ibi.

(c) De hoc ſuſius Auctor noſter Comment. de plantatione Paradiſi §. 7.

(d) Deeſt in Vulg. *ſua*; ſed habent quoque duo noſtri membr. Codd. Bernardin. tertius d. Biblioth. Epiſc. ac Goth. apud Blanchin. nec non Hugo Card. Lyran. atque antiquæ Biblior. Editiones Biblioth. noſtræ Bernard. Gentilott. ac Grieſen.

(e) Pariter his ipſiſſimis ſcholaſticis adverbiis ipſemet D. Bonav. in Expoſit. Reg. Fratrum Minorum cap. 6. ad dictum Gregorii.

(f) Vid. S. Bernardum Serm. 36. in Cant. n. 2.

(g) In d. Comment. ibi ſimiliter.

(h) Sic Comment. in Apocal. cap. 21. abimit. ver. 14. num. 1584.

(i) Sive Divina Scriptura, circa quam Scientia Theologica præcipue verſatur, ut pariter interpretatur Serm. ſive Collat. 13. in Hexaem. De cujus Scripturæ profunditate idem in Princ. ſacr. Scriptur. egregie differit verbis S. Auguſtini ſcribentis ad Volufianum Ep. 3.

(k) Vid. Procem. ejuſd. S. Bonav. in L. 1. Sententiar.

(l) Pariter eod. Serm. 13. in Hexaem. Nec non de reduct. Art. ad Theol. & alibi paſſim vel in hoc ipſo Supplemento.

(m) *Fili Timothee* in Vulg. deeſt; ſed habent duo noſtri membr. Codd. Bernardin. quorum unus perveruſtus, nec non tertius Biblioth. Epiſc. Trident. Item antiquæ Biblior. Editiones omnes tam noſtræ Bernard. quam Gentilott. & Grieſen. Biblioth. Hugo Card. Lyran. nec non ipſemet S. Bonav. Serm. ſive Collat. 1. in Hexaem. ac in Tract. de Studio Divinar. Literar. §. 9.

Digitized by Google

vivi, columna, & firmamentum veritatis. Ecclesia enim fundata est super eloquia sacræ Scripturæ, quæ si deficiunt, deficit intellectus. Psal. Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, movebuntur omnia fundamenta terræ. Exemplum de Ario, Sabellio, & Nestorio, qui nescientes, neque intelligentes commoverunt totam Ecclesiam. Osee quarto: Quia tu scientiam repulisti, repellam & ego (a) te, ne sacerdotio fungaris mihi: & populus non intelligens vapulabit. Cum enim Ecclesia fundata sit in sacra Scriptura, qui nescit eam, nescit Ecclesiam regere. Repellitur autem scientia Dei, quando non capitur, Isa. quinto: Propterea ductus est captivus populus meus, quia non habuit scientiam; & quando quod scitur, non impletur, Luc. undecimo: Væ vobis Legisperitis, qui (b) tulistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, & eos, qui introibant, prohibuistis, scilicet malo exemplo, (c) Jac. quarto: Scienti ergo (d) bonum facere, & non facienti, peccatum est illi: & ita augetur culpa. Item pœna: Servus enim sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, digne vapulabit plagis multis (e), Luc. duodecimo. Item peccans malo exemplo, vel documento; oportet ergo, ut adsit intellectus, & operatio. (f)

Ps. 81. 5. — Arius, Sabellius, Nestorius, Scripturam non intelligentes, totam Ecclesiam commoverunt. — Osee 4. 6. ac 14. — Isa. 5. 3. — Luc. 11. 52. — Jac. 4. 17. — Luc. 12. 47.

42. Tertia claritas Scientiæ, scilicet Gratuitæ, est veritatis eligibilis notitia sancta, Sap. decimo: Justum deduxit Dominus (g) per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum. Et hæc est quæ datur a Spiritu sancto movente animam ad sanctitatis notitiam approbatam custodiendam, primæ ad Cor. secundo: Nos autem non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum, qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. Vel dicitur Scientia sanctorum, quia nihil habet curiositatis, nec carnalitatis, nec vitiositatis, ut nihil horum faciat delectari in creatura, Gen. secundo: Ex omni ligno Paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris: quæ Adam transgrediens habuit hæc tria, scilicet curiositatem, carnalitatem, & vitiositatem, id est, superbiam vitæ, concupiscentiam carnis, & oculorum (b). Vel dicitur Scientia sanctorum, quia habet æmulationem omnis sanctitatis, Ecclesiastes primo: In multa sapientia multa est indignatio (i): & qui addit scientiam, addit & dolorem (k), scilicet compunctionis (l) in se, Psal. Irascimini, (m) & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini. Quando enim homo videt, quod nihil est ordinatum in se ad Deum, dolet, unde scientia parit luctum, & respondet beatitudo luctui, (n) Addit & dolorem compassionis respectu proximi, Osee sexto: Misericordiam volo (o) & non sacrificium,

1. ad Cor. 2. 12. — Gen. 2. 16. ac seq. — Eccle. 1. 18. — Ps. 4. 5. — Ose. 6. 6.

Dilatatio. Claritas Scientiæ Gratuitæ. Sap. 10. 10.

(a) Vide Scriptorem nostrum Seraphicum Tract. de stud. Divinar. Literar. §. 4. Hoc autem adde, quod *& ego*, quo Vulg. caret, habet quoque S. Bernardus Serm. 36. in Cant. num. 2.

(b) Vulg. *quia*; sed *qui* Cod. Biblioth. Episc. Trid. Hugo Card. Lyran. antiquæ Editiones Biblior. nostræ Biblioth. Bernardin. Gentilott. & Griesen. ac ipsemet S. Bonav. Exposit. in cap. 11. S. Luc. legit *quia*, & *qui*.

(c) Ita ead. Exposit. in d. c. 11. S. Luc.

(d) Vulg. *igitur*; sed *ergo* duo nostri Cod. Bernardin. 39. ac 40. ac tertius d. Biblioth. Episcop. Trident. 58.

(e) Sic ex S. Bernardo Phar. Lib. 2. c. 29 At in Mabillon. Edit. Oper. ejusdem S. Bernardi Serm. 36. in Cant. num. 4. *& non faciens digna, plagis vapulabit multis.*

(f) Ita Serm. 1. de S. Greg. Papa, ubi & allegatur Cato ajens: *Turpe est Doctori, cum culpa redarguit ipsum*, in paræneſi prima. Item illud Tullii dicentis: *Caput est artis, ea docere quæ facis*, de Orat. L. 2.

(g) Vulg. sine *Dominus*; sed *Dominus* quoque in Capit. ad Non. in Offic. Confess. non Pontific. & in Epist. Missæ S. Ludovic. Reg. Franc. Item supra Vol. 1. Serm. de seminante n. 34.

(h) Sic Breviloq. par. 3. cap. 2. in fine.

(i) Scilicet *contra culpam*, sive *peccatum*, idem inquit Interpres Exposit. in Ecclesiasten ad d. cap. & tex. Quod si hæc indignatio sancta in sapientibus desit, sequitur contra eos indignatio Divina. Unde Chald. *Indignatio Domini contra sapientes, qui peccant, & non agunt pœnitentiam.*

(k) Vulg. *laborem*; sed *dolorem* etiam ibi; sicque Hebr. LXX. Goth., Estius, Malvenda, atque apud Malvendam Tremellius, & Junius. Hugo Card. *dolorem al. laborem*, Lyran. *laborem al. dolorem*, Brugensis: *Alii legunt dolorem* pro *laborem*, subditque quod hujusmodi lectio *magis Hebræo, & Græco conveniat.*

(l) Ibi: *scilicet pœnitentiæ*, quod perinde est.

(m) Eodem sensu accipiendum censet *vós irascimini* Malvenda, *id est, vobismet ipsis, & pravis vestris factis, ea detestantes.* Pariter & Augustinus multis in locis apud Lorinum.

(n) Secundum illud Matth. 5. 5. *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur.*

(o) Vulg. *volui*; sed *volo* sive *malo* LXX. Chaldæus, & alii verterunt.

Digitized by Google

cium, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum (a): hoc eſt quando homo compatitur peccatori exemplo Chriſti noſtras compatientis infirmitates, de quo Iſa. quinquageſimo tertio: Deſideravimus eum: deſpectum, & noviſſimum virorum: virum dolorum, & ſcientem infirmitatem. Vere languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit. Et ſequitur: In ſcientia ſua juſtificabit ipſe juſtus ſervus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit. Sic & David flevit, mortuo Saul, mortuo Abner, mortuo Abſalon. Addit etiam dolorem ex ſcientia Dei non ſervata, ſecundi Machab. ſexto: Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſte tu ſcis, quia, cum a morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores. Pſal. Servus tuus ſum ego, da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua. In his autem Scientiis attendendus eſt modus, ſecundum Bernardum ſuper illud primæ ad Cor. octavo: Si quis autem exiſtimat ſe ſcire aliquid, nondum cognovit quemadmodum oporteat eum ſcire; dicit enim ſic Bernardus: Vides, quoniam non probat Apoſtolus multa ſcientem, ſi modum ſciendi neſcierit. Vides, inquam, quomodo fructum, & utilitatem ſciendi in modo ſciendi conſtituit? ſcilicet in ordine, ſtudio, & fine. Sunt enim quidam, qui volunt ſcire eo fine tantum, ut ſciant, & turpis curioſitas eſt; & quidam, qui ſcire volunt, ut ſciantur ipſi, & turpis vanitas eſt; quidam item, qui ſcire volunt, ut ſcientiam ſuam vendant, & turpis quæſtus eſt; quidam, ut ædificent, & caritas eſt; quidam, ut ædificentur, & prudentia eſt (b).

Iſa. 53. 2. ad ſeqq.

Ibi 12.

2. Mach. 6. 30.

Pſ. 118. 125.

1. ad Cor. 8. 2.

Bernardus Serm. 36. in Cant. n. 3.

Dilatatio. Claritas ſcientiæ Gloriosæ.

43. Quarta claritas Scientiæ, ſcilicet Glorioſæ, eſt veritatis deſiderabilis notitia ſempiterna, Sap. quinto decimo: Noſſe enim te conſummata juſtitia eſt, & ſcire juſtitiam, & virtutem tuam radix eſt immortalitatis: ad quam nos perducat &c.

Sap. 15. 3.

Sermo quintus de Dono Fortitudinis.

44. *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtutem, & fortitudinem plebi ſuæ.* In his verbis deſcribitur Donum Fortitudinis, vel Donum Spiritus ſancti Divinitus datum, ſecundum illud primi Machab. tertio: Non in fortitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt, non ſitualiter, ſed ſpiritualiter. Deſcribitur quantum ad tria, ſcilicet quantum ad dignitatem ex parte dantis, cum dicit: *Mirabilis Deus Iſrael ipſe dabit*: quantum ad congruitatem ex parte ſuſcipientis, cum dicit: *in ſanctis ſuis, & plebi ſuæ*: tertio quantum ad utilitatem ex parte operis conſequentis, cum dicit: *virtutem, & fortitudinem*, id eſt, virtuoſam.

Pſ. 67. 36.

1. Mach. 3. 19.

Diviſio.

45. Primo ergo commendatur ex parte dantis; datur enim a Deo protegente, redimente, inhabitante. Datur a Deo protegente; protegit enim nos Deus ſecundum ordinem Hierarchicum, muniens nos intus, & extra, Proverb. decimo octavo: Turris fortiſſima nomen Domini: ad ipſam currit juſtus, & exaltabitur. Subſtantia divitis urbs roboris ejus, & quaſi murus validus circumdans eum. Oſtenditur, quod fortitudo eſt a Deo tanquam a principio ſolido, & ſublimi. Deus enim eſt origo fortitudinis in omnibus, ſine quo nihil firmum, vel potens. Omnis nanque creatura in nihil iret, niſi manus Dei eam teneret. (c) Deſcendit autem a Deo ſic Hierarchias diſponente: & ſicut ſpiritus a corde fortificat corpus, ſic fortitudo Dei hominem reddit erectum, munitum, & fortem. Datur a Deo redimente in ipſius Verbi incarnatione, Iſa. duodecimo: Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutem. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris. De Crucifixo enim hauriuntur aquæ gratiarum, (d) quibus anima fortificatur, purificatur, redimitur, ſanctificatur, &

Diſtinctio, & dilatatio Fortitudinis ex parte Dei dantis.

Ex parte Dei protegentis.

Prov. 18. 10. ac ſeq.

Sine Deo nihil firmum, vel potens.

Ex parte Dei redimentis.

Iſa. 12. 2. ac ſeq.

(a) Vulg. *holocauſta*; ſed *holocauſtum* Cod. noſter Bernardin. 21. nec non Eſtius, & Mariana. Item Biblior. antiquæ Editiones Venet. 1476. Nurnbergen. 1478. ac duæ Venet. 1484.

(b) Tract. de Studio Divinar. Literat. §. 25. ubi itidem in eamdem rem allegatur laud. S. Bernardus.

(c) Pariter in 2. Diſt. 37. Art. 1. Q. 2. in Fundam. ab init. ex S. Gregor. Lib. 4. Moral. cap. 18. a medio.

(d) Ex hoc ipſo fonte manare Donum Fortitudinis videri poteſt apud ipſummet D. Bonaventuram 3. Diſt. 35. Art. 1. Q. 5. ubi ab ipſo ſtatuitur probaturque iſthæc concluſio: *Doni fortitudinis actus conſiſtit in tolerantia paſſionum tantummodo, in imitatione Chriſti perfecta.*

Digitized by Google

de potestate tenebrarum eripitur; quia ipse est redemptio nostra, Habac. tertio: Splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus: ibi abscondita est fortitudo ejus, scilicet in crucifixione; sed manifestata fuit in resurrectione, Luc. undecimo: Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea, quæ possidet: si autem fortior illo (*a*) superveniens vicerit eum, universa arma ejus auferet, in quibus confidebat, & spolia ejus distribuet. Quod enim infirmum est Dei, fortius est hominibus, ex prima ad Cor. primo; ideoque Filius Dei factus est Filius hominis, ut hominis infirmitas Divinitatis absconderet fortitudinem ad vincendum diabolum. Datur a Deo inhabitante per Spiritus sancti infusionem, Mich. tertio: Repletus sum fortitudine spiritus Domini, judicio, & virtute, ut annuntiem Jacob scelus suum, & Israel peccatum suum. Si enim spiritus Domini non habitat in nobis, erit anima fragilis & infirma. Unde de Capite nostro Jesu (*b*) dicitur Isa. undecimo: Requiescet super eum spiritus Domini: spiritus sapientiæ, & intellectus, spiritus consilii, & fortitudinis, spiritus scientiæ, & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. Fortitudo ponitur in medio quasi columna aliorum, quæ observantur habere spiritum Dei. Unde Petrus propter absentiam, & præsentiam spiritus fortitudinis, & timet coram ancilla, & respondet coram magnatibus. Et Samson septem crinibus amputatis amisit fortitudinem, in quibus intelliguntur Septem Dona Spiritus sancti. (*c*)

Hab. 3. 4. *Augustinus* L. 18. *de Civit. Dei c.* 32.

Luc. 11. 21. *ac seq.*

1. ad Cor. 1. 25.

Ex parte Dei inhabitantis.

Jacob. 3. 8.

Isa. [illegible] *ac seq.*

46. Sed nota, quod Dalila meretrix, id est, carnalis concupiscentia, (*d*) seduxit eum, quem ipsa quater impetivit in quo esset maxima ejus fortitudo, Jud. sexto decimo, & per tria disponitur homo ad amissionem spiritus fortitudinis; in quarto vero consummatur. Unde primo respondet: Si septem nerviceis funibus, necdum siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero ut ceteri homines. In quo intelligitur prima dispositio, scilicet oblectatio sensuum, quæ de carne nascitur, sicut funes nervicei. Secundo respondet: Si ligatus fuero novis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum similis. In quo intelligere est secundam, scilicet occupationem cogitationum, quæ non solum de carne, sed de terrenis, & aliis multis nascitur, sicut funes linei, vel alterius materiæ. Tertio respondet: Si septem crines capitis mei cum licio plexueris, & clavum his circumligatum terræ fixeris, infirmus ero. In quo intelligere est tertiam, scilicet incarnationem affectuum, quæ magis disponit ad amissionem spiritus, sicut ad majorem multiplicationem radiorum major generatur calor. Sed hæc tria potest homo gratia Dei mediante superare, sicut Samson ab istis evasit. Quarto respondet: Ferrum nunquam ascendit super caput meum, quia Nazaræus sum, id est, consecratus Domino de utero matris meæ; si rasum fuerit caput meum, recedet a me fortitudo mea, & deficiam, eroque sicut ceteri homines. In quo intelligere est quartam, scilicet impugnationem Divinarum legum, sive amissionem spiritus consummatam. Quæ quatuor tanguntur Jac. primo: Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, & illectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero cum consummatum fuerit, generat mortem. Sic ergo primo describitur Donum Fortitudinis quantum ad dignitatem ex parte dantis.

Ibi 7. Quid signent cetera, quæ Samsoni per Dalilam contigerunt.

Ibi 11.

Ibi 13.

Ibi 17.

Jac. 1. 14. *ac seq.*

Dalila meretrix quid significet.

Jud. 16. 6.

47. Secundo describitur quantum ad congruitatem ex parte suscipientis. Disponitur enim anima ad suscipiendum Donum Fortitudinis per tria, scilicet

Distinctio ejusdem Doni Fortitudinis ex parte suscipientis.

per

(*a*) Vulg. *eo*; sed *illo* ipsemet S. Bonav. Exposit. in cap. 11. S. Luc. nec Hugo Card. Lyran., ac Codd. Veron., Brixian., Vindobon., Perusien. ac Forojul. apud Blanchin. atque Editiones Biblior. Colon. 1527. ac Lugdun. 1531.

(*b*) Supra Serm. 1. num. 12.

(*c*) Ser. sive Collat. 14. in Hexaem. inquit Seraphicus noster Interpres „ Samson in omnibus refertur ad Christum, per interfectionem „ leonis, per portas asportatas, qui etiam plures interfecit in morte, quam vivus. Per „ amissionem capillorum signare non potest „ Christum, sed signat Christianum, qui amittit septiformem gratiam Spiritus sancti. Unde quando non potest aliquid mysticari in „ capite, transferendum est ad membra. “ Vid. supra Serm. 1. proœm. n. 5. Et de Samsone ut Christi figura S. Greg. Moral. L. 29. cap. 14. num. 26. nec non in Evang. Lib. 2. Hom. 27. n. 7. Gloss. interlin. Lyran. &c.

(*d*) Similiter Glossa ordinar. apud Lyran. ac ipse Lyran.

Digitized by Google

per inexpugnabile fidei ſcutum; per imperturbabile ſpei ſolatium, & per inextinguibile caritatis incendium. Suſcipitur primo per inexpugnabile fidei ſcutum; quia ſcuto fidei muniuntur omnes bellatores Chriſti, ad Hebr. undecimo: Qui per fidem vicerunt regna, operati ſunt juſtitiam, adepti ſunt repromiſſiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugaverunt (a) aciem gladii, convaluerunt de infirmitate, fortes facti ſunt in bello. Ad Epheſ. ſexto: In omnibus ſcutum fidei ſumentes, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere. Et hoc per virtutem fidei, cujus fortitudo ſuperat omnem fortitudinem, tertii Eſdræ tertio, (b): Forte eſt vinum, fortior eſt Rex, fortiores ſunt mulieres, ſuper omnia autem vincit veritas. Et quarto: Magna eſt veritas, & fortior omnibus (c). Licet enim multa fortia fiant propter concupiſcentiam carnis, quam per mulieres; & propter concupiſcentiam oculorum, quam per vinum (unde Prov. vigeſimo tertio: Ne inſpexeris vinum quando flaveſcit, cum ſplenduerit in vitro color ejus); & propter ſuperbiam vitæ, quam per Regem deſignat; & pugnare contra iſta ſit fortiſſimum, maxime contra mulieres; præ omnibus tamen iſtis fortior eſt veritas, cum omnia vincantur per veritatem fidei, Pſal. Scuto circumdabit te veritas ejus, non timebis a timore nocturno &c. Item primæ Petr. quinto: Sobrii eſtote, & vigilate, quia adverſarius veſter Diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret: cui reſiſtite fortes in fide; mediante qua fortitudo illabitur animæ. Secundi Paralip. ſexto decimo: Oculi Domini contemplantur univerſam terram, & præbent fortitudinem his, qui corde perfecto credunt in eum.

Dilatatio. Primo per inexpugnabile fidei ſcutum.

Ad Hebr. 11. 33. ac ſeq.

Ad Eph. 6. 16.

3. Eſdr. 3. 10. ac ſeqq.

Ibi 4. 35.

Prov. 23. 31.

Pſ. 90. 5.

2. Petr. 5. 8. ac ſeq.

2. Paral. 16. 9.

48. Secundo ſuſcipitur Donum Fortitudinis per imperturbabile ſpei ſolatium, ad Hebr. ſexto: Fortiſſimum habeamus ſolatium, qui confugimus ad tenendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem uſque ad interiora velaminis. Spes veniæ forte, gratiæ fortius, gloriæ fortiſſimum ſolatium. (d) Iſa. quadrageſimo: Qui ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ut (e) aquilæ; current, & non laborabunt; ambulabunt, & non deficient. Hæc autem ſpes debet habere ſolatium, Iſa. trigeſimo: In ſilentio, & in ſpe erit fortitudo veſtra: addens quadrageſimo: Qui dat laſſo virtutem, & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat, id eſt, iis, qui nihil ſe reputant. Sed demum ut homo nullo modo ſperet in ſe, ſed in Deo tantum.

Secundo per imperturbabile ſpei ſolatium. *Ad Hebr. 6. 18. ac ſeq.*

Iſa. 40. 31.

Iſa. 30. 15.

Iſa. 40. 29.

Spes hominis tantum in Deo collocanda.

49. Suſcipitur tertio Donum Fortitudinis per inextinguibile caritatis incendium, Cant. ultimo: Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ut (f) infernus æmulatio. Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illam, id eſt, omnem mundanam animam incenſam, ſicut nec gutta aquæ fornacem. Caritas enim omnia vincit, ad Rom. octavo: Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an fames, an nuditas, an perſecutio, an periculum, an gladius? ſicut ſcriptum eſt: Quia propter te mortificamur tota die, æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus propter eum, qui dilexit nos. Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque

Tertio per inextinguibile caritatis incendium. *Cant. 8. 6. ag ſeq.*

Ad Rom. 8. 35. ac ſeqq.

(a) Vulg. *effugerunt*; ſed *effugaverunt* duo quoque membr. Codd. noſtri Bernard. ac tertius Epiſcop. Biblioth. Trid. Item Hugo Cardin. Lyran. ac Editiones Biblior. duæ Venet. 1484. Baſileen. 1509. Lugdun. 1568. *effugaverunt*, in marg. *effugerunt*. Nurnbergen. 1478. *effugarunt*.

(b) Tametſi ſit extra ſeriem Canonicorum Librorum, quos Sancta Tridentina Synodus ſuſcepit, ac pro Canonicis ſuſcipiendos decrevit, citatur tamen interdum a nonnullis Sanctis Patribus, atque ab ipſo S. Bonav. Lib. 1. in Expoſit. Prol. Magiſtri. Dub. 7.

(c) Sic etiam ibi ad finem Vulg. Sixti V. Pontificis Maximi juſſu recognitæ, & auctoritate Clementis VIII. editæ extra ſeriem Canonicorum Librorum: *Veritas magna, & fortior præ omnibus*. Vid. Serm. ſive Collat. 14. in Hexaem. & ſupra Lib. de decem Præcept. col. 378. not. g.

(d) Gradatio a D. Bonaventura ſæpe adhibita.

(e) Vulg. *ſicut*; ſed *ut* etiam LXX. & in Offic. plurim. Mart. in 3. Antiph. 2. Noct. nec non apud Malvendam.

(f) Vulg. *ſicut*; ſed vide in Expoſit. Cant. Cantic. cap. 8. §. 338. Huic adde, quod *ut* legit etiam Maldonatus.

Digitized by Google

Angeli, neque principatus, neque potestates &c. poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro (a). Gl. Ista enumerat, (b) ad quæ omnia alia reducuntur. Est ergo nobilis dispositio caritatis trahens hominem ad cœlum; nunquam enim excidit, quantum est de se; nec homo habens eam vincitur, nisi velit: non enim dimittit hominem, si non dimittatur. Psal. Diligam te Domine fortitudo mea &c. Hæc fecit Agnetem, Agatham, Luciam, Cæciliam, Catharinam, & ceteras Martyres, fortes; immo & Matrem Domini stantem juxta crucem (c). Per hanc ergo triplicem viam habemus fortitudinem.

Gloss. interlin.

Ps. 17. 2.

50. Tertio describitur Donum Fortitudinis quantum ad utilitatem ex parte operis consequentis; habitus enim nihil est sine actu, ad quem datur tripliciter, ad perficiendas operationes viriles, ad prosternendas aereas potestates, & ad sustinendas mundiales (d) tribulationes.

Distinctio Fortitudinis quoad tria.

51. Datur igitur primo ad perficiendas operationes viriles, Prov. decimo; Egestatem operata est manus remissa: manus autem fortium divitias parat: & duodecimo: Manus fortium dominabitur: ultimo vero: Manum suam misit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fusum; quod dicitur de Ecclesia, (e) & ejus membris: quia prius oportet manum mittere ad fortia, id est, fortiter agere, quam fusum apprehendere, id est, ducere fusum circa habitum filum de stupa. Sic circa sensum ex Scriptura, prius est manum mittere ad fortia, id est, bene agere, & postea magnæ industriæ fusum tenere ac ducere, id est, bene docere. (f) Unde dicitur de Christo Act. primo: Cœpit Jesus facere, & docere. Tertii

Dilatatio. Donum Fortitudinis ad perficiendas operationes viriles.

Prov. 10. 4.
Prov. 12. 24.
Prov. 31. 19.

Act. 1. 1.

Reg. primo: Ingredere, quia vir fortis es, & bona annuntians (g). Et Isa. quadragesimo: Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jerusalem. Et licet gladius Scripturæ hodie sit bonus, manus tamen debilis; & apprehendimus ejus fusum ad legendum, & docendum: at non mittimus manum ad fortia operandum. Totus autem mundus plenus est per Sermones.

3. Reg. 1. 42.

Isa. 40. 9.

52. Datur secundo Donum Fortitudinis ad prosternendas aereas potestates, scilicet ad fortiter pugnandum, ut patet primæ Jo. secundo. Scribo vobis, juvenes, quoniam fortes estis, & verbum Dei in vobis manet, & vicistis malignum. Signum est enim fortitudinis, quando homo prosternit adversarium suum. Hæc fortitudo in omnibus debet esse, sed principaliter in Duce, seu in Prælato, primi Machab. secundo: Judas Machabæus fortis viribus a juventute sua, sit vobis princeps militiæ, & ipse aget bellum populi. Sed Thren. primo dicitur: Egressus est a filia Sion omnis decor ejus: facti sunt principes ejus velut, vel sicut (b) arietes non invenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis. Quando arietes non inveniunt pascua, periculum est; sic quando principalis ducitur a diabolo (i). Quia autem hoc bellum est ad perdendam animam, oportet, quod sit absque fortitudine, qui vincitur volens. Sed boni Duces Josue, & Caleb intraverunt terram promissionis; (k) de quibus dicitur Ecclesiastici quadragesimo sexto: Fortis in bello Jesus Nave: Item: Dedit Dominus ipsi Caleb fortitudinem, & usque in senectutem permansit illi virtus. (l) Sic & Josue quar-

Donum Fortitudinis ad prosternendas aereas potestates.

1. Jo. 2. 14.

2. Macb. 2. 66.

Thren. 1. 6.

Eccli. 46. 2.

Ibi 11.

(a) Sic textum hunc Apostoli præcedenti Cant. adjungit cit. Expos. in Cant. Canticor. §. 339.

(b) Videri potest apud Lyranum.

(c) Ita quoque Serm. sive Collat. 1. in Hexaem. & quoad fortitudinem B. M. V. stantis juxta Crucem in 1. Dist. 48. Art. 2. Quæst. 2. in fine.

(d) Ita pro *mundanas* apud D. Bonaventuram frequenter. Pariter apud Tertul. Lib. 5. adversus Marcion. cap. 4. *mundialia elementa*; & apud Prudent. 1. Cathemer. ver. 90. *mundialis gloria &c.*

(e) Ita utraque Glossa interlin. & ordinar. apud Lyran. qui testatur, quod sic *exponitur communiter a Doctoribus nostris.* Sicque allegorice interpretantur Augustinus, Gregorius, Beda &c.

(f) Similiter ex Isidoro de sum. bo. Lib. 3. cap. 36. Sent. 5. idem Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 14.

(g) Vulg. *nuntians*; sed *annuntians* etiam Cod. noster Bernardin. A. V. 1.

(h) Utramque lectionem habet ipsemet S. Bonav. in cap. 1. Lament. ibi.

(i) Pariter ibi.

(k) Ser. sive Collat. 14. in Hexaem.

(l) *Cui virtus duravit*, d. Ser. sive Collat.

Digitized by Google

Josue 14. 11. quarto decimo: Illius in me temporis fortitudo usque hodie perseverat, tam ad bellandum, quam ad gradiendum; cum tamen esset octoginta annorum. Caleb autem interpretatur omne cor (*a*), & Josue salus (*b*); per quos significatur Prælatus, cujus totum cor est ad salutem. Talis intrat terram promissionis, id est, cœlum.

Ibi 10.

Caleb interpretatur omne cor, Josue salus.

Donum Fortitudinis ad tolerandas mundi tribulationes.

53. Datur tertio Donum Fortitudinis ad tolerandas mundi tribulationes, (*c*) secundi Machab. sexto, ubi de Eleazaro dicitur: Iste quidem hoc modo vita discessit, non solum juvenibus, sed & universæ genti memoriam mortis suæ, ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens. Et paulo supra ipsemet dixit: Quamobrem fortiter vita excedendo senectute quidem dignus apparebo, adolescentibus autem exemplum forte relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro gravissimis, ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. Hoc Donum non habent multi homines, & ideo timent ad sonitum volantis folii. Sed Job decimo septimo dicitur: Tenebit justus viam suam, & mundis manibus addet fortitudinem. Oportet enim, quod vis rationalis sit justa; concupiscibilis munda; & sic irascibilis est fortis. (*d*) Unde de Muliere forti dicitur Prov. ultimo: Accinxit fortitudine lumbos suos. Et Habac. tertio: Exultabo in Deo Jesu meo. Deus Dominus fortitudo mea.

2. *Mach.* 6. 31.

Ibi 27. *ac seq.*

Job 17. 9.

Ut sit irascibilis fortis, oportet, ut rationalis sit justa, concupiscibilis munda.

Prov. 31. 17. *Hab.* 3. 18. *ac seq.*

Sermo sextus de Dono Consilii.

54. *Quæsivit lanam & linum, & operata est consilio manuum suarum*, Prov. ultimo. Describitur hic Donum Consilii quantum ad duo, scilicet quantum ad actum extrinsecum, & prævium, cum dicit: *Quæsivit lanam & linum*: & quantum ad actum intrinsecum, & proprium, cum subdit; *& operata est consilio manuum suarum*. De actu proprio, (*e*) & intrinseco primo dicendum, quod est triplex secundum triplex Consilium; est enim Consilium, quo erudimur ad discernendum: quo sublevamur ad eligendum: & quo expedimur ad prosequendum.

Prov. 31. 13.

Divisio.

Distinctio.

55. Primo est Consilium, quo erudimur ad discernendum, quod licet, & decet quoad dictamen rationis rectæ, Prov. octavo: Ego sapientia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus; in consilio, inquam, quatenus eruditur homo ad discernendum quicquid est utile, decens, & licitum. Primo enim oportet videre, an licet, secundo an decet, tertio an expedit; nam omnia (*f*) licent, sed non omnia expediunt, secundum Apostolum primæ ad Cor. decimo, & Prov. quinto decimo dicitur: Dissipantur cogitationes, ubi non est consilium: ubi vero sunt plures consiliarii, confirmantur. Et iste est primus actus Consilii.

Dilatatio primi Consilii actus, quo erudimur ad discernendum. *Prov.* 8. 12.

Priusquam aliquid agamus, perpendendum, an id liceat, an deceat, an expediat. 1. *ad Cor.* 10. 23. *Prov.* 15. 22.

56. Secundo est Consilium, quo sublevamur ad eligendum quod licet, decet, & expedit ad salutem, (*g*) scilicet propositum beneplaciti, Ecclesiastici quadragesimo: Aurum & argentum est constitutio pedum, & super utrumque Consilium beneplacitum. Aurum est Scientia sacræ Scripturæ, argentum Philosophia, utrumque Speculativa, & Practica. Pedes ergo stabiliuntur super documenta istius, & illius, sed super omnia Consilium beneplacitum, quod est virtus, quæ in moribus est certior & firmior omni arte; & ideo super aurum, & argentum. (*b*) Et iste est secundus actus Consilii, qui est promotionis.

Dilatatio secundi Consilii actus, quo sublevamur ad eligendum.

Eccli 40. 25.

57. Ter-

(*a*) Sic ad calcem nostri membr. Cod. sacror. Biblior. A. I. 40. in interpret. Hebraicor. Nom.

(*b*) Ibi.

(*c*) Pariter Breviloq. Par. 5. cap. 5. & in 3. Dist. 34. Par. 1. Ar. 2. Q. 1. in concl. Et de hac Fortitudine S. Greg. in Evang. L. 2. Hom. 27. num. 4.

(*d*) Breviloq. loc. cit. ac in 3. ibi.

(*e*) De *actu proprio doni consilii* in eod. 3. Dist. 35. Art. 1. Q. 4. in fundam. & in concl.

(*f*) Vulg. *mihi*; sed *mihi* nequidem est in Cod. Goth. apud Blanchin.

(*g*) Et e contrario ad fugiendum quod nec licet, nec decet, neque expedit ad salutem, d. Dist. 35. ibi in concl.

(*b*) Cornel. a Lap. Comment. in Ecclesiasticum loc. cit. „ Arabicus vertit: *Aurum & argentum stabiliunt* (Syrus *confirmant*) *pedem: & melius his omnibus consilium bonum* . . . . . „ Sicut enim ratio dirigit hominem, ut rationabiliter agat ut vivat; sic consilium dirigit „ actiones & res, ut prudenter fiant, & firmiter consistant. Consilium enim suggerit omnia rei adminicula & fulcra, atque amovet omnia ejus obstacula & firmitati contraria &c. “ Et ipsemet D. Bona. adhuc penitius in rem hanc in eod. 3. cit. Dist. 35. Ar. 1. Q. 4. in concl. „ Dirigi in „ electione potest aliquis, vel secundum regulam „ juris naturalis, vel secundum regulam „ juris Divini. Et primum quidem est virtutis prudentiæ, secundum vero spectat ad donum consilii. Ex his potest elici per quandam

Dilatatio tertii Consilii actus, quo expedimur ad progrediendum. *Judith.* 10. 8.

57. Tertio est Consilium, quo expedimur ad prosequendum quod licet, decet, & expedit ad operationem virtuosam, Judith decimo: Deus patrum nostrorum det tibi gratiam, & omne consilium cordis tui sua virtute corroboret: ut sic expediatur quod proponit homo, & consilium sit conjunctum fortitudini, quæ est Donum Spiritus sancti. Et Psal. Tribuat tibi secundum *Ps.* 19. 5. cor tuum, & omne consilium tuum confirmet. Sic ergo discernere recte, eligere bene, & prosequi expedite est Doni Consilii: & ideo dicit: *operata est consilio manuum suarum*. Et sic recte discernit, quia non in consilio sciendi solum est salus, neque scire disputare est Donum Consilii; sed scire, velle, & ipsa quæ sunt specialis arduitatis (*a*) impermutabiliter operari. Sic ergo tangit actum intrinsecum, sive proprium.

58. Sed actum præambulum, (*b*) qui requiritur in Dono Consilii, describit, cum dicit: *Quæsivit lanam & linum*. Lana enim est materia vestis grossæ, linum subtilis: prima calida, secundum delicatum: prima extrinseca, sed secundum intrinsecum. Et secundum hæc est intelligentia allegorica, anagogica, & tropologica (*c*). Secundum allegoricam, per lanam & linum, vestem grossam (*d*) & subtilem, vetus & novum Testamentum intelligitur. Secundum anagogicam, per lanam & linum, vestem calidam & delicatam, pietas actionis, & delectatio contemplationis. Secundum tropologicam, per lanam & linum, vestem extrinsecam, & intrinsecam, justorum experientia, & intelligentia designatur. Quæsivit ergo lanam & linum, & habuit consilium, quo erudiretur, elevaretur, & expediretur ad eligendum, & regularetur hoc Consilio, secundum dictamen institutarum Divinitus legum: secundum dictamen inspirationum Divinitus factarum: secundum dictamen inspiratorum Divinitus hominum. Primo secundum dictamen institutarum Divinitus legum, (*e*) Prov. tertio: Custodi legem meam, atque consilium meum (*f*), & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis; legem, inquam, quæ per Moysen, & Christum data est, id est, vetus & novum Testamentum; & secundum hæc erit tibi consilium, & habebis gratiam, & vitam beatam. Psal. Testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tuæ; id est, duo Testamenta, quæ sunt præcepta justitiarum (g); propter hoc dicitur Exod. vigesimo quinto: Præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum Cherubim, qui erunt supra arcam testimonii, qui significant duo Testamenta (*b*) respondentia veritatem.

Intelligentia allegorica, anagogica, & tropologica.

Divinitio.

Dilatatio Consilii secundum dictamen institutarum Divinitus legum. *Prov.* 3. 21. *ac seq.*

Ps. 118. 24.

Exo. 25. 22.

59. Secundo secundum dictamen inspirationum Divinitus factarum, Tob. quarto: Omni tempore benedic Deum; & pete ab eo, ut vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Psal. Revela Domino viam tuam, & spera in eo; & ipse faciet: sequiturque: Subditus esto Domino, & ora eum. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Debet enim homo semper quærere consilium Domini, non signa, quæ fecit Moysi, & aliis Sanctis; sed quod homo non decipiatur ab aliqua falsitate. Unde qui non interrogaverunt Dominum, reprehenduntur. Isa. trigesimo: Væ filii desertores, dicit Dominus, ut faceretis consilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum. Unde multi allegant Scripturas, & non ex sensu, contra quos Bernardus ad Fratres de Monte dicit: Nunquid Paulum intelliges, nisi spiritum

Dilatatio Consilii secundum dictamen inspirationum Divinitus factarum. *Tob.* 4. 20.

Ps. 36. 5.

Ibi 7.

Ibi 4.

Isa. 30. 1.

Bernardus, sive potius Guigo Cartusien. Epist. ad Fratres de monte Dei L. 1. c. 10. n. 31.

„ dam circumlocutionem, quis sit actus pro„ prius doni consilii: quoniam actus ejus est „ dirigere in electione agendorum, prosequen„ dorum, vel fugiendorum, quæ sunt specialis „ arduitatis; & hoc secundum regulam juris „ Divini &c.“

(*a*) Ita D. Bonav. in cit. 3. ibi.

(*b*) Ibi vocat *quasi initialem*, & cum Damasceno *præcedentem*; sed *præambulum* pro *initialem* & *præcedentem* & alibi sæpe habet.

(*c*) De his in Procem. Breviloq. de Profundit. sacr. Scriptur. ac alibi pluries.

(*d*) Hac quoque voce alibi utitur.

(*e*) *Secundum dictamen juris Divini* ait etiam in cit. 3. eod. Dist. 35. ibi.

(*f*) Vulg. absque *meam*; & *meum*; sed ut supra Cod. noster Bernard. 40. nec non antiquæ Editiones Biblioth. nostræ Bernardin. Genebrard. ac Grieser. & alius noster Cod. 21. *legem atque consilium meum*, nec non alter Biblioth. Episc. Trid. 58. sicque Hugo Card. ac Lyran.

(g) Ex his petendum consilium, ut nobis sint quasi senatus, & consiliarii, quos in rebus dubiis consulamus, & in consilium adhibeamus. Vid. Lorin. in Comment. ibi.

(*b*) Serm. sive Collat. in Hexaem. & alibi.

Digitized by Google

tum Pauli imbiberis (a)?

Dilatatio Consilii secundum dictamen illustratorum Divinitus hominum.

60. Tertio secundum dictamen illustratorum Divinitus hominum; Ecclesiastici trigesimo septimo: Cor boni consilii statue tecum. Et idem præmisit: Cum viro sancto assiduus esto, quemcunque cognoveris observantem timorem Dei, cujus anima est secundum animam tuam; qui scilicet noverit Consilium Domini. (b) Hoc dictamen datur per lanam & linum, secundum tres prædictas conditiones, quæ debent quæri; (c) sed oportet, ut homo sciat eligere bonum Consiliarium, & vitare malum. (d) De electione boni Consiliarii Ecclesiastici sexto: Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi unus de mille, qui est Christus (e), Isa. nono: Vocabitur nomen ejus, Admirabilis, consiliarius. LXX. habent: Magni consilii Angelus (f). Ad hunc oportet accedere; unde Ecclesiastici trigesimo septimo: Ante omnia verbum verax præcedat te, scilicet quod non potest fallere, nec falli, quod est penetrabilius omni gladio ancipiti.

Eccli 37. 17. Ibi 15. ac seq.

Eccli 6. 6.

Isa. 9. 6.

Septuaginta Interpretes.

Eccli 37. 20.

Ad Heb. 4. 12.

61. Præcedat itaque te quantum ad vitam, & quantum ad doctrinam. Et hoc est Consilium Divinum; Deus enim homini non potest dare Consilium, nisi stabile. Psal. Dominus dissipat consilia gentium, reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum. Consilium autem Domini in æternum manet. Iste Consiliarius habet Consiliarios principaliter Apostolos, inter quos Paulus dicit primæ ad Cor. septimo: Beatior autem erit, si sic permanserit secundum meum consilium, scilicet custodiendo castitatem; quia hæc est secundum Deum. Unde sequitur: Puto autem, quod & ego Spiritum Dei habeam. Et hic, patet, quod nihil consuluit, nisi quod vidit in Christo. Quare secundæ ad Cor. octavo: Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cum esset dives, ut ejus inopia vos divites essetis: Et consilium in hoc do, Super quo Augustinus in Originali: In tantum factus est egenus Christus, ut non haberet quod vulpes habent: & in hoc consilium do, subauditur, ut ejus paupertatem imitemini (g). Subaudi etiam secundum Augustinum, ut eum imitemini in castitate, obedientia (h), & paupertate, quæ sunt Evangelica consilia etiam confirmata per Apostolos, & aliquos Sanctos. Propter quod Ecclesiastes ultimo: Verba sapientium sicut stimuli, & quasi clavi in altum defixi, quæ per magistrorum consilium data sunt a pastore uno, scilicet Christo. Vide Antonium, Macharium, Hilarionem, Paphnutium; vide etiam Pontifices, Basilium, Augustinum, Martinum, Gregorium; hi nanque sanctissimi viri hæc consilia servarunt. Quære etiam Benedictum, Bernardum, & hoc tempore Dominicum, Franciscum (i). Hi duodecim cum Apostolis duodecim sunt viginti quatuor seniores, & Agnus in medio eorum, de quo procedebant fulgura, sicut dicitur Apocal. quarto, & Psal. Deus, qui glorificatur in consilio Sanctorum, quia Sancti approbant ejus consilium; unde alibi in Psal. Confitebor tibi Domine in toto corde meo, in consilio justorum, & congregatione.

2. ad Cor. 8. 9. ac seq.

Augustinus apud ipsummet Bonav. de Paupertate Christi contra Magistrum Guilelmum Art. 1. Tom. 5. pag. 550. col. 2. Edit. Venet. noviss. Augustinus.

Eccle 12. 11.

Exempla Sanctorum, paupertatis cultorum.

Franciscus paupertatis cultor. Apocal. 5. 6.

Apocal. 4. 5. Ps. 88 8.

Ps. 110. 1.

2. ad Cor. 7. 40.

Ibi.

62. Sic ergo quæres Consiliarium Christum, & Apostolos, & eorum sequaces, quorum consilium non potest obscurari (k). Sed oportet malum consilia-

(a) Edit. Mabillon. sic: *Nunquam ingredieris in sensum Pauli, donec usu bonæ intentionis, & studio bonæ meditationis, spiritum ejus imbiberis.*

(b) Vid. Lyran. & Cornel. a Lap.

(c) Recole prædicta n. 57.

(d) De vitandis malis Consiliaris etiam Ecclesiasticus ibi v. 14.

(e) Lorinus Comment. in Ps. 118. v. 24. in fine, allegans & ipse prædictum Ecclesiastici textum concludit: *Unus Christus consiliarius tuus esto, electus de millibus.*

(f) Ita alibi pluries apud nostrum Interpretem. Vide Comment. in Apocal. cap. 8. num. 533. & Cap. 10. num. 670.

(g) Similia inibi repetit Art. 2. pag. 377. col. 1. ad Apost. text. *Scitis gratiam Domini nostri Jesu Christi &c.* subdens: *Et post consilium, dicit Glossa, ut ejus paupertatem imitemini:* &c.

(h) Al. *humilitate*; sed *obedientia*, ut infra ad fin. num. seq.

(i) Alibi quoque nominando *Franciscum*, titulum *Patris mei* omittit. Vide Prodromum col. 599. Et sub tempora *Dominici, Francisci*, Bonav. floruit. Porro prædicti sunt illi *Christi imitatores*, de quibus noster Interpres ait Exposit. in cap. 9. S. Luc. quod *inopia Christi divites facti sunt.*

(k) Quanta fuerit inter prædictos sapientia præditus Divinitus infusa, & quam bonus Consiliarius S. P. Franciscus, testatur idemmet D. Bonav. in ejus Leg. ma. c. 11. Undeei aptat illa verba Ecclesiastici c. 37. v. 18. *Anima viri sancti annuntiat aliquando vera, magis* (deest. in Vulg. *magis*) *quam septem circumspectores sedentes in excelso ad speculandum.* Adeo verum est, quod ait S. Am-

Digitized by Google

filiarium evitare (a), Eccleſiaſtici trigeſimo ſeptimo: A conſiliario malo (b) ſerva animam tuam. Et trigeſimo ſecundo: Vir boni (c) conſilii non diſperdet intelligentiam: ſed congregat eam; malus autem diſpergit, qui convertit magna in nihilum, pervertit bona in malum, & deducit certa in dubium, nec adducit intelligentiam in unum. Mali ergo ſunt conſiliarii, qui hæc faciunt, ſicut Phariſæi, & Legiſperiti, de quibus Luc. ſeptimo: Phariſæi autem, & Legisperiti ſpreverunt conſilium Dei in ſemetipſos, non baptizati ab eo. Quin etiam cum Chriſtus baptizaretur baptiſmo Joannis, ſpreverunt quod baptizaret ipſum. Sic hodie ſunt, qui dehortantur a meliori proposito cujuſcunque conceptus Religionis (d) dicentes: Corporalis exercitatio ad modicum utilis eſt: & ſic malus conſiliarius maxima, quæ docuit Chriſtus, convertit in nihilum, illud ſcilicet de paupertate. Matth. decimo nono: Vade, & vende omnia, (e) quæ habes, & da pauperibus; illud de caſtitate ibidem: Qui ſeipſos caſtraverunt propter regnum Dei; & illud de obedientia Matth. ſextodecimo: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum &c. Contra tales eſt Prov. primo: Vocavi, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret: deſpexiſtis omne conſilium meum, & increpationes meas neglexiſtis; ego quoque in interitu veſtro ridebo &c.

Eccli 37. 9.

Eccli 32. 22.

Luc. 7. 30.

Reprehenduntur dehortantes ab ingreſſu Religionis.

1. *ad Tim.* 4. 8.

Matth. 19. 21.

Ibi 12.

Matth. 16. 24.

Prov. 1. 24. *& ſeq.*

63. Item malus conſiliarius eſt, qui pervertit bona in malum; quoniam declinaverunt in te mala, cogitaverunt conſilia; quæ non potuerunt ſtabilire: quoniam pones eos dorſum. Mala in Chriſtum declinant, quia conſilium Chriſti bonum ipſi dicunt malum, dicentes: Stultum eſt intrare Religionem, temerarium, & periculoſum; ubi tot afflictiones, tot indigentiæ, quæ ſunt importabiles. Stultum enim eſſet pedem ponere magnum in ſoturali (f) parvæ formæ, & ſtrictæ: temerarium eſſet dare eandem medicinam ſanis, & ægris: periculum etiam eſt in falſis Fratribus (g). Hæc ſunt conſilia, (b) quæ declinant in Chriſtum, ſive contra Chriſtum, (i) quæ non poſſunt ſtabilire. Non enim eſt ſtultum intrare Religionem, cum cito homo inveniat ibi magnas conſolationes. Non eſt ſimile de pede, & forma, qua pes informari non poſſet; nec etiam temerarium, cum pœnitentia voluntaria non ſolum fiat ad curandum, ſed ad præſervandum, & ad merendum. Nec eſt ſimile de medico, & medicina materiali, quæ determinata eſt ad unum. Neque eſt periculoſum, quia illud de falſis Fratribus dictum eſt communiter de Chriſtianis, & ita omnes ſunt in periculo. Quare Chriſti conſilia ſenſata ſunt, diſcreta, & ſecreta.

Pſal. 20. 12. *& ſeq.*

Profana conſilia dehortantium ab ingreſſu Religionis diſciplinam ſeveriorem profitentis.

Conſilia Chriſti ſenſata, diſcreta, & ſecreta.

64. Item malus conſiliarius eſt, qui certa in dubium deducit, primo Eſdræ quinto: Venerunt conſiliarii eorum, qui erant trans flumen, ad ædificantes templum Dei in Jeruſalem, & dixerunt eis: Quis dedit vobis conſilium, ut domum hanc ædificaretis, & muros hos

1. *Eſdr.* 5. 3.

S. Ambroſius L. 2. Offic. c. 12. *In quærendis conſiliis plurimum valet vitæ probitas, virtutum prærogativa* &c.

(a) Eſt enim actus proprius boni conſilii non ſolum *ad eligendum proſequenda*, ſed *& ad fugiendum vitanda*, in 3. Diſt. 35. Ar. 1. Q. 4. in Concl.

(b) Vulg. abſque *malo*; ſed *mala* habent duo noſtri Codd. Bernard. 31. ac 40. & tertius Biblioth. Epiſc. Trid. 58. nec non Goth. apud Blanchin. Item Hugo Card. Lyran. ac Biblior. Editiones Nurnbergen. 1478. Baſileen. 1509. Colon. 1527.

(c) Deeſt in Vulg. *boni*.

(d) De hujuſmodi pravis ſuggeſtionibus contra Religionis propoſitum ſupra Par. 1. in Tract. de Vir. Myſt. cap. 23. n. 76.

(e) Deeſt ly *omnia* in Vulg. ſed habent duo noſtri Codd. Bernardin. 39. ac 40. nec non tertius Biblioth. Epiſc. Trid. 58. Item Corbejen. Veron. & Brix. apud Blanchin. S. Auguſt. de S. Virginit. cap. 45. num. 46. ac ipſemet S. Bonav. 3. Diſt. 30. Art. 1. Q. 3. in concl. nec non de Paupert. Chriſti Art. 1. Vide Comment. in Apocal. cap. 13. num. 972.

(f) *Solularis a ſolea* dictus, ut habet Catholicon Joannis de Janua, & Joſephus Laurentius in ſua Amalthea. Porro *ſoleæ* id ipſum ſignificant, quod *ſandalia*, ut habet ipſemet S. Bona. in ſingulari Opuſc. de ſandaliis Apoſtolor. Vide Gloſſar. Ducangian. verbo *ſubtalares* & *ſubtelares*.

(g) Confer cum Tract. de Vite Myſtica loc. ſupra cit. ut agnoſcas eundem Auctorem.

(h) Boſſuet ad prædictum textum *declinaverunt in te mala*, ait: *Hebr. Conſilia.*

(i) Sa „ *Declinaverunt in te*, id eſt, contra „ te intenderunt. Chald. *Machinati ſunt contra* „ *te*. “ Et heic ſermonem eſſe *de machinationibus in Chriſtum, & ſectatores ejus*, inquit Lorinus.

Digitized by Google

Ibi 5. hos (*a*) instauraretis? Et sequitur: Placuitque, ut nos ad Darium referretur &c. Ecce quod consiliarii trans flumen consilium rectum Judæorum, quod habebant per Prophetas de ædificando templo, deduxerunt in dubium, ne reciperent bonum consilium. Sic hodie sunt qui in dubium revocant bona proposita. Si enim homo vult expectare revelationes, semper erit in dubio; quia Deus jam dedit consilium. Nota de Petro, & Joanne quærentibus Dominum in sepulchro, quia sequendus est Petrus, qui primo intravit, & tamen nullus intravit, dum Christus erat ibi. Aliqui etiam considerantes conditiones ejus, qui fortis est, consulunt remanere in sæculo; cum tamen si intrat Religionem, non amittat fortitudinem, ut Samson: immo infirmi fiunt fortes, & fortes fortiores, & fortiores fortissimi. Oportet ergo sequi Consilium Dei certissimum, secretissimum, & optimum, quia qui ineunt pacis consilia, sequitur eos gaudium. Prov. duodecimo.

Contra revocantes in dubium bona proposita.

Jo. 20. 3. *et seq.*

Contra consulentes, ut is remaneat in sæculo, qui fortis est.

Consilium Dei certissimum, secretissimum, & optimum.

Prov. 12. 20.

Sermo Septimus de Dono Intellectus.

Ps. 15. 7. 65. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum*: Psal. In his verbis explicatur Donum Intellectus a Spiritu sancto datum quantum ad duo, scilicet quantum ad suscipientis humilem gratitudinem, cum dicit: *Benedicam Dominum*, & quantum ad dantis liberalem diffusionem, cum subdit: *qui tribuit mihi intellectum* (*b*). Primo quoad suscipientis humilem gratitudinem, nota, debere hominem esse gratum, ut se, & Donum, & ejus Principium intelligat, & benedicat. Tunc autem benedicit ore, & corde, quando se coaptat, ut sibi detur Intellectus a Deo, & digne suscipit; sicque refundit pulchritudinem Doni, & pretiositatem in Dantem: e contrario est qui abutitur. Disponimur autem ad Donum per tria, scilicet per vitæ sanctimoniam, per mansuetudinis tractabilitatem, & per intelligentiæ captivationem (*c*).

Divisio.

Distinctio. Dispositio ad suscipiendum Donum Intellectus per tria.

66. Primo disponimur per vitæ sanctimoniam ex Isa. vigesimo octavo: Quem docebit scientiam, & quem intelligere faciet auditum? ablactatos a lacte, avulsos ab uberibus. Lac, & ubera sunt dulcedo carnalis, qua pascuntur homines sensuales (*d*). Quamdiu autem homo his conjungitur, est parvulus, nec est idoneus ad panem vitæ solidum, id est, Intellectum, de quo Ecclesiastici quintodecimo: Cibavit (*e*) illum pane vitæ, & intellectus. Ab his vero oportet ablactari, & avelli, qui vult Intellectum. Exemplum de Daniele, & sociis ejus, qui nolebant cibaria regalia, sed legumina; & propter hoc de eis dicitur Dan. primo: Pueris autem his dedit Deus scientiam, & disciplinam in omni libro, & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum, & somniorum. Delectatio enim carnalis, ut ebrietas, enervat anteriorem partem cerebri, scilicet receptivam, sed luxuria posteriorem, scilicet retentivam, sive memoriam (*f*).

Dilatatio. Prima dispositio per vitæ sanctimoniam *Isa.* 28. 9.

Eccli 15. 3.

Dan. 1. 17.

67. Secundo disponimur per mansuetudinis tractabilitatem, ex Ecclesiastici quinto: Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei (*g*), ut intelligas; nam

Impedit ira animum, ne possit cernere verum, sicut dicit Cato. (*b*) Et sicut in aqua turbida imago turbida re-

Secunda dispositio per mansuetudinis tractabilitatem. *Eccli* 5. 13.

Cato, vel quisquis auctor fuerit, in 2. paraenes. Carm.

(*a*) Vulg. *ejus*; sed *vos* Cod. etiam noster Bernard. 40. ac alius noster 1. tert. Bibl. Ep. 58. nec non Goth. apud Blanchin. Hugo Card. Lyran.

(*b*) Sic Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. *de Dono Intellectus* ab initio in eundem Ps. 15. ubi sic fit allegatio harum Collationum: *Dicamus modo de Dono Intellectus, de quo dicebatur in Collationibus Donorum*. Legendum *dicebatur*, non *dicetur*, ut in Editionibus: nam & paulo infra in iisdem Editionibus habetur: *ut dicebatur in Collationibus Donorum*. Mendum ergo est manifestum in ly *dicetur*, quod mirum est non animadvertisse nec Editores Romanos, neque Venetos.

(*c*) Ibi: *Disponimur autem ad Donum Intellectus, sincerissime vivendo, mansuetissime conversando, intelligentiam captivando*.

(*d*) Inibi pariter.

(*e*) *Obavit* pro *cibabit*, ut in Vulg. S. Bona. legit etiam ibi. Vide Comment. in Apocal. cap. 21. num. 1562.

(*f*) Eod. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. sic lego: *Delectatio, circa tactum maxime impugnat Donum Intellectus, ebrietas ex parte anteriori, & luxuria ex parte posteriori*, scilicet cerebri. De *receptiva & retentiva memoria* 1. Dist. 3. Par. 2. Ar. 1. Q. 1. ad 3. Quamvis prædicta vitia menti ac ingeniis officiant, Lib. 2. Phar. cap. 13. Postremo quod dicitur de *anteriore parte cerebri*, & *posteriore*, ubi residet *memoria*, est secundum Auctorem de Spiritu, & Anima cap. 22. qui Auctor sæpe a S. Bona. laudatur.

(*g*) *Dei* in Vulg. deest; sed & d. Serm. sive Collat. 3. S. Bona. legit *Dei*, habentque *Dei* duo nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40. nec non Biblioth. Episc. Trid. 58.

(*b*) Ibi ex eod. Catone.

Digitized by Google

lucet; sic homo iratus non solum non recipit sententiam veram, sed defendit falsam. Propter hoc necessaria est mansuetudo, & patientia, quæ acquiruntur maxime in vexatione. Isa. vigesimo octavo: Tantummodo sola vexatio dabit intellectum auditui. *Isa. 28. 19.*

Tertia dispositio per intelligentiæ captivationem. *Isa. 7. 9.* *Isa. 43. 10.*

68. Tertio disponimur per intelligentiæ captivationem. Isa. septimo: Nisi credideritis, non intelligetis (a). Et quadragesimo tertio: Vere vos testes mei, dicit Dominus, & servus meus, quem elegi, ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ipse ego sum (b). Oportet enim ie aptare per fidem qui vult intelligere, ex secundæ ad Cor. decimo: In captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. Homo quippe, qui non sequitur Christum, sed per se vult cognoscere, sequitur magnos errores, & credit veritatem sequi. Unde oportet discentem credere Deo maxime in iis, quæ transcendunt nos: Præsumptio enim maxime impedit intellectum, velut deordinatio rationalis non solum, sed & concupiscibilis, & irascibilis, ut patet in primo Angelo, & in Adam, qui voluit esse ut Deus, & ideo totum mundum perdidit. Sed e contrario humilis se disponit ad Deum, ex illo Psal. Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat parvulis. Item benedicit (c) Dominum per humilem gratiarum actionem. Dan. secundo: Sit nomen Domini benedictum a sæculo & usque in sæculum, quia sapientia, & fortitudo ejus sunt. Et sequitur: Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. *2. ad Cor. 10. 5.* *Ps. 118. 130.* *Ibi 21.*

Humilis suscipientis gratitudo. *Dan. 2. 20.*

Secunda pars divisionis cum distinctione, & dilatatione.

69. Sequitur post illud *qui tribuit mihi intellectum*: ubi tangitur ex parte dantis hoc Donum Intellectus. Et nota, quod non dicit quem intellectum, vel certum quid; quia omnis intellectus a Deo est. Est autem radiositas multiformis, & triplex intellectus, scilicet regula circumspectionum moralium, janua speculationum scientialium, & clavis contemplationum cœlestium (d).

Intellectus triplex.

Regula circumspectionum moralium. *Ps. 31. 8.*

70. Primo est regula circumspectionum moralium, ex Psal. Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac, qua gradieris: firmabo super te oculos meos. Promittit intellectum, & dicit quomodo debemus suscipere, & instrui penes illum, dicens: Firmabo super te oculos meos, siniſtrum gratiæ, & dextrum gloriæ; quod fit, quando Deus acceptat opera hominis in præsenti approbando, & in futuro remunerando. Sed oportet ad hoc quod simus apti ad istum intellectum, ut regulemur non secundum sensibilia phantasmata, sed secundum judicia intellectualia, sicut ibidem dicitur: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Alioquin accidet nobis, sicut primo homini, qui cum in honore esset, non intellexit; comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis; id est, quia non est secutus intellectum, ut sequeretur mandatum Dei, factus est miser, & captivus. (e) *Ibi.* *Ps. 48. 13.*

Qualis Intellectus practicus prudentialis docens quid evitandum.

71. Hic est Intellectus practicus prudentialis, qui secundum dictamen legis Divinæ docet quid evitandum, quid exequendum quid expectandum (f). Quid evitandum, quia malum, Prov. secundo: Si inclinaveris cor tuum prudentiæ: si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Dei invenies: id est, qui vult habere hunc Intellectum, debet se inclinare per humilitatem, quærere per desiderium, effodere per exercitium; & sic instructus in moribus intelliget, quod in timore Domini vitet omne malum, Psal. Initium Sapientiæ timor Domini: intellectus bonus omnibus facientibus eum &c. *Prov. 2. 3. ac seqq.* *Ps. 110. 9. ac seq.*

Qualis docens quid exequendum.

72. Quid exequendum, quia omne opus bonum, scilicet actus cordis, oris, & ope-

---

(a) Sic quoque ibi, & Proem. in Evang. S. Luc. ac Serm. de seminante &c. Et hujusmodi lectio est LXX. quam, teste Maldonato, laudant *omnes veteres Auctores Latini, & Græci*. Vulg. *Si non credideritis, non permanebitis.*

(b) Similiter laud. duo nostri Codd. Bernardin. & tertius Biblioth. Ep. Trid. Sed in Vulg. ly *Vere* spectat ad ver. 9. qui præcedit.

(c) Al. *Hi tres benedicunt.*

(d) Sæpe citato ac citando Serm. sive Collat. 3. *Omnis radiositas intelligentiæ a fonte, qui est essentialiter Intellectus, derivatur. Est autem radiositas multiformis, ut dicebatur in Collationibus Donorum.* (Heic nempe) *Intellectus est regula circumspectionum moralium. Intellectus est janua considerationum scientialium. Intellectus est clavis contemplationum Cœlestium.*

(e) Similiter ibi.

(f) Ibi: *Quid evitandum, quia omne malum. Quid exequendum, quia omne bonum. Quid expectandum, quia summum bonum.*

Digitized by Google

Josue 1. 7. & operis; ex Josue: Ne declines a lege ad dexteram, vel ad sinistram, ut intelligas cuncta, quæ agis. Et sequitur: Tunc dirigies viam tuam, & intelliges eam. Similiter oris, Ecclesiastici quinto: Intelligas, & cum sapientia proferas responsum verum. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuum, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Similiter cordis; Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se a cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, Sap. primo. Ut quum falsè, & erronee (*a*), sive vane, & vacue cogitatur. (*b*) Unde Ambrosius Lib. de Offic. (*c*): Nihil homo debet agere, nisi prius ratio, quid honestati conveniat, examinet; nisi appetitus rationi obediat; & nisi, si quæreretur, posset Deo reddere rationem. Et Ecclesiastes octavo: Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est, & opportunitas.

Ibi 8.

Eccli 5. 13. *ac seqq.*

Sap. 1. 5.

Ambrosius L. 1. *de Offic.* c. 22. n. 98. c. 24. n. 105. *ac* c. 36. n. 124.

Eccle 8. 4. *ac seq.*

Qualis decens quid expectandum.

Prov. 17. 8.

73. Quid expectandum, quia summum bonum, id est, bonum æternum, Prov. decimo septimo: Gemma gratissima expectatio præstolantis: quocumque se vertit, prudenter intelligit. Non enim potest homo tenere bonam viam, nisi sciat terminum, quo debet ire. Debet enim considerare finem in suo opere gratissimum: Gratum enim solum est bonum temporale, gratius bonum spirituale, ut scientia, vel virtutes; gratissimum autem bonum æternum. Baruch. tertio: Disce, ubi sit prudentia, ubi sit virtus, ubi sit intellectus, ut scias simul, ubi sit longiturnitas vitæ, & victus, ubi sit lumen oculorum, & pax. Hæc enim sunt in bono æterno, Prov. tertio: Longitudo dierum in dextera ejus, & in sinistra illius divitiæ, & gloria. Et Psal. Apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. Ibi debet esse oculus intellectualis, qui rectificat (*d*), quod non habebant illi, de quibus Deuter. trigesimo secundo: Gens absque consilio est, & sine prudentia. Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent, per memoriam scilicet præteritorum, discretionem præsentium, & providentiam futurorum.

Bar. 3. 14.

Prov. 3. 16.

Ps. 35. 10.

Deut. 32. 28. *ac seq.*

74. Secundo est janua speculationum scientialium, Ecclesiastici primo: In thesauris Sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas. Sapientia in consideratione altissimarum causarum: intellectus in cognitione principiorum: scientia vero in consideratione conclusionum (*e*), ita ut intellectus medius sit janua ad alia duo. Qui quidem intellectus partim est a dictamine naturæ tanquam a lumine interiori, partim a notitia experientiæ tanquam ab exteriori, seu inferiori, & partim ab æternæ lucis irradiatione tanquam a superiori (*f*).

Janua speculationum scientialium, *Eccli* 1. 26.

Differentia inter sapientiam, intellectum, & scientiam.

Intellectus partim est a dictamine naturæ, partim a notitia experientiæ, partim ab irradiatione lucis æternæ.

75. Primo est a dictamine naturæ, Ecclesiastici decimo septimo: Deus de terra creavit hominem (hunc quantum ad corpus) & secundum imaginem suam fecit illum (quantum ad animam) (*g*) & iterum convertit illum in ipsam (quantum ad originale principium). (*h*) Sequitur: Consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi. Ex quo intellige animam, ut est perfectio corporis, & ut est imago, unde habet operationem animalem, quæ regit corpus, propter quod dicit: Consilium, & linguam, & oculos &c.; habet etiam intellectualem, propter quod subdit: Et disciplina intellectus replevit illos (quæ est doctrina, scilicet naturalis, (*i*) ut est imago, propterea additur: Creavit illis scientiam spiritus); & habet aliam infusam (*k*),

Primo a dictamine naturæ, *Eccli* 17. 1. *ac seq.*

Ibi 5.

Ibi.

Ibi 6.

(*a*) Expos. in Sap. ibi *a cogitationibus sine intellectu, id est, falsis, & erroneis; intellectus enim verorum tantum est.*

(*b*) In meo Apographo *ut qui vane, & vacue cogitat.*

(*c*) Ambrosius allegatur in hanc quoque rem cit. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. sed in marg. ponitur: *Amb. t. 2. Edit. Ro. in Ps. 36.*

(*d*) Verbum a D. Bonaventura sæpe adhibitum.

(*e*) Pariter Lyranus.

(*f*) Ita fere sæpe cit. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(*g*) Sic in Procem. 2. Sent. nec non in 2. Dist. 16. Art. 1. Q. 1. & seqq.

(*h*) Id est, *terram*, unde erat formatus, ut ait apud Lyranum Glossa interlin. Sicut enim homo mansisset immortalis, si Divinæ legi, prout Dei exigebat imago, fuisset obsequutus; ita Divinam transgrediendo legem, & Dei imaginem per peccatum dehonestando, meruit in eam, unde erat plasmatus, terram reverti.

(*i*) Lyranus: *Dando eis*, scilicet *viro & mulieri notitiam omnium quæ competit eis scire per naturam.*

(*k*) Vid. D. Tho. & Scholast. 1. p. q. 94. a. 3. & seq. Item eumdem D. Bona. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. ubi loquitur de *sapientia innata, & infusa primi hominis.*

Digitized by Google

Ibi.

seu acquisitam, pro qua dicit: Sensu implevit cor illorum; & mala & bona ostendit illis. (a) Et hanc amisimus per peccatum, sed acquirimus per Spiritum sanctum.

Secundo a notitia experientiæ. *Eccli 34. 9.*

76. Secundo est a notitia (b) experientiæ, Ecclesiastici trigesimo quarto: Vir in multis expertus cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Ubi tangit duplicem viam, scilicet per inventionem, & experientiam: Vir in multis expertus &c. Et per doctrinam: & qui multa didicit &c. Unde Philosophus ait: Ex multis sensibus fit una memoria, & ex multis memoriis unum experimentum, & ex multis experimentis unum universale, quod est principium artis & scientiæ. (c) Sicque venit certum judicium.

Philosophus, sive Aristoteles 2. Poster. tex. 27. circa med. & in Proœm. Metaph. non procul a princip.

Tertio ab irradiatione lucis æternæ. *Dan. 2. 21.*

77. Tertio est ab irradiatione lucis æternæ, ex Dan. secundo: Dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam, id est, certitudinem sapientialem, scientialem, & intellectualem: & hæc est certitudo a Deo. Unde sequitur: Ipse revelat profunda, & abscondita, & novit in tenebris constituta: & lux cum eo est,

Ibi 22.

id est, sapientia. Prov. octavo: Cum eo eram cuncta componens: & secundæ ad Cor. quarto: Qui dixit de tenebris lucem splendescere. Hinc Jo. primo: Erat lux vera, quæ illuminat

Prov. 8. 30.

2. ad Cor. 4. 6.

Jo. 1. 9.

omnem hominem venientem in hunc mundum; non dicit aliquem, sed omnem hominem; nullus enim illuminatur nisi per illam lucem (d). Unde Augustinus (e): Ubi sunt scriptæ leges illæ incommutabiles, per quas etiam impius juste judicat, nisi in libro lucis æternæ, quæ veritas dicitur? Quæ non migrando, sed imprimendo descendunt in animam illius, qui operatur justitiam. (f)

Augustinus.

Illuminatio hujusmodi juvatur per Angelos. *Dan. 8. 15. & seq.*

78. Hæc autem illuminatio juvatur per Angelos, ex Dan. octavo: Factum est autem, cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri, & clamavit, & ait: Gabriel fac intelligere istam visionem. Juvant autem non per modum effectivi principii, sed ministerialis, & adminiculativi (g); quia scilicet adjuvant mentem nostram, immediate a prima veritate formatam, scilicet a Deo, secundum Augustinum (h). Unde ex eo Glossa super illud Psal. Manus tuæ fecerunt me: sic enim Deus per semetipsum facit intelligere mentem, & sicut sol irradiat (i); Angelus autem sicut qui aperit fenestram. (k) Unde ipse est sol intelligentiarum nostrarum, non aliqua Intelligentia, vel Angelus, ut aliqui Philosophi posuerunt (l). De quo Paulus Act. decimo septimo: In ipso vi-

Quo pacto sic per Angelos juvatur.

Augustinus L. 83. QQ. Q. 31. n. 4. & in Ps. 118. Serm. 18. p. 4. &c. Glossa ordinar. Ps. 118. 73.

Act. 17. 28.

vi-

(a) Videlicet *mala* culpæ, & pœnæ, tam temporalis, quam æternæ; *bona* cum virtutis, & sanctitatis, tum gloriæ & felicitatis, in hoc & altero sæculo; sive quanta mala maneant male agentes, & quanta bona bene viventes. Et hoc Sermonem esse *de hominis conditione* ait etiam D. ipse Bonav. in 3. Dist. 37. Art. 1. Q. 3. in concl.

(b) Serm. sive Collat. cit. *Scientiam per experientiam.*

(c) Ita ibi.

(d) *Quæ quidem* (eodem auctore 2. Dist. 10. Art. 2. Q. 2. in concl.) *non est lux creaturæ, sed lux Divinæ sapientiæ, & veritatis æternæ.*

(e) Sic d. Serm. sive Collat. 3. *Augustinus* itidem absque allegatione loci, etiam in Editionibus recentioribus. Porro quoad *leges immutabiles*, sive *incommutabiles*, de quibus *nullus judicat, sed per illas*, idem S. Bonav. Itiner. mentis in Deum cap. 2. secundum August. L. de vera Relig. cap. 31. num. 58. nec non in Proœm. 2. Sentent. secundum eundem Augustinum ibi: *Sine veritate nullus recte judicat &c.* De visione autem, sive lectione, *in quadam luce sui generis incorporea* ipsemet 2. Dist. 39. Art. 1. Q. 2. in concl. secundum eumdem August. Lib. 12. de Trin. cap. 15. num. 24. Nec non adhuc explicatius 2. Dist. 24. Par. 1. Art. 2. Q. 4. in concl. inquit „ In pluribus locis dixit (*scilicet Augustinus*) & ostendit, quod „ lux quæ nos illuminat, Magister qui nos „ docet, veritas quæ nos dirigit, Deus est, „ juxta illud Joannis: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem &c.*“

(f) In d. quoque Serm. sive Collat. paucis mutatis, ubi additur: *Sicut imago, anuli ceræ imprimitur, & anulum non relinquit*; qua similitudine utitur S. August. Lib. 11. de Trin. cap. 2. num. 3.

(g) In d. Serm. sive Collat.

(h) 2. Dist. 10. art. 2. q. 2. in Fundam.

(i) Ibidem.

(k) In d. Serm. sive Collat. 3. ad fin. *Angeli nihil faciunt, nisi occasionaliter. Sicut si aliquis vellet, quod radius illuminaret multas domos, aperiret fenestras &c.*

(l) In eod. 2. ibi in concl. nec non Dist. 8. Part. 2. Art. 1. Q. 2. in concl. ac Q. 4. in concl. Item ibi Dist. 24. Par. 1. Art. 2. Q. 4. in concl. ubi post memoratum Philosophorum errorem subdit „ Sed iste modus dicendi falsus est, & erroneus, sicut supra improbatum „ fuit Dist. 8. Nulla enim substantia creata „ potentiam habet illuminandi, & perficiendi „ animam proprie intelligendo; immo secundum mentem immediate habet a Deo illu-

„ mi-

Digitized by Google

vimus, movemur, & ſumus. Et hoc non ſolum quoad vitam, & motus corporis, ſed intellectus; quia eſt cauſſa eſſendi, ratio intelligendi, & ordo vivendi (*a*). Quædam enim initiat ut principium tantum; quædam rectificat ut objectum; & quædam ſanctificat ut donum infuſum, ſecundum rationem veſtigii, imaginis, & ſimilitudinis. (*b*)

Deus cauſſa eſſendi, ratio intelligendi, ordo vivendi.

79. Per iſtum ſolem ſapientiæ cavendi ſunt errores in ſacram Scripturam, ne poſſimus dicere illud Sap. quinto: Erravimus a via veritatis, & juſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis (*c*); & maxime errores contra principium eſſendi, rationem intelligendi, & ordinem vivendi (*d*), cujuſmodi ſunt de æternitate mundi, de neceſſitate fati, & de unitate intellectus humani; qui ſignificantur per numerum Beſtiæ Apocal. tertio decimo, ſcilicet DCLXVI., (*e*) in quo ſunt tres circulationes; (*f*) quæ claudunt, ne ſapientia intret in animam. Prima eſt de motu cœli, ſecunda de fato, tertia de intellectu humano. Hi errores enervant omnem fidem. Si enim primus ſtet, nihil ſunt lex, & Propheta; ſi ſecundus, ad quid perſuaſio, ad quid donum? Si tertius, nulla anima ſalvatur, aut damnatur.

Ope ſolis ſapientiæ errores circa ſacram Scripturam cavendi. Sap. 5. 6.

Apoc. 13. 18.

Tres referuntur, ac in ſequentibus refutantur errores.

80. Primus deſtruit cauſſam eſſendi; quia Deus, qui eſt cauſſa; aut poteſt in totum, aut in partem tantum. Non in partem tantum; quia ſic aufert virtutem eſſendi (*g*). Si in totum; ergo in materiam, & formam (*b*). Et hoc aut ex ſe, aut ex alio, aut ex nihilo. Non ex ſe, cum ſit immutabilis, nec ſit materiale principium (*i*). Nec ex alio; hoc enim planum eſt. Ergo ex nihilo. Et idcirco mundus habuit eſſe poſt non eſſe, & non æternum; alioquin erit ponere eſſe cum non eſſe, & ſic contradictio, in quam Deus non poteſt (*k*). Propter hoc ſecundi Machab. ſeptimo: Peto, nate, ut aſpicias ad cœlum, & terram, & ad omnia, quæ in eis ſunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus. Et ad Hebr. undecimo: Fide intelligimus aptata eſſe ſæcula verbo Dei, ut ex inviſibilibus viſibilia fierent.

Error primus contrarius cauſſæ eſſendi.

2. Mach. 7. 28.

Ad Hebr. 11. 3.

81. Secundus error, ſcilicet de neceſſitate fatali, deſtruit rationem intelligendi, & diſcernendi; ſic enim perit conſilium, & libertas arbitrii; (*l*) & ex conſequenti præmiatio, & damnatio: (*m*) & ſic etiam Deus erit cauſſa malo-

Error ſecundus contrarius rationi intelligendi.

„ minari, ſicut in multis locis Auguſtinus „ oſtendit. “ Ubi præter loca ex eodem Auguſt. ſupra allegata, in marg. citantur Lib. 3. de Lib. Arbitr. cap. 16. & de Spir. & Ani. cap. 10. in fine.

(*a*) Cit. Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. ubi id refertur velut Auguſtini dictum, nec non cap. 5. Itiner. ment. in Deum. Vid. ſupra Ser. 4. n. 38. & de hoc rurſum mox ſeq. n. 79.

(*b*) Itiner. ment. in Deum cap. 1. ac ſeqq.

(*c*) Expoſit. in cap. 5. Sap. ibi.

(*d*) De *cauſſa eſſendi*, *ratione intelligendi*, & *ordine vivendi*, nedum cit. Serm. ſive Collat. 3. ſed etiam 5. in Hexaem. nec non de reduct. art. ad Theol.

(*e*) Sicut enim hoc numero deſignatur *Deo contrarius*, & *negans Deum*; ſecundum Auctorem noſtrum Vol. 2. Comment. in Apocal. ibi n. 978. & ſeqq.; ita prædicti errores ſunt contra Deum, ut principium eſſendi, rationem intelligendi, & ordinem vivendi.

(*f*) De *tribus circulationibus* hujuſmodi errorum ſic eod. Serm. ſive Collat. 3. *Iſti errores ſignificantur in Apocal. in numero nominum beſtiæ, quæ ſunt 666. Primi fundunt ſe ſuper circulum motus & temporis: ſecundi ſupra motum ſyderum: tertii ſupra intelligentiam unam ingredientem & egredientem.*

(*g*) Eod. Serm. ſive Collat. 3. *principalitatem cauſſandi*, ſive primum principium, & primam cauſſam, de qua Gen. 1. 1. *In principio creavit Deus cœlum & terram*; & Jo. 1. 3. *Omnia per ipſum facta ſunt.*

(*b*) Ibi: *ergo creat de nihilo.*

(*i*) 2. Diſt. 1. par. 1. art. 1. q. 1. in concl. „ Fuerunt quidam Philoſophi antiqui, qui dixerunt mundum factum eſſe a Deo, & de ſui eſſentia; quia non videbant quomodo aliquid poſſet fieri ex nihilo, & ſolus Deus fuit in principio, & ideo dixerunt, quod fecit omnia de ſeipſo. Sed hæc poſitio non ſolum fidelibus, ſed etiam ſequentibus Philoſophis apparuit improbabilis, quod Dei eſſentia omnino invariabilis, & nobiliſſima ſieret corporalium, & variabilium materia, quæ eſt de ſe imperfecta, niſi perficiatur per formas. “ Vid. Comment. in Joan. cap. 8. num. 633.

(*k*) Ibi q. 2. in concl. „ Dicendum, quod ponere mundum æternum eſſe, ſive æternaliter productum, ponendo res omnes ex nihilo productas . . . . . implicat in ſe manifeſtam contradictionem. “

(*l*) Ser. ſive Collat. 3. in Hexaem. pariter.

(*m*) Serm. ſive Collat. 6. in Hexaem. „ Inducunt neceſſitatem fatalem Arabes, ſcilicet quod illæ ſubſtantiæ moventes orbem ſunt cauſſæ omnium neceſſariæ. Ex quo ſequitur veritas occultata, ſcilicet diſpoſitio mundialium ſecundum pœnam & gloriam: Si enim illæ ſubſtantiæ movent non errantes, nihil ponitur de inferno, nec quod ſit Dæmon &c. “

Digitized by Google

malorum. Contra quos Jer. vigesimo: Confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium sempiternum, id est, damnationem æternam ex culpa hominis voluntaria, quod nunquam delebitur. Hi enim impugnant Divinum judicium, contra quos est secunda Petr. secundo: Quibus judicium jam olim non cessat, & perditio eorum non dormitat.

Jer. 20. 11.

2. *Petr.* 2. 3.

Error tertius contrarius utrique.

De intellectu humano diversæ Philosophorum opiniones.

82. Tertius error, scilicet de unitate intellectus in omnibus hominibus, destruit utrumque, immo totum ordinem vivendi, & agendi. De intellectu enim humano senserunt diversi Philosophi diversimode, quid sit. Alii namque corruptibilem ponunt, alii incorruptibilem, sed unum in omnibus tanquam abstrahentem ab omnibus conditionibus materiæ, & ideo a numero individuali; quia conditiones materiales, & particulares individuant. Sed illud destruit fidem, & præmium, & totum ordinem vivendi, & agendi (*a*), totumque hominem. Homo enim quilibet distinctus est ab aliquo individuali; necesse est ergo, quod cum non sit hoc solum accidentaliter, quod ex principio substantiali individuetur. (*b*) Alii dicunt esse intelligentiam unam, & irradiare omnes intellectus nostros simul & potenter, & immutabiliter, quod est solius increati (*c*). Propter quod contra tales dicitur Isa. vigesimo nono: Peribit sapientia a sapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abscondetur. Quod fit, quando non cognoscunt intellectum suum.

Isa. 29. 14.

83. Certum est enim, quod omnis scientia intellectualis est sciens, & rediens supra semetipsam sapiente reditione completa & perfecta (*d*); & hoc est dicere, quod sit seipsam cognoscens, & diligens; quod non est, nisi seipsam apprehendat, & judicet. Et hoc ipso nata est apprehendere omnia; quia oportet, quod sit libera, & non alligata, & ideo omnia potens intelligere. Habet enim naturam speculi, & luminis, quæ sunt in omni substantia spirituali, Deo scilicet, Angelo, & Anima (*e*). Sed differunt; quia in Deo sunt hæc distincta sola ratione intelligendi. Est enim speculum, in quantum repræsentat; & lumen, in quantum indicat. In Angelo autem differunt ratione, & natura, sed non tempore; quia non est actus purus, sed mixtus cum potentia. Necessario enim est ibi compositio substantialis, (*f*) & per consequens accidentalis, ut ex actuali, & possibili. Sed in Anima distant ratione, natura, & tempore; cum sit substantia supra tempus, & operatio ejus in tempore, & ideo potentia intelligendi ante actum. Unde habet intellectum agentem, & possibilem (*g*); quia abstractiva est Anima, & judicativa. Abstractio autem non fit a conditionibus materialibus, nisi in beneficio lucis æternæ. (*b*) Similiter & judicium fit, licet cooperetur dispositive lumen Hierarchicum, scilicet Angelicum (*i*). Inde in intellectu nostro concurrit lumen innatum, impressum, & illapsum per essentiam (k), licet non videamus illud. Quod est, quia

Scientia intellectualis quæ.

Natura speculi & luminis in omni substantia spirituali.

(*a*) Contra hunc errorem Averrois L. 3. de anima, ipsemet S. Bonav. Serm. 2. de decem Præceptis ubi ait: *Ponere, quod unus sit intellectus in omnibus, hoc est dicere, quod non sit veritas fidei, nec salus animarum, nec observantia mandatorum.* Et sic ut supra dictum est in fine num. 79. quod *nulla anima salvatur, aut damnatur*, sive *quod nec bonus salvatur, nec malus damnatur*: sicque legendum videtur d. Serm. 2. de decem Præceptis, potius quam ut est in editis: *quod bonus homo damnatur, & malus salvatur.*

(*b*) Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. *Tertius error* (scilicet *de unitate intellectus humani*) *refellitur, quia si homo aliquid distinctum est, habet principia essentiæ suæ propria & distincta.*

(*c*) 2. Dist. 10. art. 2. q. 2. in concl. contra Avicennæ errorem: *Animam quoad superiorem portionem rationis illuminare, solius Dei est proprium, sicut in pluribus locis ostendit Augustinus.* De Philosophis vero, qui secus senserunt, ait ibi q. 1. in concl. quod *non intellexerunt libertatem arbitrii, nec animæ dignitatem, nec beatitudinis sublimitatem.*

(*d*) Hac phrasi utitur D. Bonav. Breviloq. Par. 1. cap. 6. prope fin.

(*e*) Expositi. in cap. 7. Sapien. Serm. sive Collat. 12. in Hexaem. Item 2. Dist. 8. Part. 2. Art. 1. Q. 6. ad opp. ex Dionysio de Ang. Hierarch. cap. 3. in prin. Sed & de *lumine, & speculo mentis nostræ, in quo relucent Divina*, in fine cap. 2. Itiner. ment. in Deum.

(*f*) De hac consulendus ipsemet D. Bonav. in 2. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 1. per tot.

(*g*) De *intellectu agente & possibili in anima* 2. Dist. 24. Par. 1. Art. 2. Q. 4. in concl.

(*b*) De hac Itiner. ment. in Deum cap. 3. & 5.

(*i*) Quonam pacto ad id cooperetur lumen Angelicum, declaratum vide 2. Dist. 10. art. 2. q. 2. in concl.

(*k*) Sic *illabi spiritui rationali est Divinæ substantiæ proprium*, 2. Dist. 8. par. 2. art. 1. q. 2. in concl.

Digitized by Google

quia anima est oppressa mole carnis; & adhuc oculi nostri non sunt sublimati, & sanati. Unde indiget habere lucem æternam, non solum ut medium intelligendi, sed ut objectum (a).

Tertio Intellectus est clavis cœlestium contemplationum. *Eccli* 15. 3.

84. Tertio est clavis cœlestium contemplationum; & iste Intellectus proprie est Donum Spiritus sancti, (b) ex Ecclesiastici quinto decimo: Cibavit illum pane vitæ & intellectus, & aqua sapientiæ salutaris potavit (c) illum. Oportet cibum incipere a pane, & post a potu; ac post panem Intellectus, qui difficile sumitur, quia difficile est excogitare; intrat aqua sapientiæ suaviter in animam sitientem, quia facile est videre, & ruminare excogitatione. De qua aqua Jo. quarto: Aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam (d). Unde sicut terra aratur, seminatur, & multa alia fiunt, antequam sit panis, quæ laboriosa sunt, & postea facile sumitur; sic est de pane Intellectus, & aqua Sapientiæ. (e)

Jo. 4. 14.

Prima clavis Intellectus Verbi increati.

85. Tres autem claves sunt, quarum prima est Intellectus Verbi increati (f), per quod omnia creantur, & ducit in opera conditoris, sive in librum creaturæ. Nullus enim intellectus est, qui possit intelligere, quomodo omnia producuntur; & ideo in ipsum reducuntur, & in omnibus refulget, ex Ep. ad Rom. primo: Invisibilia Dei a creatura mundi per ea, quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus, & Divinitas, scilicet quomodo est origo, & causa omnium. Sed quomodo sit hoc, non videtur intelligibile, quod ab uno sint multa; ab æterno temporalia; ab actualissimo possibilia, & materialia; a stabilissimo mutabilia; a simplicissimo composita; a sublimissimo infima. (g) Hæc enim omnimoda oppositio, & vere nunquam intelliges, nisi habeas clavem Intellectus Verbi increati, quæ est radix intelligentiæ omnium. Sapientia enim mundi vanissima habet profundissimum, quia clausum est ei Verbum increatum, ad Hebr. undecimo: Fide intelligimus aptata esse sæcula Verbo Dei. Verbum est æternum, & exstat plenum rationibus omnium (h), quæ sunt media cognoscendi, & potentiæ operandi; & ideo est principium unum multorum cognoscendi, & producendi, & sic ab uno multa. Quia etiam per dispositionem æternam est productivum omnium, ab æterno dixit nunc creanda, alioquin mutaretur (i); & ideo ab æterno temporalia. Quia etiam repræsentat Patrem, non solum prout est principians de se ipso respectu productionis æternorum, scilicet Spiritus sancti, & suæ, (k) vel de nihilo respectu æviternalium (l); sed ut est principians de aliquo respectu temporalium, possibilium, & materialium; ideo ab æterno temporalia, ab actualissimo possibilia, a spiritualissimo materialia. Et quia etiam est veritas non solum secundum rem, sed etiam secundum definitionem adæquatam rei, & intellectus, quia adæquat rem ad Deum, sicut est secundum substantiam ordinata, tanta, talis, (m) agens, patiens, vel situata, & sic de aliis prædicamentis; (n) hinc sunt a substantialissimo accidentalia, & a sim-

Ad Rom. 1. 20.

Ad Hebr. 11. 3.

Ex Aristotele L. 9. Met. tex. 21. & seq.

(a) Hinc infertur cap. 3. Itinerar. ment. in Deum „ Videre igitur per te potes veritatem, „ quæ te docet, si te concupiscentiæ & phantasmata non impediant, & se tanquam nubes inter te & veritatis radium non interponant. “ In hanc rem videatur quoque cap. 4. ejusdem Itiner. ab initio.

(b) *Donum Intellectus consistit in contemplatione rationali Creatoris, & spiritualis creaturæ*, 3. Dist. 35. Art. 1. Q. 3. in concl.

(c) Sic Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. supra num. 65.

(d) Ibi post prædicta Ecclesiastici verba „ A „ cibo incipiendum est, non a potu. Nisi „ enim homo exerceatur in dono Intellectus, „ non proficit in potu sapientiæ, quæ potata „ ab anima, effundit flumina in eam, & fit ei „ fons aquæ salientis in vitam æternam. “

(e) Pro hoc exemplo de pane d. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. allegatur dictum *S. Francisci*, ac in marg. *Auctor in Legenda vitæ S. Francisci*.

(f) De *Verbo increato; quod est radix intelligentiæ*, eodem Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. nec non de *Verbo increato, quod est Verbum & splendor Patris*, Itiner. ment. in Deum cap. 4.

(g) Sæpe rel. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. Confer. quoque cum Itiner. ment. in Deum in fine cap. 2. & cap. 5.

(h) In Opusc. de reductione artium ad Theologiam, ac Itiner. ment. in Deum cap. 3.

(i) Eod. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. Unde inquit de eo in 2. Dist. 1. Par. 1. Art. 3. Q. 1. ad 1. cum Boet. L. 3. de Consol. Metro 9. *Stabilisque manens dat cuncta moveri.*

(k) Al. tantum *de se ipso respectu Spiritus sancti*; sed ut supra eod. Serm. sive Collat. 3. in Hexaem.

(l) Sive *æviternorum, ut Angelorum, & Animarum* modo cit. Serm. sive Collat.

(m) Al. absque *secundum substantiam, & tanta, talis*.

(n) Al. *prædictis*; sed *prædicamentis* ibi in Hexaem.

Digitized by Google

a ſimpliciſſimo compoſita. Et ſic ſunt aptata ſæcula, ſcilicet multa temporalia, poſſibilia, compoſita, Verbo Dei. Hæc eſt clavis, qua intromittitur contemplatio cœleſtium per aſpectum intellectualem: ut ſicut lux ſolis facit omnes colores, & eo viſo omnia videntur; ſic eſt in Verbo. Et ideo per Verbum neceſſe eſt intelligi omnia eſſe, aliter eſt impoſſibile. Et nobilis clavis eſt iſta, & ideo oportet, quod manu valida non vacillante teneatur. Unde

Auguſtinus de Trinit. L. 1. cap. 2. Auguſtinus: Mentis humanæ acies invalida ad tantum lumen conſurgere non poteſt, niſi fidei ratione emundetur (*a*); ideo dicit: Fide intelligimus &c. (*b*), quia fides aptat ad clavem iſtam: unde

Pſ. 32. 9. Pſal. Ipſe dixit, & facta ſunt; ipſe mandavit, & creata ſunt.

Secunda clavis Intellectus Verbi incarnati.

86. Secunda clavis eſt Intellectus Verbi incarnati, & hæc ducit in opera reparationis, ſive in librum Scripturæ (*c*), Luc. ultimo: Hæc ſunt verba, quæ locutus ſum ad vos, cum adhuc eſſem vobiſcum; quoniam neceſſe eſt impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, & Prophetis, & Pſalmis de me. Tunc aperuit illis ſenſum, ut intelligerent Scripturas (*d*). Quis loquitur? Verbum caro factum. Quæ ſcripta ſunt de eo? Omnia quæ ſunt tam in veteri, quam in novo Teſtamento. Finis

Luc. 24. 44. & ſeq.

Ad Rom. 10. 4.

enim legis Chriſtus ad juſtitiam omni credenti, ſecundum Apoſtolum. Unde in Exodo ſcriptum eſt, quod duo Cherubim reſpiciebant ſe mutuo verſis vultibus in propitiatorium (*e*). Et tunc aperuit illis ſenſum, quando dedit intelligere, omnia reparari per ipſum, quod quidem fit per Verbum incarnatum. Sicut enim liber mundialis creaturæ habet irradiationem a Verbo increato, ita Scriptura ſacra, quæ eſt de operibus reparationis, a Verbo incarnato. (*f*)

Exo. 25. 20.

87. Sed quomodo intelligam Verbum incarnatum? quod eſt nomen ejus? Verbum Dei vocabatur (*g*) nomen ejus Apocal. decimo nono, quod ſpecialius deſcribitur Iſa. nono; Parvulus natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, ſequiturque: Vocabitur nomen ejus Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis. Hæc eſt clavis domus ſapientiæ noſtræ, ſi intelligamus Verbum incarnatum reparativum omnium, ſcilicet cœleſtis, & ſubcœleſtis Hierarchiæ, quæ non poteſt reparari niſi per Hierarcham ſumme præcelſum (*h*) propter multiformitatem naturæ, ſcilicet corporalis, intellectualis, & Divinæ (*i*). Et ideo vocabitur Admirabilis, ut ſit reparativus potentiſſimus; & ſic ab eo ſunt facta

Apoc. 19. 13.

Iſa. 9. 6.

Chriſtus Hierarcha ſummæ præcelſus.

---

xaem. ubi ſic loquitur „ Verbum eſt veritas, „ quæ quidem veritas eſt adæquatio intellectus, „ & rei: illius intellectus dico, qui eſt cauſa „ rei, non mei, qui non eſt cauſa rei. Tunc „ eſt vera adæquatio, quando eſt res ſecundum hanc ſubſtantiam, tanta, talis, ordinata, agens, patiens, ſituata, ſecundum differentias prædicamentorum. Tunc enim veræ res ſunt, quando ſunt in re, vel in univerſo, ſicut ſunt in arte æterna, vel ſicut „ ibi exprimuntur. Res autem vera eſt ſecundum quod adæquatur intellectui cauſandi. “ *Cauſanti* mihi videtur legendum cum Edit. Venet. 1564. Unde poſt pauca concludit „ Ergo neceſſe eſt, ut in verbo Dei, quod eſt „ adæquatio, ſit veritas creaturæ, & in creatura ſimilitudo veritatis &c. “ Per præfata autem *prædicamenta* ab ipſo intelliguntur *Subſtantia*, *Quantitas*, *Qualitas*, *Relatio*, *Actio*, *Paſſio*, *Situs*, *Habitus*, *Ubi*, *Quando*. Et ipſe in Libris Sententiarum ex Ariſtotele ſæpe laudat *Lib. Prædicamentorum*. Nam Ariſtotelis Stagyritæ Peripateticorum Principis *Liber Categoriarum* a noſtratibus Scholaſticis *De Prædicamentis* inſcribitur, uti legere eſt apud Petrum Tataretum in Summulas Petri Hiſpani.

(*a*) Apud cit. Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. *mentis humanæ acies invalida in tam excellenti luce non figitur, niſi per juſtitiam fidei emundetur.* Edit. Maur. *niſi per juſtitiam fidei nutrita vegetetur.*

(*b*) Ut ſupra cit. Epiſt. ad Hebr. 11. 3.

(*c*) Laud. Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. ac Itiner. ment. in Deum cap. 4.

(*d*) Similiter ipſemet S. Bonav. Expoſit. in Luc. ad d. cap. & text.

(*e*) Pariter eodem Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. ubi additur: *Duo Cherubim duo teſtamenta, quorum aſpectus erat in Chriſtum.* Et quod *Chriſtus ſit tanquam propitiatorium ſuper arcam Dei collocatum*, legere eſt Itiner. mentis in Deum cap. 7.

(*f*) Sic Itinerar. mentis in Deum cap. 4.

(*g*) Vulg. *vocatur*; ſed *vocabatur* Comment. in Apocal. ibi.

(*h*) Pariter in eodem Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem.

(*i*) Procem. in Breviloq. de ſublimit. ſacr. Script. *per illum unum Hierarcham Jeſum Chriſtum, qui non tantum ratione naturæ humanæ aſſumptæ, eſt Hierarcha in Eccleſiaſtica Hierarchia, verum etiam in Angelica: & eſt media Perſona in illa ſupercœleſti Hierarchia beatiſſimæ Trinitatis.* Nec non cit. cap. 4. Itinerar. *Qui ſummus etiam Hierarcha eſt, purgans, illuminans, & perficiens Sponſam, ſcilicet totam Eccleſiam, & quamlibet animam ſanctam. De hoc igitur Hierarcha, & Eccleſiaſtica Hierarchia, eſt tota ſacra Scriptura &c.*

Digitized by Google

cta maxima miracula, & omnia quæ in Scriptura ſunt ad ipſum reducenda.

Summe ſenſatus. 88. Per Hierarcham ſumme ſenſatum propter multiformitatem Sapientiæ, ſcilicet innatæ, ſicut habet Angelus (a); infuſæ per ſplendorem glorioſum, quo dotata eſt Anima ab initio (b); æternæ, quæ eſt infinita in ipſo Verbo æterno: (c) & ideo conſiliarius, ut ſit reparans ſapientiſſimus. Et ſic ab ipſo ſunt documenta certiſſima, & omnia dogmata Scripturarum ad ipſum ſunt. *Ad Hebr. 4. 12.* Vivus eſt enim ſermo Dei, & efficax, ad Hebr. quarto.

Summe victorioſus. 89. Per Hieratcham ſumme victorioſum (d) propter multiformitatem potentiæ, ut hoſtes poſſit proſternere, ad *Ad Coloſſ. 2. 13. ac ſeqq.* Coloſſ. ſecundo: Vos cum eſſetis mortui in delictis, & præputio carnis veſtræ, convivificavit cum illo, donans vobis omnia delicta: delens quod adverſus nos erat chirographum decreti, quod erat contrarium nobis, & ipſum tulit de medio, affigens illud cruci: & expolians principatus, & poteſtates traduxit confidenter, palam triumphans illos in ſemetipſo. Vicit enim diabolum, & ſpoliavit infernum, ex Pſal. Attollite portas principes veſtras &c. *Pſ. 23. 7.* Vicit carnem & mundum, aperuit cœlum, & replevit Paradiſum: ut in no- *Ad Philip. 2. 10.* mine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, ad Philip. ſecundo; & ideo vocabitur fortis. Et ſic ab ipſo fortiſſima ſunt præ- *Pſ. 26. 1.* ſidia. Pſal. Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo? Et omnia bella in Scripturis ad ipſum reducuntur. (e)

Summe largus. 90. Per Hierarcham ſumme largum (f) propter multiformitatem influentiæ, *Ad Eph. 4. 7. & ſeq.* ad Epheſ. quarto: Unicuique noſtrum data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti. Propter quod dicit: Aſcendens in altum captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus. Aſcendit enim in cœlum ſicut nubes, ut mitteret nobis pluviam; & ſicut ſol in medio cœli directe oppoſito, ad inflammandum nos Spiritu ſancto, quem in terra dedit inſufflans ad remiſſionem peccatorum. Sed cum fuit in cœlo, miſit per Angelicam Hierarchiam in Eccleſiam, ut erat purgans; & ideo ve- *Act. 2. 2. ac ſeq.* nit ut ſpiritus vehemens. Ut illuminans; & ideo apparuerunt illis linguæ diſpertitæ tanquam ignis. Ut perficiens; & ideo Spiritus ſanctus ſedit ſuper ſingulos eorum (g). Ideoque vocatur Pater futuri ſæculi; quia ab ipſo ſunt omnia dona gratuita, ſive Divina chariſmata, immo omnes influentiæ, quibus vivemus in futuro ſæculo, ex Jac. primo: Omne datum optimum, & *Jac. 1. 17.* omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. Et quicquid dicitur de donationibus influentiarum, ad ipſum refertur, ex Pſal. Rex *Pſ. 67. 13.* virtutum dilecti &c.

Summe juſtus. 91. Per Hierarcham ſumme juſtum propter multiformitatem juſtitiæ infallibiliter inquirentis, irreprehenſibiliter determinantis (h), & irrevocabiliter ſententiantis. Et in his eſt finis cauſſæ. Unde oportuit habere talem, qui retribueret unicuique juxta opera ſua. Iſa. undecimo: Non ſecundum viſionem *Iſa. 11. 3. ac ſeq.* oculorum judicabit, neque ſecundum auditum aurium arguet: ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: & percutiet terram virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Et ideo oportet, quod iſte judex ſit Deus, & homo. (i) Deus, quia non ſecundum viſionem oculorum, neque ſecundum auditum aurium judicabit; cum ſciat intima cordium, quod eſt ſolius Dei. Homo ad pronuntiandam ſententiam; unde dicit: Virga oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. Poteſtatem enim dedit ei Pa- *Jo. 5. 27.* ter judicium facere, quia Filius hominis eſt, ex Jo. quinto. (k) Unde ipſe habet in ſe conſummationem omnium ju-

(a) Eodem Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. *quam habuerunt Angeli, & primus homo &c.*

(b) Ibi *per quam comprehendit glorioſa &c.*

(c) Ibi *per quam comprehendit omnia, tam poſſibilia fieri, quam diſpoſita &c.*

(d) Vid. quoque ibi.

(e) Confer Vol. 1. Comment. de ſac. Script. Myſtet. §. 18. ac Vol. 2. de Scriptur. ſanctar. dignit. & excellent. §. 9.

(f) Jam toties cit. Serm. ſive Collat. in Hexaem. *largiſſuus* dicitur.

(g) Ibi „ Fuit autem Chriſtus per miſſionem „ Spiritus ſancti Hierarcha purgans: Factus „ eſt repente de cœlo ſonus tanquam adveniens „ tis ſpiritus vehementis; ecce purgatio. Hie„ rarcha illuminans: Apparuerunt illis diſper„ titæ linguæ tanquam ignis; ecce illuminatio. „ Hierarcha conſummans: Seditque ſuper ſin„ gulos eorum; ecce perfectio &c.“ Vulg. non habet *ſuper ſingulos*, ſed *ſupra ſingulos*.

(h) Ibi *diſcutientis*.

(i) 4 Diſt. 48. Art. 1. Q. 1. per tot.

(k) Vide Comment. in Jo. Evang. cap. 5. num. 344.

Digitized by Google

juſtitiarum, quia etiam omnia obliqua rectificat ordinando; & ideo vocatur princeps pacis; quia ab ipſo omnia judicia infallibilia, & omnia dona, & ſtipendia in Scripturis ad ipſum referuntur; & ſic Cherubim verſis vultibus reſpiciebant ſe in propitiatorium. Hæc autem eſt clavis David, quæ aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit, Apocal. tertio, & Iſa. vigeſimo ſecundo; quia ſine hac nihil intelligis in Scriptura. Et ſicut per Verbum increatum intelligimus creaturam, & illud uno aſpectu videbimus in patria; ſic quodammodo omnia reparat Verbum incarnatum.

Exo. 25. 20. *Apoc.* 3. 7. *Iſa.* 22. 22.

92. Tertia clavis eſt Intellectus Verbi inſpirati (*a*), quo revelantur omnia, & hoc ducit in ſpeculam revelationis, ſive in illius conſcientiæ ſublimitatem. Dan. decimo: Intellexit ſermonem: intelligentia enim opus eſt in viſione. Quia ut ille ſplendor æternus, & vapor omnipotentis Dei intret eſſentiam animæ, & ſuavitas illa ſentiatur, & ſic de aliis, non intelliges. Unde dedit Deus Danieli intelligentiam omnium viſionum, ſcilicet corporalium, imaginariarum, & intellectualium (*b*), per inſpirationem Verbi ſui, quod eſt in ſinu Patris, & habitavit in utero Virginis, & illabitur animabus noſtris, ut faciat intelligere. Sed aliter, & aliter in has ducit intelligentias ſecundum varias profundationes (*c*), & contemperationes, ſecundum quas radius ſuperſubſtantialis perficiens intrat in animam, & ducit in Deum, ſecundum Dionyſium de Angelica Hierarchia in principio, ubi innuit, quod radius ille (*d*) deſcendens per Angelos in homines, & iterum reaſcendens in Scripturis, etiam analogice procedens, unus eſt, & diverſificatur tantum ſecundum diverſas profundationes & (*e*) contemperationes in ſuſcipientibus (*f*). Unde oportet per Scripturas, & Angelos diſponi, uſquequo veniatur per ſe ad radium ſuperſubſtantialem (*g*). Et ſic patet de Dono Intellectus, qui eſt triplex, ut viſum eſt; quod facit radius ſuperſubſtantialis per Verbum ipſum triforme. *Benedicam* igitur *Dominum, qui tribuit mihi intellectum*. Amen. *Pſ.* 15. 7.

Tertia clavis Intellectus Verbi inſpirati.

Dan. 10. 1.

Dionyſius de Angel. ſive Cœleſt. Hierarch. c. 1. *in princ.*

Sermo octavus de Dono Sapientiæ.

93. *Si conſurrexiſtis cum Chriſto, quæ ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram*, ad Coloſſ. tertio. In verbis his hortatur nos Apoſtolus adipiſci Donum veræ Sapientiæ. Et hoc dupliciter, primo quidem veram Sapientiam ſuadendo, cum dicit: *quæ ſurſum ſunt ſapite*; ſecundo vanam diſſuadendo cum addit: *non quæ ſuper terram*. Sic enim duplex eſt aſpectus animæ, ſcilicet ad temporalia, & ad æterna. Sic & duplex affectus, & duplex Sapientia, ſcilicet æterna, quæ deſurſum eſt; & temporalis, quæ deorſum, ex Jac. tertio: Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones ſunt (*h*) in cordibus veſtris: nolite gloriari, & mendaces eſſe adverſus veritatem. Non eſt (*i*) iſta ſapientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Et ſequitur: Quæ autem deſurſum eſt Sapientia, primum quidem pudica eſt &c.

Ad Coloſſ. 3. 1. *ac ſeq.*

Diviſio.

Diſtinctio.

Jac. 3. 14. *ac ſeq.*

Ibi 17.

94. Primo videamus diſſuaſionem vanæ ſapientiæ, ut per hoc melius donum veræ Sapientiæ agnoſcamus. Dicit ergo: *ſapite, non quæ ſuper terram*. Vana enim ſapientia eſt terrena, animalis, diabolica. Terrena, quæ conſiſtit in abundantia terrenarum opulentiarum, primæ ad Cor. primo: Perdam ſapien-

Dilatatio diſſuaſionis vanæ ſapientiæ, quæ terrena eſt.

Sapientia terrena quæ.

1. *ad Cor.* 1. 19. *ac ſeq.*

(*a*) De hoc quoque *Verbo inſpirato* cap. 4. Itinerar. mentis in Deum, fuſiuſque eodem Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem.

(*b*) De his ex S. Auguſtino Vol. 2. in Expoſit. Prologi Gilberti ſuper Apocal. §. 18.

(*c*) Al. *perfundationes*.

(*d*) De hoc *Divino radio* ex Dionyſio ibi toties cit. Serm. ſive Collat. 3. in Hexaem. nec non de Eccl. Hierarch. par. 1. cap. 1.

(*e*) Al. ſine *profundationes &*.

(*f*) Serm. ſive Collat. 12. in Hexaem. *Sicut radius intrans per feneſtram diverſimode coloratur, ſecundum colores diverſos diverſarum partium vitri; ſic radius Divinus in ſingulis creaturis diverſimode, & in diverſis proprietatibus refulget*. Item quo pacto Divinus radius trifariam ſuſcipiatur, inter opuſc. ſub S. Bonav. nomine in Myſt. Theol. de Via illuminativa cap. 2. partic. 1.

(*g*) De hoc quoque *radio*, qui etiam *ſupereſſentialis* dicitur, in Ligno Vitæ Tit. *Jeſus fontalis radius*.

(*h*) Vulg. *ſint*; ſed *ſunt* etiam Codd. noſtri Bernard. 39. ac 40. atque tertius Epiſc. Biblioth. Trident. nec non Hugo Card. Lyran. ac Edit. Biblior. Colon. 1527.

(*i*) Vulg. addit *enim*; ſed omittitur *enim* etiam Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. ubi idem textus ſimiliter declaratur.

Digitized by Google

sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens, ubi scriba, ubi conquisitor hujus sæculi? Nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi? Perdam, inquit, quia non est vera: sapientes enim sunt, ut faciant mala, bene autem facere nescierunt, Jer. quarto. Perdidit autem eam, cum in cruce nudus pro nobis voluit crucifigi. Stultam vero fecit Deus sapientiam hujus mundi, quia per stultitiam prædicationis placuit Deo salvos facere credentes. Nos autem prædicamus Christum crucifixum Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ut ibidem ad Cor. dicitur. Vel stultam fecit eam, cum a mundo stultus voluit reputari. Prov. trigesimo: Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Stultus enim fuit in reputatione hominum in contemptu terrenorum; stultior in sustinentia tribulationum; stultissimus in consummatione passionis in cruce (a).

Jer. 4. 22.

1. ad Cor. 1. 21. ac 23.

Prov. 30. 2.

Quæ animalis est.

95. Animalis, quæ consistit in experientia sensualium delectationum, secundæ ad Cor. primo: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo. Item ad Rom. octavo Non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum: Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt, sapiunt. Et sequitur ibidem: Prudentia carnis mors est; prudentia autem spiritus vita, & pax: quoniam sapientia carnis inimica est Deo: qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.

2. ad Cor. 1. 12.

Ad Rom. 8. 4. ac seq.

Ibi 6. ac seq.

Quæ diabolica est.

96. Diabolica, quæ consistit in petulantia mundialium (b) excellentiarum, primæ ad Cor. tertio: Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim: Comprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum: Dominus novit cogitationes hominum (c), quoniam vanæ sunt. Nemo itaque glorietur in hominibus: quia, sicut dicitur eadem epistola cap. primo: Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Et sequitur: Quæ stulta sunt mundi, elegit Deus ut confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non sunt, ut ea, quæ sunt, destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus.

1. ad Cor. 3. 18. ac seqq.

1. ad Cor. 1. 25.

Ibi 27. ac seqq.

97. De conversantibus in his tribus conqueritur Apostolus ad Philip. tertio: Multi ambulant, quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi; quorum finis interitus; hoc propter diabolicam: quorum Deus venter est; hoc propter animalem: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt; hoc propter terrenam. Has perdidit Christus, qui earum contraria eligens, scilicet paupertatem, acerbitatem, & vilitatem, pauperrime, acerbissime, & abjectissime pro nobis voluit crucifigi, Isa. quinquagesimo tertio: Et nos reputavimus (d) eum quasi leprosum, & percussum a Deo, & humiliatum. Hanc ergo sapientiam terrenam, animalem, diabolicam moriens suffixus in cruce docuit despicere tanquam vanam, quam etiam Apostolus dissuadet dicens: *Sapite, non quæ super terram.*

Objurgatio Apostoli contra his tribus addictos. *Ad Philip. 3. 18. ac seq.*

Isa. 53. 4.

98. Sed Christus resurgens docet nos appetere veram Sapientiam, quæ desursum est, sive cœlestem. Et hanc Apostolus persuadet inquiens: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite.* Quasi dicat: Christum resurgentem sequimini quærendo sapientiam cœlestem; seu quæ desursum est, de qua dicitur Ecclesiastes secundo: Transivi ad contemplandam sapientiam, erroresque, & stultitiam: sequiturque. Et vidi quod tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux a tenebris. Hæc enim Sapientia tanquam datum optimum, & donum perfectum descendit a Patre luminum, ut lux, ad nostram potentiam cognoscitivam illustrandam; & hoc per

Dilatatio suasionis veræ Sapientiæ, quam Christus resurgens nos docet appetere.

Eccle 2. 12. ac seq.

(a) Pariter cit. Serm. sive Collat. 2. in. Hexaem.

(b) De hujusmodi adjectivo, quod apud D. Bona. pluries legere est, satis jam dictum.

(c) Vulg. *sapientium*; sed Lyran. *sapientium al. hominum*. Et *hominum* Cod. Biblioth. Episc. Tridentin. 58.

(d) Vulg. *putavimus*; sed *reputavimus* duo nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40. Confer Comment. in Apocal. cap. 6. num. 436.

Digitized by Google

Verbum inſpiratum: ad noſtram potentiam affectivam lætificandam; & hoc per Verbum incarnatum: ad noſtram potentiam operativam corroborandam; & hoc per Verbum increatum.

Sapientia lux, illuminativa.

99. Primo eſt ut lux illuminativa reſpectu noſtræ cognoſcitivæ. ex Sap. ſeptimo: Candor eſt lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius. Et ſequitur: Neminem enim diligit Deus, niſi eum, qui cum Sapientia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum luci comparata invenitur prior. Hinc facit animam pulchriorem cœlo, unde initio dicitur, quod anima juſti ſedes eſt Sapientiæ (a). Ipſa enim Sapientia inſtar ſolis dat animæ lumen reſpectu cognoſcendorum, inſtar lunæ reſpectu agendorum, inſtar ſtellarum reſpectu contemplandorum.

Sap. 7. 26.

Ibi 28. *ac ſeq.*

Ibi 27.

Anima juſti ſedes eſt Sapientiæ.

Sapientia lux lætificativa.

100. Secundo eſt lux lætificativa reſpectu noſtræ affectivæ, Eccleſiaſtici quadrageſimo: Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper utraque dilectio ſapientiæ. Illa enim lætificat ab exteriori per ſpecies, quæ non ſunt veritas rei, ſed ſimilitudo extra, ideo phantaſticæ: ſed Sapientia maxime æterna vere lætificat per eſſentiam; eſt enim ibi unio ſecundum rem; ideo Sapiens Sap. octavo: Hanc amavi, inquit, & exquiſivi a juventute mea, & quæſivi ſponſam mihi (b) aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. Et ſequitur: Sed & omnium Dominus dilexit illam. Et cap. ſeptimo dicitur: Super ſalutem, & ſpeciem dilexi eam (c). Unde Philoſophus dicit, quod Sapientia habet maximam delectationem, quia ibi fit anima conformis ſuo principio (d).

Eccli 40. 20.

Sap. 8. 2.

Ibi 3.

Sap. 7. 10.

Philoſophus ſive Ariſtoteles 7. Eth. & 1. Metaph.

Sapientia lux corroborativa.

101. Tertio eſt ut lux corroborativa reſpectu noſtræ operativæ, ex Eccleſiaſtes ſeptimo: Sapientia confortavit ſapientem ſuper decem principes civitatis. Vult dicere, quod nulla virtus creata tantum corroborat, quantum Sapientia. Unde Sap. decimo: Certamen forte dedit illi, ut vinceret, & ſciret quoniam omnium potentior eſt ſapientia. Et ſic apparent iſta tria per quæ fit anima domus Dei pulchra, amœna, & robuſta. Unde Matth. ſeptimo: Omnis qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſſimilabitur viro ſapienti, qui ædificavit domum ſuam ſuper petram &c. Immo ædificavit, quia ſicut dicitur Prov. nono: Sapientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem. Et cap. octavo ipſa Sapientia dicit: Et deliciæ meæ eſſe cum filiis hominum. Cooperemur ergo ei, ut ædificet in nobis domum, & excidat has ſeptem columnas.

Eccle 7. 20.

Sap. 10. 12.

Matth. 7. 24.

Prov. 9. 1.

Prov. 8. 31.

Septem columnæ Sapientiæ.

102. Sed quæ ſunt iſtæ columnæ? Sacra Scriptura innuit Jac. tertio: Quæ autem deſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, bonis conſentiens, plena miſericordia, & fructibus bonis, non judicans (e), ſine ſimulatione. Attende ad has columnas, ſi poſſis eas habere, ut ædifices domum Sapientiæ in corde tuo: omnia enim alia Dona Spiritus ſancti ſunt ordinata ad hanc domum ædificandam. Iſtæ igitur ſeptem columnæ ſunt pudicitia in carne, innocentia (f) in mente, moderantia (g) in ſermone, ſuadibilitas in affectu, maturitas in judicio, & ſimplicitas (h) in intentione.

Jac. 3. 17.

Septem columnæ domus Sapientiæ.

Prima columna pudicitia in carne.

103. Primum quidem pudica eſt per pudicitiam in carne, quæ eſt prima columna, Sap. primo: In malevolam ani-

Sap. 1. 4.

(a) Vide in S. Bernardi Opera, in quibus hæc ſententia frequens eſt, Mabillonii not. 289. ubi prædicta fit allegatio *Sap.* 7. 27. Conſule ſis tamen & S. Gregor. Moral. Lib. 29. cap. 28. num. 55. atque L. 2. in Evang. Hom. 38. n. 2. una cum not. Maurin. nec non d. Comment. S. Bona. in Apocal. cap. 4. num. 266.

(b) Vide Tractat. de Studio Divinar. Literar. §. 43.

(c) Vulg. *illam*; ſed *eam* Expoſit. in d. cap. & text. ac Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. ubi ſimiliter differit: nec non duo Codd. noſtri Bernardin. 21. & 40. nec non tertius Biblioth. Epiſc. Trid. 58. Hugo Card. ac Lyran.

(d) Adeoque eſt *conjunctio convenientis cum convenienti cum ſenſu ejuſdem*, in quo (eodem Philoſopho ibidem auctore) *delectatio* conſiſtit. 3. Diſt. 35. art. 1. q. 1. in concl. ubi & aſſeritur, quod prout *eſt unum ex ſeptem Donis Spiritus ſancti, ejus actus conſiſtit in deguſtando Divinam ſuavitatem. Et quoniam ad guſtum interiorem, in quo eſt delectatio, neceſſario requiritur actus affectionis ad conjungendum, & actus cognitionis ad apprehendendum; hinc eſt quod actus Doni Sapientiæ partim eſt cognitivus, & partim eſt affectivus: ita quod in cognitione inchoatur, & in affectione conſummatur, ſecundum quod ipſe guſtus, vel ſaporatio eſt experimentalis boni, & dulcis cognitio.*

(e) Vid. infra num. 108.

(f) In d. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. ubi itidem recenſentur, *ſimplicitas*.

(g) Ibi *modeſtia*. Vox *moderantia* videri poteſt in Gloſſar. Ducang.

(h) Ibi *ſanctitas*.

Digitized by Google

animam non introibit ſapientia, nec in corpore ſubdito peccatis. Et cap. octavo: Ut ſcivi quoniam aliter non poſſum (a) eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientia (b), ſcire cujus eſſet hoc donum. In corpus enim impudicum non intrat ſapientia. Unde cum B. Gregorius Nazian. Athenis ſtuderet, in lecto ſuo vidit Dominam quamdam, & duas ancillas ejus pulchras, quas cum horreret, & repelleret; Domina, quæ maturior videbatur, dixit: Non venimus ad te corrumpendum; ego enim ſum Sapientia, ancillæ iſtæ humilitas, & caſtitas: deſponſa me, & iſtæ erunt tecum; aliter nec ego tecum ero: non enim vera caſtitas, niſi ex humilitate (c). Hæc ergo eſt principalis columna domus Sapientiæ. Et per contrarium impudicitia eſt in ruina. Unde Prov. vigeſimo: Luxuriosa res vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicumque his delectatur, non erit ſapiens. Et Eccleſiaſtici decimo nono: Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguunt (d) ſenſatos: & qui ſe jungit fornicariis, nequam erit: putredo, & vermes hæreditabunt illum: & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus. Eſt exemplum terribile in Salomone ſummæ ſapientiæ viro, qui propter mulieres adoravit idola. Quare Eccleſiaſtici quadrageſimo ſeptimo: Inclinaſti femora tua mulieribus: poteſtatem habuiſti in corpore tuo, dediſti maculam in gloria tua, & profanaſti ſemen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & in ceteris (e) ſtultitiam tuam, ut faceres imperium bipartitum. Permiſit autem Dominus cadere Salomonem, ut omnis ſapiens caveret a mulieribus; caveri vero debent, quia nullus ſapiens biberet libenter vinum oblivionis omnis boni.

Sap 8. 21. — Visio Gregorii Nazianzeni. — Non eſt vera caſtitas, niſi ex humilitate. — Prov. 20. 1. — Eccli 19. 2. ac ſeq. — Exemplum terribile de caſu Salomonis. — Eccli 47. 21. ac ſeqq.

104. Deinde pacifica: ecce ſecunda columna, quæ eſt innocentia in mente per tranquillitatem; pax enim eſt tranquillitas ordinis (f) per obedientiam ad ſuperiorem, æqualitatem ad parem, juſtam præſidentiam ad inferiorem. Eccleſiaſtici tertio: Filii ſapientiæ, eccleſia juſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio. Judicium patris audite filii, & ſic facite, ut ſalvi ſitis. Et Prov. quartodecimo: Qui patiens eſt, multa gubernatur ſapientia: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam. Jac. etiam tertio: Quis ſapiens, & diſciplinatus inter vos? Oſtendat ex bona converſatione operationem ſuam in manſuetudine ſapientiæ. Concupiſcentia enim, & furor ſunt primo contra Sapientiam.

Ut ſapientes a mulieribus caveant. — Secunda columna innocentia in mente. — Eccli 3. 1. ac ſeq. — Prov. 14. 29. — Jac. 3. 13.

105. Modeſta: hæc eſt tertia columna quæ eſt moderantia in ſermone. Eccleſiaſtici vigeſimo: Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem, & imprudens non ſervabit (g) tempus. Et Eccleſiaſtes octavo: Tempus, & reſponſionem cor ſapientis intelligit. Oportet enim, quod homo multum caveat ſermoni, qui eſt gladius lædens loquentem, & proximum per verbum ſcandali. Te nanque non lædo, niſi prius lædar in ſermone, juxta

Tertia columna moderatio in ſermone. — Eccli 20. 7. — Eccle 8. 5.

(a) Vulg. *non poſſem*; ſed *non poſſum duo noſtri* Codd. Bernard. 21. ac 40. & tertius Biblioth. Epiſc. Trid. 58. ac Goth. apud Blanchin. Hugo Card. Edit. Biblior. Nurnbergen. 1478. ac ipſemet S. Bona. Expoſit. in d. cap. & text.

(b) Vulg. *ſapientiæ*; ſed *ſapientia* etiam dicti noſtri Codd. Bernardin. Lyran. & antiquæ Biblior. Editiones Biblioth. noſtræ Bernardin. & Gentilott. Edit. Venet. 1481. Biblioth. Grieſen. *ſumma ſapientia*.

(c) In Serm. ſive Collat. 2. *Caſtitas & humilitas ſunt pediſſequæ ſapientiæ*, juxta viſionem Gregorii Nazianzeni. Quod *ut caritas detur, humilitas meretur*, inquit etiam cum S. Bernardo Phar. Lib. 4. cap. 12.; quodve ipſa *virginitas non placeat Deo ſine humilitate*, adſeverat cum eodem S. Bernardo cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror. Vid. Tract. de Vit. myſt. cap. 17. num. 57. Porro prædicta narratio viſionis Gregorii Nazianzeni multum diſcrepat a viſione duarum puellarum, quæ refertur in ejuſdem Vita Auctore Cæſare Baronio cap. 1. num. 11. apud Bolland. Continuat. in Act. Sanct. die 9. Maii. Minus tamen a viſione, quam deſcribit Petrus de Natalibus Epiſcopus Equilinus in Catalogo Sanctorum Lib. 2. cap. 69. *De S. Gregorio Nazianzeno*. Vide Cornel. a Lap. Comment. in cap. 1. Eccleſiaſtici ſub ver. 15. ex Ruffino, Baronio, & aliis in ejus Vita, in cap. 27. ſub ver. 10. nec non in cap. 51. ſub ver. 27.

(d) Vulg. *arguent*; ſed *arguunt* præfati quoque Codd. Bernardin. & Biblioth. Epiſc. Hugo Card. Lyran. & antiquæ Biblior. Editiones.

(e) Vulg. *incitari*; ſed itidem *in ceteris* prædicti Codd. Bernardin. & Biblioth. Epiſc. Hugo Card. Lyran. & antiquæ Biblior. Editiones Biblioth. noſtræ Bernardin. Gentilott. & Grieſen.

(f) Sic S. Aug. Lib. 19. de Civ. Dei cap. 13.

(g) Vulg. non *ſervabunt*; ſed *non ſervabit* Hugo Card. antiquioreſque Biblior. Editiones prædict. Bibliothecar.

Digitized by Google

Eccli 20. 5. ta Ecclesiastici vigesimum: Est tacens, qui invenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendum. Et Prov. decimo septimo dicitur: Stultus quoque si tacuerit, reputabitur sapiens: & si compresserit labia sua, intelligens; scilicet per modestiam in sermone: sermo enim exprimit sapientiam. Unde Heva si tacuisset, nec dixisset serpenti quod quærebat, non fuisset seducta. Ideo Pythagoras docuit, quod discipuli in scholis tacerent. Et Cato tradidit:

Prov. 17. 28.

Gen. 3. 1. & seqq.

Pythagoras apud Sidon. L. 7. Epist. & apud Hug. Vict. in Didascal. L. 3. Cato vel quisquis alius sub ejus nomine in Parænes. suum.

Virtutem primam dico compescere linguam.

Ad Eph. 4. 29. Propter quod Apostolus ad Ephes. quarto ait: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat; sed si quis bonus est (*a*) ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et Ecclesiastes decimo: Verba oris sapientis gratia: & labia insipientis præcipitabunt eum.

Eccle 10. 12.

Quarta columna suadibilitas in affectu.

106. Additur quarta columna domus Sapientiæ: Suadibilis, bonis consentiens: quæ est suadibilitas in affectu, sive benignitas; e contrario autem malignitas, ex Sap. primo: Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum (*b*) a labiis suis; hoc est quia bona facit amari, & appretiari. Quanto enim quis sapientior est, tanto suadibilior. Prov. vigesimo quinto: Inauris aurea, & margarita (*c*) fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Sicut enim ornamentum auris optime ornat; sic & verbum dictum sapienti, qui semper pro bono recipit, cum corripitur, & assentiens ornatur: sed stultus conculcat verbum reprehensionis, Prov. nono: Noli arguere derisorem, ne oderit te: argue sapientem, & diliget te. Melius est enim a sapiente corripi, quam stultorum adulatione decipi.

Sap. 1. 6.

Prov. 25. 12.

Prov. 9. 8.

Eccle 7. 6.

Quinta columna liberalitas in effectu.

107. Plena misericordia, & fructibus bonis, ea est quæ describitur quinta columna; quæ est liberalitas in effectu, ex Matth. septimo: A (*d*) fructibus eorum cognoscetis eos. Et Prov. ultimo: Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus: & præmisit ibidem: Manum suam aperuit inopi: ecce misericordia. Et quæ docet misericordiam, docet etiam opera utilia, Sap. tertio: Bonorum laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit (*e*) radix sapientiæ. Opera autem misericordiæ sunt maxime fructuosa, quam principaliter habere debent Prælati. Act. sexto: Considerate, fratres, viros ex vobis boni testimonii septem plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus: ut scilicet ministrarent unicuique, secundum quod opus erat, sicut servus fidelis, & prudens, ne projiciatur in tenebras exteriores, Matth. vigesimo quinto, & sicut fuerunt illi magni Archidiaconi Stephanus & Laurentius, Ad Gal. vero sexto: Quæ enim seminaverit homo, hæc & metet. Et male faceret homo, qui poneret grana in sacco, & non spargeret in terram. Sicut autem misericordia est Sapientia, ita avaritia est ejus inimica juxta illud Deuter. sextodecimo: Munera excæcant oculos sapientum; & mutant verba justorum: ac Matth. decimo nono: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.

Matth. 7. 20.

Prov. 31. 26.

Ibi 20.

Sap. 3. 15.

Act. 6. 3.

Matth. 25. 30.

Magni Archidiaconi Stephanus & Laurentius.

Ad Gal. 6. 8.

Deut. 16. 19.

Matth. 19. 24.

Sexta columna maturitas in judicio.

108. Non judicans: hæc est vera litera, licet aliquis habeat sine negatione (*f*), ubi tangitur sexta columna, quæ est maturitas in judicio, ne scilicet

---

(*a*) Vulg. non habet *est*; sed *est* habent quoque duo nostri Codd. Bernardin. 39. ac 40. & tertius Biblioth. Episc. 58. nec non Goth. apud Blanchin. Hugo Card. Lyran. ac Biblior. Editiones Basileen. 1509. ac Colonien. 1527.

(*b*) Vulg. *maledicum*; sed *maledictum* pariter habet Cod. noster Bernardin. 21. Hugo Card. Lyran. & antiquæ Biblior. Editiones Biblioth. nostræ Bernardin. Gentilott. ac Griesen. ac ipsemet S. Bonav. Exposit. in cap. 1. Sap.

(*c*) Vulg. *margaritum*; sed *margarita* duo similiter nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40. Hugo Card. Lyran. nec non antiquæ Bibliorum Editiones præfat. Bibliothecar. Ita & in cit. Cod. Biblioth. Episc. Trid. *margarita*: sed in marg. *al. margaritum*.

(*d*) Vulg. *ex*; sed *a* etiam perantiquus Cod. noster Bernard. 39. Forojulien. apud Blanchin. ac ipsemet S. Bonav. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(*e*) Vulg. *concidat*; sed *concidit* idemmet S. Bonav. Exposit. in cap. 3. Sap.

(*f*) Ita Seraphicus Interpres noster multo ante Marianam dicentem „ *Non judicans*, id est, „ condemnans.... Quidam legunt: *Judicans sine simulatione*, sed male. Græc. & Syr. reclamant. “ Profecto vel apud nos legunt: *Judicans sine simulatione* Cod. noster Bernardin. A. 11. 39. aliusque item Bernard. A. 1. 40. Insuper Hugo Card. atque Lyran. nec non Edit. Biblior. Venet. 1481. Biblioth. Griesen. &c. Sed reclamant Cod. Biblioth. Episc. Trid. 58. & Edit. Colo-

Digitized by Google

cet judicet temerarie. Eccleſiaſtici decimo: Judex ſapiens judicabit populum ſuum; ſuum, inquam, ſuper quem auctoritatem habeat, & non tranſcendat auctoritatem, in alienum judicando, vel in ſuum male cenſendo; ſed habeat zeli rectitudinem, & notitiæ claritatem, ex Pſal. Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: lex Dei ejus in corde ipſius, & non ſupplantabuntur greſſus ejus. Qui ſcilicet juſto zelo movetur ad omnia, omne bonum approbando, & omne malum reprobando. Amor autem, & odium pervertunt judicium. Unde Job decimo ſeptimo dixit amicis ſuis, qui eum putabant hypocritam, ſic: Convertimini, & venite, & non inveniam in vobis ullum ſapientem. Arguebant enim ſic: Deus non punit juſtum; ſed te punit: ergo tu non es juſtus. Unde falſum de Deo ſentiebant. Habere ergo auctoritatem, zelum, & certitudinem in judicando eſt magna Sapientia.

Eccli 10. 1.

Pſ. 36. 30. *ac ſeq.*

Amor & odium pervertunt judicium.

Job 17. 10.

Habere auctoritatem, zelum, & certitudinem in judicando, magna Sapientia eſt.

109. Sine ſimulatione, ſequitur ſeptima columna, quæ eſt ſimplicitas in intentione, in qua eſt conſervatio totius ædificii iſtius domus; unde Salomon, tertii Reg. decimo: Fecit thronum de ebore grandem, & veſtivit eum auro fulvo nimis, qui habebat ſex gradus, per quos ſex columnæ præcedentes deſignantur. Et ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori; quæ erat in figura hujus columnæ omnia conſummantis, ſcilicet ſimplicitatis in intentione. Hinc Eccleſiaſtes ſexto: Quid habet amplius ſtulto ſapiens (*a*)? Et quid pauper, niſi ut pergat illuc, ubi eſt vita? Stultus autem in tenebris morabitur, quæ intendit. Propter hoc dicitur: Quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram: ut unum ſcilicet promiſſum intendamus, & hoc ſurſum, ubi Chriſtus (*b*) eſt fundamentum, ex primæ ad Cor. tertio: Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus (*c*), id eſt, fides ejus, ut dicit Gloſſa. Homo enim contrario modo ſe habet arbori in radice; arbor enim habet radicem deorſum, homo ſurſum: & ædificium ſpirituale habet fundamentum ſurſum (*d*), ſed animale deorſum. Surſum eſt, ubi Chriſtus eſt complementum, ex Epiſt. ad Coloſſ. ſecundo: In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi. Propter quod Eccleſiaſtes ſecundo: Sapientis oculi in capite ejus: ſtultus in tenebris ambulat. In capite, id eſt, in Chriſto, ex Jo. decimo ſeptimo. Hæc eſt vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum (*e*).

Septima columna ſimplicitas in intentione.

3. *Reg.* 10. 18.

Ibi 19.

Eccle 6. 8.

1. *ad Cor.* 3. 11.

Gloſſa. interlin. & ordinat.

ad Coloſſ. 2. 3.

Eccle 2. 14.

Jo. 17. 3.

SE-

Colonien. 1527. &c. Hinc emendandus error noviſſimæ Edit. Venetæ Tom. 8. ubi pag. 33. col. 1. legitur: *Judicans ſine ſimulatione*, cum tamen paulo ante pag. 32. col. 1. diſertiſſime habeatur vera Vulgatæ lectio: *Non judicans, ſine ſimulatione.*

(*a*) Sic Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. ac Expoſit. in Eccleſiaſten cap. 6. Cod. noſter Bernard. 40. Hugo Card. Lyran. Vulg. vero: *Quid habet amplius ſapiens a ſtulto?*

(*b*) Ad *Chriſtum* ferre prædictos *ſex gradus throni Salomonis*, ait etiam S. Bonav. cap. 7. Itiner. ment. in Deum.

(*c*) Hunc circa textum ad hoc ipſum propoſitum adhibitum, videri poteſt S. Gregorius Moral. Lib. 28. cap. 12. num. 31.

(*d*) Confer 4. Diſt. 22. Ar. 3. Q. 1. in concl. nec non infra Ser. 7. de Laude melliſ. Nom. D. N. J. C. ab init.

(*e*) Sic Expoſit. in Eccleſiaſten cap. 2. & 6. Et quoad prædicta omnia Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem. Et his Collat. Præd. ſive Ser. finis imponendus illa clauſula, quæ eſt in fine Ligni Vitæ, quæve ſic ſonat „ Oramus igitur „ clementiſſimum Patrem, per te Unigenitum „ ejus pro nobis hominem factum, crucifixum, „ & glorificatum, ut de theſauris ſuis mittat „ in nos Spiritum gratiæ ſeptiformis, qui ſu„ per te in omni plenitudine requievit: Spiri„ tum, inquam, Sapientiæ, quo fructum Ligni „ vitæ, quod vere tu es, videlicet ſapores vi„ vificos, deguſtemus. Donum etiam intellectus, „ quo mentis noſtræ contuitus illuſtrentur. Do„ num conſilii, quo poſt tuorum veſtigia greſ„ ſuum, rectarum ſemitarum itineribus inceda„ mus. Donum fortitudinis, quo impugnan„ tium hoſtium violentias enervare poſſimus. „ Donum ſcientiæ, quo ſacræ doctrinæ tuæ re„ pleamur fulgoribus ad diſcretionem boni, & „ mali. Donum pietatis, quo induamur mi„ ſericordiæ viſcera. Donum timoris, quo „ recedentes ab omni malo, æternæ majeſtatis „ tuæ pondere tranquillemur. Hæc enim nos „ in illa ſacra tua, quam nos docuiſti, oratione „ petere voluiſti. Hæc & nunc per Crucem „ tuam petimus obtinere, ad laudem Sanctiſſi„ mi nominis tui. Cui cum Patre, & Spiritu „ ſancto omnis ſit honor & gloria, gratiarum „ actio, decus & imperium, per infinita ſæcu„ la ſæculorum. Amen. “

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
SERMONES
DE LAUDE MELLIFLUI NOMINIS D. N. J. C.

ADMONITIO.

OPuſculum hoc, ut ut ſtilo a pluribus aliis Bonaventurianis aliquanto diverſum, multa comprobant adhuc D. Bonaventuræ *adſcribendum. Quandoquidem ſcite monuit* Joan. Mabillonius *ſiquis alius in diſcernendis legitimis a ſpuriis Operibus verſatiſſimus* Tract. de Stud. Monaſt. To. 2. cap. 13. Unius & ejuſdem Auctoris ſtylus multifarius quandoque dignoſcitur; in aliquo nanque interdum Opere, qua elegantior, qua negligentior apparet: quemadmodum in Patrum Homiliis ſæpe notatur. Præterea unus idemque Auctor jam ætate confectus, videtur ſibi ipſi, cum adhuc junior eſſet, plerumque diſſimilis. *Non ergo ſtili diverſitas, majorque elegantia, argumento eſſe debent ad abjudicandum eidem* D. Bonaventuræ *hujuſmodi Opuſculum, niſi conditiones, & conjecturæ reliquæ interſint. Hæ autem potius nos cogunt, ut illud eidem adjudicemus, nempe præter* Pariſienſe *duo alia bonæ notæ* Manuſcripta, *unum* Vindobonenſe, *alterum* Lambacenſe, *ad quorum normam illud nunc primum producemus; Auctorum teſtimonium, eorum ſcilicet, qui illarum inſignium Bibliothecarum Catalogos texuerunt; atque uniformitas doctrinæ, & opinionum. Quodve non officiat prædicta ſtili diverſitas; vel inde patet, quia non eſt tanta, quin ſtilus ipſe, quantumvis elegantior, modo Scholaſticum, modò Myſticum, modo etiam quoad ſimiliter deſinentia, aliaque* Bonaventurianum *ſe prodat. Profecto ſtilus* Legendæ Ma. & Mi. S. Franc. *quas certo* D. Bonaventuram *ſcripſiſſe conſtat, multo elegantior eſt aliis pluribus ejuſdem Operibus & Opuſculis, de quibus tamen dubitat nemo fuiſſe ab ipſomet literis conſignata. Adde quod varius hujus Opuſculi Sermonum modus, ac ſtilus, ex eo quoque repetendus videtur, tum quia, uti ex ejus Prologo patet, hocce Opuſculum Auctor ipſe neſcit, an dicendum* Sermo, vel Epiſtola, vel contemplationis ſpeculum; *tum etiam quia in hoc alienа verba ſibi adaptare ſtuduit, puta in deſcriptione iræ per hypotypoſim, imitando infra,* Serm. 8. num. 81. Senecam *auctorem ſibi familiarem, qui illam perquam ad vivum expreſſit. Pariter* S. Petrum Chryſologum *alibi ab ſe laudatum, eſt imitatus infra* Serm. 2. num. 12. ab init. ac num. 27. nec non Serm. 7. num. 51. &c. *Quid quod in hoc ipſo Opuſculo eniteſcant illæ* aureæ verborum phaleræ, *illæ* lepidus ſententiarum

Digitized by Google

tiarum ſuccus, *illud* facundum rationum nectar, *de quibus in Epiſtola ad eundem* Dominum Fr. Bonaventuram Albanenſem Epiſcopum *longe locupletiſſimum teſtimonium perhibuit* Henricus de Iſernia, ſive de Italia, *de quo in* Prodromo *col.* 57. *& ſeq.*? Accedit quod & phraſes *Divinæ Scripturæ huic Opuſculo paſſim intertextæ*, Bonaventurianum *ſatis indicant. Id ipſum notæ ſuis quæque apponendæ locis amplius oſtendent. Apographum, quod adhibui in hoc publicando Opuſculo, ex Autographo longe celeberrimæ Cæſareæ Bibliothecæ obtinui, ex qua etiam jam pridem acceperam exemplum præfatæ Epiſtolæ* Henrici de Iſernia. *Ipſemet in eo titulus* Devoti Domini Bonaventuræ &c. *abſque illo Beati, aut Sancti, ſive Doctoris Seraphici, ſatis teſtatam facit ejuſdem Codicis antiquitatem, quod ſcilicet fuerit ex multo antiquiori deſcriptum. Idem eſto judicium de* Lambacenſi, *cujus Autographum ipſum precario nactus ſum ſingulari plane humanitate ac favore* Reverendiſſimi Abbatis Lambacenſis O. S. B., *quippe in ipſo inſcribitur* Tractatus Bonaventuræ de Nomine Jeſu. *Quod autem in* Vindobonenſi *nuncupetur* Opuſculum de Laude Melliflui Nominis D. N. J. C. apprime *convenit* D. Bonaventuræ, *nedum quia etiam* in Præfat. Breviloq. *pariter* Opuſculum *vocat, & in fine* Lib. 3. Sententiar. *itidem dicit* conſummationem Opuſculi, *ac* Serm. 4. Dom. 13. poſt Pentec. *alios Sermones ſuos appellat* Opuſculum, *& alia id genus multa, inter ipſiuſmet* Opuſcula *recenſentur; verum etiam quia in* Legenda Ma. S. Franciſci Cap. X. *ſcribit:* Nomen autem Jeſu cum exprimeret vel audiret, jubilo quodam repletus interius, totus videbatur exterius alterari: ac ſi melliſluus ſapor guſtum, vel harmonicus ſonus ipſius immutaſſet auditum. *Poſtremo ne alium credas hujus Opuſculi Auctorem, quam Fratrem Minorem, Doctorem Devotum, atque Seraphicum, quam humillime de ſe ſentientem, ac ſcribentem, nempe* S. Bonaventuram, *audi quid de ſe loquatur, atque concludat ad finem Sermonis IX. præſentis Opuſculi:* Erigere ergo mens depreſſa, meditatione cordis ad regionem tranſi Spirituum, ſi de camino Jeruſalem, de fornace Seraphica (*en Doctor Seraphicus*) ſaltem evaporata ſcintillula prodeat in cor meum, quæ torporem expellat, & gelicidium obdurationis meæ molliat & reſolvat, ut pro meæ modulo paupertatis (*en de ſe quam humillime ſentiens & ſcribens*) Nomen Domini Jeſu Chriſti glorificando, proferam in devotione ſpiritus: (*en Devotus*) Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me ſunt Nomini Sancto ejus. Et vos Fratres mei Minores, immo Minimi &c. *En humilis Fratrum Minorum Generalis Miniſter. Non ergo alius credi jure poteſt hujus Auctor Opuſculi, quam* D. Bonaventura, *qui inſuper* de omni Virtute gratuita & meritoria per Dilectionem explicata, *ad normam* S. Auguſtini L. 1. de Mor. Eccl. c. 15. n. 25. ab ipſo laudati in 3. Diſt. 33. Art. 1. Q. 2. ad opp. 1. & in reſp. ad 1., *ac velut ex aſſe de more* Auguſtinianus, *loquitur ad fin.* Serm. 8. num. 84.

Incipit pulcherrimum & devotissimum Opusculum de Laude Melliflui Nominis Domini nostri Jesu Christi editum a Devoto (a) Domino Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Doctore eximio in sacra pagina, quondam sancta Matris Ecclesiæ Episcopo Cardinali.

PROLOGUS HUJUS OPUSCULI.

I.

Matth. 15. 28. MUlier Chananæa precibus importuna, sed verius opportuna, salutem Filiæ petiit, & accepit, & quod vocis negabatur eloquio, ingentis humilitatis obsequio reverenter extorsit. Et tu Frater Carissime (b) huic labori meo non parcens, nec occupationibus condescendens (c), aliqua scribi de Nomine Jesu (Sermonem dixerim, vel Epistolam, vel contemplationis Speculum, nescio) (d) petis obnixius; & lingua volubili, verborumque congeminatione præcipiti, de Jesu balbutiens, (e) fervoris intrinseci pandis affectus: sicut scintillæ cupiditatis prodeuntis, ignis sunt (f) est indicium latitantis. Postulavit dicta Mulier pro salute Filiæ; tu vero de Jesu postulas identidem pro salute. Sed quis ad istud idoneus? Nemo prorsus, nisi fuerit labiis circumcisus. (g) Hinc Isaias, contemplatione subvectus ad Regis gloriæ visionem, antequam de Jesu, quem vocavit Emmanuel, & de Conisa. 7. 14. ceptione Virginis ordiatur sermonem, se profitetur ore pollutum, Seraphicum experitur ministerium, carbonem in labiis sentit ignitum; & sic purgatus, & spiritualiter circumcisus, annuntiat conceptum Virginis, & Filii Nomen, in utroque declarans fidei venerabile Sacramentum. Veni ergo, Domine Jesu, te invoco Jesum Christum (h) ministrum spiritualis nostræ circumcisionis secundum Apostolum, labia mea tangas, iniquitates auferas, meum purges affectum, illumines intellectum, perficias imperfectum, (i) linguam moveas, & affatum, ut ad tui Nominis gloriam tuæ caritatis ardor immissus evaporet in flammam, & de tanta suavitate Nominis tui, non labiis exterioribus, & tactu solum, sed sensibus interioribus refectionem capiamus & gustum. (k)

Idem 6. 5. ad fin.

Ad Rom. 15. 8.

SER-

(a) Titulus antiquior D. Bonaventuræ attributus.

(b) Hic est Frater Minor D. Bonaventuræ admodum carus, qui hoc Opusculum ab eodem obtinuit, ut & ceteris Fratribus usui esset, inter quos cum minime deessent Viri docti, & in sacris Literis eruditi, inde ratio patet, cur ita scripserit.

(c) Alibi quoque suarum meminit *occupationum* ob generale Ministerium, sive Præfecturam, ac alibi quoque usurpat verbum *condescendo*.

(d) Hinc mirum haud est, si heic non ubique servet formam aliorum Sermonum.

(e) Pariter se *balbutientem* vocat Serm. 1. Dom. 2. post Pentec.

(f) Alias in utroque Cod. *est*.

(g) Alludit ad illud Exo. 6. 12. *Quomodo audiet Pharao, præsertim cum incircumcisus sim labiis?* Et iterum v. 30. *En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?*

(h) Ita secundum ea quæ tradit de incipiendo ab oratione in Prol. Soliloq. ac Serm. sive Collat. 2. in Hexaem. secundum Dionysium.

(i) Sic idemmet D. Bonav. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem. ubi loquens de prædicto *Seraphim misso ad Isaiam* hos tres recenset actus hierarchicos, nempe *purgare*, *illuminare*, *perficere*. Vid. & Cap. 4. Itiner. ment. in Deum; & confer quoad prædicta exempla tam Mulieris Chananææ, quam carbonis igniti unius de Seraphim apud Isaiam, cum iis quæ tradit S. Petrus Chrysologus in Symb. Apostolor. Serm. 57. & 60.

(k) In his videre est *Devotum* ac etiam *Seraphicum* Bonaventuram.

Digitized by Google

SERMO PRIMUS.

De Nominis Jesu mysteriis, atque figuris, valore, & efficacia.

Jo. 1. 17. Pulchræ similitudines. S. Petrus Chrysologus in Symb. Apostolor. Serm. 61.

2. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* Sicut aqua fontis exigui leniter evaporans, in sua scaturigine primitus angustata, & quodam suavi murmure, delectabilique susurro derivata, postmodum latius manans in fluvios multiplices, & abundantissimos latices ampliatur; sic Nomen Jesu breve syllabis, leve prolatione sermonis, grave sententiis, supereffluit, & redundat ineffabilibus sacramentis. Et sicut radix arboris quanto magis figitur in profundo, tanto ramus cum fructu ejus amplius expanditur in excelso; (a) sic Nomen Jesu in corde intimo firmatum, & solidius radicatum stagnare (b) facit uberiorem abundantiam gratiarum. Et sicut ubertas messis latet in semine, fructus in germine, diffusa quantitas magnitudinis in punctualis indivisibilis parvitate, numerique infinita progressio tota originatur in simplici unitate (c), corpus in atomo, sillogisticæ connexiones in termino, principiatum in principio; (d) sic originem devotionis & gratiæ Nomen Jesu continet, Evangelista teste, qui inquit: *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per Jesum Christum facta est.* (e)

Ezech. 3. 9. ac seqq. ac 12. 2. ac seqq.

Exo. 32. 9.

Isi 21. 24.

Jo. 18. 11.

3. Non ergo miremini, Fratres, (f) si populus sub jugo legis serviens domus exasperans, & duræ cervicis fuisse scribitur; si Moyses legislator injurias suas ad liquidum, & ex asse persequitur; si lex talionis oculum pro oculo jubet erui; si mortis sententia subsequatur in transgressione decreti. Jesus noster e converso revocari gladium præcipit in vaginam; præbet, & præbendam consulit percutienti maxillam; alterum format Deuteronomium, docens in cathedra Crucis mansuetudinis & gratiæ disciplinam. Lex enim, ut dictum est, per Moysen erat data, nunc vero Jesu nomine revelato gratia est declarata. Quod si paucis illius temporis inspirata creditur res tanti Nominis; pauci senserunt ex Nomine jam spirante primitias universæ (g) salutis; pauci prælibaverunt delicias unctionis. Nobis autem reservabatur gratiæ plenitudo, licet tunc per tenues rimas exhalaret fumus aromatum ex unguento vase concluso. Sed nunc apertum est alabastrum, (h) oleum effusum factum est Nomen tuum, Domine; & jam non in odorem, sed in saporem, immo saporis plenitudinem curritur unguentorum, & quod in aure audierant, prædicatum est super tecta: Vocabis Nomen ejus Jesum. Non habebant (i) Nomen Jesu literæ Philosophicæ propter hoc deceptoriæ, (k) non Judæorum cæremoniæ propter hoc transitoriæ, non visiones Prophetic æ propter hoc sine Jesu imperfectæ.

Matth. 5. 39. & Luc. 6. 29.

Cant. 1. 2.

Ibi 3.

Matth. 10. 27.

Luc. 1. 31.

4. Nec te moveat, quod Jesus Nave fuisse legitur in Patribus legis, Jesus Josedec, quem Zacharias aspicit in Prophetis, Jesus filius Sirach in Agiographis. Præcedit siquidem lucifer solem, tenebra (l) lucem, nuntius Regem, figura mystica veritatem. Similitudo vocis erat in nomine; sed rem sui nominis non poterant exhibere. Congruebat insuper, ut audito salutiferi sono Nominis, homines trium statuum conciperent in Jesu Nomine in veritate fiendæ (m) postmodum spem salutis.

Eccli 46. 1.

Zach. 6. 11.

Eccli 51. 1. Trium Nominis Jesu figurarum divisio cum subsequenti distinctione, & dilatatione.

(a) Hujusmodi similitudine quoque utitur Ser. sive Collat. 22. in Hexaem.

(b) Verbum *stagnare* heic accipitur active pro *inundare*, ut apud Tac. Lib. 1. Ann. cap. 76. ubi ait: *Auctus Tiberis plana urbis stagnaverat*, id est, *inundaverat*. De Christo autem ut *radicali principio omnis gratiæ spiritualis*, Serm. de Exalt. S. Cruc.

(c) *Unitas est enim perfecta, quia est omnis numeri perfectio*, 4. Dist. 1. Par. 2. Art. 1. Q. 3. in concl.

(d) De *unitate in principiis, & principiatis* Ser. sive Collat. 11. in Hexaem.

(e) Confer Vol. 1. in Comment. Joan. col. 460 num. 38.

(f) Ea Opusculum ac Sermo directus ad Fratres Min.

(g) Vindobon. *vera*.

(h) Vasis genus erat ex alabastrite lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maxime idoneum, quo sensu Luc. 7. v. 37. *Attulit alabastrum unguenti*. Unde D. ipse Bonav. Expos. in Luc. ibi: *Est quoddam genus marmoris, in quo incorrupta servantur unguenta*.

(i) Vindobon. *habent*.

(k) Secundum illud ad Coloss. 2. v. 8. *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam*.

(l) *Tenebra* pro *tenebræ* etiam Cap. 1. de Hierarch. Eccles. par. 1.

(m) Alibi quoque *fiendæ* pro *faciendæ* plaries habet D. Bonav. Vid. Glossar. Ducang.

Digitized by Google

Habes ergo Jesum a Nazareth triplici-ter in quibusdam resonantiis figura-tum.

In Jesu filio Nave adumbrata Jesu potentia.

5. In Jesu filio Nave præfiguratur nostri Jesu potentia (*a*). Nam Jordane transito, triumphatis hostibus, in di-stributionis funiculo tribubus Israelis provinçias partitur, & regna. Sed ho-stes nostros Jesus Christus subjugavit, & nos sui sanguinis effusione potenter in terram promissionis induxit. (*b*) Ille fecit in meridie stare solem; noster au-tem Jesus e contrario eripuit in meri-die soli splendorem. (*c*) Et ne forsi-tan nostri Jesu potentiæ detrahas, si-derum cursus, & artis illius canones lege, tabulas consule (*d*); reperies eo tempore, solem fatigationis ecliptiçæ (*e*) pati molestias non debere; sed mutatis solemnibus indumentis, & assumptis velis æthiopicis (*f*), immo funebribus (*g*), irrationabilis creatura compati videba-tur suo creatori. (*b*)

Jesus 10. 13.

Luc. 23. 44. *ac seq. Philippus Aridæus apud Dionysium in Epist. 11. Appollophani Philosopho.*

In Jesu filio Sirach adumbrata Jesu sapien-tia.

Eccli: 50. 29

6. In Jesu filio Sirach Jesu Nazare-ni sapientia præfiguratur (*i*). Nam sa-pientiam de corde suo Jesus filius Si-rach renovasse legitur. Voluit enim Jesus Dei virtus, & Dei sapientia pro-pter hoc incarnari, ut doceret sapien-tiam, (k) quam usurpare voluerunt pro-toplasti. Ideo non ab re doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in Co-dice Jesus filius Sirach, vice nuntii, sive testis. Quoniam Apocal. testante: Ego Jesus misi Angelum meum, id est, nuntium meum, (*l*) testificari in Ec-clesiis.

Ibi.

Apocal. 22. 16.

In Jesu filio Josedec adum-brata Jesu justitia.

7. In Jesu filio Josedec Sacerdote magno justitia præfiguratur (*m*), quæ declaranda fuerat in Domino Jesu Chri-sto. Hæc est enim vestis ad Sacerdo-talem pertinens excellentiam; quoniam Sacerdotes tui induantur justitiam. Ta-ceo, quod Jesus iste inclytus dispari-tate conjunctas uxores alienigenas abje-cit, (*n*) & quod templum Dominicum exaltavit (*o*). Sed ejus justitiam haben-rem minus invenio; quia contra legis statuta contaminatus est illicito conju-gio. (*p*)

Ps. 131. 9.

1. *Esdr.* 10. 12.

Ibi 18.

8. Sed esto in hoc triplici Jesu, po-tentia, sapientia, justitia nobis innu-tuit; ubi gratia, misericordia, clemen-tia, quæ necdum apparuit? Ostende nobis Domine misericordiam tuam, & salutare tuum, id est, Jesum tuum, da nobis. Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris, scilicet figurarum, sa-deo, & lumen cœli, id est, Jesum me-um, non video? Quid mihi cum aro-matibus tuis clausis, quorum nec odo-rem sentio, nec saporem? Medicinalia qui-

Ps. 84. 8.

Tob. 5. 11.

(*a*) Exposit. in cap. 1. S. Luc. *Hujus nominis præfiguratio præcessit in Jesu filio Nave. Unde: Fortis in bello* (scilicet cit. loc. Ecclesiastici 46. 1.) *Jesus Nave successor Moysi &c.* Vid. infra Serm. 7. num. 47.

(*b*) Pariter Serm. sive Collat. 14. in Hexaem.

(*c*) Textus Luc. ibi apud Bo. sic sonat: *Tenebræ factæ sunt in universam terram usque ad horam nonam, & obscuratus est sol &c.*, quibus verbis ita subjungit idem D. Bonav. Exposit. in Luc. ibi „ Hæ autem tenebræ non potuerunt esse per „ naturam, sicut fit eclipsis triplici ex caussa; „ scilicet quia luna erat quarta decima, & ideo „ in perfecta distantia a sole; & quia eclipsis „ non aufert omnino lumen omnibus partibus „ terræ; & quia non potest per tres horas „ durare. “

(*d*) Nimirum prædicti *Philippi Aridæi* ibi apud Dionys. cit. nec non ipsummet Bonav. Expo-sit. in loc. cit. S. Lucæ.

(*e*) Ita dd. Codd., & *fatigatione ecliptica* in d. Exposit. ibi. Editio autem Dionysii, secun-dum novam translationem Latinam Ambrosii Florentini Abbatis Generalis Ord. Camaldulen. habet: *Eo tempore Solem Eclipsis molestias laboresque perpeti minime debuisse*. Sed & de defectu solis in passione Christi d. Dionys. Epist. 7. Polycarpo Episcopo.

(*f*) *Velis æthiopicis* quoque d. Exposit. ejusdem D. Bonav. ibi.

(*g*) Secundum d. translat. *pullis nigrantibusque velis*.

(*h*) In Ligno vitæ Tit. *Jesus sol morte pallidus* pariter ait, quod *eodem tempore Sol iste visibilis, factori suo compatiens, lucis suæ radios occultaverit.* Lambac. *injuriæ creatoris*.

(*i*) Vid. idem Lig. Vit. Tit. *Jesus præfigura-tus*.

(*k*) 3. Dist. 1. Art. 2. Q. 1. in concl.

(*l*) Serm. de S. Michaele post init. & alibi.

(*m*) Serm. sive Collat. 14. ait de Christo Je-su, quod signatur *per Jesum filium Josedec*.

(*n*) Joseph. L. 11. cap. 5. ac 3. Esdr. 9. 36. Vid. Cornel. a Lap. in Lib. 1. Esdr. cap. 10. ver. 14.

(*o*) In d. Serm. sive Collat. e vestigio subdit: *qui ritum colendi reparavit*.

(*p*) Tirinus in c. 9. Esdr. c. 9. v. 2. „ *Ma-„ nus principum fuit prima*, seu præcipua, *in hac „ transgressione* legis Divinæ, qua vetamur cum „ terrarum harum Gentilibus connubia junge-„ re, Exodi 34. & Deuteron. 7. q. d. Princi-„ pes, & Primarii, qui suo exemplo, & au-„ ctoritate deberent alios ab illicitis connubiis „ deterrere, & abstrahere, primi, & præcipui „ sunt, qui in hoc genere deliquerunt. “ Cer-te familia Jesu filii Josedec ita fuit contamina-ta, cum ex filiis & fratribus ejus inventi fue-rint, qui alienigenas duxerant uxores; ita ne-dum cit. 1. Esdr. 10. 18. sed & 3. 9, 19.

Digitized by Google

quidem ostendis, sed medicinam vulnerum non apponis: cruciantque expectantem, non recreant infirmantem. Vulnus intumuit, tam multa ferre non possum. Unum efficax remedium pluribus antepono. Quid hos nominas Jesus invalidos, (a) qui nec liberare, nec illuminare, nec justificare potuerunt suis viribus, suis scientiis, suis virtutibus, & nihil efficere se ipsis? Porro unum est necessarium; unum petii, hoc requiro. Requiro siquidem ipsum unum, cujus potentia meam consolidet fragilitatem, sapientia cæcitatem illuminet, justitia propellat iniquitatem, & gratia conferat æternitatem justo gloriosam. Manifestetur obsecro, Domine, Nomen Filii tui Jesu, quod in desiderio animæ præstolamur, sine quo nihil validum, aut efficax reperitur, in quo solo, tanquam animæ medicina (b), cuncta remedia continentur.

Invalida nomina prædictorum, qui Jesu nomen in veteri Testamento ferebant.

Luc. 10. 42.

Ps. 26. 4.

Isa. 26. 8.

9. Nomen utique virtuosum, gaudiosum, gratiosum, gloriosum. (c) Manifestata est, inquit Apostolus, nunc gratia per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi, qui destruxit quidem mortem, illuminavit autem vitam, & incorruptionem per Evangelium. Quæris sapientiam? Audis illuminationem. Quæris gratiam? Audis gratiam nunc manifestatam. Quæris gloriam? Audis vitam, & incorruptionem. Quæris potentiam? Habes eam in Nomine Jesu, qui destruxit mortem. Quæris manifestationem? Manifestata est nunc, inquit, gratia per illuminationem Salvatoris nostri Jesu Christi. Vere manifestata est; quia sicut dicit Nathanaeli Philippus: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Quem, inquam, figuris suis, & nominibus suis vacuis (d) loquebantur, ut patuit, si dicere liceat, Jesuitæ. (e)

Quatuor Nominis Jesu, præconia. 2. ad Tim. 2. 10.

Jo. 1. 45.

10. Habes fidelis anima, quem tanto desideraveras tempore, postulabas desiderio, præstolabaris affectu. Quis mihi det, ait (f), te fratrem meum, ut inveniam te foris, & deosculer te, & jam me nemo despiciat? Erat, quando frater non erat, prius optatus affectibus Ecclesiæ, (g) quam lactatus uberibus Matris suæ. Te, inquit, fratrem meum; (h) tonas enim in auribus meis: Ego Dominus. Dominum timeo, & timor habet pœnam. Fratrem desidero, cujus sit mihi cognatio præstitura gratiam, & parentela (i) paritura fiduciam. Hoc ex Divina dignatione, non ex humana præsumptione postulo. Quod si Deus meus sit caro mea, & fra-

Cant. 8. 1.

Gen. 6. 6.

1. Jo. 4. 18.

(a) *Illa enim nomina nec lucent, nec pascunt, nec medentur*, ait S. Bernardus Serm. 15. in Cant. num. 8.

(b) Laud. Bernar. ibi num. 6. & ex eod. Bernar. idemmet S. Bonav. Phar. Lib. 1. c. 2.

(c) Pariter S. Bonav. in Opusc. de quinque Festivitat. pueri Jesu Tert. Solemnit. Ubi videre est similiter desinenta D. Bonaventuræ familiaria. De hac Jesu nominis divisione, ac etiam subdivisione prædictorum præconiorum, distinctione, & dilatatione, in seqq. Sermonibus.

(d) Cit. Bernard. num. 8. *Habuit & Judæa quosdam Jesus, quorum vacuis gloriabatur vocabulis.*

(e) Sic ambo Codd. Vindobon. & Lambac. intelligendo per τὸ *Jesuitæ* prædictos *Jesum Nave*, *Jesum Josedec*, *Jesum Sirac*. Et ne quis suspicetur hoc nomen *Jesuitæ* dd. Codicibus intrusum, postquam exorta est Societas *Jesuitarum* nuper extincta, sciat, hoc ipsum *Jesuitæ* nomen legi apud Ludolphum de Saxonia Carthusianum, qui teste Trithem. de Scriptor. Eccl. claruit *Anno Domini MCCCXXX.* Quippe ait in Vita Jesu Christi Par. 1. cap. 10. tam Edit. Venet. apud Hæredes Jacobi Simbenii 1578. quam Edit. Lugdun. 1522. „ Sicut per gratiam baptismalem a Christo dicuntur Christiani; sic „ in cœlesti gloria ab ipso Jesu dicemur Je„ suitæ, id est, a Salvatore salvati." Et forte ita quoque legendum apud Hugonem Card. Comment. in cap. 2. Apocal. Edit. Venet. apud Sessas MDC. ubi dicitur: *In patria a Jesu vocabuntur Jesuani, id est, salvati.* Sed de *Jesuitarum* nomine in alio sensu, quo fuit tributum præfatæ Societati, lege sis Melchioris Cani Vindicationes editas A. P. Hyacintho Serry Doct. Sorbon. & in Pat. Lyceo S. Theol. Primar. Profess. cap. 10.

(f) Scilicet *Sponsa*, sive *fidelis anima contemplativa*, Exposit. in Cant. ibi, ac per totum, sive *anima devota* cap. 1. & 4. Soliloq.

(g) In d. Exposit. Cant. ibi,

(h) Ita alii ex Hebr. apud Malvendam „ I. „ *Utinam quasi frater mihi sis, sugens mammas* „ *matris meæ?* Verba sunt Ecclesiæ veteris ex „ Judæis adunatæ, exoptantis incarnationem „ Filii Dei; quasi dicat: Utinam nascaris, & „ verus homo efficiaris, utarisque iisdem cibis „ quibus alii homines utuntur, sis mihi collactaneus, frater communicans carni & sanguini, in omnibus factus nobis vere frater, „ Hebr. 2. 11. & 14. II. *O si quis daret te ut* „ *fratrem esse mihi, sugentem ubera matris meæ!* „ &c."

(i) Hujus vocis usus alibi quoque est apud D. Bona. nec non apud Veteres numero plures, etiam S. Petr. Chrys., relatos in Glossar. Ducang.

Digitized by Google

frater meus, & in utraque natura appareat Jesus meus; hæc est quæstio, quam proposui dicens: Quis mihi det te fratrem meum &c., quam Judæi de Jesu solvere nesciebant; quomodo scilicet Jesus Christus filius David esse poterat, quem ipse suum Dominum appellabat? Erat filius David secundum humanitatem, & Dominus ejus secundum Divinitatem. (a) Credidit, & intellexit mysterium, quæ fideliter concupiscens ait: Quis mihi det, te fratrem meum, Deum videre & hominem Christum Jesum; sugentem ubera matris meæ, felicia ubera sola solis impressa labiis Dei hominis, Verbi infantis; ut inveniam te verum Deum, & hominem; foris, non ut olim velatum mysteriis, involutum legalibus sacramentis, sed in sinu matris; & deosculer te, labia tua sola solis uberibus lactata virgineis, quia aliter non possum? (b) Scindatur ergo velum, appareat Sanctus sanctorum, aspiret dies, & inclinentur umbræ, de medio fiant ænigmata figurarum. Jesus prodeat, veritas reveletur. Propter Jesum Nave, propter Jesum Josedec, propter Jesum Sirach, non tacebo, non quiescam, donec egrediatur ut splendor justus ejus, & Salvator Jesus meus ut lampas accendatur. Splendor illuminans, & lampas inflammans satis latuere sub modio, proponantur in medio, statuatur lucerna super candelabrum, notum faciat Dominus salutare suum, ut inveniam te foris. Intus erat Verbum, ens in principio apud Deum; foris autem Verbum caro factum (c), sed quodammodo intus & foris Prophetis in mysterio revelatum. Testatur enim Scriptura, quoniam Ezechieli apparuit stans in porta. Intus erat, cum in illo cœlesti palatio disponeretur, ut carnem sumeret, & produceretur; foris fuit, cum carnem assumpsit, cum in terris visus est, & cum hominibus conversatus est, & cum puer Jesus vocatus est. Ergo Jesus in cœlo, Jesus in terra. Unde ait Evangelista: Vocatum est nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero concipereretur.

Pſ. 109. 1. Matth. 22. 43. Luc. 20. 43.

Rupert. 3. 38.

Luc. 2. 21.

10. Et nunc Domine Deus, Frater noster es tu, fraternitatem istam ostendens in participatione naturæ nostræ, in collatione gratiæ tuæ, in prædestinatione gloriæ sempiternæ. Tuum est donum, totum est gratuitum, quod Frater es omnium electorum. (d) Nam & tu, Domine Jesu Christe, sicut tuus dixit Apostolus, prædestinatus es Filius Dei in virtute. Fraternitas desiderabilis, acceptabilis, amabilis (e); tantis lacrymis exoptata, expectata, & etiam expetita. Ubera Matris gratiæ tu suxisti, quoniam quod factus es Frater noster, nunc factum esse cognoscimus a gratia singulari. Lac humilitatis & mansuetudinis ubertim ex te stillat, velut ex dulci ubere; quoniam experimento scimus, quod mitis es, & humilis corde. Habes Fratres Minores (f) parvulos tuos (g), & me inter parvulos minimum (h). Mandere non possumus solidum cibum, immulge parvulorum labiis (i), roret de visceribus, & uberibus pietatis alimonia lactis tui; inveniamus te foris, ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per te in invisibilium amorem rapiamur; per te, quem similem nobis foris agnoscimus, intus reformari mereamur, Dominum nostrum Jesum Christum. Inveniaris a nobis foris a carcerea carne eductis. Non noceant in exitu, rugientes præparati ad escam;

Devotissima oratio ad D. N. J. C.

Ad Rom. 1. 4.

Matth. 11. 29.

In Præfat. Nat. D. N. J. C.

Orat. in Oct. Epiph.

Pſ. 103. 21.

(a) Sic D. Bonav. Exposit. in Evangel. S. Luc. ibi.

(b) Pariter Exposit. in Cant. loc. supra cit.

(c) Sive quod perinde est, *non solum intus in corde Patris, sed etiam foris in sinu Matris*, ut loquitur d. Exposit. in Cant.

(d) Ergo sicut gratuita ejus, ita electorum omnium prædestinatio. Est enim ipse, auctore Augustino, exemplar nostræ prædestinationis.

(e) Heic quoque videre est similiter desinentia apud ipsum D. Bonaventuram frequentia. Unde vel in hoc Opusculo, ut ut ceteris pluribus elegantiori, sui stili non potuit penitus oblivisci.

(f) Hinc manifestum est hujus Opuscuii Auctorem esse Ord. FF. Minor.

(g) Collige inde quoque esse ipsummet D. Bonaventuram, qui eodem sensu *S. Antonio Paduano Ordinis Minorum* illud thema Gen. 43. 29. appropriavit Serm. 1. de eodem: *Iste est frater vester parvulus*; eo quod *parvuli habent proprietates, quia sunt ad discendum faciles, ad obediendum flexibiles, ad amandum habiles, ad indulgendum faciles* &c. Item ipsemet S. P. Franc. ad finem sui Testamenti se se vocat *parvulum*.

(h) Hæc oratio plena pietatis, plena humilitatis, plena unctionis, plena cœlestis cujusdam Divinique sensus, Bonaventuram luculenter ostendit.

(i) Itidem de *parvulis in Christo lac petentibus* idem loquitur par. 1. de Eccl. Hierarch. cap. 1. ubi etiam *parvitatem suam* agnoscit.

Matth. 5. 15. ac Luc. 11. 33. Pſ. 97. 2.

Jo. 1. 1. Ibi 14.

Ezech. 40. 3.

Digitized by Google

Cant. 3. 4. eſcam; ſed dilectum inveniat anima, quem dilexit, quem quæſivit, quem ſemper optavit: (a) & quem tuo munere oſculati ſumus, quemque devotionis affectu, quemque cujuſdam, etſi remote, tamen imitationis effectu, te deoſculemur uniti per gloriam inſeparabiliter in exceſſu, Domine Jeſu Chriſte, qui vivis & regnas cum Deo Patre &c.

In Feſto S. Agnet. Antiph. ad Magnif.

SERMO SECUNDUS.

De quatuor præcedentibus Nominis Jeſu præconiis.

Matth. 27. 37. 12. *Hic eſt Jeſus Nazarenus (b) Rex Judæorum.* Solent Reges ſæculi, & Cæſares mundi, triumphorum ſuorum titulis nuncupari, qui dum gentes ſibi ſubjiciunt, ſubjectorum nominibus numeroſa cognomenta conquirunt (c), Civiles libros qui legerit, hoc eidem ex titulis luce clarius apparebit. Non habemus Cæſarem alium, niſi Dominum Jeſum Chriſtum. Hoc Nomine ex honorum ſuorum titulis nominatur, quod ex iſto nobili triumpho crucis (d) ſatis declaratur: Poſuerunt (e), inquit Evangeliſta, ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam: *Hic eſt Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum.* Ad rem pertinet triumphus victoriæ (f).

Matth. ibi.

Nominis Jeſu diviſio in virtuoſum, gratioſum, gaudioſum, glorioſum, cum ſubſequenti diſtinctione, & explicatione. Pſ. 33. 10.

13. Jam Nomen apparuit virtuoſum; ipſe eſt enim Rex gloriæ, qui Dominus eſt virtutum. Jeſus autem ex Nominis interpretatione ſalutem prætendit, (g) quæ ſalus impletur per gratiam. Jam Nomen ſonuit gratioſum: Gratia, inquit Apoſtolus, vobis & pax a Deo Patre noſtro, & Domino Jeſu Chriſto. Et ſi Nazarenus interpretatur floridus (h), jam tibi lætitiam prætendit Nomen, utique gaudioſum; apparente ſiquidem vernali temperie, zephyro flante, flore naſcente, ſuſcitatur lætitia rediviva, cum temporis novitate. (i) Flores, inquit, apparuerunt in terra noſtra. Additur in titulo Judæorum, ut Nomen audias glorioſum; nam Judæi glorificantes, vel laudantes ſonant. (k) Laudatur enim Dominus in cœlis, & glorioſus ſcribitur in Sanctis ſuis. (l) Virtuoſum & victorioſum Nomen Domini Jeſu te præſervet a violentia, gaudioſum a triſtitia, gratioſum ab injuſtitia, glorioſum a miſeria ſempiterna.

Ad Eph. 1. 2.

Nazarenus interpretatur floridus.

Cant. 2. 12.

Judæi glorificantes vel laudantes ſonant.

14. Falleris qui putaſti, Nomen Jeſu non habere virtutem; ſed tantam virtutem fuiſſe exinanitam per carnem. Non enim eſt virtus in carnem fragilem liquefacta; ſed in carne potius occultata, ubi abſcondita eſt fortitudo ejus: ut non tantum carneus eſſet Jeſus, ſed oſſeus. Alioquin ad ejus imperium Dæmonia de obſeſſis corporibus non exiſſent; nec ſuperbæ Poteſtates, niſi ſuperveniſſet fortior, conclamaſſent: Quid nobis, & tibi Jeſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? Et ut majorem hujus Nominis comprehendas potentiam, non voluntatis fuit illa confeſſio, quæ remunerat bonos; ſed neceſſitatis extorſio, (m) quæ cogit invitos: veluti ſi ſervi fugitivi ad Dominum ſuum poſt multum temporis redeant, nihil aliud niſi de verberibus differendis rogant. Igi-

Nomen Jeſu virtuoſum præſervat a violentia.

Habac. 3. 4.

Luc. 11. 22. Matth. 8. 29.

(a) Ita vel alibi verbis Eccleſiæ uti Bonaventura conſuevit.

(b) Vulg. ibi ſine *Nazarenus*; ſed *Nazarenus* Jo. c. 19. v. 19.

(c) Pariter S. Petrus Chryſol. Serm. 57. in Symb. Apoſtol.

(d) *Titulus triumphalis, qui continet cauſſam, & ordinem triumphi*, ab eodem pariter dicitur Expoſit. in cap. 23. S. Luc. Quæ quidem omnia omnino conformia ſunt iis, quæ longe poſtea dixit Tirinus Comment. in Iſa. cap. 55. ſub v. 13. „ Sicut ſolent Imperatores nomen, „ & titulum gentis alicujus a ſe devictæ ſibi „ aſſumere in perpetuum victoriæ iſtius triumphum, & monimentum, v. g. Africani, „ Aſiatici, Parthici, Germanici &c. ita Chriſto „ erit Nomen univerſale *Jeſu*, id eſt, Salvatoris, nempe omnium gentium, perenne „ trophæum, & partæ de toto orbe victoriæ „ monimentum. “

(e) Vulg. *impoſuerunt*; ſed *poſuerunt* etiam Cod. Veron. apud Blanchin.

(f) Vide ſis Tract. de Sacr. Script. Myſter. §. 48. Vol. 1.

(g) Expoſit. in cap. 2. ac 4. S. Luc. & Ser. 1. Dom. infra Oct. Epiph. &c.

(h) Ead. Expoſit. in cap. 1. nec non ſupra Tract. de Vit. Myſt. c. 17. n. 56. &c. 43. n. 143. Serm. 1. Dom. infra Oct. Epiph. &c.

(i) Nanque *dat pleniorem ſpem præteritorum malorum, & futurorum bonorum*, Expoſit. in Cant. cap. 2. ibi §. 114.

(k) Expoſit. in cap. 6. S. Luc. & ſupra in Vite Myſtica col. 198.

(l) In Cant. trium pueror. ex Dan. 3. ad Laudes: *Benedictus es, Domine, in firmamento cœli, & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.*

(m) Expoſit. in cap. 8. S. Luc. *non erat voluntaria, ſed coacta.*

Digitized by Google

Igitur si constipentur acies, si consistant castra, si conseratur adversum te prælium, non formides periculum; sed Nomen Jesu sonet in corde tuo devoto, & Nomen invoca virtuosum. Audi Paulum ducem concrepantem in spiritu: Fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu Domino nostro (a); quia non coronaberis, nisi fideliter dimicaveris in agone. (b) Et ecce viribus revocatis, dum alacrior ad pugnam regrederis, invocato Jesu Nomine, fugiunt partes adversæ, & nequeunt damnatæ tartareæ noctis phantasmata tanti Nominis lucem, tantam odoris fragrantiam spurcissimi Spiritus sustinere. (c)

Pſ. 26. 2. ac ſeq.

2. ad Tim. 2.1.

Ibi 5.

Nomen Jesu gaudiosum præservat, & tristitia. Luc. 10, 17.

15. Gaudiosum etiam Nomen Jesu; ideo revertebantur ad Jesum Discipuli cum gaudio dicentes: Domine, etiam Dæmonia subjiciuntur nobis in nomine tuo. At tu qui lætaris, cum malefeceris, & exultas in rebus pessimis, Nomen Jesu non reputas gaudiosum? Sed audi verbum Propheticum: Ego, inquit, in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. Gaudes in divitiis, o avare; in carnis deliciis, o homo pecus; in honoribus, o vane, & ambitiose, triplici concupiscentia dehonestante imaginem Trinitatis? (d) Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Jesu meo. Ego membrum sum Christi, sufficit mihi paupertas Jesu pro divitiis, (e), asperitas ejus pro deliciis, vilitas ipsius pro honoribus reputatur, ut carne, anima, & spiritu purgatus, illuminatus, & perfectus, (f) vestigiis inhæream Domini Jesu Christi. Quare animæ, quæ lætatur in Christo, dulcia sunt supplicia; plus catena placet, quam honor regius, vel corona. Propter hoc ibant Apostoli gaudentes a conspectu concilii, quoniam digni habiti sunt pro nomine Jesu contumeliam pati; adeo Jesu Nomen est gaudiosum, & deliciosum (g). Igitur si mentem tuam caligo tristitiæ demerserit, si gravis immineat & procellosa tempestas, si pernicioſus ingesserit se turbo ventorum, si maria terrifice mugiant, & horrende, si quatiantur littora, navicula quoque fluctibus impleatur: Jesum invoca, qui dormire putatur in mari, licet ipse non dormiat, nec dormitet qui custodit Israel. Exurge, quare obdormis Domine, vel es similis dormienti? (h) Exurgens procul dubio Jesus vento comminabitur, & dicet mari: Tace, obmutesce. Sicque venti diffugient, & complanabuntur undæ, tumidi fluctuum colles æqualitatis propriæ terminos non excedent, procella convertetur in auram, & tempestas commutabitur in serenum. Astipulare mihi, qui devotionis exercitia nosti. Tuum requiro testimonium, qui sæpe planctum, & lacrymas in gaudium terminasti. Cum in angulis susurrabas, fovens latebras, vagabundus (i), & etiam gemebundus, ædificasti solitudinem tibi. Licet inter multos fueris constitutus, quærens quærebas quem diligit anima tua, & amoris impatiens optabas videre dilectum, nunc blanditiis utendo, nunc ad majoris incentivum desiderii suaviter indignando. Nunc moras accusabas, nunc vero caussabaris, te esse contemptum; nunc ejus visione te confitebaris indignum. Tunc ex corde gemitus, tunc ex oculis lacrymæ, & ex ore voces, & suspiria procedebant. Dirigebantur ad cœlum oculi lacrymis inundantes, protensæ manus ad Superos, retorquebantur ad pectoris tunsionem. In hoc statu Jesus Dominus invocatur, invocatus adest, consolatur, lætificat (k) loquitur, & videtur.

Pſ. 120. 4.

Pſ. 43. 23.

Mar. 4. 39.

Job 3. 24.

Cant. 3. 2.

16.

(a) Vulg. ibi non habet *Domino nostro*; sed 2. ad Tim. 1. 2.

(b) Ita non ad verba; sed ad sensum Apostoli ibi.

(c) Quia *virtuosum Jesu nomen superat hostes, congregat cives, reparat vires, renovat mentes*, Tert. Solemn. de Impos. Nom. pueri Jesu; ubi etiam habetur, quod *Dæmones fugat*, sicque concluditur: *O quam felix, & beatum nomen, quod tantam meruit habere virtutem & efficaciam.*

(d) De hac in Amator. & de ipsamet, ut deformata per culpam, cap: 1. Soliloq.

(e) Cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror. in Legen. ma. cap. 7. & in Leg. min. num. 9. nec non in Legen. S. Claræ cap. 2. num. 14.

(f) De his tribus actibus hierarchicis crebra est mentio apud D. Bona.

(g) Pariter in cit. Solemn. ter. de Impos. Nom. pueri Jesu & ad fin. quar. Solemnit. de adorat. Magor.

(h) Expos. in Psalter. in d. Ps. & text. *Dormit in nobis propter negligentiam nostram; unde dicitur dormisse in navi, quando periclitabatur.*

(i) *Vagabundus* est etiam apud ipsummet & Bona. in Epist. ad Magistr. Innominat. & apud S. August. Lib. 5. Confess. cap. 6. & Lib. 13. cap. 5. Sen. de Vita beata c. 12.

(k) Quod *nomen Jesu aliquando lætificat*, ait ipsemet D. Bona. jam d. Solemn. tert. de Impos. Nom. pueri Jesu; quodve *consolatur & confortat*, in ejusd. Opusc. Præfat. Est enim *in corde jubilus*, ut ait cum Ber. L. 1. Phar. c. 2. & in c. 2. Luc.

Digitized by Google

Jo. 20. 15. *ac seq.*

16. Plorat ad monumentum Maria, videt Jesum, & nescit, quia Jesus est. Sed ut cognovit Jesum Maria, Rabboni dicens, sermonem protulit imperfectum. Nam infuso post lacrymas gaudio, proferuntur verba sine principio, & sine fine, quorum formæ non sibi cohærent; nec ex integro formantur, neque alicujus idiomatis vox auditur, proprietatisque servatur. Sed vox respondet affectui, & plerumque intercipit vocem affectus, aut surripit, aut apocopat (*a*), suam vendicans libertatem, nullius Grammatici regulis coornatus: tunc maxime cum ex Nomine Jesu gaudium sibi sentit infusum. Tunc enim Maria post lacrymas Jesum aspiciens, & cognoscens, Rabboni protulit; ostendit autem sensum tantum ecclipticum (*b*) & imperfectum, verbum hebraicum (*c*), duntaxat audientibus peregrinum.

Rabboni quale verbum.

2. *Reg.* 21. 2. *Deut.* 28. 23.

17. Tibi vero, qui non consentis reliquiis Amorrhæorum, nec de cœlo æneo, nec de ferrea terra conquereris, sed mœrore tuorum confunderis peccatorum; ecce Nomen Jesu propositum, ut ipsum invoces, Nomen utique gratiosum: An non gratiosum Nomen? Quod Pater in cœlo Deus proposuit, Angelus in mundo assumpsit, Mater in Circumcisionis Sacramento (*d*) conclusit. Audi Patrem Dominum proponentem: Revelabitur Filius meus Jesus cum his qui cum eo sunt, & jucundabuntur; hæc siquidem in quarto Esdræ leguntur. (*e*) Audi Angelum assumentem: Vocabis nomen ejus Jesum (*f*). Audi Virginem verbum Angelicum concludentem (*g*): Vocatum est, ait Lucas, nomen ejus Jesus, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conciperetur. Mater tantum vocavit, quæ vocabilem exhibuit, quæ quod Divinitus acceperat, Angelico sibi ministerio missum implevit. Ecce si beatissima Virgo Maria plena legitur fuisse gratia, nihil nisi gratiosum prodiit ex Maria, ex qua cum Jesu nostri patuere primordia, facta sunt mirabiliter gratiosa (*b*). Considera, quoniam quod mandavit Pater, exequitur Angelus, implet Spiritus, efficit Virtus. Credit Virgo, natura suscipit, Cœli enarrant, annuntiat Firmamentum, ostendunt Stellæ, Magi prædicant, Pastores adorant, pecora, & alia animalia cognoscunt; quoniam juxta Prophetam: Cognovit bos possessorem suum: & asinus præsepe Domini sui (*i*). Quid Cereri culmos, aut Baccho palmites de mendicitate nostra proferimus? Quid solem facibus adjuvare nitimur? Audiamus Apostolum, quomodo Nomen efferat gratiosum: Gratia, inquit, Dei, & donum in gratia unius hominis Jesu Christi in plures abundavit. Igitur si te premat gulæ ingluvies, si flamma libidinis, avaritiæ sitis, impetus iracundiæ, invidiæ virus, tepor & torpor accidiæ, superbiæ tumor; Jesum cogites corde devoto, consideres pietatis oculo, rumines ore puro, cessabunt morbi, morborumque symptomata, caussæ signa experieris, quare dicit Apostolus: Justificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem, quæ est in Christo Iesu. Nam sicut est unum omnium aquarum originale principium, cujus effluentia procedens de plenitudine rigat abundantius universum, nullum in se sentiens detrimentum, sed

Idem 2. 21.

Idem 1. 28.

Ps. 28. 2.

Isa. 1. 3.

Ad Rom. 5. 15.

Ibi 3. 24.

Nomen Jesu gratiosum præservat ab injustitia.

4. *Esd.* 7. 28.

Luc. 1. 31.

(*a*) Sive *amputat* a verbo græco ἀποκοπτω.

(*b*) Id est, *deficientem*, ab eclipsi, quæ est defectio.

(*c*) *Verbum hebræum* vocat etiam Hugo Card. D. Bonaventuræ coævus, *Chaldaicum* Sa, *vocem Syriacam* Mariana. Significat *magister mi*, sive *Magister meus*.

(*d*) 4. Dist. 1. Par. 2. Art. 2. Q. 3. in concl.

(*e*) Inter multo antiquiores Bonaventura, qui *quartum Esdræ* laudarunt, sunt Auctor Epistolæ, quæ sub Barnabæ nomine ferri solet, nec non Clemens Alexandrinus ex Græcis, S. Ambrosius ex Latinis &c. Verba Ambrosii sunt in Lib. 2. Comment. ad Luc. „ Dominus noster Jesus nominatus est, antequam natus, „ cui non Angelus sed Pater nomen imposuit: „ *Revelabitur enim*, inquit, *Filius meus Jesus „ cum eis qui cum eo jucundabuntur* &c. “ Vid. August. Calmet Dissert. in quartum Lib. Esdræ, & in eumdem Præfat. Jo. Alberti Fabricii Vol. alt. Codicis Pseudoepigraphi Veteris Testamenti, ac nostrum Prodrom. col. 750.

(*f*) *Hoc nomen Divinum & Angelicum*, ait quoque idem D. Bona. Exposit. in cap. 2. S. Luc.

(*g*) Ea iterum similiter definentia apud ipsummet D. Bona. valde frequentia.

(*h*) *Quia in ipso habemus fidei fundamentum, spei firmamentum, caritatis augmentum, justitiæ complementum*, Tert. Solemnit. de Impos. Nom. pueri Jesu.

(*i*) Quippe *in diversorio nasci elegit, & inter bovem & asinum in præsepio reclinari*, in Lig. Vit. Tit. *Jesus Maria natus*.

Digitized by Google

ſemper effluens, & ſemper remanens ſuperplenum (*a*); ſic in uno Domino noſtro Ieſu Chriſto debes accipere, cujus gratiæ plenitudo ſcit effluere (*b*), non deficere, novit diſtribui, non diminui (*c*), non ad defectus inopiam, ſed ad profectus copiam exhauriri. In Symbolo, Nicæno, & Apoſtolico. Hoc eſt, quod in Symbolo profitetur Eccleſia publice (*d*): In unum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine. Unum inquit, quoniam etſi mediator unius non ſit; mediator tamen eſt unus Dominus noſter Ieſus Chriſtus. (*e*) Multi ſunt filii per gratiam; ſingularis autem & unus eſt Dei Filius per naturam. Dominum noſtrum; qui ſcilicet nos de tam crudelium liberavit ſervitio Tyrannorum, & qui nos toties liberat de tantorum ſpurcitia vitiorum. Chriſtus dictus a Chriſmate, Ieſus a ſalute. Ieſum Chriſtum, Chriſtus a Chriſmate, Ieſus nomen accipit a ſalute (*f*). Quare? (*g*) Quoniam nos Divino perfundit unguento, gratuito recreat (*h*) dono, ut Chriſtus; & ut Ieſus, ægros reſtituit in ſalurem, & perditis perpetuam confert ſanitatem. (*i*). Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine; Spiritus enim ſanctus, & Virgo Maria conveniunt in producendo Filium: totum eſt Divinum, quod geritur, nil humanum. Indicit ſilentium Divini magnitudo ſecreti, quod lingua carnis neſcit penitus explicari. Quod adeo ſingulare eſt, ſimilitudinem expreſſam naturalis non habet exempli; quia quod clauſum eſt, neſcit aperiri. Spiritus enim & Virgo cœleſte ſecretum eſt, non terrenum; copula, ſed virtuti virtus eſt conjugata. (*k*) Spiritus ſanctus arbori, Ieſus furculo, Maria terræ comparata. Ex Spiritu ſancto, ex Maria Virgine. Sapit ſurculus naturam arboris, unde procedit; ſapit & terræ, quæ ſurculo vitam, & nutrimentum impendit. Arborem hanc Spiritum ſanctum intelli-ge, ſurculum Ieſum, terram Mariam (*l*); quia per Spiritum ſanctum Ieſus Chriſtus de Maria Virgine ſubſtantiam corporis, nutrimentum ſuſcepit, & vitam. In Spiritu ſancto gratiarum omnium chariſmata continentur, per ipſum omnia diffunduntur, & per Mariæ dulcedinem, & mediationem nobis hierarchice (*m*) miniſtrantur. Quid ergo miraris Nomen illius eſſe ineffabiliter gratioſum, quod de tanta pinguedinis medullaris (*n*) gratia contemplaris exortum? Adde, quoniam Maria nomen trahit a mari (*o*), quod non poteſt ſuis diffuſionibus evacuari. Sed cum luna plena redundat lumine, tunc augmento ſuo mare cernitur in vigore. Jam Maria radii luminoſi ſuſcepit influentiam (*p*), cui Filius perfectam infundit gratiam, ut invocato Matris Mariæ, & Filii Jeſu Nomine, gratiam habeamus ex tanta plenitudine. Maria ſiquidem eſt mare (*q*), & altum caput, & hoſpitium fluviorum, fons imbrium, (*r*) in neceſſitatibus ſubſidium, in periculis Maria mari aſſimilata.

refu-

(*a*) Ly *ſuper* præficere adjectivis ad majorem ſignificationem, apud D. Bonaventuram uſitatiſſimum.

(*b*) *Secundum fontalem, radicalem, & originalem plenitudinem omnis gratiæ in Chriſto habitantis ſicut in fonte*, Breviloq. par. 4. in fin. cap. 2.

(*c*) *Mare*, ait d. Expoſit. in Eccleſiaſten, *a quo flumina gratiarum habent ortum, eſt Divinæ largitatis immenſitas, quæ nec augetur, nec minuitur.*

(*d*) 3. Diſt. 25. Ar. 1. Q. 1. ad 6. de Nicæno.

(*e*) In 3. ibi Q. 2. in concl.

(*f*) Tert. Solemnit. de Impoſit. Nom. pueri Jeſu. Vid. infra Ser. 3. n. 20.

(*g*) Hic interrogandi modus a D. Bona. vel alibi pluries uſurpatus.

(*h*) Quo ſenſu dicat *recreat* vid. 3. Diſt. 1. Art. 2. Q. 3. per totam.

(*i*) Lambac. *gratuito recreat dono quatenus ægros reſtituat in ſalutem, & perditis perpetuam conferat ſanitatem.* Et S. Petr. Chryſ. Ser. 57. in Symb. Apoſtol. ut *ægris certam ſalutem, perditis perpetuam redderet ſanitatem.*

(*k*) Idem S. Petr. Chryſ. ibi: *Totum Divinum geritur, nil humanum: nec ullus infirmitati locus eſt, ubi virtus eſt ſociata virtuti.*

(*l*) Inter Sermones ſub S. Bona. nomine Serm. 4. Dom. in Sexag. Item Serm. 1. vere Bonaventuriano de B. V. M. inter Sermones de Sanctis in communi, nec non Expoſit. in Pſalter. in fine Pſ. 66.

(*m*) *Hierarchice*, five per actus hierarchicos *purgandi, illuminandi, perficiendi*, de quibus ſupra num. 1. ac 15. ac Centiloq. par. 3. Sect. 18. atque etiam alibi.

(*n*) Prædicti adjectivi uſum legere quoque eſt apud Apulejum, Lex. Philolog. Matthiæ Martinii &c. Quinimo *medullariter* apud ipſummet D. Bona. Expoſit. in cap. 8. Cant. §. 315.

(*o*) Supra in Meditat. ſuper Salut. Angel. n. 12. not. g.

(*p*) *Influentiam* habet nedum Jul. Firmic. Lib. 1. Matheſ. ſed ipſemet D. Bona. 3. Diſt. 13. Art. 2. Q. 3. in Fundam. & ad 1.

(*q*) Secunda Solemnit. de Nativit. pueri Jeſu nec non cit. Meditat. ſuper Salutat. Angel. & alibi.

(*r*) Par. 4. de Eccl. Hierarch. cap. 7. prope finem: *Mater miſericordiæ a ſe emittit rivulos, & fontes*

Digitized by Google

refugium, itineris compendium, laborantibus lucrum.

18. Sed ecce, dum ad tuam intras conſcientiam, multiplicem reperis culpam, vel ex antiquitate fœtentem, vel ex recentia novitatis jam jamque fumantem. Legis in ea Divinam offenſam, metuis pœnam. Quid ni metuas pœnam damni, ſeparationem videlicet a conſortio Jeſu Chriſti, nec illa beata perfrui viſione, quæ præponderat omni pœnæ? Hæc procul dubio ſola pœna ſufficeret, ſi reprobos alia nulla torqueret. (*a*) Huic Jeſu Chriſti glorioſum Nomen occurrit, quod quisquis invocaverit, ſalvus erit. Invocaverit, dixerim, corde devoto, non ore polluto. Nam cujuſdam Scevæ Judæi Principis Sacerdotum filii ſuper obſeſſos invocabant in Apoſtolorum Actibus Nomen Domini Jeſu Chriſti; ſed adjurati Dœmones ab eis per Nomen Jeſu Chriſti, quem prædicabat Paulus, Jeſum & Paulum ſe cognoſcere profitentes, pœnas ab eis repetunt (*b*) temeritatis & reatus. Vis Jeſu Chriſti glorioſum Nomen audire? Nolite, fratres mei, ait Jacobus Apoſtolus, in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Jeſu Chriſti gloriæ. Meditemur igitur illud amarum carnis animæque divortium, illud horribile poſt mortem purgatorium, terribile judicium, intolerabile illud inferni ſupplicium; ſeparari a facie Chriſti, proiici a beatiſſima Trinitate, & Civium cœleſtium unitate, vermibus immortalibus conſcientiæ remordentis ſine fine corrodi, perpetuis ignibus cruciari, cum Dœmonibus, & ſceleratiſſimis habitare, quorum truculentus aſpectus viventes cogeret expirare. Quis pœnas hujuſmodi poterit ſuſtinere? (*c*) Proponamus exempli gratia ſimilitudinem, ſcilicet miræ magnitudinis imaginatione ſerpentem cum pluribus capitibus, ſquamoſa colla ſinuoſis flexibus attollentem, terribilibus oculis ſulphuream flammam ſcintillantem, & linguis exacuentem ora triſulcis (*d*), in hominem impetum facientem; & dum in furoris rabiem implacabiliter efformatus in ſublime ſe erigit, apprehenſum ſuis ſpiris implicat, & involvit, & in latebras ſubterraneæ ſpecus involutum trahit. Meditare: Ecce homo, & beſtia, duo pariter in ſpelunca, nullus mediator intervenit, nullus ereptor accedit, ſerpentinam crudelitatem pietas non emollit. Quid obſecro mentis ineſſe putas huic homini, cum in prædam datus eſt hoſti neſcio miſereri; præſertim ubi non eſt ſpes aliqua (*e*) evadendi?

Pœna damni omnium maxima.

Nomen Jeſu glorioſum præſervat a miſeria ſempiterna. *Ad Rom.* 10. 13.

Act. Apoſt. 19. 13. *ac ſeqq.*

Jac. 2. 1.

Meditandus reproborum in inferno cruciatus.

Virg. 3. *Georg.*

19. Ex his atque ſimilibus auge (*f*) tui timoris materiam, & ad Jeſum convertere, repetendo Scripturam: Ne quando, inquit, rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat. Et procul dubio, qui ſalvos nos faciet, ut non concidat ſpes noſtra, eſt Jeſus Chriſtus, qui nos a ventura ira eripuit. Deus enim Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus patrum noſtrorum, glorificavit Filium ſuum Ieſum, cujus nomen apparet in ſui liberatione populi glorioſum. Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Ieſum filium Dei, teneamus ſpei noſtræ (*g*) confeſſionem. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus (*h*), ut miſericordiam conſequamur, & gratiam inveniamus in auxilio opportuno, quod nobis concedat ipſe Deus noſter Ieſus Chriſtus, cui cum Patre, & Spiritu ſancto eſt omnis honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſ. 7. 3.

Matth. 3. 7. *Act.* 3. 13.

Ad Hebr. 4. 14.

Ibi 16.

SERMO TERTIUS.

De Nomine Jeſu virtuoſo, (i) & quatuor ejus effectibus.

Similitudo ſerpentis terrifica.

20. *Domine Dominus noſter, quam admirabile* (& virtuoſum) *eſt nomen tuum* (Ieſus) *in univerſa terra!* Sic enim

Pſ. 8. 2.

fontes gratiarum, quibus corda arida infunduntur, & imbuuntur, & fructus virtutum, quibus affectiones illorum qui eſuriunt juſtitiam, fructuoſis operibus nutriuntur. Cui etiam aptat illud Eccleſiaſtici 24. 36. *Adimplet quaſi Euphrates ſenſum, & multiplicat quaſi Jordanis in tempore meſſis.*

(*a*) Dicit quoque Soliloq. cap. 3. *Si exterius nulla pœna torqueret, hæc ſola ſufficeret.*

(*b*) Al. *pœnas impendunt.*

(*c*) Cap. 3. Soliloq. ſimiliter.

(*d*) Vulgo *di tre punte*, vel *di tre tagli.*

(*e*) Vindobon. *aliquo modo.*

(*f*) Lambac. *acue.*

(*g*) Vulg. non habet *ſpei noſtræ*; ſed habent duo noſtri membranei Codd. Bernardiniani, quorum unus antiquiſſimus, nec non tertius Biblioth. Epiſc. Trid. item Hug. Car. Lyranus &c.

(*h*) Sic unus ex dictis Codd. Hugo Card. Lyran. &c. At Vulg. omittit *ejus*.

(*i*) Sic Lambac. ac Vindebon.

Digitized by Google

habes in Apostolorum Actuum lectione: Prædicavit Ioannes Iesum a Nazareth, quomodo unxit Iesum; quoniam sicut Iesus a salute, sic Christus ab unctione recipit Nomen suum. (a) Non est unctus quidem communi oleo; sed quo conceptus est Spiritu sancto: (b) non sicut ungitur impotens ob corporis imbecillitatem; sed sicut ad virtutis ostensionem dimicaturi viriliter unguntur Athletæ. Hæc est unctio, quæ per Reges, Prophetas, & Sacerdotes, qui in figura præcesserant Christum Iesum Regem, Prophetam, & Sacerdotem (c), excellentissime demonstrabatur. Postquam enim Dei Filius, sicut pluvia in vellus cum totius gratiæ dulcissimo unguento se diffudit in carnem, ab unguento nuncupatus est Christus; & diffusa velut unguento vel oleo gratia, non solum in barbam, sed & in oram vestimenti (d), participatione Nominis a Christo dictus est quilibet nostrum Christianus, (e) & ex Nomine virtuoso redditur quotidie virtuosus. O virtuosum Nomen Iesu! quod superat hostes, (f) quod congregat cives, quod renovat mentes, quod reparat vires: hostes iniquitatis, cives unitatis, mentes puritatis, vires pietatis. (g)

21. O virtuosum Nomen! quod hostes superat, quod fortis in bello Iesus Nave successor Moysi figurabat (h), qui jam virtute Nominis Iesu, non propria, triumphabat. Nam etsi ante illum sic nullus restitit; hostes tamen ipse Dominus percussit. Illi subduntur homines pauculi Iudæorum; sed in nomine Iesu flectitur omne genu, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Quod hebraice Iehosua, (i) Græce Soter, Latine Salvator (k) dicitur. (l) Et in hoc Nomine tota Majestas Dei humiliter adoratur. (m) Adoratur, inquam, a cunctis, sive qui in inferis morantur; sive qui habitant super terram; sive qui morantur in cœlis. Hoc Nomen est, cujus virtus restituit cæcis visum, surdis auditum, vitam mortuis, verbum mutis, & Diaboli potestatem de corporibus effugavit obsessis. (n) Dæmones siquidem usque adhuc audito Iesu Nomine contremiscunt, & jugiter inter gentes nomen Domini blasphematur, proper opera quæ a nobis fiunt. Inde est quod monet Apostolus, ut sic irreprehensibiliter nos habeamus, & factis & verbis, ut glorificetur Christus ex eis; quia, inquit, omnia quæcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite (o). Sic enim cœpit Iesus facere, & docere. Et tunc adjutorium tuum erit in nomine Domini, nec subderis diabolicæ potestati.

22. O virtuosum Nomen Iesu! quod congregat cives. Sic enim ait Galatas habes: Omnes filii Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Nisi enim virtus immutabilis esset in Iesu Nomine, tanta diversitas populorum per mundi climata dispersorum, nec colli-

ge-

Act. 10. 37. ac seq.

Jesus a salute, Christus ab unctione vocatus.

Christus unctus Athletarum instar.

Ps. 71. 6.

Ps. 132. 2.

Christianus a Christo nomen trahit.

Divisio Jesu Nominis virtuosi cum distinctione, & dilatatione.

Virtuosum Nomen quod superat hostes.

Ad Philipp. 2. 10.

Jesus hebraice Jehosua, Græce Soter, Latine Salvator.

Jac. 2. 19. Isa. 52. 5. Ad Rom. 2. 24.

Ad Coloss. 3. 17.

Act. 1. 1.

Ps. 123. 8.

Virtuosum Nomen, quod congregat cives. Ad Gal. 3. 26.

(a) Supra num. 17. ac in Vite Myst. col. 186. num. 146. Item Procem. in 4. Sentent. nec non Exposit. in cap. 9. S. Luc.

(b) S. Petr. Chrysol. Serm. 58. in Symb. Apost. *Christum unctum accipe, non communi oleo, sed sancto, quo natus est, Spiritu.*

(c) Ead. Exposit. ibi.

(d) Sic in Procem. Breviloq. de Sublimit. sacr. Scriptur.

(e) In Amator. ex Hug. Vict. de Arrha anim. post med. „ Nomine suo vocavit te, ut memoriale ejus semper esset apud te. Voluit „ te esse participem in nomine, participem es„ se in nominis veritate; quoniam unxit te „ illo quo & ipse erat unctus oleo lætitiæ, „ ut ab uncto sis unctus, qui a Christo diceris „ Christianus. “ Vid. infra num. 56.

(f) Ita D. Bonav. Tert. Solemnit. de Imposit. Nom pueri Jesu. Quid clarius, ut idem agnoscatur utriusque Opusculi Auctor? Vid. supra Ser. 2. num. 14. in not. c.

(g) Rursum consueta apud D. Bonav. similiter desinentia.

(h) Supra num. 5.

(i) Sic ad calcem Biblior. in Interpret. Nom.

(k) Ita a græca voce *Soter* apud Cic. 4. Verr. c. 63. & in Lex. Græc. Lat. Cornel. Schrevelii.

(l) S. Petrus Chrysol. Serm. 144. De Annunt. B. M. V. *Quod Hebraice Jesus, Græce σωτὴρ, hoc dicitur Latine Salvator.* Vid. quoque Comment. nostri Martini de Castillo in Serm. 16. ejusdem Chrysol. De duobus Dæmoniacis.

(m) Cit. Exposit. in cap. 9. S. Luc.

(n) Pariter secundum Petrum Ravennatem Ludolphus de Saxonia in Vita Jesu Christi Par. 1. cap. 10. Vid. S. Petr. Chrysol. cit. Ser. 144. De Annuntiat. S. M. V. ac ipsum D. Bonav. Solemnit. tert. de Imposit. Nom. pueri Jesu.

(o) Vulg. non habet *nostri*, neque *facite*; sed utraque habet ipsemet D. Bonav. 2. Dist. 41. Art. 1. Q. 3. ad opp. nec non Cod. noster Bernardin. perantiquus 39. Item *facite* exprimunt *multi Codices Latini, & Goth. & Syr.* apud Marianam. Vulg. quoque pro *omnia quæcumque* habet *omne quodcumque*.

Digitized by Google

geretur in fide, nec perſeveraſſet in Eccleſiaſtica, & Catholica unitate. Pauper erat Apoſtolus, qui artem exercebat in pellibus (*a*); cujus prædicatio non in perſuaſionibus Oratorum, non in figuris, aut coloribus Rhetorum; non enim, ait, judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Quid, obſecro, talis prædicatio poterat obtinere, niſi Nomine illius, qui crucifixus eſt ex infirmitate, ſed vivit ex virtute Dei, id eſt, ſua? Conſidera ſtatum mundi ante prædicationem Nominis Chriſti, cum Apoſtolorum tempore cœpit in Chriſto populos aggregare; & videbis pauperes, inopes, gyrovagos, ſimplices, vix utentes ſemicinctiis, (*b*) imperitos ſermone, ſæcularium literarum ignaros, inſtabiles, nudos, tot in fide congregaſſe populos. Nec certe, quod aſſerebatur, multum probabile videbatur, de quodam Jeſu, quem aſſerebant vivere, & omnimodis nitebantur efficere, quod eum Mundi Sapientes, & Reges, deberent, rejectis ſacrorum ſuorum teſtimoniis, & Deorum cultibus, adorare. Certe virtus occulta latens in Nomine Jeſu trahebat interius ipſos ad fidei cultum, ſicut adamas occultiſſime attrahit ferrum. Virtus hujus Nominis perſeverat: Chriſtus vincit, Chriſtus regnat, Chriſtus imperat (*c*). Et nos, Fratres, quos tanti Nominis virtus univit in fide & vocavit in conſentanea caritate; laboremus pro viribus (*d*) in vinculo pacis unitatem ſpiritus poſſidere, ſicut ſcriptum eſt: Obſecro vos, fratres, per nomen Domini Jeſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata; ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Caput hirſutum, & horrentibus comis, (*e*) nudipedes (*f*) ſimiles Apoſtolis, (*g*) & conſimilia, quædam exterius virtutum præferunt ornamenta. Si vero ſolvatur tunica deſuper contexta per totum (*h*); quod per crucifixores Domini non eſt factum; ſi inflетur alter ad alterum; ſi manus erigatur adverſus oculum; ſi oculus deſpiciat manum; (*i*) ſub ovili pelle latitat tunc lupus, ſub columbina ſimplicitate corvus crocitat, ſub Chriſti ſuperficie tegitur Antichriſtus. Videte vocationem veſtram, puſillus grex, & luce clarius cognoſcetis, per unanimitatis concordiam res virtuoſiores effici, quas videmus per animoſitatis diſcordiam ſeparari, & diſſipari. Vos elegit Deus, ut ſitis vinea parvula, (*k*) quam tranſtulit de Ægypto, (*l*) quæ dilatatis propaginibus Mundo vinum influit univerſo. Vos lilium inter ſpinas lucetis, & redoletis per innocentiam, & patientiam, ſicut gratioſus iſte floſculus pullulatis. Vos domus ſuper ſolidum, nec ventos, nec flumina formidatis. Inundaverunt aquæ, totiuſque Mundi diluvium arcam non potuit ſuperare, niſi

quod

Pauli Apoſtoli ars in pellibus, & prædicatio qualis.

2. *ad Cor.* 2. 2.

2. *ad Cor.* 13. 4.

Semicinctia.

Luc. 24. 23. & *Act.* 25. 19.

In Nomine Jeſu latens occulta virtus, ſicut in adamante.

Ad Eph. 4. 3.

1. *ad Cor.* 1. 10.

Adhortatio ad caritatem, directa ad Fratres Minores.

Nudipedes Apoſtolis ſimiles.

Jo. 19. 23.

1. *ad Cor.* 1. 26.

Luc. 22. 32.

Pſ. 79. 9.

Gen. 2. 2.

Luc. 6. 48.

Gen. 7. 17.

(*a*) Sive in conficiendis tabernaculis, tentoriis, conopæis, aut aulæis, ex conſutis pellibus. Ita Sa, Mariana, Menochius, Tirinus, Gordonus, aliique Interpretes exponentes illud Act. 18. 3. de *ſcenofactoria arte*, quam d. Apoſtolus exercebat.

(*b*) Per *ſemicinctia* intelliguntur zonæ minus latæ, ſecundum Iſidorum Etymol. Lib. 19. cap. 32. ſecundum alios vero genus veſtis breviſſimæ, pro ventris verendorumque tegumento. Vid. Interpretes Act. 19. 12. ubi *ſemicinctia* nominantur.

(*c*) Hæc etiam in Rituali Card. Ludov. Madrutii ad uſum Eccl. Trident. cui Epiſcopus præerat pag. 178. Edit. Brixien. 1583. in cujus Epiſtola prævia ipſe teſtatur fuiſſe *ex antiquioribus, iiſque optimis, & probatiſſimis, ac Rom. Eccleſiæ conformibus excerptum*.

(*d*) Alibi *pro poſſe*; ſed *pro poſſe*, & *pro viribus*, habet etiam Serm. 2. de plur. SS. Confeſſ.

(*e*) Forte alludit ad antiquiores illos Fratres Minores, qui ſi fides ſit Petro Galeſinio in Vita S. Bonav. cap. 9. *capite aperto, capilliſque promiſſis, ac ſparſim diffluentibus, rituque paſtorum incedebant*. Quibus ſcilicet Innocentius III., teſte ipſomet S. Bonaventura in fin. cap. 3. Legen. ma. S. Franc., *fecit coronas parvulas fieri, ut verbum Dei libere prædicarent*. Porro *horrere capillos* habet etiam Tibul. Lib. 2. el. 3. ver. 23.

(*f*) Hanc habet vocem & Tertul. de Pall. cap. 5.

(*g*) D. ipſe Bonav. in Epiſt. ſive Opuſc. *de eo quod Chriſtus, & Apoſtoli, & Diſcipuli ejus diſcalceati inceſſerunt, ſive de Sandaliis Apoſtolorum*, data opera oſtendit, quod ipſi aut *nudis pedibus inceſſerunt*, vel *ſandaliis utebantur*, in quibus ſcilicet *neque pes tectus ſit, neque nudus ad terram*. Vid. Cornel. a Lap. Comment. in Cant. Canticor. cap. 5. ver. 3.

(*h*) Eodem ſenſu Expoſit. in Pſalter. Pſ. 132. & Expoſit. in cap. 23. S. Luc. nec non Comment. in Jo. cap. 19. num. 1250.

(*i*) Alludere quoque videtur ad *diſſidia Fratrum*, de quibus idem Galeſin. loc. ſupra cit.

(*k*) *Vineam parvulam* heic vocat Religionem FF. Minor. ſicut in Prol. Legen. S. Clar. *parvam navicylam*.

(*l*) De hujuſmodi translatione *ex Ægypto* ad fin. Legen. ma. S. Franc.

Digitized by Google

quod eam extulit in sublime (a). Vos in Christo Jesu geniti per Evangelium, de vestræ professionis titulo conformari debetis pro viribus Evangelicæ puritati. (b)

1. Cor. 4. 15. ac 1. Pet. 2. 2.

Virtuosum Nomen, quod renovat mentes.

23. O virtuosum Nomen Iesu! quod renovat mentes, mentes peccatorum nimia vetustate (c) sordentes. Peccatores fuerunt Corinthii, quibus proponebat Apostolus: Hæc quidem aliquando fuistis; sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed justificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi. Macula deformavit animam; sed abluti estis. Libido contraxit immunditiam; sed sanctificati estis. Reatus obligavit ad pœnam; sed justificati estis in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui liber extitit a macula, liber a libidine, liber a reatu peccati. (d) Et vos, fratres, mentibus, quasi viribus, renovatis induimini Dominum Iesum Christum, ut Christi conversationem in vestris corporibus prætendentes habeatis indumenta necessitatis ad meritum, utilitatis ad præmium, & honestatis apud alios ad exemplum. Si Christum attendis, & in ejus similitudinem te transformas, utique renovaris. Si Iesu respicis altitudinem, nemo illo sublimior: si dejectionem, nemo reperitur humilior. Ipsum imitari potes, eidem æquari non potes. Descende post eum per profundissimam humilitatem, ascende post eum per altissimam caritatem. Induimini Iesum Christum, sicut lana colorem, sicut aer lucem, sicut ferrum ignem. Illa exterius tingitur; ille interius penetratur; illud in ignis naturam interius & exterius quodammodo transformatur. Colorem repræsenta in conversatione, lucem in discretione, sed ignem in dilectione (e). Sicut enim ferrum in ignem missum magis efficitur ignis, quam ignitum (f); sic viri perfecti in caritate (g), vel induti dixerim, aut imbuti, caritas videntur potius, ut emphatice loquar, quam caritate succensi. (h) Fiamus igitur alterabiles, & velut lana formabiles, scilicet sine pertinacia: sicut aer pervii, in innocentia pueri: solidi quemadmodum ferrum in constantia, non cedentes in sustinentia terribilium propter Christum. (i)

Macula, libido, & reatus peccati.

Christus ab illis liber.

Ad Rom. 13. 14. 1. Petr. 3. 10.

Exemplum ferri.

Exempla alia lanæ, & aeris.

Virtuosum Nomen, quod reparat vires.

24. O virtuosum (k) Nomen Iesu! quod reparat vires. Claudo dictum est in Actibus Apostolorum: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula; & statim debilitas effugit, virtus restituitur progressiva. Ubi curat ars, vel Medicus, ægritudinis, aut debilitatis remanet indicium; ubi vero Iesus, vel ipsius virtus, nihil hujusmodi remanet, neque cicatrix, neque symptoma, neque vestigium, neque signum. Surge, inquit, & ambula, quod & fecit. Sic curata Petri Socrus a Domino Iesu, surrexit, & illico ministravit. (l) In domo Petri non vina, sed la-

Act. 3. 6.

Luc. 4. 39.

(a) Alludere videtur ad persecutiones ab osoribus altissimæ paupertatis suo tempore excitatas, de quibus Fratres Minores, ipso duce, ac Generali Ministro, feliciter triumpharunt.

(b) Hoc ait; quia *totâ Regulâ Fratrum Minorum substantia de fonte trahitur Evangelicæ puritatis*, Exposit. in Reg. FF. Minor. post init.

(c) De hac *vetustate* idem in 4. Dist. 17. Par. 1. Dub. 4.

(d) De *peccati macula* in eod. 4. Dist. 18. Par. 2. Dub. 4. De *libidine peccati* in 2. Dist. 31. Art. 1. Q. 3. in concl. ac ibi Dist. 36. Art. 1. Q. 2. ad 1. nec non infra Dist. 42. Dub. 1. *de reatu peccati fundato super maculam*, & *deformitatem*. Ab his autem omnibus *Christus liber extitit*; quoniam nec culpam, neque *illos defectus, qui non tantum sunt ex culpa; sed etiam via ad culpam, non decuit Christum assumere: quia Christus fuit minister justitiæ omnino segregatus a peccato*, 3. Dist. 15. Art. 1. Q. 2. in concl. Item Ludolphus de Saxon. in Vita Jesu Christi cap. 10. „ Cum tria sint in peccato, scilicet macula, culpa, & reatus; patet quod quoad omnia ista peccatum remittitur per Nomen Jesu. Unde Joannes: Remittuntur vobis peccata propter nomen ejus.“ 1. Jo. 2. 12.

(e) Heic quoque similiter definentia.

(f) Hoc exemplo pariter utitur Richar. Vict. Tract. de gradibus caritatis violentæ; nec non ipsemet D. Bonav. in fin. cap. 7. De præparat. ad Miss.

(g) De his part. 1. de Eccl. Hierarch. cap. 2. ab initio.

(h) Est enim *caritas ad modum materialis ignis calefactiva*, ac etiam *similis virtuti conversivæ*, Serm. 2. de plur. SS. Confess.

(i) Ibi: *Amor enim facit pœnas contemnere, & ipsam mortem appetere; immo facit quasi non sentire*. Mors tamen est ultimum terribilium. Vox *sustinentiæ* est in Vulg. Eccli 2. 16. ac 1. Thess. 1. 3.

(k) *Virtuosum* heic crebro repetitum est etiam in 3. Dist. 16. Art. 2. Q. 1. in fine, & alibi sæpe.

(l) Pariter Exposit. in d. cap. 4. Luc. ibi „ Hoc est certum perfectæ curationis indicium, „ quia nullæ remanserunt reliquiæ; quia statim facta est potens ad motum, & potens „ ad obsequium. Surrexit enim, & ministrabat eis &c. “

Digitized by Google

lacrymæ fundebantur. Intravit Ieſus, non tam epulas accepturus, quam ſanitatis officium redditurus: aſpexit languentis gemitum, febrientis (a) incendium, deſperatæ periculum, qui pepulit morbum. Et ut ſcias, quia ſic Ieſus morbos effugat, ut vires priſtinas mox reducat, ſurgit mulier, & miniſtrat. *Luc. 5. 23. & ſeq.* Et Ieſus ad Paralyticum mox curatum: Surge, inquit, & ambula, & tolle lectum tuum. Ubi quæſo ferrum, ignis, ſectio, ſive alia ſpecies Chirurgiæ? Ubi victus aridus, potus tenuis? Ubi tandem amara potio medicinæ? Deitatis ſuæ potentiam operis atteſtatione oſtendit, dum diſſipati corporis componit membra, artus conſolidat, nervos conſtringit, greſſus ad curſum ſuſcitat in vivo cadavere, vel ſepulto. Paralyticus enim erat, & jacebat in lecto (b). Tollit lectum, portantem portat, vices commutat oneris, ut quod erat teſtimonium priſtinæ infirmitatis, fieret poſtmodum probatio præteritæ præſtitæ ſanitatis. (c) Propter hoc fideliter, & fidenter ait Petrus: *Act. 4. 10.* Notum ſit omnibus vobis, & omni plebi Iſrael, quia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Nazareni, quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitavit a mortuis, in hoc iſte aſtat coram vobis ſanus. (d) Hæc eſt virtus illius Nominis, quod per Apoſtolos, & Apoſtolicos viros virtutibus clarificabatur, & ſignis. Propter hoc diabolus reddiderat puerum ſurdum, & mutum; quoniam æſtimabat eum non poſſe, curari, qui non audiret Nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. *Mar. 9. 24.* *Ibi 26.* Sed ad tactum Domini Ieſu diabolus effugatur, clauſa patent, vincula ſolvuntur, redditur ſermo, redit auditus, & tota ſuper hominem reparatio. Solus deflet diabolus, (e) quod poſſeſſione diutina ſpoliatur.

25. Et nunc Domine Ieſu Chriſte, dum virtuoſum Nomen tuum balbutientes proſequimur, virtutem ejus in occultis noſtris ægritudinibus ſentiamus. Exeat de te virtus, reſtringatur ſanguinis noſtri fluxus. Dat fiduciam ſuſpirandi ad te, tam pietas Nominis, quam ſanitas ad hujuſmodi invocationem Nominis toties ſubſecuta; ſed obſiſtit fiduciæ pudenda neceſſitas, infirmitas verecunda. Urget nos tam tuæ pietatis immenſitas, quam noſtri doloris multiplicitas; ſed cohibet acceſſum, & reprimit noſtri fœditas ulceris, & tuæ ſupereminentia (f) pietatis. In quodam dubio conſtituti, a tuæ faciei præſentia formidamus, & ſi vulnus lateat, nos perimus. Sed Apoſtolum Petrum mihi conſulentem audio: Non *Act. 4. 12.* eſt in alio aliquo ſalus; nec enim aliud Nomen eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſalvos fieri, niſi Nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti. (g) Non inquinatur puritas ſolis ex ſtercore, non abhorretur Medicus ex pertractato vulnere. Curat Medicus verecunda membrorum, purgat effluentem ſaniem; hoc non injuriam reputat, ſed honorem. Sic exuberat ad laudem Domini noſtri Ieſu Chriſti, quod vulnera noſtra curando reſpicit, tangit ad remedium Ieſus, viſitat ad ſalutem. Oculos majeſtatis perpetrata non offendit iniquitas, non præſens lædit infirmitas; ſed addita vulnerum contumacia, ſed contradicentis rebellio, ſed obſtinatus animus, & voluntas. Nomen ergo *Jac. 2. 7.* tuum Domine Ieſu Chriſte, quod in- *Act. 19. 17.* vocatum eſt ſuper nos, magnificetur in nobis per tuæ virtutis judicium, & noſtræ ſanitatis experientiam, cui cum Patre, & Spiritu ſancto, eſt omnis honor

Invocatio devota D. N. J. C.

Luc. 6. 19. & 8. 46.

nor

(a) Vindobon. *febricitantis*.

(b) *Reddit enim ægritudo Paralyſis inhabilem ad ſtandum, & inhabiliorem ad operandum, & inhabiliſſimum ad ambulandum*, d. Expoſit. in c. 5. S. Luc.

(c) De qua ibi: *Imperat ei Dominus rectitudinem ſtatus, fortitudinem actus, promptitudinem motus, quibus obtentis efficitur perfecte ſanus.*

(d) Inibi pariter conjungit utrumque miraculum paralytici & clauſi inquiens „ Paralytico „ imperat actum, qui non poteſt competere „ niſi ſano, ſcilicet ſurgere, cum dicit: *Surge.* „ Sicut Petrus claudo: *In Nomine Jeſu Chriſti* „ *Nazareni ſurge, & ambula &c.* “

(e) Utpote qui *maxime adverſatur, ne quis ab eo obſeſſus convertatur ad Chriſtum*, quemadmodum idem Interpres loquitur Expoſit. in cap. 9. S. Luc. ubi hoc ipſum refertur miraculum.

(f) Uſus adjectivis & ſubſtantivis addendi *ſuper*, D. Bonaventuræ alibi perquam familiaris.

(g) *Niſi &c.* non eſt de textu, ſed D. Bonaventuræ additamentum ad textum. Hinc docent nedum idemmet Bonav., ſed & Hugo Vict. Magiſter, Halenſis, Albert., S. Tho., Marſil., & Gabriel, quos citat, & ſequitur Gregor. a Valentia, poſt Evangelii promulgationem opus eſſe fide explicita Chriſti Domini, neceſſitate non tantum præcepti, ſed medii, ad juſtitiam, æternamque ſalutem.

Digitized by Google

nor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. Deo gratias. (a)

SERMO QUARTUS.

De Nomine Jeſu gaudioſo, & quatuor ejus effectibus.

Cant. 1. 2. ac ſeq. 26. *Oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te: exultabimus, & lætabimur in te.* Petrus & Paulus Principes Fidei Chriſtianæ, Nominis Ieſu Chriſti notitiam diffuderunt fideliter, & efficaciter toto Orbe terrarum. Non enim erat agnitum Nomen Jeſu ante Incarnationem Filii; propter quod ait ſapientiſſimus Salomon: Quod eſt nomen Filii ejus, ſi noſti? Nam tanti Nominis illi non debebantur delicia, qui carnales delicias quærebat in carne. Nomen etiam Jeſu non eſt revelatum Moyſi; ſed nomen potentiæ, quod vocatur Adonai, (b) quod pro temporis competentia (c) congruebat, & pro populo ſubdito timore ſervili. Non pietatis, ſed ſeveritatis, non amoris, ſed timoris, plenum erat Nomen Dominicum. Ecce, inquit Iſaias, nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, & gravis ad portandum, labia ejus repleta ſunt indignatione, & lingua ejus quaſi ignis devorans. Magnum & prorſus terribile nomen ejus, qui cum ardore venit ad comburendum, cum furore ad lædendum, cum pondere ad terrendum. Sed in Mariæ viſceribus invenit ardor, furor, pondus dulcedinem; redactus eſt ardor ad temperiem, furor ad manſuetudinem, ponderis gravitas ad tolerabilem levitatem. Ecce ergo amor & gaudium, unde Nomen Filii (d) credimus appellatum; quoniam *oleum effuſum nomen tuum: ideo adoleſcentulæ dilexerunt te; exultabimus, & lætabimur in te.* Habes igitur Nomen Domini gaudioſum. Hoc eſt enim effuſio cum gaudio, quod oleum cum Jeſu Dei Filio; effuſio enim ſignum eſt gaudii. Nomen autem Jeſu ſub metaphora deſcribitur olei; eſt enim oleum curamentum (e) in languoribus, mitigamentum in laboribus, illuminamentum in obſcuritatibus, condimentum in ſaporibus. (f) Languet peccator in tranſgreſſione, laborat pœnitens in expectatione, caligat juſtus in hac confuſione, perfectus expectat in hac peregrinatione. Et tu Domine, Domine, fac nobiſcum propter nomen tuum; quia ſuavis eſt miſericordia tua. Diffundatur oleum de Nominis tui ſuavitate. (g) Percipiat peccator veniam, pœnitens victoriam, juſtus notitiam, perfectus fruitionis experientiam (h), omnis lætitiam. Da veniam in contaminatione, victoriam in tentatione, notitiam in meditatione, fruitionis experientiam in oratione.

27. Audi veniam in Jeſu Nomine miniſtratam: Jeſu fili David miſerere mei. Et ſtatim quod petierat factum eſt ei. (i) Sic miſericordia, Fratres, a miſericordiæ fonte deſcendit. Et David poſt peccatum miſericordiam iſtam petiit: Miſerere mei Deus, ſecundum magnam miſericordiam tuam. Ecce Rex potentiſſimus, & multarum gentium victor egregius, cum ſe audiiſſet a Propheta Nathan redargui, peccatum ſuum non erubuit publice confiteri. Non, uti mos eſt, allegationibus excuſat callidis, non calloſis (k) artificiis; ſed a vitiis abſolvi meruit, quia ſua vitia non defendit. Dicit (l) Judici: Miſerere mei, & jam locum non relinquit examini, vox iſta non diſcutitur a miſericordiæ Filio, (m) David miſericorditer exaudi-

Adonai nomen.

Iſa. 30. 27.

Magnum & prorſus terribile nomen.

Pſal. 30. 4.

Nomen Jeſu ſub metaphora olei deſcriptum.

Pſ. 108. 21.

Diviſio Jeſu Nominis gaudioſi cum diſtinctione, & dilatatione.

Venia in Jeſu Nomine miniſtrata. Luc. 18. 38. ac ſeqq.

Cæcus Jeſu Nomine corpore, & mente ſanatus.

Miſericordia a miſericordiæ fonte deſcendit. Pſ. 50. 1.

2. Reg. 12. 13.

(a) De hoc *Deo gratias* vid. cap. 5. de Perfect. vit. ad Soror.

(b) In Cod. noſtro Bernardiniano A. I. 40. ad calcem in Interpret. Nom. *Adonai Dominus, vel Dominator.*

(c) *Competentia* pro *convenientia* eſt apud Gel. Lib. 1. cap. 1.

(d) Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 3. ſub ver. 12. num. 216. „ Nomen Dei vetus eſt „ *Dominus*; Nomen novum *Jeſus*, id eſt, Sal„ vator.“ Vid. quoque Vol. 1. de ſacr. Script. Myſter. §. 48.

(e) De hac voce *curamentum* vid. Gloſſar. Ducang.

(f) Prædicta ſimilis definentiæ a ſtylo Bonaventuriano haud diſſona; & ait ipſemet D. Bonav. Expoſit. in cap. 1. Cant. §. 20. *In oleo dulcis refectio, medicinalis mitigatio, noctium illuminatio.*

(g) Ibi §. 19. „ Poteſt per *Nomen* intelligi „ perſonæ ejus notitia & fama, quæ tota eſt „ ſuavis, & ubique diffuſa, & ſuper alios li„ quores ſuavitatis ſupernatans quaſi oleum: „ *Oleum effuſum nomen tuum.*“

(h) Eſt quippe *Nomen beatificum*, inquit cit. Comment. in Apocal. ibi n. 217.

(i) Vide ſis D. ipſum Bonav. Expoſit. in Luc. ibi.

(k) *Calloſis* pro *malitioſis*. Ita Iſid. Gloſſ. in Amalth. Onomaſt. Joſephi Laurent.

(l) Lambac. *dicitur*.

(m) *Miſericordiæ Filio*, ſicut Divinus Pater dicitur

Digitized by Google

ditur. (a) Hac unica possunt rei per sententiam definitivam contra leges civiles absolvi. Filioli mei, dicit Joannes, hæc scribo vobis, ut non peccetis; sed si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. O consistorium (b) Trinitatis ordinatum! Peccator plorans postulat, Filius impetrat, Pater condonat, Spiritus sanctus lætificat. Siquid ergo Patrem petimus in Nomine Filii, credamus certitudinaliter (c) obtineri. Inde post tristitiam sequitur gaudium, sicut post nubilum & pluviam tempories & serenum. Gloriabuntur ergo in te, Domine, omnes, qui diligunt nomen tuum, & sperent in te qui noverunt nomen tuum. Ubi enim est peccati remissio, subsequitur necessarie & exultatio. Tunc autem noveris te verissime veniam percepisse peccati, quando post detestationem, & gemitus, cor tuum nequaquam senseris vitiorum illecebris vel imaginatione perstringi. Unde quidam ait: Tunc demum præterita nobis vitiorum contagia remissa credenda sunt, cum fuerint de corde nostro præsentium voluptatum desideria, pariterque passiones depulsæ.

1. Jo. 2. 1. ac seq.

Pf. 5. 12. ac 9. 11.

Cujusdam sententia.

28. Audi victoriam per Jesum, & lætitiam. Deo gratias, inquit Apostolus, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Jesum Christum. Sic fortis athleta post obtentam victoriam, in multiplices actiones exuberat gratiarum. Nihil est, quod ita indicet exultationem mentis, sicut gratiarum actio, & vox laudis. Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam. Tua est victoria, tibi assume laudem. Invocavi nomen tuum in die tribulationis, eruisti me, & glorificabo te. (d) Propter hoc Apostolus dimicabat lætanter, viriliter, & securus. Certus sum, inquit, quia neque mors, neque vita, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Hic est equus, qui terram ungula fodit, exultat audacter, in occursum pergit armatis: contemnit pavorem, nec cedit gladio, & cetera quæ sequuntur. Cohortis humanæ Centurio, Dux militiæ Christianæ, dum oculos levat ad Regem, ejusque vexillum, non metuit vulnera, non discrimina, neque sanguinem, neque mortem (e). Aspicit enim in auctorem, & consummatorem Jesum, qui confusione contempta, id est, calcata, sustinuit crucem. (f) Hinc hortatur nos ad simile prosequendum: Nolite, inquit, timere pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Unde Petrus Ravennas: (g) Semper eis præmia statuuntur, quibus dura certamina proponuntur, & pro certaminis magnitudine, præmii proponitur magnitudo; quatenus timore rejecto meditentur alacriter pro victoria coronari. (h) Pericula despicit qui tendit ad regnum, victoriæ cupidus non egreditur campum. (i) Sic Philippus Rex Macedonum contra Phocenses processurus ad bellum, coronas laureas (k)

Victoria in Jesu Nomine, & lætitia.

1. ad Cor. 15. 57.

Pf. 49. 15.

Ad Rom. 8. 38. ac seq.

Job 39. 21. ac seqq.

Ad Hebr. 12. 2.

Luc. 12. 32.

Petr. Chrysol. de terrenor. cura despicien. Ser. 22. ab init.

Philippus Macedonum Rex.

Pf. 113. 1.

citur *Pater misericordiarum*; & Divina Mater vocatur *Mater misericordiæ*.

(a) Vindobon. uti meum habet apographum: *Vox ista non dissentitur: a misericorde filio David misericorditer exauditur*. Prædicta autem assertio in eo nititur, quod ipse tradit D. Bonav. in 3. Dist. 25. Art. 1. Q. 2. in concl. scilicet *quod nullus post lapsum salvari poterat absque fide Mediatoris*. Id quod maxime credendum erat *his quibus erat revelatum, sicut sanctissimis Patribus*; adeoque & David, qui *Propheta eximius* ab eodem vocatur.

(b) Hujus vocis usus nedum alibi est apud D. Bonaventuram; sed etiam in Vulg. Esther 5. 1.

(c) Adverbium a D. Bona. sæpius adhibitum.

(d) Ita sibi accommodat illa cit. Ps. verba: *Invoca me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me*.

(e) *Valde milites animosi fiunt, dum in vexillum Regis vident, & intendunt*, Serm. de Exalt. S. Cruc., nec non Serm. 4. de uno Martyre ex S. Bernardo: *Bonus miles suas plagas non sentit, dum benigni Ducis vulnera intuetur*. Item ibi: *Quis miles deficit in bello, ubi Regem suum viderit pro se vulneratum?*

(f) Ibi.

(g) Sub nomine Petri Ravennatis alibi quoque a D. Bonav. allegatur.

(h) Ly *quatenus* usque *coronari*, non sunt verba laud. Chrysol. sed nostri Auctoris, quorum loco hæc sunt apud ipsum Chrysol. *Hinc est, quod discipulis suis Christus locum ponit in præmio, ut in certamine non cedant periculis, non timori*.

(i) Apud eumdem Chrysol. *nescit timere*.

(k) Est enim *laurus triumphis dicatæ, victoriarum nuntia*, & ea *victorum capita coronantur*, ut ex Plinio, ac Isidoro, ait Vincent. Bellovac. in Spec. natur. L. 13. cap. 15. Vid. Flor. L. 2. c. 7.

Digitized by Google

milites ſuos ſumere præcepit, & de hoſtibus triumphavit. (a) Sic puſillus grex duodenus primitiæ Eccleſiæ, tot vicit, & fregit genera beſtiarum, quot jugo Chriſti ſubdidit differentias nationum. Vere bellatores inclyti, qui flecti non poterant, ſed occidi; teſtimonium perhibentes verbo Dei, & teſtimonium Jeſu Chriſti, participes in tribulatione, & regno, & patientia in Chriſto Jeſu. Sic enim in Eſdra (b) ſcriptum eſt: Ego Eſdras vidi in monte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominum. Et in medio eorum erat juvenis ſtatura celſus, eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur; Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogavi Angelum, & dixi: Qui ſunt hi, Domine? Qui reſpondens dixit mihi: Hi ſunt qui mortalem tunicam depoſuerunt, & immortalem ſumpſerunt, & confeſſi ſunt nomen Dei: modo coronantur, & accipiunt palmas. Et dixi Angelo: Ille juvenis quis eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et reſpondens dixit mihi: Ipſe eſt Filius Dei, quem in ſæculo ſunt confeſſi.

Apoc. 1. 2. ac 9.

Eſdr. 4. c. 2. 42. ac ſeqq.

29. Audi notitiam, & lætitiam: Ille homo, qui dicitur Jeſus, lutum fecit, & unxit oculos meos, & dixit mihi: Vade ad natatoria Siloe, & lava. Et abii, & lavi, & vidi. (c) Viſio pertinet ad cognitionem, unctio vero ad exultationem. Novimus, quoniam ſiquis oleum in ore tenuerit, & ad aquarum profunda deſcendens, illud efflaverit, reddit aquæ ſuperficiem clariorem, & abſcondita producit in lucem. (d) In tenebris uſque adhuc ſumus, caligat oculus, ceſpitat greſſus, attrectat manus, non recedit nubilum, non nobis manifeſtatur occultum, non recipimus viſum; niſi Jeſus ſuæ refulgentiæ (e) lumine radioſo, vel radio luminoſo, notum fecerit in cordibus noſtris Nomen ſuum. Lumen eſt enim Nomen Jeſu, quod in æthere cordis noſtri myſteria reſerat, ſicut lumen Solis materialia manifeſtat. Dictionum connexio mihi miniſtratur exterius per ſermonem; ſed niſi Jeſum docentem interius habeam, vocum occultam ignoro virtutem. Unde beatus Dionyſius ait: Jeſum invocantes illud Verbum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et quid mirum, ſi doceat liber vitæ, ſi revelet arcana Magiſter diſcipulis, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ, & ſcientiæ abſconditi? In hoc libro Patres noſtri per contemplationem, & meditationem, antiquitus ſic ſtudebant, quod de Divinis myſteriis eruditi, libris aut Magiſtris præſtantioribus non egebant. (f) Tu vero quanto magis a terra ſubtraheris, & ad alta ſuſtolleris, dum ad Jeſum converteris intuitum, recipis lumen ipſum. Nam Apoſtoli ad montis ſupercilium jam aſſumpti, & in mentis ſpecula conſtituti, (g) levantes oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum. Nos interim velut in monte exerceat medio, donec perfecte nos doceat, qui magiſterii ſui cathedram poſuit in Cœlo. Audi Sponſæ Canticum: (h) Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum. O limpidiſſima veritas! (i) O defæcatiſſima claritas! Ibi, inquit, me docebis, ut agnoſcam verum Deum, & quem miſit Jeſum Chriſtum. Ibi noſſe noſtrum non habet errorem, nec eſſe defectionem, nec velle offenſionem, nec poſſe obviationem. Illuc properet qui deſiderat edoceri, ubi erunt omnes docibiles Dei. (k) Ex illa vero ſcientia vi amoris Doctoris noſtri Jeſu Chriſti maxime fervebimus, non qualiter hic fer-

Dionyſ. L. de Cæleſt. Hierarch. c. 2.

Jo. 1. 9.

Ad Coloſſ. 2. 3. Ex ſtudio libri vitæ quantus profectus.

Matth. 17. 8.

Cant. 8. 2.

Jo. 17. 3.

Jo. 6. 45.

Ambroſius L. 3. in Hexaem. c. 9. n. 33.

ve-

(a) Vid. Juſtin. Hiſtoriar. Lib. 8.

(b) Vid. ſupra Serm. 2. num. 17. not. e.

(c) Vulg. *& abii, lavi, & vidi*; ſed ut ſupra ipſemet D. Bonav. Comment. in Jo. ibi num. 662. & Codd. ibi laudati.

(d) Verba S. Ambr. ſupra cit. ſic ſonant: *Quid miramur ſi Deus locutus eſt lucem, & caliganti mundo lumen emicuit, quando ſi quis inter aquas merſus oleum ore emiſerit, clariora faciat ea quæ profundi tegebantur occultis.*

(e) Vox a D. Bonav. ſæpe adhibita.

(f) De hoc videri poteſt luculentiſſimum exemplum in S. P. Franciſco, uti patet in ejus Legen. ma. cap. 11. ubi agitur *De intelligentia Scripturarum, & ſpiritu Prophetiæ*. Quantum etiam ipſe D. Bonav. more Majorum profecerit in ſtudio libri vitæ, teſtatur ejus Vita apud Octavianum de Martinis, Magiſtrum Robertum &c.

(g) *Et ad quietem contemplationis perductis*, cap. 1. Itiner. ment. in Deum.

(h) *Canticum* in ſingulari vocandum cenſet etiam Præfat. in Cant. §. 13. & alibi pluries.

(i) *Sereniſſimam veritatem* quoque appellat ad fin. cap. 5. ſui Itinerar.

(k) Pariter Expoſit. in Cant. ibi §. 323.

Digitized by Google

vemus. Idem erit habitus caritatis, (a) alius & alius vero modus. Pro magnificis enim, & mirificis ejus donis illa dilectio plus est habitura fervoris; sicut & vinum conditum pro saporis efficacia amplius est aliquid, quam vinum. Dabo ergo tibi poculum de vino condito; quia vinum inebriantis caritatis, (b) quod dixisti cum Apostolis tuis te bibiturum in regno, (c) multo ferventius, quam in statu viæ fuerit, tibi, Domine, præsentabo. Licet homo per naturam, ero tamen aliquid futurus per Deiformitatem gloriæ quodammodo plus quam homo. (d) Et vinum, inquam, malorum granatorum, quasi sub dispari claritate (e) per gaudium. Vel certe quoniam unitas & unanimitas pro omnibus erit una (f); tamen pro officio, pro religione, pro voto, pro merito factorum, in aliis & aliis specialior est futura (g). Propter hoc erat olim in gloria populus Judæus, quia notus in Judæa Deus, & in Israel magnum nomen ejus; nunc vero, quoniam perdidere Jesum, cæcitas perseverat in populo Judæorum. Non intuentur vultus Moysi claritatem, solam habent superstitionis superficiem, non sapientiæ veritatem. Et propter hoc fosso pariete deportatur humeris Ezechiel, in caligine effertur, faciem suam velat; quoniam sedent sine vero Deo Judæi, sine altari, sine sacrificio, sine Principe, sine Rege.

Luc. 22. 18.

Ps. 75. 2.

Exo. 34. 33. & 2. ad Cor. 3. 13. ac seq. Ezech. 12. 5. ac seq.

Experientia fruitionis in Jesu Nomine.

30. Audi fruitionis experientiam in Iesu nomine; quoniam tibi exhibeo in ejus oratione, non pinguedinem tantum ab oleo, sed etiam dulcedinem ab unguento. Ideo Iesu Nomen non separabis a Christo. Propter hoc, teste Matthæo, dicebat Iudæis in passione Pilatus: Iesus qui dicitur Christus. (b) Quoniam sicut ille beatus Dionysius Theologus ait: Credimus Divinissimum Iesum, invisibilibus distributionibus intellectuale nostrum Divina dilectione replentem; (i) ut scilicet hauriamus aquas sapientiæ & salutis in gaudio de fontibus Salvatoris; (k) & contristatis dicamus: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus. Hoc est Nomen jucundum, est & suave gustanti; cum sit mel ori, melos auri, jubilus cordi. (l) Sicut scriptum est: In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, & ut musica in convivio vini. Frequentius, Fratres, experimur in nobis, quod subito replemur angore, mœstitiæ pondere premimur, aridi reddimur, horret cella, lectio displicet, vagatur animus, typhus & rigor in toto sentiuntur affectu; quantacunque prolongetur oratio, magis tepiditate gravatur, quam suavitatis dulcedine condiatur. Nec regni desiderio, nec gehennæ supplicio, somnus ille letargicus aut solvitur, aut fugatur. Et facto modico temporis intervallo, dum residemus solitarii, subit alacritas gaudii tam immensi, quod lingua non loquitur, nec oratione verbi profertur; sed angustia sensus humani transcenditur, & sensibus conglobatis mens cujusdam luminis infusione illustrata, & cujusdam liquoris ebrietate potata, tanta repletur lætitia, velut in momento temporis, si tamen temporis, ut nihil proferat, nihil conferat tantis bonis, tantisque deliciis. Puto, quod illa tristitia est, cedentibus interim aliis causis, dum Iesu manifestavit absentiam; cujus Nomen humiliter invocatum ex intimo desiderio, secretoque silentio, renovavit cum Jesu reversione lætitiam. Non aderat Jesus, moritur Lazarus, mæstitia repletur domus; sed ecce Jesus domum ingreditur (m), Sorores ex sua præ-

Matth. 27. 17. Dionys. de cœles. Hierarch. c. 4. par. 3.

Isa. 12. 3.

Ps. 104. 1.

Eccli. 9. 2.

Jo. 11. 21. ac seqq.

(a) In gloria enim perficitur, non *evacuatur*; sed *evacuantur habitus fidei, & spei*, 3. Dist. 31. Art. 2. Q. 1. & 2. in concl.

(b) De *caritate inebriante* vid. cap. 2. Incend. sive Incent. amoris.

(c) Sive in *vita æterna*, Exposit. in Luc. ibi.

(d) Breviloq. Par. 7. cap. 7. „ In præmium „ datur ei *deiformitas gloriæ*, per quam Deo „ effectus conformis, & ratione ipsum videat „ clare, & voluntate diligat plene, & memoria retineat in æternum &c. "

(e) Sicut secundum Apostolum 1. ad Cor. 15. 41. *Stella differt a stella in claritate*, 4. Dist. 49. Par. 1. Q. 6. in Fundam.

(f) In cit. Breviloq. ibi.

(g) In cit. 4. ibi in concl.

(h) Item Matth. 1. 16. *De qua natus est Jesus, qui vocatur Christus*.

(i) Interprete Ambrosio Florentino fol. m. 75. retro: *Scimus autem augustissimum Jesum, supersubstantialiter odorum esse, intellectuale nostrum spiritualibus distributionibus Divina voluptate replentem*.

(k) In Lig. Vit. Tit. *Jesus translanceatus*.

(l) Sic Lib. 1. Phar. ex S. Bernardo in Cant. Serm. 15. post med.

(m) Sumitur huic τὸ *ingreditur* pro simplici *gradior*, quod est incedere, ire, uti accipit Planc. ad Cic. L. 10. Famil. ep. 17. quia hæc extra Marthæ & Mariæ domum contigerunt.

Digitized by Google

præsentia consolantur, (a) & Lazarus suscitatur. Hinc & ipsa Maria tempore
Mar. 16. 6. passionis, post tam multas salsugines, & amaritudines progreditur ad sepulchrum, quærens, ut ait Angelus, Iesum Nazarenum, crucifixum. Iesus salus, Nazarenus floridus interpretatur. (b) Crucifixum additur, ut scilicet habeas salutem, florem, & crucem, & in omnibus consolationem. Crux te rectificat (c) in operatione; flos te lætificat in affectione; Iesus te certificat (d) de salute. Propter quod Crux Dominica figuræ fuit perpendicularis, & ut signum ponitur in biviis; flos jucundus oculis spem fructus annuntiat subsequentis; Iesus autem ipse est benedictus & beatissimus fructus ventris. Fructus, inquam, speciosissimus ad videndum, suavissimus ad odorandum, sapidissimus ad gustandum, pretiosissimus ad habendum (e). Propter hoc Sponsa descriptura Dilectum suum in
Cant. 5. 16. Cantico ait: Guttur illius suavissimum, & totus desiderabilis. Trahit enim Iesus in se omne desiderium, & omnem satiat appetitum (f), cujus perdulcissima gratia nos perducat ad ipsum, qui cum Deo Patre, & Spiritu sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO QUINTUS.

De Nomine Jesu gratioso sub multiplici respectu.

Ad Heb. 13. 8. 31. *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula.* Quoniam tam præteritis, quam præsentibus, & futuris, in Nomine Iesu Christi gratiæ ministratur affluentia, bene Nomen Domini Iesu Nomen dicitur gratiosum, omnis gratiæ videlicet contentivum (g). Gratia enim, quam in primis parentibus Adam & Eva perdidit humana natura, recuperavit penitus in Nominibus (h) Iesu & Luc. 1. 28. ac 30. Mariæ, (i) Ave, inquit Angelus ad Mariam, gratia plena Dominus tecum; inveniſti enim gratiam apud Deum. Et ad Filium Pater (k). Inveniſti gra- Exo. 33. 12. tiam coram me, & teipsum novi ex nomine (l). Hoc est Nomen Iesu, quod a Patre fuit agnitum ab æterno, præfiguratum in lege, tempore opportuno spirans gratiam, & infundens po- 6. Esd. 7. 28. pulo Christiano. Revelabitur, ait Esdras, Filius meus Iesus cum his, qui Luc. 2. 21. cum eo jucundabuntur. (m) Quia vocatum est nomen ejus, priusquam in utero conciperetur. Et Propheta de Iesu loquens ænigmatice, sive figuraliter sic testatur: Ecce Virgo concipiet, Isa. 7. 14. & pariet filium, (n) & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Quod est inter- Matth. 1. 23. pretatum Nobiscum Deus (o); nobis- Emmanuel, id est, Nobiscum Deus. cum magis, quam cum Iudæis, quoniam gratiam abundantiorem nobis exhibuit ipse, quam illis. Cum illis erat per potentiam majestatis suæ; sic enim per essentiam, præsentiam, & potentiam est ubique (p): sed nobiscum per participationem, & infusionem gratiæ (q). Licet ergo notus in Iudæa Ps. 75. 2. Deus; tamen veris Israelitis (r) secundum speciem magnum apparuit Nomen

Deus ubique per essentiam præsentiam, & potentiam.

(a) Sicut *consolo* activ. habet Var. apud Non. c. 7. n. 50. ita *consolor* pass. Asinius Ciceroni.

(b) Vid. supra Ser. 1. num. 13.

(c) Hoc verbum sæpe adhibitum a D. Bona. in Breviloq. ac etiam alibi, palam evincit futilem esse Oudini censuram, qua ipse propter idem verbum Opusculum ejus certissimum inscriptum; *Parvum bonum, Regimen conscientiæ*, sive *Incendium*, aut potius *Incentivum amoris*, a Bonaventuræ catalogo rejiciendum censuit.

(d) In supradictis rursus apparent similiter desinentia Bonaventuriana.

(e) Superlativorum repetitio apud D. Bona. haud infrequens.

(f) Non dissimiliter Exposit. in Cant. ibi. Sic expletur omnis appetitus *Sponsæ Cantici Canticorum*, & hoc ipsum *decantare potest, dum sponsum suum videt & audit, odoratur, gustat, & amplexatur*, cap. 4. Itiner. ment. in Deum.

(g) Adject. a D. Bona. alibi quoque usurpatum. Sed & *gratiosum* pro *multæ gratiæ* est etiam apud Nonium Marcellum.

(h) Vindobon. *nomine*.

(i) De *nomine Mariæ* supra in Meditat. super Salutat. Angel. n. 11. ubi dicitur, quod per Mariam *reparantur perdita*.

(k) Ad lit. Deus ad Moysen.

(l) Sic Exposit. in Luc. ibi, ubi pariter jungit utrumque textum; sed Vulg. *Novi te ex nomine, & inveniſti gratiam coram me*.

(m) Supra num. 17.

(n) Ita d. Exposit. in Luc. ac inibi S. Ambrosius.

(o) Comm. in Cap. 1. Jo. num. 27.

(p) 1. Dist. 37. Par. 1. Art. 3. Q. 2. in concl. nec non alibi quoque.

(q) Ibi.

(r) *Ut simus veri Hebræi*, ait quoque cap. 1. Itiner. ment. in Deum. Et cap. 7. ejusd. loquens de transitu B. Francisci in Deum per contemplationis excessum in monte Alvernæ, quando meruit sacris Christi stigmatibus decorari, dicit, quod evasit *tamquam alter Jacob*

Digitized by Google

men ejus. Nec tantum apparuit tempore opportuno; ſed diffuſa eſt gratia, ſicut odor & virtus proſſuit ex unguento. Sic enim antiqua teſtatur translatio: Unguentum exinanitum Nomen tuum. (a) Veniebat medicus Jeſus ad genus humanum, proferebat unguentum, præferebat in titulo ſui nominis, velut in ſuperſcriptione pyxidis, medicinæ ſalutaris officium, reparationis anthidotum, ſanitatis prognoſticon, gratiæ Sacramentum (b). Nomen ejus Jeſus ſalus interpretatur, (c) quæ per ſolam gratiam adimpletur. Sicut ergo infuſum unguentum miniſtrat gratiam ſanitatis in corporibus; ſic Nomen Jeſu dat gratiam ſanitatis animabus. Unde ſcriptum eſt: Et nunc Domine reſpice in animas eorum, & da ſervis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum. In eo quod manum tuam extendas ad ſanitates, & ſigna, & prodigia fieri per nomen ſancti Filii tui Jeſu. Bene dixi (d) unguentum exinanitum, id eſt, evacuatum, vel effuſum (e); nam ſemetipſum exinanivit ſervilem formam accipiens: & ſeipſum effudit, piorum cordibus ſe infundens, liquorem ſupernum, roremque melliſluum, & cibum manniſluum (f), palato cordium offerens, & inſtillans.

Pſ. 44. 3.

Translatio Septuag. Interpret. Cant. 1. 2.

Nomen Jeſu ſalus interpretatur.

Act. 4. 29. ac ſeq.

Phil. 2. 7.

Diviſio Jeſu Nominis gratioſi cum diſtinctione, & dilatatione.

32. O gratioſum Nomen Jeſu! Quod ſi in ſe conſideres; invenies ipſum deſiderabile, delectabile, mirabile, & venerabile. Si ipſum conſideres in effectu, virtus hujus Nominis purgat iniquitatem, illuminat cæcitatem, roborat fragilitatem, miniſtrat ſecuritatem. (g) Si vero conſideres, quid ei debeas ex affectu, eſt memorandum cogitatione, invocandum in tribulatione, annuntiandum in prædicatione, declarandum in actione, ut ſemper Jeſus ſit in corde, ſemper in ore, ſemper in aure, ſemper in opere. In corde miniſtrabit tibi conſilium, in ore ſolatium: in aure ſit per præconium, in opere per ſervitium. Si rurſus Nomen Jeſu conſideres ex virtutum habitu, reperies in hoc Nomine virtutum excellentiam, ut te perfectam doceat Ethicam. Habes enim in Nomine Jeſu fidei fundamentum, caritatis nutrimentum, juſtitiam in agendis, fortitudinem in ſuſtinendis, temperantiam in utendis, prudentiam in eligendis. Singula diligentius intuere, & occurret tibi primitus Nomen Jeſu deſiderabile, & tam prorſus deſiderabile, quod in peccatoribus provocat deſiderium; delectabile, quod pœnitentibus miniſtrat gaudium; admirabile, quod contemplantibus in ſtuporem vertitur, & mentis exceſſum (b); venerabile a beatis Spiritibus per inceſſabile laudis officium.

Nomen Jeſu deſiderabile. Iſa. 26. 8. ſeq.

33. Niſi enim Nomen Jeſu eſſet deſiderabile, quod peccatorum deſiderium provocaret, Propheta non diceret: Nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ: anima mea deſideravit te in nocte. Peccatorum meorum confuſus caligine, conſtrictus gelicidio, velut in nocte teterrima conſtitutus, dum Nomen audio ſalutaris, reſpiro in veniam, Nomen deſidero, quod mihi eſt unica ſpes ſalutis. Sicut (i) enim cervus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus: Sitivit anima mea ad Deum fontem (k) vivum. Cervus inardeſcente deſiderio ſitibundus, ſerpentes naribus attrahit, & veneno hauſto fontem aquarum colet.

Pſ. 115. 13.

Pſ. 41. 2. ac ſeq.

Exemplum Cervi.

---

mutatus in Iſrael, ut omnes viros vere ſpirituales Deus per eum invitaret ad hujuſmodi tranſitum, & mentis exceſſum.

(a) Sic Expoſit. in Cant. ibi, & S. Ambroſ. L. 1. de Virg. circa init.

(b) Procem. in 4. Senten.

(c) Supra num. 17. ac 20.

(d) *Bene dixi* modus dicendi Bonaventurianus. Vid. Expoſit. in Lib. Sap. & Comment. in Apocal.

(e) Supra Ser. 4. ab init.

(f) Dictum a *manna*. Et non diſſimiliter de ſupradicto *Mariæ nomine*. velut *dulciſſimo*, in d. Medit. ſuper Angelic. Salut. n. 11. ubi dicitur, quod eo *liqueſcit pectus, dulceſcit guſtus, dulceratur aſpectus* leg. *affectus*.

(g) Hæc, & in ſeqq. conſueta Bonaventuriana ſimiliter deſinentia.

(h) De hoc paulo ante cit. cap. 7. Itineran. ac etiam alibi.

(i) Vulg. *quemadmodum*; ſed *ſicut* etiam cap. 8. Incen. amor.

(k) Vid. ſupra Tract. de Vit. myſt. c. 13. n. 45. not. e. De qua lectione ſic Lorinus, „Multi Codices Latini, & Auctores quoque alii legerunt *fontem*, propter analogiam ſine dubio „cum fontibus, ad quos cervum deſiderare „ante dictum eſt. Videtur ſic legiſſe hoc loco „etiam Ambroſius, ac Ludulphus. Eandem „præterea præfert is qui dicitur Hieronymus auctor Commentarii, & apud eumdem „Epiſtola 26. Tomi noni, qui continet enarrationem hujus Pſalmi: Haymo, Thomas, „Hugo Card. Hugo S. Vict., Iſidor. Bernar. Ricardus, Pampolitanus, Auguſt. in Soliloquiis, & „alii plurimi Latini: ex Græcis, nullus *fontem* legit „&c.“

Digitized by Google

lerrime petit, & aqua dulciſſima, & puriſſima ſatiatus, ſerpentis venena deponit. (a) Quid igitur mirum, ſi nos, qui veteris Serpentis venenum hauſimus, qui vitiis inflammamur, ad Jeſum, qui fatigatus ex itinere ſuper fontem ſedet, cum muliere Samaritana cordis inardeſcentis deſiderio currimus, & venimus? (b) Fons enim aquarum Chriſtus Dominus, ſemper irriguus, ſemper plenus; fons unde largiſſime fluunt quæcunque gratiarum fluenta, quæ noſtri cordis ariditatem reficiunt, ſicut ſcriptum eſt: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Jeſu; vel ut dicit alia litera, Salvatoris. (c) De tuo ſiquidem Nomine, Jeſu Chriſte, ubertate ſemper irrigua, funduntur aquæ ſalutares copioſiſſimæ, quæ non ſolum ſitim temperant peccatorum, ſed magis provocant deſiderium, & æſtuare faciunt, donec invenerint quod requirunt.

Jo. 4. 6.

Chriſtus Dominus aquarum fons.

Iſa. 12. 3.

34. Sed ecce deſiderium earum ſi compleatur, delectat animam; & propter hoc occurrit Nomen Jeſu delectabile, unde & Pſalmiſta: Pſallite nomini ejus, quoniam ſuave eſt. Cujus ſuavitate per interni guſtus experientiam palatum cordis ſic afficitur, quod oris labiis non profertur, ſicut ſcriptum eſt: Vincenti dabo manna abſconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen novum ſcriptum, quod nemo ſcit, niſi qui accipit. (d) Manna abſconditum Jeſu (e), qui pœnitentes, & agonizantes in mundi ſolitudine, carniſque certamine, prælibatoria quadam, & diſpenſatoria ſuavitate reficit, & delectat. Quod abſconditum dicitur, quia dulcedinis illius plenitudinem, quæ ſolos beatos remunerat, in hoc exilio nullus expectat (f). Sed quod modo nobis eſt abſconditum, fiet completa victoria manifeſtum. Datur etiam calculus candidus per Jeſum, lapis ſpecioſus, quem vocant carbunculum (g). Lucet enim in tenebris conſtitutus, ſicut carbo ſuccenſus (h). Et in calculo nomen novum ſcribitur (cum Nominis Jeſu notitia, & dulcedo penetralibus cordis infunditur) quod per ſolam experientiam guſtus ſpiritualis agnoſcitur (i). Quia virtutem hujus Nominis nemo ſcit, niſi qui accipit. Vocabitur, inquit Iſaias, tibi nomen novum, quod os Domini nominavit (k). Et vidit qui hanc ſuavitatem in duobus expreſſit; in dulcedine cibi Patribus olim exhibiti, & candore calculi. Quoniam totam replet animam interna lætitia ſpiritualium ſuavitatum influentia, quantum ad affectum; & Divinarum theoriarum refulgentia, quantum ad intellectum. Hoc autem eſt, quando mens in apice conſtituta, tranſcendens humanam, & Angelicam Hierarchiam, ad Divinas pervenit theorias, ubi ſuperſplendentibus unita radiis (l), rationes rerum conſiderans, illuminatur imperſcrutabili abyſſo ſapientiæ (m); & tandem præ nimio

Nomen Jeſu delectabile. Pſ. [illegible] 3.

Apocal. 2. 17.

Manna abſconditum Jeſus.

Iſa. 62. 2.

(a) Plinius Hiſt. Natural. Lib. 8. cap. 32. Gloſſa Ordinar. apud Lyran. in Pſ. 41. & ex Iſidoro Vincent. Bellovacen. in Spec. Natural. Lib. 18. cap. 35. nec non Serm. 1. Per. 4. Pentec. inter editos ſub S. Bona. nomine.

(b) Similer modo cit. Serm.

(c) Malvenda: *De fontibus Salvatoris, ſeu ſalutis, vel Jeſu.* Tirinus: *Ex ejuſdem Jeſebuah, ſeu Jeſu, id eſt, Salvatoris fontibus.* Vid. Vol. 1. Comment. in Jo. Evang. cap. 4. num. 218.

(d) Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. ibi num, 149.

(e) S. Bernard. Lib. de Converſ. ad Clericos. cap. 21. *Suavitas*, inquit, *Domini eſt, niſi guſtaveris, non videbis: Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Manna abſconditum eſt, Nomen novum eſt, quod nemo ſcit, niſi qui accipit; non illud eruditio, ſed unctio docet; nec ſcientia, ſed conſcientia comprehendit.* Vid. Prol. Itiner. ment. in Deum, nec non cap. ejuſd. 7.

(f) Pariter Calmet Comment. in Apoc. ibi.

(g) Sic d. Vol. 2. ibi num. 150.

(h) Haymo, & ante ipſum S. Hieron. Epiſt. 18. al. in duas diviſa ſub numeris 192. & 143. ad Damaſum Papam quæ incipit: Et factum eſt, num. 18. nec non ipſos allegans Cornel. a Lap. Comment. in Apocal. ibi „ Calculus „ candidus, inquiunt, vocatur carbunculus, „ eo quod in tenebris quaſi carbo ignitus ſul„ geat. Hic eſt Verbum caro factum, ſive ipſe „ Chriſtus.

(i) Recolantur modo dicta ex Bernardo nec non dicta Vol. 1. Expoſit. in cap. 1. Cant. §. 20. col. 81.

(k) Vulg. *nominabit*; ſed *nominavit* etiam Cod. noſter Bernard. & alter Bibl. Epiſc. Hugo Card. Lyran. &c. *Nominabit* habet quidem Expoſit. D. Bona. in cap. 2. S. Luc.; ſed quia inibi, continuo ſubditur ex Eccleſiaſte 6. 10. *Qui futurus eſt, jam vocatum eſt nomen ejus* &c. ibi quoque legendum videtur *nominavit*. Maldonatus tam lectionem Vulg. *nominabit*, quam aliam *nominavit*, videtur indicare, dum ait: *id eſt, quod tibi Dominus imponet, aut decrevit imponere*. Ceterum inter Romanas Correctiones hæc eſt " Non mutes futurum *nominabit* in præteritum *nominavit*,

(l) Dionyſ. de Divin. Nominib. cap. 7. Vid. Vol. 1. Expoſit. in Cant. cap. 1. col. 72. ac col. 76.

(m) Ead. Expoſit. col. 76. ac ſeq.

Digitized by Google

mio claritatis exceſſu, velut alter Moyſes in montis vertice cum Deo loquens in nebula, caligine Divini luminis abſorbetur. (a) Ibi ſuavitas in affectu, quæ miniſtrat devotionis pinguedinem, conſolationis dulcedinem, gratiam cognitionis internæ, pabulum & alimoniam refectionis æternæ. Sicut ſcriptum eſt: Domine in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die. Domine, ecce devotionis expreſſio. Ambulabunt, ecce conſolatio; æquilibritas enim & conformitas in pedum ambulatione, mulcebritatem affectionum deſignat, quæ eſt in ſpirituali conſolatione. In lumine, ecce cognitio. Exultabunt, ecce refectio. (b) Sed omnium harum cauſſa eſt ſecundum Apoſtolum, gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. Cum enim ad Nomen Jeſu ferventer afficeris, ejus dulcedine affluenter reficeris, & præſentis jam futuræ gloriæ fructum; quoniam gloriabuntur in te, Domine Jeſu, omnes qui diligunt nomen tuum.

Pſ. 88. 16. *ac ſeq.*

Ad Rom. 7. 25.

Pſ. 5. 12.

Nomen Jeſu admirabile. *Iſa.* 9. 6.

35. Occurrit & Nomen Jeſu quod eſt admirabile. Vocabitur, inquit Iſaias, nomen ejus, Admirabilis. Dum ergo Verbum caro factum eſt, vocatum eſt nomen ejus Jeſus. Mirabile quid prorſus, ubi tuam trahunt animam in exceſſum, cum ſimul iſta fuerint, Deus & homo, Mater & virgo, Fides & cor humanum: ubi quantumcunque protenderis puriſſimam oculorum aciem, ſi non habueris per gratiam organi ſanitatem, videre non poteris exceſſivam improportionalis (c) lumiſſis claritatem. Si enim in ortu ſolis, cum ſuper noſtrum refulget hemiſphærium, claritatem radiorum ejus nequis aſpicere, ſed reverberaris lumine; quis igitur orientis juſtitiæ lumen, & ſplendorem Nominis Jeſu, per univerſa mundi climata rutilantis, quis, inquam poterit

Jo. 1. 14. *Luc.* 1. 31. *ac* 2. 21.

comprehendere? Et ideo colluctanti Jacob dixit Angelus magni conſilii (d): Cur quæris nomen meum, quod eſt mirabile? Stupet cœlum, tremunt Angeli, creatura non ſuſtinet, natura non ſuſcipit, ratio non agnoſcit Incarnationis myſterium, Nominis Jeſu incomprehenſibile ſacramentum, quod pacem terris, gloriam cœlis, ſalutem perditis, vitam mortuis, inæſtimabili pietate diſpenſat. Vere Nomen mirabile, cujus virtus magnificatur ſignis, quod ſub modio latere non potuit; ſed ſemper refulſit, licet renitentibus Judæis, & Gentibus, quia virtute magna reddebant Apoſtoli teſtimonium reſurrectionis (& Nominis) Jeſu Chriſti Domini noſtri, ut gratia magna erat in omnibus illis. Gratia magna, quæ univerſam perfunderet creaturam, & omnem oſtenderet medicinam. In nomine enim meo, dicit Jeſus, Dæmonia ejicient, linguis loquentur novis, ſerpentes tollent, & ſi mortiferum quid biberint, non eis nocebit, ſive bibentibus vina mortifera non nocebunt; ſuper ægros manus imponent, & bene habebunt. Longum eſt proſequi mirabilia, quæ facta ſunt in iſto Nomine, memoriam fallunt, ſermonem excedunt, & in enuntiandis mirabilibus tanti Nominis, omnis lingua vel Angelica, vel humana, reperitur penitus inæqualis. Unde Prophetа volens, nec valens tanti Nominis explicare mirabilia, quaſi ſubſiſtens in ipſo limine, pedemque referens: Domine, inquit, Dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra! Nam in terra viventium mirabilis hujus Nominis gloria; & in terra tranſeuntium, ſive peregrinantium, mirabilis hujus Nominis gratia; & in terra morientium, & pereuntium, mirabilis hujus Nominis juſtitia: Ut in Nomine Jeſu omne genu flectatur cœleſtium, terreſtrium, & infernorum, &

Angelus magni conſilii. *Judic.* 13. 18.

Quam arcanum Incarnationis myſterium, quamve incomprehenſibile Nominis Jeſu ſacramentum. *Matth.* 5. 15.

Act. 4. 33.

Mar. 16. 17. *ac ſeq.*

Pſ. 8. 2.

Mirabilis hujus Nominis gloria, gratia, juſtitia.

Philip. 2. 10. *ac ſeq.*

(a) Eod. Vol. 1. de Plant. Parad. col. 5. not. *a*.

(b) Analyſis hujus textus ſimilis aliis, de quibus ſupra in Arte concionandi, & alibi.

(c) *Improportionalis* contrarium adjectivo *proportionalis* apud Frontinum. Similiter habet D. Bona. in 1. Diſt. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 1. ad opp. 2. *proportionale*; & alibi, nempe in Eccl. Hierarchia, *proportionaliter*; nec non in Itinerar. ment. in Deum *improportionaliter*, *proportionalitas*. Vid. Prodrom. col. 534. ac 552.

(d) Ita ſecundum Septuag. id eſt, Chriſtus. Iſa. 9. 6. *Admirabilis conſiliarius*. Item ſecundum ipſummet Interpretem noſtrum paſſim Commens. in Apocal. Sed quomodo Chriſtus id potuit dicere Jacob, unde eſt ortus? Ortus eſt reſpondeo, ex Jacob ut homo, non ut Deus, ut exponit D. ipſe Bona. Comment. in Jo. cap. 8 58. *Antequam Abraham fieret ego ſum*. Sicut ergo qua Deus fuit ante Abraham; ita qua Deus potuit alloqui Jacob, ſive per Angelum nomine ipſius. Vid. Eſtium Comment. in Lib. Judic. ibi.

Digitized by Google

& omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Jesus Christus in gloria est Dei Patris.

Nomen Jesu venerabile.

36. Occurrit etiam Nomen Domini nostri Jesu Christi, quod est venerabile a beatis Spiritibus per inessabile laudis officium; sunt enim custodes super muros Jerusalem constituti, velut vigiles qui custodiunt civitatem, non cessantes unanimi mentium classico, laudisque cantico jugiter personare venerabile Jesu Christi Nomen, implentes illud verbum Apostoli: clarificetur, id est, glorificetur (a) nomen Domini nostri Jesu Christi. Inde venerabilis reverentia, & veneratio reverenda, ut ipsius reverentia Nominis laudetur in terris, quod phalanges Uranicæ (b) venerantur in cœlis. O singularis reverentiæ Nomen! a cujus venerabili laude nullus excipitur status, nullus excluditur locus, nullum præscribitur tempus, nullum removendum est opus: Reges terræ, & omnes populi, Principes, & omnes Judices terræ, juvenes, & virgines, senes cum junioribus, laudent nomen Domini, quia exaltatum est nomen ejus solius, confessio ejus super cœlum & terram. Reges dicimus optime se regentes, (c) & voluptatibus corporis imperantes. Dicuntur & populi quicunque sunt in unum ad honorandum Nomen Domini nostri Jesu Christi in unitate fidei congregati. (d) Principes & Judices, Angelici cives, principantes per potentiam, judicantes per sapientiam. Juvenes sunt caritate ferventes, & libidine frigescentes. (e) Laudent, inquit, nomen Domini, ut nullus status, non dignitas, non sexus, non ætas intelligatur excludi. (f) Confessio ejus super cœlum, & terram; hæc confessio laudem illam signat, quæ tanto Nomini perhibetur in terris, quæ celebratur in cœlis: non immerito tamen in utraque consistit; quia nec cœlestia, nec terrestria possunt illius laudibus æqualia reperiri. (g) O venerabile Nomen Jesu; a cujus veneratione nullus locus excluditur. Unde Scriptura testatur: In doctrinis glorificate Dominum, & (b) in insulis maris nomen Domini Dei Israel. Ubi enim est locus, ubi non est nominatus Jesus? Propter hoc Apostolus nuntius Jesu Christi, ubi Jesus nominatus non fuerat, illud Nomen venerabile, ne super alienum fundamentum ædificium construeret, diffundebat. Inde est, quod jam tuum Domine Jesu Christe possumus testimonium perhibere: Secundum Nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ. Sicut enim in toto orbe terrarum Nominis Jesu reverentia denominatur, sic in Ecclesia, quæ per totum mundum distenditur, ipsi denominatio laudis offertur. At si forsitan hoc calumnieris impletum, quia necdum pro nomine Jesu, fidei cultu subjectum videas genus humanum; saltem confitearis colendum. Omnes enim gentes, quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & honorificabunt (i) nomen tuum in æternum (k). Et ne aliquem locum credas excludi, a solis ortu usque ad occasum, laudabile est (l) nomen Domini. O ve-

Isa. 62. 6.

Bernar. in Dedic. Eccl. n. 1.

2. Thess. 1, 12.

Ps. 148. 11. ac seqq.

Exegesis præcedentis textus.

Isa. 24. 15.

Rom. 15. 20.

Ps. 47. 11.

Ps. 85. 9.

Ps. 112. 3.

ne-

(a) Ita Sa, & Menochius.

(b) Id est, *cœlestes*; sicut & in Glossar. Ducang. ac Amalth. Quomast. Vid. infra Ser. 9. num. 87.

(c) Sic Comment. in cap. 21. Apocal. n. 1654.

(d) Similiter ibi num. 1653. Porro etiam Jacobus de Valentia de Nomine Jesu peculiariter locum hunc longiori sermone interpretatur.

(e) Chaldaice: *Adolescentes incorrupti simul cum Virginibus*. Certe per *Juvenes* & *Virgines*, Scriptura significat eos, qui in castimonia incorruptionem habent.

(f) Lorin. Comment. in d. textum sic „ Est „ sensus, ut postremo loco, post aliarum rerum genera, omnium nobilissimus homo, „ qui etiam postremus creatus narratur, tanquam aliarum rerum Dominus, & contemplator, ut hoc loco Theodoretus insinuat, „ & aperte observat BONAVENTURA, ad „ laudandum Dominum communem invitetur „ ex omni statu, sexu, ætate, hoc est, tum „ suprema pollentes potestate Reges ac Principes, & qui ab his auctoritatem regendi judicandique acceperunt inferiores Magistratus, „ tum subditi; præterea tum viri & fœminæ; „ postremo tum senes & juniores constantes „ ætate.

(g) Ita D. Bonaventura multo ante laudatum Lorinum pariter dicentem: *Quia nec cœlestia, nec terrena, illius prædicationibus possunt æqualia reperiri*.

(h) Vulg. non habet &; sed habet Cod. noster Bernardin. A. 11. 21.

(i) Vulg. *glorificabunt*; sed *honorificabunt* habet quoque Psalter. Roman. in Quincup. Psalter. Jac. Fabri Stapulen. Et apud Lorin. *In aliis Psalteriis, & Cassiodoro, honorificabunt*.

(k) Vulg. caret *in æternum*; sed & S. Fulgentius de Grat. Chr. c. 31. addit *in æternum*, quod habetur infra v. 12.

(l) Deest in Vulg. *est*. In Hebr. apud Marianam *laudatum sit*. Apud Lorin. *Nempe sit, quod verbum suppleri potest in sequentibus versibus, supplevitque hoc loco Appollinarius*. Ita ut juxta vati-

Digitized by Google

nerabile Nomen Domini Jesu, cujus honor & reverentia sicut nec localiter circumscribitur; ita nec temporaliter (a) diffinitur. Sit igitur nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & usque in sæculum: ut in hoc sæculo prædicetur Nomen, quod in æternitate laudatur. Et sicut ipse est æternus, quem omnes in unum laudant creaturæ; ita & Nominis ejus præconia perseverant. Ait enim Psaltes: Sit nomen ejus benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen ejus. Quid est ante solem? Ante omnem mutabilem creaturam; nam in principio erat Verbum (b): & Verbum caro factum est: & puer Jesus vocatus, antequam in utero conciperetur. Ecce Nomen quod permanet in æternum. (c)

Ibi 2.

Ps. 71. 17.

Jo. 1. 1.
Ibi 14.
Luc. 2. 21.

37. O venerabile Nomen Iesu! cujus laudi nullus assignatur terminus, nullum opus bonum sine invocatione pii Nominis inchoatur (d). Omnia, inquit Apostolus, quæcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi facite (e). Optimus enim ordo est, ut totius vel verbi, vel operis, a Nomine Iesu nobis initium & origo sumatur, & in Iesum consummatio referatur; (f) nam & per Dominum nostrum Iesum Christum orationes Ecclesiæ terminantur. (g) Quare si legis, si disputas, si conferas, Nomen Iesu reverentialiter (h) interponas. Propter hoc Paulus in Actibus Apostolorum, ut secundum quosdam Codices legimus (i), disputabat in Synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini nostri Iesu Christi (k), suadebatque Iudæis, & Græcis. Hoc Nomen in usu, Fratres, habeamus omnimode (l), ut in omnibus nostris operibus consuescamus dicere: Benedictum sit Nomen Domini nostri Iesu Christi. O Nomen magna devotione reverendum, & totis præcordiis venerandum! quod & Angeli canunt, & in terris vota fidelium in articulis necessitatis assumunt: Et sicut ignis iste mortalis comas rutilans in altum porrigit; sic Nomen Jesu Christi paulatim ad fastigia Cœli per gratiarum charismata (m) mentes fidelium sursum rapit, ut omnes, qui transeunt ad hoc Nomen, virtute ipsius Nominis Jesu Christi, gloriam inveniant & salutem, per eumdem Dominum nostrum, cujus sæpe dictum Nomen est totum desiderabile, delectabile, admirabile, venerabileque, (n) nunc & semper, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Nullum opus sine invocatione Nominis Jesu inchoandum.

Coloss. 3. 17.

Nedum omnis verbi operisque inchoatio a Nomine Jesu sumenda, sed & in Jesum consummatio referenda.

In omnibus operibus, dicendum: benedictum sit Nomen D. N. J. C.

SERMO SEXTUS.

Adhuc de Nomine Jesu gratioso sub multiplici alio respectu.

38. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.* Ut prosequi valeamus gratiosum Jesu Christi Nomen, prosequamur & gratiam per illud Nomen piissimum ministratam; vacant enim aliena præsidia, si Nominis Jesu nobis non fuerint adjutoria. Nomen enim Jesu, purgat, illuminat, robo-

Gal. 6. 18.

Prosecutio de Nomine gratioso.

Divisio.

---

vaticinium quoque Malachiæ c. 1. v. 11. *Ab ortu solis, usque ad occasum, magnum est nomen meum in gentibus.*

(a) *Temporaliter* habet etiam Tertul. adversus Jud. cap. 2. nec non *localiter* idem de Pall. cap. 2. & Ammian. Lib. 19. cap. 12.

(b) Pro *ante solem permanet nomen ejus*, ex Hebr. redditur apud Malvendam: *Priusquam enim esset sol, ab aterno Filius erat nomen illi.*

(c) Prædictam expositionem vid. amplius declaratam in Quincup. Psalter. laudati Jacobi Fabri Stapulensis.

(d) Similiter ait in Opusc. inscripto: *Exercitia quædam spiritualia*, post initium subdit: *Ante cujuslibet operis inceptionem, Dominum invocabis* &c. Item Serm. sive Collat. 1. in Hexaem. „ Incipiendum est a medio, quod est Christus. „ Ipse enim mediator Dei & hominum, tenens „ medium in omnibus. Unde a Christo inci„ piendum est, ut veniatur ad sapientiam Chri„ stianam &c.

(e) Vid. supra Ser. 3. num. 21.

(f) In Ligno Vitæ Tit. *Jesus finis optatus.*

(g) Sic & alibi. Vid. Comment. in Apocal. cap. 8. num. 534.

(h) *Reverentialiter* pro *reverenter* acceptum indicat Auctorem Scholasticum, sicut fuit S. Bonaventura.

(i) Cur non secundum omnes? Respondet Mariana, „ Hoc neque in Græc. est, neque in Syr. „ neque in Gotth. Solus Valesius Græc. supplet, „ qua solet felicitate. “ Adeo autem certum est, id non legi in omnibus Codicibus, quod in Romanis Correctionibus notatur: *Nequaquam omittendus est versus iste.* Profecto non omittit Hugo Card. non Lyran. non Codex noster Bernardin. A. I. 40. non alius Biblioth. Episc. Trid. 58. ut mirum non sit, si heic non omiserit & D. Bonav. quamvis indicaverit prætermissum.

(k) Vulg. nec habet *nostri*, neque *Christi*.

(l) *Omnimode* habet ipsemet Cic. atque Lucr.

(m) *Gratiarum charismata* D. Bona. sæpe memorat.

(n) Anacephalæosis eorum, de quibus in hoc Sermone latius differuit.

Digitized by Google

Distinctio. roborat, consummat. Purgat iniquitatem, illuminat cæcitatem, roborat fragilitatem, consummat unitatem, (e) & ceteros præstat effectus in præcedenti Serm. breviter enunciatos.

Dilatatio. Nomen Jesu purgat iniquitatem. 1. Jo. 2. 12.

39. Purgat iniquitatem; audiamus Joannem Apostolum de purgatione peccatorum: Scribo vobis, filioli, quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen Jesu. Omnes enim renati

Jo. 3. 5.

Act. 10. 43.

ex aqua & Spiritu sancto per nomen Jesu remissionem peccatorum accipiunt. Sicut enim graviter æstuanti, & longo sitis ardore succenso, frigidus, & salubris, & gratiosus fit amnis; sic mentibus iniquitate depressis Nomen Jesu culpæ gravedinem, & peccati mærorem expellit. Baptizare, dicitur in Act.

Act. 22. 16.

& ablue peccata tua, invocato Nomine Jesu. Et ego, Domine Jesu, Nomen tuum invoco, per quod mihi peccatorum adsit remissio. Adimplere digneris tui Prophetæ præconium;

Ps. 24. 11.

Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo; multum est enim. Vel copiosum; sic enim habemus in alia translatione (b) conscriptum: Vere multum per omnem modum (c); cui si parcere non debeas ratione meriti mei, propitiare saltem obsecro (d) propter sanctitatem Nominis tui. Et vere copiosum quod cursu (e) temporis, defectu corporis, progressu ætatis, non minuitur; sed semper augetur: & nisi tua supervenerit bonitas, mea semper augebitur iniquitas (f).

Peccatum multum, in alia translatione copiosum.

Dilatatio. Nomen Jesu illuminat cæcitatem. Gal. 1. 11. ac seq.

40. Nomen Jesu illuminat cæcitatem, propter quod ait Apostolus ad Galatas: Notum vobis facio, fratres, Evangelium, quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici; sed per revelationem Jesu Christi. Sicut enim sol materialis diffundens radios, ostendit ea, quæ in mundo sunt, dum materiatem exhibet claritatem; sic sol justitiæ Christus Deus noster mentes illuminat, ut videant ea, quæ in Deo sunt secundum perspicuam veritatem: non in superficie tantum, fallentiumque verborum, & viridantium voluptate vernula (g) foliorum; sed medullis sensuum, sed veritate sententiarum, sed radicibus rationum. Hæc est Apocalypsis Domini nostri (h) Jesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere servis suis. Apocalypsis interpretatur revelatio (i) quæ per Jesum facta est in morte ejus scisso velo templi. (k)

Apocal. 1. 1. Apocalypsis interpretatur revelatio.

41. Nomen Jesu roborat fragilitatem. Ego, inquit Paulus, non solum alligari, sed & mori in Jerusalem paratus sum, propter nomen Domini Jesu. Ecce cohortis humanæ Centurio, Dux militiæ Christianæ, non fractus periculo, non superatus prælio, virtute dimicans, non furore, non cedit gladio, sed magis hostibus dat pavorem. Sic despicit universa supplicia, sicut solet herba putrefacta contemni; sicut adamas despicit sectionem ferri: minas & verbera tyrannorum ludum quendam æstimat puerorum; quoniam præmium erat ei dissolvi & esse cum Christo, & in carne permanere certamen. Stans igitur miles invictus, depositæ corporis animæque torpore, fragilitatem consolidat, & provocat ad viriliter dimicandum, ut membra, quæ sunt voluptatum otio permollita, patientiæ roborentur exercitio, & sui Ducis provocentur exemplo; & securi de victoria (quia contra Nomen Iesu nihil sarrep-

Roborat fragilitatem. Act. 21. 13. Laus S. Pauli Apostoli propter Domini Jesu Nomen mori parati.

Phil. 1. 23. ac seq.

tio

(a) Consueta similiter desinentia.

(b) Ita in Psalter. Rom. Quincup. Psalter. & in Psalter. Ambrosian. apud Lorin. Item apud Cassiodor. de quo mox.

(c) Alexander Alen. sive Hugo Card. *Peccatum multum numero, genere, circumstantiis, intensione, læsione &c.*

(d) In Communem d. Quincup. Psalter. *Ex Hebræo, & Græco, non asserit; sed precatur: propitiare peccato meo. Quod magis est oratio, & se humiliantis &c.*

(e) Vindobon. *transitu.*

(f) Ibi secundum Psalter. Hebr. *Propter nomen tuum Domine propitiare iniquitati meæ, quoniam grandis est.* Prædicta autem accepisse videtur D. Bona. a Cassiodoro Exposit. in d. Ps. & text. ubi ait „ *Copiosum est enim*, id est, cui „ non possis parcere propter se, sed propter „ tui nominis sanctitatem: Sed dum *copiosum* „ dicitur peccatum, abundantissimum esse monstratur: quoniam cursu temporis semper augetur; & nisi fuerit Divina miseratione subventum, quantum vita protenditur, tantum „ humana fragilitate peccatur. “

(g) Pro *verna a vere*. Unde Cic. 5. Tusc. c. 13. *Alia verno tempore tepefacta frondescunt.*

(h) Vulg. absque *Domini nostri.*

(i) Sic init. Comment. in Apocal.

(k) Sive quod idem est, *ad removendum velamen literæ, aut ad remotionem velaminis figuræ*, ibi num. 2. Et Exposit. in cap. 23. S. Luc. ad hæc verba: *Et velum templi scissum est medium*, subdit: *In scissione veli revelatio Scripturarum facta est gentibus.*

Digitized by Google

ptio poterit inimica) non deficiamus in
Pſ. 43. 6. præliis: quoniam in Nomine Ieſu ſpernemus inſurgentes in nos. (a)

Conſummat unitatem. 42. Nomen Ieſu conſummat unitatem. Propter hoc videns Apoſtolus Corinthios multiplici contentione diviſos, Nomen Domini Ieſu Chriſti proponit, Nomen utique quod diviſos unit.
2. Cor. 2. 10. ac ſeqq. Obſecro, inquit, vos fratres, per nomen Domini Ieſu Chriſti, ut id ipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Significatum eſt enim mihi de vobis, fratres mei, ab iis qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod unuſquiſque veſtrum dicit: Ego quidem ſum Pauli: ego autem Apollo: ego vero Cephæ: ego autem Chriſti. Diviſus eſt Chriſtus? Non. Per Nomen, inquit, Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſi vultis eſſe hujus, a quo nominamini Chriſtiani, id ipſum dicatis omnes &c. Unus eſt enim Dominus noſter Ieſus Chriſtus, unus eſt populus Chriſtianus; unitatem requirit cor-
Zach. 14. 9. dium ille, de quo ſcriptum eſt: In die illa erit Dominus unus, & erit nomen ejus unum. (b)

Alia diviſio cum diſtinctione, & dilatatione. 43. Ex his quæ dicta ſunt, etiam quæ dicenda ſunt aliquantulum innoteſcunt. Eſt enim Nomen Jeſu memorandum, invocandum, annuntiandum, declarandum. Memorandum cogitatione, invocandum in tribulatione, annuntiandum in prædicatione, declarandum actione. Memorandum cogitatione: Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii, memores erunt nominis tui in
Nomen Jeſu memorandum cogitatione. Pſ. 44. 17. ac ſeq. omni generatione & progenie. (c) Scio quod impoſſibile eſt mentem diverſis cogitationibus non adoriri; ſed in nobis eſt (d) pro parte maxima cogitationum diverſitates ſub diſciplinæ regula frænare. Si enim memoriter Nomen Jeſu tenuerimus mente, jam ſpirituales effecti noxia non evagabimur cogitatione. Semper enim de tanti ſuavitate Nominis aliquid eſt memoriæ commendandum, quod ruminatum jugiter paſcat avidius appetitum. Et licet ipſum Jeſu Nomen imprimere valeamus memoriæ ſub affectibus variis; ſcio quod multum juvat, & expedit ipſum ſub titulo & beneficio paſſionis imprimere, ut aſpiciamus in auctorem Hebr. 12. 2. fidei, & conſummatorem Jeſum, qui propoſito ſibi gaudio crucem ſuſtinuit, confuſione contempta. Aliqua ſaltem diei hora Dominicæ Paſſionis recogitemus inſignia, (e) ad fruendum ſuaviter in conſcientia, recondendum fideliter in memoria, proſequendum firmiter arti induſtria. Tantæ prorſus pietatis exhibitæ ſatis eſt impium oblivi-ſci; cum peregrinantis atque recedentis amici præſentiam ſub memoria cujuſdam teneamus ſigni. Nomen ergo Jeſu retineas in ejus commemoratione, & eum tibi ſenties præſentem eſſe, Scriptura teſtante: In omni loco in Exo. 20. 24. quo memoria fuerit nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi.

Invocandum in tribulatione. 44. Eſt etiam Jeſu Nomen invocandum in tribulatione; quia (f) fortitudo mea, & refugium meum es tu, Pſ. 30. 4. & propter nomen tuum deduces me, & enutries me. Propter hoc tribula- Pſ. 114. 3. ac ſeq. tionem & dolorem inveni, & nomen Domini invocavi. Viſcera torquentur interius, ſentitur morbus, clamat ægrotus, ſubvenit Medicus. Vis videre ægrotum & Medicum? Quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei Rom. 7. 24. 25 per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum. ſeq. Vis audire liberationem a morbi periculo,

(a) In Vulg. *in nobis*. In Pſalter. autem Rom. & Ambroſian. nec non apud Ambroſ. Auguſt. Caſſiodor. *in nos*. Et in Roman. Correct. „Pro „ *in nobis*, quidam libri ſcribunt *in nos*, alii „ *nobis* omiſſa præpoſitione.“ Vid. infra n. 77.

(b) Lorin. Comment. in Pſal. 44. v. 18. „ Non ſuum quærant nomen, nec a ſe diſci- „ pulos denominari velint; ſed a Sponſo Chri- „ ſto dicantur omnes Chriſtiani &c. “

(c) Ita Pſalter. Rom. in Quincup. Pſalter. Apud Hug. Card. *in omni generatione & generatione*. In Marg. *Al. progenie*. Et Eccleſia in Offertor. Miſſæ XI. Jun. in Feſto S. Barnabæ Apoſt. *in omni progenie, & generatione*. Vulg. *in omni generatione & generationem*.

(d) Opitulante tamen gratia Dei, per Jeſu Nomen devote cogitatum & invocatum, ut ſe ſe e veſtigio declarat.

(e) In Opuſc. cui titulus *Exercitia ſpiritualia* pariter „ Paſſionem Domini in qualibet die „ cum materia diei, & cum beneficiis Dei, „ in memoria habebis.“ Dicit autem ſupra *aliqua ſaltem diei hora*; quia in d. Exercit. continuo ſubdit „ Et in qualibet hora matutina, „ primæ, tertiæ &c., de paſſione illius horæ, „ cum pauco de materia illius diei, cogita- „ bis.“

(f) Vulg. *quoniam*. Apud cit. Hug. Cardin. *quoniam*. In marg. *Al. quia*. Item *quia* habet quoque Pſalter. Hebr. in d. Quincup. Pſalter.

Digitized by Google

culo, ut gratior efficiaris anthidoto? Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini invocabo. Ubi enim pium Nomen Jesu Christi sonuerit, nulla spiritualis versutia, nulla pestis mortifera remanebit. Et ut verba Cassiodori Senatoris & Monachi venerabilis inseramus, hic versus: Dirupisti vincula mea &c., tantam virtutem (a) creditus est habere, ut a nonnullis diceretur posse hominibus peccata dimitti, si eum quis (b) in fine vitæ suæ trina (c) confessione congeminet:

Ps. 115. 6. *ac seq.*

Cassiodorus Exposit. in Ps. 115. *v.* 6. *To.* 2. *pag.* 371. *col.* 2.

Annuntiandum in prædicatione.

45. Est etiam Nomen Jesu annuntiandum in prædicatione; nam declarari postulat, non latere. Nomen est, quod proferri non decet corde sordido, vel ore polluto; sed in vase recondendum, & perferendum electo. Vas, inquit Dominus, electionis mihi est iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel; (d) ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pati pro nomine meo. Vas, inquit, electionis, ut liquor dulcifluus, venalis expositus (e) provocet ad bibendum, dum rutilat, & splendescit in electis vasis. Hi sunt Prædicatores Nomen Jesu populis exhibentes; vasa decoris, quia speciosi per continentiam; vasa valoris, quia pretiosi per patientiam; vasa amoris, quia copiosi per clementiam; vasa honoris, ut ministretur in eis ad mensam æternam. Ut portet, inquit, nomen meum &c.; sicut enim igne succenso purgatis agris consumitur ariditas, & inutilitas veprium & spinarum; & sicut in ortu solarium radiorum pulsis tenebris delitescunt & latitant fures noctivagi, fossoresque domorum: sic lingua Pauli populis prædicante, ut in mari tonitruo perstrepente (f), ut igne vehementius exurente, ut sole clarius orien-

Act. 9. 15. *ac seq.*

Quales esse debent Nomen Jesu populis prædicantes.

Lingua Apostoli Pauli prædicans Nomen Jesu.

te (g), perturbabatur impietas, consumebatur infidelitas, disparebat falsitas, eluceſcebat veritas, ad instar mollis ceræ vehementius ignis incendio liquefactæ. Nomen enim Jesu circumferebatur verbis, epistolis, miraculis, & exemplis. Sic laudabat, Domine Jesu, nomen tuum assidue, & collaudabat illud in confessione sua.

Eccli 51. 15.

46. Est etiam Nomen Jesu declarandum actione; quia cœpit Jesus facere, & docere. Sic benedicam te Domine in vita mea; sic in nomine tuo levabo manus meas. Quid in manuum elevatione designatur nisi bonorum operum evidentia, quibus Nomen Domini benedicitur? Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Jesum Christum Dominum nostrum; cum ex intentione debita proferimus opus bonum, & aliis ostendimus ad exemplum. Sic etiam Apostolus stigmata Domini Jesu portabat in corpore suo; qui Christi Jesu mortificationem ostendebat in opere suo. Quid sunt hæc Apostoli stigmata, Christi Jesu passionis insignia? Parum mihi est habere Nomen Jesu in corde per meditationem, in ore per invocationem, in sermone per prædicationem; nisi ipsum etiam in corpore, & opere gestem per mortificationem, & gratuitam actionem: ut cruci confixus Christo semper mortificationem Jesu Christi circumferam in corpore meo. Castigo, & in servitutem redigo corpus meum; ideo stigmata Domini Jesu in corpore meo porto. Hæc sunt ad literam servilium signa pœnarum. (h) Hujus ergo Nominis tam gratiosi memores simus. (i) Obone Jesu, gratiam nobis conferas in præsenti, & gloriam in futuro, cui cum Patre, & Spiritu sancto, est omnis honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Declarandum actione. *Act.* 1. 1. *Ps.* 62. 5.

2. *Cor.* 4. 5.

Bona opera debita intentione peragenda. 2. *ad Cor.* 4. 10. *Gal.* 6. 17.

Gal. 2. 19.

2. *ad Cor.* 4. 27.

SER-

(a) In Edit. Venet. Cl. P. J. Garetii, ubi est Vita, & Dissertatio de ejus Monachismo, absque *pie*.

(b) In ead. absque *quis*.

(c) Ibi *tertia*.

(d) S. Hier. Epist. 125. al. 4. ad Rustic. n. 7. *vas electionis, in cujus ore Christus resonabat.*

(e) De quo Isa. 55. 1. *Venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac.*

(f) Alludere videtur ad illud S. Hieron. Epist. ad Pammach. 48. al. 50. num. 13. *Paulum Apostolum quotiescumque lego, videor mihi non verba audire, sed tonitrua.*

(g) S. Jo. Chrysost. in cap. 1. ad Rom. *Pauli lingua*, inquit, *super ipsum solem illuxit &c.*

(h) Similiter de S. Paulo Apost. Cornel. a Lap. Comment. in Act. Apostol. cap. 9. sub ver. 15. sic effatur „ Paulus portavit Christi „ Nomen in corde per amorem ardentissimum, „ in ore per eloquium efficacissimum, in ope„ re per labores, & passiones continuas & „ gravissimas, in epistolis per sapientiam & „ zelum ferventissimum. Unde ait: *Ego stig„ mata Domini Jesu in corpore meo porto*, Ga„ lat. 6. 17. Hæc enim stigmata sunt quasi „ characteres Nominis Jesu. “ Vide infra Serm. 8. in fine num. 77.

(i) Al. *Jesus*.

Digitized by Google

SERMO SEPTIMUS.

Adhuc de Nomine gratioso propter Virtutes Theologicas.

Gal. 6. 18. 47. *Gratia Domini nostri Jesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.* Ex superioribus pendente sententia, prælibataque gratia (*a*), consideranda, si placet, restat in Nomine Jesu Virtutum universitas gratiosa. Propter quod ante Jesum filium Josedec positus legitur lapis unus in signum, & in lapide septem oculi sunt. Videbat Jesus Josedech Jesum Nazarenum signatum in lapide (*b*), cujus nomen excellit septenaria gratia, & virtute. Jesus enim nunc lapis est excisus de monte sine manibus (*c*), sua fortitudine regna omnia mundi subversurus, in quo Virtutum septenario septem sunt oculi, sicut habes in Apocalypsi. (*d*)

Zach. 3. 9.

Dan. 2. 45. Jesus lapis excisus de monte sine manibus.

Apocal. 5. 6.

48. Habes igitur in Nomine Jesu fundamentum, firmamentum, nutrimentum. Fundamentum Fidei, firmamentum Spei, nutrimentum Caritatis. Primo, Fidei fundamentum, quod est in imo positum, quod præcipue sustinet ædificium, quod per columnas erectum, dum ad alta conscendit, manet in fastigio consummatum. (*e*) Fundamentum hoc dicitur Fides Nominis Domini nostri Jesu Christi, ædificium membra Christi, columnas artificiales intellige Fidei fastigium, beatitudinem regni cœlestis. (*f*) De fundamento dicit Apostolus: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus; Fides enim religionis Christianæ consistit in Jesu Christi notitia, & Nomine. (*g*)

Divisio cum distinctione, & dilatatione. In Nomine Jesu Fidei fundamentum.

1. ad Cor. 3. 11.

49. Hoc Nomen lumen est animæ, ostium vitæ, fundamentum salutis; quod si quis non habuerit, aut reliquerit, velut sine lumine per tenebras vadit, & clausis oculis per discrimina præcipitanter incedit; & quantalibet rationis eminentia fulgeat, ducem sequitur cæcum, dum ad intelligenda secreta cœlestia proprium sequitur intellectum: (*b*) aut fundamento neglecto construit domum: aut ostio prætermisso vult intrare per tectum. Fundamentum igitur illud Jesus est lumen, & ostium; (*i*) qui se viam monstraturus errantibus, fidei lumen exhibuit omnibus, per quod posset Deus ignotus requiri, quæsitus credi, creditus inveniri. Fundamentum hoc sustentat Ecclesiam in Jesu nomine fabricatam, concussam tempestatibus, arietatam (*k*) turbinibus, persecutionibus grandinatam (*l*); soliditate tamen fundamenti nullo tempore ruituram. Arbor est enim exurgens, quæ fœcundatur ramis, vita & virtute radicis; sive civitas, super montem posita.

Alia Nominis Jesu præconia.

Ecclesia in Jesu Nomine fundata nullo tempore ruitura.

Ezech. 17. 23. Matth. 5. 14.

Ezech. 40. 2.

50. Ideo videbat Ezechiel montem excelsum nimis, super quem erat quasi ædificium civitatis vergentis ad austrum. Mons iste Jesus Christus est, de terra consurgens per naturam humanitatis, sed in altum se porrigens per incomprehensibilis apicem Divinitatis. (*m*) Mons elevatur super verticem montium (*n*), quoniam omnes Ordines supergreditur Angelorum (*o*). Mons in quo erat ædificium Civitatis, structura scilicet Ecclesiæ militantis (*p*), cujus lapides quotidie quadrantur, ut tandem in ædificio

Christus Jesus Mons,

Super montium verticem elevatus.

(*a*) Vindobon. *quoad gratiam.*

(*b*) Estius in cap. 3. Zach. ver. 1. „ Ecce „ Jesum filium Josedech Sacerdotem magnum, „ qui non tantum nomine, sed & re gesta, „ quæ hic describitur, aperte prætulit figuram „ Christi Salvatoris &c. " Et quod Jesus Nazarenus illi fuerit *revelatus*, adseverat etiam Gordonus. Vid. supra Serm. 1. n. 7.

(*c*) Sic inter Sermones editos sub S. Bonav. nomine Serm. 2. in Nativit. Dom. nec non Vol. 1. hujus Supplem. Prol. Comment. in Joan. Evang. num. 5.

(*d*) Vid. Vol. 2. Comment. in Apocal. ibi num. 343.

(*e*) In 4. Dist. 22. Art. 3. Q. 1. in concluf. *Spirituale ædificium tendit sursum, quia Christus Dominus, qui fundamentum est spiritualis ædificii, tendit sursum.* Vid. supra in fine Sermonum de Sept. Don. Spir. Sanct.

(*f*) In eodem 4. ibi ad q. 2. lat. *Terminus est præmium.*

(*g*) Serm. sive Collat. 2. & 9. in Hexaem. nec non in 4. loc. cit. atque in Procem. Breviloq. paucis post init.

(*h*) Serm. sive Collat. 7. in idem Hexaem.

(*i*) In d. Procem. Breviloq. ibi.

(*k*) Verbum hoc habet Seneca Epist. 54. ac 3. de Ira cap. 4.

(*l*) Habet quoque *grandinat* idem Seneca L. 4. QQ. Nat. cap. 4. & *grandinatum* Amalth. Onomast. Joseph. Laurent.

(*m*) Pariter Comment. in Apocal. cap. 21. num. 1572. Vol. 2. hujus Supplem. Item cit. Vol. 1. Prol. Comment. in Joan. Evang. n. 5.

(*n*) In eod. Prol. ibi.

(*o*) Vol. 1. Exposit. in cap. 2. Cant. §. 105.

(*p*) Exposit. in Psalter. Ps. 30.

Digitized by Google

cio cœlesti ponantur, dum Christi membra, fideles scilicet tribulationibus exponuntur. Et quoniam Fides & notitia Iesu Christi, Dei & proximi dilectionem inducit, recte Civitatis ædificium ad austrum vergit; vergit enim ventus australis, calorem insinuans fidei, & dilectionis. (a) Unde Ioannes dicit: Hoc est mandatum ejus, ut credamus in nomine filii ejus Iesu Christi, & diligamus alterutrum, sicut mandatum dedit nobis. Columnas hujus ædificii dicimus articulos fidei, qui de natura prodeunt fundamenti.

1. Jo. 3. 23.

Columnæ ædificii Ecclesiastici sunt articuli fidei.

51. Sed attende, quoniam fundamentum in imo est, & in abdito; columnæ vero sunt in evidenti: quoniam Iesum Christum corde credere, sed ore necesse est confiteri. Quare magnum est Fidei Christianæ compendium, cum inter cor & linguam geratur salutis humanæ mysterium; quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum Christum (b), salvus eris. Sit igitur in corde tuo, & in ore tuo Iesus, & habes verbum Fidei, quod prædicamus. (c) Et sicut unum est lumen Solis, quod per multos radios spargitur, & unum fundamentum, cui columnarum pluralitas innititur; sic unus Dominus, una fides, quæ per plures articulos declaratur. (d) Gratias igitur tibi agimus Iesu Christe mansuetissime Princeps; quia per tui Nominis Fidem evasimus Deos, Deasque, sexu dispares, numero confusos, & etiam imbecilles, turba populares, viles genere, fama turpes, impietate maximos, primos scelere, & crimine singulares. Non per multas ambages distrahimur, non ad Deum unum colendum multis difficultatibus implicamur. In nobis Deus noster posuit, quod reposcit, oris famulatum, & cordis affectum. Fidem enim cordi Deus inserit, & infundit; cor vero concipit, sermo parit.

Ad Rom. 10. 10.

Hi 9.

Jesus in corde, & in ore, sit oportet.

Ad Eph. 4. 5.

Petrus Chrysologus Ser. 57. in Symb. Apostol.

52. In hoc ergo Fidei fundamento, Iesu videlicet Deo & homine, quot sunt articuli, tot sunt columnæ, quas assumptæ humanitatis ineffabilitas, & Divinitatis incomprehensibilitas (e) erigit in sublime. Inde surgunt altrinsecus (f) articuli fidei, quos oportet pie credere, non humana ratione scrutari (g), neque discutere. Hos firmiter credimus, & tenemus, dum Iesum fideliter quærimus, & in eum tota dilectione transimus. Si quid videatur ambiguum, si quid sensum transgrediatur humanum, si Virginis partum, si beatum ejus pensaveris votum illibatum (h); non te conturbet novitas operis, sed omnipotentiam consideres operantis. Divinis enim operibus est admiratio exhibenda, non credulitas abneganda. Non crassus, & lippiens intellectus, (i) transitoria, vel humana, sibi assumat in adjutorium, & exemplum; non enim sequuntur Divina mysteria regulam humanorum. Abjiciant igitur phantasiarum suarum nebulas, & sophismatum versutias, Sapientes mundi; quoniam attestante Ioanne: Mundum vincit qui credit, quoniam Iesus est Filius Dei.

Articuli alii Jesu Christi humanitatem, alii ejus Divinitatem respicientes.

Eos oportet credere, non humana ratione scrutari.

Divinis operibus admiratio adhibenda, non credulitas abneganda.

1. Jo. 5. 4. & seq.

53. Sed forte, cum audis articulum passionis, tanquam indignum esse conquereris, & caussaris. At non imbecillitatem omnipotentis accusas, si crucifixionis, si mortis, si sepulturæ sustinuit passiones. Non sufficit, ut eum credas Deum vivum, nisi hominem confitearis & mortuum. Iesus enim etsi mortuus est & crucifixus ex infirmitate, vivit tamen ex virtute Dei. Mortuus enim est, qui mortem nostram moriendo destruxit, & vitam resurgendo, scilicet a mortuis, reparavit; qui mortis auctorem proprio mucrone truncavit, prædonem propria præda cepit. Crucifixus est, ut quia venerat mors per lignum, rediret vita per lignum, & qui in ligno vincebat, in ligno quoque vinceretur (k); & majora tibi credas reddita, quam perdi-

Non sufficit, ut quis credat Deum vivum, nisi confiteatur & mortuum.

2. Cor. 13. 4. Gregor. in Præfat. Miss. temp. Pasch. usque ad Ascens.

Idem Gregor. in Præfat. de Cruce.

de-

(a) Per Spiritum sanctum, qui per *austrum* significatur, d. Expos. in cap. 4. Cant. 5. 207. Vide fis & in 4. supra cit. ubi de eodem ædificio fundato & radicato *per fidem*, & *per caritatem*.

(b) Vulg. omittit *Christum*; sed habet etiam Cod. noster Bernardin. 40. & alter Biblioth. Episc. Trid. 58.

(c) In 3. Dist. 25. Art. 1. Q. 1. in concl.

(d) Ibi.

(e) Ibi.

(f) *Altrinsecus* pro *in altiori parte*, etiam Apul. Lib. 3.

(g) Intellige *de perscrutatione curiosa*, *non de perscrutatione studiosa*, uti declarat Quæst. 2. Procem. in Lib. 1. Sent. ad 1. 2. 3.

(h) Lib. 1. Phar. cap. 5. atque Tract. de Vit. Myst. c. 17. n. 56. & c. 18. num. 63.

(i) De intellectu nostro comparato *oculo lippo* in 1. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 2. ad 2.

(k) Sic D. ipse Bonav. Expos. in cap. 14. Sap.

Digitized by Google

deras per arborem Paradisi. Crucifixus est etiam, ut considerans genus mortis, magnitudinem sentias caritatis; & dum tibi exortis ejus qualitas innotuerit, quid eidem rependas, cogites, qui pro te poenam & ignominiam tantæ mortis assumpsit. Qui enim in carne mea nasci voluit, in carne mea crucifigi voluit; & dum in carne tantam offenderet dulcedinem, in dilectionem ipsius trajiceret, & liquescere faceret omnem carnem. Hic est enim, qui venit per aquam & sanguinem Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua & sanguine. Aquam intellige lavacrum baptismatis, sanguinem angustiam passionis.

1. Jo. 5. 6.

Ne quemquam offendat passionis aut mortis auditus, ipsum lætificat per sanguinem obtentus triumphus.

54. Non igitur te offendat passionis aut mortis auditus; sed te lætificet per sanguinem ejus obtenta victoria, & triumphus. Sic strenui Principes post obtentam victoriam victrices aquilas (*a*), & virtutis insignia referentes, ut apud æternam posteram perpetuent laudem suam, gaudent titulis, annalibus, & monumentis loquacibus, tam eorum gloriosa opera, quam periculosa vulnera, post trophæa conscribi; ut pietas, qua pro Republica pugnaverunt, & sanguinis fluvius, quem fuderunt, & virtus fortitudinis, qua vicerunt, faciat eos a posteritate diligi, & cognosci, nec mentis insciția, vel lapsu temporum a memoria deleantur, qui tanto periculo, tanta fortitudine, tanto zelo populi subditi, restituerunt Rempublicam collapsam penitus plusquam pristinæ libertati. Sic & Dominus Jesus Christus suæ mortis opprobrium ad perpetuam rei memoriam mentibus hominum ingerit celebrandum, ut piæ mortis ejus recordatio fascibus victoris accedat, & nobis accrescat ad cumulum meritorum; & illata sibi pro nobis supplicia nos revocent a peccatis, pro quibus sustinuit mortem crucis: & cum reatuum (*b*) nostrorum spurcitias tanto purgaverit & laverit pretio, puritatem nostram conservet in posterum considerata pretii magnitudo, & imaginem suam, quam impressit animæ, gloriosam tandem recipiat, quam commisit ab omnibus reatibus absolutam.

55. Jam ad fastigium Fidei veniamus, ut per Nomen Jesu beatitudinem assequamur. Sciatis, inquit dilectus Discipulus, quoniam vitam habetis æternam, qui creditis in nomine Filii Dei. Et hæc vita in Filio ejus est: Qui habet Filium Dei (*c*), habet vitam: qui non habet Filium Dei, (*d*) non habet vitam. Si vitam manifestat sensus & motus (*e*), Fidei vero credulitas sensum cognitionis operatur in intellectu, motum vero dilectionis in affectu; (*f*) profecto liquet, quoniam in Dominum Jesum Dei Filium credere hoc est vitam æternam habere. Et pot oppositum, quod est credentibus ad vitam æternam, deputatur non credentibus ad ruinam. Sic etiam sol oculis sanis lucem ingerit, qui lippientibus caliginem obscuritatis inducit. Sic vinum in corporibus robustis sanitatem conservat, & reparat, quod eamdem in febricitantibus destruit, & enervat. Illuminatis igitur oculis aspiciamus in auctorem fidei, & consummatorem Jesum, quoniam hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum (*g*), & quem misisti Jesum Christum. Nunc te cognoscimus per fidem in speculo, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem apertissima visione. Nunc fidei tenemus chyrographum, donec reddas ipse promissum. Gratus est interim aspicientibus odor floris, donec ubertas fructus exuberet, & saporis. Rumpit solutio cautionem, tollunt poma succedentia vernulam (*b*) venustatem, evacuat aperta cognitio ænigmaticam visionem.

1. Jo. 5. 13.

Ibi 11. ac seq. Vitam manifestat sensus & motus, & fidei credulitatem sensus cognitionis, & affectus dilectionis.

Hebr. 12. 2.

Jo. 17. 3.

1. Cor. 13. 12.

56. Habes etiam in Jesu Nomine Spei & fiduciæ firmamentum. Sperent igitur in te, Domine, qui noverunt Nomen tuum. Certe Spes est, qua im-

In Nomine Jesu Spei firmamentum. *Ps. 9. 11.*

(*a*) De his Salmas. ad Vopisc. in Aureliano c. 31.

(*b*) *Reatus* a Christianis Scriptoribus, præsertim Scholasticis, ipsoque D. Bonav., usurpatur pro ipsa culpa, qua quis reus est. Unde multo ante Scholasticos Prudent. Hymn. de Natali Dom. v. 101. *Plangens reatum fletibus.* Apul. quoque Lib. 7. Metam. *malæ conscientiæ reatum intra me fustinebo.*

(*c*) *Dei* non habet Vulg. sed habet Cod. noster Bernardin. 40. Lyran. antiquæ Biblior. Editiones &c.

(*d*) Iterum *Dei* caret Vulg. habent tamen præter modo cit. etiam antiquior Cod. noster Bernardin. 39. Hugo Card. &c.

(*e*) D. ipse Bonav. Exposit. in cap. 17. S. Luc. *Dupliciter vita dignoscitur, scilicet per spiritum* (forte legendum *sensum*) *& motum.*

(*f*) In 4. Dist. 28. Art. 3. Q. 1. in corol.

(*g*) Vid. Comment. in Joan. ibi num. 2104. Vol. 1. hujus Supplem. (*b*) Supra num. 40.

Digitized by Google

immissa, anima consolatur, consolata confirmatur, confirmata elevatur, elevata fruitur, & cibatur. Nomen autem tuum, Domine Iesu, gaudiosum est solatium, ut confortes; fortissimum præsidium, ut confirmes; attractivum adjutorium, ut eleves; refectivum edulium, ut pascas, & cibes. Confortas mœstum, confirmas dubium, elevas depressum, cibas famelicum. Est igitur per omnem modum Nomen Iesu Spei & fiduciæ firmamentum. Nomen Iesu confortat animam tædio & mœrore confectam; dicit enim Apostolus ad
2. *Thess.* 2. 15. Thessalonicenses secunda: Dominus noster Iesus Christus, & Deus Pater noster (*a*), qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia. Consolationem, inquit, æternam; consolatur enim nos in præsenti tribulatione continuando eam, donec in æterna remuneremur beatitudine. Et Spem bonam in gratia dedit; quia cum in præsenti gratiam dedit, certa Spes est, quoniam in futuro gloriam dabit. Et ne putes, quod in Nomine
Ps. 19. 6. Iesu solatium non habeatur, audi Prophetam dicentem: Lætabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur. O lætitia! o magnificentia! Lætitia, cum dilatato spiritu sinus mentis in Deum expanditur; magnificentia, cum a Christo Christiani vocamur. (*b*) Magnificari enim est magnum fieri: & quid majus, quam Nomen Regis excelsi servis extremæ servitutis imponi?

Magnificari est magnum fieri.

57. Nomen Iesu confortatam confirmat animam, instar anchoræ figens navem fluctuum vulneribus (*c*) agitatam. Fortissimum solatium habemus, ait Apostolus, qui confugimus ad tenendam propositam spem, quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & ineedentem usque ad interiora velaminis: (*d*) ubi præcursor pro nobis introivit Iesus, secundum ordinem Melchisedech Pontifex factus in æternum. Anchora jactata de navi, licet ventus insurgat, licet fluctus proram agitet & puppim; tamen non sinit omnimode circumferri, nec ad inferiora demergi. Sic mens dubia & gyrovaga, dum jactatur variis tentationibus, si Spem suam ponat in Iesu Nomine, fortissimum reperiet præsidium suæ stabilitionis. (*e*) Quid enim est Spes, nisi stabilis pes? Incedit hæc Spes usque ad interiora velaminis, usque ad cœlestem beatitudinem nobis in hac vita velatam, (*f*) ubi pro nobis introducendis Iesus præcursor noster (*g*) introivit, ut sequatur militia suum regem, sicut & cursor sequitur præcursorem. Et ne putes in Iesu Nomine tutissimum non esse præsidium, audi quod legitur: Turris fortissima nomen Domini, ad
Prov. 18. 10. ipsum currit justus, & exaltabitur. Bona signa, de mundi diluvio securitatis arcam intrare, de maris naufragio portum salutis adire, de Sodomorum incendio nudum (*h*) recedere, de pravorum consilio ad religiosa consortia (*i*) transmigrare, de periculoso prælio tutissi-

Nomen Iesu confortatam confirmat animam.

Hebr. 6. 18. *ac seq.*

Exemplum anchoræ.

Spes est stabilis pes.

(*a*) Vulg. *& Deus & Pater noster*; *sed & Deus Pater noster* etiam allegatus Cod. noster antiquior 39. nec non Edit. Venet. 1757. excudente Modesto Fentio, cum Romanis Correctionibus, ac Lectionum Varietatibus, & Notationibus Franc. Luc. Brugensis. Concordant quoque in eadem lectione *& Deus Pater noster*, absque secundo &, ambo Codd. Vindobon. & Lambac.

(*b*) Vid. supra num. 20. & Act. Apostolor. cap. 11. v. 26.

(*c*) *Vulnus* heic translate sumitur pro *calamitate*, *damno*, *pernicie*, sicut apud Cic. 1. Acad. & 4. Fam.

(*d*) Prædicto quoque Apostoli textu utitur in 3. Dist. 26. Art. 1. Q. 1. in Fundam. ad probandum quod spes *confirmat & delectat*.

(*e*) *Stabilitionis* pro *stabilitatis* etiam in Glossar. Ducang. Unde dicitur in eodem 3. ibi in concl. quod qui *innititur ei*, *fundatur quasi supra firmum petram*, vocaturque talis spes *virtutum gratuitarum anchora*, *& sustentamentum*.

(*f*) Quatenus scilicet, ut ibi ad 5. inquit, *eum expectat quis per spei habitum*, *tenere in patria*, *cui per caritatem in via uniri desiderat*. Vide sis ibi quoque Dist. 31. Art. 2. Q. 2. in concluf. Quod autem spes sit circa *cœlestem beatitudinem in hac vita velatam* addi S. Petrum Chrysologum in Symb. Apostolor. Serm. 62. „ Spes quæ videtur, non est spes: quod enim „ videt quis, quid sperat? Si autem quod non „ videmus, speramus, per patientiam expecta„ mus. Spes ad futura tendit, fides ad pro„ missa, spes desinit, fides cessat.“

(*g*) Sic dicitur in fin. 4. Sentent.

(*h*) Scilicet cum omnimoda rerum temporalium abdicatione, instar B. Francisci, de cujus nuditate idemmet S. Bonav. in ejus Legen. ma. cap. 2. ac 14. Unde rursum Auctor hic se Franciscanum ostendit.

(*i*) Heic etiam Auctor satis se prodit religiosæ vitæ professorem.

Digitized by Google

tissimum castrum petere, & in Nominis Iesu patrocinio Spem suam totaliter (a) collocare.

58. Propter hoc Domine non discedimus a te, vivificabis nos, & nomen tuum invocabimus. Quem enim semel Fide concepimus, Spe tenemus, & Dilectionis continuatione dimittere non debemus. Et si forte contingat, ut irruens caro, mundus, vel adversarius noster diabolus, in culpæ vel mœroris præcipitium nos impingant; vitam gratiæ recuperabimus, si Nomen Jesu totis præcordiis invocemus. Nomen Jesu elevat animam nimis ad inferiora depressam; sanavit enim Jesus mulierem inclinatam, quæ non poterat omnino sursum aspicere, (b) quam per manus impositionem Jesus legitur erexisse. Omnino est ad inferius inclinatus, nec potest amplius spiritus desperatus, qui concepta fiducia sursum erigitur, dum desperatione cessante, libere Deum & cœlestia contemplatur. Sic enim Apostoli in mentis & montis eminentia constituti (c) ducti sunt a Jesu in montem excelsum seorsum, (d) & elevantes (e) oculos suos neminem viderunt, nisi solum Jesum. Ad Jesum igitur, qui in cœlis habitat, oculos eleva, de cœlo misericordiam postula, & subsidium quotidianum implora. Respice famulos Dominorum suorum vestigiis inhærentes, & ab eorum nutu sollicita observatione pendentes, & illorum exemplum assume. Donec acceperis, obsecra opportune, importune. Unius viduæ verba flexerunt mentem agrestem (f) Judicis; quare nec tu a fundendis precibus debes aliquo fastidio revocari. Habes ad elevationis tuæ fiduciam Nomen Jesu tanquam adjutorium attractivum, ut te secum elevet, ne per desperationis malitiam corruas in abyssum. Habentes, inquit Apostolus, Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus spei nostræ (g) confessionem; non enim habemus Pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris. Penetravit Pontifex noster cœlos, ut ad se attraheret pusillos & remissos; Spes enim in ipso firmiter collocata sursum evehit nos. Et ipsa est, in qua salus nostra consistit, & quasi quibusdam catenulis (b) cœlitus dependentibus, innexas terris ad cœlos attrahit mentes nostras: quas catenulas si quis e manibus elabi permiserit, ad terram corruens, in profundum vitiorum venit, & amissis salutis medicaminibus & retinaculis, cogitationes desperationis adversarius inducit. (i) Et ut tollatur omnino istius morbi materia, novit Pontifex & Medicus noster, (k) compati omnibus infirmitatibus nostris, notitia compassiva. (l) Si forsitan multiplicetur infirmitas, & peccatum amplius invalescat, etiam ne desperes; sed clames ad Medicum: Adjuva nos Deus salutaris noster (Jesu), & propter gloriam nominis tui libera nos (non propter meritum nostrum) & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. De viribus despero propriis, ad auxilium omnipotentis recurro Judicis, ut quod meis meritis non confertur, pietate mihi sancti Nominis tui tribuatur. (m)

Ps. 79. 19. — 2. Par. 5. 8. — Luc. 13. 11. ac seqq. — Matth. 17. 1. ac 8. — Ps. 2. 4. — 2. Tim. 4. 2. — 2. Reg. 12. 2. ac seqq. — Hebr. 4. 14. ac seq. — Ps. 78. 9.

Perpulcharum exemplum Jesu Christi nos sursum trahentis.

(a) Hoc quoque adverbio scholastico satis quoque se prodit Scholasticum.

(b) Vulg. *respicere*; sed *aspicere* etiam Codd. MM. & Gat. apud Blanchin.

(c) Sive ut ipsemet loquitur Exposit. in cap. 9. S. Luc. *a terrenis ad cœlestia porrecti, & ideo contemplationi, & orationi idonei, & Divinis revelationibus apti.*

(d) *Ad contemplationis quietem.* Itiner. ment. in Deum cap. 1.

(e) Vulg. *levantes*, sed *elevantes* etiam Codd. Corbejen. apud laud. Blanchin.

(f) Pro *asperam*, & *duram*, ut apud Cicer.

(g) In Vulg. *spei nostræ* deest; sed habent duo Codd. nostri Bernardin. alter Biblioth. Episcop. Trident. Hugo Card. ac Lyran. antiquiores Biblior. Edit. &c. Sed etiam *teneamus spei nostræ confessionem*, habetur in ead. Ep. ad Hebr. 10. 23.

(h) Vid. supra in Salutat. Angel. n. 10. *Catenula, parva catena*, in Amalth. Onom. Jose. Laurent.

(i) Simile affertur *exemplum*, quod itidem *pulchrum* vocatur, Serm. 1. Fer. 4. Pentec. inter editos sub S. Bonav. nomine, & hoc est „ Attende homo: Ecce si modo, igne, vel „ aqua, vel hostibus repleta esset hæc Civitas, „ & nullo modo evadere posses, nisi per turrim altissimam trahereris, & amicus tuus „ stans super turrim fune demisso inferius, „ paratus esset te, & quemlibet volentem, „ trahere sursum: Si ergo tu manum ad funem „ non mitteres, vel si non teneres, vel in „ media via funem relinquens caderes, tunc „ certe tua culpa esset, quod non evaderes. „ Sic est de fune gratiæ & caritatis &c." Vid. Vol. 1. Comment. in Joan. Evang. cap. 6. n. 554. not. c.

(k) Vid. Vol. 2. de Script. Sanct. Dignit. & Excellens. n. 5. ac 12.

(l) Hoc adjectivum D. Bonav. habet in Legenda S. Franc. Vid. Prod. col. 592.

(m) Suis Opusculis hujusmodi Orationes interserere eidem Bonaventuræ familiare est.

Digitized by Google

Nomen Jesu cibat & reficit.

59. Nomen Jesu cibat & reficit tabescentem fame; quoniam nomen ejus in desiderio animæ. Terra, quam Spiritus noster inhabitat, terra est penuriæ, terra est tenebrarum; & ideo in Spe & patientia constituti, Salvatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. Et interim spe salvi facti sumus, quæ pertingens usque ad interiora velaminis, odorem tenuem de fructibus paradisi prælibat, quo secundum peregrinationis & viæ modulum fruimur, & cibamur. Hoc est illud manna mellifluum, panis utique descendens de cœlo, quo vescitur, ne deficiat parvulus Israel in deserto. Habes ad hujus fruitionis edulium Nomen Iesu, quod continet omnem dulcedinem, & omnis saporis suavitatem; cujus prælibatio dispensatoria, dum speramus in eo, sentitur, sed cum fuerit Spes evacuata, perfecte tenebitur (a); nam secundum Prophetam tunc in Iesu perfecte cor nostrum lætabitur, quoniam in nomine sancto ejus speravimus. Fiat igitur misericordia tua super nos Domine (Iesu) quemadmodum speravimus (& speramus) in te.

Isa. 26. 8.
Phil. 3. 20. *ac seq.*
Rom. 8. 24.
Heb. 6. 19.
Exo. 16. 15.
Sap. 16. 20.
Ps. 32. 21. *ac seq.*

In nomine Iesu Caritatis nutrimentum.

60. Habes etiam in Nomine Iesu Caritatis continuum nutrimentum. Talia certe subjecta ligna reperies in Nomine Iesu, unde flamma Dilectionis ab altari cordium nostrorum erumpere debeat usque ad tumulum, (b) si Nomen Iesu consideres, & notitiam Dilectionis ejus, quæ ferbuit usque ad excessum. Meditare ergo primo, quod Iesu nostri Dilectio fuerit creaturarum omnium eductiva, eductorum provisiva, provisorum reductiva, (c) reductorum unitiva (d). Eductivam merito dixerim Dilectionem Jesu, qui ex abundantia Caritatis in esse produxit omnia de nihilo, (e) cum non essent, ut ipsum participarent secundum possibilitatem ipsorum, & ordinem, teste Scriptura: Diligis omnia quæ sunt, & nihil odisti (Domine) eorum quæ fecisti. Et si in principio Deus creavit cœlum & terram, & creata cetera, principium ipsum Dominus Jesus est (f). Habes Dilectionem Iesus eductivam; unde quærentibus ab eo Judæis, tu quis es? Respondit Jesus: Principium, qui & loquor vobis. (g) Provisivam merito dixerim, cum fervens & vera Dilectio lege quadam Divina superiora moveat, ut provisive & ordinate data sibi bona desuper, provisive & ordinate inferioribus influant; moveat & coæqualia (h) ut sibi ad invicem gaudeant, seque sustineant; moveat inferiora, ut ad superiora & meliora se convertant, & influentias suas ab eis suscipiant. Unde scriptum est: In dextera ejus ignea lex (i), dilexit populos, Sed hanc legem, quam tulerat, venit Iesus personaliter declarare: Non veni, inquit, legem solvere, sed adimplere. Reductivam merito dixerim; sicut enim vi occulta magnes attrahit ferrum, sic Jesu Dilectio cor humanum (k): In caritate perpetua, ait, dilexi te, ideo attraxi te, miserans tui; (l) & si exaltatus fuero a terra, dicit Dominus Jesus, omnia traham ad me ipsum. (m) Propter hoc homo Iesus Christus mediator unus est Dei & hominum; quia nemo venit ad Patrem, nisi per Jesum. Hic est amor ecstasim faciens (n), extra stationem propriam cor ponens; cum mens omnia humana transcendens, & se ipsam etiam obliviscens, a radio Divini luminis absorbetur (o), & tanta dulcedine reficitur, ut ab amore creatoris omnium, & in amorem invisibilium, pro suo modulo totaliter (p) transferatur: nihil, nisi secundum beneplacitum

Distinctio quadruplicis Iesu Dilectionis cum dilatatione.
Eductiva Iesu Dilectio.
Provisiva.
Reductiva.
Amor ecstasim facit.

Sap. 11. 25.
Gen. 1. 1.
Jo. 8. 25.
Deut. 32. 2. *ac seq.*
Matth. 5. 17.
Jer. 31. 3.
Jo. 12. 32.
1. *Tim.* 2. 5.
Jo. 14. 6.

(a) Sic in 3. Dist. 31. Ar. 2. Q. 2. in concl.
(b) Pariter cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror. & cap. 8. de sex alis Seraph. &c.
(c) De hoc adjectivo adhibito a S. Bona. in Eccl. Hierarch. vid. Prodr. col. 534.
(d) De hoc in Apol. Pauper. ut in eod. Prodr. col. 607.
(e) Vel in hoc relucet Bonaventuræ stilus scholasticus.
(f) Ita 1. Dist. 2. Dub. 8. & in 2. Dist. 1. Par. 1. Dub. 2. nec non Breviloq. Par. 2. cap. 5.
(g) Eodem sensu *Principii creantis* etiam Comment. in Jo. ibi num. 596.
(h) De hoc in Ligno vitæ. Vid. Prodr. col. 560.
(i) Vid. Vol. 2. de Script. Sanct. Dignit. & Excell. n. 10.
(k) S. Hier. Comment. in cap. 9. Matth.
(l) Comment. in Apocal. cap. 8. num. 538. & cap. 14. num. 1022.
(m) Hic textus uterque pariter jungitur supra cit. Serm. 1. Fer. 4. Pentec.
(n) Sic Dionys. de Divin. Nom. par. 1. cap. 4. ac par. 4. cap. 7.
(o) Idem cit. par. 4. cap. 7.
(p) Adverbium scholasticum D. Bonaventuræ familiare.

Digitized by Google

tum ejus, agens, aut volens, nec jam amantis vita sit, sed amati: & amato, non sibi, vivens; sicut dicit Apostolus (a): Vivo ego jam non ego, vivit autem in me Christus (b). Unitivam merito dixerim; unde Dominus Jesus Christus ad Patrem: Dilectio, qua dilexisti me (Pater) in ipsis sit, & ego in ipsis. Sicut enim omnia erant unum in Deo antequam conderentur, & quodammodo unita sunt in Christo Jesu, cum incarnaretur natura supercœlestis, (c) ut Deus; ita & in generali resurrectione omnia unientur, quando Deus, Homo, & Angelus, unus erunt spiritus, non unus secundum essentiam naturalis unitatis; sed secundum unitatem consentaneæ & gratuitæ voluntatis. (d) Tunc enim Deus toto corde, tota anima, tota virtute diligetur; cum anima de corpore non sollicitabitur. Liquescet naturalis affectio, & voluntas in Deum transferetur; remanebit tamen natura, sed Deiformitatis (e) gloria superinduetur.

Gal. 2. 20. Unitiva.

Jo. 17. 26.

Alia distinctio quadruplicis Iesu Dilectionis cum dilatatione.

61. Meditare specialius, & occurret tibi dulcior Jesu Dilectio, ut in corde tuo concrescat dilectionis incendium, & ignis ardeat sine fumo. Occurrit tibi Jesu Dilectio liberalis, exemplaris, filialis, singularis. (f) Vere liberalis Dilectio; non enim te dilexit Jesus, o rationalis anima, (g) propter tuam justitiam, sed propter suam gratiam. Commendat enim, ait Apostolus, Deus caritatem suam in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est, & reconciliati sumus Deo per mortem filii ejus, & gloriamur in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum. Impii eramus, antequam converteremur ad Deum, mortem pro nobis, antequam converteremur, & crederemus, excepit; quod procul dubio non fecisset, nisi Caritatem abundantissimam & liberalissimam ad nos habuisset. Unde scriptum est in Osee: Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontanee. Vere exemplaris Dilectio; unde Dominus Jesus ad Discipulos suos: Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Variis difficultatibus multiplicium præceptorum Moyses populum Hebræorum antiquitus oneravit, & ne longius eos a cultu Dei aberrare contingeret, durissimis frænis astrinxit; & ut eos sensim per ipsa vestigia superstitionis attraheret, carnalium victimas indixit (h). Dedit ergo multa præcepta, quæ vix intelligentia caperet, multum difficilia, & propter hoc voluntati ad exequendum contraria. Successit Moysi Legifer noster, pluralitatem reducens ad unitatem, obscuritatem ad lucem, difficultatem ad facilitatem, dum mandatum Dilectionis induxit. (i) Unum quippe est, ut retineas; lucidum, ut intelligas; facile, ut libenter opere compleas, & vivas. Mandatum, inquit, novum; nam antiquitus amicus, modo etiam diligi præcipitur inimicus. O grata novitas! cum torpor abscesserit hiemalis, & jam vernalis aspiret serenitas, & cordium sincera tranquillitas. Colliduntur inimici Jesu discordiarum fluctibus; sed Christi Discipuli sunt in portu. Insaniant lupi, ferinis dentibus frendant; (k) sed oves Domini sunt in tuto. Fugavit ipse omne dissidium,

Osee 14. 5. Exemplaris.

Jo. 13. 34.

Levit. 1. 2.

Liberalis Iesu Dilectio.

Rom. 5. 8. *ac seqq.*

(a) Idem Dionys. cit. part. 1. cap. 4.

(b) Vulg. *Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus*; sed ut supra etiam in editis sub S. Bonaventuræ nomine, nempe in Opusc. de Donis Spir. sanct. cap. 4. de Dono Timor. ubi allegatur d. *verbum exponens Vercellen. in Prologo super Cant.*; nec non in Opusc. de Sept. Itiner. æternit. Dist. 4. Art. 4. ubi eadem fit allegat. Vercellen. ac etiam Dionys. Certe & Vercellensis ita legit, dum supra relata ipsissima verba interpretatur. Sed & Hugo Card. in Comment. exponit: *Vivo ego, jam non ego.*

(c) Adjectivum passim a D. Bona. usurpatum ad Divina explicanda.

(d) *Omnibus illis erit una voluntas, quia nulla illis erit nisi Dei voluntas*, Part. 7. Breviloq. cap. 7. & ult.

(e) Hujus quoque vocis apud eumdem D. Bona. frequens usus.

(f) Rursus occurrunt similiter desinentia Bonaventuriana.

(g) Similiter ad idem propositum alloquitur *animam* cap. 1. Soliloq.

(h) Pariter antiquiss. Auctor Lib. 2. Recognit. sub nom. S. Clement. Tertull. Lib. 2. contra Marcion. cap. 18. Chrysost. Hom. 6. in Matth. Hieron. in 1. Isa. id indictum fuisse illis censentes, ut ita pie occupatos a perniciosa otio & idololatria avocaret. Unde & Abulensis „ Voluit (inquit) Deus sibi immolari bo„ vem, ne Hebræi putarent Apim, Bovem „ Ægyptium, esse Deum: arietem, ne Hammonem Ægyptium, habentem cornua arie„ tis, censerent esse Deum: hircum, quia Dæ„ mones culti ab Ægyptiis, hirci specie se vi„ gendos exhibebant.

(i) 3. Dist. 40. Art. 1. Q. 3. in concl.

(k) Ita Plaut. Truc. 2. 7. 41. & Accius apud Non. c. 1. 103.

Digitized by Google

omnem discordiam perturbavit. Et sicut procedente Rege omnes plateæ mundantur, tota Civitas floribus & ornamentis variis venustatur, ut nihil indignum vultui Regis appareat; sic Rex pacis Jesus noster adveniens omne pellit dissidium, & discordiæ nubilum conserenat (a). Vere filialis Dilectio; Jesus enim ait in Evangelio: Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Pater amore filiali (b) diligit Filium, & nos Dominus, quibus hæreditatem promittit, & regnum æternum. Vere singularis Dilectio; quoniam Dei Filius Dominus Jesus dilexit nos, & lavit nos a peccatis nostris in sanguine suo.

Filialis.

Jo. 15. 9.

Singularis.

Apoc. 1. 5.

62. Et ne credas, quod ita dilexerit nos singulariter, quod non etiam generaliter, dic Apostole Paule: Quod nunc in carne vivo, in fide vivo Filii Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Sed qua fronte plus audes, ut dicas pro te, quod omnibus est commune? Quomodo tibi de singularis amoris privilegio gloriaris, cum hoc ipsum generaliter de hominibus omnibus possit accipi? Respondeo (inquit) quoniam ita est hæc generalis dilectio omnium: qui proprio Filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum; quod singularis est etiam singulorum: dilexit me, & tradidit semetipsum pro me. Nam quanto ad plures Divinæ Dilectionis sinus expanditur, tanto magis apud singulos dilatatur, & ejus suavitas plus sentitur. Hæc est enim Dilectionis conditio specialis, quod tanto est purior, quanto fuerit plus communis; quoniam totus fructus ejusdem reperitur unus & idem in singulis. Ergo singularis est tibi, ut te magis afficiat; communis, ut plus perficiat. Omnes autem quasi unum in uno se colligit, qui in sui dilectione collectos singulos unum facit. (c)

Et generalis.

Gal. 2. 20.

Rom. 8. 32.

63. Amplectamur igitur, Fratres, Divinæ dilectionis brachiis Dominum nostrum Jesum Christum, qui traditus est tam singulariter pro singulis: quam generaliter pro omnibus nobis. Traditus, dixerim, in pretium nostræ redemptionis, in solatium nostræ peregrinationis, in speculum nostræ conversationis, in præmium nostræ remunerationis. Habemus ergo fomentum Caritatis, quod coalescat, & nutriatur per gratiam in altari cordis; quod ferveat in medullis; evaporet in verbis; ardeat in operibus nostris. Dicamus igitur omnes una sententia: Si quis non amat Dominum nostrum Jesum Christum; sit anathema, Maran Atha. Caritas autem Domini nostri Jesu Christi nobiscum, (d) cui cum Patre, & Spiritu sancto est omnis honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Christus traditus, tam singulariter pro singulis, quam generaliter pro omnibus.

1. Cor. 16. 22. & seq.

SER-

(a) Pro *diserenat*. Liv. Lib. 39. cap. 46 *Cum undique diserenasset*. Alii legunt *conserenasset*.

(b) *Filiali* denominatione desumpta, non a Patre diligente; sed a Filio dilecto; nanque *Filiale* idem est ac *spectans ad Filium* in Amalth. Onomast.

(c) Idemmet S. Bonav. in Amator. ex Hug. Vict. de Arrha anim. non longe a med. „ Licet beatum esset, isto amore vel solum perfrui, multo beatius in ipso cum multorum „ bonorum congratulatione delectari: quia, „ cum in eos, qui etiam comparticipant affectus dilectionis, expanditur caritatis gaudium; „ & suavitas ampliatur. Spiritualis namque „ amor tunc melius cuique fit singularis, quando omnibus est communis, nec participatione plurium minuitur, cujus fructus unus & „ idem totus in singulis reperitur: ac per hoc „ singulariter diligit te, quia nihil diligit sine te. „ Sic igitur singulis adest quasi omnibus; quia „ nec alium, nec majorem dilectionis affectum „ singulis impenderet, si absque cunctorum „ participatione singulos amaret. Nihil ergo „ de privilegio singularis amoris tui societas „ bonorum præscribit: quia amator tuus in „ omnibus diligit te, quia nihil diligit sine te. „ Non autem timeas animum illius in amore „ plurium quasi per affectum distrahi, & idcirco minorem esse ad singulos, quod partitus quodammodo & divisus videatur in cunctos. Ergo omnes unum unice diligant, ut „ omnes ab uno unice diligantur. Quia nec „ alius præter unum, unice ab omnibus diligendus est; nec alius præter unum, unice „ omnes diligere potest. Omnes autem in uno „ se quasi unum diligant, ut unius dilectione „ unum fiant. Iste amator unicus est, non tamen privatus: solus, non tamen solitarius: „ participatus, nec divisus: communis, & singularis cunctorum singularis, & singulorum „ totus &c. „

(d) In his ac prædictis videri non obscure Doctorem nostrum Seraphicum, qui ita illuminat intellectum, ut & affectum inflammet; neminem crediderim negaturum. Vulg. post *Maran Atha*, quæ vox Hebræo-Syriaca est, significans: *Dominus noster venit*, aut potius *veniat*; scilicet judex & vindex, ut eum; qui Christum non amat, anathemate feriat, separet; damnet, ac puniat; sic habet: *Gratia Domini nostri Jesu Christi vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Jesu. Amen.*

Digitized by Google

SERMO OCTAVUS.

Adhuc de Nomine gratioſo propter Virtutes Cardinales.

Pſ. 33. 4. 64. *Magnificate Dominum mecum, Et exaltemus nomen ejus in idipſum.* Quid, Fratres, ſtilla ad fontem, pulvis ad montem, ſcintilla ad ſolem, verbum fragile homuncionis ad Domini Jeſu laudem? (a) Stupet cœlum, mirantur Angeli, laudat cœlorum exercitus, non ceſſant indeſinenter & jugiter collaudare gratioſum Domini Jeſu Nomen, quod laudare non ſufficit plenius. univerſitas creaturæ. Glorificate enim Jeſum quantumcunque poteritis, ſupervalebit adhuc mirabilis magnificentia ejus; exaltate eum quantum poteſtis, major eſt adhuc omni laude. Nos autem etſi victi ceſſerimus, non tamen a laude ceſſare debemus, ut noſtram exerceamus in Jeſum devotionem, & torpentem in nobis reſuſcitemus caritatis ardorem, cum Propheta dicentes: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio Eccleſiæ laudabo te. Laus enim eſt, a qua laurus dicitur (b), qua ſolent coronari victores. (c) Jeſus autem corona gloriæ ſuos deſiderat coronare præcones. Vos interim veſtris orationibus me adjuvetis (d), ut de Nomine Domini Jeſu, quæ reſtant, loqui valeam, & ore & opere, quæ loquar, adimplere, & gloriam aſſequi pro utroque.

Pſ. 21. 23. *Servius ad 8. Ecl.*

Laurus a laude dicta.

65. Eja, Fratres cariſſimi, ſeptemplicem virtutum gratiam gratioſi Nominis proſequentes, figentes anchoram, antequam navis collocetur in portu, maluimus dimidiare ſermonem, & ſtilum ſuſpendere, quam auditum veſtrum ultra debitum onerare. Patuit aliquantiſper ex dictis (e) in Nomine Jeſu Fidei fundamentum, Spei firmamentum, & Caritatis continuum nutrimentum. Nunc ad Virtutes reliquas, ſcilicet Cardinales, procedamus, de quibus breviter concludit Apoſtolus: Vos eſtis in Chriſto, qui factus eſt nobis ſapientia a Deo, & juſtitia, & ſanctificatio, & redemptio. Sanctificationem intellige Temperantiam, redemptionem vero pro Fortitudine debes accipere, quæ declarata (f) eſt in Domini paſſione. Ibi enim ſub carne fragili latuit Fortitudinis cumulus & triumphus; quoniam cornua in manibus ejus, quia manus Jeſu Chriſti affixæ fuerunt clavorum aculeis quaſi cornibus; ibi enim abſcondita eſt fortitudo ejus (g). Habes igitur Jeſum Dominum virtutum, & Regem gloriæ, qui quatuor Virtutum ſpecies in ſuo Nomine te voluit edocere. Quæ aſſecutus, rem Nominis Jeſu poſſides in via, dum certus es de ſalute.

De Virtutibus Cardinalibus.

1. Cor. 1. 30.

Hab. 3. 30.

Pſ. 23. 10.

66. Factus eſt ergo nobis Jeſus Prudentia ſive Sapientia, conſiderando ſuam doctrinam; Juſtitia, ſuam conſiderando miſericordiam; Sanctificatio, vel Temperantia vitæ, ſuam conſiderando munditiam; Redemptio, ſive Fortitudo, ſuam conſiderando in morte patientiam (h) Ergo labore ſuperfluo nimis atterimur aſſidue revolventes Volumina numeroſa Gentilium, ut in his erudiamur de perfectio-

Diviſio quatuor Virtutum Cardinalium cum ſubſequenti diſtinctione, & dilatatione.

Fruſtra quæſite apud Gentiles.

(a) Simili modo humiliat ſe inquiens cap. 2. Incend. ſive Incenti. amoris „ Cum ergo Chriſto me devovero, quid quæſo ſum, nonne „ ſicut ſtella (forte *ſcintilla*) ad ſolem, gutta „ ad fluvium, lapis ad montem?“

(b) Videtur a *laude* dici, quod ſit laudis & gloriæ inſigne. Et quidem Veteres dicebant *laudum* pro *lauro*, & *laudam* pro *laurea*. Al. *Laus enim a lauro dicitur*.

(c) S. Iſidor. Etymologiar. Lib. 17. cap. 7. „ *Laurus* a verbo *laudis* dicta. Hac enim cum „ laudibus Victorum capita coronabantur. Apud „ antiquos autem *laudea* nominabatur: poſtea „ *d* litera ſublata, & ſubrogata *r* dicta eſt *laurus*. Ut in *auriculis*, quæ initio *audicula* dicta ſunt: & *medidies*, quæ nunc *meridies* dicitur. Hanc arborem Græci *Daphnem* vocant, „ quod nunquam deponat viriditatem: inde illa potius victores coronantur.“ De qua etiam Plin. Lib. 15. cap. 30.

(d) Paritor in Sermonibus de decem Præceptis, in fine Ser. 2., antequam incipiat explicationem Secundi Mandati in Serm. 3., ait: *In principio rogemus Deum* &c.

(e) Supra num. 48. ac ſeqq.

(f) In Ligno Vit. Tit. *Jeſus cruci clavatus*. Al. *affixæ fuerunt cornibus*.

(g) Prol. in 1. Sent. circa fin. ubi ſic dicitur „ Tertium abſconditum eſt fortitudo Divinæ „ potentiæ, de qua Habacuch. *Cornua in manibus ejus: ibi abſcondita eſt fortitudo ejus*: legitur „ de Chriſto pendente in cruce, ubi latuit „ fortitudo virtutis ſub pallio infirmitatis. Vid. S. Cypr. L. 2. contra Judæos. c. 21. Euſeb. L. 6. Demonſtrat. Evang. c. 15. S. Auguſt. L. 18. de Civit. c. 32. nec non ſupra in Collat. de Sept. Don. col. 451.

(h) *Patientia* dicitur pars *fortitudinis* etiam a Cic. de invent. Lib. 2. de gen. delib. apud ipſum D. Bona. Serm. ſive Collat. 6. in Hexaem.

Digitized by Google

fectione Virtutum (a). Et revera risum movet intuentibus, si ad capram fœtidam, villosam, & hispidam, simplex ovicula currat, ut ex ea lanam assumat. Cum enim in Christo Jesu sint omnes thesauri sapientiæ, & virtutum, sicut mare est principium aquarum (b); venas abditas, & arcana sensuum, perfectionemque Virtutum nunquam potuit ingredi, qui fidem non habuit Domini nostri Jesu Christi. (c) Insistere potuit facundiæ, vacare jactantiæ, habere peritiam disputandi, verborum phaleras (d), sermonis ornatum; sed nullatenus Virtutis aut Sapientiæ verum fructum (e).

In Nomine Jesu Sapientia, sive Prudentia. Jo. 14. 26.

67. In Nomine Jesu reperitur Sapientia, sive Prudentia: Paraclitus (ait) Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcumque dixero vobis. Spiritus carnem & ossa non habet. Ergo qui a Deo spiritualiter edocetur, a carne necesse est abstrahatur, ut spiritualis effectus animam suam repleat fortius cœlestibus & æternis rationibus. Ibi veritas assumitur, & ibi de dubiis respondetur, quando clausis sensibus carnis, & curis abjectis, efficitur aliquis extra mundum, & convertitur ad seipsum (f), & defæcata mentis imagine lumen recipit ex primo lumine. Inde est, quod Jesus docebat Discipulos in monte, quod & nunc facit in mentis elevatione (g). Hoc autem fit quatuor modis, in exercitio lectionis, meditationis, orationis, contemplationis. (h)

Discitur quatuor modis.

In exercitio lectionis.

68. In exercitio lectionis, (i) cum lectio sancta non frangit animam, sed pascit desiderium; non est in fastidio, sed in oblectamento; non est ad curiositatem (k), sed ad utilitatem. (l) Sicut enim oleum additum igni prius fervet, & post fervorem lucet; sic lectio adhibita cordi pio excitat fervorem, & postmodum fervor serenatur in lucem. Propter hoc Jesus docebat parvulos dicens: Sinite parvulos venire ad me; quoniam ad Sapientiam Jesu proceditur in lectionis humilitate. In exercitio etiam docet meditationis (m); propter hoc abiit Jesus foras Civitatem, ibique mansit, & docebat, sicut Matthæus narrat. Extra Civitatem abiit, qui rerum universitatem meditando transcendit. Propter hoc doctrinam & veritatem habebat Pontifex in rationali judicii, gestans in pectore; quia per meditationem non evagatur, sed figitur animus in cognoscenda veritate. Docet etiam in exercitio orationis, (n) propter hoc in Luca dicebant Apostoli: Domine, doce nos orare. Notitiam enim rerum spiritualium, & veram Sapientiam, sæpe merito devotæ orationis acquirimus, quam nulla nostra

Mar. 10. 14.

Meditationis.

Matth. 21. 17.

Luc. 24. 39.

Exo. 28. 30.

Orationis.

Luc. 11. 1.

Orationis devotæ quanta utilitas ad Sapientiam acquirendam.

(a) Inter Gentiles agentes de perfectione Virtutum, maxime Cardinalium, idemmet D. Bonav. cit. Ser. sive Collat. 6. in Hexaem. allegat Tullium, Plotinum, Macrobium. In Centiloq. Par. 3. Sect. 41. ac seqq. affert etiam Aristotelem, & Senecam; quem & putavit auctorem Tract. de quat. Virt. Card. in suo singulari de iisdem Opusc.

(b) Serm. sive Collat. 2. in Hexaem. ubi agitur de ingressu ad sapientiam, & de sapientia: *Origo fontium & fluminum mare: origo virtutum & scientiarum est Christus, ait Bernardus.* Nimirum in Cant. Serm. 13. in princip.

(c) De hoc disertissime Serm. sive Collat. 7. in Hexaem. Et ut loquitur etiam ibi: ad fin. Collat. 12. absque Christi fide, nequit *anima transire ab umbra ad lucem, a via ad terminum, a vestigio ad veritatem, a libro ad scientiam veram, quæ est in Deo. Hunc librum legere est altissimorum Contemplativorum, non naturalium Philosophorum, qui solum sciunt naturam rerum, non ut vestigium.* Vid. Itiner. ment. in Deum cap. 2. *De Speculatione Dei in vestigiis suis in hoc sensibili mundo.*

(d) In Prol. Legen. S. Franc. *sermone. Phalerato.*

(e) Pariter in d. Ser. sive Collat. 7. in Hexaem.

(f) Cap. 1. de Perfect. vit. ad Soror. *Ad perfectionis vitæ fastigium Sponsæ Christi conscendere cupienti, primum necesse est, ut a seipsa incipiat, ita ut omnium exteriorum oblita, ingrediatur in secretum conscientiæ suæ &c.* Confer. Prol. Soliloq.

(g) Cap. 1. Itiner. ment. in Deum, & Exposit. in cap. 9. S. Luc.

(h) Circa hæc omnia eodem ipsissimo ordine versatur universum ejus Opusc. inscriptum: *Incendium*, sive potius *Incentivum amoris*. Cap. 1. ac seqq.

(i) Init. cit. Cap. 1. ejusd. Incend. sive Incenti. amor. ubi secundum noviss. Edit. Venet. sermo fit de primo exercitio in *legendo*.

(k) De Informat. Novit. par. 1. cap. 14. de lect. *Ut possis intelligere legas, non ut doctior sis, nec caussa curiositatis.*

(l) De *utilitate lectionis* vid. D. Bona. Lib. 4. Phar. cap. 32. ex S. Isid. de Sum. bo. Lib. 3. Cap. 8. Et iterum ex eod. S. Isid. in Synon. cap. 5. prope fin.

(m) De *exercitio meditationis* cit. cap. 1. Incend. sive Incenti. per totum; nec non de eadem juncta lectioni præfatæ Lib. 3. cap. 8. de Sum. bon. laud. Isidor. apud d. Lib. 4. Phar. cap. 26.

(n) De *exercitio orationis* cap. 2. Incend. sive Incenti. amor. per totum. ac de eadem una cum lect. Lib. 2. Phar. cap. 45. ex cit. Isid. de Sum. bo.

Digitized by Google

ſtra ſagacitate, ſolertia, vel ſtudio, penetrare valeamus; & quanto fuerit oratio dulcior, tanto cognitio purior, atque major. Ergo ſterilis intellectus remanet, inſipidus, & inſulſus, qui ſine devota oratione, quinimo ſine magiſterio Spiritus ſancti, ſine Nomine Jeſu Chriſti vult myſteriorum arcana rimari. Sed mens devota, quæ de Jeſu familiaritate confidit, confiſa devotioni inſiſtit; inſiſtendo, ad orationem ſe convertit; orando petit, petendo accipit: quoniam orationis tempore mens compungitur, compuncta lavatur, lota mundatur, mundata lumine penetratur, & ſic tempore (*a*) orando ſolent myſtica penetrari. Propter hoc Jeſus appellat ſcholarium (*b*) ſuorum auditorium, orationis domum, ſicut ſcriptum eſt in Evangelio Marci: Docebat Jeſus dicens eis: Domus mea, domus orationis vocabitur. Docet in exercitio contemplationis (*c*), quando mens humana dilatatur, dilatata ſublevatur, ſublimata alienatur, alienata unitur; his enim quatuor modis contemplatio exercetur (*d*).

Mar. 11. 17.

Contemplationis.

Quomodo mens dilatatur.

69. Dilatatur autem mens, quando intellectus ejus latius expanditur, & aculeus Divini amoris in tantum cor penetrat, quantum alicujus rei creatæ affectus mentem penetrare conſueverat; quia cum rejecto amore creaturarum, introducis per amorem ardentiſſimum Dilectum ad interiora tua, ſequi potes eumdem ad ſublimia ſua, & ſic te Jeſus imbuit Sapientia ſua. Quare Divinarum ſublimitas revelationum manifeſtum eſt Divinæ dilectionis indicium (*e*), ſicut dixit Jeſus Diſcipulis ſuis: Jam non dicam vos ſervos; quia ſervus neſcit quid faciat dominus ejus: Vos autem dixi amicos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis.

Jo. 15. 15.

Elevatur.

70. Dilatata vero mens elevatur, quando a plano, per quod incedebat mentis dilatatio, ſuper humanæ induſtriæ poſſibilitatem mens aſcendit, & ſupergreditur. In hac mentis elevatione Prophetæ didicerunt, quod aliis prædixerunt; ſuper enim facultatem humanæ naturæ eſt videre de præteritis quod jam non eſt; de futuris quod nondum eſt; de præſentibus quod jam eſt, ſed tamen ſenſibus abſens eſt; (*f*) de alieni cordis ſecreto videre, quod ſenſui ſubjectum non eſt; de Divinis videre, quod ſuper ſenſum eſt.

Alienatur.

71. Sublevata vero mens alienatur, quando præſentium memoria menti excidit, ipſaque quaſi ebria, neſcit quid ſit de præſentibus (*g*), & in peregrinum quemdam ſtatum ſuper humanam induſtriam Divinæ operationis transfiguratione tranſit. Qui modus a devotione incipiens, & per admirationem tranſiens in quamdam mentis exultationem (*h*); conſummationem & perfectionem accipit. Ibi plus addiſcit interius, quam exprimere mens valeat exterius. Propter quod in Matthæo legitur: Admirabantur ſuper doctrina ejus, erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens. Hujuſmodi nihil attribuendum eſt humano ingenio, nihil noſtro merito; ſed totum Divino muneri, ubi ſponſa conjungitur totaliter Dilecto ſuo (*i*). Alienata mens tandem Deo unitur, quando tranſcenſis omnibus, hoc eſt, ſenſibus

Ipſa a devotione incipiens, per admirationem tranſit in exultationem.

Matth. 7. 28.

In hoc nihil attribuendum humano ingenio, nihil noſtro merito; ſed totum Divino muneri.

(*a*) Idem eſt ac adv. *tempori*, id eſt, ſuo tempore, tempeſtive, ex Plau. & Cic.

(*b*) *Scholarium* vox non heic accipitur niſi pro tironibus in Chriſti doctrina inſtituendis, ſive pro illis qui Chriſti ſcholam frequentant.

(*c*) De *exercitio contemplationis* cap. 3. Incend. ſive Incent. amor. per tot. de qua vide ſis etiam Lib. 4. Phar. cap. 28.

(*d*) Vid. Serm. ſive Collat. 2. in Hexaem.

(*e*) Comment. in Jo. ibi num. 1033. *Hoc ſignum magnæ amicitiæ revelatio ſecretorum.*

(*f*) Quod *Prophetia data ſit de præſenti, præterito, & futuro*, in Expoſit. Prol. Gilbert. quæ præmittitur Comment. in Apocal. num. 13.

(*g*) Serm. ſive Collat. 23. in Hexaem. *Alienatur quaſi homo ebrius, qui neſcit quid faciat. Unde Paulus neſcivit, utrum eſſet in corpore, ſive extra corpus.* 2. Cor. 12. 3.

(*h*) *Exultationem*; nanque de tribus gradibus *devotionis, admirationis, & exultationis*, quam diſertiſſime cap. 4. Itinerar. ment. in Deum.

(*i*) Hoc adeo certum, ut inde eliciat in Prol. ejuſdem Itiner. „ Igitur ad gemitum orationis „ per Chriſtum Crucifixum, per cujus ſanguinem purgamur a ſordibus vitiorum, primum quidem lectorem invito, ne forte credat, quod ſibi ſufficiat lectio ſine *unctione*, „ ſpeculatio ſine *devotione*, inveſtigatio ſine *admiratione*, circumſpectio ſine *exultatione*, induſtria ſine pietate, ſcientia ſine caritate, intelligentia ſine humilitate, ſtudium abſque „ Divina gratia, ſpeculum abſque ſapientia. Quodve *dandum ſit totum Dei dono, ſcilicet Spiritui ſancto*, repetit cap. 7. ejuſd. Itinerar. Vid. quoque in fine cap. 6. Part. 5. Breviloq. Prædictum adverbium ſcholaſticum *totaliter* alibi quoque ſæpius uſurpat.

Digitized by Google

sibus, & sensibilibus, intellectibus & intelligibilibus, entibus & non entibus, ad supersubstantialem & superintellectualem (a) unionem cum Deo unitur. Et sicut tria prædicta sunt in remotione, scilicet sensus & sensibilia, quantum ad temporalia; intellectus & intelligibilia, quantum ad potentias animæ, & eorum exercitia; existentia, ut quæ in esse prodierunt, & non existentia, ut quæ in Verbo solo contemplabilia sunt: ita tria sunt in positione, ut mens humana sit actualiter in unitione. (b) Primum est in ea superservidus (c) amor in Deum tendens. Secundum est actualis omnium ignorantia, quorum scientiam fervor illius amoris non sustinet (d); quia sicut radius fervens absorbet aquam, sic illa superservida dilectio absorbet omnem scientiam creatam. Tertium est radius illuminans, & se uniens. (e) Hæc secundum beatum Dionysium Sapientia Christianorum; (f) hæc est illa caligo in transcensu mentis super omnia, actualis ignorantia omnium ex superservido amore videndi Deum absorbentem omnes actus virium apprehensivarum, (g) & inaccessibilitas Divini luminis, ubi Deo mens unitur in excessu illius caliginis, & per ablationem omnem ab eo Dominum laudat sine verbo & spiritu prolativo: & in hoc (h) eum cognoscit, quod eum cognoscibilem jam non esse intelligit, tam propter inaccessibilitatem ex parte Divini luminis, quam propter ignorantiam ex parte videntis. (i) Caligat enim oculus, & propter excessum objecti, & propter defectum organi. (k) Puto autem sine præjudicio (l), quod secundum hunc modum Dominus Jesus excæcavit Saulum (m), vera Sapientia illuminans Paulum. (n) Si dictorum ordinem quæris, ubi dilatatio mentis sistit, ibi sublevatio incipit; alienatio vero succedit; unitio autem consummat, & perficit.

Act. 9. 3. ac 8. Saulus excæcatus, & Paulus illuminatus.

In anima cum Deo unione tria, superservidus amor, omnium ignorantia, radius illuminans,

Sapientia Christianorum.

Dionysius de myst. Theol. cap. 1. & seq. Et de Divin. Nom. cap. 7. Et Epist. 5. ad Dorath.

72. Ut autem consummatam Sapientiam, sive Prudentiam, alibi quam in Jesu Nomine non requiras, Prudentiæ partes aut species in ipso cognoscas. Has Philosophi memoriam, intellectivam sive intelligentiam, & providentiam vocaverunt. (o) Quæ ad nos Domini Jesu dignatione descendunt; per hæc enim compungimur ad peccata præterita, intelligimus præsentia discrimina, providemus contra futura supplicia. (p)

Cic. L. 2. de invent.

73. In Nomine Jesu similiter Fortitudo reperitur. Si enim consideres magnanimitatem ipsius in aggrediendo, patientiam in sustinendo, perseverantiam in

In Nomine Jesu Fortitudo, ac ejus quatuor partes.

(a) Adjectiva mystica, quorum apud D. Bona. frequens usus.

(b) *Unitionem* habet etiam in Eccl. Hierarch. ut in Prodr. dixi col. 534.

(c) Vel hoc adjectivum mysticum.

(d) Al. *omnium ignorantia fervorem illius amoris non sustinens.*

(e) Vid. ad fin. Serm. sive Collat. 2. & 3. in Hexaem.

(f) Sic d. Serm. sive Collat. 2. in Hexaem.

(g) Ibi „ In anima sunt multæ virtutes ap„ prehensivæ, sensitiva, imaginativa, æstima„ tiva, intellectiva; omnes has oportet relin„ quere; sed in vertice est acies amoris tran„ scendens omnes.“

(h) Vindobon. pro *in hoc* habet *in nocte*, de qua Par. 5. Breviloq. ad fin. cap. 6.

(i) Ibi pariter. Vid. quoque in 1. Dist. 3. Par. 1. Ar. 1. Q. 1. per tot.

(k) Prædictæ Dionysianæ doctrinæ similis videri potest apud D. Bona. etiam in Itinerar. ment. in Deum cap. 7. quod est ult. ac cap. 3. quod itidem est ult. Incend. sive Incent. amoris &c.

(l) Phrasis Bonaventuriana exhibens ejus inscribendo modestiam.

(m) *Excæcavit Saulum*, dum ipsum privavit nedum usu oculorum, sed & potentia videndi; quoniam ex oculis ejus ceciderunt squamæ, cum paulo post fuit ab Anania miraculose curatus. Sed & illam induxit in Sauli mentem cæcitatem, quæ secundum laud. Dionysium a D. Bona. dicitur *ignorantia, caligo, nox, tenebra*. Et de Deo, de quo loquitur idem Paulus ad Romanos c. 10. v. 10. *Corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*, inquit S. Petrus Chrysologus in Symb. Apostolor. Ser. 6. quod *importunum tenebrat aspectum*, atque ita *ad Deum inconcessus cæcatur accessus.*

(n) *Illuminans Paulum*; quia fuit ejus *ignorantia docta, nox illuminativa, caligo & tenebra radiosa*. Ita enim clausos tenebat etiam mentis oculos omni creaturarum lumini, ut soli aperiret luci Divinæ. Hanc *felicem cæcitatem* ac *salubrem excæcationem*, nemo non dixerit cum S. Bernardo Ser. 1. in Convers. S. Pauli num. 7. Lubeat audire ipsummet Apostolum 2. Cor. 4. 6. *Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Jesu Christi*. Vid. loca apud ipsum D. Bona. in superioribus notis indicata, quæve de Pauli ecstasi scribit Dionys. de Divin. Nom. Par. 1. cap. 4. & Epist. 5. ad Doroth.

(o) Sic Phar. Lib. 2. ad fin. cap. 27. ac Par. 3. Centiloq. post init. Sect. 41.

(p) Ita secundum ea quæ tradit etiam in Opusc. de quatuor Virtut. Cardinal.

Digitized by Google

in permanendo, constantiam in confidendo; (a) luce clarius in Christo invenies omnes veræ, & non apparentis tantum, Fortitudinis conditiones. Et propterea Judas, inquit Ioannes, cum accepisset cohortem, & a Principibus Sacerdotum (b), & Pharisæis ministros, venit illuc, id est, in hortum ubi erat Iesus, cum laternis, & facibus, & armis. Tunc Iesus ex magnanimitate processit, & armatis occurrit, patienter sustinet angustias, & improperia passionis; nec de cruce descendens in supplicio perseverat, & de Patre confidens in manus ipsius suum spiritum recommendat. (c)

Jo. 18. 3.

Ab ipso Magnanimitas.

74. Ergo si Spiritus Iesu suggerat, ut ad vitæ melioris transeas frugem; pusillanimitate rejecta magnanimitatem assumas, & induas fortitudinem. Nominis Iesu recordare, & verbum illud propheticum meditare: Sperent in te qui noverunt nomen tuum; quoniam non derelinquis (d) quærentes te Domine. Sperent in te, non sæculi blandimenta respiciant, non mittentes manum ad aratrum se retrorsum vertant; sed de tua promissione confidant, qui noverunt Nomen tuum, qui Iesum devotione sanctissima venerantur, & ideo consiliis suis simpliciter obsequuntur. Non timeas de carnis angustia, Satanæ fallacia, Prælatorum sævitia, nimia paupertate. Dic Domino confidenter: Propter nomen tuum dux mihi eris (e), & enutries me. Homines certe sumus ex elementis mutabilibus compositi, ex fragili corpore, ex limoso pulvere figurati. Sed Dominus cognovit figmentum nostrum, & languentem invisit Medicus. Quantascunque Diabolus adversus animam potest excogitare vel inferre nequitias, plures habet verus Medicus medicinas.

Isa. 51. 6.

Ps. 12. 9.

Luc. 9. 62.

Ps. 30. 4.

Ps. 102. 14.

Patientia.

75. Si vero casus emergant ex fortunæ pendentis insidiis, si millies mille millia tormentorum; Nomen Jesu sit tibi patientiæ fulcimentum. Pater, inquit, sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut & nos. Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo. Sed nobiscum est usque ad consummationem sæculi; & in medio, inquit, eorum sum, ubi duo vel tres in nomine meo fuerint congregati. Si mecum est Jesus, unde mihi motus impatientiæ, dolor, aut metus? Intumescant contra me fluctus, conturbetur pelagus, sæviat mundus, minetur infernus; nihil horum vereor, nil timeo, nil formido, si solidatus sim in Domino Jesu Christo. Vitam quidem mihi minantur auferre; sed non timeo mortis supplicium: quia mihi vivere Christus est, & mori lucrum. Si mihi exilium inferatur, Domini est terra, & plenitudo ejus. Si meam mihi substantiam auferatis, nudus ingressus sum mundum, nudus egrediar; (f) quia nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quod nec auferre quid possumus, id est, nihil efferre poterimus de transitoriis, & caducis deliciis hujus mundi. Vos autem Fratres, vos specialiter Minores (g) alloquor minimus, qui nihil in terra

Jo. 17. 11. ac seq.

Matth. 18. 20.

Ibi 28. 20.

Phil. 1. 21.

Ps. 23. 1.

Job 1. 21. Eccle 5. 14. 1. Tim. 6. 7.

Apostrophe ad Fratres Minores, ne pauperiem formident, ejusque impugnatores.

(a) Post Tullium atque Macrobium velut *fortitudinis* partes recensent quoque *magnanimitatem*, *patientiam*, *perseverantiam*, *constantiam*, Cenvioq. par. 3. Sect. 43. *Magnanimitatem* quoque memorat, *patientiam*, *perseverantiam*, *longanimitatem*, in Opusc. singul. de quatuor Virtut. Cardinal. *Longanimitas* autem & *constantia* synonyma sunt in Amalth. Onomast. Sed & de *fortitudine*, *constantia*, *patientia*, *perseverantia*, plura videre est Lib. 2. Phar. a cap. 31. usque ad 34. inclusive.

(b) Vulg. *a Pontificibus*; sed a *Principibus Sacerdotum*, etiam Comment. in Joan. ibi num. 1147.

(c) Hujus verbi usus non hoc solum; sed & alibi apud D. Bona.

(d) Vulg. *non dereliquisti*; sed *non derelinquis* Psalterium a Cassiodoro in suis Commentariis illustratum, & Psalterium Roman. in Quincuplici Psalterio editum, cura Jac. Fabri Stapulensis an. 1508. Item in Parisiensi S. Germani Cœnobio, Germanense alterum ejusdem fere ætatis ac Germanense primum tempore B. Germani Parisien. Episcopi. Sunt quidem Psalteria, quæ pro *derelinquis* habent *derelinques*, ut Carnutense, quod est secundum veterem Versionem, & Veron. Græco-Lat. apud Cl. Blanchin. sed ipse animadvertit, quod est *forte E pro I in utroque*. Idem ego dixerim de Ambrosiano apud Lorinum, & de lectione apud S. Greg. Moral. Lib. 20. cap. 24. num. 51. in quibus itidem est *derelinques*.

(e) Sic Psalt. Rom. & Vet. in Quincup. Psalter. in quo Hebr. *dux meus eris*. Item *dux mihi eris* S. August. & Cassiod. nec non Psalter. Veron. Græco-Lat. Germanen. primum, Carnuten. vet. Version. &c. Vulg. *deduces me*.

(f) Pariter in Leg. S. Franc. cap. 14. refert, quod *in consummatione vitæ nudus voluit de mundo exire*.

(g) Vide supra Serm. 1. num. 11.

Digitized by Google

proprium poſſidetis. (a) Cur pauperiem formidetis? Divitias qui non appetit, pauperiem qui non horreſcit, ait: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Idem eſt nobis creator, tutor, & paſtor. Capiant alii de remediis fortuitorum conſilia ſua, quiſque pro libito. Mihi ſolatium illius libri titulus eſt, quod nemo lædítur, niſi a ſemetipſo. (b)

Luc. 12. 32.

Perſeverantia.

76. Si perſeverare deſideras, Martyres intuere pro Fide Jeſu fortiter dimicantes, & ad Jeſum oculos levantes, ex quorum numero primus ille inſignis Signifer (c) ait: Ecce video cœlos apertos, & Jeſum ſtantem a dextris virtutis (d) Dei. Victori Filio per carnis aſſumptæ ſupplicium honorabilis conſeſſus offertur, ut per hunc ſitum, humilitatis gloria declaretur; (e) & cum Duce ſuo ad dexteram Victorum (f) militia poſtmodum colligatur. Legis enim dicentem Jeſum: Volo, Pater, ut ubi ego ſum, & illi ſint mecum. Perſeverantes in pugna bravium ſuſcipiunt, & coronam. Ergo nihil nocet impugnatio; ſed nos efficit clariores. Adverſarii vero noſtri (g) magis conterunt ſuas vires. Durum eſt eis contra ſtimulum calcitrare; quia nequeunt retundere ſtimulum, ſed pedes, quibus calcitrant, poſſunt graviter vulnerare. Illiſum fluctibus ſaxum non læditur, ſed in ſpumas illi diſpereunt extenuati, & in ſemetipſos fracti ſolvuntur. Quid cœlo bellum meditaris inferre, & adamantis compactam duritiam diſſecare? Cur Petrus ambulans ſuper aquas cœpit mergi? Certe non propter aquarum potentiam, ſed propter infirmitatem fidei. Ferrum ergo fidem removere non poteſt; & ſi caro deficit in tormentis, opperitur ſpiritus, & excipitur beatitudine in excelſis. Igitur ſecundum Petri ſententiam, communicantes Chriſti paſſionibus, gaudete, ut in revelatione gloriæ ejus gaudeatis exultantes. Si exprobramini in Nomine Chriſti, id eſt, pro Chriſti Nomine, (b) beati eritis.

Act. 7. 55.

Jo. 17. 24.

Act. 9. 5. nec non 26. 14.

Matth. 14. 29. ac ſeq.

1. Pet. 4. 13. 16. ſeq.

Conſtantia.

77. Conſtantem autem fiduciam in omnibus habes ex Nomine Jeſu. Tene cautionem verbum Dominicum: Confidite, inquit, ego vici mundum. Gubernantis actum non vernalis reſolvit tranquillitas, nec hiemalis demergit adverſa poteſtas. Inebrietur licet Mulier de ſanguine Sanctorum, & Martyrum Jeſu (i); conſtantiam tamen mentis non auferet, non deſtruet ſpem ſalutis: quoniam in te, Domine Jeſu, inimicos noſtros ventilabimus, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos (k). Non miremur mala bonis accidere, malos autem in ſuis deliciis laſcivire; nam ſeveri Patres dilectos ſuos durius educant, in eorum modeſtia delectati; ſpuriorum autem & vernaculorum magis nutriunt inſolentiam, & cohibent diſciplina laxiori. Sicut autem omnia aquarum diverſitas intrat in mare, nec maris colorem variat, nec ſaporem, ſed potius e converſo; ſic viri fortis animum non variat impetus irruens omnium adverſorum: ſed cum in eum venerint, in dulcedinem convertuntur. Eja ergo confortare miles Chriſti; quoniam otium pœna eſt militanti. Marcet virtus ſi non habeat adverſarium; vires agonothetæ, ſi non dimicaverit, minuuntur; languent per inertiam ſtigmata (l); nihil infelicius eo, cui nunquam

Apocal. 17. 6.

Pſ. 43. 6.

(a) In Rxpoſit. Reg. Fratrum Minorum, ac alibi paſſim. Et hoc ad normam ejus, de quo ipſemet Bonaventura in Opuſc. De Paupertate Chriſti Art. 1. cum Auguſtino in originali: *Factus eſt egenus in tantum, ut non haberet quod habent vulpes &c.* Quæ tamen verba apud Auguſtinum nunc invenire minime potuit Cl. P. Soldatus; ſed apud S. Remigium Epiſcopum Rhemenſem in *Explanationibus Epiſtolarum S. Pauli Edit. Maguntinæ MDCXIV. pag. 228.*

(b) Inter originalia Pharetræ, ubi de Joanne Chryſoſtomo: *De eo quod non Læditur homo niſi a ſeipſo.*

(c) Stephanus Protomartyr.

(d) Vulg. ſine *virtutis*; ſed *virtutis* etiam Tract. de ſacr. Scriptur. Myſter. §. 48. not. d.

(e) Quod per *ſuum dexteræ gloria declaretur* Expoſit. in Pſalter. Pſ. 15. & Serm. ſive Collat. 18. in Hexaem. ac de *gloria humilitatis* cap. 6. Legen. ma. S. Franc.

(f) Vindobon. *virtutis*.

(g) Gullielmus de ſancto Amore, Geraldus de Abbatis Villa &c., adverſarii prædictæ paupertatis, contra quos conſule ſis SS. Eccleſiæ Doctorum Thomæ Aquinatis & Bonaventuræ Opuſcula, quæ non ita pridem in duos diſtributa Tomos, & ad MSS. Codices, Veteresque Editiones exacta vulgavit, atque Admonitionibus prævviis Notiſque illuſtravit laudatus P. Soldatus inclyti Prædicatorum Ordinis.

(h) Sic Gloſſa ordinar. apud Lyram.

(i) Vid. Comment. in Apocal. ibi.

(k) Vid. ſupra num. 41.

(l) *Stigmata Chriſti*, ſecundum eumdem D. Bonav. Serm. 1. de Dedicat. Eccl. ex Gloſſa ſunt

Digitized by Google

quam aliquid evenerit adversi: vires enim suas nunquam licuit eidem experiri.

In Nomine Jesu Temperantia, ac ejus quatuor partes.

78. In Nomine Jesu temperantia reperitur; cum enim jejunasset quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, postea esuriit, ut nos doceret abstinentiam (a): de Virgine natus Virgo permansit, ut doceret continentiam: interrogatus a Pilato tacuit, ut doceret verecundiam: oculos, ne videant ad mœcandum, claudi præcepit, ut doceret modestiam. Hæc sunt autem temperantiæ partes, abstinentia circa gustum, continentia circa tactum, verecundia præcipue circa vultum, modestia circa totius corporis gestum. (b) Hæc sunt etiam quatuor temperantiæ partes, quas in Jesu reperis, & ab eo derivantur in nobis.

Matth. 4. 2.

Idem 5. 28.

Abstinentia.

79. Occurrit primitus abstinentia, per quam obtinetur jucunda de carne victoria, & immolatur Deo delectabilis hostia. Unde scriptum est: Voluntarie sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est. Non enim sic vernalis amœnitas nautis, vel agricolis est jucunda, sicut abstinentia, quæ non tantum parit exteriorum plenitudinem florum, sed interius spiritualium gratiam gaudiorum; & ex superabundanti curat in carne genera diversorum morborum. Quoties enim cruditas infirmat stomachum, corrumpit sanguinem, vitiat humores, succendit choleram, febris gignit incendium, æger animum perdit, obnubilatur ratio, fertur desideriis, urgetur contrariis, respuit salutaria, quærit noxia, fugit curam; tunc parcitatis & abstinentiæ remedio subvenitur. Tunc jejunium subvenit, ubi voracitas fauciavit, restringitur fræno contrarius impetus, mens ab amentia quadam regreditur, ratio serenatur. Hæc autem exercitia si sustinere possumus pro corporis sanitate, quare non fortius pro amore Jesu, pro peccatis præteritis, pro sanitate mentis, & salute animæ? Unde scriptum est: Sustinuisti propter nomen meum, & non defeciisti; sed habeo adversum te, quod caritatem tuam primam reliquisti. Nam licet abstinentia carnis bella sustineat, & hominis fragilitatem superet, curet morbos; tamen misericordiæ requirit expensas, quæ de caritatis orta pinguedine languoribus effundit unguentum, vulnerum cicatrices emundat. Nam licet abstinentia aperiat cœlum, non tamen perducit ad Dominum, si non adfuerit misericordia nostrarum patrona causarum. Inde est, quod conqueritur sermo Divinus: Habeo adversum te, quod caritatem tuam primam reliquisti. (c) Sacrificetur ergo, crucifigatur, & moriatur caro, (d) quæ tota vixit in crimine; caritatis expleat officia qui gehennalem quærit ignem extinguere, qui segetum ubertatem vult in illo summi Patrisfamilias horreo invenire. Illic enim messem recolligit, qui misericordiam hic in manus pauperum seminavit; & qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet; & de lacrymis pauperum irrigata messis uberius abundabit. (e)

Apocal. 2. 3. *et seq.*

Abstinentiæ conjungenda misericordia.

Ibi.

2. *Cor.* 9. 6.

80. Occurrit & continentia, quæ carnem purificat, & decorat singularis privilegio sanctitatis, maxime cum fuerit virginalis (f). Unde scriptum est: Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius: & scribam super eum nomen Dei mei, & nomen civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo, & nomen meum novum. Exulta satis in Domino Jesu tuo puritas Virginalis. Tu carnales vincis

Apocal. 3. 12.

sunt *signa militiæ, quæ probant esse militem ejus, scilicet tribulationes*. Hinc *Stigmatici*, id est, stigmate notati, ut milites ferentes puncta in cute manus, de quibus Vegetius Lib. 1. cap. 8. & Lib. 2. cap. 8.; vel servi gerentes puncta in facie, aliave parte, de quibus Martialis Lib. 6. Epist. 64. ac Lib. 10. Epist. 66.

(a) Sic Exposit. in cap. 4 S. Luc.

(b) Memorat inter temperantiæ partes *abstinentiam, continentiam, verecundiam, modestiam*, etiam Par. 3. Centiloq. Sect. 42. De *continentia* vero *gustus, tactus, visus, auditus*, Lib. 2. Phar. a cap. 36. usque ad 39. inclusive. Item de *modestia*, etiam in *gestu*, cap. 41.

(c) Hunc textum interpretatur de caritatis & misericordiæ erga pauperes defectu etiam Lyranus.

(d) Ipsemet Auctor cap. 1. Soliloq.

(e) Vid. Lib. 4. Phar. cap. 45. *de connexione virtutum*, ubi *de abstinentia & eleemosyna*.

(f) Heic agit de continentia virginali post supradictam misericordiam, & caritatem; sicut in Tract. de Vit. Myst. post continentiam virginalem tractat cap. 32. de operibus caritatis, sive misericordiæ.

Digitized by Google

vincis illecebras, tu columna fortitudinis, tu dilecti tui vacans deliciis, ab amplexibus ejus nunquam evelleris, vehementia superfervidi (a) desiderii & amoris frueris in thalamo cum Maria, non egrederis extra cum Dina. Scribitur super te Nomen Dei tui, scilicet Jesu Christi, (b). Jesum Christum præferens purissima conversatione; Christum scilicet qui te familiari & spirituali perunxit gratia; (c) Jesum, cujus vivente Nominis salutem plenissimam obtinebis a pœna. (d) Et nomen, inquit, Civitatis Dei mei novæ Jerusalem, quæ descendit de cœlo a Deo meo; vos enim Virgines cives estis illius Jerusalem triumphantis; in illa enim non nubitur, neque carnis corruptioni vacatur. Hæc igitur Civitas ad inferiora descendit, quando virginitatis eminentiam caro fragilis sine corruptione custodit. De cœlo, inquit, a Deo meo descendit; quia non possum (e) esse continens, nisi dono speciali Deus dederit. (f) Et nomen, inquit, meum novum; novus homo Jesus (g) in mundum veniens virginitatem posuit in consilio, (h) nomen novum inducens, & in utero nascens Nazareth (i), dictus est Jesus Nazarenus Nomine suo, & novo. Suo, quia primus virginitatem in evidenti posuit; novo, quia hanc Mundus antea nescivit. (k) Nazarenus autem, qui interpretatur floridus (l), est vocatus, sicut in virginitatis liliis, & castitatis floribus delectatur. Unde scriptum est in amoris Cantico: Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis advenit, vox turturis audita est in terra nostra. Flores apparuerunt in terra nostra, quando cessante carnalis illecebra voluptatis, flante zephyro sancti Spiritus, temperies vernalis advenit, (m) & seminaria pudicitiæ virginalis induxit. (n) Et bene terra nostra; quoniam in carne, quæ de nobis assumpta est, (o) specialiter in Maria. (p) Tempus putationis advenit; quia jam carnis tribuli & spinæ de maledictione terræ primaria prodeuntes, quasi spuria vitulamina (q), & inutiles ramusculi præciduntur, ut spiritualis fructus veritas in virginitatis sanctimonia subsequatur. Vox turturis est audita, quando est virginitas prædicata, & visi sunt prædicatores ad virginitatem exhortantes, ut qui uxores non habent, contineant, & qui habent uxores, sint quasi non habentes. Et utinam ad negotium castitatis tantum rario possit in homine, quantum natura facit in turture! (r) Turtur enim amator eremi singulari amore fervet in comparem, quam si contingit priori conjugio viduari, non secundas requirit nuptias, sed cum gemitu singularis incedit; (s) non in ramo residet viridi, juga frequentat montium, marito priori reverentiam servans, alterum non requirit, alteri non miscetur. Sic continens anima; mens etenim casta constantiæ suæ secreta penetrans, extra se non diffunditur, terrena despicit, conversatur in cœlis, Christum expectat; in corde retinens memoriam crucifixi, diaboli non recipit blandimenta, nec eidem in adulterio copulatur.

81.

Gen. 34. 1. & seqq.

Matth. 22. 30.

Sap. 8. 21.

Nazarenus interpretatur floridus.

Cant. 2. 12.

1. Cor. 7. 29.

(a) De hoc adjectivo part. 1. cap. 2. de Eccl. Hierarch. ab init.

(b) Comment. in Apocal. loc. cit. num. 215. ac seq.

(c) Supra num. 20.

(d) Post nimirum *liberationem a culpa*.

(e) Vulg. *possem*; sed *possum* etiam Exposit. in Sap. ibi.

(f) Nanque *continentia est donum perfectissimum*, ibi.

(g) Eod. Comment. in Apocal. ibi.

(h) In 4. Dist. 33. Ar. 2. Q. 2. in Fundam.

(i) Sed *ex utero Bethlehem*, de qua *duplici nativitate in utero, & ex utero*, in 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 1. ad 1. 2. Al. *& in Nazareth nascens*.

(k) Ibi in concl. secundum illud Jerem. 31. 22. *Novum faciet Dominus super terram: Mulier circumdabit virum*, ut ipse inibi legit; & Isa. 7. 14. *Ecce Virgo concipiet &c.*

(l) Supra num. 13.

(m) Sic Exposit. in Cant. ibi, atque Exposit. in cap. 1. S. Luc.

(n) Ita consone ad S. Ambros. Lib. 1. de Virg. circa init.

(o) Exposit. in Psalter. Ps. 95. *Hoc nomen terra quandoque significat humanitatem Christi . . . . quandoque Christi carnem &c.*

(p) Ibi in fine Ps. 66. ubi notatur, quod *Beata Virgo dicitur terra triplici de causa*.

(q) *Ita habet littera Rabani, & omnium Antiquorum*, D. Bonav. ibi, ubi ex August. & novis Bibl. *adulterinæ plantationes &c.*

(r) In hanc rem consulendus S. Ambr. in Hexaem. Lib. 5. cap. 19. num. 62. ac seq.

(s) Vid. Exposit. ipsius D. Bonav. in text. Cant. supra cit. Unde Virgil. 1. Ecl. *Nec gemere aeria cessabit turtur ab ulmo*. Et S. Gregor. Nazianz. Orat. ad Virg.

. . . . . *Turtur viduata marito,*
Extinctum assiduo gemitu lucisque requirit &c.

Digitized by Google

Verecundia.

81. Occurrit verecundia, quæ ſic reparat animum, ſic venuſtat aſpectum ex intuitu Jeſu Chriſti, ne procax aliquid, indecorum, aut turpe foris appareat; ſed aſpiciens, Dominum laudet, & dicat: Benedictus qui venit in nomine Domini. Hæc eſt virtus hominem amabilem, & commendabilem reddens omnibus, quæ ſpeculationem mentis excitans, & per notas aſpectus exiens, intus conceptos declarat affectus. (a) Non vituperamus naturalia, nec laudamus. Non natura noſtro ſubeſt imperio, nec corporis temperantia, ſive complexio; ſed animæ paſſiones, antequam prodeant, per gratiam temperamus, ut ex infuſo Divinitus munere verecundia ſuſcitetur. Semper ſit & hæreat (b) in cordis oculis Jeſus noſter, quem debemus vereri. Verecundemur ipſum offendere, & ſimus aliis reverendi. Hæc eſt virtus, quæ ſatis in beato Joſeph eminuit, (c) qui lenocinantes oculos, & verba declinans adulteræ, fugiens, in manu Dominæ pallium dereliquit. Eſt enim verecundia in oculis, qua nec videri a fœmina, nec videre fœminam ſanctus velit. (d) Hæc pudicitiæ comes gratiam acquirit plurimam, apud Deum Publicanum juſtificans, qui nec audebat oculos ad cœlum levare. (e) Hinc aperitur in corpore mentis ſtatus; quia quædam vox eſt animi corporis motus (f), qualitas vultus, & oculorum aſpectus. Nihil autem eſt, quod ſic verecundiam impediat, & aſpectus gratiam devenuſtet, ſicut iracundiæ paſſio, cum homines iracundos, dum humoris fervet exceſſus, merito cenſeamus inſanos (g). Nam ab imis præcordiis æſtuante ſanguine (h) ſcintillant oculi (i), rubore vultus accenditur, tremunt labia, colliduntur dentes, ſubriguntur (k) capilli, crebreſcunt interius alta ſuſpiria; ſtridet anhelus ſpiritus, torquentur & ſonant complosi articuli, (l) ſuccedit vox parum explanativa, (m) & ſermo præruptus, pulſatur terra pedibus, eſt proprii decoris oblita (n), minax & audax vultus, horrida facies intumeſcit, relinquit verecundiæ decor omnes iratos. (o) Sed qui tam fœdam profert exterius imaginem, quanto fœdiorem in eo credimus interius latitare mentem? Et ut quidam de Mundi Sapientibus ait: Iratis aliquando profuit aſpexiſſe materiale (p) ſpeculum; quia vultus habitum agnoverunt in ferinam rabiem commutatum. (q)

Naturalia nec laudanda, nec vituperanda.

Jo. 12. 13.

Gen. 39. 12.

Luc. 18. 13.

Iracundiæ paſſio verecundiam devenuſtat.

Dictum cujuſdam de Sapientibus Mundi.

82.

(a) D. ipſe Bonav. Lib. 4. Phar. cap. 14. ex S. Ambroſ. Offic. Lib. 1. cap. 18. num. 71. „ Eſt in ipſo motu, geſtu, inceſſu, tenenda „ verecundia: habitus enim mentis in corporis „ ſtatu decernitur." Forte *diſcernitur*.

(b) In marg. Lambac. *habitet*.

(c) In marg. Lambac. *emicuit*.

(d) Vid. S. Ambroſ. cit. L. 1. de Offic. cap. 18. num. 68. ac 76.

(e) Pariter de *verecundia* D. ipſe Bonav. Expoſit. in Luc. ibi, ubi & Bernardum allegat. Item S. Ambroſ. ibi num. 70.

(f) Idem S. Ambroſ. ibi n. 71.

(g) Seneca de ira ad Novatum Lib. 1. cap. 1. ab init. *Quidam e Sapientibus Viris iram dixerunt brevem inſaniam*. Hujus ſententiæ a Juſto Lipſio allegantur Themiſtius, Cato Priſcus, Philemon Poeta, aliuſque Græcus.

(h) Eſt enim *fervor ejus qui circa cor eſt ſanguinis*, idemmet S. Bonav. ſecundum Damaſcenum inquit Centiloq. Par. 1, Sect. 20.

(i) Seneca ibi: *micant oculi*, & pariter Lucretius de irato, & Homerus de Agamemnone. Cujus cauſſam dat Ariſtot. Problem. Sect. 31. ut notat laud. Lipſius ad d. Lib. Senec.

(k) Idem ac *ſurriguntur*.

(l) Patronius ab eodem Lipſio relatus: *Manibus inter ſe, uſque ad articulorum ſtrepitum, contritis*.

(m) Adjectivum ſimile aliis apud D. Bonav. frequentibus.

(n) *Ira* deſcribitur ut *decoris oblita* etiam a Seneca loc. cit.

(o) Ut appareat quomodo verba Senecæ heic ſibi D. Bonav. accommodaverit, haud abs re fuerit, eadem exſcribere, ut ut longius producta, quæ talia inibi ſunt. " Ut autem ſcias „ non eſſe ſanos, quos ira poſſedit, ipſum illorum habitum intuere. Nam ut furentium „ certa indicia ſunt, audax & minax vultus, „ triſtis frons, torva facies, citatus gradus, „ inquietæ manus, color verſus, crebra & vehementius acta ſuſpiria: ita iraſcentium eadem ſigna ſunt. Flagrant & micant oculi, „ multus ore toto rubor, ex æſtuante ab imis „ præcordiis ſanguine; labia quatiuntur, dentes comprimuntur, horrent ac ſubriguntur „ capilli, ſpiritus coactus ac ſtridens, articulorum ſe ipſos torquentium ſonus, gemitus „ mugituſque, & parum explanatis vocibus „ ſermo præruptus, & complosæ ſæpius manus, & pulſata humus pedibus, & totum „ concitum corpus, magnaſque minas agens, „ fœda viſu & horrenda facies depravantium „ ſe, atque intumeſcentium. Neſcias, utrum „ magis deteſtabile vitium ſit, an deforme." Idque iterat idem Seneca Lib. 2. cap. 35. ubi & ait: quod *liquit decor omnis iratos*; nec non Lib. 3. cap. 3. ac 4.

(p) Adjectivum ſcholaſticum paſſim apud D. Bonavent.

(q) In Magno Theatro Vit. Hum. Laurent. Be-

Digitized by Google

Modeſtia.

82. Occurrit (a) modeſtia, virtus geſtuum totius corporis directiva (b). Sic enim interius cohibet appetitum, quod nec apparet aliquid exterius indecorum. Propter quod in Oratione Dominica

Matth. 6. 9. ſanctificari petimus, Domine, Nomen tuum. Vere ſanctum eſt Nomen Domini; ſed in nobis per ordinatam modeſtiam (c) ſanctificatur, & ſanctum

Jer. 14. 9. apparet. (d) Tu enim in nobis es, Domine, & nomen ſanctum (e) tuum invocatum eſt ſuper nos, & ſanctificatum. Propter hoc de quibuſdam ipſe Dominus conqueritur, quoniam per

Iſa. 52. 5. Rom. 2. 24. eorum inſolentiam inter gentes jugiter tota die nomen ejus blaſphematur (f). Cohibenda ſunt modeſtiæ fræno extrinſecus membra corporis, ut ſereneturintrinſecus ſtatus mentis. Ad veritatem ſiquidem mens intra formatur, dum exterius in corpore modeſtia conſervatur. Ergo ſi vis eſſe quod diceris, qui Nomen Dominicum geris, & Chriſtianus a Chriſto vocaris (g); nihil habeas inordinatum in motu; ſed omnia membra tua decenter moveas. Nihil in ſenſu; ſed ſenſus ſub debita diſciplina (h) coerceas. Nihil in geſtu, nec ſignis, nec nutibus, nec vultuoſa deformatione (i) levitatem oſtendas. Nihil in habitu; nec ad ſuperfluum, luxurioſum, hiſtrionicumque (k) habitum te convertas. Inhoneſtatis ſpecies omnes enumerare, nec intendimus, nec ſufficimus, quibus homines vaniſſimi de ſemetipſis riſum atque ſpectaculum exhibent intuentibus. Sed hæc ipſa cogitatio cujuslibet noſtrum pulſet animum, ne Jeſu Nomen aſſumamus in

Exo. 20. 7. vanum. Hoc eſt autem in vanum Nomen ejus aſſumere, Chriſtianum ſe quemlibet confiteri, non tamen rem Nominis per ſanctitatem, & modeſtiam, comprobare. (l)

In vanum quis ſe Chriſtianum confitetur, qui rem talis Nominis per ſanctitatem & modeſtiam non comprobat.

83. In Nomine Jeſu Juſtitia reperitur; nam ſi partes ejus vis diſcutere, decet nos, ait Jeſus, implere omnem

In Nomine Jeſu Juſtitia, ejuſque partes. Matth. 3. 15. juſtitiam. Continet autem Juſtitia pietatem ad colendum Deum, liberalitatem ad proximum, humilitatem ad ſemetipſum, ſeveritatem ad vitium arguendum. (m) Jeſus autem in Evangelio pro nobis Patrem obſecrat, ſanguidos ſanat, humilitatis Magiſtrum ſe appellat, de templo nummularios ejicit, & flagellat. Sumus igitur repleti,

Phil. 1. 11. ut ait Apoſtolus, fructu juſtitiæ per Jeſum, ſi pro noſtro modulo ejus ſequamur exemplum. Et quoniam auctor eſt noſtræ Juſtitiæ, fons & origo Dominus Jeſus, per quem regnabimus, & vivemus; ideo de Jeſu Juſti confi-

Pſ. 139. 14. tebuntur nomini tuo, & habitabunt recti cum vultu tuo.

84. Cum igitur in Nomine Jeſu reluceat omnis Virtus, recte dicit Apoſtolus: Non judicavi me ſcire aliquid inter vos, niſi Jeſum Chriſtum, & hunc crucifixum. Crucifixum proferens allicit ad amorem, qui ſe latenter in-

In Nomine Jeſu relucet omnis Virtus. 1. ad Cor. 2. 2.

fun-

Beyerlinck verbo *Ira Iracundia*, ex Joan. Bapt. Campofulgoſo Hiſt. Lib. 7. cap. 2. refertur „ Plato ſapienter auditores admonebat, ut iratos ſe in ſpeculo contemplarentur. Nam „ cum faciem ſuam furibundam per omnia „ phrenetico ſimilem viderent, eo dedecore „ territos, in poſterum ab ira ſibi facile temperatuſos putabat. “

(a) Hoc verbum *occurrit* ſæpe quoque repetit c. 5. Itin. ment. in Deum, & in Ep. De reform. Fratr.

(b) De modeſtia ac gravitate *in geſtu*, Lib. 2. Phar. cap. 41. ex S. Iſidoro in Synon. cap. 9. circa med. *Directiva* adjectivum eſt ſcholaſticum, ſimile aliis, quæ paſſim apud D. Bonav. leguntur.

(c) Supra Expoſit. brevi. Orat. Dom. per *honeſtam vitam*.

(d) Sive, quod idem eſt, *oſtenditur*, ut ait Gloſſa ordinar. apud Lyranum.

(e) Deeſt *ſanctum*; ſed habet Cod. noſter Bernardin. 40. ac Capitul. Completor.

(f) Eſtius in cap. 6. Matth. „ Per hoc ſanctificatur Nomen Dei, ſi ſanctos habeat cultores; per hoc vero blaſphematur, ſi culto „ res ejus variis & magnis vitiis atque peccatis ſint infames. Unde Rom. 2. *Propter vos „ nomen Dei blaſphematur in gentibus*. “

(g) Idem Eſtius in cap. 14. Jerem. ad verba ſupra cit. „ Accommodat D. Hieronym. hæc „ ad Chriſtianos dicens: *Nomen bonum invocatum eſt ſuper nos, ut appellemur Chriſtiani a „ Chriſto Deo & Salvatore noſtro*, “

(h) De hac late in Spec. diſcipl. Partic. 3. cap. 1. ac ſeqq.

(i) Sive *deformatione vultus*, ne ſcilicet ſit nimium, & indecorum in vultu, ita ut nec in lætitia, plus quam deceat, frons exporrigatur, neque in triſtitia vultus contrahatur. Quo fere ſenſu Cic. in Or. c. 18. & Apul. Lib. 13. Met. Nonius Marcellus *vultuoſum* explicat *triſtem*.

(k) *Hiſtrionicos geſtus* habet etiam S. Ambroſ. de Offic. Lib. 1. cap. 18. num. 73.

(l) De hoc plura Lib. 1. Phar. cap. 9. ac 10. nec non Serm. 1. in Cathed. S. Petri.

(m) De juſtitiæ partibus, nempe *ſeveritate*, *liberalitate*, *pietate*, Centiloq. Par. 3. Sect. 44. ubi & innuitur *humilitas* ſub nomine *diſciplinæ*; nanque ex S. Bernar. Epiſt. 113. ad Sophiam in fine: *Diſciplina cervicem ſubmittit, deponit ſupercilia &c.*

Digitized by Google

Amore consummatur & perficitur omnis Justitia.

fundens cordibus, consummat & perficit omnem Justitiam. Non enim est Fides meritoria, vel Virtus gratuita, nisi per Dilectionem operetur (a). Non est Virtus Spes dicenda, si non diligitur quod speratur. (b) Non est Virtus Prudentia, si non adsit Dilectio erroribus non seducta. Non Temperantia, nisi adsit Dilectio voluptatibus non illecta. Non Fortitudo, nisi adsit Dilectio fortiter adversa sustinens. Non Justitia, nisi adsit Dilectio jus suum, unicuique tribuens. (c) Si vero medietates debitas (d) quæris, hæc est Prudentia, quæ inter acutum sive calidum, ambulat & obtusum. Temperantia, quæ nec prodiga liberalitate luxuriat, nec avara tenacitate sordescit. Fortitudo, quæ dum incedit æquabiliter trutinata, tam audacem, quam timidum execratur. Justitia, quæ præcipitia declinans altrinsecus, (e) nec nimia familiaritatis remissione vilescit, nec nimia crudelitate gratiam familiaritatis extinguit. Et sicut arca Noe consummata legitur

Exo. 6. 16.

in mensura cubiti; sic Virtutes omnes in Amore & Dilectione gratiosi Nominis Domini nostri Jesu Christi, quas de suarum abundantia gratiarum nobis dignetur infundere idem Dominus Jesus Christus, qui vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO NONUS.

De glorioso Nomine Jesu sub multiplici respectu.

85. *Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam.* Ps. 113. 1. Nam gloria nostra nihil est, nisi tumor aurium, ventus inflans cordis vesiculam, elevans animam, sed verius impellens, & præcipitans ad ruinam. Nam si tibi non suppetat occasio gloriandi, erubesce potius, quam inaniter glorieris. Si vero suppetat hoc, unde te ceteri judicent glorioſum, rumori ne credideris populari. Novit Sapiens gloriam suam de conscientiæ propriæ puritate metiri.

(a) Pariter in 3. Dist. 23. Art. 2. Q. 1. in concl. Dum autem dicit, quod *fides non sit virtus gratuita, nisi per dilectionem operetur*; intelligendus est, secundum quod inibi declarat ad 1. quia si caret dilectione, etiam *caret vita gratuita, quæ est vita perfecta*; non vero quod *careat omni utilitate, & efficacia*. Unde concedit ibi Q. 2. in concl. *fidem informem, secundum quod virtus est, esse donum divinitus collatum, & habitum infusum*. Ceterum non desunt orthodoxe docentes, quod *non datur vera virtus sensu Augustiniano sine caritatis adminiculo*. Vid. Vanroy Tract. 3. de Carit. cap. 1. Q. 5. Unde cap. 7. de Perfect. Vit. ad Soror. ait „ B. Augustinus dicit: Si virtus nos ad beatam vitam sine caritate non ducit, nihil esse „ omnino virtutem affirmaverim, nisi tantum „ summum amorem Dei, “. Et paulo ante ibi „ Tantæ virtutis caritas est, quod ipsa „ sola inter virtutes virtus nominata est; quam „ qui habet, dives est, & locuples, & beatus: „ quam qui non habet, pauper & mendicus „ est, & miser, &c. “

(b) *Spem Christianam*, inquit laud. Vanroy Tract. 2. de Spe cap. 1. Q. 3. in fine, *& inadequaque bene ordinatam, caritatem aliquam exigere, in principiis Scholæ Augustiniana evidens est*. Ut autem *Spes sit bene ordinata*, illa, inquam, Spes, qua, ut ait Conc. Trid. Sess. 6. c. 11., *justi in operibus suis mercedem intuentur æternam*, opus est secundum ipsummet Conc., *ut in primis*, id est, præcipue, *glorificetur Deus*. Unde Bellarminus hæc expendens verba. Lib. 5. de Justific. cap. 8. scripsit: *Clare videmus, non tantum, nec præcipue amore mercedis operandum esse ex doctrina Concilii; sed primum quidem propter gloriam Dei, deinde etiam propter mercedem felicitatis æternæ*. Et ipsemet S. Bonav. in 3. Dist. 26. Art. 1. Q. 2. ad 5. docet „ Spes perfecta magis aspicit mercedem increatam, de „ qua dixit Dominus Abrahæ: Ego merces tua „ magna nimis. (Gen. 15. 1.) Eum enim expectat quis per spei habitum tenere in patria, cui per caritatem in via uniri desiderat.“ Et subdit „ Spes recta & formata non constituit finem in proprio bono; sed totum „ confert & ordinat ad bonum summum, &c. Unde concludit „ Quantumcunque amor sit „ perfectus in via, est sibi virtus spei conjuncta. Unde simpliciter dicendum est, quod „ expectatio boni æterni non est mercenaria, „ nec minuit meritum, nec facit ad imperfectionem caritatis, vel meriti, nisi in quantum mens hominis multum affectuose, & „ intense aspicit ad commodum proprii boni. „ Multi autem sunt qui beatitudinem expectant: & tamen parum de se, & multum „ de Deo curant. “

(c) Similia habet Lib. 2. Phar. cap. 25. ex S. Aug. Epist. 52. ad Macedon. post med., & cap. 26. ex eodem, Lib. 1. de mor. Eccl. cap. 15. num. 25. ubi affirmat: *Nihil omnino esse virtutem, nisi summum amorem Dei*. Vid. in 3. Dist. 33. Ar. 1. Q. 2. ad opp. 1. & resp. ad 1.

(d) Quippe *medium vitiorum virtus tenet*, Serm. 3. in Circumcis. inter editos sub S. Bonav. nomine, ex S. Bernar. Serm. 58. in Cant. ver. fin. Vide supra Tract. de Vite Myst. cap. 42. num. 139. nec non 4. Dist. 33. Art. 2. Q. 1. ad opp. & in concl.

(e) Sive *ex utravis parte*, quo sensu Lactant. Lib. de Opific. *Aures venientes altrinsecus voces colligunt*.

Digitized by Google

ri. Et si multorum sis conscius meritorum, si non ea retuleris ad Dominum Jesum, ut glorifices Nomen suum; furtum procul dubio commisisti. Quid enim habes quod non accepisti? (a) Reducatur igitur rivulus ad fontem, radius ad solem; scriptura non ad calamum, sed ad scriptorem, gloria ad Salvatorem; quoniam quidquid est in nobis meriti, non a nobis est originaliter (b), sed potius a virtute Dei. Dicamus igitur cum Propheta pura conscientia, devotione præcipua, alacritate non dissoluta: Benedictum & glorioſum sit nomen tuum Domine in sæculum. Vere glorioſum Nomen Domini Jesu, Nomen utique sapientissimi Opificis, piissimi Pontificis, justissimi Judicis, potentissimi Regis, & Ducis. (c) Gloriam commendat Opificis beneficium creationis; gloriam Pontificis mysterium passionis; gloriam Judicis officium extremæ discussionis; gloriam Regis præmium æternæ remunerationis. (d)

Furti reus qui non refert omnia sua merita ad Deum. 1. Cor. 4. 7.

Tob. 3. 13. Ps. 71. 17. ac 112. 2. Dan. 3. 29.

Divisio glorioſi Nominis Jesu cum distinctione, & dilatatione.

86. O glorioſum Nomen Opificis! Quoniam esse suum tribuit singulis creaturis obtinentibus ab eo quidquid habent pretii vel decoris; fœcundavit terram seminibus, floribus venustavit, aquas implevit piscibus, aera volucribus, cœlum sideribus, Empyreum Angelis; & sicut scriptum est: Pauca vidimus operum ejus; omnia autem Dominus fecit, id est, plantavit ea Dominus Jesus. Consideremus diligentius universum, nihil reperiemus in eo, quod non nobis exhibeat famulatum. Utilitati nostræ universum deservit (e), dum necessitati succurrit, vel oblectamentum inducit, vel punit inobedientiam, vel supplet indigentiam; quoniam adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram. Plane videmus sapientiam Conditoris, si naturam, speciem, usum attenderimus, quæ contulit creaturis. Naturam, qua bona sunt; speciem, qua pulchra; usum, quo bene ordinata proficiunt, & utilitatem inducunt. Extra hoc autem & supra rationali creaturæ contulit, ut non tantum bona, pulchra, ordinata; sed etiam ut beata sit. Et ut hanc capere beatitudinem posset, eam condidit ad ejus imaginem, ut eidem mens adhæreat, cujus in se imaginem repræsentat. (f)

Glorioſum Nomen Opificis.

Eccli 43. 33. ac seq.

Ps. 123. 8.

87. In his autem tribus Trinitatis imaginem videmus consistere, memoria scilicet, intelligentia, & amore (g). Inhæreat igitur memoria æternitati, intelligentia veritati, amor (h) bonitati. Sed proh dolor! Succedente priorum parentum inobedientia, corrupta est imago Dei in nobis, non tamen abolita; quoniam mens ex natura servat imaginem, sed ex culpa patitur corruptionem. Memoriam enim corrumpit oblivio, intelligentiam error obnubilat, & amorem cupiditas coangustat. Sed veniens novus homo Jesus Christus in Mundum, nostram reformavit imaginem, memoriam reparans per sacræ Scripturæ documentum; intelligentiam per fidei sacramentum; amorem per quotidianum caritatis fomentum. Propter hoc dicit ad Timotheum Apostolus: Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu. Erit autem in patria imaginis reformatio consummata, ubi nullus oblivionis locus viventibus in æternitate; nulla erroris subreptio fulgentibus veritate; nulla cupiditatis impulsio Divina absorptis caritate. (i) Hæc omnia, Domine Jesu, in Nomine tuo possidebimus, quo fruemur, quem videbimus, quem super omnia in gloria diligemus. (k) Gloriabuntur enim in te omnes, qui diligunt nomen tuum. Et utinam ex illius ubertate gloriæ, ex illa Deifica voluptate, qua fruuntur interim Paradisi co-

Trinitatis imago in tribus consistit.

Imago Dei per primorum parentum peccatum corrupta, non tamen abolita.

2. Tim. 3. 15.

Ps. 5. 12.

(a) Sic consone ad ea quæ tradit Part. 5. Breviloq. cap. 3. Confer supra Tract. de Vit. Myst. c. 34. num. 125.

(b) Adverbium scholasticum.

(c) Repetitio superlativorum.

(d) Similiter desinentia.

(e) Ita in Amator. ex Hug. Vict. de arrha anim. non longe a princip.

(f) Pariter ibi ex eod. Hug. loc. cit. non longe a med. & inibi post multa ex Anselmo Lib. 2. cur Deus homo cap. 1. in princ. Vid. quoque in 2. Dist. 16. Art. 1. Q. 2. in concl. ex Augustino Lib. 14. de Trin. cap. 8. Item 4. Dist. 49. Part. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. nec non Breviloq. Par. 7. c. 1.

(g) Sive *voluntate*, ad quam spectat *amor*. Sic cap. 3. Itinerar. ment. in Deum, nec non ex S. August. seu potius Auctore Lib. de Spir. & Ani. cap. 35. in Amator. paucis post init. Item Par. 2. Breviloq. cap. 9. nec non 1. Dist. 3. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in Fundam.

(h) Sive, ut dixi, *voluntas amans*.

(i) Hæc ac supra iterum iterumque similiter desinentia Bonaventuriana.

(k) Vid. in eod. 1. ibi ad 4. & Par. 7. Breviloq. cap. 7. ac Soliloq. cap. 4.

Digitized by Google

difícolæ (a) phalanges uranicæ (b), uniça ſcintilla, vel gutta, vel ſtilla deſcendat in aridam mentem meam (c), ut Jeſum cogitem, cognoſcam, & diligam. Inacceſſibilis eſt, Domine, nobis exiſtentibus foris, felle carnis inebriatis multitudo tuæ dulcedinis, quam reſervaſti filiis tuis. Nobis iter agentibus ſufficit ſpiramentum, ut in odorem curramus unguentorum tuorum. Supergreditur omnes ſuavitas iſta delicias; quoniam odor tuus Domine concupiſcentias parit æternas. (d)

Pſ. 30. 20.

Cant. 1. 3.

Glorioſum Nomen Pontificis. *Hebr. 5. 1.*

88. O glorioſum Nomen Pontificis, qui ſolemne celebravit officium in altari Crucis! (e) Omnis enim Pontifex ad offerendum munera & hoſtias conſtituitur. Jeſus autem Pontifex noſter (f) pro peccatis omnium verus innocens agnus, & immaculata hoſtia immolatur; & ſecundum Apoſtolum, non in manu facta ſancta introivit exemplaria verorum, ſed in ipſum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis. Neque ut ſæpe offerat ſemetipſum, quemadmodum Pontifex intrat in Sancta per ſingulos annos in ſanguine alieno. Ingrediebatur Pontifex legalis in tabernaculum; Jeſus autem in cœlum. Ipſe pro ſe, & ſubditis; Jeſus autem pro ſe nullatenus, ſed pro nobis introducendis. Ille frequenter; Jeſus autem ſemel. Ille in ſanguine alieno; Jeſus autem in proprio. Et vere Pontifex noſter Jeſus, qui voces omnium habuit ad electionis ſuæ confirmationem, claves ad abſolutionem, præbendas & dignitates ad collationem (g). Ut enim in cathedra crucis (h) Pontifex collocetur, unanimiter concordatur. Nam Judæi frendentes dentibus, & rugientes, eorum conviciorum claſſico ingeminant: Crucifige. Pilatus adjudicat eorum petitionem fieri, Pontifices & Phariſæi præcipiunt, ut executioni mandetur, Milites exequuntur. Si de clavibus quæris, ſufficiat virtus abſolutionis; abſolvitur in patibulo Crucis latro, nec injungitur temporalis ſatisfactio, non intercedit dilatio: Amen, inquit Dominus, dico tibi: Hodie mecum eris in Paradiſo. Si beneficia vel præbendas quæris, vide manus perforatas ad indicium largitatis; manus enim ejus tornatiles aureæ plenæ hyacinthis. (i) Et vere noſtri Pontificis Jeſu Nomen glorioſum; quoniam per ſui ſanguinis victoriam & triumphum acquiſivit ſibi Nomen æternum. Sic enim Eleazar in Libro Machabæorum occiditur, & occidit, & occiſa beſtia, nomen ſibi glorioſum acquirit. Occiditur caro Chriſti; ſed occidit humani generis inimicum: reſtituitur mentibus gaudium; quoniam jucunditatem & exultationem theſaurizavit ſuper eum, & nomine æterno hæreditavit illum. (k) Jucundare peccator in hoc ſanguine, reſpires in hoc Nomine; quoniam ſi te Dominus perdere voluiſſet, pro te ſanguinem proprium non fudiſſet. Glorifica Nomen Domini, repende gratiam, redde vicem bonæ voluntatis, & laudis, pro ſanguine. Lauda nomen ejus cum cantico, & magnifica Jeſum in laude, & placebit Deo ſuper vitulum novellum cornua producentem & ungulas, in ſacrificium. (l) Laus enim Domini de puriſſimo cordis prælo (m) procedens omnibus eſt holocauſtis præeminens, & excedens. Ergo Domine Jeſu ſit Nomen gloriæ tuæ benedictum, ſanctum, & laudabile, & in omnibus ſæculis ſuperexaltatum.

Ibi 9. 24. ad ſeq.

Antitheſis inter Pontificem legalem, & Jeſum.

Luc. 23. 24. ad 34.

Ibi 49.

Cant. 5. 14.

1. Macb. 6. 43. ac ſeqq.

Eccli 15. 6.

Pſ. 68. 31. ac ſeq.

Dan. 3. 52.

89. O glorioſum Nomen Judicis! de quo ſcriptum eſt in Actibus Apoſtolorum: Hic Jeſus qui aſſumptus eſt a vobis

Glorioſum Nomen Judicis.

Act. 1. 11.

(a) Id eſt, Paradiſi incolæ. Prudent. Hamartig. v. 928. de Lazaro: *Et Paradiſicolæ poſt ulcera dira beato.*

(b) Vid. ſupra Serm. 5. num. 36.

(c) Ecce rurſum magna D. Bonaventuræ modeſtia.

(d) Sic infra Serm. 15. de S. Jo. Apoſt. ſub num. 11.

(e) Expoſit. in Pſalter. Pſ. 25.

(f) In Expoſit. Miſſ. ab init.

(g) Alia ſimiliter definentia Bonaventuriana.

(h) In Compend. Verit. Theol. non Bonaventuræ, ſed tamen ſecundum Bonaventuram Lib. 4. cap. 21. de Cruce Domini.

(i) Eodem ſenſu etiam Expoſit. in Cant. ibi.

(k) Sic etiam Cod. noſter Bernardin. A. II. 21. Item in futuro vertunt Tigurina, & Syrus. Sed Vulg. *jucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum.*

(l) Scilicet *novæ legis*. Sic in Expoſit. Quincup. Pſalter. Jacobus Faber Stapulenſis.

(m) Metaphora ducta, non a prælo typorum, quorum recentior inventio longe diſtat a tempore D. Bonaventuræ; ſed a prælo, ſive in torcularia trabe illa, qua uva, oliva, aliudve premitur, ſive ab aliis machinis, quibus aliquid comprimitur, ut eſt apud Caton. Varron. Vitruv. Plin. Serv. &c.

Digitized by Google

bis in cœlum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum. In eadem enim carnis forma, & substantia, Iesus veniet judicaturus, in qua venerat judicandus. (a) Et ne credas ablatam gloriam propter passionis ignominiam, nullo modo natura tollitur; sed jam caro ipsius, passione crucis abjecta, glorioſa immortalitate vestitur. (b) Christus enim resurgens ex mortuis jam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Hic est Iesus vivorum & mortuorum Iudex, sicut in Actibus Apostolorum scriptum est: Præcepit nobis prædicare populo, & testificari, quia ipse est, qui constitutus est ab eo Iudex vivorum & mortuorum. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus (c) qui credunt in eum. Veniente siquidem ad judicium Domino Iesu, resurgent mortui, sistentur, & assistent Iudici suo vivi, de locutionibus, cogitationibus, actionibus, omissionibus, rationem districtissimam reddituri. Hoc symbolum fidei catholicæ profitemur, cum Christum venturum & judicaturum vivos & mortuos confitemur. (d) Reddit nos de adventu Iudicis sollicitos, & attentos, ut nos, tanquam ad judicium occursuros, quotidie cura pervigili præparemus. Et quoniam animæ simul judicabuntur & corpora, vivos animas, mortuos corpora nominavit. Vere glorioſus adventus Iudicis istius, quem prævidens beatus Daniel ait: Ecce in nubibus (e) cœli quasi filius hominis veniebat, & datus est ei principatus, & honor, & omnis populus, tribus, & linguæ, servient ei. (f) Tunc lætabitur justus, cum viderit vindictam; (g) & præmia recipiet exoptata, quoniam secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: justitia plena est dextera tua. Ad utrosque bonos & malos justitia tua pertinet; malos enim mortuos, bonos vero possumus appellare viventes. Omnes enim judicandi sunt, boni, ut percipiant, quæ meruerunt; mali, ut videant, quæ perdiderunt, & sentiant, quæ fecerunt. (b) Et certe vivus & mortuus intelligi potest quilibet homo reprobus; quoniam ipse idem moriturus est, & victurus in perpetuum in inferno. (i) Sicut enim quidam Sanctorum ait: Homini in beatitudine mortuo, & in conditione perpetuo, ita tollitur perennitatis felicitas, ut non auferatur perditionis æternitas; hanc enim solam debent damnato homini rationabilis ille ardor, ac vindex flamma reverentiam, ut traditus sibi reus, cum possit puniri, non possit extingui: sed deputata in pabulum suum corpora, & consumat, & nutriat; (k) corpora, inquam, gaudiis exuta, & solis mortis doloribus addicta. Qua quæso constantia tunc stare poterit reprobus ante Iudicem suum (l); vulneratus incurabiliter ante Medicum suum; perditus irremediabiliter ante pretium suum? Domine Iesu Judex justissime, cum venerit dies illa terribilis, rem mihi tui glorioſi Nominis, hoc est, salutem exhibe, ut qui meis salvari nequibo meritis, illud horrendum evadam judicium tui gratia & virtute Nominis. Deus in nomine tuo salvum me fac, (m), & in virtute tua judica me; nam sicut hic apparuisti sub fragili imbecillitate corporis, ita in virtute venies sub tuæ gloria Majestatis.

Rom. 6. 9.

Act. 10. 42. ac seq.

Dan. 7. 13. ac seq.

Ps. 57. 12.

Ps. 47. 11.

Quidam Sanctorum quid dixerit de pœnarum in inferno æternitate.

Ps. 53. 3.

90.

(a) 4. Dist. 48. Art. 1. Q. 2. in fundam. ab init. „ Isidorus dicit, & habetur ab Augustino, „ & ponitur in litera: In forma, in qua ju„ dicatus est, videbunt eum &c.“

(b) Ibi Q. 3. in concl. „ Dicendum quod „ Christus apparebit in forma glorioſa, non „ tantum bonis, sed etiam reprobis &c. „

(c) Vulg. *omnes*. At fine *omnes* Vindobon. & Lambac., & το' *omnes* intelligendum de omnibus in Christum credentibus fide non mortua, sed viva; quæ scilicet in spei, cultus Divini, caritatisque actus se se exerit. Unde dicitur in Epist. Cathol. Jac. Apost. c. 2. v. 24. *Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, non fide tantum*.

(d) 3. Dist. 25. Art. 1. Q. 1. in concl.

(e) *In nubibus* lego etiam apud Maldonatum; & *in nubibus* itidem Matth. 24. 30. Sed Vulg. *cum nubibus*.

(f) Cit. cap. 7. Daniel. agi *de judicio*, atque *potestate judiciaria Christi*, asseritur quoque in 4. ibi Q. 1. in Fundam. ab init. Vulg. *Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi servient.*

(g) Eodem sensu quoque Comment. in cap. 19. Apocal. ver. ult.

(h) Pariter Breviloq. Par. 7. cap. 1.

(i) *In inferno est vita semper moriens, & mors semper vivens*, ait Serm. 1. de S. Laurentio, ex S. Gregorio Moral. Lib. 9. super Job cap. 39. circa med. Verba S. Gregorii vide a D. Bona. relata Lib. 3. Phar. cap. 50.

(k) De his plura apud ipsummet D. Bona. 4. Dist. 44. Par. 2. Art. 1. Q. 1. & Art. 3. Q. 1.

(l) In Ligno vitæ Tit. *Jesus Judex iratus*.

(m) Ait etiam Lorinus, quod hoc *bene congruit Nomini Jesu*.

Digitized by Google

Glorioſum Nomen Regis.

90. O glorioſum potentiſſimi Nomen Regis! Unde Petrus conſtanti corde loquitur ſic Judæis: Certiſſime ſciat omnis domus Iſrael, quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc Jeſum, quem vos crucifixiſtis. Etſi regnum ejus non ſit de hoc Mundo, tamen ſuper Sion montem ſanctum conſtitutus a Deo, (a) regnat in cœlis. Nam & in titulo paſſionis poſitum legis: Jeſus Nazarenus, Rex Judæorum. Nec titulum iſtum regni Pilatus deleri paſſus eſt, cum Ieſum Judæis tradidit affigendum. Fixus eſt titulus, & permanſit, & carnis paſſibilis fragilitate depoſita, Regem eſſe Chriſtum reſurrectio declaravit. Propter hoc Judæi veneno contabeſcentes invidiæ, perſequentes pro viribus Regem Jeſum, & Regium Nomen Domini noſtri, & in eo ſpem noſtram, & catholicam fidem; dolebant, quod annuntiarent Apoſtoli in Ieſu reſurrectionem. Sed certe reſurrexit, ſicut antea prædixit, & nos, ſicut credimus, reſurgemus (b): Mortem morti mortuus intulit, (c) & reſurgens, vitam mortuis acquiſivit. Et inter hæc infelices Iudæi, quem in corde perdiderant, in ſepulchro quærebant. Sed quomodo potuit includere locus tumuli, quem tenere non potuit carcer inferni? Cum igitur antequam viveres, nihil fueris, credas, homo, quod etiam poſt mortem reſurgere poſſis. Sol occidit & reſurgit; dies ſepelitur & redit; anni, menſes & tempora, fructus & ſemina fluunt & refluunt; & cum tranſeunt, moriuntur, & cum redeunt, quaſi ſua morte præcedente reviviſcunt; tu vero quoties dormis & vigilas, toties moreris & reſurgis. Rex igitur noſter in ſplendore conſtitutus gloriæ; ſedet ad dexteram Majeſtatis in excelſis, tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit. Hoc eſt Nomen ampliori veneratione dignum, & ſuper Angelos, & præ Angelis, ineffabili veneratione glorioſum. Unde Pſal. dicit: Cœli cœlorum, & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini; quia Nomen ejus laudant in patria concorditer Angeli & Beati. (d) Iſti ſunt cæleſtes populi, qui concordi concinunt jugiter harmonia: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth (e), pleni ſunt cœli & terra gloria tua, Hoſanna in excelſis. Benedictus qui venit in Nomine Domini, Hoſanna in excelſis. (f)

91. Et ut ab inferioribus ad ſuperiora, & de poſterioribus procedamus etiam ad priora (g), Nomen Ieſu glorificant in patria Patriarchæ (h), Dominum Regem agnoſcentes ex eorum ſecundum carnem ſemine proceſſiſſe. Nomen Ieſu Prophetæ glorificant, per quem impleta conſpiciunt, quæ de Ieſu populo prædicebant; unde ſcriptum eſt: Quem ſcripſit Moyſes in lege, & Prophetæ, invenimus Ieſum filium Ioſeph a Nazareth. Nomen Ieſu glorificat, & in ipſo lætatur Innocentia puerilis, quæ non loquendo, ſed moriendo, Ieſu Chriſti confeſſa præconium, gladium non effugit Herodis, & per ſævitiam alienam facti ſunt Martyres, qui per propriam erant infantiam Innocentes. Hi laverunt in ſanguine Agni ſtolas ſuas; nunc vero aureas & aureolas (i) ſunt adepti Ieſu Chriſti manibus præparatas. Nomen Ieſu glorificant Confeſſores, eoſque modo Ieſus confitetur in cœlis, qui viventes in carne bonis operibus confitebantur eumdem in terris. Nomen Ieſu glorificant Doctores, librum intuentes expanſum, ubi legunt, quem diligunt, quem adorant. Nomen Ieſu glorificant Martyres, Ieſum Dominum ſui certaminis præmium poſſidentes. Sic Ieſum Regem ſuum glorificant, & cum eo milites

Act. 2. 36.

Jo. 18. 36.

Pſ. 2. 6.

Jo. 19. 19.

Ibi 22.

Ibi 26.

Heb. 1. 3. ac ſeq.

Pſ. 148. 4. ac ſeq.

In Miſſa ante Canonem.

Novem ordines Sanctorum laudantes in cœlo Nomen Domini Jeſu

Jo. 1. 45.

In collecta SS. Innocentium.

Apocal. 7. 14.

(a) Etſi hoc intelligatur de David; nihilo tamen ſecius monet idem Lorinus, quod *ſub hoc typo multo magis hæc de ſe Chriſtus intelligitur pronuntiare, ut paſſim Patres docent.*

(b) Ser. 1. in Reſurrect. Dom. & 4. Diſt. 43. Ar. 1. Q. 1. in concl.

(c) *Secundum illud, quod cantat Eccleſia: Mors mortua tunc eſt, in ligno quando mortua vita fuit.* Et: *O mors ero mors tua* &c. Expoſit. in cap. 14 Sapien.

(d) Per *Cælum cæli, cæloſque cælorum* etiam S. Auguſtinus in Confeſſionibus Lib. 12. cap. 2. ac 13. nec non Lib. 13. cap. 15. Beatorum domicilium, vel etiam Beatos ipſos, ac intelligentiales Cœlos interpretari videtur.

(e) Vid. infra num. 100.

(f) Idem in Expoſit. Miſſæ.

(g) Hunc proceſſum ſervat etiam in Itinerar. mentis in Deum.

(h) De his ac ſeqq. ſimiliter cit. cap. 4. Soliloq.

(i) De *aureis & aureolis* Par. 4. Centiloq. Sect. 1. nec non in 2. Diſt. 40. Art. 2. Q. 1. ad 1. & 4. Diſt. 33. Art. 2. Q. 3. in concl. &c.

Digitized by Google

ſtrenui gloriantur, quando rebus proſpere geſtis, & ſuperato prælio victoria poſſidetur. Tunc Regi gloria ſingularis, ſed debita ſtipendia militibus aſſignantur. Nomen Ieſu glorificat Pudicitia Virginalis, dum Sponſum ſuum agnoſcunt Virgines præconem & filium caſtitatis: pervenerunt ad annos nubiles, introductæ ſunt ad Sponſi cubiculum, dulce Regi canunt epithalamium. Nomen Ieſu glorificant Apoſtoli, triumphales Duces militiæ Chriſtianæ, Signiferique præcipui, & ipſius Nomen exaltando laudant, per quod victorias obtinebant, & de hoſtibus triumphabant. Iam ſe gaudent Chriſti gloriæ participes, qui fuerunt tribulationis & pœnæ conſortes. Nomen Ieſu glorificant Evangeliſtæ; jam enim ad fontis illius ſupereffluentem altitudinem pervenerunt, de quo Paradiſi quatuor flumina proceſſerunt. Et felix iſte novenarius (a) Beatorum pro ſuorum diſtinctione ſtatuum Domine Ieſu glorificat & magnificat Nomen tuum. Unde ſcriptum eſt: Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus, adorate Dominum in aula ſancta ejus. Hæc eſt aula ſuper æthera, gemmis ornata viventibus, quas ibidem ſapientia ſua ſummus inſeruit Architectus. Ibi cœleſtes populi, beatæ ſcilicet Animæ, & Angeli conveniunt in unum, harmoniam inceſſanter modulando, concordes ut annuntient in Sion Nomen Domini, & laudem ejus in Ieruſalem.

Pſ. 28. 2.

Pſ. 101. 22.

Novem Ordines Angelorum laudantes in cœlo Nomen Domini Jeſu, & primo Angeli.

92. Glorificant igitur Angeli (b) Nomen Domini Ieſu, quoniam irreverberata mentis acie Ieſu ſapientiam contemplantes, & in ipſum ſuas intelligentias infatigabiliter (c) extendentes, dum in gratiarum actiones toti aſſurgunt, arcana ſapientiæ apprehendunt, & ſecundum Divinæ beneplacitum voluntatis hominibus illa denuntiant; (d) quorum greſſus quadam pædagogica manuductione dirigunt (e): & dum Regi ſummo pauperum ſuorum vota referunt, velut apes negotioſæ volantes inter flores & alvearia jugiter & alacriter miniſtrando decurrunt; quod intuens Propheta dixit: Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus (f), ad audiendam vocem ſermonum ejus.

Pſ. 102. 20.

Secundo Archangeli.

93. Glorificant Jeſu Nomen Archangeli; per hoc enim ſumma noſtræ ſalutis adminiſtrantur negotia, ſecretiſſima nobis revelantur arcana; non ſua præſumptione, ſed tua Deus juſſione. Glorificant Jeſum, qui ſecretis ejus conſiliis interſunt familiarius, quæ per eos ſummo moderamine diſpenſantur, ſuis quæque locis atque temporibus. Inter quos ille aliger Gabriel (g) Nomen Jeſu magnificat glorioſe, qui de naſcituro Jeſu Mariæ miſſus eſt nuntiare: Vocabis, inquit, Nomen ejus Jeſum. Jeſum nominans tractat Archangelus cum Maria de ſalute noſtra, quia cum Heva prius egerat Angelus de ruina (b). Revelat illud arcanum, quod a ſæculis fuerat in Patris corde ſecretum.

Luc. 1. 31.

Tertio Virtutes.

94. Nomen Jeſu Virtutes (i) glorificant; per hos enim Dominus virtutum, & Rex gloriæ, innovat ſigna, & facit prodigia; (k) quorum miniſterio Mundi ſubjacent elementa. In Jeſu re-

Pſ. 13. 10. Eccli 36. 6.

rum

(a) *Novenarius* ad modum ſubſtantivi etiam Serm. ſive Collat. 21. in Hexaem.

(b) De his quoque ac ſeqq. ſupra cit. cap. 4. Soliloq.

(c) Hoc adverbium habetur in fine ſecundi Libri Sententiar. &c.

(d) Serm. de S. Michaele, ac in fine Serm. ſive Collat. 21. in Hexaem.

(e) In eodem 2. Diſt. 11. Art. 1. Q. 1. in concl.

(f) Vulg. *facientes verbum illius*; ſed *qui facitis verbum ejus* etiam Pſalter. Roman. in Quincup. Pſalter., Caſſiodor. &c.

(g) Quamvis ſecundum D. Bona. heic ſpectet Archangelus *Gabriel* ad tertiam Hierarchiam, in qua *Archangeli* continentur; ad mittit tamen *probabilitatem*, quod ſit *de media Hierarchia, & de medio Ordine, ſc. Virtutum*, Serm. ſive Collat. 21. in Hexaem. Vid. Dionyſ. de Cœleſ. Hierarch. c. 8.

(b) Pariter Expoſit. in Cap. 1. S. Luc. & ita ante ipſum S. Petr. Chryſol. Ser. 242. de Annunt.

(i) Sic recenſet ſecundum Gregor. & Bernard. in 2. Diſt. 9. in Expoſit. Text. nec non ſecundum Greg. etiam L. 1. Phar. cap. 6. de Angelis.

(k) *Virtutes vocantur hi ſpiritus, per quos ſigna, & miracula frequenter fiunt*, cit. Lib. Phar. ibi ex S. Greg. in Evang. Lib. 2. Hom. 34. num. 10. Ex his porro, ac ſequentibus, ſecundum Sanctorum Patrum, ac Enarratorum communem conſenſum, habemus Angelorum diſtinctionem in Hierarchias, Ordineſque, cum Scripturarum teſtimoniis, adverſus impudentiam Calvini, & aliorum, quos confutat noſter Fevardentius in Theomachia L. 9. c. 20. Dixi *cum Scripturarum teſtimoniis*; quia ut loquitur in d. 2. Diſt. 9. Art. uni. Q. 4. ad 1. „ Omnium Angelo„ rum nomina ſumpta ſunt de ſacra Scriptura, „ ſicut Seraphin de Iſaia: Cherubin de Pſalmis, „ & de aliis locis Scripturæ: Throni de Da„ nie-

Digitized by Google

rum cauſſas rimantur occultas, quæ cum occultiſſimis finibus, & æternis rationibus in manifeſtos producuntur effectus. Illius maxime in eis eſt commendanda virtus, qui facit mirabilia magna ſolus (a). Nam in comparatione Divinæ excellentiæ, & virtutis infinitæ, virtus omnis creata quodammodo cenſetur non facere. Nihilominus plenum eſt gloriæ & honoris & quod operatur Divina auctoritas, & quod increata virtus operatur in illis Spiritibus beatis. Benedicite ergo Domino omnes Virtutes ejus, miniſtri ejus qui facitis voluntatem ejus. Voluntas Domini Verbum eſt (b) in Angelis; quoniam iſtæ ſubſtantiæ ſpirituales cum in faciem Jeſu reſpiciunt, virtutem voluntatis ejus agnoſcunt: nec opus eſt enuntiatione per dictionum ſyllabas atque literas, ubi ſe propria patefacit Divinitas. Non enim Verbum Patris (c) verberato loquitur aere; ſed voluntates Spirituum ad ipſius beneplacitum ſua convertit inſpiratione.

Pſ. 71. 18.

Pſ. 102. 21.

Quarto Poteſtates.

95. Nomen Jeſu cœleſtes glorificant Poteſtates, dum Domini Jeſu cernunt omnipotentiam: Tua eſt potentia, tuum regnum Domine, ardentiſſimis deſideriis conclamitantes; ex cujus participatione potentiæ Domino militantes, tartareorum Principum colla premunt, quibus ſe reddunt terribiles, dum in eis per Jeſu potentiam meruerunt, ne nobis maligni Spiritus tantum noceant, quantum volunt (d), & pro his, qui hæreditatem capiunt ſalutis, exturbant Dæmones, arcent contrarias Poteſtates.

2. Paralip. 20. 21.

Hebr. 1. 14.

Quinto Principatus.

96. Nomen Jeſu glorificant Principatus, qui Jeſum omnium Principem attendentes ſuper cœli militiam ſibi ſubjectam non invidioſa præcellentia principantur. (e) Mutant pro ipſorum arbitrio, & ubique terrarum ordinant dignitates, (f) deponunt poteſtates de ſede, & exaltant humiles. (g) Status enim & regna tranſmutant pro variis regentium meritis, ſingularis privilegio poteſtatis, a ſummo rerum cardine, & æterna lege juſtitia deſcendentes.

Luc. 1. 52.

Sexto Dominationes.

97. Nomen Jeſu glorificant Dominationes. Hi ſunt ſpiritus, qui Dominatorem Ieſum aſpiciunt, dum ei ſerviunt, & ipſius Dominationem mirantes diligunt, & primatum agentes alti Dominii ſine faſtus altitudine, ad ſempiternum perveniunt Dominium ſingulare. Qui Ieſu dominium conſiderantes, curſus temporum, motus corporum, nutus mentium ſufficienter & imperturbabiliter regi, in illud Divinæ claritatis pelagus rapti, ſe ſe recipiunt in quodam tranquillitatis receſſu; ubi tanta fruuntur tranquillitate & pace, ut quadam prærogativa reverentiæ militet eis, ut Dominationibus, cætera multitudo. (h).

Septimo Throni.

98. Nomen Ieſu Throni glorificant, qui ſic dicuntur metaphorice ſedes ſcilicet excelſæ, pacatæ, Deiferæ, & compactæ (i). Hi Spiritus ſunt, quos illu-

---

„ niele: Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes, ex diverſis locis Epiſtolarum Pauli: Angeli & Archangeli tam ex novi, quam ex veteris Teſtamenti diverſis locis. „

(a) Vulg. ſine *magna*; aſt obſervat Lorinus In Pſalterio Romano, apudque Caſſiodorum, additur epithetum *magna*: (*mirabilia magna*) ex Pſalmo 135. videtur ſumptum, ubi eſt (ver. 4.) *qui facit mirabilia magna ſolus* &c.

(b) *Verbum idem hic eſt, quod voluntas*, ait etiam Lorinus.

(c) Eodem Lorino interprete *Verbum* accipitur etiam *pro Filio Dei*.

(d) Loc. cit. Phar. „ Poteſtates vocantur hi, qui hoc potentius in ſuo ordine perceperunt, ut eorum ditioni Virtutes adverſæ ſubjectæ ſint, quorum poteſtate refræmantur, ne corda hominum tantum tentare prævaleant, quantum volunt. “ Nec non in 2. Diſt. 9. in Expoſit. text. *Præſunt Dæmonibus, & hi dicuntur Poteſtates.*

(e) Ita d. Phar. ibi „ Principatus quoque vocantur, qui & ipſis quoque bonis Angelorum Spiritibus præſunt, qui ſubjectis aliis „ dum quæcumque ſunt agenda diſponunt, eis „ ad explenda Divina myſteria (forte *miniſteria*) principantur. “

(f) *Sunt enim ordinati ad regimen Principum; & hi Principatus ſunt*, in 2. ibi.

(g) Ideo in 2. ibi. ait, quod *præſunt bonis hominibus, & hi dicuntur Principatus.*

(h) In cod. Phar. ibi „ Ea Angelorum agmina, quæ mira potentia præeminent, pro eo quod eis cetera ad obediendum ſubjecta „ ſunt, Dominationes vocantur. “ Et in eod. 2. ibi: *Præſunt Angelicis Spiritibus, & ideo dicuntur Dominationes.* Unde infert: *Quia plus eſt præſidere Angelis, quam hominibus, & bonis hominibus, quam Dæmonibus: ideo primo Dominationes, ſecundo Principatus, & tertio Poteſtates enumerantur a Gregorio, & a Bernardo.*

(i) Idemmet S. Bona. ex Dionyſ. de Cœl. Hierarch. cap. 7. ait Par. 1. de Eccleſ. Hierarch. cap. 4. quod Throni „ ſunt ſedes Dei altiſſimi compactæ, id eſt, convenienter conjunctæ, ab omni liberæ ſubjectione, Divini „ ſuperadventus ſuſceptivæ, Deiferæ, & ab „ omni extremitate remotæ &c. “

Digitized by Google

illustrat cæteris amplius sua Jesus præsentia; & ideo Majestas dicitur in eis residere Divina (a): sedes vivæ, suaves, & pacatissimæ, summæ tranquillitatis uniformitate compactæ. (b) Et cum in se contineant, & habeant Dei sapientiam Jesum, sicut & sedes magistrum, tanto altius collocantur, quanto Magister majori sapientia insignitur. Inde est, quod ex his sedibus, tanquam ex solemni
Ps. 43. 10. auditorio, docet Jesus hominem scientiam, Angelos sapientiam, & ab ipsius veritate plenissimi, tranquillitate pacatissimi, decernunt consilia veritatis, judicant judicia æquitatis. (c) Inde judiciorum Divinorum æquitas nuntiatur Angelis; secretorum consiliorum familiaritas revelatur Archangelis; prodigiorum potestas confertur Virtutibus. Inde Potestates, Principatus, & Dominationes addiscunt, quomodo ministrare debeant ex officiis, quæ acceperunt. Glorificantes igitur Jesum Throni, dicunt ad gloriam & honorem Dei: Be-
2. Paralip. 9. 8. nedictus Dominus, qui voluit Jesum ordinare super thronum suum, regem Domini Dei sui.

Octavo Cherubin. In Præfat. Missæ.

99. Nomen Jesu Cherubin glorificant, qui Cherubin atque Seraphin Sanctus, Sanctus, Sanctus proclamant. Spiritus sunt Cherubin, qui Dominum Jesum Dominum scientiarum limpidius (d) intuentes, fontem sapientiæ sitiunt, sitientes hauriunt, (e) & suis concivibus
1. Reg. 3. 3. subditis refluunt. Non de super effluentia plenitudinis infinitæ, quæ sit in eis; quinimo de primæ participio (f) veritatis. Sunt & specula clarissima, thearcici & superprincipalis radii (g) susceptiva. Sunt electissimæ lampades in cœli tabernaculo refulgentes; sidera sunt cœli Empyrei; lilia sunt secreti cubiculi; rosæ sunt cælestis viridarii. Lucent enim ut sidera veritate; candent ut lilia castitate; rubent ut rosa ferventissima caritate: velut specula clarissima (h) Divini luminis susceptiva, susceptri nihilominus reductiva, id est, mediante lumine, quod diffundunt, subditos ad videndum lumen principale, sua diffusione reducunt. (i)

Nono Seraphin.

100. Nomen Jesu Seraphin glorificant. Seraphin summi nomen est Ordinis Angelorum (k), qui quanto sunt præeminentiores, & excellentiores cæteris Angelis, tanto Nomen glorificant amplius Salvatoris. Ipsis vero nomen ab ignis incendio mutuatur; quia ad amorem Divinum, & laudem inflammant alios, sicut & ipsi totaliter igniuntur. (l) Sic enim eos introrsum absorbuit, & sursum rapuit vehemens & ignea vis amoris, ut non tam ignei esse videantur, quam ignis. Et sicut inter ignem, & ferrum ignitissimum non est medium, & vix sentitur divortium (m); ita nec inter Seraphin, & Deum. (n)
Deut. 4. 24. Hebr. 12. 29. Jesus autem Dominus Deus noster ignis est,

(a) Ibi „ Tertius Ordo primæ Hierarchiæ „ vocatur Ordo Thronorum, in quibus Divi„ na justitia potissime residet &c.“

(b) Ibi „ Throni Angeli sunt compacti, id „ est, convenienter aptati & conjuncti, quia „ mutuæ caritatis juncturam aliqua relaxante „ injuria non deserunt &c.“

(c) Ibi „ Per quorum ministerium Divinæ „ æquitatis excellentia, benigne & sapienter „ judicans, universa hominibus innotescit, sicut „ dicit Psalmus: Sedes super thronum, qui ju„ dicas justitiam &c.“ Ps. 9. 5. Nec non cit. loc. Phar. *Throni illa agmina sunt vocata, quibus ad exercendum judicium semper Deus omnibus præsidet.*

(d) Ibi cap. 3. *prærogativa limpidissimæ cognitionis.*

(e) Eod. cap. 3. *plenitudinem sapientiæ*, scilicet *propter Deificam visionem. Ideo enim Dei vidi dicuntur, quia Divini luminis influentia primo & principaliter irradiantur, quia in Dei visione sublimiori gloria extolluntur.*

(f) Sumitur pro *principatione* etiam in Cod. LL. antiquarum; & pro *participem fieri* a Greg. Magn. in Amalth. Onomast. Oritur a *pars* & *capio*, unde *participale*. Vid. Vol. 2. Comment. de Scriptur. Sanct. Dignit. & Excell. n. 19. not. o.

(g) De adjectivo *thearcici radii* in fine Serm. sive Collat. 3. in Hexaem. ac altero *superprincipalis* in d. Eccl. Hierarch. Vid. Prodrom. col. 534.

(h) Sic secundum ea quæ tradit 2. Dist. 9. in Exposit. text.

(i) Cit. Par. 1. cap. 3. de Eccl. Hierarch. „ Angeli Ordinis Cherubin inferiores Angelos „ excitant in Divinæ contemplationis admira„ tionem; & quod de Deo per cognitionis do„ num percipiunt, inferioribus innotescunt.“

(k) *Constat quod Ordo Seraphin est Ordo Supremus* 2. Dist. 10. Art. 1. Q. 2. ad opp. 2. & in resp. ad 2. ex Dionys. de Ang. Hierarch. cap. 3.

(l) De Seraphico S. P. Francisco inflammato ait in ejus Leg. ma. cap. 9. ab init. quod *tunc quasi quidam carbo ignitus Divini amoris flamma videbatur absorptus.*

(m) Pariter de præparat. ad. Miss. ad fin. cap. 7.

(n) Supra cit. Lib. 1. Phar. cap. 6. ex Jam laud. Greg. „ Seraphin ardentes vel incenden„ tes vocantur, quæ quia sic Deo conjuncta „ sunt, ut inter hæc & Deum nulli alii Spiri„ tus medii interstent, tanto magis ardent, quan„ to hunc vicinius vident.“

Digitized by Google

Luc. 12. 49. est, & ignem misit in terram, quem voluit vehementer accendi (a) dilectione duntaxat Dei & proximi, non materialis pabulo alimenti. Ex hujus ignis supercœlestis (b) approximatione dicitur Seraphin, cujus Ordo totus caritate succenditur, & flammea coruscatione vestitur; nam & ignis in materia combustibili cum erumpit in flammam, intrinseco rubore proprium declarat ardorem, sed extrinseca flammæ corruscatione splendorem atque candorem. Seraphin ergo plus ceteris omnibus fervent & lucent, quia plus diligunt & cognoscunt. Ex hac autem cognitione, quæ sunt aliis occulta rimantur, & abyssalis (c) infinitatem luminis, quam comprehendere nequeunt, reverenter admirantur, & ipsa sua admiratione feliciter delectantur, & summa veneratione laudantes sublimiter gloriantur. Gloriantes autem Deum glorificant; Isa. 62. 6. quoniam custodes murorum Jerusalem Nomen Domini nostri Jesu Christi die ac nocte laudare non cessant. (d) Laudant autem, quantum a creatura laudari Deum est possibile, & illis a Deo mutuatur, qui trinus est in personis, & unus in unitate substantiæ; quia a summis cœlestibus intelligentiis usque ad extrema mundi sensibilia cuncta disponit optime sua providentia. Hoc est Isa. 6. 3. enim quod clamare dicuntur: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth (e) plena est omnis terra gloria ejus.

101. Erigere ergo mens depressa, mediatione cordis ad regionem transi Isa. 31. 9. spirituum, si de camino Jerusalem (f) de fornace seraphica saltem evaporata scintillula prodeat in cor meum, quæ torporem expellat, & gelicidium obdurationis meæ molliat & resolvat; ut pro meæ modulo paupertatis (g) Nomen Domini Jesu Christi glorificando proferam in devotione spiritus: Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt nomini sancto ejus. Et vos Fratres mei Minores, immo minimi (h) tam a vitiis, quam divitiis, quam deliciis, quam excellentiis expediti, (i) Nomen Domini Jesu glorificare debetis, & in ipsius laudibus occupari; non strepitu vocis, aut sono concrepantium labiorum, non per verbum artificialiter modulatum, sed per cordis affectum. Etenim vox humana gratam erumpet in musicam, si cordis & oris devotio concordem faciunt melodiam. Teneant in nobis mundana silentium, sit vox una psallentium, & cum Civibus Jerusalem, quos interim non videmus, laudum præconia misceamus. Unde Psalmista dicit: Laudent Ps. 149. 3. nomen ejus in choro, in tympano, & psalterio psallant ei. Chorus est consona vox multorum, cujusmodi melodiæ tunc cantus agitur, cum dulcissimus & mansuetissimus Princeps Dominus noster Jesus Christus creaturarum suarum, Angelorum, & hominum, concordi jucunditate laudatur; cum Nomen illud omnifaria devotione venerandum ab Angelis glorificatur in cœlis, & ab hominibus laudatur in terris. In tympano, inquit, & psalterio psallant ei; ut quidquid agi videtur temporaliter in musicis instrumentis, totum transeat spiritualiter in laudem & gloriam Nominis Domini Jesu omnium Salvatoris, cui cum Patre & Spiritu sancto est omnis honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ps. 32. 1.

(a) Cap. 7. Itiner. ment. in Deum „ Qui „ quidem ignis Deus est, & hujus caminus est „ in Jerusalem, & Christus homo hunc accendit in fervore suæ ardentissimæ passionis. "

(b) Adjectivum sæpe a D. Bona. usurpatum.

(c) Hujus quoque apud ipsummet usus.

(d) Similiter S. Bernardus Ser. 4. de Dedic. Eccl. nec non S. Hieronymus, Hugo, & alii. Item ipsemmet D. Bona. in 2. Dist. 11. Art. 1. Q. 1. in Fundam. Sed contra.

(e) Vulg. *exercituum*; sed *Sabaoth* idem Bona. cap. 4. Soliloq. ac Comment. in Cap. 19. Apocal. num. 1445.

(f) Supra cit. cap. 7. Itiner. nec non in 3. Dist. 31. Art. 3. Q. 1. ad opp. 1. & resp. ad 1.

(g) Ita ad finem Procem. Breviloq. se dicturum ait *pauper portiuncula scientiolæ suæ aliquid breve in summa*; rogatque ut *venia concedatur pauperculæ scientiæ.*

(h) Supra num. 11. Porro prædicta & sequentia omnia Doctorem humilem, devotum, atque Seraphicum, nempe D. Bonaventuram, satis ostendunt.

(i) Prout videlicet Fratres Minores esse decet *propter altissimæ paupertatis professionem*, par. 1. cap. 4. de Eccl. Hierarch.

Digitized by Google

SERMO DECIMUS.

Epilogatio prædictorum.

Omnium præfatorum anacephaleosis, sive epilogus universalis.

102. Habes carissime Frater (a) sub cujusdam Epilogi brevitate, prout mihi Dominus Jesus dedit per suam gratiam cogitare Nomen Jesu in Patribus legis, in Agiographis, in Prophetis, in Evangeliis. In Patribus Jesum Nave figurantem Nominis Jesu potentiam; in Agiographis Jesum filium Sirach figurantem sapientiam; in Prophetis Jesum filium Josedec figurantem ejus justitiam; in Evangeliis Jesum Nazarenum filium Mariæ gratiam superinducentem, & defectum omnem, qui erat in aliorum nominibus, adimplentem. Nomen, inquam, benedictum, cujus potentia nostram consolidat fragilitatem; cujus sapientia nostram illuminat cæcitatem; cujus gratia propellit iniquitatem; cujus visio gloriosam confert æternitatem. (b)

103. Jam igitur apparuit Nomen Jesu virtuosum, gaudiosum, gratiosum, & gloriosum. Virtuosum Nomen Jesu nos præservat a violentia, gaudiosum a tristitia, gratiosum ab injustitia, gloriosum a miseria sempiterna. (c)

104. Virtuosum est Nomen Jesu, quod superat hostes, quod congregat cives, quod renovat mentes, quod reparat vires: Hostes iniquitatis, cives unitatis, mentes puritatis, vires pietatis. (d)

105. Gaudiosum est Nomen Jesu, quod sub metaphora describitur olei; quandoquidem oleum est curativum in languoribus, mitigativum in laboribus, illuminativum in obscuritatibus, conditivum in saporibus. Languet peccator in transgressione, laborat pœnitens in expectatione, caligat justus in hac confusione, perfectus expectat in hac peregrinatione. In Nomine autem Jesu peccator percipit veniam, pœnitens victoriam, justus notitiam, perfectus fruitionis experientiam, omnis lætitiam. Dat veniam in contritione (e), victoriam in tentatione, notitiam in meditatione, fruitionis experientiam in oratione. (f)

106. Gratiosum Nomen Jesu ab æterno agnitum, in lege præfiguratum, tempore opportuno revelatum, populo Christiano gratiæ diffusivum. Gratiosum Nomen, desiderabile, delectabile, admirabile, venerabile. Desiderabile, quod in peccatoribus provocat desiderium; delectabile, quod pœnitentibus ministrat gaudium; admirabile, quod contemplantibus vertitur in stuporem, & mentis excessum; venerabile a beatis Spiritibus per incessabile laudis officium. Desiderabile prorsus Nomen, quod sitim temperat, desiderium provocat, & satiat. Delectabile, quod animam replet spiritualium suaviatum influentia, quantum ad affectum; & Divinarum theoriarum refulgentia, quantum ad intellectum. Ibi suavitas in affectu, quæ ministrat devotionis pinguedinem, consolationis dulcedinem, gratiam cognitionis internæ, alimoniam refectionis æternæ. Admirabile Nomen, quod pacem terris, gloriam cœlis, salutem perditis, vitam reddit mortuis. In terra viventium mirabilis hujus Nominis gloria; in terra peregrinantium mirabilis hujus Nominis gratia, in terra pereuntium mirabilis hujus Nominis justitia. Venerabile Nomen Jesu, a cujus laude nullus excipitur status, nullus excluditur locus, nullum præscribitur tempus, nullum removendum est opus. (g)

107. Gratiosum est Nomen Jesu, quod purgat iniquitatem, illuminat cæcitatem, roborat fragilitatem, consummat ad unitatem. De hoc supra Ser. primo. (h) Sed non erat concordatum, nec ibi debuit concordari. Nomen Jesu memorandum est cogitatione, invocandum in tribulatione, annuntiandum in prædicatione, declarandum actione; ut sit semper Jesus in corde, semper in aure, semper in ore, semper in opere. In corde ministrat consilium,

(a) Hinc etiam infera hoc Opusculum ad quemdam Fratrem Minorem, eumque doctum, fuisse directum, neque hujusmodi Sermones fuisse a D. Bonaventura recitatos, sed in majori otio studiosius scriptos, & hinc evasisse ceteris elegantiores.

(b) Ser. 1.

(c) Ser. 2.

(d) Ser. 3.

(e) Illa videlicet, de qua in 4. Dist. 16. Par. 1. Art. 1. Q. 1. ad 7.

(f) Ser. 4.

(g) Ser. 5.

(h) Ibi num. 9.

Digitized by Google

filium; in ore solatium, in aure per præconium, in opere per servitium. (a).

108. Gratiosum Nomen Iesu, in quo habemus Fidei fundamentum, Spei firmamentum, Caritatis nutrimentum, Prudentiam in eligendis, Fortitudinem in sustinendis, Temperantiam in utendis, Iustitiam in agendis. Et quantum ad fundamentum Fidei, attende, quoad fundamentum, Nomen Iesu Christi; quoad ædificium, membra Christi; quoad columnas, articulos Fidei; quoad fastigium, beatitudinem Regni. Circa Spei firmamentum attende, quod Spes est, in qua anima consolatur, consolata confirmatur, confirmata elevatur, elevata fruitur, & cibatur. Nomen autem Iesu est gaudiosum solatium, ut confortet; fortissimum præsidium, ut confirmet; attractivum adjutorium, ut elevet; refectivum edulium, ut cibet. Confortat mœstum, confirmat dubium, elevat depressum, cibat famelicum. Circa Caritatis nutrimentum attende, quomodo Caritas, sive Dilectio Iesu Christi, est creaturarum omnium eductiva, eductorum provisiva, provisorum reductiva, reductorum unitiva. Item specialius Dilectio Iesu est liberalis, exemplaris, filialis, singularis. (b).

109. In Nomine Iesu habemus Prudentiam, sive Sapientiam, quam docet in exercitio lectionis, meditationis, orationis, contemplationis. Et contemplationis quadrupliciter, scilicet quando mens dilatatur, sublevatur, alienatur, unitur. Et circa unionem tanguntur tria, in remotione sensus & sensibilia, intellectus & intelligibilia, entia & non entia; & tria in positione, superfervidus amor in Deum tendens, actualis omnium rerum ignorantia fervorem illius amoris non sustinens, radius illuminans, & se uniens. Habemus etiam partes Prudentiæ, Memoriam, Intelligentiam, & Providentiam. (c) In Nomine Jesu habemus Fortitudinem; scilicet Magnanimitatem in aggrediendo, Patientiam in sustinendo, Perseverantiam in permanendo, Constantiam in confidendo. In Nomine Iesu Temperantia reperitur, quantum ad abstinentiam circa gustum, continentiam circa tactum, reverentiam circa vultum, modestiam circa gestum. In Nomine Iesu Justitia reperitur quantum ad ejus partes, quæ sunt Pietas ad colendum Deum, Liberalitas quantum ad proximum, Humilitas ad seipsum, Severitas ad arguendum vitium. Prudentia autem medium tenet inter acuvum & obtusum, Temperantia inter prodigalitatem & avaritiam, Fortitudo inter audaciam & timiditatem, Justitia inter familiaritatem & crudelitatem. (d)

110. Nomen Jesu est glorioſum, Nomen sapientissimi Opificis, piissimi Pontificis, justissimi Judicis (e), potentissimi Regis. Opifex in creatione, Pontifex in recreatione (f) Judex in discussione, Rex in remuneratione. Glorioſum nomen Opificis in creatione, quantum ad vestigium ejus in creaturis, (g) quæ sunt propter utilitatem hominis, dum necessitati succurrunt, vel oblectamentum inducunt, vel inobedientiam puniunt, vel indigentiam supplent. (h) Nec tantum quoad vestigium; sed quantum ad imaginem formatam. Glorioſum Nomen Pontificis quoad imaginem deformatam, reformatam, conformatam. (i) Glorioſum Nomen Judicis, qui judicabit vivos & mortuos, quod quadrupliciter exponitur. Glorioſum Nomen Regis, quod glorificant in cœlis Animæ & Angeli; Animæ secundum novenarium, scilicet Patriarchæ, Prophetæ, Innocentes, Martyres, Confessores, Doctores, Virgines, Apostoli, & Evangelistæ: Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubin, atque Seraphin (k). O bo-

(a) Ser. 6.
(b) Ser. 7.
(c) Vid. supra num. 72.
(d) Ser. 8.
(e) Sequentia omnia usque ad finem in Lambac. desunt.
(f) Hac voce in hoc ipso sensu alibi quoque utitur. Vid. supra Tract. de Vite Myst. cap. 44. sub num. 152. nec non Exposit. brevior. Dom. Orat. ubi nominatur *sacrificium recreationis*.
(g) Itiner. ment. in Deum cap. 1. ac 2.
(h) Ibi cap. 3.
(i) Ibi cap. 4. nec non cap. 1. Soliloq.
(k) Supra Ser. 9. Item in eod. cap. 4. Itinerar. de iisdem sic „ Ordines Angelorum consi„ derans, videt in eis Deum, qui habitans in „ eis, omnes eorum operationes operatur. Un„ de dicit Ber. ad Eug. Quod Deus in Sera„ phin amat ut caritas, in Cherubim novit ut „ veritas, in Thronis sedet ut æquitas, in Do„ minationibus dominatur ut majestas, in Prin„ cipatibus regit ut principium, in Potentati„ bus

Digitized by Google

ne Jesu esto mihi Jesus. Et quia glorioſiſſima Virgo Maria electa fuit a Deo, ut gigneret hunc dulciſſimum Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, de quo tam glorioſa ſuperius dicta ſunt, libet eam nunc devote ſalutare, & ſalutando exorare: (a) nam & in honorem redundat Filii, quicquid in laudem Matris aſſumitur. Suſcipe ergo nobilis & pia Regina cœli, atque Domina mundi, (b) obſequium breve indigni ſervi tui; & laudes, licet minime tibi condignas, ex ore ipſius immundo, & nimis impuro, quas ad laudem Melliſlui Nominis tui, ſacratiſſimæ ac intemeratæ Virginitati tuæ ex miſera fragilitate mea devota mente offerre deſidero. Et cum ſis humillima (c) Domina, & Mater Dei glorioſiſſima, noli, obſecro, avertere vultum tuum a me indigniſſimo, & exiguo famulo tuo propter immunditias meas (d); ſed mei fragiliſſimi peccatoris (e), & omnium fidelium, digneris memoriam habere in cœlis, qui tui quotidie memores ſumus in terris. (f)

Explicit hoc devotiſſimum Opuſculum a Domino Bonaventura (g) compoſitum, cujus lingua (h) poſt reliqui corporis incinerationem (i) integra & incorrupta remanſit, & in Conventu Fratrum Minorum, cujus Ordinis ipſe fuit, in Civitate Lugdunenſi reſervatur (k). Decebat ſiquidem, ut tale nobile organum, quod tam dulcia & ſancta verba reſonuerat, nullatenus ſentiret corruptionem. Deo gratias.

SERA-

„ bus tuetur ut ſalus, in Virtutibus operatur „ ut virtus, in Archangelis revelat ut lux, in „ Angelis aſſiſtit ut pietas“ Ita ibi ex S. Bernardo De Conſideratione ad Eugenium L. 5. c. 5. n. 12. in fin.

(a) Ita quoque Doctor noſter devotus ſuam alibi paſſim devotionem prodit erga B. V. M.

(b) *Dominam* ſæpe vocat vel in Meditat. ſuper Salut. Angel.

(c) De ejus humilitate cap. 2. De Perfect. Vit. ad Soror. & alibi.

(d) Vid. Prodrom. col. 130

(e) In Prol. d. Itiner.

(f) Simili adſpiratione ad Mariam devotiſſima S. Bernardus concludit Ser. 2. in Adventu Domini.

(g) Sine titulo Beati, aut Sancti, quod eſt in Codice antiquitatis indicium.

(h) Supple *capiti adhærens*. Vid. Lect. 6. in Breviar. Franc. 14. Mart.

(i) Hanc vocem legere quoque eſt in Breviloq. Par. 3. c. 4.

(k) Vid. Prodr. col. 68. & ſeq.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
SERMONES
DE DIVERSIS.

ADMONITIO.

TAmetsi inter Sermones S. Bonaventuræ, *typis Vaticanis vulgatos, plures sint, ipsi perperam adscripti, præsertim ex brevioribus; alii sunt tamen ex longioribus, illi potissimum, qui concluduntur, aut cum* Rogemus Dominum &c., *aut cum* quod nobis præstare dignetur &c., *aut cum aliis similibus clausulis terminatis* Amen, *sive alio modo, quo in fine uti consuevit, certe* Bonaventuriani, *quibus sequentes* Sermones, *velut supplementum, superaddere, ad fidem Membranei ac vetusti* MS. Cod. Assisien. *operæ pretium duxi, sub hoc titulo:* Sermones De Diversis, *seu varii argumenti.*

Sermo primus, quem exhibeo, est Sermo 2. Dom. 23. post Pentec. ex Matth. 9. 25. & Luc. 8. 54. *sic incipiens:* Cum ejecta esset turba, intravit Jesus, & tenuit manum ejus, & clamavit dicens: Puella surge; *in præfatis quidem typis editus; sed nunc suæ integritati per memoratum* Assisien. Cod. *restitutus. Ubi enim in illis desinit hisce verbis:* Et hoc per tres mortuos significatur, de quibus require supra in Sermone: Resedit qui erat mortuus, *scilicet* Serm. 2. Dom. 15. post Pentec., *qui in eodem* Assisien. Cod. *deest; heic, quod valde notandum, ea subduntur, in quibus apparet verus auctor* S. Bonaventura, *tam hujus* Sermonis, *quam* Expositionis in Evang. S. Luc. *ad quam requirendam lectorem remittit.*

Sermo secundus incipit: Alius Angelus exivit de templo, quod est in Cœlo, habens & ipse falcem acutam, Apocal. 14. 17. *In d.* Cod. Assisien. *est post Sermones* De Inventione Sanctæ Crucis, *& ante illos* Sancti Antonii Patavini, *atque inscribitur* De S. Michaele Archangelo; *sed ut patebit, potius inscribendus* De punitione octo peccatorum facta per Angelos. *Deest in* Vatic. Edit. Sermon. S. Bonav. *ubi tamen habetur* Sermo de Sancto Michaele Archangelo, *cujus initium:* Angelis suis mandavit

Digitized by Google

de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. Pſ. 90. 11. *Prædictus Sermo ſecundus hoc fine clauditur*: De beneficiis autem Angelorum, quomodo nos cuſtodiant, protegant, ad bonum promoveant, & a malo retrahant, quære Sermones plures in Sermonibus, quos ſcripſi de communi Sanctorum, ſive plurimorum. *Et ſane in eadem* Edit. Vatic. *nedum eſt poſt illum* de S. Michaele, Sermo de Angelis *inter ſpectantes ad* Proprium Sanctorum; *ſed etiam alii quatuor* (*uti quoque ſunt in eodem* Cod. MS.) Sermones de Angelis, *attinentes ad* Commune Sanctorum, *in quibus differitur* de beneficiis Angelorum, *maxime in primo ex illis quatuor, ut animadvertimus in* Prodromo col. 746.

Sermo tertius auſpicatur ab his verbis: Angeli eorum ſemper vident faciem Patris &c., Matth. 18. 10. *agitque de* Angelorum Contemplatione, *eſtque in* Editione Vaticana *ſecundus inter quatuor de iiſdem* Angelis, *in quo quia multa deſunt, hunc defectum ſupplebimus per d.* Cod. Aſſiſien., *ubi eſt in ordine quartus, atque ita deinceps habebitur omnibus numeris abſolutus, congruiſque notis, ſicut & ceteri, illuſtratus.*

Sermo quartus præfixum habet hoc thema: Ave gratia plena: Dominus tecum. Luc. 1. 28. *In Edit. eſt* Sermo 2. de B. Semperque Virg. Maria, *de quo ita cenſuit* V. Cl. Angelus Rocca a Camerino Auguſtinianus Apoſtolici Palatii Sacriſta: Quamvis in Epiſtola nuncupatoria de Sermonum ſelectione ſatis dictum ſit; hoc tamen loco Lectorem admonitum velim, Sermonem de Beata Maria ſemper Virgine, in ordine ſecundum, qui inter Sermones de Sanctis in communi extat, vel non eſſe legitimum partum hujus Sancti Doctoris, ut in Scholio noſtro in hanc rem ad marginem conſcripto dictum eſt; vel in eo quod ad ejuſdem Beatæ Mariæ Conceptionem ſine peccato originali attinet, aliquid a quopiam recentiori additum fuiſſe, ſicut multis in Libris frequenter evenire ſolet &c. Dictum autem Sermonem, qui in hac tantum re ad Conceptionem Beatæ Mariæ ſemper Virginis pertinente a doctrina Sancti Bonaventuræ eſt alienus, ab eo loco amovendum non cenſuimus, quippe qui Sermonem ipſum ceteris in rebus doctrinam, ac ſtylum ejuſdem ſancti Doctoris redolere invenimus. *Hactenus ſcite laudatus* Rocca, *qui ſane rem acu tetigit, cum reapſe prædictus* Sermo *aut recentiori manu fuerit interpolatus, aut forte ab ipſomet* S. Bonaventura *emendatus, aut emendari juſſus, poſteaquam in Ordine ſibi ſubjecto* Feſtum Conceptionis, *celebrari cœpit. Unde unde tamen ortum fuerit hujuſmodi additamentum, interpolatio, ſive emendatio, ita hunc* Sermonem *ſuæ primævæ puritati reddam ope codicum* Cod. Aſſiſien. *in quo ſunt quoque alii duo* Sermones de B. M. V. *ut nullus amplius futurus ſit ambigendi locus de hoc* legitimo partu ſancti Doctoris.

Sermo quintus de S. Joanne Baptiſta *exorditur ab illis verbis* Luc. 1. 63. Joannes eſt nomen ejus. *In* Vaticana Edit. *deſinit ſic*: nec argui volunt; *deſunt vero cetera, quæ ſunt in* Cod. Aſſiſien. *per quem d. Editionem ſupplebimus.*

Sermo ſextus de SS. Apoſtolis Petro & Paulo, *una cum themate* Matth. 19 27. Ecce nos reliquimus omnia. *Cum deſit omnino in* Edit. Vaticana, *neque ego ſciam hactenus unquam fuiſſe editum, jure ac merito in hoc* Supplemento *locum ſibi vendicat, velut cum aliis legitimis* S. Bonaventuræ *Sermonibus in* Cod. Aſſiſien. *contentus.*

Sermo ſeptimus de iiſdem SS. Apoſtolis, *cujus initium illud* Matth. 19. 28. Vos qui ſecuti eſtis me &c. *Eſt quidem in excuſis, ſed interpolatus, variiſque in locis mutilatus; hoc vero ad normam* Aſſiſien. Cod. *nunc primum integer publicandus.*

Sermo octavus de S. Matthæo Apoſtolo & Evangeliſta *habens principium illud* Jerem. 31. 19. Poſtquam convertiſti me, egi pœnitentiam. *In* Edit. Vaticana *adeo detruncatus eſt, ut in ea ſit ejus ſolum quaſi caput ſine reliquo corpore; at hoc ſecundum* Cod. Aſſiſien. *totus exhibetur.*

Sermo nonus in Purificatione B. M. V. *Thema* Luc. 2. 22. Impleti ſunt dies purgationis Mariæ. *In Edit. Vaticana* omnino deeſt; *extat vero in* Cod. Aſſiſien. *neque proin in hoc* Supplemento *omittendus.*

Sermo decimus in Translatione S. Franciſci. *Inc.* Ante translationem teſtimonium habuit placuiſſe Deo. Ad Hebr. 11. 5. *In* Edit. Vaticana *prætermiſſus.*

Sermo undecimus de S. Franciſco, *cujus principium illud* Eccli 36. 6. Innova ſigna, & immuta mirabilia. *Ab eadem* Edit. Vaticana *itidem abeſt, neque ſcio unquam fuiſſe editum. Sermo hic ſubſequutus eſt* Legendam ma. S. P. F. a D. Bonav. *jam ſcriptam.*

Sermo

Digitized by Google

Sermo duodecimus de Beata Clara *ab illis verbis incipiens* Eccleſiaſtici 11. 3. Brevis in volatilibus apis, & initium dulcoris habet fructus illius, *quo pariter caret* Edit. Vaticana.

Sermo tertius decimus in ead. Edit. Vaticana *nequaquam contentus*, de Aſſumptione B. M. V.: Ecce quaſi Aquila aſcendet, & elevabitur, & expandet alas ſuas. Jerem. 49. 22.

Sermo quartus decimus, ac ſecundus de Aſſumptione B. M. V. *in ead.* Edit. Vaticana *itidem deſideratus*, cum themate: Elevata eſt nubes de tabernaculo fœderis, profectique ſunt filii Iſrael per turmas ſuas. Num. 10. 11. ac ſeq.

Sermo quintus decimus, cujus itidem ſæpe dicta Edit. Vaticana *omnino expers eſt*, in Feſto S. Joannis Apoſt. & Evang. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum Regem. Prover. 22. 11. *Hæc autem aliaque plura debeo* Antiquitatum Minoriticarum *indagatori ſolertiſſimo, claraque memoriæ*, P. Magiſtro Jo. Hyacintho Sbaraleæ, *opemque ad ea obtinenda ferenti* Cl. P. Magiſtro Bonaventuræ Staidelio O. M. C. *de hoc* Supplemento *vel ipſi* optime merito.

Quod ſi quis a me ſciſcitetur, quo pacto S. Bonaventura *eſſe potuerit totuplicium Sermonum auctor; præſto ſum ut reſpondeam, id mirum haud eſſe, ob ejus* eruditionem & doctrinam mirabilem, *de qua teſtatur* Galeſinius *in ejus* Vita cap. 7. & ſeqq. *Vetus enim & novum Teſtamentum memoria tenebat, ac etiam graviſſimas Patrum ſententias, utpote quas ſæpe eadem memoria recitare conſuevit; ingenti quoque animarum zelo flagrabat; noveratque inſuper ad concionandi munus* Fratres Minores *præcipue fuiſſe vocatos. Hinc de illis ſcribit in* Epiſtola ad Magiſtrum innominatum: Cum dicat Evangelium: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cœlorum: (Matth. 5. 18.) quis ſane mentis dicat, ut Magiſter & Frater Alexander dives debuerit prædicare & docere: Beati pauperes ſpiritu (Matth. ibi 3.) & pauper effectus debuerit reticere? *Profecto, non ob paucas, quinimo ob conciones plurimas a* Ptolomæo Lucenſi *vocari meruit quaſi per antonomaſiam* Egregius Prædicator.



SER-

Digitized by Google

SERMO PRIMUS.

DE PUELLA A CHRISTO SUSCITATA.

1.

Matth. 9. 25. *ac Luc.* 8. 54.

CUm ejecta esset turba, intravit Jesus, & tenens manum ejus clamavit, dicens: Puella surge. In his verbis quatuor considerandа occurrunt. Turba ejicitur; Jesus ingreditur; manus puellæ tenetur; surgere jubetur. Significantur in his quatuor necessaria ad salutem, scilicet ut impedimentum salutis evitetur; ut efficaciter de salute cogitetur; ut voluntas per gratiam adjuvetur; ut a peccato anima in salutem justificetur.

Divisio thematis cum distinctione, & dilatatione, quæ sequuntur.

Ad salutem necessaria quatuor.

2. Primum significatur ibi: *Cum ejecta esset turba.* Turba malæ societatis, quæ sæpe salutem impedit. Non sequeris turbam ad faciendum malum, nec in judicio plurimorum acquiesces sententiæ, ut a vero devies. Item nota, quod relinquere hanc turbam valet ad remissionem peccatorum. Unde hic, *ejecta turba, puella*, id est, anima suscitatur. Item valet ad immissionem donorum, scilicet Spiritus sancti: Apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos, id est, dona Spiritus sancti, (*a*) in auriculas eius. Item (*b*) valet ad contemplationem Divinorum. Unde Zachæus, quia non poterat Jesum videre præ turba, ascendit in arborem Sycomorum (*c*). Certe si non ejicis a te turbam malorum in mundo, non pervenies ad turbam beatorum in cœlo. De qua turba: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat &c. Isidorus: Malorum tam prava sunt opera manifesta, ut hi, qui supernam patriam desiderant, non solum eorum mores, sed & consortia fugiant. (*d*)

Turba malæ societatis sæpe salutem impedit. *Exod.* 23. 2.

Ejectionem turbæ exigit puellæ, id est, animæ suscitatio. Item immissio donorum Spiritus sancti. *Matt.* 7. 33. Nec non Divinorum contemplatio. *Luc.* 19. 3. *ac seq.*

Apocal. 7. 9.

Isidorus Lib. 3. de summo bono c. 20.

3. Secundum significatur cum dicitur: *intravit*. Cum enim homo magnitudinem suppliciorum, & præmiorum æternorum, pensando de salute animæ suæ efficaciter cogitat, tunc Jesus, qui interpretatur salus, (*e*) domum mentis per gratiam prævenientem intrat. Intrat autem ad suscitandum, ad defensandum, ac convivandum. Intrat namque ad suscitandum in justificatione, sicut hic significatur. Libenter Jesus intrat in domum mentis (*f*), in qua mortuus plangitur. Plange ergo mortem animæ tuæ. Jerem.: Luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum. Bernardus: Si non plangis, plane non sentis animæ tuæ vulnera, scilicet conscientiæ læsionem. (*g*) Intrat ad defensandum in tentatione. Intravit in animam Servi Dei, & stetit contra reges horrendos, id est, contra Dæmones qui regnant in perversis. (*b*) Unde de Satana dicitur: Ipse est rex super omnes (*i*) filios superbiæ. Item ad convivandum: Ecce sto ad ostium, & pulso; si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. (k) Melius certe nobis est intrare Dominum, quam

Jesus, qui interpretatur salus, domum mentis intrat ad suscitandum, ad defensandum, ad convivandum.

Jesus libenter intrat domum mentis, in qua mortuus plangitur, scilicet anima. *Jer.* 6. 26. *Bernardus, sive Auctor Tract. de Conscien. c. 4. n. 6.*

Sap. 10. 16.

Dæmones regnant in perversis. *Job* 41. 25.

Apocal. 3. 20.

(*a*) Pariter Exposit. in Psalter. Ps. 143.

(*b*) *Item* sæpe repetitum legere est in quatuor Libris Sentent. ejusd. Bonav.

(*c*) Similiter Exposit. in Evang. S. Luc. ibi, nec non in Cap. 9. &c.

(*d*) E contrario vero ipsemet D. Bonav. Lib. 4. Phar. cap. 22. ex eodem Isidoro ibi Lib. 2 cap. 3. ait: *Tenenda est cum Sanctis viris unitas caritatis; & quantum se quisque subtrahit mundo, tanto opus est ut se associet bonorum consortio &c.*

(*e*) Sic in Vit. Myst. cap. 44. num. 153. & de Laude Mellifl. Nom. D. N. J. C. Serm. 2. num. 13. &c.

(*f*) De *domo mentis nostræ* Exposit. in Psalter. Ps. 100. De hujusmodi *domo, id est, conscientia*, Exposit. in cap. 8. Sap.

(*g*) Vid. S. Bonav. Phar. Lib. 2. cap. 2.

(*h*) Tametsi d. Exposit. in cap. 10. Sap. per *contra reges horrendos* intelligat secundum Glossam *Pharaones & alios Principes*, scilicet qui in Ægypto populum Dei *vexabant in luto, & latere, & paleis*; inibi tamen notat, *quod per hanc oppressionem, vel vexationem, potest intelligi vexatio diaboli, qua vexat servos suos in operibus luti luxuriæ, & lateris avaritiæ, & palearum superbiæ.*

(*i*) Vulg. *universos*: sed *omnes* etiam Comment. in Jo. cap. 12. num. 883. ac Comment. in Apocal. cap. 6. num. 399.

(*k*) *Cœnat Deus cum homine gratiam infundendo, hoc*

Digitized by Google

quam Dæmonium, sicut Satanas intravit Judam: Et post buccellam introivit in eum Satanas. Uterque tamen ad ostium pulsat, libenter intrat. Utrique autem non est aperiendum. Augustinus: (a) Claudatur diabolo, aperiatur Christo. (b)

Jo. 13. 27.

Augustinus, vel quis alius Auctor Serm. 252. *de Temp. nunc* 229. *n.* 1. *in Append. To.* 5. *par.* 2.

4. Tertium significatur cum dicitur: *tenuit manum ejus*. Sicut enim Jesus intrat domum per gratiam prævenientem, (c) ita tenet manum per gratiam subsequentem. (d) Manum utramque Dominus tenet, dum efficaciter bene operandi virtutem (e) præbet. Quomodo enim homo surgeret, aut quid boni ageret, nisi sic Dominus manum teneret? Augustinus: Sine Deo vel operante, ut velimus, vel cooperante cum volumus, ad bona pietatis opera nihil valemus. (f) Et nota (g), quod Deus bonis manum tenet ad surgendum, ad deducendum, ad suscipiendum. Tenet Dominus manum hominis ad surgendum, sive ad suscitandum eum de culpa, sicut hic significatur. Tenet Dominus suscitando, ut teneas amando Dominum: Tenui eum, nec dimittam. Tene ergo Dominum in te per amorem. Sed & per timorem: Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subvertetur manus tua. Item ad deducendum in gratia, Ps. Manus tua deducet me, id est, de virtute in virtutem, & tenebit me dextera tua. Sinistra tenebit te Dominus per timorem, dextera per amorem. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Item ad suscipiendum in gloria: Tenuisti manum dexteram meam, & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me. (h) Certe quem Dominus non tenebit ad gloriam, diabolus tenebit ad gehennam: Tenebitur planta illius laqueo, scilicet invidiæ, avaritiæ, & aliorum vitiorum.

Augustinus, vel quis alius Auctor Serm. 252. *de Temp. nunc* 229. *n.* 1. *in Append. To.* 5. *par.* 2.
Jesus intrat domum mentis per gratiam prævenientem, & tenet manum super eam per gratiam subsequentem.
Virtus efficaciter bene operandi per Dei gratiam.
Augustinus Lib. de grat. & lib. arbitr. c. 17.
Gratiæ operantis & cooperantis necessitas.
Deus bonis manum tenet ad surgendum, ad deducendum, ad suscipiendum.
Cant. 3. 4.
Tenendus Dominus per amorem, & timorem.
Eccli 27. 4.
Ps. 138. 10.
Sinistra tenet nos Dominus per timorem, dextera per amorem.
Gen. 2. 6.
Ps. 72. 24.
Quem Dominus non tenebit ad gloriam, Diabolus tenebit ad gehennam.
Job. 18. 9.

5. Quartum ostenditur, cum subjungitur: *Puella surge*. Puella est anima, vel voluntas, quæ in justificatione surgit a morte culpæ: Surge qui dormis, & exurge a mortuis, & illuminabit te Christus. O anima mortua, vita tibi offertur, cum dicitur: *Surge*. Vere enim surgis a morte culpæ. Augustinus: Quibus in hoc sæculo vita offertur, & nolunt recipere, in inferno quærent mortem, & non poterunt invenire. (i) Et nota, quod surgere debet homo a peccato voluntatis, a peccato actionis, a peccato consuetudinis. Et hoc per tres mortuos significatur, quos surgere fecit Dominus; Puellam in domo; adolescentem extra portam; Lazarum in sepulcro. Require Expositionem (k). Puellam enim mortuam resuscitavit in domo, Matth. nono, & Marci quinto; Adolescentem mortuum extra portam, Luc. septimo; Lazarum mortuum in sepulcro, Joannis undecimo. Moritur omnis homo in anima per peccatum mortale. Peccatum autem mortale, quandoque est in voluntate, & tunc est mortuus in domo, adhuc enim latet interius; quandoque in opere, & tunc venit extra portam; quandoque in consuetudine, & tunc est in sepulcro (l). Unde versus:

Ad Eph. 5. 14.
Augustinus, sive supracit. Auctor Serm. 252. *de Temp. n.* 4.
Surgere debet homo a peccato voluntatis, a peccato actionis, a peccato consuetudinis.
Quid significent tres mortui a Christo suscitati.
Matth. 9. 23. *ac* 25. *& Marc.* 5. 38. *ac* 42. *Luc.* 7. 12. *ac* 25. *Jo.* 11. 17. *ac* 44.
Moritur omnis homo in anima per peccatum mortale.
Hoc, modo est in voluntate, modo in opere, modo in consuetudine.

Mens

---

bonus cum Deo gratiæ cooperando. Et ita uterque cum utroque cunat, partem suam ponendo. Comment. in Apocal. ibi.

(a) Augustini nomine legitur in Breviar. Roman. in Festo Dedicat. Eccl.

(b) *Ostium conscientiæ est observandum contra tentationem; observandum per orationem; reserandum per inspirationem*, in Apocal. ibidem.

(c) Sive, ut inibi dicitur, *gratiam infundendo, sicut Sol intrat domum per fenestram apertam, radios immittendo.*

(d) De *gratia præveniente, & subsequente* 2. Dist. 27. Dub. 1. Centiloq. Par. 3. Sect. 35. Serm. 3. Dom. 24. post Pentec. &c.

(e) Per *manum* interpretatur etiam Expos. in cap. 8. S. Luc. *Virtutis adjutorium secundum illud Ps.* 117. 16. *Dextera Domini fecit virtutem &c.* Item Serm. 15. Dom. 15. post Pentec.

(f) De gratia quoque *operante, & cooperante* Centiloq. cit. Par. 3. Sect. 35. ac 2. Dist. 26. Art. 1. Q. 6. in concl. Prædicta autem D. Augustini auctoritas ibi allegatur in Textu Magistri ab init. ejusd. Dist. 26. Ita Dist. 27. Dub. 1.

(g) Similis notandi modus valde frequens occurrit in D. Bonav. Operibus.

(h) Hæc verba ponit etiam in ore ejusdem Puellæ a Christo suscitatæ, inquiens Expos. in cap. 8. S. Luc. quod *poterat dicere illud: Tenuisti manum dexteram meam &c.*

(i) Sic ipsemet D. Bonav. Phar. Lib. 3. cap. 50. ubi itidem laudatur *Augustinus in Sermonibus*.

(k) Hæc certe est ejusdem D. Bonav. Expos. in Evang. S. Luc. ubi id ipsum disertissime declaratur. Cæterum de triplici *peccato in corde, in opere, & in consuetudine*, nec non *de suscitatione trium mortuorum in domo, in porta, in sepulchro*, loquitur etiam in 3. Dist. 14. Par. 2. Dub. 11. In editis loco *Require Expositionem*, una cum cæteris quæ sequuntur, hisce verbis tantum finis imponitur: *Require supra in Sermone: Resedit qui erat &c.*

(l) Ibi, quem locum etiam allegat Expos. in cap. 8. ipsiusmet S. Luc. ubi repetit jam dicta

Mens mala mors intus; malus actus mors foris; usus
Tumba; Puella, Puer, Lazarus, ista notant. (a)

Mors tertia periculosa valde.

Quantum vero periculosa sit mors tertia, ostendit Dominus, cum alios duos de facili (b) suscitarit; in suscitatione autem istius, infremuit spiritu, & turbavit seipsum, & voce magna clamavit, ostendens, quid agendum sit eis, qui in sepulcro malæ consuetudinis lapide obdurationis pressi sunt. Fremitu enim timorationis (c), turbatione contritionis, lacrymis satisfactionis, clamore orationis, suscitandi sunt. Hujus mortis signum est, quando infirmus nullum gratiæ, vel doctrinæ cibum sumere, vel retinere potest. Ps. Omnem escam abominata est anima ejus, & appropinquavit usque ad portas mortis. Ab hac, & æterna morte per pietatem suam ille nos liberet, qui pro nobis redimendis mortem subiit, & a mortuis resurrexit. Amen.

Jo. 11. 33. *ac* 35. & 43.

Ad suscitationem tertio modo mortui opus est fremitu timorationis, turbatione contritionis, lacrymis satisfactionis, & clamore orationis. *Ps.* 106, 18.

SERMO SECUNDUS.

De punitione octo peccatorum facta per Angelos.

Apocal. 14. 17. 1. *Alius Angelus exivit de templo, quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam.* Angeli, secundum doctrinam Dionysii, sunt lumina clarissima, specula clara, pura, & quantum possibile est, summæ luci simillima. Et ideo sunt adeo summo bono conformia, ut, sicut diligunt omnia bona, sic & detestentur omnia mala. Propter quod nunc leguntur multi ad auxilium bonorum, nunc vero ad punitionem malorum. (d) Et hoc manifeste appareat ex Apocal. sexto decimo de septem Angelis cum septem phialis iræ Dei plenis. (e) Unde de quodam Angelo (cui datum est *falcem*, id est, Divinum judicium, sicut dicit Glossa, sive judiciariam potestatem exercere in subditos) verbum in themate præmissum accipitur (f), cum dicitur: *Alius Angelus exivit de templo &c.* In quo verbo Angelus a tribus maxime describi videtur. Primo ab excellentia officii, quod habebat. Secundo ab eminentia sacri loci, unde procedebat. Tertio vero ex parte periculi, quod manu ferebat. Notatur autem officium, quod habebat, cum dicitur; *Angelus;* est enim Angelus nomen officii, non naturæ. (g) Secundo ostendit locum, a quo procedebat, cum additur: *Exivit de templo, quod est in cœlo.* Tertio innuit periculum; quod ferebat, cum subditur: *habens falcem acutam*, utique ad feriendam terram. Ex hoc ergo verbo patenter innuitur, quod ad punitionem malorum sæpe Angeli a Deo diriguntur. Licet enim Deus per se ipsum omnia facere possit, per Ministros tamen, more potentissimi Regis, sicut convenit, omnia facit. Nihil est enim, ut Augustinus ostendit, quod per naturam creatam fieri possit, quod per Angelos ipse non faciat (h). Omnes enim (Apostolus ad Hebr.) sunt administratorii Spiritus in ministerium

Angeli multi, nunc ad auxilium bonorum, nunc ad punitionem malorum, in Scripturis leguntur. *Apocal.* 16. & *ac seqq.*

Glossa interlin. ac Ordinar.

Hujus thematis divisio cum distinctione, & dilatatione, quæ sequuntur.

Angelus nomen officii, non naturæ.

Augustinus.

Ad Hebr. 1. 14.

---

cta cap. 7. Pariter quoque Comment. in Joan. ibi.

(a) Iste Versus, imperfectus tamen, adducitur quoque Serm. 2. Dom. 15. post Pentec. inter editos sub S. Bonav. nomine.

(b) *De facili* passim habet idemmet S. Bona.

(c) Sic cit. Serm. 2. Dom. 15. post Pentec.

(d) De his 2. Dist. 11. Art. 2. Q. 1. ad 7. ubi recensentur *effectus* 12. *custodiæ Angelicæ a Magistris assignati, qui eliciuntur ex Scripturis.*

(e) Quamvis Comment. in Apocal. ibi per illos septem Angelos intelligat septem Prædicatorum cœtus, hos tamen supponit præsidio septem Angelorum munitos.

(f) Gagnæjo, omissa interpretationum varietate, magis hæc arridet, quam etiam Scripturis conformiorem censet, ut per hunc Angelum intelligatur Angelorum cœtus, quorum ministerio in judicio usurus est Christus. Quo autem ad *judiciariam potestatem* in Angelo, de quo supra, non aliter accipienda est, quam in sensu minus proprio; in eo, inquam, de quo loquitur ipsemet D. Bonav. 4. Dist. 47. Art. 1. Q. 2. in concl. sic ajens: *Dicendum quod proprie loquendo judiciaria potestas non erit in Angelis. Si autem dicatur in eis esse, intelligendum est ratione approbationis.* Quod si idemmet D. Bonav. aliam prædicti textus interpretationem adhibeat Comment. in Apocal. ibi, mirandum minime est; quia ipse modo una, modo altera interpretatione, pro re nata, uti consuevit, prout magis suo proposito inservire judicavit.

(g) Sic idem D. Bonav. Serm. de S. Michaele, ac etiam alibi.

(h) Vid. D. Bonav. 2. Dist. 14. Part. 1. Q. 2. in concl. ubi laudatur *Augustinus super Gen. ad lit.*, scilicet Lib. 8. cap. 20. num. 39. cap. 23. num. 44. ac cap. 24. num. 45. nec non idemmet *Augustinus in 3. de Lib. arbitrio*, scilicet cap. 11. & apud ipsum D. Bonav. ibi in marg. *Lib. 83. QQ. Q.* 79. In præfatis autem locis non sic loquitur S. Aug. sicut supra ad verbum, sed ad sensum. Et ita fuit citatus, vel memoriter, vel pro compendio.

Digitized by Google

rium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis.

2. Est igitur hic notandum, quod licet Angeli omnia peccata detestentur, & oderint, cum contra suum Dominum fiant; (a) Scriptura tamen maxima quædam commemorat, quæ per Angelos graviter sunt punita, & est peccatum primum superbiæ. Hoc enim peccatum, cum sit maxime contra Deum, & fuerit peccatum primum, & caussa quodammodo omnium peccatorum, dure per Angelos est punitum. Nam constat Luciferum, ejusque sequaces, superbiæ peccato in principio corruisse. Sic enim de peccato ejus dicitur Isaiæ quarto decimo: Qui dicebas in corde tuo: in cœlum ascendam; (b) super astra cœli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in latetibus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, & (c) similis ero altissimo. Ecce superbia; sed nunquid remansit impunita? Audi eundem Prophetam ibidem prophetantem: Detracta est superbia tua ad inferos, concidit cadaver tuum, ad infernum detraheris in profundum laci. Quasi dicat: Sicut ascendere voluisti usque ad summum, sic detractus es in profundum. Semper enim casus est secundum mensuram ascensus. Et admirans Propheta de casu diaboli, quærit modum casus ibidem: Quomodo, inquit, cecidisti de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? Quærit, sed solutionem non ponit; quia Prophetæ alteri solutio reservata fuit. Sic enim dicitur de hoc Apocalypsis duodecimo: Factum est prælium magnum in cœlo: Michael & Angeli ejus præliabantur cum dracone, & draco pugnabat, & Angeli ejus; & non valuerunt, neque locus inventus est eorum amplius in cœlo. Ergo propter peccatum superbiæ, quod mali Angeli commiserunt, a sanctis Angelis de cœlo dejecti sunt (d). Timeant ergo, timeant viri superbiæ; quia si sancti Angeli suis consortibus, & sibi in natura simillimis, non pepercerunt, certum est, quod nec hominibus parcent. Exemplum hoc habetur in Historia Scholastica de Herode Agrippa, qui cum inflatus superbia Divinos honores sibi oblatos non respueret, mox ab Angelo lætaliter est percussus. (e)

3. Secundum peccatum, quod per Angelos est punitum, fuit peccatum inobedientiæ, sive gulæ, quod per primos parentes nostros in paradiso deliciarum commissum est, sicut habetur Gen. tertio. Nam quamvis dicatur ibi, quod Dominus eos emisit de paradiso; certum est tamen secundum Augustinum, quod Angelus Dei fuit (f), qui in paradiso dicitur deambulasse, (g) Adam vocasse, eos de culpa redarguisse, & tandem eos inde repulisse, ne forte comederent ulterius de ligno vitæ, & viverent in æternum, id est, in tempus longissimum. (h) Dicitur enim, quod Dominus erat; quia vice Domini Angelus hæc dicebat. Sæpe enim dicitur Rex hoc facit, quando Balivus (i) ejus imperio suo facit. Sic etiam habetur Gen. tertio.: Ejecitque Adam de paradiso, & collocavit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum gladium, atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. Ecce quod Angelus viam custodit peccatorum, ne ad lignum vitæ redire possint. Ergo si sic fecit Angelus illi homini pri-

Distinctio ac dilatatio octo peccatorum a Deo per Angelos punitorum, quorum primum est superbia.

Isa. 14. 11. & 13. *ac seqq.*

Casus semper est secundum mensuram ascensus. *Ibi* 22.

Apocal. 12. 7. *ac seq.*

Superbiæ viris quantum timendum sit.

Exemplum de Herode Agrippa. *Petrus Comestor Hist. Schol. L. Act. Apost. c.* 68.

Secundum peccatum, a Deo per Angelos punitum, est peccatum inobedientiæ, sive gulæ.

Gen. 3. 23.

Augustinus de Gen. ad lit. L. 8. *c.* 27. *n.* 50.

Gen. 3. 24.

(a) Infra num. 10.

(b) Vulg. *conscendam*; sed *ascendam* in 2. Dist. 5. Art. 1. Q. 2. in Fundam.

(c) Ibi; & Vulg. sine &.

(d) Sic Comment. in Apocal. ibi, ac etiam alibi.

(e) Hoc exemplum Histor. Schol. a D. Bonav. refertur quoque Serm. 4. in ord. 43. de Angelis, ubi de Sanctis in communi.

(f) Pariter ad *Angelos* directum illum Domini Sermonem ejusd. Gen. cap. 3. 22. *Nunc ergo ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & vivat in æternum*, sic idem D. Bona. exponit 2. Dist. 29. Dub. 2.: *Dicendum, quod verbum illud est verbum Domini loquentis ad Angelos; unde litera supplenda est sic: NUNC ERGO (supple VIDETE) NE FORTE MITTAT MANUM SUAM &c.* Ita & Lyranus ibi.

(g) Vid. Estium, & Gordonum.

(h) D. Bonav. in 2. ibi: *Hoc autem dixit Dominus, non quod Adam in æternum viveret, si post peccatum de illo ligno comederet; sed quia longiori vixisset tempore &c.* Pariter etiam inter veteres Interpretes Lyranus, & inter recentiores Mariana.

(i) *Balivus*, Præses, Prætor, ruri causas audiens, apud Lexicon Philologicum Matthiæ Martinii. Sed & de *Ballivis* plura in Glossar. Ducang. ubi constat quoque de usu hujus vocabuli tempore D. Bonav., nimirum in Edicto S. Ludovici dat. Parisiis mense Decembri an. 1254. apud Joinvillam, & Nangium in illius Vita sub an. 1256.

Digitized by Google

primo, manibus Divinis fabricato; quid erit nobis, si inobedientes fuerimus, & gulosi?

Tertium hujusmodi peccatum est luxuriæ.

4. Tertium peccatum, quod per Angelos legimus esse punitum, est peccatum luxuriæ, & humanæ lasciviæ. Nam maxime propter hoc peccatum (*a*) ministerio Angelorum (*b*) Diluvium est inductum, & post Diluvium super Sodomam & Gomorrham cœleste descendit incendium. Lege Historiam, & Abrahæ verba Gen. tertio decimo, & diligenter prædica, quia valde sunt pulchra. Nam post multa verba Abrahæ ad Dominum, sequitur ibi in principio decimi noni Cap. Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere, sedente Lot in foribus civitatis. Et post multa hic narranda subditur ibi, quomodo pluerit super Sodomam, & Gomorrham, & quomodo subversæ, sunt in lacum conversæ. Ergo si sic fecerunt illis antiquis; quid facturi sunt hominibus nostri temporis?

Diluvium ministerio Angelorum inductum, ac etiam Sodomorum Gomorrhæorumque incendium.

Gen. 13. 8. *ac seqq.*

Ibi 19. 1.

Ibi 24. *ac seqq.*

Quartum peccatum impietatis, & immisericordiæ.

5. Quartum peccatum, quod per Angelos est punitum, fuit peccatum impietatis, & immisericordiæ, quod punitum fuit in Pharaone plagarum varietate. Nam post varias plagas, dimissis filiis Israel, & fugientibus, persecutus est eos Pharao cum exercitu suo; cumque timerent nimium filii Israel, sicut patet Exo. quarto decimo: Tollensque se Angelus Domini (*c*) qui præcedebat castra Israel, abiit post eos, & cum eo pariter columna nubis, ut exercitus sibi propinquare tota illa nocte non posset. Et statim sequitur ibi, quomodo filiis Israel per siccum mare transeuntibus, omnes Ægyptii in eo submersi sunt. Ergo si propter crudelitatem sic Angeli unum Regnum afflixerunt, & sic omnes in mari submersi sunt; quid singularibus personis facturi sunt?

Exo. 14. 19.

Ibi 22. *ac seqq.*

6. Quintum peccatum, quod per Angelos legimus esse punitum, est peccatum avaritiæ. Et de hoc potest haberi pulchrum exemplum, & prædicari, Numeror. vigesimo secundo in Balaam. Ipse enim propter multa donaria illi promissa volebat ire, & filios Israel maledicere. Ejus ergo avaritiam detestatus Angelus, in via factus est illi obvius. Cumque propter aspectum Angeli tenentis gladium, asina a via diverteret, & ille acriter eam verberaret; ei, ad quem asina locuta fuit, scilicet Balaam protinus aperuit Dominus oculos, & vidit Angelum stantem in via evaginato gladio, adoravitque eum pronus in terram. Cui Angelus: Cur, inquit, tertio verberas asinam tuam? Ego veni, ut adversarer tibi; quia perversa est via tua, mihique contraria: & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viveret. Quod autem peccatum Balaam fuerit peccatum avaritiæ, plane habetur secundæ Petri secundo, ubi dicitur, quod Balaam mercedem iniquitatis amavit. Vide ergo, quantum detestetur Angelus avaritiam, p. quæ impedienda fecit tot mira, ut etiam loqueretur humano more asina; & de ipso Angelo quandam haberet notitiam, & sic ejus undique declinaret gladium, quem timebat. Et si sic detestatus est Angelus avaritiam Paganorum, (*d*) quantum putas detestetur avaritiam Christianorum, qui tot habent documenta, tot Sanctorum suique Regis exempla, ut fugiant avaritiam?

Quintum peccatum avaritiæ.

Num. 22. 31. *ac seqq.*

2. Pet. 2. 15.

7. Sextum peccatum, quod per Angelos legimus fuisse punitum, fuit peccatum idololatriæ. Unde dicitur Judic. secundo: Ascendit Dominus de Galgala (*e*) ad locum flentium, & ait: Eduxi vos de Ægypto, & introduxi in ter-

Sextum peccatum idololatriæ.

Jud. 2. 1. *ac seqq.*

(*a*) Breviloq. Par. 7. cap. 4. nec non Centiloq Par. 2. Sect. 6.

(*b*) Sic consone ad id, quod secundum Augustinum de *Angelis* dixerat supra num. 1.

(*c*) Vulg. *Dei*; sed *Domini* etiam Cod. noster Bernardin. 21. ac Bernardin. nostræ Biblioth. antiquior. Biblior. Editiones.

(*d*) Avaritia *Balaam* dicitur *avaritia Paganorum*, & hoc verum est, nedum si ipse Magus fuerit, & cum dæmonibus commercium habuerit, ut sentiunt Origenes, Basilius, Chrysostomus, Augustinus, Procopius, Lyranus, Abulensis, Paulus Burgensis &c.; verum etiam si, ut secus censent Josephus, Eugubinus, Cajetanus, Oleaster, Estius &c., ipse fuisset Propheta. Quandoquidem uti talis non aliter Propheta fuit, nisi ut Sybillæ inter Gentes, & Paganos, quorum ipse avaritiam impie sectabatur. S. Bonaventura videtur fuisse circa hoc anceps; nam modo *Prophetam* vocat, cujus *vesaniam* increpat, nempe Serm. de S. Elisabeth; modo nuncupat *pessimum idololatram*, & *invocatorem dæmonum*, *licet multa bona diceret*, nimirum Serm. sive Collat. 15. in Hexaem.

(*e*) Vulg. *de Galgalis*; sed *de Galgala* duo quoque nostri Codd. Bernardin. n. 1. ac 21. nec non ipsemet S. Bonav. 2. Dist. 11. Art. 2. ad fin. Q. 1.

Digitized by Google

terram, pro qua juravi Patribus vestris, & pollicitus sum, ut non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: ita dumtaxat, ut non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ hujus, sed aras eorum subverteretis, & noluistis audire vocem meam: cur hoc feciſtis? Quam ob rem nolui eos delere a facie vestra, ut habeatis hostes, & Dii eorum sint vobis in ruinam. Verum est, quod idololatria hæc cessavit, sed malitia hominum hæreses adinvenit; & tanta est hominum stultitia, ut illis credant animas suas, quibus non crederent vineas suas, non aves suas, nec pecora sua, & ut credentes Hæreticorum uterentur consilio. Seneca, qui nec fuit Christianus, nec Hæreticus, sed Philosophus, dicit, quod prudentis hominis officium est examinare consilium, (a) & non cito facili credulitate ad falsa trahi. (b) Et addit: De dubiis non definias, sed suspensam tene sententiam, nihilque cito affirmes; quia non omne, quod in ratione est, statim verum est; quia crebro mendacium faciem veritatis habet. (c) Si hoc nobilissimo consilio uterentur, non facile hominibus imperitis crederent; sed saltem de veritate fidei a multis quærerent, & sic quærendo ad viam veritatis devenirent. Unde tibi constat, quod Populicani sive Publicani, Pelliparii, & Cerdones, & sine literis homines, (d) verba profunda Scripturæ intelligant? Magis tibi ratio persuadere deberet contrarium; cum nulla scientia, quantumcunque vilis, sine Doctore habeatur. Sed dices: Spiritum sanctum habent nostri Doctores. (e) Sed unde hoc tibi constat? Nunquid quia hoc ipsi dicunt? Sed & omnes aliæ hæreses similiter dicunt; ergo cum alteram mentiri necesse sit, saltem suspectam debes habere sententiam. Si dicas: Ipsi multum jejunant; similiter & alii. Immo sunt plurimi, etiam Catholici, qui plus eis jejunant; cum nullo tempore jejunium frangant. (f) Certe & multa animalia sunt, carnes nunquam comedentia, & tamen non desinunt esse bruta. Item etiam locum scio hominum Catholicorum, qui semper quasi jejunant, ita ut tribus diebus in hebdomada aquam bibant; & in perpetuum etiam infirmi carnes non comedant. (g) Sed nunquid ideo (h) Sancti sunt? Attendite, attendite; ocu-

Idololatriæ malitia hominum succesſerunt hæreſes.

Seneca, nec fuit Chriſtianus, nec Hæreticus, ſed Philoſophus.

Seneca ſive potius Martinus Epiſc. Dumien. Tract. de Virtutib. Card.

Mendacium crebro faciem veritatis habet.

Nulla ſcientia ſine Doctore habetur.

(a) Apud Tho. Hiber. in Flor. verbo *Providentia ſive Prudentia* pag. m. 875. itidem ſub nomine *Sene. de 4. virtutib. Prudentis proprium eſt, examinare conſilia.*

(b) Ibi *ad falſa prolabi.*

(c) De prædicto Tract. ſub *Senecæ* nomine D. ipſe Bonav. etiam in Opuſc. de quatuor Virtutib. Card. nec non Commen. in cap. 4. Apocal. ſub ver. 6.

(d) Si quis a me noſſe aveat, quinam ſint hujuſmodi *Hæretici*, qui heic a S. Bonaventura vocantur *Populicani vel Publicani*, *Pelliparii*, *& Cerdones*, *& ſine literis homines*, non alios cenſeo, quam Waldenſes, vulgo dictos *Pauperes de Lugduno*, qui inter cetera plura nomina, quæ minime vacat commemorare, illud etiam habuerunt, quod *Populicani* dicti ſunt, uti videre eſt tam in Lexico Polemico P. Joan. Sianda To. 2. verbo *Valdenſes*, quam in Gloſſario Ducangiano verbo *Populicani*, ubi etiam *Publicani* dicuntur. Profecto in Hiſtor. Concil. Lateran. III. ſub Alexandro III. in quo damnati fuere an. ſcilicet 1179. cap. 27., nuncupantur *Publicani*, iiſque in d. Hiſtor. aſſeruntur adjuncti *permulti rudes & imperiti*, *Hæreticorum fraudibus decepti*, quemadmodum legere eſt To. 13. Labbean. Collect. Concilior. Omn. col. 410. De duobus Catharorum generibus apud Mediolanenſes diſtinguendis, Veteribus nimirum, qui & *Patareni*, ac *Poplicani*, ſeu *Publicani* vocantur, & Recentioribus, vide ſis Diſſertationem primam de Catharis Cl. V. Thomæ Auguſtini Ricchinii in Lib. 5. adverſus Cathar. & Valden. Ven. P. Monetæ cap. 2. num. 10.

(e) Hi ſunt *Hæretici*, quorum fuere *fraudibus decepti rudes & imperiti*, ſecundum Hiſtor. d. Conc. Quodve hujuſmodi *Hæretici* necdum defierint D. Bonaventuræ ævo, nempe circa an. 1274. ſub Gregor. X. PP. teſtatur Gabr. Prateolus Lib. 14. de Hæreſ. cap. 13. Sed præſtat ipſummet D. Bonaventuram de iis loquentem audire Serm. 2. de uno S. Doct. in ord. 31. de Sanctis in communi; refert enim Art. 1., quod *Pauperes de Lugduno fuerunt prius boni, & ab Eccleſia dilecti: dum tamen ex ſimplicitate hæreſim prædicare cœpiſſent, corrigi renuerunt, & ſe in ſuis hæreſibus confirmaverunt. Unde hoc fuit niſi ex ignorantia mali?*

(f) Ne id incredibile videatur, teſtantur Vitæ Patrum apud Roſweydum de continuo jejunio S. Paulæ Romanæ, de quotidiano Theoduli, deque aliorum portentoſis jejuniis.

(g) Ita Carthuſiani. De ſanctis autem Monachis Ægyptiis ab uſu carnium, & potu vini, ſub inſtituto S. Marci Evangeliſtæ, omnino abſtinentibus, ex Euſebio idemmet S. Bonav. in Apolog. Pauper. Reſponſ. ſecund. Cap. ſecund. ubi ſimilia refert ex Hieronymo de Anachoretis, quorum vitæ auctor Paulus, illuſtrator Antonius; de Monachis autem orientalibus ſub B. Baſilio, aliiſque ſub S. Martino ex Severo Sulpicio.

(h) Dixit *idem*; quia *tam jejunare, quam comedere fieri poteſt, non ſolum perfecte & imperfecte*,

Digitized by Google

los aperite; nolite facile credere: quia veritas fidei non consistit in exteriori vita, quantumcunque appareat esse innocua; sed in vera doctrina.

Veritas fidei non consistit in exteriori vita, sed in vera doctrina.

Septimum peccatum vanagloria.

8. Septimum peccatum, quod legimus per Angelos esse punitum, fuit peccatum vanægloriæ; & de hoc habetur secundi Reg. vigesimo quarto, ubi David vanagloria tactus jussit populum numerari, ut quot hominibus præesset, agnosceret. Sed post numerationem valde pœnituit, & se valde in hoc peccasse doluit, & pro venia Dominum oravit. Tunc ad eum Propheta Domini venit, eique dixit: Trium tibi datur optio. Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies adversarios tuos, & illi te persequentur: aut certe tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Dixitque David: Coarctor nimis undique (*a*); sed melius est, ut incidam in manus Domini (multæ enim sunt misericordiæ ejus) quam in manus hominum. Et sequitur ibi, quod Angelus Domini percussit de filiis Israel septuaginta millia virorum; cumque vidisset David Angelum cædentem populum ait: Ego sum qui peccavi, ego qui inique egi: isti qui oves sunt, quid fecerunt? vertatur, obsecro, manus tua contra me, & contra domum patris mei. Lege totam Historiam, quia valde est Prædicatori apta. Grave ergo peccatum est vanagloria, pro qua sunt septuaginta (*b*) hominum millia cæsa, & Rex sanctus sic afflictus pro ea, etiam post pœnitentiam. Et tamen hodie totus mundus hoc peccato est plenus; nihil enim facimus, nihil dicimus, nihil quasi cogitamus; & si vestimus, si legimus, si cantamus, quasi in omnibus propriam gloriam quærimus, cum tamen dicat Dominus per Jeremiam Prophetam: Non glorietur sapiens in sapientia sua, & non glorietur fortis in fortitudine sua, & non glorietur dives in divitiis suis: Sed in hoc glorietur, qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus.

2. Reg. 24. 12. ac seq.

Ibi 14.

Ibi 15. ac 17.

Jer. 9. 23. & seq.

9. Octavum peccatum, quod per Angelos legimus esse punitum, est peccatum blasphemiæ, de quo habetur quarti Reg. decimo octavo, & decimo nono per totum, ubi in fine Historiæ, quam prædicando narrabis, sic additur: In nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia virorum (*c*). Cogitent ergo qui Deum blasphemant, vel ejus beatissimam Matrem, vel Sanctos, vel Homines ad imaginem Dei factos, quam sit Deo, & Angelis, odiosum, quam fugiendum, quam detestandum peccatum, quod propter unius Hominis blasphemiam fuit in tot Homines vindicatum (*d*).

Octavum peccatum blasphemia.

4. Reg. 19. 35.

10. Quod vero Angeli sancti, summe Deo interius conjuncti, omne detestentur peccatum, cum Deo sit odiosum (*e*); hoc aperte patet in septem plagis novissimis, in quibus ira Dei in fine est consummanda per septem Angelos, sicut legitur Apocal. quinto decimo, & sexto decimo. Et post multa mala peccatoribus inflicta, sic unus Angelus clamat (*f*) Apocal. decimo nono: Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes liberorum, & servorum, & pusillorum, & magnorum. Ergo, Fratres mei, timendi, & reverendi sunt Angeli, qui sic peccatoribus sunt infesti. Bernardus: In quovis diversario, in quovis angulo, Angelo tuo reverentiam habe: tu ne audeas illo præsente, quod vidente me non auderes. Exemplum de Thaide meretrice, quam Abbas Paphnutius per hujusmodi considerationem con-

Angeli sancti omne detestantur peccatum velut Deo odiosum.

Apocal. 19. 17. ac seq.

Quam timendi sint a peccatoribus Angeli. *Bernardus Ser. 22. super Ps. Qui habitat.*

Thaidis meretricis conversio opera abbatis Paphnutii.

Ete, verum etiam bene & male, sancte & impie, secundum rationem diversorum finium, & circumstantiarum, in d. Apolog. Pauper. Respons. 2. Cap. 3. ubi alias observantiam arcti jejunii maxime commendat. De jejunio non faciente absque humilitate *proximum Deo*, exemplum profert ex Vitis Patrum Serm. 2. de uno S. Confess.

(*a*) Vulg. absque *undique*; sed *undique* Cod. noster Bernardin. num. 1. & alter Biblioth. Ep. 58. ac Goth. apud Blanchin. nec non Edit. Biblior. Nurnbergen. 1478.

(*b*) De hoc exemplo contra vane de se gloriantes in fine Serm. 4. de Angelis, ubi pro *octoginta* leg. *septuaginta*.

(*c*) Vulg. absque *virorum*; sed *virorum* quoque inter Sermones S. Bona. de Sanctis in communi Ser. 6. de SS. Apostolis.

(*d*) De hoc exemplo blasphemiæ in Rege Assyriorum ibi, nec non cit. Serm. 4. de Angelis.

(*e*) Supra num. 2.

(*f*) Sive *Dominus per Angelum suum* Comment. in Apocal. ibi.

Digitized by Google

convertit. (a) Lege eju. Hiſtoriam in Legendis (b); quia nimis eſſet longum hic ponere. De beneficiis autem Angelorum, quomodo nos cuſtodiant, protegant, & a malo retrahant, quære Sermones plures in Sermonibus, quos ſcripſi de Communi Sanctorum, ſive plurimorum (c) &c.

SERMO TERTIUS.

De Angelorum contemplatione.

Matth 18. 10. 1. *Angeli eorum ſemper vident faciem Patris mei, qui in cœlis eſt.* Magna dignitas eſt (ut dicit Hieronymus) animarum, ut unaquæque ab ortu nativitatis ſuæ habeat ad ſui cuſtodiam Angelum deputatum. (d) Quis enim in tot malis, in tantis periculis, tantiſque Diaboli tentamentis, tot mundi periculis & fallacibus blandimentis, & carnis tam innumeris incendiis poſſet eſſe ſecurus; ſi non eſſet cuſtos Angelus? (e) Nam Angeli ſunt ex natura potentes, (f) & ideo ipſorum miniſterium eſt beneficum, & ex diſpenſatione Divina ſunt nobis præſentes; & ideo eſt miniſterium ipſorum continuum, ſemper tamen Divinæ contemplationi conjunctum. Et ideo in verbo præmiſſo, quantum ad duo, Angeli deſcribuntur. Primo, quantum ad vim miniſtrativam, qua nobis ſerviunt, humanæ indigentiæ conſulendo. (g) Secundo, quantum ad vim contemplativam, qua Deo ſemper aſſiſtunt, fontem Divini luminis contemplando. Primum reſpicit humanam neceſſitatem; ſecundum vero Angelicam (b) felicitatem. Primum eſt officium caritatis; ſed ſecundum eſt opus dignitatis. Notatur ergo primo virtus adminiſtrativa, cum dicitur: *Angeli eorum* (i). Notatur ſecundo virtus contemplativa, cum additur: *ſemper vident faciem Patris* &c. Sed quia in ſuperioribus Sermonibus (k) multa, immo quaſi omnia de miniſterio Angelorum dicta ſunt; nunc de contemplatione videamus.

Hieronymus in L. 3. ſuper 18. cap. Matth. ac in Dial. de orig. animar.

Angelicæ cuſtodiæ neceſſitas.

Deſcriptio Angelorum quantum ad duo.

Diviſio thematis cum diſtinctione, & dilatatione.

2. Eſt ergo notandum, quod ad viſionem beatam quatuor requiruntur. Primo, ut ſit ſerena (l). Secundo, ut ſit jucunda. Tertio, ut ſit plena. Quarto, ut ſit ſecura. (m) Quodcunque enim iſtorum deficeret, viſio beata eſſe non poſſet. Cum enim (ſecundum Bernardum) beatitudo ſit omnium bonorum plenitudo (n), & ſecundum Boetium, ſit ſtatus bonorum omnium aggregatione perfectus (o); ſi apertæ viſioni (p) ſummi boni non eſſet clara ſerenitas, & ſerenitati (q) jucunditas, & jucunditati non jungeretur ſatietas, & ſatietati non jungeretur ſecuritas (r): non eſſet ibi bonorum omnium plenitudo; ergo nec vera beatitudo. Ut ergo nihil deſit beatitudini Angelorum, primo vident Dominum viſione ſereniſſima (s). Secundo viſione jucundiſſima.

Quatuor ad viſionem beatam requiſita.

Quid ſit beatitudo ſecundum *Bernardum*, & *Boetium*. *Bernardus Ser. 22. in Cant. n. 5. Boetius de Conſolat. Philoſophica L. 3. Proſa 2. circa princ.*

princ.

Ter-

(a) Hoc exemplum ex Prato ſpirit. & Villega in extravagant. affert P. Alphonſus Rodriguez in Exercit. perfect. Tract. 5. de Orat. cap. 19. num. 3. nec non noviſſime ex Sabellic. Lib. 5. Exempl. cap. 2. P. Joan. Bapt. Scaramelus in Direct. Aſcet. To. 2. Tract. 1. Art. 7. cap. 2. num. 281. ad incutiendum peccantibus Divinæ præſentiæ timorem; inſervitque etiam timori ac reverentiæ erga præſentiam Angelicam, ſecundum præfata verba S. Bernardi.

(b) Sive in Vitis Patrum, ubi eſt Vita S. Thaidis, ſive Thaiſis Meretricis a S. Paphnutio Abbate converſæ, Auctore incerto. Videri poteſt in Vitis Patrum L. 1. pag. 174. & ſeq. apud Heribertum Rolvveydum.

(c) Potiſſimum Serm. 1. inter quatuor de Angelis ejuſdem S. Bona. ut in Admonitione prævia jam dixi, de hoc ipſo Sermone loquens; atque etiam in 2. Diſt. 11. Art. 2. Q. 2. ad 7. ut adnotavi num. 1.

(d) In d. Edit. hæc Hieronymi verba allegantur: *Magna eſt dignitas animarum; quia quilibet habet Angelum ſuum ad cuſtodiam delegatum*; ſed ut ſupra ipſemet S. Bona. 2. Diſt. 11. Ar. 1. Q. 2. in Fundam. nec non ad finem Serm. de Angelis poſt illum S. Michael.

(e) 2. Diſt. 11. Art. 1. Q. 2. in concl.

(f) Ibi Q. 1. ad 4.

(g) Ibi d. Q. 2. ad 4.

(h) Edit. *Angelorum*.

(i) In 2. ibi Q. 1. in Fundam. *Angeli eorum* &c. *Gloſſa: non ſunt contemnendi ad quorum cuſtodiam mittuntur Angeli*.

(k) Scilicet tribus ſecundum Cod. Aſſien. ubi hic Sermo eſt quartus de Angelis.

(l) Edit. *aperta*.

(m) Edit. *æterna*.

(n) Breviloq. part. 7. cap. 7. Item in Prol. Soliloq.

(o) Sic ex eodem Boet. 2. Diſt. 11. Art. 2. Q. 2. ad opp. 1. ac loc. cit. Breviloq. nec non Serm. 7. de SS. Apoſtol. &c.

(p) Edit. *ſi aperta viſio*.

(q) Edit. *& viſioni*.

(r) Edit. *æternitas*.

(s) Edit. *apertiſſima*.

Digitized by Google

Tertio visione pleniſſima. Et nihilominus vident quarto (a) visione ſecuriſſima. (b).

Angeli Deum videntes visione ſereniſſima.

3. Dico primo, quod Angeli vident Deum visione ſereniſſima nullo ænigmate obumbrata, vel nullo medio convelata. Si enim non ſic viderent, beati non eſſent; quia adhuc Deum videre in ſe ipſo appeterent, quoniam (c) Angeli appetitus terminatus non eſſet; ergo nec omnis boni plenitudinem attingeret. Sicut enim Apoſtolis in terra adhuc viventibus Chriſtus dixit: Beati oculi, qui vident, quæ vos videtis: & dicitur; Abraham exultavit, ut videret diem meum; vidit & gaviſus eſt; quanto magis illi dicendi ſunt beati, qui non Chriſtum in forma tantum humana, ſed eum conſpiciunt in Divina? Nunc enim (ait Apoſtolus) videmus per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. O felix viſio! o deſiderata contemplatio! illam ſummam eſſentiam cernere in ſe ipſa, quæ omnis eſſe (d) cauſſa exiſtit: & illam potentiam quæ de nihilo tam magna produxit; & illam ſapientiam, quæ tam multa, tam pulchra, tanta varietate diſtinxit: & illam bonitatem benevolam, quæ univerſa perſiſtere facit. Quid hoc melius? Quid ſublimius? Unde Auguſtinus de viſione hoc refert Platonicum Philoſophum quendam (e) dixiſſe: Tam, inquit, delicata eſt viſio Divina, tantoque amore digniſſima, ut quicquid haberi poſſit, illa non habita, non faciat hominem beatum, ſed miſerum. (f) Vadant ergo miſeri homines laſcivi, filii diaboli, & tota die vana conſpiciant, politas mulierum facies advertant, & auro cupidorum incendantur; & ab illa viſione excellentiſſima ſe excludant, ut in futuro non Deum, ſed Dæmones videant; non gloriam inveniant, ſed perpetuas pœnas luant. Quæ enim eſt cauſſa, quod in ſenſibus nos ſuperant bruta? Certe nos capræ præcedunt in viſu: lupi nos ſuperant in olfactu: & araneæ, ut videtur, in tactu. Et quare creatura ſummæ nobilitatis in ſenſibus ſuperaris a brutis? Ut ſcias, quia tua bona non externa, ſed interna: non terrena, ſed ſuperna: non cum brutis in terra, ſed cum Angelis in cœlo quærenda. In ſenſibus ergo te ſuperant bruta, quia facta ſunt ad ſola ſenſibilium bona: (g) tu autem in ſenſibus deficis, ut per hoc doceris, ut ad bona rationis, quæ ſunt animæ intima, revertaris. Quiergo Deum videre deſiderat, ab exterioribus omnibus oculos avertat, & ad ſe redeat; nec in vanis beatitudinem ſui ipſius (h) quærat. Averte oculos meos, ne videant vanitatem, in via tua vivifica me (i); quia judicia tua jucunda.

Luc. 10. 23. Jo. 8. 56.

1. ad Cor. 13. 12.

Viſio beata quam felix.

Exempla brutorum hominum in ſenſibus ſuperantium, & quare.

Pſ. 118. 37. ac 39.

4. Secundo, Angeli vident Deum visione jucundiſſima (k). Quid enim valeret Deum videre, nec de viſione gaudere? Immo quomodo poſſet ſummum delectabile videri, & in eo non delectari? Si pulchritudo pantheræ ſic attrahit animalia ad ſe videndum; (l) ſi ſic delectat aſpectus hortorum, ſi ſic ſuavitas liliorum, roſarum, & violarum, ſi ſic amænitas agrorum florentium, ſi ſic pulchritudo ſtellarum; quantum credis delectat cernere ſummum bonum, pulchritudinem omnium ſæculo-

Angeli Deum videntes viſione jucundiſſima.

Auguſtinus L. 10. de Civit. Dei c. 16. Platonici cujuſdam Philoſophi dictum de Viſione Divina.

Exemplum Pantheræ ſua pulchritudine ad ſe animalia attrahentis, aliaque exempla rerum ſua pulchritudine delectantium.

Laſcivorum hominum increpatio.

(a) Edit. *tertio*.

(b) En ſuperlativorum repetitio apud D. Bona. uſitata.

(c) Edit. *quia*.

(d) *Eſſe*, id eſt, entis.

(e) Edit. *Platonem Philoſophum quædam*.

(f) Sic Serm. 1. de uno Martyr. in ord. 13. idemmet D. Bonaventura. Quis ſit autem ille quidam Philoſophus Platonicus, diſcimus ex Auguſt. ſupra cit. qui ait: *Illa viſio Dei tanta pulcritudinis viſio eſt, & tanto amore digniſſima, ut ſine hac quibuslibet aliis bonis prædituin atque abundantem, non dubitet Plotinus infeliciſſimum dicere.*

(g) Edit. *ad ſola ſenſibilibus bona*.

(h) Et. *ſuam ipſius*.

(i) Pariter in Quinc. Pſalter. a Jacobo Fabro Stapulen. prædicta verba exponuntur.

(k) Edit. *jucunda*.

(l) Sic in Edit. Sermonum de Sanctis Serm. 1. de S. Mar. Magdal. nec non Serm. 3. in ord. 42. de Sanctis in comm. ubi repetit, quod *omnia animalia currunt, ut videant pantheram; quia tota varia eſt, albis maculis ſuperpicta*; & ibi in marg. allegatur Hieron. Ego autem To. 11. Oper. omni. S. Hier. inter ejus Suppoſit. *Ad Præſidium de Cereo Paſchali*. Sic lego col. 159. „ Panther pardo ſimilis eſt, & eſt varii colo„ ris, & mitis. Si ſaturatus fuerit, tribus die„ bus dormit. Poſt tertium diem levat ſe, & „ clamat, & ſic odorem ſuavem emittit, & „ convocat omnes feras, quæ odore ducuntur „ &c. “ Si fides ergo ſit huic Scriptori, quicunque demum fuerit, non attrahit *Panther*, ſive *Panthera*, animalia colore, ſive pulchritudine, ſed odore; tametſi ex Solino ad id uterque conferat. Ceterum quod d. Scriptor teſtatur de odore (non de colore Pantheræ, neque de ejus pulchritudine) dicit quoque Ariſtoteles Lib. 9. de Hiſtor. animal. cap. 6. & in Problem. 4. Sect. 13. nec non Plutarch. de ſolertia animal. & Plin. Lib. 8. Hiſtor. natural. cap. 17.

Digitized by Google

lorum, & pulchritudinis omnis principium? Dulce lumen, & delectabile
Eccle 11. 7. eſt oculis videre ſolem. Et ſi ſic delectat creatum hunc reſpicere ſolem; quid delectationis putas illis eſſe, qui creantem intuentur ſolem? (*a*) Dicitur
Aquila delectatur Solem in rota conſpiciens. enim de aquila, quod tunc habet delectationem ſuam, quando ſolem conſpicit in rota (*b*): ergo quid eſt videre ſummam eſſentiam omnibus delectationibus plenam? Non enim abſque ſumma delectatione poteſt cerni Divina
1. *Petr.* 1. 8. eſſentia. Unde dicitur: Videntes (*c*) exultabitis lætitia inenarrabili; quia ad eam experiendam deficit omnis lingua. Si etiam (*d*) ſic delectat guſtum eſus carnium quadrupedum, avium, piſcium, & ſaporum; ſi ſic contactus carnalium rerum; ſi ſic auditus ſonori concentus, & olfactus ſuavis odoris: quid eſt deguſtare ſummum bonum, in quo eſt plenitudo omnium delectationum (*e*), pluſquam dicere ſufficiamus in infinitum? Deficiunt enim omnes linguæ a narratione ejus, propter magnitudinem eſſe ipſius. Nam tam magna, tam ampla, tam ſumma eſt illa dulcedo, ut eam non exprimat ullus ſermo. Unde
2. *ad Cor.* 12. 4. Apoſtolus ſemel illuc raptus, audivit arcana verba (*f*), quæ non licet homini loqui. Oculus non vidit Deus
Iſa. 64. 4. *ac* 1. *ad Cor.* 2. 9. abſque te, quæ præparaſti diligentibus
Pſ. 30. 20. (*g*) te. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te! Bernardus: Semel te
Bernardus. guſtavi, mi bone Jeſu, ſemel te guſtavi (*b*), & utinam millies mori poſſem, ut iterum te guſtarem. Utinam haberemus deſiderium Prophetæ dicentis:
Quemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum, ita deſiderat anima mea ad te Deus. (*i*) Sitivit anima mea ad Deum fontem (*k*) vivum; quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Sicut cervus nunquam eſt ita laſſus, quin a guſtu aquæ tranſitu reparetur; ſic nulla homini tribulatio gravis eſſet, qui illius ſummi boni ſtillulam deguſtaret. Pereant ergo filii Belial, quos ſolum nunc vana delectant, ut a delectatione perpetuo ſe excludant. Nos ergo qui credimus videre bona Domini in terra viventium, fugiamus hunc vanum guſtum, vanum aſpectum, vanum auditum, & vanum olfactum, & omnem delectabilem ſenſum. Nam in Job dicitur: Videbit (*l*) faciem ejus in jubilo. Eſt autem jubilus quædam cordis lætitia (ut Gregorius dicit), & ineffabile mentis gaudium, quod non abſcondi, non ſermonibus aperiri poteſt; ſed tamen quibuſdam motibus aperitur, licet nullis proprietatibus exprimatur (*m*). Exemplum de cane leporario, qui dum invenit veſtigia leporis, tantam lætitiam concipit, ut a quibuſdam vocibus imperfectis abſtinere non poſſit.

Pſ. 41. 2. *ac ſeq.*

Exemplum cervi ſitientis aquam.

Pſ. 26. 13.

Job. 33. 26.

Gregorius Moral. L. 8. *c.* 52. *n.* 88. L. 24. *c.* 6. *n.* 10. L. 38. *c.* 25. *n.* 35.

Exemplum canis leporarii.

5. Tertio Angeli vident Deum viſione pleniſſima. Si enim, ut tactum eſt, illud bonum plenum non eſſet, ita quod in ullo bono omnino deficeret, ſummum non eſſet; nec Angelicum appetitum ex toto perficeret, cum ſemper majus bonum appetere poſſet. Neceſſe eſt ergo, ut illud ſit pleniſſimum bonum, ut majus excogitari non poſſit. Unde Dominus dixit ad Moyſen: Ego oſtendam tibi omne bonum,

Angeli Deum videntes viſione pleniſſima.

Exo. 33. 19.

id

(*a*) Expoſit. in Eccleſiaſten ibi, „ *Dulce lumen*, „ ad aſpiciendum. De hac dulcedine: Quam „ magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine. „ *Et delectabile eſt oculis meis videre ſolem*, il„ lum ſolem, de quo dicitur: Orietur vobis „ timentibus Deum ſol juſtitiæ. Hunc ſolem „ delectabile eſt videre, in quem deſiderant An„ geli proſpicere &c.

(*b*) Vid. infra Ser. 13. num. 4.

(*c*) Vulg. *credentes*; heic autem dicit *videntes*; quia *credentibus*, ſive fidei, ſuccedit viſio, ex qua oritur *lætitia inenarrabilis, & glorificata*.

(*d*) Edit. *enim*.

(*e*) *Ibi enim oculus videbit decorem ſpecioſiſſimum, guſtus ſentiet ſaporem dulciſſimum, olfactus odorabit odorem ſuaviſſimum, tactus amplexabitur objectum delicatiſſimum, auditus immutabitur per ſonum jucundiſſimum*, Cap. 4. Soliloq. Vide ſis & cap. 4. Itinor. ment. in Deum.

(*f*) Edit. *vidit arcana Dei*.

(*g*) Vulg. Iſa. ibi *expectantibus*, & Vulg. 1. ad Cor. ibi *iis qui diligunt*, & *iis qui diligunt* etiam infra ſeq. num. 5.; ſed *diligentibus* etiam alibi idemmet S. Bona.

(*h*) De hujuſmodi *guſtu* ex eodem Bernardo plura Phar. Lib. 3. cap. 29. ac etiam Soliloq. cap. 2. & 4.

(*i*) Cap. 3. Incend. ſive incentivi amor. ubi de *concupiſcentia inflammante propter Sponſi dulcedinem*, nec non Comment. in Apocal. cap. 7. ſub ver. 17.

(*k*) Vulg. *fortem*; ſed *fontem*. vide ſupra Tract. de Vit. Myſt. col. 72. num. 45. not. o.

(*l*) Edit. *videbitis*.

(*m*) Edit. *quædam indicibilis lætitia* (ut Gregorius dicit) *mentis, quæ non poteſt lingua exprimi, nec ex toto videri*; ſed ut ſupra cit. S. Gregor. atque ex eo ipſemet S. Bonav. Soliloq. cap. 2. ubi in hanc rem & Bernardum allegat.

Digitized by Google

id est, perfectum bonum. Et quid est perfectum bonum, nisi bonum consummatum, cui non potest fieri additamentum (a)? Unde Apostolus: Nec oculus vidit, (b) nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, (c) quæ Deus præparavit iis, qui diligunt illum. Quasi dicat; Tam ampla, tam alta, tam innumera sunt illa bona, ut omnem excedant humanum intuitum, humanum auditum, & omnem animi cogitatum. Quare concludere licet, quod illud bonum tantum est, quod majus esse non potest (d). Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ (e), & torrente voluptatis tuæ potabis eos: Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen (f). Fons ideo dicitur, quia fons habet abundantiam aquarum, ut sit principium fluviorum; & cum ex plenitudine aquas tenere non possit, eas ad remotissima quæque loca diffundit. Quare tanta est illa gloria, ut redundet in corpora, & sint ipsa plurimum glorioſa. (g) Sed ista filii damnationis æternæ non credunt, quia ea oculis videre non possunt; quæ tamen si videri oculis carnis possent, tam ampla bona esse nequirent: cum finitum necessario constet esse, quidquid oculis carnis videtur. Attendant tamen oculo rationis, quæ dicturus sum; nam ex duabus substantiis constat, quod immortalis supra modum excedat mortalem: cum absque anima corpus humanum non vivat, non sentiat; sed solum vermibus pateat, nimis fœteat, & cito marcescat.

1. ad Cor. 2. 9.

Ps. 35. 9. 40 seq.

Ex redundantia gloriæ Beatorum fient eorum corpora glorioſa.

Deus quanta bona fecerit propter carnem.

6. Quod cum ita esse certa experientia retineatur, quis neget, majora bona animæ esse parata, quam carni? Sed vide, quanta bona Deus fecerit propter carnem. Et primo considera, quid Deus primo fecit in carne propter carnem, seu quid fecit in mundo pro corpore. Considera igitur corpus tuum, in quo posuit intestina servientia ventri; quot sint illæ venæ deservientes hepati; quot arteriæ, sive pulsatiles, primo capiti, & deinde toti corpori. Item considera, quanta cura Deus posuit spiritum vitalem in corpore, naturalem in hepate, & animalem in capite. Item ut quid est homini data virtus appetitiva, virtus digestiva, virtus expulsiva, virtus conversiva, virtus assimilativa, virtus augmentativa, & virtus generativa. Item considera, quid Deus fecit in generali, & in speciali propter corpus humanum, propter corporis tactum, propter visum, propter auditum, propter olfactum, & etiam propter gustum. Nam propter corpus in generali fecit rotundum mundum, multa scilicet corpora cœlorum, multa corpora stellarum, corpora quatuor elementorum, diversa genera metallorum, lapidum pretiosiorum. Item propter tactum diversa genera calidorum, frigidorum, mollium, & durorum, innumerabilium talium. Item propter auditum tam varia genera vocum, sonorum, & cantuum. Item propter gustum, & olfactum, tam varia genera saporum, ciborum, granorum, plantarum, & fructuum, carnium animalium diversorum, gressibilium, volatilium, & aquatilium, rerumque odore fragrantium. Item præter hæc omnia tam diversa genera lanarum, vestimentorum, calceamentorum, lectorum, unguentorum, electuariorum, & remediorum innumerabilium contra morbos. Ergo si Deus tanta contulit corpori moriturœ, quæ daturus est animæ semper victuræ ad imaginem ejus factæ (h) Item si omnia supradicta suis exhibet inimicis, quanta largiturus est filiis, & amicis? Sed attende: qui ad suum non vult venire regnum, demergendus est in infernum; ubi nihil sentiet, nisi tormentum; nihil videbit, nisi supplicium; nihil audiet, nisi fletum, & stridorem dentium; nihil olfaciet, nisi fœtorem mortiferum; nihil tanget, nisi summe calidum, vel frigidum, & penitus afflictivum; & ut cum fame ac siti

(a) Sic sparsim Itiner. ment. in Deum cap. 5. nec non infra Serm. 4. de B. V. M. num. 1.
(b) Vulg. *quod oculus non vidit.*
(c) Vulg. *ascendit*; sed *ascenderunt* etiam S. Bernardus De Diversis Serm. 41. num. 13.
(d) Sic d. cap. 5. ejusd. Itinerar.
(e) Edit. *meæ.*
(f) In ead. Edit. omnia quæ sequuntur omnino desunt.
(g) Soliloq. cap 4. idemmet S. Bona. *Tam potentem tunc faciet Deus animam, quod ex ejus beatitudine plenissima redundabit in corpus, ex qua redundantia habebit vigorem impassibilitatis, splendorem claritatis, aptitudinem subtilitatis, promptitudinem agilitatis.*
(h) Sic repetit vò *item* in Libris Senten-

Digitized by Google

siti deficiat, nihil omnino habebit, quod comedat, sive bibat.

Angeli Deum videntes visione securissima.

7. Quarto Angeli vident Deum visione securissima, sive summe pacifica, & æterna. Quid enim valeret, si adesset visionis serenitas, & serenitati jucunditas, jucunditati vero adesset satietas; si non adesset beatitudinis securitas? Nam quanto aliquis majus bonum possidet, tanto plus dolere necesse est, si perdere illud timet; & ideo felix esse non potest (*a*). Poeta:

> Nam venit ex sola prosperitate dolor (*b*).

Qui enim ab alto ceciderit, tanto fortius gemit, & dolet, quanto a loco altiori corruerit. (*c*) Ergo si felices esse volumus, necesse habemus, ut securi simus. Visio ergo illa sicut est aperta, jucunda, & plena; sic est æterna, & Isa. 33. 20. secura. Unde dicitur in Isaia: Videbunt Jerusalem Civitatem (*d*) opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri potest. Sed quod transferri non potest, æternum est; ergo Civitas illa summam habet securitatem. Unde Jud. 18. 10. Judicum decimo octavo: Introbimus ad securos, in regionem latissimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei est penuria. Et in Isaia etiam dicitur: Sedebit populus meus in Isa. 32. 18. pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. (*e*) Sed de filiis damnatorum, qui expulsi sunt a visione serena, semper erunt in tenebris; excluſi a visione jucunda, semper erunt in tormentis; excluſi a visione plena, semper erunt in omnibus malis; & excluſi a visione secura, semper affligentur timore pœnarum innumerabilium. Rogemus &c. (*f*)

SERMO QUARTUS.

De B. M. V.

1. *Ave gratia plena, Dominus tecum.* Luc. 1. 18. Perfecto (teste Philosopho) nulla possibilis est fieri additio. Non enim perfectum est, cui aliquid adjici potest (*g*). Quomodo enim dici potest domus perfecta, quamdiu restat aliquid faciendum in ea? Cum ergo Dei perfecta sint opera; necesse est dicere, quod omne genus creaturæ, quantumcunque vile, habeat suum esse perfectum: dum tamen habeat, quod ipsam decet habere, ut nihil omnino ei sit addere, vel ab eo detrahere. Immo si ei aliquid adderes (*h*), genus rei mutares (*i*): quia si omni generi aliquid addi posset, nihil a Deo perfectum factum esset; quare nec summe perfectus Opifex ex opere appareret. Nam Philosophus & Augustinus (*k*) docent, universum adeo esse perfectum, ut in nullo sit penitus diminutum, nec possit additamentum ei fieri ullum; non quia non posset Omnipotens addere (*l*), cum sit infinitæ potentiæ; sed quia creatura non potest ultra capere, quæ eo ipso quod creatura, est a Deo creata in numero, Sap. 11. 21.

Arist. de cœlo text. 4. Perfecto non potest fieri additio. Deut. 32. 4.

Arist. & Augustinus L. 3. de lib. arb. c. 5. n. 13.

(*a*) Nanque *securitas deest* (itidem ait idem S. Bona. Serm. 7. de SS. Apost.) *sine qua nullum bonum perfectum est* ..... Unde exclamat Boetius (de Consolat. Phil. Lib. 2. Prosa 5.) *O præclara hominum beatitudo, quam cum adeptus fueris, securus esse desistis.*

(*b*) Vel *timor*. Allegatur ab ipsomet D. Bona. Serm. 5. in ord. 22. de plur. SS. Martyr. ubi addit ad fin. illud Boet. de Consolat. Philosoph. Lib. 2. Prosa 4. in princ. quod *infelicissimum genus fortunæ est fuisse felicem*. Quadrat quoque illud ejusdem Boet. de eod. Consolat. ibi prosa 8. apud ipsum D. Bona. Serm. 1. de plur. SS. Confess. in ord. 28. *Magis timenda est fortuna prospera, quam adversa*.

(*c*) Cit. Serm. 7. de SS. Apost. *Quomodo honores beatum facere possunt, qui quanto hominem ad altiora sustollunt, tanto ei majus præcipitium ingerunt? Quanto enim gradus est altior; tanto casus declivior. Unde ascendere non est aliud, quam sibi præcipitium præparare; & tanto magis, quanto ascendit sublimius*.

(*d*) Vulg. *habitationem*; sed *civitatem* etiam duo nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40.

(*e*) Vide sis D. ipsum Bona. cap. 4. Soliloq. consone ad prædicta loquentem.

(*f*) Clausula certiorum S. Bonaventuræ Sermonum.

(*g*) Supra serm. 3. num. 5. Vid. D. Bona. in 3. Dist. 34. Art. 1. Q. 3. ad opp. 2. & ad argum. 2. ex eodem Philosopho.

(*h*) Scilicet *quantum ad essentiarum nobilitatem, & gradus*, 1. Dist. 44. Art. 1. Q. 1. in concl.

(*i*) Ibi sic declarat, quoad *essentiarum nobilitatem, & gradus quod idem mundus qui est nunc, non potuit fieri melior; quia non esset iste, sed alius. Sicut si iste qui factus est homo, fuisset factus Angelus, non esset ille qui est*.

(*k*) Sic ibi citatur Augustinus.

(*l*) Ibi: *Quantum ad magnitudinem partium, & virtutem; non tamen quantum ad essentiarum nobilitatem majorem. Sic* (*quantum ad esse prout concernit additionem sive augmentum*) *dicitur, quod marca auri melior est uncia; non quia nobiliorem habet formam, vel essentiam, sed quia plus habet de auri substantia, ac per hoc de bonitate & valore*.

Digitized by Google

pondere, & mensura. (a) Unde in lib. de Anima dicitur, quod omnium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti. Si enim creatura semper majoris boni, quam habet, capax esset, nunquam statum in ascendendo haberet, & sic nunquam perfecta esset; quia ad majus bonum semper aspiraret. Ut ergo opera Divina in suis generibus essent perfecta, creaturis omnibus est certa præfixa mensura, quam transgredi non est possibile in natura. Unde videmus, quod plantæ, & alia animalia, rectam habent in crescendo mensuram. Cum igitur in qualibet creatura hoc sit; rationalis tamen natura omnium naturarum dignissima est, eo quod sit ad beatitudinem ordinata, & inter omnium creaturarum genera summe perfecta: propter quam cætera sunt facta, ut habetur in Physica, & omnis attestatur Scriptura Divina.

Arist. L. 6. Physic. text. 91.

Rationalis natura, omnium naturarum dignissima, utpote ad beatitudinem ordinata.

Arist. L. 7. Physic. text. 24.

2. Sed notandum est, quod ad perfectionem (b) cujuslibet generis creaturæ requiritur, ut varientur individua, & ut se habeant in omnibus tanquam excedentia & excessa; quia si omnia essent æqualia, frustra essent omnia. Si enim essent (c) Sol in natura omnia cœli sidera, ubi Luna, ubi cætera luminaria efficaciæ tam diversæ? (d) Si omnes homines essent Reges, ubi servientes, & quibus imperarent? Nullus ergo Rex esset, si omnes homines essent æquales. Item si in corpore nostro omnia membra oculus essent; ubi esset auditus? ubi olfactus? ubi tactus? Et si hoc, ubi corpus? Si ergo omnia membra essent oculus; nullum esset humanum corpus. Differunt ergo humani generis individua, ut esse possint

Quid ad perfectionem cujuslibet generis creaturæ requiratur.

omnia, non solum inter se differentia, & gradus suscipere in natura; sed etiam in gratia, & ceteris singulis Dei donis (e); ita tamen ut in uno (f) aliquo conveniant omnia, quæ per partes in cæteris sunt divisa. Unde secundum Philosophum ille est optimus equus, qui omnia illa habet, quæ illi generi (g) sunt competentia. Unde dicit, quod si optimus equus melior est optimo asino; equus simpliciter est melior asino. (h) Cum igitur summum individuum in humana natura sit mundi Regina, in qua omnia simul conveniunt Dei dona, quæ per partes sunt aliis Sanctis distributa; ideo ipsa inter puras creaturas est in summo creaturæ perfecta, & in nullo penitus diminuta. Unde Hieron. Cæteris Sanctis per partes data est gratia: sed in Maria tota se infudit gratiæ plenitudo, (i) Ex auctoritatibus Anselmi, (k) & Bernardi patet aperte, quod tanta fuit in ea gratia, tantaque sapientia; ut in creatura non unita Divinitati major non possit intelligi. Quid magis potuit percipere creatura, quam Deum habere filium sibi subjectum? (l) Nonne hoc admirabilissimum, valdeque stupendum, intra creaturas vix contentum? Unde Bernardus: Mirare utrumlibet, & elige quod amplius mireris: sive Filii benignissimam dignationem, sive Matris excellentissimam dignitatem. Utrinque, inquit, stupor; utrinque miraculum. Et quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas sine exemplo: & quod Deo fœmina principetur, sublimitas sine fucio. Unde & in alio loco dicit: Mariam in Cœlo super omnia exaltatam, & in throno Dei quodam modo collocatam, Angeli omnes & Sancti laudibus

Arist. Moral. Nichomach. L. 2. c. 6.

In B. M. V. mundi Regina omnia simul Dei dona conveniunt, aliis Sanctis per partes distributa.

Hieronymus vel quisquis alius Auctor fuerit Ser. de Assumpt. B. M. V. ad Paulam & Eustochium cap. 5. Tom. 11. col. 96. novissim. Edit. Veron.
Anselmus L. de concept. Virginali & peccato orig. c. 18.

Bernardus Dom. infra oct. Assumpt. B. M. V. Serm. de 12. prærogat. ejus. ex ver. Apoc. Signum magnum apparuit in cœlo &c. num. 3.
Idem Hom. 1. super missus est num. 7.
Idem Ser. 1. in Assumpt. B. M. V. n. 1. ac seqq.

(a) Confer inibi dicta a Sancto Doctore in respons. ad 3. ac dicta ex Platone in Timæo ibi Q. 2. ad opp. 2. & in resp. ad 2.

(b) Edit. *perfectum*.

(c) Edit. *esset*.

(d) Edit. *& efficacia tam diversa?* Porro D. Bona. similiter differit in 1. loc. cit. inquiens: *Si cogites, quod Deus fecisset Lunam ita lucidam ut est Sol, vel Terram sicut Cœlum, non rationabiliter cogitas, quia perimis universum; non enim essent omnia, si essent æqualia* &c. Sic S. Aug. L. QQ. 83. Q. 41. Quare Deus non fecerit omnia æqualia? ait: *Quia non essent omnia, si essent æqualia: non enim essent multa rerum genera, quibus conficitur universitas, primas & secundas, & deinceps usque ad ultimas, ordinatas habens creaturas: & hoc est quod dicitur, omnia.*

(e) Edit. *cetera singula Dei dona*.

(f) Edit. *in vano*.

(g) Vel *speciei*.

(h) *Sic dicitur quod species hominis melior est & nobilior specie asini*, in 1. ibi.

(i) Sic apud ipsum D. Bona. etiam Serm. 3. de B. M. V. Huc pariter spectant illa verba laudati Auctoris ibi: *Etsi in Sanctis Patribus, & Prophetis gratia fuisse creditur; non tamen eatenus plena: In Mariam vero totius gratiæ, quæ in Christo est, plenitudo venit.*

(k) Ita in 1. Dist. 44. Dub. 3. ac 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. Breviloq. par. 3. cap. 7. ad fin. nec non Lib. 1. Phar. cap. 5.

(l) In 1. ibi.

Digitized by Google

bus honorant dignissimis (a). Propter hanc ergo perfectionem summam: *Ave gratia plena*. In quibus verbis est summa ejus perfectio designata; nam summa perfectio in duobus consistit, scilicet in amotione omnis mali, & in plenitudine omnis boni: nec præsentia omnis boni absque carentia (b) omnis mali potest facere pleno beatum.

Summa perfectio in duobus consistit.

3. Ut igitur nihil in Domina nostra perfectionis deesset, describitur primo, per omnis mali absentiam, cum dicitur *ave*, quod est dicere sine væ. (c) Secundo, per omnis boni præsentiam, cum infertur: *gratia plena*. Cum enim vas dicimus esse plenum, quando in eo nihil manet vacuum, sed foras spargitur quicquid illi fuerit superfusum (d); dicamus igitur: *Ave gratia plena*. Est igitur hic notandum, quod licet Domina nostra fuerit omni gratia plena & superfusa; quadruplicem tamen habuit gratiam specialiter. Nam primo fuit plena gratia expurgante (e) in sua sanctificatione. Secundo gratia fœcundante in Dei Filii conceptione. Tertio gratia decorante in sua conversatione. Quarto gratia consummante in sua glorificatione. Ut sic esset in ea gratia purgativa contra turpitudinem culpæ; gratia fœcundativa propter conceptionem integritatis virgineæ; gratia decorativa propter pulchritudinem vitæ; & ulterius gratia completiva propter eminentiam gloriæ tam in anima, quam in corpore (f).

Divisio thematis.

Ave, id est, sine væ.

Distinctio quadruplicis gratiæ specialis, ejusque declaratio.

4. Dicamus ergo primo, quod Domina nostra fuit plena gratia expurgante in sua sanctificatione contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxit ex infectione naturæ; solus enim Filius Virginis ab originali fuit culpa immunis: credendum est tamen, quod in hac culpa per horam non extitit; sed mox ut animata fuit, gratiam expurgantem accepit. (g) Et de hoc potest exponi illud Ecclesiastici: Gratia super gratiam (expurgantem) mulier sancta & pudorata. Mulier sancta & pudica fuit Virgo Maria, quæ non solum habuit gratiam cunctis communem; sed super hanc habuit gratiam sanctificantem, ut non solum in conversatione, sed etiam fuerit sancta in ventre. Bernardus: Fuit procul dubio (h) mater Domini ante sancta, quam nata. Puto, inquit, quod

B. V. M. plena gratia expurgante.

Eccli 26. 19.

Bernardus Epist. 174. n. 5.

(a) Ibi quoad sensum.

(b) Vox scholastica, qua sæpe utitur D. Bonaventura.

(c) De hoc *væ* Exposit. brevio. in Ps. 118.

Væ mihi nascenti, væ nato, væ morienti.
Væ mihi, quod sine væ non vivit filius Evæ.

(d) Edit. *superfluum*.

(e) Edit. *præveniente*; sed *expurgante* est secundum ipsum D. Bona. Par. 4. de Eccl. Hierarch. cap. 7. ac 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. atque alibi quoque.

(f) Edit. *Nam primo, plena fuit Domina gratia præveniente in sua sanctificatione, gratia præservativa contra turpitudinem culpæ. Secundo, gratia fœcundante in Filii Dei conceptione, gratia fœcundativa propter conceptum integritatis virgineæ. Tertio, gratia decorante in sua conversatione, gratia decorativa propter pulchritudinem vitæ. Quarto, gratia consummante in sua glorificatione, & ulterius gratia completiva, propter eminentiam gloriæ tam in anima, quam in corpore.*

(g) Edit. *Dico primo, quod Domina nostra fuit plena gratia præveniente in sua sanctificatione, gratia scilicet præservativa contra fœditatem originalis culpæ, quam contraxisset ex corruptione naturæ; nisi speciali gratia præventa, præservataque fuisset. Solus enim Filius Virginis fuit ab originali culpa immunis, & ipsa Mater ejus Virgo. Credendum est enim quod novo sanctificationis genere in ejus conceptionis primordio Spiritus sanctus eam a peccato originali (non quod infuit, sed quod infuisset) redemit, atque singulari gratia præservavit.* Contra hanc lectionem est sequens ejusdem Edit. Scholion „ Bea„ tam Virginem fuisse in peccato originali con„ ceptam cum B. Bernardo, cum S. Thoma, „ & cum aliis, B. Bonaventura in Lib. 3. Sent. „ Dist. 3. Quæst. 1. & 2. omnino tuetur. Hinc „ Serm. hunc B. Bonaventuræ non esse, om„ nino fatendum est; cum multis aliis in locis „ opinionem in Lib. 3. Sentent. affirmatam „ omnino & constanter defendat. " Stante ergo lectione, quam supra dedimus secundum antiquiorem Cod. Assisien. amplius dubitandum haud est, quin hic sit genuinus ejusdem D. Bona. Sermo. Sic autem tunc opinari licuit, ac prædicare; non ita vero nunc, post indictum universale Conceptionis Festum, post plures Romanorum Pontificum Constitutiones piæ sententiæ impense faventes, post communissimam piorum Fidelium persuasionem eidem adhærentem, postque moralem, quam nunc habemus, non errandi in praxi certitudinem &c. Et cur rogo, illam D. Bona. tunc opinionem magis probavit, nisi quia, ut ipse loquitur ibi Art. 1. Q. 1. in concl. *Sancti Patres, qui alias Solemnitates Virginis Spiritu sancto docente statuerunt, qui etiam magni amatores, & veneratores beatæ Virginis fuerunt, Conceptionem Virginis solemnizare non docuerunt*; & quia tunc ibi Q. 2. in concl. erat ille *modus dicendi communior, & rationabilior, & securior*? Atqui nunc sic *solemnizare docemur*, nuncque evasit contrarius *modus dicendi communior, & rationabilior, & securior*; ergo &c.

(h) Edit. *profecto*; sed *procul dubio* vel apud ipsum Bona. L. 1. Phar. cap. 5. ac cit. Lib. 3. Senten. ibi Q. 1. in Fundam. ab init.

Digitized by Google

copiosius munus gratiæ in eam descenderit, quæ ejus non solum sanctificaret ortum, sed eam deinceps ab omni peccato custodiret immunem (a). In quo Jeremiam Prophetam, Joannem Baptistam, & omnes sanctificatos in ventre præcessit; (b) quia nulli unquam peccato actuali (c) obnoxia fuit. Augustinus: Cum de peccatis agitur, nullam prorsus (d) de Matre Domini volo habere quæstionem: (e) qua sola excepta, si omnes Sancti simul & omnes Sanctæ jungerentur in unum, nihil aliud respondere possent, nisi quod dicitur: Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus (f), & veritas in nobis non est. Unde ipsa sola de omnibus potuit dicere illud: Non (g) reprehendit me cor meum in omni vita mea. In hoc dono, Fratres, eam imitari non possumus; quia sicut in peccato concipimur, ita & nascimur: sed in hoc considerare debemus, qui tam mundum præservavit Virginis uterum, non fœdum, sed mundum requirit habitaculum: Domum tuam Domine decet sanctitudo. Domus Dei est noster animus, qui debet esse per omnia mundus, & sanctus, ne nobis dicatur: Domus mea domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum. Quis enim tam rusticanus (h), qui non mundaret domum suam, si sciret Regem Romanorum ad se in domum esse venturum? Valde enim turpe est, quod apes tam parvæ, carne & sanguine quasi nullæ, ab omni suas domunculas mundant sorde, nec ullum sine morte possunt pati fœtorem: & homo creaturarum omnium Dominus, non verecundatur fieri totus fœtidus, cum tamen inhabitator ejus sit Deus. Nam & passeres, & hirundines parvæ aves, omnes fœces de suis nidis ejiciunt, & filios efficere instruunt. Sed quidam nostrum sunt scabronibus (i) similes, qui odorifera fugiunt, & in fœcibus bovinis se totaliter (k) involvunt. Unde de eis potest illud dici: Computruerunt (l) jumenta in stercore suo. Homines dicuntur jumenta, dum rationali relicta natura, fiunt similes brutis: propter quod Psalm. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis.

5. Secundo, Domina nostra fuit plena gratia fœcundante in Filii sui conceptione. Unde ei ab Angelo dictum est: Ne timeas Maria; invenisti enim gratiam apud Deum: ecce concipies, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Jesum. O quam magnum, quam altum præconium, quanta utique laude dignum! quod simul & semel Dei esset Mater, & Filia, & Ancilla, Virgo, & Fœcunda. Quis unquam audivit tale? Et quis (m) vidit huic simile? (n) Verum propter hanc gratiam facta est Deo intima, & amicissima supra omnem creaturam. Unde de Esther dictum est in figura, quæ interpretatur præparata: (o) & hujus Virginis fuit persona signativa: Ducta (p) est Esther ad cubiculum Regis Assueri, & adamavit eam Rex plusquam (q) omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite ejus (r). Quid hoc sublimius? Quid glorioſius? Mundi totius Domina facta est & Regina. Hæc enim est,

Augustinus L. de nat. & grat. c. 36.

1. Jo. 1. 8.

Job 27. 6.

Ps. 92. 5.

Domus Dei est noster animus.

Luc. 19. 46.

Exemplum apum.

Plinius L. 11. c. 10.

Exempla passerum & hirundinum.

Similitudo scabronum.

Joel 1. 17.

Homines peccatores jumentis similes.

Ps. 48. 21.

B. V. M. plena gratia fœcundante.

Luc. 1. 30. & seqq.

Isa. 66. 8.

Esther, id est, præparata.

Esth. 2. 16. & seq.

(a) Sic ex eodem Bernar. ibi Art. 2. Q. 1. in Fundam. Sed Edit. *quod tanta gratia sanctificationis in eam descenderit, quod non solum ejus sanctificaverit ortum, sed deinceps ab omni peccato servavit* (leg. servarit) *immunem*.

(b) Ibi Art. 1. Q. 3. Fundam. & in Concl.

(c) Edit. caret *actuali*; sed habetur ib. Ar. 2. q. 1. in concl.

(d) Edit. non habet *prorsus*, sed est in allegatione *Augustini de natura & gratia* cit. Art. 2. Q. 1. in Fundam. ab init.

(e) Ibi loco eorum quæ supra sequuntur, hæc subduntur ex eodem August. *Inde enim scimus, quod ei plus gratiæ sit collatum ad vincendum omni ex parte peccatum, quod promeruit parere eum, quem constat nullum habuisse peccatum*.

(f) Vulg. *quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus*, sed ut supra idem ipse D. Bona. 3. Dist. 3. Dub. 5. nec non Magister in lit. Vide quoque ibi Par. 1. Art. 2. Q. 1. ad 3.

(g) Vulg. *neque*.

(h) Edit. *rusticalis*.

(i) Sive *scarabeis*, in Supplemen. antiquarii Jani Laurenbergii.

(k) Hoc quoque scholasticum adverbium sæpe adhibet D. Bona.

(l) Edit. *putruerunt*.

(m) Edit. *tale quid? Quis &c.*

(n) Sic Exposit. in cap. 1. S. Luc. ibi.

(o) *Hesler præparata in tempore* dicitur etiam in Ind. Nom. Hebraic. ad fin. membr. nostri MS. Cod. Bernardin. Sacror. Biblior. n. 40.

(p) Edit. *introducta*.

(q) Edit. *super*.

(r) Sic cit. Exposit. in cap. 1. Luc. ibi.

Digitized by Google

Apocal. 12. 1. eſt, ut dicitur, Mulier illa amicta ſole, & Luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona ſtellarum duodecim. (*a*) Unde Bernardus dicit de ea: Quam familiaris es facta Chriſto, o Domina! Quam proxima, immo quam intima fieri meruiſti! Quantam inveniſti gratiam apud eum! In te manet, & tu in eo: & veſtis eum (*b*), & veſtiris ab eo. Veſtis eum ſubſtantia carnis, & veſtit ille te gloria ſuæ majeſtatis. In hac tam ſublimi gratia, ſi non ſit Domina imitanda; eſt tamen omni hora benedicenda, & prædicanda, & laudanda, & in noſtrum auxilium invocanda. In omnibus preſſuris reſpice ſtellam maris, voca & clama Mariam: (*c*) quia ipſa eſt, quæ dat in mari viam, & inter fluctus firmiſſimam ſemitam. Ipſa eſt enim anchora, qua navis in mari firmatur, qua homo a tentationum fluctibus liberatur. Ille ſolus ab ejus abſtineat laudibus, qui eam in tribulatione invocans, non fuerit exauditus.

Bernardus Ser. Dom. infra Oct. Aſſumpt. B. M. V. ſuper illud Apocal. Signum magnum &c. n. 6.

Cohortatio ad laudes B. M. V.

Idem ſuper Miſſus eſt Hom. 2. n. 17.

6. Tertio, Domina noſtra fuit plena gratia decorante in omni ſua converſatione. Unde in figura ipſius dicitur: Erat formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omnium oculis gratioſa & amabilis videbatur. Hæc eſt illa Rebecca, de qua dicitur: Puella decora nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. Unde ei dicitur: Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Tota dicit, quia in carne, & in mente, pulcherrima fuit; ut nunquam ſibi ſimilis fuerit. (*d*) Unde Bernardus, ſuper illo verbo: Tota pulchra es, ait: Ex integro pulchra. Facie ſc. (*e*) pulcherrima, mente integerrima, & ſpiritu ſanctiſſima. Hieron. (*f*) Si diligentius inſpicias, nihil eſt omnino virtutis, nihil ſpecioſitatis, nihil candoris & gloriæ, quod non ex ea reſplendeat. Erat enim multis candidata meritorum virtutibus, & dealbata nive candidior Spiritus ſancti muneribus (*g*), ſimplicitatem columbæ (*b*) in omnibus repræſentans. Ex hac enim multa pulchritudine vitæ, virtutem habuit adamantis: quia ſicut adamas ad ſe ferrum trahit; ſic Virgo ſancta ad ſe deduxit de ſupernis Verbum Dei. Unde Bern. Virgo regia, gemmis ornata virtutum, geminoque mentis & corporis candore præfulgida, & decore, ſpecie ſua, & pulchritudine in cœleſtibus cognita; cœleſtium civium in ſe provocavit affectum, & aſpectum: ita ut Regis animum ad ſe inclinaret, & cœleſtem nuntium ad ſe de ſupernis educeret. In hac igitur tantæ converſationis gratia, etſi eam ex toto imitari non poſſumus, debemus tamen eam ſequi, quantum valemus; ut eum ea habere laboremus mentis & corporis caſtitatem, mentis humilitatem, Dei & proximi caritatem, in adverſis patientiæ firmitatem, & perſeverantiæ in bonis longanimitatem. Nam & Bern. dicit: Si vis in adverſis ejus impetrare ſuffragium, vide ne deſeras converſationis exemplum. (*i*) Sed multi ſunt ſimiles porcis: potius inveniri volunt in luto, quam in domo; & potius in loco fœtido & lutoſo, quam in floribus & locis odoribus plenis.

B. V. M. plena gratia decorante. *Eſth.* 2. 15.

Gen. 24. 16.

Cant. 4. 7.

Bernardus, ſive Gilebertus Ab. in Cant. Serm. 29. n. 1.

Hieronymus, ſive alius Auctor Ser. de Aſſumpt. B. M. V. c. 16.

Idem ibi c. 9.

Virtus adamantis.

Bernardus Hom. 2. ſuper Miſſus eſt n. 2.

Mores ſanctiſſimi B. M. V. imitandi.

Bernardus cit. Hom. 2. n. 17.

Multi porcis ſimiles.

7. Quarto, Domina noſtra habuit gratiam conſummantem in ſua corporis & animæ glorificatione. Nihil eſt enim gloria, quam gratia conſummata. Unde de hoc poteſt exponi illud: Mulier gratioſa inveniet gloriam. Et licet ſit omnibus hoc commune, Domina tamen noſtra ſicut omnes puras creaturas præceſſit in gratia; ſic & præcedit in gloria. Quare neceſſe eſt, (*k*) ut qui vult a Deo gratiam impetrare, ad hanc mediatricem (*l*) accedat devotiſſimo corde; quia cum

B. V. M. plena gratia conſummante.

Prov. 11. 6.

(*a*) *Exponi poſſe de Virgine Maria*, inquit etiam in Comment. Apocal. ad eundem textum, nec non par. 4. de Eccl. Hierarch. cap. 7. &c.

(*b*) Edit. *Quam familiaris es Chriſto o Domina, quam illi proxima, quantam gratiam apud eum inveniſti; ut maneret in te, & tu in ipſo, veſtis eum &c.*

(*c*) Confer cætera quæ ex Bernar. loc. cit. producit Lib. 1. Phar. cap. 5.

(*d*) 3. Diſt. 3. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in Fundam. *De nulla alia anima poteſt dici: TOTA PULCHRA ES AMICA MEA &c., congruentius, quam de beata Virgine Maria.* Vid. Tract. de Vir. Myſt. cap. 17. num. 56.

(*e*) Edit. *ait: Facie quidem.*

(*f*) Romani Editores nullam heic ad Bernard. & Hier. in margine allegationem fecerunt.

(*g*) Edit. ſine *Spiritus ſancti muneribus.*

(*b*) Edit. *columbinam.*

(*i*) Lib. 1. Phar. cap. 5. ex eodem Bern. ibi.

(*k*) Heic D. Bonav. videtur ſentire non tantum pium & utile, ſed & quodammodo neceſſarium invocare Dei Matrem, quam tamen neceſſitatem malim ego late interpretari.

(*l*) De *Maria mediatrice ad Mediatorem* S. Bernard. cit. Serm. Dom. infra Oct. Aſſumpt. B. M. V.

Digitized by Google

cum ſit Regina totius miſericordiæ, nihil omnino habens in regno juſtitiæ, nihil petenti poterit denegare. Nam & Bern. (*a*) ait: A peccatore rogata oſtendit Filio pectus & ubera: Filius autem Patri latus & vulnera: quare nulla poteſt eſſe repulſa, ubi tot concurrunt caritatis inſignia. Unde ait Apoſtolus: Accedamus cum fiducia ad thronum gratiæ ejus (*b*). Nam & ipſa ait: In me omnis gratia vitæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis; (*c*) Tranſite ergo ad me omnes qui concupiſcitis me, & a generationibus meis adimplemini (*d*). Bern. Quando miſereri non poterit Mater omnipotentiæ? Quando miſereri noluerit Regina miſericordiæ? Cur ad Mariam fugere trepidat humana fragilitas? Revolve totam ſeriem Scripturarum, & ſiquid aſperum, ſiquid durum inveneris in Maria; deinceps ſuſpectam eam habeas, & ad eam accedere vereris: Tota, inquit, eſt dulcis, tota ſuavis, tota miſericors, omnibus offerens lac & lanam (*e*). Rogemus ergo &c.

Bernardus Ser. de Nat. B. M. n. 7.

Ad Hebr. 4. 16.

Ecclı 24. 25. 46 ſeq.

Bernardus ſuper ill. verba, Miſſus, n. 2.

SERMO QUINTUS.

De S. Joanne Baptiſta.

1. *Joannes eſt nomen ejus.* Tantæ excellentiæ fuit beatiſſimus Joannes, ut plena lingua dici nequeat. Quis enim ſic totus Sanctus, ſic omni tempore vitæ ſuæ converſatus, ſic a Deo commendatus, ut Præcurſor hic maximus? Non enim abſque rationabili cauſſa *Joannes* toties appellatus fuit. Ergo bene ad laudem ejus aſſumitur, ut dicatur: *Joannes eſt nomen ejus*; quaſi vir magnæ gratiæ, (*f*) vel magnorum meritorum.

Luc. 1. 63.

Joannes pluries ſic vocatus.

Quamvis igitur ejus altiſſima merita plene non poſſimus exprimere lingua; brevitatis tamen gratia ex quatuor poſſumus oſtendere altiſſima eſſe, ſcilicet ex parte abundantis gratiæ, quam accepit: ex parte humilis conſcientiæ, per quam vilia de ſe ſenſit; ex parte aſperæ pœnitentiæ, quam ſemper pertulit: ex parte zeli juſtitiæ, pro qua mori non timuit.

Diviſio ſuæ diſtinctione, & dilatatione.

2. Dico primo, quod beatus Joannes magnorum fuiſſe meritorum oſtenditur ex parte abundantis gratiæ, quam accepit. Joannes enim interpretatur in quo eſt gratia (*g*) Dei, ſcilicet ut daretur intelligi, quod ejus gratia fuit maxima; nam a tribus, Spiritu ſancto dictante, plenus eſt appellatus, ut ex ore trium teſtium tam veracium, ejus meritum probaretur fuiſſe quam maximum. Nam primus impoſitor, ut de Deo omittam, fuit Angelus, qui Zachariæ apparens, ait: Elizabeth uxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen ejus Joannem. Lege Hiſtoriam. Item & hoc ibidem: Cum natus eſſet puer, venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris ſui Zachariam. Quibus obvians mater ejus, ſciens, quid dixiſſet Angelus, dixit ad illos: Nequaquam, ſed vocabitur Joannes. Iterum dum innuerent Patri ejus, quem vellet vocari eum, poſtulans pugillarem, ſcripſit dicens: Joannes eſt nomen ejus. Et ſequitur, quod mirati ſunt univerſi. Unde mirati? Quia ſic ab Angelo nuntiante, ſic a Matre concipiente, ſic a Patre generante, puer *Joannes* eſt concorditer (*h*) nominatus. Dum ergo toties aſſerunt, eum eſſe *Joannem*, oſtendunt in eo plenitudinem gratiæ. Sed nos hodie, Fratres

Primo ex parte abundantis gratiæ, magnorum meritorum oſtenditur.

Joannes, id eſt, in quo eſt gratia Dei.

Tres hujus nominis præter Deum impoſitores. Luc. 1. 13.

Ibi 59.

Ibi 60.

Ibi 62. ac ſeq.

M. V. n. 6. Item Serm. 2. de Adven. nec non in Nat. B. Mar. de Aquæd. Vid. noſtrum Henric. Sedul. L. 3. Apolog. c. 17.

(*a*) Sic Soliloq. cap. 1. & alibi quoque a D. Bonav. S. Bern. laudatur ut ita dicens; ſicque etiam a Romanis Editoribus allegatur. Fateor tamen loc. cit. tantum ſimilia nunc legi; ſed ejuſdem D. Bonav. tempore prædicta verba, aut fere prædicta, in aliquo Codice, unde exſcripſit, forte contineri potuerunt.

(*b*) Sic Comment. in Apocal. cap. 4. ſub ver. 5.; ſed Vulg. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ* abſque *ejus*. Intelligendum id autem eſt de acceſſu ad thronum gratiæ Filii per Matrem, ceu per medium valde pium, ſummeque utile. Advocata enim noſtra eſt apud Filium, ad quem per eam nobis eſt accedendum. Vid. S. Bernardum Ser. 2. de Advent. num. 5.

(*c*) Ita alibi quoque D. Bonav. ſed Vulg. *gratia omnis via*. Quoad illud autem de *omni ſpe* ponenda in B. M. V. vid. ipſum Bonav. in 1. Diſt. 1. Dub. 9.

(*d*) Vulg. *implemini*; ſed *adimplemini* etiam Cod. noſter Bernardin. 21.

(*e*) Hactenus ab eodem D. Bona. relata verba ex Bernar. paulo variant ab iis, quæ ſunt in Edit. Mabillon. loc. cit.

(*f*) *Joannes a munere gratiæ*, & *per gratiam*, quaſi per antonomaſiam dicitur quoque a D. Bonav. Expoſit. in cap. 1. S. Luc.

(*g*) Pariter alibi quoque.

(*h*) *Mirati propter conſonantiam Patris & Matris*, itidem dicuntur in Expoſit. præfata ibi.

Digitized by Google

Hominis nativitas lugenda.

tres mei in culpa concipimur, in peccatis nascimur, in peccatis nutrimur, & in peccatis sæpius nominamur. Unde possumus merito gemere, sicut Innocentius (a) dicit, eo quod sit nostra conceptio culpa, nativitas pœna, & vita mori. Quotidie morimur, quotidie vitam finimus, quotidie ad mortem tendimus, nec ad punctum stare possumus. (b) Unde ob nostras tantas miserias mos vetus fuit olim in terra, ut in nativitatibus hominum flerent, eo quod ad pœnas venirent, & in eorum morte gauderent, eo quod mundi mala effugerent. (c) Nota ejus merita, quia ab eodem Angelo, a quo Dominus nuntiatus; a Maria adhuc in utero salutatus; & natus, ab ipsa in brachiis elevatus; & in nativitate ejus totus mundus gavisus.

Innocentius PP. III. de vilitate seu miseria conditionis humanæ, sive de contemptu mundi ad Petr. Card. Portuen.

Mos vetus de fletu in hominum nativitate, & de gaudio in eorum morte.

Secundo ex parte humilis conscientiæ.

3. Secundo apparet eum fuisse magnorum meritorum ex parte humilis conscientiæ, per quam vilia de se sensit. Si enim juxta sententiam Salvatoris, quæ mentiri non potest, omnis qui se humiliat, exaltabitur; ergo qui se magis humiliat, magis exaltabitur; & qui se maxime, maxime. Sed beatus Joannes summe humilis fuit, vilia maxime de se sensit, vilia de se prædicavit, vilia de se quærentibus respondit. Hæc probantur per Joannem Evangelistam. Cum enim Joannes tantus esset, quod crederetur a multis Messias, requisitus a Sacerdotibus & Levitis, respondit, se non esse Christum, nec Eliam, nec Prophetam; sed vocem se esse dixit: Quasi dicat: Quid in me erratis? Christi Dei verbum manet in æternum; sed vox deficit. Et post multa, quæ humilitatem ejus sonant (d), cum dicerent ei: Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neque Elias, neque Propheta? Dixit: Ego baptizo vos in aqua; medius autem vestrum

Luc. 14. 11.

B. Jo. Bapt. summe humilis.

Jo. 1. 19. *ac seqq.*

Ibi 25. *ac seqq.*

stetit, quem vos nescitis: Ipse est, qui post me venturus est, qui ante me factus est, cujus ego non sum dignus, ut solvam (e) corrigiam calceamenti. Et plura addidit de sua humilitate ibidem. Ergo quia sic in summo humilis fuit, summe exaltari promeruit. Sed quis hodie humilis cum Joanne? Quis non superbus cum Herode? Quid hodie mundus nisi superbia? (f) Unde discordiæ, unde guerræ (g), unde rixæ, unde incendia, unde homicidia, unde furta, unde adulteria, unde omnia mala, nisi ex superbia, quæ Divina parvipendit imperia, Divina refugit præmia, nulla infernalia formidat supplicia? Utinam attenderent miseri, quod eorum gloria est sicut palea igne succensa, quæ ad ictum oculi igne combusta, nec etiam viles cineres derelinquit. Sunt etiam (h) sicut aqua defluens, quæ prius dissolvitur, quam tangatur. Multum erigitur, & inflatur spuma maris; sed mox evanescit, modico vento tacta. Unde vobis, filii superbiæ, tanta de vita fiducia? Nunquid non corpus humanum fragilius est, quam vitrum; quia vitrum solo concussu alterius corporis rumpitur, sed hominis corpus modis innumeris frangitur? Sed nunquid confiditis (i) in pecunia? Sed ubi Mundi divites, ubi Principes, ubi Reges, qui omnia possederunt? Sic de potentia, sic de sapientia penitus est sentiendum. Ergo, Fratres, non superbiamus cum Herode; sed simus humiles cum Joanne: non superbiamus cum diabolo, sed simus humiles cum Christo. (k)

Rari admodum humiles, plurimique superbi.

Ex superbia mala omnia.

Gloria superborum sicut palea igne succensa.

Sicut aqua defluens,

Sicut spuma maris.

Corpus humanum vitro fragilius.

4. Tertio ostenditur fuisse magnorum meritorum ex parte austeræ pœnitentiæ, quam semper pertulit. Fuit enim austera ejus pœnitentia ex parte loci, & ex parte vestimenti, & ex parte cibi. In his enim tribus consistit austeritas

Tertio ex parte austeræ pœnitentiæ.

Austeritas pœnitentiæ in tribus consistit, loco, vestimento, & cibo.

(a) *Innocentium Papam* allegat etiam in Lib. Sentent. Præfatum Opus Inn. III. MS. extat in Biblioth. Capitul. Triden. S. Vigil. uti legere est in ejusd. Bibl. Catal.

(b) Lib. 3. Phar. cap. 41.

(c) Certe Job diem nativitatis suæ diris devovit. Vid. Origenem Hom. super Levit. Testatur quoque S. Petr. Chrysol. Serm. 120. diem mortis Sanctorum (non diem Nativitatis) sub nomine Natalis cum gaudio celebrari.

(d) *Humilis*, inquit Comm. in Joan. ibi; *quia non sibi dignitatem attribuit, sed officium.*

(e) Vulg. addit *ejus*; sed absque *ejus* etiam d. Com.

(f) *O quanti sunt hodie Luciferiani; filii & filiæ superbiæ, quos patienter tolerat Dominus!* Cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror.

(g) Hujus vocis usus alibi quoque est apud D. Bonav. Certe vox *guerra* est quoque apud S. Bernardum Epist. 220. ac alibi.

(h) Edit. *enim*.

(i) Edit. *confidis*.

(k) *Sitis humiles, ita ut nunquam superbiam in cordibus vestris permittatis, quia magistrum habuistis humilem, scilicet Dominum nostrum Jesum Christum*, cit. cap. 2. de Perfect. vit.

Digitized by Google

ritas pœnitentiæ. Nam infantulus introivit desertum, ubi est locus vilis, locus sterilis, locus inhabitabilis. Item ejus vestimentum vilissimum, & asperrimum. Item cibus ejus modicus & admirandus; & similiter potus. Unde
Matth. 3. 4. dicitur in Matth. Ipse Joannes erat in deserto, (a) & habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos ejus: esca autem ejus erat locustæ, & mel silvestre. De potu ejus
Luc. 7. 33. dicitur in Luca: Venit Joannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum. (b) Prædictum enim erat
Ibi 1. 15. per Angelum; Vinum, & siceram non bibet. Sed quis hodie talem pœnitentiam facit? Non in deserto, sed in amplis palatiis, & lectis spatiosissimis pœnitemus. Nostra pœnitentia sunt delicatissima vestimenta, non duo paria, sed plurima. Non locusta, nec panis, & aqua; sed fercula varia, & vina dulcia, & diversa. Vere non est vera, sed falsa pœnitentia; immo nec pœnitentia est nominanda, ubi nulla sunt aspera, sed dulcia universa. Si enim Joannes, qui ex utero fuit Sanctus, qui ut dicitur (c), actualiter nunquam peccavit, tam asperam vitam faciebat; quid facere debent peccatores impii, peccatis omnibus pleni? Ipse enim Joannes prædicaverat: Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Ubi dicit Gregorius, quod non debet esse par pœnitentia ejus qui parum, & ejus qui multum peccavit. (d) Ergo secundum mensuram culpæ debet esse mensura pœnitentiæ. (e) Si Joannes & Elias, & omnes Sancti Patres in desertis Ægypti tantis se vigiliis & jejuniis macerarunt, tam aspera & inculta vestimenta portaverunt; (f) quid nos pleni peccatis omnibus facere debemus?

Contra molliciis vitæ amatores.

Non est vera, sed falsa pœnitentia in vita molli.

In Hymno Antra deserti &c. ex Paulo Diacono.

Luc. 3. 8.

Gregorius in Evang. L. 1. Hom. 20. n. 8.

Secundum mensuram culpæ debet esse mensura pœnitentiæ.

5. Quarto Joannes ostenditur fuisse magnorum meritorum ex parte zeli justitiæ, pro quo animam suam posuit. Nam quia Herodem de uxore fratris arguit, Herodes ipsum occidit. Multipliciter autem Herodes metuebat Joannem, sciens eum virum justum, &
Marc. 6. 20. sanctum. O quot sunt Herodes, qui justos premunt, angarias (g) eis imponunt, & quandoque pro justitia occidunt, nec argui volunt (h)? Nec possunt argui sine damno rei, & sæpe periculo corporis proprii. Nam & pessimus Nero, nulla habita justa caussa, etiam omnes parentes suos occidit; (i) Senecam magistrum suum eligere mortem coegit; (k) matrem per ventrem scindi præcepit; (l) & ultimo Apostolos eum arguentes, crudeliter prius afflictos catenis, occidi mandavit. (m) Certe multi sunt hodie Christiani, & maxime Berroarii, (n) qui si aliquos capiant, talibus & tantis crudelibus pœ-

Quarto ex parte zeli justitiæ.

Contra persecutores justorum.

Neronis crudelitas.

Contra Berroarios.

(a) Hoc spectat ad primum ibi ver. ubi dicitur, quod *venit Joannes Baptista prædicans in deserto Judææ*.

(b) *Quia venit cum austeritate pœnitentiæ*, ait Expos. in d. cap. 7. S. Luc, ibi.

(c) Secundum illa verba d. Hymni, quibus olim dicebatur: *nec levi saltem maculare vitam famine posses*, quæve referuntur ab eodem D. Bonav. Serm. 1. de S. Joan. Bapt. nec non 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 2. Q. 1. in Fundam. quorum loco nunc canitur: *ne levi posses maculare vitam crimine linguæ*. Non defuere quippe qui secundum prædicta verba censerent, S. Joan. Baptistam omni vacasse culpa actuali, secus tamen docente nedum S. August. sed & ipsomet D. Bonav. loc. modo cit. ad 4. ac ejusd. Dist. 3. ibi Dub. 5. Item supra Serm. 4. num. 4. Per ly ergo *ut dicitur* satis indicat se unice aliorum opinionem, non suam referre sententiam. Per præfata autem d. Hymni verba solum leve linguæ crimen excludi videtur.

(d) Sic Expos. in cap. 3. S. Luc.

(e) Sic secundum laud. Gregor. etiam in 4. Par. 1. Dist. 16. Dub. 14. Et Breviloq. Par. 7. cap. 3. *Divina justitia pro majori culpa majorem exigit emendam*.

(f) Passim in Vitis Patrum apud Roswey-dum. Item inter S. Bonaventuræ Sermones de Sanctis Serm. de S. Petro ad Vincula dicitur: *De abstinentia sanctorum Patrum sunt exempla innumerabilia*. Nec non late ipsemet S. Bonaventura de *abstinentia*, & *jejunio* in Apolog. Pauperum Respons. 2. cap. 2. & cap. 3. per tot.

(g) *Angarias*, sive coactiones injustas, exactiones, vexationes &c. Hanc vocem usurpant S. Greg., S. Bernardus, Guntherus Poeta, Cod. Legum antiquar. &c.

(h) Quæ sequuntur omnino ab Edit. absunt.

(i) Vid. Sueton. De XII. Cæsarib. Lib. 6.

(k) Sic ipsemet D. Bonav. Serm. 1. de uno Marty. Vid. Euseb. in Chron. & Cornel. Tacit. L. 15. Annal.

(l) Vid. cit. Tacit. L. 14. Annal. ac Dion. Cass. Hist. Rom. L. 61.

(m) Petrum & Paulum eodem tempore coronatos martyrio A. 14. Neronis (Christi 68.) scripsit Hieronymus De Vir. Illustr. c. 5. Cum autem ibi c. 12. referat Lucium Annæum Senecam, biennio ante Martyrium Petri & Pauli, a Nerone interfectum; planum est Senecæ interemptionem contigisse A. Neronis 12. (Christi 66.)

(n) *Berroarii sive Vasconi* nominantur apud Ro-

Digitized by Google

pœnis macerant, ut pecuniam ab eis extorqueant, ut talia nunquam fecerint Saraceni. Sed veniet, veniet dies illa, quando mittentur in caminum ignis, ubi in perpetuum sine misericordia torquebuntur, & sicut dicitur in Apocal., ascendet fumus tormentorum eorum in sæcula sæculorum.

Apocal. 14. 11.

SERMO SEXTUS.

De SS. Apostolis Petro & Paulo.

Matth. 19. 27.

1. *Ecce nos reliquimus omnia &c.* Quamvis hoc verbum Apostolorum omnium esse possit, principaliter tamen beatissimorum Petri & Pauli existit; eo quod beatus Petrus hoc dixit, & in Solemnitatibus Apostoli Pauli sancta Ecclesia id legit. (a) Sed non desunt qui nobis objiciunt, quid sancti Apostoli reliquerunt, qui pene nihil habuerunt? Tales, ut dicit Gregorius, non attendunt, quod Dominus in omnibus magis ponderat affectum, quam censum. Nam quidam sunt pauperes voluntate simul & opere; & tales sunt veri pauperes. Unde Bernardus dicit, quod paupertas non est virtus, sed amor paupertatis. (b) Quidam sunt pauperes opere, non voluntate; quia non habent, sed habere vellent: & tales non sunt veri pauperes, sed potius dicendi sunt divites. Unde dicit Philosophus, quod non omnis, qui non habet, dicendus est pauper; sed ille potius qui non habet, & hoc ipso gaudet. (c) Quidam sunt pauperes voluntate, sed non opere; sicut illi qui habent divitias, sed eas non amant, sed ex eis largas eleemosynas faciunt. (d) Quidam vero sunt, qui nec voluntate, nec opere sunt pauperes; & tales vere sunt divites, eo quod divitias habent, & eas toto affectu diligunt. Sancti ergo Apostoli vere pauperes fuerunt, quia & voluntate, & opere omnia reliquerunt; non solum, quæ habuerunt, sed & omnia quæ habere & concupiscere potuerunt. Unde Gregorius de Petro loquens dicit: Multum reliquit, qui sibi nihil retinuit: multum reliquit, quicquantumlibet parum, totum deseruit: multum etiam reliquit, qui desiderium habendi dimisit. Et concludit, quod a sanctis Apostolis tot dimissa sunt, quot ab eis concupiscí potuerunt. (e) Nos autem, ut ipse dicit, & habita cum amore possidemus, & ea quæ minime habemus ex desiderio quærimus. Et sic quia habita diligimus, & non habita sollicite quærimus, ideo pauperes esse non possumus.

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 5. n. 2. Dominus in omnibus magis ponderat affectum, quam censum.

Bernardus Ep. 100. ad Episcopum quendam. Paupertas non est virtus, sed paupertatis amor.

Philosophus.

Verus pauper qui non habet, & hoc ipso gaudet.

2. Dicant ergo Apostoli sancti, dicant, & verum dicant: *Ecce nos reliquimus omnia*. In quo verbo rerum temporalium derelictio primo ostenditur admirabilis, eoquod modo insolito omnia reliquerunt. Secundo ostenditur universalis, eoquod nihil penitus sibi servaverunt. Nam primo ostenditur fuisse admirabilis ex modo insolito relinquendi, dicentes: *Ecce nos*. *Ecce* enim nota est admirationis, ex vi demonstrationis quam ostendit. Illa enim maxime demonstramus, quæ in admirationem habemus. Secundo ostenditur esse universalis ex modo non aliquid reservandi, cum additur: *reliquimus omnia*. Nam Ananias cum uxore sua Saphira, quia de pretio agri, quem vendidetunt, servaverunt, subita morte extincti sunt. Lege Historiam Actor. quinto. Dicant ergo Apostoli: *Ecce nos*

Gregorius ibi num. 2.

Idem ibi.

Ab Apostolis facta rerum temporalium derelictio admirabilis, & universalis. Divisio thematis cum subsequenti distinctione, & dilatatione. *Ecce* nota admirationis.

Act. 5. 1. ac seqq.

Rolandinum allegatum in Glossario Ducangiano, ubi etiam dicuntur *Berruarii, Berovarii, Bervarii, Berverii, Berroverii &c.*, quæ vox interdum aggressores viarum, sicarios, sceleratosque sonat, ut heic; aliquando apparitores,

(a) Nunc in Conversi S. Pauli 25. Januar. & infra Oct. SS. Apostolor. Petri & Pauli 5. 6. & 7. die 3. 4. & 5. Jul. Olim autem, uti patet ex membr. Breviar. Gieisen. tam in d. Conversi quam in Commemorat. S. Pauli.

(b) De *amore paupertatis* ipsemet D. Bonav. cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror. ubi etiam ait, quod *nec habere divitias, nec amare, utile est, securum est, delectabile est, & altus virtutis perfectæ*.

(c) Quodve causam gaudendi talis pauper habeat, præter Senecam inquit etiam Philosoph. apud Thomam Hibernicum in Floribus verbo *Paupertas* pag. m. 774. & seqq., quia *solum hoc incommodum paupertas patitur, quod non possit egentibus subvenire*. Non defraudatur tamen subvenendi merito, si nihil habens, dare vellet, si haberet; quia *tunc voluntas pro facto reputatur*, ut ait S. Franciscus apud ipsum S. Bonav. Serm. sive Collat. 5. in Hexaem. ubi & asseritur probaturque ab eodem S. Franc. *quod pauper magis potest esse largus quam dives*.

(d) Exposit. in cap. 14. S. Luc. tales vocat *pauperes per contemptum temporis, opulentiæ, scilicet qui non confidunt de nimia opulentia, de quibus in Proverbiis: Est quasi pauper, cum in multis divitiis sit*.

(e) Pariter idemmet D. Bonav. Serm. 1. in Cathed. S. Pet. Apost.

Digitized by Google

nos reliquimus omnia. Sed quæ fuerunt omnia hæc, quæ ab eis sunt derelicta? Ad hæc nota, quod talia sunt nobis cum Apostolis relinquenda: nam homo debet relinquere peccatum, quo intus inficitur: debet relinquere mundum, quo foris ad vana pertrahitur: & debet relinquere semetipsum, (a) quo in superbiam extollitur.

Quæ instar Apostolorum a nobis relinquenda.

3. Dico, quod cum Sanctis Apostolis primo peccatum est relinquendum, quo homo intus inficitur; nihil enim inficit cor humanum, nisi peccatum. Unde & dicebat Dominus in Matth. Non quod intrat in os coinquinat hominem; sed quod procedit ex ore coinquinat hominem. Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Ergo ante omnia sunt relinquenda peccata per cordis contritionem, per oris confessionem, per operis satisfactionem (b). Nam quando sagitta quis est vulneratus, mox ante omnia dolet vulneris; postea Medicum advenire facit, & illi vulnus detegit; & ultimo diætam, (c) quam ille imponit, etiam assumit: sic & per omnia in vulnere spirituali faciendum est. Ut primo homo de vulnere doleat, & lacrymas amaras effundat: secundo ut Medicum animæ advocans, vulnus illi confitendo aperiat: tertio ut pœnam, quam imponit, assumat. Nullum enim tam enorme delictum est, quod pœnitentia non purgetur, & tribus ejus jam dictis partibus non mundetur. (d) Nam Contritio est sicut medicina digestiva, maturativa, & divisiva: confessio sicut medicina expulsiva: sed satisfactio sicut medicina reparativa, & ad statum pristinum reductiva. Unde Augustinus dicit: Quæcunque necessitas peccatorem ad pœnitentiam cogat, neque criminis quantitas, neque temporis brevitas, neque vitæ enormitas, neque ultimæ horæ extremitas excludit a venia; si perfecta fuerit ejus mutatio voluntaris: sed in amplissimos sinus mater caritas Filios Prodigos suscipit revertentes. (e)

Primo peccatum est relinquendum. Nihil inficit cor humanum, nisi peccatum.

Matt. 15. 11. *ac* 18. *& seqq.*

Peccata relinquenda cordis contritione, oris confessione, operis satisfactione.

Exemplum vulnerati sagitta.

Nullum tam enorme delictum, quod pœnitentia non purgetur. Quam medicinam præstent animæ contritio, confessio, & satisfactio.

Augustinus.

4. Ergo, Fratres, exemplo Apostolorum, qui primo dimiserunt vitia omnia, tam spiritualia, quam carnalia (f), dimittamus & nos omnia vana, omnia animæ inimica. Nam de hac peccatorum derelictione dicitur Proverbior. vigesimo octavo: Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Sicut enim impossibile est vulnus sanari posse, si taceatur absconditum; sic peccatum, si non fuerit Sacerdoti confessum. Bernard. Omne quod remordet conscientiam, confitere humiliter, pure, fideliter (g). Peccatum tuum ne abscondas; quia si opera medicantis expectas, necesse est, ut vulnus detegas. (h) Exemplum Petri, qui post negationem pœnituit, & amarissime flevit. Item Pauli, qui post multa mala, quæ Christianis intulit, valde multa tormenta pertulit. Impossibile enim est homini post peccatum posse cœleste suscipere regnum, nisi pœniteat post delictum; sed captus trahendus est ad infernum, ubi erit fletus, & stridor dentium, non per annum, sed per millia annorum, sed per infinita sæcula sæculorum.

Adhortatio ad dimittenda omnia vitia.

Prov. 28. 13.

Vulnus sanari impossibile, si taceatur absconditum.

Bernardus Serm. 16. *in Cant. n.* 2.

Duo Petri & Pauli exempla.

Pœnitentia omnino post peccatum necessaria. *Luc.* 13. 28.

5. Secundo cum sanctis Apostolis debemus relinquere mundum, quo ad vana pertrahimur. Immo mundus cum om-

Secundo mundus est relinquendus.

(a) Similiter in Opusc. de Grad. Virtut. altissimum gradum paupertatis, quæ est una de octo beatudinibus, cap. 8. statuit *relinquere se ipsum, id est, singularem sensum, amorem privatum, propriam voluntatem*.

(b) De his tribus pœnitentiæ partibus Centiloq. Par. 3. Sect. 51. Phar. Lib. 2. cap. 18. ac seqq. nec non in 4. ubi de pœnit. passim &c.

(c) Sive modum in victu tenendum, aut vivendi ac edendi modum, ut in Amalth. Onomast. Joseph. Laurent. Sed & de *dieta* secundum Galenum Joannes Saresberiensis Lib. 8. de Nugis Curial. cap. 5. Item S. Isidorus Etymologiar. Lib. 4. cap. 9.

(d) Sic 4. Dist. 14 par. 2. Art. 1. Q. 3. in concl.

(e) Pariter ex Chrysostomo de Reparatione lapsi, sive ad Theodorum lapsum, ibi ult. in Fundam. Augustinus quoque, sive potius Auctor Lib. de vera & falsa pœnit., id ipsum confirmat.

(f) De *peccatis spiritualibus, & carnalibus* Breviloq. par. 3. cap. 9.

(g) Sic Phar. Lib. 2. cap. 2. ex eodem Bernard. ibi,

(h) Pariter ideminet S. Bonav. Serm. 2. de S. Ambros. Episc. Vide sis in hanc rem inter S. Bernardi Suppositicia Tract. de interiori domo cap. 21. num. 43. ac Serm. de Dom. Palmar. num. 4.

Digitized by Google

omnibus, quæ ſunt in eo, eſt relinquendus; non ſolum exteriori facie, ſed potius toto corde: Nolite, inquit Joan. in Canonica ſua, diligere mundum, neque ea quæ in mundo ſunt; quia omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ (a). Et mundus, inquit, tranſit, & concupiſcentia ejus. Ergo ſunt relinquenda omnia, non tantum opere, ſed corde; ut non ſolum temporalia non quæramus, ſed nec ea corde amemus. (b) Sic ergo hi ſancti Apoſtoli omnia reliquerunt. Sciebant enim, quod Chriſtum pauperem ſequi non poterant oneratí. Non enim æquali paſſu currit camelus oneratus, & vacuus. Simia filiorum pondere preſſa, a venatoribus capitur, quæ ſine filiis minime teneretur. Dum enim venatores ſentit, filios, quos miro amore diligit, unum ſibi in brachiis, alterum ſupra ſe ponit: quare ex magnitudine ponderis, venatorum canes non effugit. Ob hanc cauſſam cervus, cum pinguedine nimia gravatum ſe ſentit, ita ut canes bene effugere non poſſit, ad pabula non procedit; ſed latebras quærit. Apoſtoli ergo Domini, ut poſſent perfecte Dominum pauperem ſequi, omnium temporalium onera abjecerunt; & ideo quaſi curſim ad ſummum cœlorum leviter tranſvolarunt. Unde Bernard. (c) loquens de Petro ait: Optime, & non ad inſipientiam tibi: Nam & mundus tranſit, & concupiſcentia ejus, & relinquere hæc magis expedit, quam ab eis derelinqui (d). *Ecce*, inquit, *nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te.* Nimirum, quia exultavit ut gigas ad currendam viam, nec currentem ſequi poteras oneratus (e). Quoniam oneratus vix per terram vadit; quomodo in cœlum aſcendere poterit? (f)

2. *Jo.* 2. 15. *ac ſeq.*

Ibi 17.

Chriſtum pauperem nemo ſequi poteſt oneratus. Exempla cameli, ſimiæ, & cervi.

Bernardus, ſive potius Gaufridus Abbas ex Bernardo in Declamat. de Colloq. Simonis cum Jeſu ſuper: Ecce nos reliquimus omnia &c. cap. 1. §. 2. *n.* 2. *Pſ.* 18. 6.

6. De hac igitur derelictione dicebat Dominus Apoſtolis Matth. decimo nono: Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Nimirum qui illa reliquerit propter me, & propter Evangelium meum, centies accipiet, non in temporalibus fratres, ſorores, patres, matres, filios, agros, cum uxoribus; ſed in ſpiritualibus, etiam in hac vita, & in ſæculo futuro vitam æternam. (g) Optima mercatio (h) dare unum, & accipere centum; dare bonum minimum, & accipere ſummum; dare bonum neceſſario quandoque perdendum, & accipere bonum pacificum, bonumque ſecurum, omni tempore poſſidendum. Ubi ſunt mercatores, qui pro modico lucro, eiſque incerto, tranſeunt montes; tranſvolant alpes; vadunt ad Britones; (i) currunt in Franciam; tranſcurrunt maria; vadunt in Indiam? (k) Quare ad Salvatorem non veniunt? (l) Quare ei ad uſuras non tribuunt? (m) Quare ab eo regnum cœleſte non emunt?

Matth. 19. 28. *ac ſeq.*

Quæ mercatio optima.

(a) Sic paulo aliter a Vulg. quæ habet repetitum & pro *aut*, etiam Comment. in Apocal. cap. 12. num. 863. ac etiam alibi.

(b) Ita S. Bonav. deducit, quia ut ait cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror. *Corpore quidem relinquimus mundum; ſed heu! totum cor, & tota mens, totum deſiderium noſtrum occupatur, & abſorbetur a mundo.* Et ex Bernardo, ſeu potius ex Gaufrido Abbate in Apolog. Pauper. Reſponſ. 3. cap. 1. *Hæc fugiendarum divitiarum cauſa præcipua eſt, quod aut vix, aut nunquam ſine amore valeant poſſideri.*

(c) Ita ſub *Bernardi* nomine in Apolog. Pauper. Reſpon. 3. cap. 1.

(d) Sic & ibi; at loc. ſupra cit. *quam relinqui.*

(e) Vid. D. Bonav. Serm. 1. in Cathed. S. Pet. Apoſt. ex eod. Bernar.

(f) Serm. 1. de plur. SS. Confeſſoribus in fine: *Ad Patriam liberius incedimus, ſi in via onere caremus*, ex Gregor.

(g) *Centuplum recipiet in futuro, ſenſus iſte eſt: Qui carnalia pro ſalvatore dimiſerit, ſpiritualia recipiet, qua comparatione & merito ſui ita erunt, quaſi ſi parvo numero centenarius numerus comparetur.* Hieron. Lib. 3. in Matth. cap. 19.

(h) De prædicta Apoſtolorum *optima mercatione* D. ipſe Bonav. Ser. 2. de S. Anton. Pad.

(i) *Britones* iidem ac Britanni, ſed ex Britannia minori in Gallia, Juven. Sat. 15. v. 124. *Qua nec terribiles Cimbri, nec Britones unquam.*

(k) Alludere videtur ad Poetam, cujus meminit Serm. 2. de S. Andr. Apoſt. eſtque Horat. Lib. 1. Epiſt. 1. ita canens:

Impiger extremos currit mercator ad Indos:
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignem.

(l) S. Auguſt. Serm. 177. al. 10. num. 4. *Quid quæritis aurum tantis laboribus & peregrinationibus? Amate bas divitias: Divitiæ tuæ, Deus tuus.*

(m) S. Petrus Chryſol. de terrenorum cura de-

Digitized by Google

Regnum cœlorum tantum valet, quantum habes. *Augustinus apud ipsum Bonaventuram L. 2. Phar. c. 42.*

Regnum cœlorum tantum valet, quantum habes. Immo, ut Augustinus dicit, emitur paupertate. (a) Unde dicit Dominus per Isaiam: *Isa. 55. 1.* Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite. Sed quomodo ememus, si pecuniam non habemus? Certe sola bona voluntate. Venite, inquit, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. In exemplum (b) veteris dixit Dominus ad Abram: *Gen. 12. 1. & 4.* Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo Patris tui, & veni in terram, quam monstrabo tibi. Egressus est itaque Abram, sicut præceperat ei Dominus. In exemplum autem novum dicebat Dominus: *Jo. 16. 28.* Relinquo mundum, & vado ad Patrem. (c)

Tertio propria voluntas est relinquenda.

7. Tertio debet homo, Apostolorum exemplo, relinquere & contemnere seipsum, quo in superbiam extollitur, Christoque humiliter subdere, ac dare se totum. Quid est enim se derelinquere, nisi voluntatem propriam abnegare, & se Divinæ voluntati committere? (d) Ille se vere abnegat, qui de se nihil curat, sed ad moriendum pro Christo se parat. Et quis ita hoc fecit, ut hi sancti Apostoli, qui sic pro Christo fuerunt ad mortem parati? Nam & Paulus dicebat suis in Act. Ego non solum alligari cupio, (e) sed & mori in Jerusalem paratus sum propter nomen Domini Jesu. Quilibet ergo eorum poterat dicere illud Jerem. Reliqui domum meam, dimisi hæreditatem meam, dedi dilectam meam in manus (f) inimicorum. Domus hominis conscientia est, (g) quam Apostoli reliquerunt, quando sæcularem vitam in Apostolicam mutaverunt. Unde domum relinquere spectat ad primum hujus Sermonis membrum; hæreditatem dimittere pertinet ad secundum; sed vitam pro Christo tradere, quia hoc est animam dare, spectat ad tertium. Sed quis est hodie, qui det Christo vere propriam voluntatem? Quis ex tanta multitudine est, qui vitæ veteri perfecte renuntians, voluntatem in melius mutet? Mirabile est, immo quasi monstrum; quia ordine quasi naturæ inverso, (h) mutantur naturalia, sed non mutantur rationalia, quæ sunt arbitrio libera. Docet Augustinus, quod scribat Varro vir sapientissimus, &, ut dicitur, absque ulla dubitatione doctissimus, (i) quod tempus fuit, quando no-

SS. Apostoli Petrus & Paulus quam fuerint ad moriendum pro Christo parati. *Act. 21. 13.*

Jer. 12. 7.

Domus hominis conscientia.

Quam multi propriam voluntatem sequentes.

Augustinus de Civit. Dei L. 21. c. 8. n. 2. Varro Romanorum doctissimus laudatur.

---

despicienda Serm. 25. *Usura mundi centum ad unum: Deus unum accipit ad centum; tamen homines cum Deo nolunt habere contractum &c.* Vid. ipsummet D. Bonav. Ser. 1. de S. Tho. Apost.

(a) Loc. supra cit. Phar. " *Idem* (scilicet Augustinus) *super Canonicam Jacobi: Felicitas magna Christianorum, quibus datum est, ut paupertate faciant pretium regni cœlorum.* Ast. S. Augustini in Canonicam Jacobi Expositio, quam D. Bonav. citat, modo non extat. *Idem* (pergit): *Non tibi displiceat paupertas tua; nihil enim ea ditius potest inveniri. Vis scire, quam locuples sit paupertas? Cœlum emit.* Heic atque etiam ad textum præcedentem Romani Editores asteriscum apposuerunt, eo quod hujusmodi *auctoritates reperiri nequaquam potuerunt*; ego tamen secundam reperi cum aliqua varietate apud Thomam Hibernicum in Floribus verbo *Paupertas* cum hac allegatione in marg. *Aug. de verbis Apost. Serm.* 28. Quinimo divitiis in usum pauperum distributis emendam esse veram vitam, scilicet æternam, inveni traditum ab eodem Augustino Ser. supra cit. 177. n. 10.

(b) Heic supplevimus usque *In exemplum autem &c.* quæ in Cod. Assisien. desunt.

(c) De hoc novo Christi exemplo post plura cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror. ita pergit: *O Deus meus, quomodo possumus ita duri esse contra Christum, qui exivit de terra sua, id est, de cœlis; & de cognatione sua, id est, de Angelis; & de domo patris sui, id est, de sinu Patris; & factus est pro nobis pauper &c.*

(d) Supra cit. Bernard. seu potius Gusrid. Ab. ex Bernard. in d. Declamat. super *Ecce nos reliquimus omnia &c.* cap. 1. §. 3. num. 3. *Age ergo, qui relinquere disponis omnia, te quoque inter relinquenda numerare memento. Immo vero maxime & principaliter abnega temetipsum, si desideras sequi eum, qui exinanivit propter te semetipsum.* Item Serm. 1. de S. Luc. Virg. & Mar. ait ipsemet D. Bonav. *Etsi sit magnum contemnere mundum, & magis contemnere quodcunque tormentum; maximum tamen est subjugare se ipsum &c.*

(e) *Cupio* in Vulg. deest.

(f) Vulg. *in manu*; sed *in manus* etiam Cod. noster Bernard. 40. & alter. Biblioth. Episcop. Trident. 58.

(g) Inter S. Bernardi Suppositicia est *Tractatus de interiori domo, seu de conscientia ædificanda*, qui forte est cujusdam Cistercienfis Bernardo æqualis, ut Mabillonius conjectat.

(h) Quod heic S. Bonav. vocat *quasi monstrum*, utpote factum *ordine naturæ quasi inverso*, S. Augustin. mox citandus appellat *portentum*, de quo ait: *Hoc Varro tantus auctor portentum non appellaret, nisi esse contra naturam videretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse, sed non sunt. Quomodo est enim contra naturam, quod Dei fit voluntate, cum voluntas tanti utique Conditoris, conditæ rei cujusque natura sit? Portentum ergo fit, non contra naturam, sed contra quam est nota natura.* Scite ergo supra S. Bonav. bis addidit ad prædicta *quasi*.

(i) Velut *doctissimus* ab Augustino quoque ibi num. 4. laudatur.

Digitized by Google

Portentum nobiliſſimæ ſtellæ Veneris.

nobiliſſima ſtella Veneris, & motum, & colorem mutavit. (a) Item Joſue decimo: Sol in medio cœli ſtetit, & Luna immobilis permanſit, nec uterque ad occaſum declinavit ſpatio unius diei. Item Iſa- trigeſimo octavo, tempore Ezechiæ Sol retro rediit decem lineis. (b) In Vitis quoque ſanctorum Patrum legitur, quod quidam ſanctus Pater nomine Mutius, dum Dominum oraret, Solem jam ad occaſum declinantem diutius immobilem ſtare fecit, quouſque ad locum, quo properabat, advenit. Ergo ſi ſic mutantur res naturaliter incedentes, & nunquam, niſi ad unam partem oppoſitorum ſe habentes; quid monſtri eſt, ut non mutentur hominum voluntates, quæ ſunt de ſui natura mutabiles, & ad utrumque oppoſitorum ſe habentes? Solæ enim rationales poteſtates ſunt ad oppoſita, ut Philoſophus docet. (c)

Joſue 10. 13. Miracula in Sole patrata.

Iſa. 38. 8.

In Vitis Patrum L. 2. c. 9. auctore Ruffino Aquileienſi, de Patre nomine Mutio, qui Solem ſtitit.

Philoſophus.

8. Sed forte dices: Illa miracula non fuerunt nunc pariter facta. Sed dic mihi; quid eſt quod nulla Sanctorum rogamina (d), nulla miracula, quæ fiunt quotidie in Eccleſia, immo & in omni creatura, ſiquis ea diligenter vellet advertere, noſtras mutare nequeunt voluntates? Audi Gregorium de Apoſtolis loquentem, & ſuper hoc conquerentem: Audiſtis, Fratres cariſſimi, quia ad unius vocem Petrus & Andreas relictis retibus ſecuti ſunt Redemptorem. Nulla vero hunc facere adhuc miracula viderant, nihil ab eo de præmio æternæ retributionis audierant: & tamen ad unum Domini verbum (e), hoc quod poſſidere videbantur, obliti ſunt. Et addit illud, quod maxime ad propoſitum facit: Quanta nos, inquit, ejus miracula videmus, quot flagellis affligimur, quantis minarum aſperitatibus deterremur: & tamen vocantem ſequi contemnimus, nec ad eum converti volumus? (f) In cœlo jam ſedet, qui de converſione nos admonet &c.: & tamen ſuperba mens noſtra non vult ſponte deſerere, quod quotidie perdit invita. Quid igitur cauſſæ, Fratres, eſt, quod ab amore ſæculi perituri nec præceptis flectimur, nec miraculis movemur, nec pœnis avertimur? Certe cauſſa eſt prava conſuetudo, quam ab infantia cepimus, quam in naturam convertimus: & ideo eam mutare non poſſumus. Eſt enim conſuetudo altera natura (g), & naturalis quodammodo fit, ad quam homo diutius aſſueſcit. (h) Non facile eradicatur, ut dicit Hieronymus, quod rudes animi perceperunt (i). Poeta: Quod nova teſta capit, inveterata ſapit (k). Manus viridibus nucibus ſemel tinctæ, multis lotionibus non mundantur. Inveteratum in corpore vulnus non levi medicina curatur. Virga diu in correctione detenta, ad rectitudinem priſtinam non niſi ignis forti excoctione reducitur. Bernardus: Uulneri vetuſto & neglecto callus obducitur, & eo inſanabile, quo inſenſibile fit. (l) Equi etiam vitium, quod juvenes capiunt, nec in ſenectute dimittunt. Dicunt Phyſici, quod Camelus illud ſpatium, quod in una die facere aſſuevit, id ſemper facit, & ultra ambulare renuit, nec pondus majus ſuper ſe recipit, quam cui juvenis aſſuevit.

Diluitur objectio dicentium, nunc deſiiſſe prædicta miracula.

Gregorius in Evang. L. 1. Hom. 2. n. 2.

Confuetudo prava obſtinationis cauſſa.

Confuetudo altera natura,

Hieronymus Epiſt. 107. al. 7. ad Lætam. n. 4. Horatius L. 1. c. 2.

Exempla nucum, vulnerum virgarum. equorum, & camelorum.

Bernardus de conſiderat. ad Eugen. III. L. 2. c. 2. n. 2.

9.

(a) Ibi S. Auguſt. „ Eſt in Marci Varronis „ libris, quorum inſcriptio eſt, De gente populi Romani, quod ejuſdem verbis, quibus „ ibi legitur, & hic ponam: *In cælo*, inquit, „ *mirabile extitit portentum: nam in ſtella Veneris* „ *nobiliſſima, quam Plautus Veſperuginem, Homerus Heſperon appellat, pulcherrimam dicens, Caſtor ſcribit tantum portentum extitiſſe, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, curſum, quod factum ita, neque antea, neque poſtea ſit.* „ Hoc factum Ogyre Rege dicebant Adraſtus „ Cyzicenus & Dion Neapolites, Mathematici nobiles. “

(b) Idem Aug. ibidem.

(c) Vid. Magiſtrum in lit. 2. Diſt. 25. Part. 1. ab init. ac D. Bonav. ibi Art. 1. Q. 1. in concl. & reſp. ad arg.

(d) *Rogamina* pro precibus, petitionibus, rogationibus, etiam Gloſſæ Lat. Vid. Gloſſar. Ducang. verbo *Rogamen*, ubi de hac voce plura.

(e) Edit. Maur. *præceptum*.

(f) *Nec ad eum converti volumus*, in ead. Maur. Edit. deeſt.

(g) Sic Expoſit. in cap. 12. Sapien.

(h) Vid. quoque Phar. Lib. 3. cap. 12. ubi ex Iſidoro in Synonymis inquit: *Aſſiduitas mores facit, & jugis uſus in naturam ſe convertit.*

(i) In Edit. noviſſ. Veron. *Difficulter eraditur, quod rudes animi præbiberunt.*

(k) Sic idemmet S. Bona. Ser. 7. de SS. Apoſt. ac Ser. 2. de Dedic. Eccl. Unde d. Hieron. ibi: *Rudis* (al. *recens*) *teſta diu & ſaporem retinet & odorem, quo primum imbuta eſt.* Quo etiam ſpectat illud Horatii L. 1. Epiſt. 1. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu.*

(l) Subdit ibi Bernardus ad vim conſuetudinis demonſtrandam: *Quid non invertat conſuetudo? Quid non aſſiduitate duretur? Quid non uſui cedat?* &c.

Digitized by Google

9. Plura dixi, ut aliis materiam darem dicendi. Quia igitur proni ſunt ſenſus noſtri ad malum ab adoleſcentia ſua; ideo malitia nobis quaſi verſa eſt in naturam. Propter hoc dicitur Sapien. duodecimo, quod erat naturalis malitia eorum (a). Et Jerem. dicit: Si mutare poteſt Æthiops pellem ſuam, aut Pardus varietatem ſuam, (b) & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Unde & Salomon in Proverbiis: Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit, non recedet ab ea. Quid igitur in tanto periculo faciendum? Rogandus eſt Deus, apud quem non eſt impoſſibile omne verbum; dixit enim ipſe, & facta ſunt; & ſubeſt ei, cum voluerit, poſſe. Igitur Omnipotens ipſe rogetur, ut Apoſtolorum precibus voluntatem hanc peſſimam, quaſi immutabilem factam, ſuæ gratiæ vertat infinita potentia (c); ut cum Apoſtolis non ſolum peccatum, ſed nos ipſos relinquamus & Mundum, ipſo donante &c.

Gen. 8. 21.
Sap. 12. 10.
Jer. 13. 23.
Prov. 22. 6.
Luc. 1. 37.
Pſ. 148. 5.
Sap. 12. 18.

SERMO SEPTIMUS.

De iiſdem SS. Apoſtolis.

1. *Vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione, cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim judicantes duodecim (d) tribus Iſrael.* Primus ſermo continuit Apoſtolorum quæſtionem (e); hic vero continet Salvatoris reſponſionem. Nam Hieronymus exponens hoc Evangelium dicit: Grandis fiducia: Petrus piſcator erat, dives non fuerat, cibos manu & arte quærebat: & tamen loquitur confidenter (f): Reliquimus (g) omnia. Et quia non ſufficit tantum relinquere, hoc enim & Crates (h) fecit Philoſophus, & multi alii (Socrates (i) Philoſophus, Demoſthenes (k), & multi alii Philoſophi) divitias contempſerunt; (l) jungit quod perfectum eſt: Et ſecuti ſumus te. Fecimus quod juſſiſti: quid igitur dabis nobis præmii? Jeſus autem (ad hanc quæſtionem reſpondens) dixit illis: *Vos qui ſecuti eſtis me* &c. quod proprie Apoſtolorum eſt, atque credentium. (m)

Matth. 19. 28.

Hieronymus L. 3. in Matth. c. 19.

Philoſophi Crates, Socrates, Demoſthenes &c. divitiarum contemptores.

In

(a) Vulg. *ipſorum*; ſed *eorum* ipſe S. Bona. Expoſit. in Sap. ibi; ubi ad ly *naturalis malitia eorum*, ſubdit Gloſſam dicentem: *permanens in veterata, ſcilicet per uſum pravæ conſuetudinis*; præmittitque illud Gregorii: *Difficile ſurgit, quem moles conſuetudinis premit.*

(b) Vel *varietates ſuas* d. Serm. 2. de Dedicat. Eccl. ac d. Expoſit. in cap. 12. Sap. *Varietatem* autem in ſingulari pariter Comment. in Jo. Evang. cap. 12. num. 906. ac in Apocal. cap. 13. num. 922.

(c) En Divinæ gratiæ omnipotentia, de qua S. Aug. inquit de Prædeſt. SS. c. 8. n. 13. eam eſſe quæ *a nullo duro corde reſpuitur: ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur.* Item L. de corrept. & grat. c. 12. n. 38. *Subventum eſt infirmitati voluntatis humanæ, ut Divina gratia indeclinabiliter, & inſuperabiliter ageretur.* Nec non Lib. de grat. & Lib. arbitr. cap. 16. n. 32. *Certum eſt nos facere, cum facimus; ſed ille facit, ut faciamus, præbendo vires efficaciſſimas voluntati* &c.

(d) Al. ſine *duodecim*.

(e) Al fere omnia ſequentia deſunt uſque ad *Circa igitur ſtatum meriti* &c. poſt init. num. 2.

(f) Al. *confidenter dicit*.

(g) Al. *Dimiſimus*.

(h) De hoc Hieronymus Epiſt. 58. ad Paulinum: *Crates ille Thebanus, homo quondam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret, magnum auri pondus abjecit.* Id ipſum repetit Epiſt. 66. ad Pammachium, & 71. ad Lucinium. Item L. contra Jovinian. 2. *Crates ille Thebanus, projecto in mare non parvo auri pondere: Abite, inquit, peſſum malæ cupiditates; ego vos mergam, ne ipſe mergar a vobis.* Inſuper de Cratete divitiarum contemptore Origines, Philoſtratus, Diogenes Laërt., Plutarchus, Suidas &c.

(i) In omnibus MSS. apud Valarſium, & quatuordecim penes Martianæum heic in Hier. Comment. *Socrates* legebatur pro *Crates*. Et quare? Quia & Socrates habitus divitiarum contemptor.

(k) De Græcorum Oratorum Principe Dæmoſthene fertur, quod relictus puer in hæreditate locupleti, tutorum fraude & negligentia direptis bonis, vix habuerit, unde præceptoribus mercedem ſolveret; adeo ea contempſit, ut nihil curarit ab iniquis poſſeſſoribus illa repetere.

(l) D. Bona. Serm. 2. de S. Antonio inter contemptores divitiarum commemorat commendatque etiam Romanorum nobiliſſimos, qui *ut humanam poſſent conſequi gloriam, in omnibus contemnebant humanam pecuniam;* ac præcipue inter eos *Marium Curium* Pyrrhi Regis victorem, de quo Valer. Max. Lib. 4. cap. 3. Item Serm. 1. in Converſ. S. Pauli Apoſt. laudat *Democritum*, de quo idem Val. Max. Lib. 8. cap. 7. ac Sene. de Div. Prov. c. 6. Serm. 2. de S. Andrea Apoſt. *Diogenem* ex Laërtio Lib. 6. de Vit. Philoſoph. Serm. 2. de S. Greg. Papa addit *Ariſtippum* ex eodem Laërt. &c.

(m) Idem D. Bona. Ser. 1. de plur. SS. Confeſſ. „ Sancti divitias contemperunt vanas, & „ hoc propter Dum. Quid mirum ſi contem„ pſerint Chriſtiani, quod contempſerunt Pagani? „ Di-

Digitized by Google

In quo verbo maxime Dominus duo facit. Nam primo describit eorum sequelam; & secundo altissimum potentatum (a), quo dominaturi sunt in Judæos; ut & sic ostendantur nobis imitabiles propter excellentiam meriti, quo fulserunt; & ut ulterius nobis sint venerabiles propter sublimitatem dominii, quod habebunt. Optime Festa Sanctorum ille celebrat, qui & imitatur eorum sanctitatem, & veneratur magnitudinis potestatem. Augustinus: Ab ipsis enim Sanctorum Martyrum in veritate Festivitatum gaudia celebrantur, qui ipsorum Martyrum exempla sequuntur. (b).

Apostoli imitabiles ob excellentiam meriti, & venerabiles ob sublimitatem dominii.

Ad Sanctorum Festa rite celebranda quid exigatur.

Augustinus Ser. 47. de Sanctis.

Divisio thematis *Vos qui secuti*. &c.

2. Ergo primo Sanctorum Apostolorum notatur excellentia meriti, cum dicitur: *Vos qui secuti estis me*. Secundo notatur altitudo dominii, cum infertur: *in regeneratione, cum sederit* &c. Circa igitur statum meriti, quo in via, potissime indigemus, ut tandem ad præmium veniamus; immorandum est. Et notandum, antequam veniamus ad meritorum statum, quod sunt quidam, qui sequuntur carnis delectabilia; quidam, qui sequuntur mundi desideria; & quidam, qui sequuntur Christi vestigia. Nam carnem sequuntur gulosi & luxuriosi: mundum sequuntur avari & cupidi: sed Christum sequuntur Apostoli, & Apostolici Viri, sive potius omnes Sancti.

Distinctio triplex sequentium carnis delectabilia, mundi desideria, Christi vestigia.

3. Dico, quod quidam sequuntur carnem, & carnis delectabilia, sicut gulosi, & luxuriosi, qui ad nihil aliud vacant, nisi ut bene comedant, bene bibant, vana videant, vana audiant, & turpia tangant. Tales similes sunt porcis, qui os totum, dum comedunt, in pastam (c) figunt, & sine masticatione (d) deglutiunt, & statim post cibum in luto se ponunt, nec ori a luto parcunt. Certe tales sunt omnes carnis amatores, qui primo se cibis & vinis ingurgitant, & sic tandem luxuriæ vacant. Unde dicitur in Proverbiis, ubi est sermo de muliere meretrice, quod irretivit eum scilicet juvenem, multis sermonibus, & procaci vultu blandita est ei (e): statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, & quasi agnus lasciviens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: Donec transfigat sagitta jecur ejus: velut si avis festinet ad laqueum, nesciens (f) quod de periculo animæ illius agitur. Nota verba. Nam primo sequitur eam lentus, quasi bos ad macellum ductus. Secundo sequitur eam lætus, quasi lasciviens agnus. Tertio sequitur eam festinus, quasi avis ad escam, celeri volatu deducta. Primo vinculatur, & nescit. Secundo sagittatur, & non fugit. Tertio occiditur, & sic perit. Vinculatur primo, mala affectione. Sagittatur secundo, in occasionis acceptione; sicut in risu ejus, vel in aspectu oculorum ejus, & similibus. Sed tertio occiditur in consensione, sive in peccati perpetratione. Et propter hæc omnia dicitur in Ecclesiastico: Post concupiscentias tuas non eas, & a voluntate tua avertere; quia si dederis animæ tuæ concupiscentias, facient te (g) venire in gaudium inimicis tuis. Sæpe enim Pardus, dum ad uxorem Leonis accedit, cum ipsa adultera simul perit. (h).

Primum membrum distinctionis sequentium carnis delectabilia, & ejus dilatatio. Gulosi & luxuriosi porcis similes.

Prov. 7. 21. ac seqq.

Notanda circa hunc textum de meretrice juvenem seducente.

Eccli 18. 30. ac seq.

Exemplum Pardi.

4. Secundo sunt quidam, qui sequuntur

„ Dicit enim Seneca (Ep. 14.) quod nemo dignus „ Deo est, qui divitias non contemnit &c. “

(a) Sive *principatum*, ut ait exponendo eumdem textum Serm. 4. Dom. 4. post Pentec.

(b) Addit Serm. 2. de S. Luc. V. & M. ex eodem S. Aug. ibi, ac Serm. 3. de plur. Mar. *Nos volumus gaudere cum Sanctis, & tribulationes mundi nolumus sustinere cum illis. Qui enim Sanctos Martyres, vel in quantum potuerit, noluerit imitari, ad eorum beatitudinem non poterit pervenire.*

(c) De hac voce vid. Prodr. col. 675. & infra Ser. 9. de Euch. num. 60.

(d) Hujus vocis usus nedum apud D. Bona. verum & multo ante ipsum apud Cœlium Aurelianum Medicum, qui sæculo quinto vixisse videtur Reinesio, nec non apud alios.

(e) Vulg. *& blanditiis labiorum protraxit illum.*

(f) Vulg. *& nescit.*

(g) Vulg. *si præstes animæ tuæ concupiscentias ejus, faciet* &c.

(h) Ne vero Læna a Leone deprehendatur adultera, *cum miscetur concupiscentiæ Pardi, nonnisi lota aquis fuerit, ad Leonem ire præsumit*, idem ipse D. Bona. Serm. 4. de SS. Apostolis inter editos de Sanctis in communi. Hæc autem accepisse videtur a Plinio Natur. Hist. Lib. 8. cap. 16. testante: *Odore Pardi coitum sentit in adultera Leo, totaque vi consurgit in pœnam. Idcirco aut culpa flumine abluitur, aut longius comitatur.* Ne potius acceperit ab Aristotele, de quo inibi subdit idem Plinius: *Aristoteles diversa tradit, vir quem in iis magna secuturas in parte præfandum reor*; quippe eodem teste Plinio: *Alexandro magno Rege inflammato cupidine animalium naturas noscendi, delegata est hæc Commentatio Aristoteli, summo in omni doctrina viro.* Alia plura ad præfatum primum distinctionis membrum spectantia videri possunt apud ipsum D. Bona. Serm. 1. de S. Tho. Apost.

Digitized by Google

Secundum membrum distinctionis sequentium mundana mendacia, ac falsa desideria, ejusque dilatatio. *Osee.* 12. 1.

tur mundana mendacia (*a*), & mundanorum falsa desideria. Et tales sunt omnes avari, & cupidi (*b*). Unde exponitur (*c*) de eis illud Oseæ. duodecimo: Ephraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendaçium, & vastitatem multiplicat. Ephraim est omnis avarus, & per ventum intelligitur; quia est quasi res vana, sicuti ventus, qui non videtur, nec manu capitur, vel tenetur, nec ex eo unquam sinus impletur. Mundus etiam cum suis thesauris intelligitur, qui totus vanus est, nec teneri ab aliquo potest, nec hominis desiderium replet. Ephraim igitur pascit ventum, dum bonis terrenis satiari appetit. Unde subditur, quod sequitur æstum; quia omnis avarus cum multo fervore sequitur mundum. Et additur: Tota die mendacium, & vastitatem multiplicat; quia ista mundana dicuntur esse mendacia, quod promittunt securitatem, & addunt timorem; promittunt satietatem, & generant famem; promittunt vitam diuturnam servare, & citius ducunt ad vanitatem, & mortem. Unde dicitur avaris in Psalmo: Filii hominum usquequo gravi corde? Ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? O summa fatuitas avarorum! Quærunt vento & vanitatibus mundanis satiari; quia non attendunt, quod nunquam satiari possunt: sed quanto plura acquirunt, tanto plura appetunt, & vacuos se se magis inveniunt (*d*). Dicitur enim in Ecclesiastico: Quasi qui apprehendit umbram, & sequitur ventum, sic qui attendit ad visa mendacia (*e*). Vere mundus est umbræ simillimus; quia sicut umbra aliquid esse videtur, sed dum apprehenditur, non sentitur, nec manu tenetur: sic mundus nunc videtur aliquid, sed totus vanus existit, sicut unusquisque in morte perpendit.

Mundana omnia mendacia.

Ps. 4. 3.

Contra avarorum fatuitatem.

Eccli 34. 2.

Mundus umbræ simillimus.

Hinc Job: Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. Ergo stultissimi sunt avari, qui volunt umbra fugiente repleri, & vento vanissimo satiari, Sunt enim Draconi simillimi, qui quærit vento satiari, & vento credit suum internum incendium mitigari. De hoc enim Hieronymus ait super illud Jerem. Attraxerunt ventum sicut Dracones (*f*): Draco, inquit, (*g*) est animal sitibundum, in tantum ut vix aqua valeat satiari: & ideo vento os aperit, ut sic sitim extinguere possit. Quare cum navem in mari viderit, & ventum maximum circa navis velum adverterit, tanto impetu illuc vadit, quod sæpe navem subvertit: & tamen Draco nihil proficit, cum ardorem (*h*) nullo vento unquam extinguere possit.

Job 14. 2.

Simillimi & avari Draconi.

Hieronymus.

Jerem. 14. 6.

5. Sed nota hoc, quod omnes, qui carnem, & mundum sequuntur, sequuntur etiam Diabolum, tyrannum utique pessimum, quærentem omnes secum trahere ad infernum. Et tale est sequi Diabolum, quale esset, si agnus sequeretur lupum, porcus ursum, gallus vulpem, lepus canem &c. Et licet caro omnes inficiat, mundus in omnibus passim deficiat, & Diabolus omnes decipiat (*i*), nec alicui verum dicat (*k*); tamen hos pessimos Dominos sequitur omnis mundus. Unde in figura hujus dicitur in Libr. Regum, quod omnis Israel toto corde sequebatur Absalonem ad persequendum David. Absalon, quia lascivus, figurat carnis vitium; quia totus vanus, significat mundum; sed quia tyrannus, significat diabolum in suis membris persequentem Christum. (*l*)

Quid sit Diabolum sequi.

2. Reg. 15. 13.

Absalon quid significet.

6. Sequuntur (*m*) vero Christum primo aliqui reprehensibiliter, scilicet velut Philosophi curiosi, Joan. sexto:

Differentia inter sequentes Christum.

Seque-

(*a*) Al. *qui quærunt mendacia.*

(*b*) Al. additur *& grisonici.*

(*c*) Al. sequentia omnia desunt usque ad *O summa fatuitas avarorum* &c. sub hoc ipso nu. 4.

(*d*) De hoc plura ex SS. PP. Lib. 2. Phar. cap. 11.

(*e*) Al. *ad vilia mundana.*

(*f*) Vulg. *traxerunt ventum quasi Dracones.*

(*g*) Ubi hoc Hieron. dicat, nec in Commentis ejus super Jerem. neque alibi inter alia genuina ejus Opera, quæ nunc habentur, id invenio. Hinc & Editores Romani locum in margine designare non potuerunt.

(*h*) De hoc L. de nat. re. ac Plin. natural. Hist. L. 8. cap. 12. *Elephantis frigidissimum esse sanguinem, ob id æstu torrente præcipue a Draconibus expeti.*

(*i*) Confer cum D. Bona. Serm. 1. de S. Th. Apost. paucis post init.

(*k*) Al. additur hoc quoque *quia grisonicus est.*

(*l*) Al. *Absalon quia lascivus, signat mundum; sed tyrannus significat Diabolum, qui in suis membris persequitur Christum.*

(*m*) Al. desiderantur quæ continuo sequuntur usque ad *sed attendite Fratres* &c. sub hoc ipso num. 6.

Digitized by Google

Joan. 12. Sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa, quæ faciebat super his, qui infirmabantur. Secundo sequuntur eum aliqui laudabiliter, ut justi sicut Apostoli Matth. quarto: Ambulans Jesus, juxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, & Andream fratrem ejus, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis: Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et sic dicitur ibidem de Apostolis Jacobo & Joanne. Tertio sequuntur aliqui eum feliciter, ut Sancti Apocal. quarto decimo: Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati; Virgines enim sunt: hi sequuntur agnum quocumque ierit. Sequi Dominum more Apostolorum primo est facile: unde Petrus & Andreas, vocati a Christo, statim relictis omnibus secuti sunt eum; & Matthæus vocatus a Christo mox secutus est eum. Est secundo utile; quia qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ, quod est Christus; & Proverb. vigesimo primo: Qui sequitur justitiam & misericordiam, inveniet vitam, justitiam, & gloriam. Tertio est honorabile Joan. duodecimo: Si quis mihi ministrat, me sequatur, & ubi ego sum, illic & minister meus erit; si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Et Ecclesiastici vigesimo tertio: Magna gloria est sequi Dominum. Sed attendite, Fratres, quia Absalon periit, & omnis populus, qui eum sequebatur, dispersus est; quia tempus adveniet, quando amatores sui corporis, amatores mundi, & secutores (a) Diaboli, omnes cum suo Principe ignibus infernalibus sunt tradendi (b)

Matth. 4. 18. ac seqq.

Ibi vat. ac seq.

Apoc. 14. 4.

Sequela Christi, Apostolorum more, facilis, utilis, honorabilis.

Matth. 9. 9.

Joan. 8. 12.

Prover. 21. 21.

Joan. 12. 26.

Eccli 33. 38.

Quid e contrario futurum amatoribus corporis, mundi, ac diaboli.

7. Tertio igitur sunt qui sequuntur Christum, Agnum mansuetissimum, Doctorem prudentissimum, Regem potentissimum, & Patrem dulcissimum. (c) Et tales fuerunt Apostoli, & omnes Apostolici Viri. Et quis posset sufficienter cogitare, quis sufficienter verbis exprimere, quam perfecte, quam continenter, quanto fervore, Apostolorum Principes secuti sunt Dominum Salvatorem? Nam rebus omnibus nudi, sitique confecti, verberibus attriti, carceribus macerati, injuriis plurimis provocati, tandem sequentes Christum judicati sunt morti. Vide Legendam. Potest unusquisque Apostolorum dicere illud Job: Vestigia ejus secutus est pes meus, viam ejus custodivi, & non declinavi ex ea. Vestigia, inquam, humilitatis profundissimæ, paupertatis altissimæ (d), caritatis ardentissimæ, & patientiæ constantissimæ (e). Qui unquam in mundo sic humiles, sic omnibus rebus pauperes, sic flamma caritatis ardentes, sic in persecutionibus patientes, ut Petrus & Paulus? Unde Paulus dicebat ad Rom. Quis nos separabit a caritate Christi? Tribulatio? An angustia? &c. Et sequitur: Certus sum enim, quia neque mors, neque vita &c. poterit nos separare a caritate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro. Unde potuit quilibet istorum figurari in Ethai, qui dixit ad David Regem: Vivit Dominus, & vivit Dominus meus Rex; quoniam in quocumque loco fueris, Domine mi Rex, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus. Sic enim sancti Apostoli dicere potuerunt vero David, Domino

Tertium distinctionis membrum sequentium Christi vestigia, ejusque dilatatio.

Serm. 29. Junii To. 3. Job. 23. 11.

Quæ Christi, vestigia secuti SS. Apostoli Petrus & Paulus.

Ad Rom. 8. 35.

Ibi 38. ac seq.

Idem SS. Apostoli Ethai comparati. 2. Reg. 15. 21.

(a) Al. *confecutores*.

(b) Ne in hoc barathrum incidamus, monet quoque idem D. Bona. in fine Serm. 1. de S. Th. Apost. *Videte ergo Fratres stultitiam nostram, errorem nostrum; quia plures sequuntur mundum deficientem, plures carnem inficientem, plures Diabolum seducentem, & cum suis sequacibus corruentem, quam Christum reficientem*. Alludit autem ad illa verba, quæ ex Bernardo paucis post initium ejusdem Serm. protulerat: *Vocat nos mundus, vocat caro sive corpus, vocat Christus. Mundus & caro dicit: Venite ad me, & ego inficiam vos. Diabolus dicit: Venite ad me, & ego decipiam vos. Christus dicit: Venite ad me, & ego reficiam vos.*

(c) En repetitio superlativorum haud insolens apud D. Bona. de qua etiam Serm. 5. inter editos de SS. Apost.

(d) Epitheton ab eodem D. Bona. alibi quoque Apostolicæ paupertati tributum, qui etiam differens de gradibus virtutum, Cap. 8. ubi varios paupertatis gradus recenset, statuit *paupertatis gradum altissimum* in illis, *qui nihil habent in speciali*, ac nequidem *in communi, nec ad septimanam, vel ad diem, ut Fratres Minores*. De Christi *altissima paupertate* pariter cit. Serm. 5. de SS. Apost. nec non Serm. 4. Dom. 4. post Pentec. Item in singulari Opusculo De Paupert. Chr. in Apolog. Pauper. &c.

(e) Ecce rursus præfata superlativorum repetitio.

Digitized by Google

Jo. 13. 37. Salvatori. Nam Petrus dixit: Animam meam ponam pro te. Paulus autem ait: Ad Philipp. 1. 21. ac 23. Mihi vivere Christus est, & mori lucrum: cupio dissolvi, & esse cum Christo. (a)

Contra detrectantes pati adversa, ac mori pro Christo.

8. Qui sunt hodie fideles Christo, qui parati sunt mori pro Christo, quando pro ejus amore non possumus pati verba? Qui non sustinet verba, quomodo portaret mortis supplicia? Nunquid nix, sive ros, sustineret ignis incendia, quæ calorem nequeunt pati solis? O Christiana confusio, & sempiterno digna opprobrio! quæ non potest pati pro Christo, (b) quæ multi sunt passi pro mundo. (c) Clamant Auctores authentici, clamant Philosophi, clamant Historiographi, quod multi fuerunt olim Servi, qui voluerunt pro suis Dominis mori (d). Multæ uxores pro viris, & pro uxoribus multi mariti tradidere se morti. Nam de omnibus unum referam: Octavianus Imperator, dum contra Antonium, qui in Orientis partibus imperabat, bellum ageret, eoquod Antonius Sororem suam, (e) quam habebat uxorem, repudiasset (f), & Cleopatram Reginam Ægypti (g) in uxorem duxisset; (h) strenuum Militem habebat, qui sæpe partes Antonii debellabat. Accidit tamen, ut captus post multas victorias, ad Antonium duceretur; cui Antonius: Quid de te facere debeo? Cui Miles nihil metuens ait: Jube me, si placet, occidi, quia nullis precibus, non morte, nec vita, facere poteris, ut Miles Augusti esse desinam, & tuus esse incipiam. Quis hodie tantæ fortitudinis est pro Christo, sicut ille fuit pro Rege terreno? Laboremus ergo Fratres, ut quod non sumus, precibus Apostolorum fiamus, Christo donante, qui cum Deo Patre &c. (i)

Strenuitas invictusque animus Romani Militis sub Octaviano Augusto.

SERMO OCTAVUS.

De S. Matthæo Apostolo & Evangelista.

Jer. 31. 19. 1. *Postquam convertisti me, egi pœnitentiam*, Sicut (k) Baptismus est post peccatum, sive post naufragium, prima tabula, qua eripimur a procella, sive a culpa, quæ est maris tempestas; sic pœnitentia eis, qui relabuntur in culpam, est secunda tabula (l), qua liberatur anima a recidivo (m). Nam sicut Baptismo liberamur a peccato originali; sic per pœnitentiam liberamur ab actuali (n): ergo qui post ablutionem Baptismi recidivat (o) in culpam, non debet secundam contemnere medicinam (p), cum

Baptismus prima, pœnitentia secunda post naufragium tabula.

(a) Vulg. *coarctor e duobus, desiderium habens dissolvi* &c. sed ut supra Apolog. Pauper. secun. respons. pri. partic. Art. 1. & alibi.

(b) Al. desunt omnia seqq. usque in finem.

(c) Idem ipse D. Bona. Serm. 2. de S. Anton. *Quis hodie patiens ad portandum, non dico martyrium, sed modicum, verbum? Confundunt impatientiam nostram Paganorum exempla.* Ibi autem subdit exemplum cujusdam *Syracusanorum* (non ut ibidem legitur *Romanorum*) *nobilissimi*, utpote cum fuerit *Dio Syracusanus*, de quo Valer. Max. Lib. 4. cap. 1. Aliud exemplum Serm. 1. de S. Lucia Virg. & Mart. refert de *Pompejo nobili Romano*, de quo d. Valer. Max. Lib. 3. cap. 3. Ubi addit & alterum de *quodam viro fortissimo* ex Romana Historia, sicque concludit: *Ergo si tanta fortitudo potest esse pro mundo; quanta debet esse pro Christo, qui tanto remunerat præmio?* Item narrat alia duo de *Pomponio*, & *Lectorio* apud eosdem Romanos, ex eodem Valer. Max. Lib. 4. cap. 1. uti legere est apud ipsum D. Bona. Serm. 1. de S. Tho. Apost. Insuper aliud Serm. 1. de S. Ambr. ex ipso Valer. Max. Lib. 2. c. 1. cir. fin. de Cimbris & Celtiberis, quorum exemplo sic præmittitur in d. Serm. *Invenio viros, Paganos, non pro Deo, sed pro mundo propriam contempsisse vitam* &c.

(d) Ipsemet D. Bona. cit. Serm. 2. de S. Th. Apost. refert ex Histor. Rom. simile exemplum fidelissimi servi cujusdam nomine non *Machonii* ut habent Editiones, sed, ut est apud Valer. Max. Lib. 6. cap. 8. De Fide Servor. erga Domin., *M. Antonii* Oratoris clarissimi, qui inter acerbissima tormenta fidem mira constantia servavit. De quo *M. Antonio Oratore clarissimo* etiam Cic. in Brut.

(e) *Octaviam* nomine, de qua plura Plutarchus in Vit. Illustr. Viror. Græcor. & Romanor. in *Antonio*.

(f) Dion. Hist. Rom. L. 50.

(g) Ejusd. Dion. cit. Hist. Rom. L. 48.

(h) De ipsa quoque nedum idem Plutarch. ibi; sed & Sueton. L. 2. & alii. Ejus quoque meminit D. ipse Bona. Serm. 1. de S. Agnete V. & M. ex cit. Valer. Max. Lib. 4. cap. 1.

(i) Pariter concludit Serm. 5. de SS. Apost.

(k) Al. additur *enim*.

(l) Sic in 4. Dist. 22. Art. 3. Q. 2. in concl.

(m) *Recidivum* etiam ibi Art. 1. Q. 2. in concl. nec non ibi Dist. 14. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in Fundam. &c.

(n) Ibi cit. Dist. 22. Art. 3. Q. 2. in concl.

(o) Hoc verbum nedum est apud ipsum D. Bona. ibi Art. 1. Q. 2. ad opp. 4. & in concl. ac etiam alibi; verum & in Cathol. Fr. Joan. de Janua.

(p) De hac, aliisque animæ *medicamentis* in Procem. 4. Sent. & de *pœnitentia, quæ est medicina sacramentalis*, Serm. 4. Dom. 3. post Pentecost.

Digitized by Google

Exemplum ægroti.

cum jam amiserit primariam. Ægrotus enim si non sit stultus, si recidivet, postquam a Medico est curatus, Medicum advocat, & rogat, ut secundam medicinam apponat, per quam morbum ejiciat. Cum enim ægritudini sit contraria medicina, & contraria curentur contrariis, sicut calido frigidum, & frigido calidum (*a*), quoties replicatur morbus, toties repetenda est medicina: sicque quoties iteratur culpa, toties illi contraria reiteranda est pœnitentia (*b*). Cum ergo Sanctus Apostolus post mundationem primam in Circumcisione factam (*c*), fuerit relapsus in culpam, non veritus est agere pœnitentiam. Unde dicit Domino: *Postquam convertisti me, egi pœnitentiam*. In quo verbo notantur principaliter duo. Unum ex parte Dei; ex parte Dei notatur, vel monstratur misericordia, qua Apostolum olim publicanum convertit. Alterum ex parte Apostoli; ex parte Apostoli notatur justitia, qua se pro peccato punivit. Ostenditur autem primo Divina clementia in Apostolum, ipsum convertendo, cum dicitur: *Postquam convertisti me*. Secundo notatur Apostoli justitia, in se acriter puniendo, cum additur: *egi pœnitentiam*. Est igitur notandum, quod ad pœnitentiam, quantum ad præsens, quatuor sunt motiva: scilicet mundialis (*d*) ignominia, in qua sumus: judicialis sententia, quam timemus: infernalis miseria, quam pati meruimus: sempiternalis (*e*) gloria, a qua nos exclusimus. Agamus igitur pœnitentiam, vel ut evadamus ignominiam; vel ut redeamus in gratiam; vel ut declinemus æternam miseriam; vel ut admittamur ad gloriam perpetuam. (*f*)

Contraria contrariis curantur.

Divisio thematis cum subseq. distinctione, & dilatatione.

Quatuor pœnitentiæ motiva.

Primum pœnitentiæ motivum.

2. Dico quod nos primo movere debet ad pœnitentiam mundialis ignominia, in qua stamus; si tamen eandem cognoscimus, & penitus insensibiles, vel brutales facti non sumus. Miseros enim facit populos peccatum. Quid servire ignominiosius in hac vita? Nonne ergo est ignobilis factus, qui modo erat Filius Dei, & Regis æterni, & nunc est servus diaboli, & peccati? Secundæ Petri secundo: A quo enim quis superatus est, hujus & servus est (*g*). Et Augustinus dicit, quod miser peccator servus est, non unius Domini; sed quod est gravius, tot Dominorum, quot & vitiorum. Ergo si juxta sententiam Sanctorum peccatum nihil est (*h*), & servus Domino suo minor est; peccator minus ipso nihil est: ergo nihil eo vilius esse potest! O nostra Anima creaturarum dignissima! Quomodo quæ eras libera, es effecta ancilla? Quomodo mulierum, imo creaturarum pulcherrima, facta es deformata? Quomodo quæ eras Dei similitudine insignita, es diaboli charactere figurata? Et quomodo quæ eras nobilissima Regis Sponsa, es infernalibus fornicariis prostituta? Anselmus: O anima mea ærumnosa & misera, anima perfida, anima adultera, & perjura! quomodo, inquit, tu, quæ desponsata eras Regi cœlorum, scortum facta es tartarorum? Heu! projecta a Deo, & data Diabolo; Immo tu abjiciens Deum, amplexaris Diabolum. (*i*) O, inquit, miserrima Anima fornicatrix, impudens meretrix, obstinata! Tu prior amatori, & creatori tuo repudium intulisti (*k*), & ad occisorem tuum sponte te contulisti. Ergo, Fratres, non ignominiosa, non misera, & non maculata est anima, quæ peccatorum est facta ancilla, & propriæ carnis, cujus de domina facta est vernacula? (*l*)

Prov. 14. 34.

Servitus nulla ea quæ est peccati ignominiosior.

2. *Petr.* 2. 19. *Augustinus L.* 4. *de Civit. Dei c.* 3.

Ambrosius de Isaac c. 7. *Augustinus de Civit. Dei L.* 11. *c.* 9. *ac L.* 12. *c.* 7. *nec non Tract.* 1. *in Joan.* &c. *Fulgentius de fide ad Petr. c.* 21. *Damascenus de fide orth. L.* 2. *c.* 4.

Anselmus apud ipsum D. Bonav. Solil. c. 1.

3. Est igitur pœnitentia assumenda, ut redeamus a culpa in gratiam. Exemplum ad hoc habemus in Manasse (*m*) secundo Paralipomenon, qui postquam vidit

Exemplum Manasse.

2. *Paral.* 33. 11. *ac seqq.*

(*a*) S. Greg. in Evang. L. 2. Hom. 32. n. 1.
(*b*) Dist. 14. Par. 2. Art. 1. Q. 2. in concl.
(*c*) 4. Dist. 1. Par. 2. Art. 2. Q. 3. in concl.
(*d*) Hoc adjectivum nedum alibi pluries est apud D. Bona. sed & in Lexic. Philosop. Matthiæ Martinii. Cave porro, ne putes mundanam infamiam a Bonaventura reputari motivum salutaris pœnitentiæ, cum illa mere humana naturalisque sit, hæc vero supernaturalis. Nam ex continuo seq. numero 2. patet illam ab eo spectari, ut contrariam pulchritudini, ac dignitati animæ per lumen fidei cognitæ.
(*e*) Hoc quoque adjectivo utitur in Breviloquio &c.
(*f*) Al. sequentia omnia desunt in finem usque.
(*g*) 2. Dist. 44. Art. 3. Q. 1. in concl.
(*h*) 2. Dist. 30. Art. 2. Q. 1. in concl. Et Dist. 34. Art. 1. Q. 2. in concl. &c.
(*i*) In Soliloq. ibi ex Anselmo: *De sponsa Christi facta es scortum execrabile diaboli.*
(*k*) Ibi ex eodem: *repudiasti Sponsum tuum.*
(*l*) Id est, servilis, sicut Gen. 17. 12. vel de fœce plebis, sicut apud Tacitum Annal. 1. cap. 32.
(*m*) In d. Soliloq. ibi, ubi refertur Oratio Manasse.

Digitized by Google

vidit se captum, & in Babylonem deductum, & catenis astrictum, pœnitentiam coram Domino egit, & attentare Dominum exoravit, qui eum exaudivit, & in regnum suum illum reduxit. Sed plorandum est hodie; quia multi, cum deberent eum orare, & ad pœnitentiam redire, non eum orant, sed blasphemant. Unde Dominus Jerem. tertio dicit animæ peccatrici: Ecce locuta es, & fecisti mala, quæ (a) potuisti; (b) & pro verbis pœnitentiæ verbis superbiæ blasphemasti, & implesti malam cogitationem tuam, & ostendisti contra virum fortitudinem tuam, ut possis facere quod sermone tractasti. Mirum valde est, quia si falco (c) in una die dimissus, ad avem negligenter se habuit, verecundiam induit, & die sequenti pro posse (d) Domino satisfacit: arbor etiam, quæ non fructificat uno anno, in sequenti tanquam satisfaciens duplices fructus portat: quid ergo causlæ, quod homo si mala agat, & Deum offendat, redire ad Deum non curat, nec illi satisfacere? Sequamur igitur Petrum, qui propter negationem flevit amare, Sequamur Paulum, qui post persecutionem non desiit pro Christo laborare. Sequamur & Matthæum, qui post telonii lucrationem non destitit evangelizare. Similiter & David prophetam, qui post peccata sua cinerem tanquam panem manducabat, & potum suum cum fletu miscebat; nec non Magdalenam, quæ lacrymis lavit maculas criminis. (e) Sciebant enim Dominum dixisse Ezech. decimo octavo: Si impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius (f).

Multi Deum non orant, sed blasphemant.

Jer. 3. 1.

Exempla falconis, & arboris.

Ad pœnitentiam adhortatio.

Exempla Petri, Pauli, Matthæi, David, Magdalenæ.

Ps. 102. 10.

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 25. n. 1.

Ezech. 18. 22. *ac seq.*

4. Secundo nos movere debet illa sententia extrema, quam timere debemus, Leo rugiet, quis non timebit? Si omnia animalia sic timent rugitum Leonis, ut post illius rugitum continuo figant gressum, & trementia expectent sui regis imperium (g); quantus timor erit; dum rugiet Leo de tribu Juda, cujus vox concutiet universam terram, aperiet sepulcra omnia, suscitabit omnia corpora, suscitabit flumina, sive maria, ut omnes festinent audire illam districtam justitiam, & terribilem illam sententiam, a qua nemo appellare poterit, quam nullus poterit subterfugere, contra quam nemo poterit quicquam objicere? (h) Quid, ut Hieronymus dicit, tunc faciet virgula deserti, ubi concutietur cedrus libani? Si tunc justus vix salvabitur, ut dicit Apostolus Petrus, impius & peccator ubi parebit (i)? Item ut dicit idem: Si Deus Angelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos; & si originali mundo non pepercit, sed judicium, videlicet diluvium, induxit: quid fiet de illis, quorum jam judicium non cessat, & damnatio non dormitat? Arguit Apostolus a majori; nam magis videtur, quod deberet parcere Angelis nobilissimis Spiritibus, peccantibus solo motu cordis, quam hominibus usquequaque perversis; & magis originali mundo, quam mundo hominibus malis inveterato: ergo si illis non pepercit, sed sic dure punivit; quid facturus est nobis, qui nec abstinemus a peccatis, tantis edocti exemplis?

Quam terribilis dies extremi judicii.

Hieronymus, sive Beda in Dom. 2. Adv.

1. Petr. 4. 18.

2. Petr. 2. 4.

5. Ergo, Fratres mei, saltem ob timorem illius judicii, ubi non poterit quidquam abscondi, a quo nulla via poterit declinari, cui conscientia propria teste non poterit appellari; nunc pœnitemini, primo corde dolentes: secundo ore confitentes: tertio vero opere satisfacientes. Nam & Salvator dicit: Nisi pœnitentiam egeritis (k), omnes simul peribitis. O amentia summa! nunc non agere pœnitentiam; quia post latam illam sententiam perit mundana ista substantia, nec potest homo impetrare unam modicam horam ad pœnitentiam peragendam: ergo summa stul-

Luc. 23. 3. Tres pœnitentiæ partes, corde dolere, ore confiteri, opere satisfacere.

Amentia summa nunc pœnitentiam non agere.

Secundum pœnitentiæ motivum. Rugitus Leonis omnibus animalibus formidabilis. *Hieronymus L. 3. in Oseam super c. 11.*

(a) Vulg. pro *quæ* habet *&*.

(b) Sequentia absunt a Vulg. sed habet Cod. noster Bernard. 40. & alter Biblioth. Ep. 58. Item Hugo Card. At Lyran. notat in marg. ut antiquam lectionem.

(c) Similia exempla de *falcone* videri possunt Serm. 1. de uno S. Confess. apud D. Bona.

(d) Apud ipsum quoque alibi pluries hæc phrasis.

(e) Prædicta quoque exempla apud eumdem cit. cap. 1. Soliloq.

(f) In Vulg. deest *amplius*.

(g) Pariter D. Bonav. Serm. 5. de una S. Virg. & Mar. Confer quoque cum ejus Serm. 5. de SS. Apost.

(h) De hoc plura cap. 3. Soliloq.

(i) Vulg. in plurali *parebunt*; sed in singulari *parebit* etiam antiquissimus Cod. noster Bernardin. 39.

(k) Vulg. *habueritis*; sed *egeritis* etiam Codd. Vercellen. Brixian. & Goth. apud Blanchin.

Digitized by Google

ſtultitia iſta eſt, tempus ad pœnitentiam nobis datum convertere in peccatum. Unde dicitur contra unumquemque talem in Apocal. Dedi illi tempus ut pœnitentiam ageret, & non vult pœnitere a fornicatione ſua (*a*). Et Job vigeſimo quarto: Dedit ei Deus locum pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam. Tales enim, ut dicit Auguſtinus, quia nolunt pœnitere, cum poſſunt, infligitur eis, ut non poſſint, cum velint. (*b*) Unde narrat Gregorius, quod cum quidam prædives veniret ad mortem, & cum vidiſſet dæmones ad ſe intrantes, timens cœpit clamare ad Dominum: Domine da mihi inducias ad pœnitentiam uſque mane. Qui tamen non meruit impetrare, quod a Deo petiit; ſed per manus dæmonum imparatus de habitaculo ſuæ carnis evulſus fuit. Unde & dicitur in Vitis Patrum, quod ſtans quidam Pater ante portas cujuſdam divitis, qui moriebatur, vidit equos nigros, & aſcenſores eorum nigros, habentes in manibus baculos igneos: cumque perveniſſent ad domum, intraverunt cum feſtinatione; ſed infirmus, dum eos vidit, voce magna clamare cœpit: Domine adjuva me. Cui dæmones: Nunc factus es memor Dei, quando tibi Sol obſcuratus eſt; quare uſque modo non quæſiſti eum, dum adhuc tibi erat ſplendor diei? Nunc autem in hac hora non eſt tibi ſpes; neque amplius tibi conſolatio eſſe poteſt, quia nobis datus es. (*c*)

Apocal. 2. 21.

Job 24. 23.

Auguſtinus L. 3. de Lib. Arb. c. 18. n. 52. ac etiam alibi.

Gregorius L. 4. Dialogor. c. 38.

Exempla de non differenda pœnitentia.

In Vit. Patrum L. 6. Auctore Græco incerto, Interprete Joanne S. R. E. Subdiac. Libel. 3. n. 14.

Tertium pœnitentiæ motivum.

6. Tertio nos movere debet ad pœnitentiam infernalis miſeria, quam peccando meruimus. Stulta vero audacia non timere illam pœnam, cui omnis pœna comparata eſt ſicut nulla. (*d*) Timet enim Elephas murem, timet Leo ſtrepitum rotarum, & ignem, & Lupus lapidem; timet Gallus Vulpem, & Cervus mirabiliter Vulpis vocem; timet Homo Hominem, Miles Regem, & Latro Poteſtatem; & ita omnia timent mortem, quæ non occupat tempus unius horæ: & tu non times pœnam infernalem, quæ eſt pœnarum omnium maxima, & inſuper eſt æternalis? Unde dicitur Apocal. ſecundo: In tribulatione maxima erunt, niſi pœnitentiam ab operibus ſuis egerint. Maxima dicit; quia magna ſatis & dura eſt pœna in mortis articulo: major & durior in ultimo judicio; ſed eſt maxima in inferno. (*e*) Tunc enim miſeri, qui nolunt modo pœnitentiam agere, cogentur, velint nolint, pœnitentiam facere, ſed ſibi inutilem. Ideo dicitur Sapient. quinto de damnatis (*f*): Pœnitentiam agentes, & præ angustia ſpiritus gementes; irremediabiliter ſcilicet dolentes, non tamen proficientes, licet ſe affligentes cum ploratu, & ululatu multo (*g*); quia plures amaræ lacrymæ exibunt ab oculis unius damnati, quam ſint guttæ totius maris: tamen nec ad modicum iram placare poterunt Judicis; & ubi modo una lacryma Judicem placat, tunc innumeræ lacrymæ non ſedabunt.

Apocal. 2. 22.

In inferno tribulatio maxima.

Sap. 5. 3.

Quot damnatorum lacrymæ, ſed ad iram Divini Judicis placandam inutiles.

7. Ergo, Cariſſimi mei, nunc tempus eſt flendi; nunc tempus confitendi; nunc tempus ſatisfaciendi: quia tunc non eſt tempus niſi mercedem recipiendi. Operamini, dicit Dominus in Joan., donec dies eſt; veniet (*h*) autem (*i*) nox, quando nemo poteſt operari. Non ſolum igitur malum eſt non pœnitentiam agere; ſed alios, ne pœnitentiam agant, impedire: ſicut illi, qui filios ſuos a ſervitio Dei laborant abſtrahere. Unde narrat Hieronymus, quod Prætextata nobiliſſima quædam Romana femina, jubente Viro ſuo Hymetio, qui erat patruus ſanctæ Euſtochii Virginis, veſtem ipſius puellæ mutavit, & caput ejus jam diu a ſancta Paula ma-

Nunc tempus flendi, confitendi, ſatisfaciendi.

Joan. 9. 4.

Quantum malum abſtrahere a Dei ſervitio. *Hieronymus Epiſt.* 107. *al.* 7. *ad Lætam n.* 5.

Exemplum Prætextatæ nobiliſſimæ feminæ Romanæ.

(*a*) *Unde omne tempus dat ad pœnitendum, non ad peccandum*, inquit etiam Comment. in Apocal. ibi.

(*b*) 4. Diſt. 12. Par. 2. Dub. 4. *Sicut vult Auguſtinus de perfectione juſtitiæ hominis, quia homo noluit vitare peccatum, cum potuit, infligitur eſt ei non poſſe, cum velit.*

(*c*) Ita loc. cit. ſed cum aliqua varietate quoad verba. Adeo certum eſt quod ait D. Bonav. Lib. 2. Phar. cap. 17. ex S. Auguſtino, ſive potius ex Auctore Lib. de vera & falſa pœnit. cap. 17. *Converſio ſi contigerit in fine, deſperandum non eſt de peccatorum ſuorum remiſſione: ed quoniam vix vel raro eſt tam juſta converſio, timendum eſt de ſero pœnitente.*

(*d*) Paritar Lib. 3. ejuſd. Phar. cap. 50. ex eodem S. Aug. Lib. de cath. rud. cap. 22. in fin. & ex S. Iſid. in Syn. cap. 1. ante med.

(*e*) *Maxima in inferno* dicitur quoque Comment. ejuſdem D. Bonav. in Apocal. ibi.

(*f*) Itidem Comment. in Sap. ibi.

(*g*) Ibi.

(*h*) Vulg. *venit*; ſed *veniet* etiam Comment. in Joan. ibi, nec non Cod. noſter Bernard. 40. & alter Biblioth. Ep. 58. nec non Codd. Veron. & Brixian. apud Blanchin.

(*i*) Vulg. abſque *autem*; ſed *autem* quoque d. Cod. Brixian.

Digitized by Google

matre ejus neglectum, mundano more composuit, mutare volens Virginis animum, & Matris propositum. Cui eadem nocte apparuit Angelus in somnis facie terribili dicens: Tu ne ausa es Viri tui imperium præferre Christo? Tu caput Virginis Dei sanctæ sacrilegis manibus contrectasti? Sed ecce jam nunc arescent, ut sentias excruciata quid feceris, & sic mense quinto finito ad inferna ducaris. Et si in peccato, quod cœpisti, perseveraveris, filiis ac marito orbaberis. Et quia ipsa Angelica monita non servavit, dicit Hieronymus, quod omnia per ordinem sunt expleta, & seram pœnitentiam velox signavit interitus. (a) Non solum ergo nunc facienda nobis pœnitentia, sed & aliis est consulenda, & nulla ab ea subtrahenda est persona.

Hieronym. ibi.

Quartum pœnitentiæ motivum.

8. Quartum quod movere nos debet ad pœnitentiam est cœlestis gloria, a qua nos per culpam excluſi sumus. Nam qui perderet unum Castrum, libenter laborem assumeret, ut recuperare posset. Certe stultus esset, si negligeret, & si omisso modico labore tantum bonum perderet. Et si de Castro ita est, quid de Civitate fiet? Quid de Provincia? Quid ultra de toto Regno? O quantum Alexander Philippi Macedo laborem assumpsit, quam magnis periculis temporum, locorum, bellorum se exposuit? Quot genera montium sæpe vidit pro imperio obtinendo, cui tantum annis duodecim præfuit; immo, ut verius loquar, in quo conquirendo annis duodecim laboravit, quin per annum in eo quieverit? (b) Ergo si ita glorioſum esse dicitur pro imperio laborare terreno, quam glorioſum erit modicum laborare & pœnitentiam agere pro cœlesti Imperio, quod non duodecim annorum, sed annorum patet esse æternorum?

1. Mach. 1. 8.

Joseph. L. 11. antiq. c. ult. Liv. L. 45. Just. L. 11. &c.

Adhortatio poſtrema ad pœnitentiam nulla mora peragendam.

9. Ergo, Fratres mei, si per culpam noſtram gloriam illam amisimus, eam per pœnitentiam recuperemus. Unde dicitur Apocal. secundo: Memor esto unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Quis est, si cadit, quod si potest, non statim surgat? Igitur si ceciderimus per culpam, surgamus per pœnitentiam. Unde & dicebat Filius prodigus Lucæ quinto decimo: Surgam & ibo ad patrem meum. Nam & S. Ambroſius, dum Theodoſium Imperatorem de peccato argueret, & ille objiceret, quod peccavit & David: Si secutus, inquit, es peccantem, sequere & pœnitentem. (c) Si peccasti, revertere. Quia benignus & misericors est, & præstabilis super malitia, convertimini ad Dominum Deum vestrum. Unde plura & majora contulit Filio prodigo post egressum, quam ante contulerat. Lege ejus Historiam, quia multum facit ad præsentem materiam. Nam & Matthæus, dum pœnam infernalem expavit, gloriam perditam repensavit; & ut illam effugeret, & hanc recuperaret, fortem pœnitentiam egit, & in fine morti se tradidit. Lege Historiam, & hic quæ inveneris, narra. Rogemus igitur &c.

Apocal. 2. 5.

Luc. 15. 18.

Ambroſius nihil veritus Theodoſium Imp. arguere, atque ad pœnitentiam reducere.

Joel 2. 13.

Exemplum Filii prodigi, & Matthæi.

SERMO NONUS.

In Purificatione B. M. V.

1. *Impleti sunt dies purgationis Mariæ.* Rationabiliter posset hic quæri, quare Domina ipsa in summo mundissima voluit expurgari. Si enim secundum Philosophum nihil facit frustra inferior ista natura; (d) quanto magis Domina illa, Divina Sapientia illustrata, Christique Verbo superno conjuncta, nihil frustra est operata? Ergo cum esset mundissima, purgari voluit sine caussa quidem corporali; sed non sine caussa spirituali (e). Et ideo notandum, quod purgari

Luc. 2. 22.

Aristoteles L. 3. de anima cont. 41. Natura nihil facit frustra.

Divisio cum distinctione.

(a) Confer cum noviss. Edit. Veronen. propter variantes.

(b) Vide sis quid de eodem Alexandro ex Græcorum Historia referat ipsemet D. Bonav. Serm. 2. de S. Nicolao Episcopo.

(c) Serm. 1. de S. Ambroſio Episcopo: *Arguebat, nullum timendo, sicut patet in exemplo de Theodoſio Imperatore, quem ab Ecclesiæ ingressu prohibuit, & de peccato, quod egerat, valde redarguit, & ad pœnitentiam asperis verbis induxit. Lege in Legenda totum; quia valde est notabile exemplum, & propter humilitatem Imperatoris ad pœnitendum, & propter constantiam Pastoris ad arguendum.* Vid. Ambr. Ep. 28. ad Theod. & in fun. Theod.

(d) Sic 2. Dist. 29. Art. 1. Q. 2. ad opp. 5. Vid. Plin. Nat. Hist. Lib. 22. in Procem.

(e) *Sine caussa corporali*, unde, ait Expos. in Luc. ibi S. Bernardi verbis „ Vere, o beata „ Virgo, non habes caussam, nec tibi opus est „ purificatione: sed nunquid Filio tuo opus „ erat circumcisione? Unde potest dici, quod „ dixit Assuerus: Non pro te, sed pro omnibus hæc lex constituta est.“ Sed cum caussa spirituali, unde infra inibi subdit „ Spiritualiter autem notanda sunt tria &c. “

Digitized by Google

gari voluit Virgo Davidica in repurgationis exemplum, fundamentum, & complementum. In complementum purgationis figuralis; ad fundamentum purgationis ſacramentalis; & in exemplum purgationis ſpiritualis.

Dilatatio. B. V. M. purgari voluit in complementum purgationis figuralis. *Levit.* 12. 6.

2. Dico, quod primo purgari voluit in complementum purgationis figuralis, circa quam legitur Levitici duodecimo, ubi ſic ait de Muliere purganda: Cum expleti fuerint dies purgationis ſuæ pro filio ſive pro filia, deferet agnum anniculum in holocauſtum. Conſtat enim, quod ille agnus purgare non poterat; *Ad Hebr.* 10. 4. quia ut dicitur ad Hebr. decimo: Impoſſibile eſt ſanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Cujus ratio eſt, quia contraria ſolum contrariis expelluntur: unde viſione removetur ab oculo cœcitas, & ſanitate infirmitas. Cum igitur culpæ ſit gratia ipſa oppoſita, ſola gratia tolluntur peccata ab anima, ſcilicet a ſolo Deo, a quo per creationem eſt gratia. Quare ſanguine quorumcunque brutorum non poterant purgari peccata: ergo quod agnus ille purgare diceretur, hoc ideo erat, quia *Jo.* 1. 29. Agnum veriſſimum figurabat, qui tollit peccata (*a*) mundi, id eſt, deſtruit. In illa ergo Muliere ſola hanc figuram implevit, & finem illi legi impoſuit, quæ verum Agnum immolavit.

Purgari voluit ad fundamentum purgationis ſacramentalis. *Malach.* 3. 3. *ac ſeq.*

3. Secundo purgari Virgo regia voluit ad fundamentum purgationis ſacramentalis, de qua poteſt intelligi illud Malachiæ tertio: Sedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi &c., & placebit Domino ſacrificium Juda & Jeruſalem &c. Per filios Levi Sacerdotes ſacrificia offerentes intelliguntur, qui primo ipſi a Deo mundati mundant alios, conferendo Dominica Sacramenta, ſicut Baptiſmum, & Pœnitentiam, Confirmationem, & Euchariſtiam, quibus purgantur animæ a peccatis. (*b*) Hæc autem purgatio fit per illum Pontificem ſummum, de quo ad Hebr. primo loquens Apoſtolus di- *Ad Hebr.* 1. 3. cit: Purgationem peccatorum faciens, ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis. Et hanc purgationem fecit, quando ſe ipſum obtulit: quæ quidem purgatio conſummata fuit in patibulo; ſed hodie inchoata, quando Chriſtus a Matre eſt oblatus in Templo, & Sanctuario. Quare Sacramentalis oblatio in oblatione hujus per Virginem facta, ſumpſit exordium, & etiam fundamentum, in patibulo tamen conſummandum.

Purgari voluit in exemplum purgationis ſpiritualis.

4. Tertio Domina mundi purgari voluit, nos ad purgationem ſpiritualem reducens; quia animæ fide purgantur juxta illud quinto decimo Actor. *Act.* 15. 9. fide purificans corda eorum; a fide enim tanquam a fundamento incipit ſpiritualis purgatio, dum credit homo ſe non poſſe purgari niſi per gratiam Chriſti. Ergo quantumcunque quis peccet, nunquam a ſe purgando recedat, dum mundiſſimam Dominam videt purgari voluiſſe in noſtrum exemplum. Unde de ea ſic dicitur: *Impleti ſunt dies purgationis Mariæ.* In quibus verbis deſcribitur Regina Mundi, ut prudentiſſima in obſervantia temporis; ut humillima in obſervatione legis; & ut tota ſanctiſſima in excellentia nominis. Quia cum omnia tempus habeant, & *Eccle* 3. 1. *ac* 11. omnia fecerit Deus bona in tempore ſuo, ſicut ſunt exempli gratia in ſeminatione, in plantatione, in putatione; ideo Virgo Davidica, dum tempus obſervavit, prudentiſſimam ſe probavit; dum purificari voluit, ſe humillimam fore monſtravit; & *Mariæ* definitione totam ſanctiſſimam ſe oſtendit. Hæc enim ſunt in themate manifeſta. Nam dum Maria ſtella maris, amarum mare, & Domina eſt interpretata (*c*), oſtenditur fuiſſe ſanctiſſima; cum ſtella maris fuerit in converſatione, amarum mare in Filii paſſione, & Domina in ſua Aſſumptione. Ergo ſi volumus cum Domina noſtra juxta modulum noſtrum exaltari, neceſſe habemus ejus exemplo purgari; quo nos indigemus, quia quotidie Deum offendimus. Quis enim

Diviſio thematis, atque Reginæ Mundi deſcriptio, ut prudentiſſimæ, ut humillimæ, & ut ſanctiſſimæ.

Mariæ interpretatio ſtella maris, amarum mare, & Domina.

in

(*a*) Vulg. *peccatum*; ſed in plurali *peccata* Comment. in Joan. ibi, & alibi ſæpe.

(*b*) De *Confirmatione* ſic ait; quia purgat *per ablationem puſillitatis*, 4. Diſt. 7. Art. 2. Q. 2. in concl. De *Euchariſtia* autem; quia *liberat a culpa veniali, præſervat a mortali, purgat aliquas reliquias*, ibi Diſt. 12. Par. 2. Art. 1. Q. 2. in concl. & in Reſp. ad 1. & 2. Item ibi Diſt. 8. Par. 2. Art. 2. Q. 2. ubi ad opp. 1. referuntur illa verba Collectæ: *Purificent nos quæſumus Domine Sacramenta, quæ ſumpſimus*. Et in Collect. ad ſi. Miſſ. in Miſſali MS. Vat. *in remiſſionem peccatorum*.

(*c*) Sic Expoſit. in capp. 1. & 2. S. Luc. De ipſa ut *Stella maris* Serm. 1. de B. V. M., ut *Domina* Lib. 1. Phar. cap. 5. & ut *amarum mare* 4. Diſt. 20. Par. 2. Dub. 3. ubi dicitur: *Maria amarum mare interpretatur*. Item ſupra Par. 1. in Meditat. ſup. Salut. Angel. n. 12.

Digitized by Google

in lutum quotidie cadens, non se inde erigeret, & lavaret? At peccatum est fœtidius luto; ergo nos ab eo lavari debemus.

Pœnitentia Sacramentalis peccati purgamentum. Divisio alia cum distinctione, & dilatatione.

5. Peccati autem purgamentum est pœnitentiæ Sacramentum, eo quod pœnitentia cum sit ignea, sit instar maris amara, & sit dura atque aspera; omnia sic ipsa natura sunt purgativa. Nam quia ignea, purgat in corde; quia amara, purgat in corpore; sed quia dura & aspera, purgat in opere. Dico primo, quod pœnitentia virtus est purgativa cordis, eo quod sit ignea in natura. Nos enim videmus, quod ignis in suæ caliditatis virtute, dulciter, dum agit (sicut exemplum est in metallis) materiam ipsam remollit, & remolliendo liquefacit; & quod in ea est fœdum, dividit, & consumit, sicque eam a sordibus puram reddit. Quid enim aliud facit in auro, quod non corrumpit, nec minuit in valore, vel pretio, sed ipsum expurgat ab omni ultimo metallo? Ergo & pœnitentia cum virtute sit ignea, dum agit per igneam contritionem in animam, eam resolvit in lacrymas, sicque lavat in ea universa peccata. Unde de hac exponitur illud Numeror. trigesimo primo: Aurum, & argentum, & æs, & ferrum, & stannum, & plumbum, & omne quod transire potest per flammas, igne purgabitur. Quid per aurum, quod in mundo reddit hominem potentem, & altum, significatur, nisi peccatum superbiæ? Quid per argentum tam candidum, nisi peccatum vanæ gloriæ, nascens ex dono scientiæ? Quid per æs & ferrum diu durabile, nisi peccatum avaritiæ tam deplorabile? (a) Quid per stannum omnium metallorum conservativum ab igne (b), nisi peccatum gulæ, quo quis servatur in eo? (c) Quid autem per plumbum inficiens se tangentem, nisi peccatum luxuriæ, quod animam turpat, & carnem? (d) Omnia ista purgantur in igne pœnitentiæ. Nunquid non virtute caloris omnis fœditas removetur ab aere? Unde loca, in quibus fit sæpe ignis, consueverunt esse saluberrima, scilicet ignis expurgativi virtute. Et ex hac ipsa causa, qua ipsa pœnitentia habet in se ignem latentem, scilicet Divini amoris, habet quoque caussam in cœlum levandi. Nam calor est, qui facit animalia crescere, omnes arbores se in sursum extendere, & vapores resolutos ex terra, vel aqua, facit in altum ascendere; ita quod quanto calor vapori perfunditur intimius, tanto vapor elevatur sublimius. Sic & pœnitentia, quanto plus in se habet de Divino calore, tanto plus habet in sublimiora loca levare. Ergo quanto magis est calida, tanto magis purgatio est. Unde per pœnitentiam lavanda sunt corda, juxta illud Isai. primo: Lavamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum &c. (e)

Omnia vitia igne pœnitentiæ purgantur.

Idque præstat igne Divini amoris.

Num. 31. 22. & seq.

Moralis expositio sex metallorum.

Isa. 1. 16.

Pœnitentia virtus purgativa, quia amara.

6. Secundo pœnitentia est virtus purgativa, quia corpori est amara, quamvis dulcescat, cum ejus utilitas repræsentata est. Amara enim, ut docetur in Medicina, magis sunt convenientia medicinæ, quam dulcia. (f) Unde dicit Hist. Nat. (g) quod arbor amygdalo-

Amara, magis quam dulcia, medicinæ conveniunt.

Plinius Hist. Nat. L. 23. c. 8

(a) Comment. in Cap. 13. Apocal. num. 925. *Avaritia pestis est diuturnior, quia semper in senibus juvenescit*; & Part. 7. Breviloq. cap. 4. „ Sicut mundus prius deletus est, & quodam „ modo purgatus per elementum aquæ, quod „ est frigidum contra ardorem & fœtorem luxuriæ: sic finalis mundus per ignem propter „ refrigerium caritatis, & frigus malitiæ & „ avaritiæ, quæ regnabunt in fine quasi in „ ipsius mundi senectute. Quæ quia maximæ „ sunt adhærentiæ, necesse est quod purgans „ sit actionis intimæ, violentæ & acceleratæ: „ quod non contingit reperiri in elemento „ alio, quam in igne. Et ideo sicut factum „ est aquarum inundatione diluvium; sic per „ actionem ignis mundi sensibilis facies exuretur. "

(b) S. Isidorus Etym. Lib. 16. cap. 22. inter *stanni* proprietates refert, quod *alia quoque metalla ab igne defendit, & cum sit natura aris & ferri durissima, si absque stanno fuerit, uritur & crematur.* Est ergo *omnium metallorum conservativum ab igne*, ita videlicet ut conserventur in igne.

(c) Per gulam namque quis in igne luxuriæ perseverans usque in finem, in igne inferni servatur.

(d) In anima *fax*, in carne *fœtor luxuriæ* est; de qua *face*, ac *fœtore luxuriæ* supra cit. loc. Breviloq. Et Ser. 4. Dom. 3. post Pentec.

(e) Serm. 1. de Dedic. Eccl.

(f) Serm. 2. de S. Agne. Virg. & Mart. *O utinam attenderent, quam utilis sit pœnitentia, licet modo videatur amara. Nam & videmus, quod amara medicina magis, quam dulcis est proficua.*

(g) In meo apographo pro *dicit Hist. Nat.* est *dicit Isidorus*; sed apud Isidorum nihil inveni simile eorum, quæ heic referuntur. Et *Isidorum* nequidem citat in præfato Serm. 2. sed ait idem S. Bonav. *Dicut Philosophi, quod amygdalus amara, plus quam dulcis valeat ad medicinam,*

Exempla amygdalorum, & aloes.

lorum amarorum est tota medicinalis in tantum, ut radix ejus elixata, & trita, maculas vultus purget, & tollat, & vulnera putrida mixto melle mundificet. (a) Sic & pœnitentia, quia corpori est amara, habet vim celerius purgativam, & cum melle mixta, id est, ex dulcedine Divini amoris assumpta, est omnium spiritualium vulnerum medicina. Unde pœnitentia & in aloe hepatica (b) est signata, quæ etsi ex natura existens, amara sit ori, est tamen stomacho valde dulcis (c); sic & pœnitentia, quæ amara est corpori, valde tamen dulcis est menti: dum homo recogitat, quod pœnitentia pigritiam ex flegmate, ex cholera iram, & tristitiam ex melancholia toram tollit, & purgat; vermes ventris, id est, vitia gulæ mortificat; morbum arthriticam (d) operationem impedientem (e) sanat, & ab ipso liberat; visum ad spiritualia videnda clarificat; & omnes putredines, id est, detractiones, & alia oris mala ex toto mundificat. Ubi autem pœnitentia non est, omnia vitia regnant. Unde dicitur in figura secundi Regum quarto, quod Isboseth dormiebat super stratum suum meridie, & ostiaria domus purgans triticum, obdormivit: ingressi sunt autem domum latrunculi (f), & percusserunt eum in inguine, & percutientes interfecerunt eum; Isboseth, qui ad præsens in strato suo dormit, est homo pœnitens, in Domino per contemplationem quiescens. Ostiaria est pœnitentia, quæ est virtus redeuntium, primo separans a paleis vitiorum frumenta, id est, virorum virtutes, (g) & dona. Sed si hæc virtus obdormiat, id est, negligens, & remissa fiat; latrunculi infernales subintrant, & animam enecant. Ergo non laxandum, vel remisse agendum in pœnitentia, sed sollicite vigilandum in ea, ut sine fructu non pertranseat temporis ulla hora. Unde Dominus Joannis quinto decimo: Omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, scilicet tradens igni (h); & omnem, qui fert fructum, purgabit eum, id est, per pœnitentiam (i), ut fructum plus afferat. Si autem nimis pœnitentiæ amaritudo deprimat, vulnera Domini intuere. (k) Sic fidelis Miles, ut ait Bernardus, vulnera sua non sentit, dum benigni Ducis vulnera intuetur. (l) Unde fac, sicut docet Arist. facere plantarum cultores; dum enim amygdalus fert fructus amaros, si clavis eam perforaveris in radice, arbor amara vertetur in dulcem (m). Sic & tu dum sentis afflictiones, fige tibi Christi clavos in corde, & totum vertetur in dulce. Gregorius: Si passio Domini ad memoriam revocetur, nihil tam durum, quin æquo animo toleretur. (n)

Ubi pœnitentia non est, omnia vitia regnant.

2. Reg. 4. 5. & seqq.

Jo. 15. 2.

Bernardus Ser. 61. *Super Cant.* n. 7. ac 8. Miles fidelis vulnera sua non sentit, dum benigni Ducis vulnera intuetur.

Aristoteles de plant. L. 1. c. 3. Aliud exemplum amygdali.

Gregorius.

Si passio Domini ad memoriam revocetur, nihil tam durum, quin æquo animo toleretur.

7. Tertio pœnitentia est scelerum purgativa, quia dura & aspera propter satisfactionem imposita. Nos enim vide-

nam, nec in ea arbore est aliquid invenire, quod miro modo non conveniat medicinæ. Sic pœnitentia videtur amara, sed multæ est dulcedinis adductiva &c.

(a) Similia legere est apud Plinium Hist. Nat. Lib. 23. cap. 4. & cap. 8. nec non apud Vincentium Bellovacen. Spec. Natural. L. 14. cap. 4. & seqq.

(b) De *aloe hepatica* Nicol. Lemery. *Trattato universale delle Droghe semplici* pag. m. 11. col. 2. verbo *Aloè*.

(c) Sive valde utilis; nam inquit Castor Durante in Herbario verbo *Aloe: Digerit & stomacho prodest &c.* Idipsum testatur Petr. Andr. Matthiolius in 3. Lib. Dioscor. cap 23. Et ante istos Plin. Hist. Nat. L. 27. cap. 4.

(d) In meo apographo *arteriticam*.

(e) De *arterico morbo*, qui *ab articulorum passione vocabulum sumpsit*, Isidor. Etym. Lib. 4. cap. 7. Item de *arthritico*, & *arthritide*, sive eodem morbo articulari, Cic. Pœto, L. 9. Epist. 23. Fam. & L. 1. Attic. Ep. 5. *Arthritis* mentionem quoque facit Prudent. Romani passio. v. 495.

(f) Nempe Baana, & Rechab frater ejus, filii Remmon Berothitæ de filiis Beniamin Principes latronum, de quibus ibi ver. 2. Vulg. *latenter*. At hæc D. Bonav. in referendo Divinæ Scripturæ textu usus est compendio.

(g) Cic. 2. Tusc. 18. *appellata est a viro virtus*. Item ipsemet S. Bonav. Serm. 1. de uno S. Confess. *Vir dicit virilitatem, & a virtute nomen accipit*:

(h) Comment. in Jo. Evang. ibi.

(i) Ibi.

(k) Ita prope fin. cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror.

(l) D. ipse Bonav. Serm. 2. de S. Andr. Apost. nec non Serm. 4. de uno Martyr. nec non infra Serm. sing. de Corpore Christi num. 19.

(m) Plinius Histor. Nat. Lib. 17. cap. 27. id ipsum testatur. Item Theophrastus Lib. 2. de Plant. cap. 8. Palladius L. 2. de Agricultura, sive de re rustica, Vincentius Bellovacensis, in supradicto Spec. Nat. Lib. 14. cap. 4. Matthiolius in L. 1. Dioscorid. cap. 140. ex Theophrasto & Plinio. Castor Durantus in Herbar. pag. m. 260. Vide sis apud ipsum S. Bonav. Serm. de S. Petr. ad Vincu.

(n) Apud ipsummet S. Bonav. Ser. de Exaltat. S. Cruc. *Bernard.*; sed pro *Bernard.* legendum *Gregor.* ut adnotavimus in Vite Myst. cap. 44. num. 154. in not. 4.

Digitized by Google

Pœnitentia virtus purgativa, quia dura & aspera.

Exempla arenæ, furfuris, limæ, rotæ fabrilis, & pumicis.

videmus ad sensum, quod omnia dura & aspera habent vim aliquam purgativam. Unde arena, quia aspera est, & dura, purgantur omnia vasa metallica, & lignea, & furfure aspersо purgantur a rubigine arma. Item lima, & rota fabrili, quæ aspera est, & dura, subtiliantur (a) gladii, vomeres, & falculæ; & pumice aspersa (b) superflua removentur. Itaque pœnitentia, quantum ad satisfactionem condignam (c) aspera peccatoribus esse videtur, & dura; & ideo sponte cum fervore suscepta, & in patientia tolerata, est peccatorum omnium absterstva. Unde de talibus dicitur in Canonica Jacobi: Emundate manus, peccatores, purgate corda vestra (d) duplices animo. Per manus in sacra Scriptura intelliguntur opera, eo quod quasi manibus omnia operamur, quæ per pœnitentiam sunt peragenda. Sed prudenter Apostolus mundationibus manuum adjungit purgationem cordium; quia si non fuerint munda corda, non possunt omnia esse munda. Cujus ratio potest esse; quia opera omnia sunt, & procedunt a corde sicut rivuli procedunt a fonte (e), & sicut rami exeunt a radice. Non enim quis movet manum, nisi ad cordis imperium; quia cor est totius corporis motus, & vitæ principium (f). Ergo sicut rivuli nequeunt esse mundi, si a fonte immundo descendunt, & rami nequeunt esse sani, si a corrupta radice processerint; quia secundum Apostolum si radix sancta, & rami, id est, qualis radix tales & rami: sic opera non sunt munda, quæ a corde imperantur immundo. Ergo si quis vult, ut sua opera sint munda, purgare studeat prius corda; ne cordibus non purgatis frustra laboretur in cæteris.

Aspera & dura a peccatoribus pœnitentia peragenda.

Jac. 4. 8.

Gregorius Moral. L. 6 c. 37. n. 61. ac alibi sæpe.

Per manus in sacra Scriptura opera intelliguntur.

Cor primum vitæ principium.

Similitudines rivulorum, & ramorum.

8. Itaque verissima illa ratione concluditur, quod pœnitentia dura & aspera purgantur peccata; nam constat, quod culpa metitur pœnam, & secundum mensuram delicti (g) erit & plagarum modus. Ergo est satisfactio facienda per pœnalia opera (h), non autem per dulcia; ergo per dura & aspera. Unde pœnitentia potest esse significata in auro, quod coctum & igni admissum in tantum malorum humorum est corrosivum, & purgativum, ut demum servet a lepra, aut eam palliet (i); & hoc facere ratione multæ asperitatis. Nam & nitrum (k), quia durum & asperum removet sordes a facie, & maculas tollit a veste. Igitur omnes illi sua probantur laborare stultitia, qui quærentes pœnitentia delere peccata, quærunt levia sibi imponi, non gravia, cum talia non sint multum satisfacientia. Non sunt tamen illi absque pœnitentia repellendi, qui ad condignam pœnitentiam postea possunt induci; sed est eis aliquid imponendum, quo paulatim assuescant ad bonum (l). Nam & narratur de quodam, qui cum con-

Ad Rom. 11. 16.

Deut. 25. 2.

Exemplum auri, & nitri.

Quanta sit stultitia illorum, qui quærunt levia, non gravia, sibi imponi ad satisfactionem suorum peccatorum.

(a) Verbum *subtiliantur* est etiam apud S. Bona. Breviloq. par. 7. cap. 4.

(b) *Pumex* gen. fœm. reperitur quoque apud Catull. Carm. 1. *Cui dono lepidum novum libellum arida modo pumice expolitum Corneli?*

(c) Sive *ad fructum dignum pœnitentiæ, ut competit merito peccati; quia qui plus peccavit, ampliora debet pati, ut Gregorius determinat in Homilia.* Ita D. Bona. 4. Dist. 16. Par. 1. Dub. 14.

(d) Vulg. *purificate corda* absque *vestra*; sed ut supra idem S. Bona. Serm. 4. de SS. Apost.

(e) Eod. Serm. 4. ita exponit quod sic *dicitur in Canonica Jacobi*, „ Quasi dicat: Si manus, „ id est, opera vultis esse munda, studete prius „ purificare corda, quæ sunt fontalia operum „ nostrorum principia: “ Vid. quoque ejus Serm. 2. de S. Agne. V. & M.

(f) Eod. Serm. 2. de S. Agne. ac Ser. 2. de S. Laurent. nec non Ser. 2. de uno S. Confess. Item Ser. sive Collat. 2. in Hexaem. atque in 3. Dist. 13. Ar. 2. Q. 3. ad 1. ubi tamen circa hoc punctum discordantes refert Philosophos. Item S. Tho. 1. 2. Q. 17. Ar. 9. ad 2. Quibus præluxit Aristot. L. 2. de gener. anim. c. 2. & L. 3. de partibus anim. c. 6. Vid. P. Hieronymum Florentinianm de Hominibus dubiis seu de Abortivis baptizandis cum notis P. Deodati a Cuneo pag. 245. & seqq. Edit. Ven. 1760. Sed de hoc rursum infra Ser. 11. de S. Franc. n. 9.

(g) Vulg. *pro mensura peccati*; sed *secundum mensuram delicti* ipsemet B. Bona. 4. Dist. 20. Par. 2. Art. 1. Q. 2. ad opp. 2.

(h) Sic in cit. 4. Dist. 15. Ar. 1. Q. 3. in concl.

(i) Ser. 1. de S. Laurent. inquit de auro, quod *virtutem habet confortativam, & superfluorum omnium in corde corrosivam: unde valet plurimum contra lepram, & contra passionem cardiacam. Lepra enim vel præservat; vel eam retardat, vel saltem eam palliat & occultat.* Porro de *cardiaco morbo* facto ab acri humore ventriculi Cel. L. 3. c. 19. Plin. L. 23. c. 1. Juven. Sat. 5. v. 32.

(k) Al. *vitrum*.

(l) Sic agit ille *Sacerdos*, de quo loquitur ipsemet D. Bona. in 4. Dist. 16. Par. 1. Dub. 6. qui scilicet *condignam pœnitentiam non imponit, attendens fragilitatem peccatoris; illam*, inquam, *pœnitentiam condignam* a Canonibus pœnitentialibus statutam, de qua idem ait ibi Dist. 20. par. 2. Dub. 3. *Hæc omnibus non est imponenda, sed tamen insinuanda, ut recognoscant quam gravis est culpa.*

Digitized by Google

confessus fuisset sua peccata, dixit Sacerdoti, pœnitentiam illi imponere volenti: Domine non valeo jejunare propter corporis debilitatem; non possum eleemosynas facere propter nimiam paupertatem; nec scio orare propter desuetudinem. Cumque pœnitentiam omnem refugeret, Sacerdos, ut eum induceret ad aliquid faciendum, quod impossibile illi esset, & ut sic ad aliquid possibile revocaret, ad eum sic ait: Accipe hunc cadum, & imple illum aqua, quam inveneris conscendere in montana; quia tunc erunt tibi dimissa peccata, cum ad me reversus fueris cum hac aqua. Cumque plurimum in quærendo aquam hanc laborasset, & invenire non posset; tunc adeo copiose, & amare flere cœpit, quod una de ejus lacrymis in cadum cecidit, & Divina operante clementia illum usque ad summum implevit: sicque cum cado ad Presbyterum rediit, & quid acciderit indicavit. Cui Sacerdos ait: Vere hæc illa aqua fuit, quæ in montem ascendit; & ideo scias tibi omnia esse dimissa peccata. (a) Rogemus &c.

Exemplum Confessarii imponentis pœnitentiam impossibilem, ut sic ad possibilem confitentem induceret.

SERMO DECIMUS.

In Translatione S. Francisci.

Ad Hebr. 11. 5. 1. *Ante translationem testimonium habuit placuisse Deo.* Venerabilis vir Franciscus corde, ore, & opere, tribus vicibus potest dici fuisse translatus. Primo a culpa ad gratiam; & hæc fuit Translatio spiritualis. Secundo a miseria mundana ad gloriam; & hæc fuit Translatio æternalis. Tertio vero ab una Ecclesia ad aliam; & hæc fuit Translatio corporalis. Ergo Translatio prima a culpa ad gratiam, & ideo spiritualis, & gratiosa. Et de hac intelligitur illud Joan. in Canonica prima sua: Nos scimus, quoniam translati sumus de morte ad vitam (b), quoniam diligimus fratres. Caritas enim fraterna (c) transtulit hunc Sanctum Virum a statu culpæ ad statum altissimæ gratiæ. Secunda Translatio est a miseria mundana ad gloriam, & ideo æternalis, & gloriosa (d). Et de hac Sapient. quarto sic habetur: Placens Deo factus (e) dilectus, & vivens inter peccatores translatus est. (f) Translatio vero tertia, qua ab una Ecclesia portatur ad aliam, & dicta est corporalis, eo quod illius caro & ossa ad superiorem translata sunt Ecclesiam (g); poterat enim dicere Pater sanctus illud Gen. ultimo: Transportate hinc ossa mea (h). Nam consuetudo hæc transferendi corpora est antiqua, sicut Patriarcharum quorumdam probant exempla; (i) & procedens ex Divina dispensatione ad Sanctorum gloriam, quorum corpora sæpe inventa sunt integra, & tanto aliquando odore fragrantia, quasi essent aromatibus plena. Et hoc ad fidem faciendam, & firmandam, & illorum destruendum errorem, qui propter verba philosophantium, immo errantium Paganorum, dicunt illa corpora non esse Sanctorum; & ut insimul advertamus per illa, quæ fiunt, inde miracula, quod si tanta est gloria corporum mortuorum, quanta in cœlis erit gloria animorum. Ergo quid mirum, si Sanctorum corpora transferuntur, cum ad augmentum bonitatis fructuum vites transferantur, & arbores, ut sic silvestres transeant in hortenses? Quædam vero animalia non sine utili quidem causa, secundum diversitatem temporum, mutant loca, sicut Ciconiarum, & Hirundinum probant exemplum. (k)

1. Jo. 3. 14.

Triplex S. Francisci Translatio.

Secunda Translatio ejus æternalis a miseria ad gloriam.

Sap. 4. 10.

Tertia Translatio ejus corporalis ab una Ecclesia ad aliam.

Gen. 50. 24.

Prima Translatio ejus spiritualis a culpa ad gratiam.

Exempla Ciconiarum & Hirundinum.

2. Ergo modo consimili ad majorem Patris sanctissimi gloriæ cumulum est corpus ejus translatum, quia erat Chri-

(a) Vid. circa prædicta Prodr. col. 133. ac seq. nec non Lib. 2. Phar. cap. 20.

(b) *De morte, scilicet culpæ ad vitam gratiæ*, Exposit. in cap. 4. Sap.

(c) De qua nimirum idem D. Bona, in Leg. ma. S. Franc. cap. 1. nec non in Leg. min. de Convers. ejus Lect. 2.

(d) In cit. cap. 4. Sap.

(e) Vulg. addit *est*; sed absque *est*, idem D. Bona. d. Exposit. in cap. 4. Sap. Item duo nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40. ac tertius Epis. Biblioth. Trident. 58.

(f) In ead. Exposit. *Translatus est de exilio hujus mundi ad patriam cœlestem, de morte ad vitam, de certamine ad coronam.*

(g) In d. Legen. ma. cap. 15. *Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo, convenientibus Fratribus ad Capitulum generale Assisii celebratum, ad Basilicam in honorem ipsius constructam, corpus illud Domino dedicatum 8. Kalendas Junii translatum est.*

(h) Vulg. *Asportate ossa mea vobiscum de loco isto.* Et Exo. 13. 19. *Efferte ossa mea hinc vobiscum.*

(i) Puta Jacob, Josephi &c. de quibus Gen. 50. 13. ac 24. Exo. 13. 19. & Act. 7. 16.

(k) Alia *Ciconiarum & Hirundinum exempla* in Sermonibus aliis D. Bona. producuntur.

Digitized by Google

sti Stigmatibus insignitum, & miro fragrabat odore aromatum diversorum. Unde pro eo bene dictum est & assumptum verbum in themate prælibatum: *Ante translationem testimonium habuit placuisse Deo.* In quo quidem verbo, secundum quod convenit præsenti Translationi, ex proposito nota apertissime duo. Et primo commendatur ex parte sanctitatis in vita, quæ coram Deo fulsit in animo. Secundo vero ex parte claritatis in fama, quæ coram mundo claruit, & miratur in sepulcro. Notatur ergo sanctitas in vita, quæ coram Deo fulsit interius, quando dicit; *testimonium habuit placuisse Deo.* Notatur & claritas famæ, quæ mundo fulsit exterius, cum subjungit: *Ante translationem.* Ante fuit Sanctus; sed postea translatus, mirabilibus succedentibus signis in tantum factus est Sanctus mundo famosus, ut omnes gentes currant ad ejus tumulum. Est igitur sub brevitate notandum ad præsens, hunc Virum sanctissimum, & venerandum, triplex habuisse sanctæ vitæ testimonium. Et primum fuit revelationis internæ in peccatorum remissione. Secundum fuit sanctitatis externæ in Divinorum consiliorum impletione. Tertium fuit majestatis æternæ in miraculorum patratione.

Divisio thematis.

Distinctio.

3. Dico, quod primum testimonium, quod habuit venerabilis vir Franciscus, in nullo dubium, vel suspectum, sed sanctitatis omnino certum signum, nunquam Sanctis in mundo concessum, fuit revelationis, sive inspirationis internæ in remissione omnium peccatorum usque ad quadrantem novissimum, id est, usque ad peccatum quodcunque parvissimum. (a) Cum enim nemo Sanctorum sit, qui non peccet (b), nec qui sub certitudine noverit, utrum amore, an odio dignus sit, sicut sacra clamat Scriptura, & multa probant Sanctorum exempla; quæ digne possit exprimere lingua, quanta fuerit gratia, quæ ex dispositione Sanctissimi Viri, illius animam ab omni expurgavit macula peccatorum? De hoc enim testimonio, quod sibi est redditum interius, in conscientia poterat dicere Vir Sanctus cum Sancto Apostolo: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ. Quid hoc testimonio patuit Francisco sublimius, vitæque sanctissimæ certius? Nisi enim hoc testimonium esset certissimum, non esset in eo secundum Apostolum gloriandum. Nam constat Deum culpam delere per gratiam tanquam per formam culpæ oppositam (c). Est enim natura oppositorum unum a subjecto expelli per alterum, ut album per nigrum, & e contrario nigrum per album. At gratia est directe culpæ opposita; quare non fit expulsio culpæ ab anima, nisi per gratiam de supernis infusam (d). Igitur nisi summa non expellit ab anima omnem venialem culpam; quia non est culpæ tali directe opposita, quandoquidem cum ea stare potest in anima. (e) Quare omnem culpam tam mortalem, quam venialem ab anima pellere est officium gratiæ consummatæ, & summe perfectæ. Quapropter dum venerabilis vir Franciscus remissionem culparum omnium minimarum accepit, perfectam gratiam habuit. Exemplum de albedine (f), quæ si subjecto diminuta adveniat, medium colorem generat; sed si albedo omnimoda subjectum informat, omnem nigredinem procul pulsat: quia subjectum perfecte album nihil nigredinis habet admixtum. Et constat, quod Vir iste sanctissimus, quasi in suo principio talis fuit. (g) Qualis igitur putas in medio, qualis & in situ ultimo extiterit, jam consignatus Christi Stigmatibus glorioso? (h) Cum ergo in perfectione tam summa eum sequi plenissime non possimus; saltem, carissimi, toto corde venerari debemus, ut sic apud

Dilatatio primi testimonii de sanctitate D. Francisci in vita.

Revelationem habuit de peccatorum facta sibi remissione.

Eccle 9. 1.

2. ad Cor. 1. 12.

Non fit expulsio culpæ, nisi per gratiam infusam.

Omnem culpam mortalem ac venialem ab anima pellere munus est gratiæ consummatæ.

Exemplum de albedine.

De-

(a) Idem D. Bona, cap. 3. Legen. ma. ad med. *Quadam die dum in quodam solitario loco animos suos in amaritudine recogitans deploraret, sancti Spiritus in eum superveniente latitia, certificatus est de remissione plenaria omnium delictorum.*

(b) Ser. 2. de S. Agne. nec non in 3. Dist. 3. Par. 1. Art. 2. Q. 1. ad 3. ubi B. V. M. excipitur. Vide supra Ser. 4. de B. V. M. sub num. 4.

(c) 2. Dist. 26. Art. 1. Q. 1. ac seqq.

(d) Breviloq. par. 5. cap. 3. inter cætera ad justificationem requisita exigitur ab ipsommet D. Bona, *infusio gratiæ, expulsio culpæ.* Unde elicit: *Expellitur ergo culpa a Dei dono, non a libero arbitrio, non tamen sine libero arbitrio.*

(e) In eodem Breviloq. part. 3. cap. 8.

(f) Hanc in exemplum adducit, ut *omnium colorum principium*, etiam Serm. 2. de S. Agnete V. & M.

(g) In Legen. ma. cap. 3.

(h) In eod. cap. 23.

Digitized by Google

Deum patronum & advocatum ad obtinendam gratiam habeamus.

Dilatatio secundi testimonii.

4. Secundum testimonium S. Patris ad probandum, quod valde Christo placuerit, fuit sanctitatis externæ in observantia quidem perfecta Divinorum omnium consiliorum. Nullus enim post Apostolos legitur Christi Evangelium ad literam promisisse, & sic ad liquidum observasse, ut non permitteret apicem unum, vel jota transire, ut venerabilis iste Sanctus (a). Constat enim, quod hominem facit esse perfectum Divinorum observantia mandatorum cum additione consiliorum, juxta illud Dominicum dictum: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, (b) & da pauperibus. Sed quis tunc renuntiavit propriæ voluntati, quis etiam appetitui corporali, ut hic homo Dei? Ergo ipsum fuisse Apostolicum Virum (c). Apostolorum constantia, a Deo missum in mundum ad Evangelium prædicandum, oblivioni quasi jam traditum, nulli debet verti in dubium. Unde vere dicere potuit illud Evangelicum verbum: Ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me. Ergo quia sic est; ad quid indignantur quidam invidia concitati, si eos Franciscum contingat audire sedem cum

Quid faciat hominem esse perfectum.

Matth. 19. 22.

Jo. 5. 36.

Apostolis accepisse? Nunquid non cum Apostolis eandem regulam, & vitam servavit? (d) Ergo si socius fuit in vita, & regula; socius est & in gloria. Si socius fuit in meritis; quare negas eum esse parem in præmiis? Dic invide unum solum: quare Franciscum non credis esse parem Apostolis? Si quia cum Christo non fuit, ex hoc meriti probatur fuisse majoris, juxta testimonium veritatis, quando Thomæ sic ait: Quia vidisti me Thoma credidisti; beati qui non viderunt, & crediderunt. Item si duodecim illi tantum sunt in superioribus sedibus, ubi Paulus, quem paris meriti (e) cum Petro dicit fuisse Gregorius? (f) Ubi est etiam quod cantat Ecclesia, quod par Apostolis est Martinus? (g) Concordant enim omnes Sancti, quod non solum illi duodecim sedebunt in sedibus judicantium; sed etiam omnes Viri perfecti, qui contempserunt consimili modo mundum. (h) Sed quis sic ut Franciscus mundum cum fervore contempsit? Confiteamur ergo secure Virum hunc Evangelicum accepisse Apostolicum thronum, sicut apertis revelationibus est probatum, una quarum est apud Venetias, altera apud Senas, & tertia postea revelatio a Viro sanctissimo (i) visa de illa sede

Jo. 20. 29.

S. Paulus paris cum S. Petro meriti. *Gregorius.*

S. Martinus Apostolis par.

Omnes Viri perfecti, qui mundum instar Apostolorum contempserunt, in postremo judicio sessuri cum Christo judices.

al-

(a) In Reg. S. P. Franc. cap. 1. ejusque Exposit. ipsiusmet D. Bona. Item in Offic. ejusdem S. P. Franc. ad primas Vesp. Antiph. 4. *Franciscus Evangelicum nec apicem vel unicum transgreditur, nec jota.*

(b) Sic D. Bona. in Legen. ma. cap. 3. ac in Apol. pauper. tert. respons. prima particul. 1. &c. sed Vulg. *vade, vende, quæ habes.*

(c) In prim. Vesp. Festi & Offic. S. P. F. Antiph. 1. dicitur *totus Apostolicus.*

(d) S. Bernardin. ad fin. Serm. 3. de Stigmat. B. Franc. *perfectionem Evangelii perfecte servavit.* Et cap. 1. Reg. traditæ a S. P. F. *Regula & vita Fratrum Minorum hæc est Sanctissimi Domini nostri Jesu Christi S. Evangelium observare &c.*

(e) *Paris meriti* quidem, non vero dignitatis; quia *Petrus primus erat in Apostolatus culmine*, ut ait idem Greg. in Ezech. Lib. 2. Hom. 6. num. 9. adeoque in hoc Paulus Petro impar.

(f) In Libro Sacramentorum S. Gregorii in Vigilia SS. Petri & Pauli IV. Kal. Jul. Ad matutinos, sive Ad Vigilias in nocte, lego: „ Deus qui Ecclesiam tuam Apostoli tui Petri „ fide & nomine confecrasti; quique Beatum „ illi Paulum ad prædicandum Gentibus glo„ riam tuam sociare dignatus es &c. “ Sed & a S. Chrysostomo Hom. 8. De Laudibus S. Pauli dicitur *Paulus alter Petrus de cœlo vocatus ad Evangelium.*

(g) Nunc *Ecclesia cantat* in Offic. de ipso Respons. 1. Noct. 1. *Hic est Martinus electus Dei Pontifex, cui Dominus post Apostolos tantam gratiam conferre dignatus est* &c. Sed in vetusto Codice, quem allegat vir Clariss. D. Joannes Chrysostomus Trombelli Canonicor. Regular. Ex-Generalis & S. Salvatoris Bononiæ Abbas in Ordine Officiorum Ecclesiæ Senensis composito ab Oderico ejusdem Ecclesiæ Canonico an. 1213. nunc primum ab ipso edito, & adnotationibus illustrato, ac vindicato, mihique ab eodem summa liberalitate donato, num. 424. ac pag. 382. nota *a* sic lego „ In vetusto Codice, „ quem nostra servat Bibliotheca, exstat Hym„ nus, qui ad hunc modum incipit:

„ *Martine par Apostolis,*
„ *Festum colentes tu fove.* “

Sic ibi ad illa verba d. Ordinis Officiorum: *Par Apostolis dicitur in Officio.*

(h) Sic inter Sanctos D. Gregorius in Ezech. Lib. 1. Hom. 2. num. 17. ac seq. nec non ipsemet S. P. F. dixit de Fratre pauperculo, referente D. Bona. in ejus Legen. ma. cap. 8. post init. *Hic pariet in judicio plurimos; quia quos privatis orationibus convertit ad Christum, suæ gloriæ tunc judex ascribet.*

(i) In Legen. ma. cap. 6. vocat *virum virtutis & devotionis præcipuæ.* *Quod* autem hic non fuerit *Fr. Pacificus*, sed *Frater de Marignano*, ex Serm. mox seq. patebit.

Digitized by Google

Visio sedis altissimæ in Cœlis humillimo S. Francisco servata.

altissima quæ ornatior, & ceteris dignior videbatur, & quæ Francisco humillimo servabatur (a). Non ergo æmuli torqueantur invidia; sed dicant, si possunt, auctoritatem unam solam sententiæ nostræ contrariam; quare hic homo a Deo electus, a Deo ad prædicandum missus (b), cum Apostolus fuerit Christi in merito (c), Apostolus non debeat esse in præmio. Ergo ex Ægypto volentes exire, secure hunc sequantur (d), in quo apparent Divinæ Stigmata clara luce (e). Sic enim dicitur cuilibet nostrum per Dominum in Mat-

(a) Eod. Serm. de d. *sede altissima*, quam in cit. Legen. ma. ibi appellat *sedem præ cæteris digniorem, pretiosis ornatam lapidibus, & omni gloria refulgentem.*

(b) In d. Legen. ma. cap. 12.

(c) *Apostolorum vestigia imitatus* dicitur in Bulla Greg. IX. apud Wadding. ad an. 1230. sub num. 2.

(d) In fine sæpe d. Leg. ma. *Secure jam te sequantur, qui exeunt ex Ægypto* &c. Item *secure hunc sequantur, qui ex Ægypto exeunt* &c. itidem in fine Leg. mi.

(e) In Hym. *Decus morum* ad secund. Vesp. Diei Fest. S. P. Fr.

Hunc sequantur, huic jungantur,
Qui ex Ægypto exeunt;
In quo duce, clara luce,
Vexilla Regis prodeunt.

In hac *clara luce* plane caligavit oculus Itali cujusdam, qui auctor est Libri, cui titulus: *Reflessioni d' un Italiano sopra la Chiesa in Generale, sopra il Clero si Regolare che Secolare, sopra i Vescovi, ed i Pontefici Romani, e sopra i Diritti Ecclesiastici de' Principi. In Borgo Francone. MDCCLXVIII.* Nanque pag. 153. alto supercilio contemptis Romanorum Pontificum Bullis, quibus mysterium sacrorum Stigmatum S. P. Francisci comprobarunt, ac etiam Festo honestandum sanxerunt, eo ausus prorupit, ut minime veritus fuerit illud nuncupare *solenne, ed indegna favola, sfacciata impostura*. Et quia blasphemiam hanc nulla veri specie colorare poterat, ut credibilem redderet; pro colore jusjurandum ne dicam perjurium, adjecit, dum scribens ad nescio quam Excellentiam ita protestatur „ Poss„ so assicurarla, che nello eseguire i suoi co„ mandi io a niun' altra cosa ho avuto riguar„ do, che unicamente alla verita. Iddio mi sia „ testimonio, e se mento, punitore severo, „ che nella composizione di quest' Opera da „ niuna malvagia passione sono stato sospinto, „ e strascinato giammai a dire cosa, che io „ giudicassi lontana dal vero, od a piantare „ alcuna proposizione, che non avessi prima „ da ogni lato a tutto mio potere accurata„ mente esaminata. " Proh Itali fidem sublestam, & omnino nullam, & in veritatis venditatione plusquam Thrasonicam sine teste confidentiam! Credat enim Judæus apella ipsum rem hanc melius quam laudatos Pontifices discussisse; plusque ipsis summis Ecclesiæ universæ Pastoribus fuisse pravis passionibus vacuum; ejus unius recentioris que fidem juratam multo prævalere juratæ fidei plurimorum, coævorum, oculatorum, sanctorumque, ac omni fide dignorum; adcuratius quoque veritatem investigasse, quam S. Bonaventuram in Leg. ma. S. Franc. cap. 13. *De Stigmatibus sacris* in hæc verba loquentem „ Viderunt, dum viveret, Fratres pluri„ mi, qui licet essent propter sanctitatem præ„ cipuam fide digni, tamen ad omne dubium „ amovendum, sic esse, ac se vidisse tactis sa„ crosanctis juraverunt. Viderunt etiam ex fa„ miliaritate, quam cum Viro sancto habebant „ aliqui Cardinales, laudes Sacrorum Stigma„ tum, prosis, hymnis, & antiphonis, quas „ ad ipsius ediderunt honorem, veraciter infe„ rentes, qui tam verbo, quam scripto perhi„ buerunt testimonium veritati. Summus etiam „ Pontifex Dominus Alexander cum populo „ prædicaret coram multis Fratribus, & me „ ipso, affirmavit se dum Sanctus viveret, „ Stigmata illa sacra suis oculis conspexis„ se. Viderunt in morte plusquam quin„ quaginta Fratres, Virgoque Deo devotissima „ Clara cum cæteris Sororibus suis, & Sæculares „ innumeri, ex quibus, quemadmodum suo lo„ co dicetur (*infra, ubi* De miraculis ipsius post „ mortem, & primo, De virtute sacrorum „ Stigmatum) quam plurimi & oscülati sunt „ ex devotionis affectu, & contrectaverunt „ manibus ad testimonii firmitatem. " Nunquid ergo impostores omnes isti videntes, pariterque sycophanta Lucas Tudensis Episcopus Hispanus, qui ad secundum vel tertium annum a Francisci morte scriptum de hoc ipso reliquit L. 3. cap. 14. & 15. longe locupletissimum testimonium, adducens vel ipse in horum Stigmatum confirmationem tunc vivos omnis generis homines oculatos testes, & plagarum contrectatores, solus autem e contrario veritatis inquisitor novitius Italus? Ipse præterea adeo *solemnis & indignæ fabulæ, & impudentis impostoræ* propagator S. Bonaventura, qui, cum ab Italo laudetur ceu testis veridicus, ubi reprehendit suorum aberrationes plerorumque Fratrum, erit ne, sodes, anilis fabellæ, conflatique mendacii narrator, & non potius Historiographus, qui soli veritati litabat, dum supradicta ceu certissima juxta ac veriissima testata fecit? Quis proin non miretur Italum in tanta luce videntium solum voluisse videri videntem, cum tamen in meridiana luce manibus palpaverit, & cæcus a cæco ductus in foveam prædictæ blasphemiæ, quam nemo pius non horreat, præcipitanter ceciderit? Potius enim quam laudatos videntes sequi maluit impudentiam Philippi Mornæi heterodoxi Stigmata negantis in suo illo Mysterio iniquitatis pag. 345. cui similiter plures invictos rei testes objectat Leonardus Coquæus vir doctus in Antidoto contra progressum quinquagesimum. Maluit quoque, ut ut tantopere sibi de inquirenda veritate adblandiatur, sectari Alcoranum Franciscanorum consarcinatum ab Erasmo Albero Germano Brandeburgensi, quam perquirere veritatem in Apologetico Henrici Sedu-

Digitized by Google

Matth. 19. 17. Matthæo; Si vis ad vitam ingredi, ſerva mandata. Sed quis hodie iſta facit?

Pſ. 13. 1. Pſ. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis.

Dilatatio tertii teſtimonii. 5. Tertium teſtimonium, quo probatur hunc ſanctiſſimum Virum Deo placuiſſe, eſt majeſtatis æternæ, id eſt, multitudo, & magnitudo miraculorum uſque ad diem iſtum per mundum univerſum. Nam vident cæci, ſanantur paralytici, ſurgunt mortui, curantur leproſi, & omnes ab eo ſanantur infirmi, ſi illi fuerint devote commendati (*a*). Et nonne magnum, & mirabile eſt, quod contradicentibus multis, & ei ſe opponentibus omni cum virtute, qua poſſunt, ad ejus tumulum undique gentes concurrunt virorum, ac mulierum innumerabilis multitudo? Unde

Pſ. 118. 129. poteſt dici illud Pſalmi: Mirabilia teſtimonia tua. Conſtat enim, quod majus eſt teſtimonium operum, quam

Majus teſtimonium operum, quam verborum. *Matth.* 18. 16. verborum. Quare ſi in ore duorum, aut trium teſtium ſtet omne verbum; quanto magis in creatura operante miracula, & numerum excedente ternarium? Ergo quantus Franciſcus eſt apud Deum, quem Chriſtus approbavit tanta multitudine ſignorum? Unde de eo poteſt exponi illud Joannis in Canonica ſua prima: Tres ſunt, qui *1. Jo.* 5. 7. teſtimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus. Cœlum altiſſimum paupertate, ſolidiſſimum conſtantiæ firmitate, ſplendidiſſimum veritate, incorruptibile caſtitate, & maximum poteſtate, fuit Franciſcus iſte jam dictus: cui Deus Pater teſtimonium perhibuit in peccatorum ſuorum remiſſione per ſummam potentiam; Filius in Legis Evangelicæ obſervatione per ſummam ſapientiam; & Spiritus ſanctus in miraculorum perpetratione per ſummam benevolentiam.

S. P. Franc. cœlo comparatus.

Tres Divinæ perſonæ ſervo ſuo Franciſco teſtimonium perhibuerunt.

6. Hic accipe ejus Legendam, quando volueris enarrare miracula (*b*); quamvis poſt conditam ipſam Legendam (*c*), multa fecerit ſigna miranda: inter quæ illud eſt admirandum, quod cuidam oculis extractis, oculos, ſed parvulos valde, reſtituit, cum quibus dicebat ſe videre melius, quam cum primis (*d*). Ad hunc ergo Patrem tam apud Deum potentem, tanquam Chriſto

Sedulii adverſus Alberum ipſum pro Libro Conformitatum Bartholomæi Albicii Piſani. Profecto ſi vel ſolum Prologum hujus Libri legiſſet, nihil in ipſo titulo offendiſſet blaſphemum, nihil etiam abſurdum. Proteſtatur in eo Prologo quidem Albicius ſe pertractaturum *De conformitate vitæ Patris noſtri Beati Franciſci ad vitam Domini noſtri Redemptoris*; aſt *juxta quod poſſibile eſt mortalem hominem Chriſto Jeſu conformari*. Cæterum minime diffiteor nonnulla liberius in d. Libro ſcripta, ſive in eum intruſa, pro ſæculi ſimplicitate. Verum Italo reſponderim, quod Albero Sedulius: *Ut vinum non eſſe vinum deſinit, ſi pauca in eo guttula aquæ: ſic neque hic improbus Liber propter nonnulla vitia*. Sed de Italo ſatis, ut ex ungue leonem agnoſcas una cum aſſeclis ſuis. En quos tenebriones pepererit, in ipſa *clara luce* cæcutientes, ſæculum noſtrum, ſi Superis placet, illuminatum.

(*a*) De miraculis plurimis in vita, & poſt mortem S. P. Franc. in utraque ejus Legen. ma. & mi. nec non in Conformit. Barth. Piſa. At opponit Alberus: *Si miracula, quæ in Alcorano Franciſcanorum deſcripta ſunt, omnia contigiſſent; certe Franciſcus una cum Fratribus ſuis non injuria Chriſtum & Apoſtolos ſuos provocare poſſet*. Sed audi reſpondentem Henricum Sedulium L. 3. Apologet. de Piet. & Morib. Franciſc. cap. 30. „ En! hic aries, quo miracula Franciſcana „ quatiuntur. O validum virum! *Si iſthæc fe-* „ *cerunt, Chriſtum & Apoſtolos provocare poſſunt?* „ Imperite! Nonne Petrus Apoſtolus majora „ quam Chriſtus fecit? cujus doctrina & mi- „ raculis *augebatur credentium in Domino multi-* „ *tudo virorum ac mulierum: ita ut in plateis ejii-* „ *cerent infirmos, & ponerent in lectulis, & gra-* „ *batis, ut veniente Petro ſaltem umbra illius ob-* „ *umbraret quemquam illorum, & liberarentur ab* „ *infirmitatibus ſuis* (Act. 5. 14. & ſeq.) Ubi, „ die ſodes, Chriſtus hoc modo legitur infirmos „ ſanaſſe? Ergone Petrus etiam Chriſtum pro- „ vocare debebit? “

(*b*) Hæc præcipue per longum & latum in Legenda ma. S. P. Fr. a D. Bonav. ſcripta referuntur.

(*c*) Etiam poſt modo memoratam Legen. unde conſequens eſt, quod hic quoque Sermo ſit eadem Legen. poſterior, cujus ſcriptio D. Bona. eſt demandata a Capit. Gener. Narb. an. 1260.

(*d*) De hoc miraculo Waddingus ad an. 1228. num. 59. ubi duo ejuſdem teſtes oculati, ac etiam jurati, producuntur. De eodem idem quoque Waddingus ad an. 1210. num. 8. ubi allegantur Auctor Chron. antiq. MSS. ſub Generali Hieron. Aſculano, atque Marianus cap. 4. §. 18. qui tametſi teſtentur, illud addidiſſe ad finem Legendæ eundem Hieronymum Aſculanum; modo tamen additum non invenio, (quum tamen in eadem late agatur *De miraculis ipſius poſt mortem oſtenſis*) nec ſub titulo *De cæcis illuminatis*, neque ſub alio titulo ad finem *De quibuſdam aliis miraculis diverſorum generum*. Negantibus autem ſupradictum miraculum cæci tam mire illuminati una cum cæteris, idipſum reſponderi poteſt quod reſpondit S. Ambroſius Arrianis inficiantibus miracula a SS. Gervaſio & Protaſio perpetrata; inter quæ cæcus illuminatus. Inquit enim Epiſt. 22. num. 17. *Negant cæcum illuminatum, ſed ille non negat ſe ſanatum. Ille dicit: Video qui non videbam. Ille dixit:*

sto consimilem, in nostris necessitatibus cum fiducia accedamus securi, quod petita obtinebimus Christo Jesu procurante qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

SERMO UNDECIMUS.

De S. Francisco.

Eccli 36. & Seneca de beneficiis.

1. *Innova signa, & immuta mirabilia.* Secundum Senecæ approbatam sententiam, ad legem beneficii pertinet, ut dans alicui beneficium statim immemor fiat dati, alter accepti nunquam (a). Ne scilicet obliviscens alter boni accepti, possit de ingratitudine argui. Fuit enim apud Romanos olim ingratitudo tam grave scelus, ut morte durissima puniretur. Quanto magis Divina beneficia, etiam ab initio mundi collata pro quibus Deo largitori gratiæ sunt reddendæ (b), erunt rememoranda? Sed sunt ad præsens maxime tria tam maxima, ut non debeant unquam recedere a memoria, nunquam a manu, vel lingua.

Tria serio recolenda Divina beneficia.

Primum creationis.

2. Et primum est beneficium creationis, in quo Deus hominem maxime honoravit, dum eum rerum universitati præposuit, & quodammodo rerum omnium finem fecit. (c) Ad quod utique designandum post creata omnia fecit eum; non autem eodem modo quo omnia: sed ad imaginem, & similitudinem suam. (d) Secundum est beneficium gubernationis, in quo etiam homo cæteras creaturas excellit; quia non solum conservatur nunc etiam in esse temporali, sed & in esse immortali, & perpetuo (e): quia quilibet præparatur ad bona gloriæ sempiternæ. Tertium beneficium est reparationis, quo duo jam dicta excedi videntur duplici ratione. Primo quia in creatione, & gubernatione, tantum bonum creatum homini contulit, & bonum tantum creatum est quod custodit; sed in reparatione seipsum dedit bonum, utique infinitum, non solum in pretium, sed & in cibum; quod amoris sui fuit magnum indicium. Secundo dato, quod Deus hominem non creasset, non homini bene vel male fuisset; & si substantiam (f) quam fecerat, non conservasset, in nihilum homo cessisset: quare nec bene, nec male, in aliquo illi esset. Sed si non redemisset, homini semper male fuisset; quia semper in inferno mansisset. Ergo homo a Deo redemptus ad maximas est gratias obligatus, & maxime si attendatur redemptionis modus Dei Filio tam amarus. (g)

Secundum gubernationis.

Tertium reparationis.

3. Verum res in contrarium versa erat, & a memoria hominis passio Christi quasi recesserat, nec fere inveniri poterat, qui gratias rependeret Redemptori; unde gemens & plorans sancta mater Ecclesia coacta est clamare ad Deum, & dicere. *Innova signa, & immuta mirabilia.* Cujus rogamina (h) juste facta Christus ex alto considerans, quia jam pati non poterat, sanctum Franciscum fidelissimum equidem Servum suum Ecclesiæ contulit, in quo passionis suæ Stigmata renovavit; unde de eo sic cantat Ecclesia: Regi; qui (i) fecit opera, Christo confiteantur, cujus in Sancto vulnera Francisco renovantur. (k) Ergo & nos cum Ecclesia canendo dica-

Ad Matut. invitat. die 4. Octobr. in Fest. S. P. Franc.

---

dicit: *Cæcus ego desivi; & probat facto. Isti beneficium negant, qui factum negare non possunt.* Equidem vel de præfato cæco, adeo mirifice meritis S. Francisci sanato, dici potest cum eodem S. Ambrosio ibi: *Vocat ad testimonium homines, quorum ante sustentabatur obsequiis, eos indices sua visitationis arcessit, quos habebat testes & arbitros cæcitatis.*

(a) Verba Senecæ sunt loc. supra cit. *Hæc beneficii inter duos lex est: alter statim oblivisci debet dati, alter accepti nunquam. Qui dedit, beneficium taceat; narret, qui accepit.*

(b) In Amator. post init.

(c) 3. Dist. 20. Art. 1. Q. 1. in concl. *Dignitas hominis conditi tanta erat, ut propter ipsum facta sint universa.*

(d) Namque ait idemmet S. Bona. part. 2. Breviloq. cap. 12. ab init. *ratio vestigii reperitur in creaturis omnibus, ratio imaginis solum in intellectualibus, & ratio similitudinis in solis deiformibus; ex quibus, quasi per quosdam scalares gradus, natus est intellectus humanus gradatim ascendere in summum principium, quod est Deus.* Similiterque cap. 1. Soliloq. post init.

(e) Cit. cap. 1. Soliloq. *O anima adverte, quod creator tuus post illud esse, dedit tibi perpetuum esse.*

(f) Ibi: *Substantiam incorruptibilem, durationem interminabilem, vitam perpetuam*, scilicet quoad animæ *naturam immortalem*.

(g) De beneficio hoc postremo ibi in Soliloq. in Amator. in De Perfect. vitæ ad Sorores c. 6. in 3. Dist. 16. Art. 1. Q. 2. in concl.

(h) De voce *rogamen* accepta pro *precibus petitione, rogatione*, plura apud Glossar. Ducang.

(i) Al. *qua*.

(k) Extat quoque in Breviar. membran. Griesen. Item reperitur etiam in Officio Commemorationis sacrorum Stigmatum 17. Septembris quod

Digitized by Google

eamus: *Innova ſigna, & immuta mirabilia.* (a) In quo quidem verbo Apoſtolicus vir Franciſcus, imitator Chriſti perfectus, & per exceſſivum amorem in Chriſtum perfectiſſime transformatus, commendatur maxime a duobus. Primum ab excellentia ſanctitatis in vita, in qua Chriſtum eſt inſigniter imitatus. Secundo etiam ab eminentia claritatis in fama, quam eſt magnis prodigiis aſſecutus. Primum reſpicit bonum intra, quo amore arſit in mente. Secundum reſpicit bonum extra, quo clare fulſit in opere. Itaque primum Sanctum eum fecit interius quoad ſeipſum; ſed ſecundum famoſum fecit exterius quoad mundum. Notatur ergo ſanctitas mentis interior, quando dicit: *Innova ſigna.* Notatur & claritas famæ exterior, quando addit: *immuta mirabilia.*

Diviſio thematis.

Diſtinctio quatuor Chriſti ſignorum cum dilatatione.

4. Dicenti igitur: *Innova ſigna*, occurrunt mihi quatuor Chriſti ſigna pertractanda, quorum primum fuit profundiſſimæ & exceſſivæ humilitatis, quod patenter oſtendit in carnis aſſumptione. Secundum ſignum fuit altiſſimæ (b) paupertatis, quod maxime claruit in Virginis parturitione. Tertium ſignum fuit eximiæ pietatis; quod evidenter apparuit in ſua converſatione. Sed quartum ſignum fuit ampliſſimæ caritatis, quod perfecte monſtravit in vitæ ſuæ traditione.

Primum ſignum humilitatis profundiſſimæ.

Iſa. 7. 11.

Ibi 12.

Ibi 14.

5. Dico, quod primum ſignum, quod Chriſtus de ſe nobis oſtendit, fuit humilitatis profundiſſimæ & exceſſivæ. Et de hoc ſigno in Iſaia dictum eſt ad Acaz: Pete tibi ſignum a Domino Deo tuo. Et cum diceret: Non petam; Dominus ſubjunxit dicens: Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum: Ecce Virgo concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Signum maximum fuit, quod contra naturam Virgo conceperit; ſignum mirum & novum, quod Virgo portaclauſa Filium parturivit; ſed inſuper ſignum præ omnibus exceſſivum, quod Deum concepit, & peperit (c); quod omnia paſcentem ſuo lacte nutrivit; quod omnia continentem ſuo ventre concluſit; & quod ſuſtinentem omnia, & portantem, ipſa portavit. O quam profunda, & nulla lingua narranda humilitas, iſta fuit! ut Deus unireturhomini ſumme glorioſus, viliſſimæ carni potentiſſimus, atque homini fragili reputarentur ejus actiones. Humilitas eſt illa penſanda, qua ſumma natura omnium rerum cauſſa in unitate Perſonæ ſervilem ſibi voluit unire naturam. Unde admiratur hanc tantam humilitatem Apoſtolus ad Philippen. Exinaniyit ſemetipſum formam ſervi accipiens. Recte enim pro fundamento totius humanæ redemptionis humilitatem ponere, voluit, eo quod ſit virtus fundamentalis. (d) Quare ſicut fundamento non poſito ædificium nullum erigitur; ſic abſque humilitate ſpirituale ædificium nullum penitus eſſe probatur. Gregorius: Quia qui virtutes ſine humilitate congregat, quaſi pulverem in ventum portat. (e) Item Chriſtus, ut dicitur Canonica prima Joannis, venit deſtruere opera diaboli; opus autem principale Satanæ ſuperbia eſt (f). At contraria contrariis curari patet; ſicut ſanitate infirmitas diſſipatur, & frigus calore fugatur: cumque ſuperbiæ humilitas directe opponatur, eo quod illa elevat, hæc autem inclinat; ergo decuit Chriſtum per humilitatem ſuperbiam ſibi adverſantem deſtruere. Verum quia poſt tantam humilitatem Domini Salvatoris adhuc ſuperbia regnabat in mundo, in mundo humilitas renovata eſt in Franciſco. Unde de eo ſic legitur: (g) Omnium virtutum cuſtos & decor humilitas tam copioſa Virtus

Ad Philipp. 2. 7.

Humilitas virtus fundamentalis.

Gregor. in Evang. L. 1. *Hom.* 7. *n.* 4. *ad finem.*

1. *Jo.* 3. 8.

Opus principale Satanæ ſuperbia.

Humilitas Chriſti in Franciſco renovata.

quod compoſuit Gerardus Odonis Ordinis Minorum Generalis Miniſter paulo poſt primam Benedicti Pap. XI. inſtitutionem. Porro multi coætanei Proceres Eccleſiæ, Cardinales & Epiſcopi, poſt S. Franciſci mortem, myſterium hoc pio carmine, & Eccleſiaſticis hymnis, qui in Officio Divino concinuntur, celebrarunt. Vid. Wadding. ad an. 1224. ſub num. 15.

(a) Ita in Bulla Alexandri IV. quæ incipit: *Benigna operatio* &c. ubi inſigne reddit Pontifex teſtimonium Stigmatum S. Franciſci. Vid. Wadding. ad an. 1255. num. 9. p. 377. Edit. Rom. 1732. ubi pro *innovans ſingula* leg. *innovans ſigna*.

(b) *Altiſſima* quoque dicitur in ſupra d. Bulla Alexandri IV. Et de *ſignis humilitatis & paupertatis* ipſemet D. Bonav. Ser. 1. de Dedicat. Eccl.

(c) Similiter Expoſit. in cap. 1. S. Luc.

(d) Vid. ſupra col. 230. num. 9.

(e) Pariter de Perfect. vit. ad Soror. cap. 2. ac Serm. 2. de uno S. Confeſſ. &c.

(f) Ibi de Perfect. vit. ad Soror. nec non in 2. Diſt. 5. Ar. 1. Q. 1. in concl. ac alibi paſſim.

(g) In una puta ex antiquioribus Legendis, ſecundum quam memoriæ prodidit ipſemet D. Bona. in ſua Legen. S. Franc. cap. 6. ab init.

Om-

Digitized by Google

rum Dei ubertate repleverat, ut in reputatione propria nihil esset, nisi peccator; cum speculum esset omnimodæ sanctitatis. Et ratio hujus est; quia natura non patitur vacuum. (a) Exemplum Augustini super Genes. ad lit. ubi dicit, quod si quis vas accipiat manu, & ore devexo ponat in aquam tunc illud vi submergere poterit, nec de aqua in illud quidquam intrabit, eo quod aere plenum sit; quia cum talia duo corpora simul esse non possint, quandiu aer non est extra, aqua intrare non poterit. Et addit Augustinus, quod si quis vas illud sic a latere submergat in aquam, ut pars altera orificii occupata sit ab intrante, & pars altera ab egrediente; tunc aqua a parte inferiori ingredietur: quia a parte superiori aer egreditur, ita ut aliquando sonus ex obviantibus sibi corporibus generetur. Quare nunquam aer de vase egredietur, nisi quid loci repletivum ejus loco ingrediatur. (b) Quia ergo Pater Franciscus vere humilis se vacuum virtutibus reputabat, ideo magnam ad se gratiam attrahebat (c), & maxima per consequens præmia concurrebant. Cujus ratio est, quia juxta mensuram descensus semper est ascensus; sicut est exemplum in aqua, quæ quantum ex una parte descendit, tantum ex altera in alta se erigit. (d) Ergo quia Sanctus hic venerabilis maxime se humiliavit, altissimam sedem apud Deum promeruit. Exemplum in Legenda (e) de illa sede altissima, quam Frater ille de Marignano (f) in cœlo aspexit, ceteris sedibus digniorem, quæve Francisco humili servabatur. (g) Sed heu! quia jam iterum hodie humilitate dejecta sola regnat in mundo superbia, per quam homines ambiunt sola sublimia; non attendentes, quod omnis est casus ab alto, sed nullus ab imo, ita ut quanto status est altior, tanto casus est gravior (h): quia plumbum, quanto ab altiori loco aeris ruit, tanto impetuosius terram petit. Cujus ratio est, quia sicut motus violentus procedendo debilitatur, sic naturalis fortificatur.

6. Secundum signum, quod in Christo præcessit, fuit paupertatis altissimæ (i) Et hoc signum etsi in omni ejus vita, & tempore omni claruit; maxime tamen quando in penuria stricta morans, in stabulo natus, super fœnum in præsepio collocatus, velut paupertimus non dico hominum, sed jumentorum, in diversorio locum habere non potuit. Et de hoc tanto signo sic habetur in Luca: Hoc (inquit Angelus) vobis signum: Invenietis infantem pannis involutum, & positum in præsepio. Voluit autem Rex ille summus cultum pretiosarum vestium, & lectuli mollitiem

Natura non patitur vacuum. *Augustinus de Gen. ad lit. L. 2. c. 2. n. 5.*

Augustinus ibi.

Juxta mensuram descensus, semper est ascensus. Exemplum aquæ tantum ascendentis, quantum descendentis.

Exemplum sedis altissimæ Francisco humili parata, de qua in Legenda.

Quanto status est altior, tanto casus est gravior. Exemplum plumbi ex altiori loco aeris ruentis. Motus violentus procedendo debilitatur, naturalis fortificatur.

Secundum signum paupertatis altissimæ.

Luc. 2. 7. Ibi 12.

Omnium virtutum custos & decor humilitas copiosa virum Dei ubertate repleverat. In propria quidem reputatione nihil erat, nisi peccator; cum in veritate speculum esset & splendor omnimodæ sanctitatis. Super hanc studuit ædificare seipsum, ut sapiens architectus fundamentum præjacens, quod a Christo didicerat &c.

(a) Sic Serm. 1. de S. Marco Evangelista, Ser. 1. de plur. SS. Confess. ac Ser. 2. de uno S. Doct. secundum Philosophum, id est, Aristotelem Lib. 4. Physicor. cap. 6. tex. 83. par. 4. & in Problematib. Sect. 8. Quæst. 8. vel Sect. 9. Quæst. 9. secundum variantes allegationes. Item Serm. 2. de uno S. Doct. atque Serm. 3. de B. V. M. &c.

(b) Cum heic redditus tantum fuerit ex D. August. sensus, ejus verba videri possunt loc. supra cit. similia autem D. Bonav. verba habet supra cit. Ser. 1. de S. Marco Evang. atque Ser. 2. de uno S. Doct.

(c) Similiter idem D. Bona. ibi de S. Marco: *Quia ergo Beatus Marcus, humilitate plenus, se vacuum esse credebat, ideo sic abunde Divinam gratiam attrahebat* &c.

(d) Comment. in Joann. cap. 4. num. 242. ac etiam alibi.

(e) Scilicet *antiqua*, quam ad hoc ipsum propositum allegat quoque Ubertinus de Casali. Vid. Prodr. col. 596.

(f) *Massæus* nomine, ut est etiam apud d. Ubertin. observatumque est in Prodr. ibi.

(g) Vid. quoque Legen. ipsam S. Franc. a D. Bona. scriptam Cap. 6. Item ejus Serm. 4. de uno S. Confess. & Comment. in cap. 21. Apocal. in fin. ver. 17. Vide insuper Henricum Sedulium L. 1. Apologet. de S. Franc. c. 20. ubi jure meritoque castigat Alberum Alcorani Franciscanorum consarcinatorem, adversus S. Francisci in cœlis gloriam maledicta ore infrunito evomentem, & ut utar phrasi S. Cypriani De unit. Eccl., *serpentis venena jaculantem*, quem utinam alii non fuissent vel novissimis hisce temporibus imitati.

(h) Cit. Serm. 4. de uno S. Confess. „ Isidorus dicit: Humilitas casum non novit. Quare? Quia, ut supra dixi, nullus cadit nisi ab „ alto. Quare, cum humilis situetur tantum „ in imo, non est, a quo cadere possit, locus. "

(i) De hoc adjectivo tributo *paupertati* sæpe jam dictum, de quo idemmet S. Franc. cap. 6. Reg. FF. MM. *Hæc est illa celsitudo altissimæ paupertatis, quæ vos carissimos Fratres meos, hæredes & reges regni cœlorum instituit, pauperes rebus fecit, virtutibus sublimavit &c.*

Digitized by Google

tiem ex paupertate assumpta contemni (a), ut nos doceret vanum esse mundum, juxta illud Luc. Ecce hic positus est in signum, cui contradicetur. Missus est etiam Vir iste sanctus signum hoc renovare. Nam etsi multi fuerint Viri sancti paupertatem habentes, & eam promittentes, non tamen ita perfecte, sicut iste, qui nihil, non dico in speciali, sed nec in communi voluit aliquid possidere, non domum, non locum, non aliquam rem (b). Unde de eo sic legitur (c): Inter cetera charismatum dona, quæ a largo datore Franciscus obtinuit, prærogativam quamdam specialem (d) promeruit in divitias simplicitatis excrescendi (e) per altissimæ paupertatis amorem. Hanc enim virtutem Vir Dei Filio Dei (f) familiarem attendens, & jam quasi toto orbe (g) repulsam, caritate sic studuit desponsare perpetua; quod propter eam (h) non solum patrem, matremque reliquit, sed quæcunque (i) habere potuit, universa dimisit (k). Et scribitur ibi, quod nullus unquam tam cupidus auri fuit, ut hic extitit paupertatis; quia nullum se pauperiorem poterat pati videre. (l) Sciebat enim, paupertatem, Christo docente, non solum Divinum esse consilium; (m) sed de magisterio naturæ. Quare cum natura dederit terram pedibus conculcandam, hoc ipso docuit eam non esse cœlo aut capiti superponendam. (n) Nec minus est verum, quod medium debet sapere naturam extremorum. (o) Unde aqua media inter terram & aerem, est cum aere humida, & cum terra frigida; & aer medius inter ignem & aquam, cum igne est calidus, & cum aqua est humidus. Videmus etiam, quod virtus politica, tenens medium inter extrema, (p) sapit utriusque naturam; quia largitas cum prodigalitate dat danda, & retinet cum avaritia retinenda: & extrema vitæ humanæ sunt ad vitam ingressus, & ex vita egressus, quorum medium est in vita progressus. Constat autem utrumque extremum esse pauperrimum; ergo pauperrimum debet esse & medium (q). Unde poterat Vir iste sanctus dicere illud Job: Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus revertar illuc. Ad literam sicut Franciscus nudus est effusus in terram, sic & nudus in morte poni voluit super terram. (r) Nec discrepavit medium ab extremis; quia coram Episcopo se nudavit, & patri etiam crepidas resignavit; (s) & insuper nudus aliquando ad Ecclesiam trahi se fecit, & nudus coram populo prædicavit; (t) memor illius altissimæ paupertatis, qua Christus pro nobis in cruce pependit (u). Sed heu! quia hodie avaritia regnat, & fugatur ab omnibus toto posse paupertas; cum tamen illa mergat in barathrum, hæc e contra levet in cœlum, exemplo Lazari pauperis, & divitis Epulonis Luc. sexto decimo.

7. Tertium signum, quod in Christo præcessit, fuit pietatis eximiæ in conversatione. Tanta enim fuit pietas in Christo, ut nullo possit exprimi verbo. Et de hoc satis aperte potest poni illud Isai. undecimo: Radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Radix enim toti arbori administrat humorem, (x) per quem

Ps. 34.

S. Franc. in Reg. FF. Min. c. 9.

Item in virtute politica.

Job 1. 21.

Luc. 16. 22. ac seqq.

Tertium signum pietatis eximiæ.

Medium naturam sapit extremorum in natura.

Isa. 11. 10.

(a) Sic Exposit. in cap. 2. S. Luc.

(b) Vide sis inter editos Serm. S. Bonav. Serm. 2. in die Sancto Pentec. ubi prædicta mirifice confirmantur.

(c) In Legen. antiq. ad normam cujus, licet cum varietate aliqua, in Legen. ipsa ma. ab se scripta S. Franc. c. 7.

(d) Cit. cap. 7. ejusdem Legen. ma. ab init. *prærogativa quadam speciali*.

(e) Ibi: *excrescere*.

(f) Ibi: *Hanc Filio Dei Vir sanctus*.

(g) Ibi: *mundo*.

(h) Ibi: *pro ea*.

(i) Ibi: *verum etiam quæ*.

(k) Ibi: *dispersit*.

(l) Ibi: *Nemo tam auri, quam ipse cupidus paupertatis*. Et post multa: *Si quando pauperiorem se quempiam secundum exteriorem habitum cerneret, semetipsum protinus arguens, excitabat ad simile &c.*

(m) Est enim *primum inter Christi documenta*, Exposit. in cap. 14. S. Luc.

(n) Nanque ait in fine Serm. 4. de uno S. Martyr. *Monstrum est contra naturam, si cœlum terræ subjicias, & sub pedibus caput ponas.*

(o) Comment. in Jo. cap. 1. num. 7. & 3. Dist. 23. Art. 1. Q. 1. ad opp. 1. ac alibi.

(p) 4. Dist. 33. Art. 2. Q. 1. ad argum. Vid. Part. 1. Tract. de Vit. Myst. cap. 44. num. 139.

(q) *Quod totaliter pauperes tenent medium*, adseverat Serm. sive Collat. 5. in Hexaem.

(r) Cap. 14. Legen. ma. S. Franc.

(s) Cap. 2. ejusd.

(t) Ibi cap. 6.

(u) Cap. 3. de Perfect. vitæ ad Soror. & supra in Vite Myst. cap. 2. num. 3.

(x) 2. Dist. 44. Dub. 4.

Digitized by Google

dat vitam toti plantæ; sic & Christus ex abundantissima pietate, non ad vitam carnis tradidit nobis mundum, sed ad vitam animæ tradidit seipsum. Et ideo populis universis est in signum, ne quis audeat esse crudelis. Nam & rami sicut a radice humorem accipiunt; sic & aliis suos fructus impendunt. Verum pietatis hoc signum perfecto modo renovatum est in Francisco. Unde ipse figuratus fuit in Angelo (a), qui clamavit Apocal. septimo dicens: *Apocal. 7. 3.* Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quoadusque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum. *Ezech. 9. 4.* Ipse est enim, qui signavit Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, (b) id est, hominum pœnitentium, ne ferirentur ab Angelo percussore. Unde de eo in Legenda sic habetur: Afflictis qualicunque (c) molestia, mira compassionis teneritudine condescendens, si quid penuriæ, si quid defectus in aliquo cerneret, pii cordis dulcedine regerebat in Christum. Sane, inquit, clementiam habebat ingenitam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Quare liquefiebat anima (d) ejus ad pauperes, & infirmos, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum. *Job 31. 18.* Unde poterat dicere illud Job: Ab infantia mea crevit mecum miseratio, & de utero matris meæ egressa est mecum. (e) Sciebat enim Vir iste pissimus ad Roman. dixisse Apostolum, *Ad Rom. 12. 4. ac seq.* quod sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent; ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Et iterum constat secundum Apostolum, & *1. Cor. 12. 26.* certum experimentum, quod si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, & si gaudet unum, congaudent omnia (f). At major debet esse unio spiritualis, quam corporalium. Quare qui cum Francisco non sentit mala, & pericula proximorum, sciat se argumento certissimo vel esse membrum siccum, vel putridum, vel spirituali paralysi dissolutum (g), vel a corpore ex toto præcisum; quia membra paralytica, putrida, vel abscissa non sentiunt corporis sui mala. Nunquid non humano corde ferrum durius est motione; materiali igne est ignis Divinus potentior? (h) Sed impossibile est ferrum materiali igni impositum duritiam naturalem non perdere, nec induere contrariam illi mollitiem; ergo multo impossibilius constat esse, cor carnale, & fragile, succensum potentissimo illo igne Divino, duritiam in compassionem naturalem non vertere. Ergo si cum sancto Francisco non habes cor molle compassivum ad Christum, te non esse corporis Christi membrum sit tibi certum experimentum. Nunquid non adamas lapis durissimus hircino sanguine rumpitur? (i) Nunquid non sanguine menstruali bitumen dissolvitur? Ergo tu bitumine, tu adamante es durior, qui Christi potentissimo sanguine pro te effuso, qui diabolum superavit, & inferna confregit, hominem liberavit, & cœlum aperuit, ad compatiendum proximum non mollitis. Quare si juxta Ecclesiastici sententiam: Cor durum male habebit in novissimo; quid tibi restat, o homo, nisi cum tuo duce diabolo tradi æternaliter in infernum? Igitur in compatiendo miseris sequamur hunc sanctum Virum, qui non solum compassione movebatur ad homines, sed ad agnos, & oves, ad pisces, & aves, sicut in Legenda multis exemplis apparet. (k) *Eccli 3. 27.*

Major debet esse unio spiritualis, quam corporalis.

Materiali igne est ignis Divinus potentior.

8. Quar-

(a) Scilicet *ascendente ab ortu solis, habente signum Dei vivi*, de quo infra.

(b) Cap. 4. Legen. ma.

(c) In d. Legen. ma. cap. 8. additur *corporali*.

(d) Ibi: *Itaque liquescebat animus*.

(e) Pariter in Legen. S. Clar. cap. 1. n. 3.

(f) Vulg. *sive glorietur unum membrum, congaudent omnia membra*.

(g) Quippe *paralysis* a Cornel. Celso Lib. 2. cap. 1. vocatur *dissolutio, nervorum resolutio*.

(h) De vi materialis ignis, & Divini, Serm. 1. ac 2. de S. Laurent. idem D. Bonav.

(i) Serm. 2. de una 8. Virg. ex Hieron. August. Plin. &c.

(k) In antiqua Leg. nec non cap. 8. Legen. ma. ejusdem D. Bonav. ubi causam hujusmodi compassionis pulchre expositam audiant illi intemperantiores Critici, qui ducunt insaniæ, quod sapientiæ est „ Consideratione primæ „ originis omnium, abundantiori pietate re„ pletus, creaturas quantumlibet parvas, fra„ tris vel sororis appellabat nominibus: pro eo „ quod sciebat eas unum secum habere princi„ pium. “ Audite & vos quotquot estis Alcorani Franciscanorum asseclæ, vitioque vertitis S. Francisco, eo quod *omnes creaturas fratris vel sororis nomine vocavit, etiam latrones, etiam lu-*

Digitized by Google

Quartum ſignum caritatis ampliſſimæ.

8. Quartum ſignum, quod præceſſit in Rege, & eſt renovatum excellenter in Milite, fuit ſignum caritatis ampliſſimæ. Et hoc amoris ſignum maximum Dominus oſtendit in morte, dum pro ſalute noſtra voluit capi, ligari, velari, illudi, alapis cædi, ad columnam, ut latro, ligari, & acriter flagellari, arundine in capite percuti, ſpinis coronari, clavis duris cruci affigi, & lancea perforari. O quam immenſi amoris hoc ſignum fuit! Unde cum Dominus flagello facto omnes expuliſſet e templo, columbas vendentes, & Judæi (a) ab eo poſtea quærerent dicentes: Quod ſignum oſtendis nobis, quia hæc facis? Ille ad eos ſic ait: Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Et ſequitur ibi, quod hæc dicebat de templo corporis ſui, Judæorum ſcilicet opere diſſolvendi. Et iterum de hoc ita dicit: Generatio mala, & adultera (b), ſignum quærit, & ſignum non dabitur ei, niſi ſignum Jonæ Prophetæ. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus; ita (c) erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus, & tribus noctibus. Itaque hoc ſignum amoris ampliſſimi (d) oſtenſivum, jam a mundo fere oblivioni traditum, modo equidem miro in Franciſco eſt renovatum; quum apparitione facta ſibi ſubſimili Crucifixo, Chriſtus ejus menti illud incendium amoris induxit, quod eum non ſolum in anima intus ſimilem ſibi fecit, ſed in vim iſtius potentis amoris Stigmatibus ſuis carnem ejus exterius conſignavit: (e) quod utique ſignum fuit valde ſingularis amoris, dum eum ſuis induit rubris veſtimentis, quaſi calcantium in torculari. (f)

Jo. 2. 18.

Ibi 19.

Ibi 21.

Matth. 12. 39.

Iſa. 63. 2.

Inter omnes affectiones animorum amor radicale principium. In omni genere rerum potentiſſima omnium aliarum principia. Exempla.

9. Ad quod intelligendum eſt hic notandum, quod inter omnes affectiones animorum amor eſt radicale principium; (g) cujus ratio eſt ad præſens, quia in omni genere rerum ſunt potentiſſima omnium aliarum principia. Exemplum de ſole in genere lucidorum; de aqua in genere frigidorum; de igne in genere calidorum; de radice in ratione ramorum; de corde reſpectu membrorum; & de fonte reſpectu rivulorum. Omnia talia, quia prima, ſunt influentiæ maximæ; ut de corde, (h) de quo dicitur Libro de Somno & Vigilia, & Hippocrates itidem dicit in Aphoriſm., & Galenus in Commentar. (i) quod eſt omnium aliorum membrorum principium. (k) Quare cordis ſubſtantia, quanto majori igne abundat,

Liber de ſomno & Vigilia. Hippocrates in Aphoriſm. Galenus in Comment.

---

lupos; & ideo feraliter in ſanctum Virum, & in nos ſævitis, dum illum, & nos omnes traducitis quaſi lupos. Sed parcius iſta, reponit vobis quam modeſtiſſime noſter Henricus Sedulius L. 1. Apol. De S. Franc. cap. 13. „ Non „ reciproco, neque regero hoc probrum. Utri „ lupi, ſive hædi ſint, in illa die dextra Chriſti decernet. Sitis qui vultis. *Eſtis fratres* „ *noſtri* (Opt. Milevi. L. 4.) *& nos veſtri*, „ *Propheta dicente* (Deuter. 32. 6.) *Nonne vos* „ *unus Deus creavit, & unus Pater genuit? Non* „ *enim poteſtis non eſſe fratres, cum omnibus di-* „ *ctum ſit* (Pſ. 81. 6.) *Dii eſtis, & filii Ex-* „ *celſi omnes . . . . . Videtis ſancta germanitatis* „ *vincula inter nos & vos in totum rumpi non* „ *poſſe &c.* “

(a) Al. *Sacerdotes*.

(b) Al. *atque perverſa*.

(c) Vulg. *ſic*; ſed *ita* etiam Cod. Vercellen. apud Blanchin.

(d) Al. *altiſſimi*.

(e) Cap. 13. Legen. ma. nec non in Legen. mi. de ſacr. Stigmat. Lect. 1. ac ſeq. &c.

(f) In Ligu. Vit. Tit. *Jeſus cruore madidus*.

(g) *Amor eſt principium omnium affectionum* 3. Diſt. 26. Art. 2. Q. 3. ad 2. *Sicut cor eſt totius amoris radicale ſubjectum*, Serm. 2. de S. Laurent. Vid. tamen Sap. Mem. Benedictum XIV. de Canoniz. L. 4. Par. 2. cap. 31. ubi memorat *recentiores Philoſophos, qui amorem, odium, & reliquas animi affectiones, non in corde tanquam in ſede ſua, ſed in cerebro collocant.*

(h) 3. Diſt. 13. Art. 2. Q. 3. ad 1. reſpondet, quod *generalior eſt influentia cordis, quam capitis, ſecundum veritatem*, idque aſſeverat contra quoſdam *Phyſicos*, ſive *Medicos*: adverſus quos id ipſum ſtatuit Serm. ſive Collat. 1. in Hexaem. ajens: *Cor eſt in medio animalis, a quo eſt, & derivatur univerſalis influentia.* Cui aſſertioni ſuffragatur Ariſtot. Lib. de Hiſt. animal. cap. 17. & de Part. animal. Lib. 3. cap. 4. Et ſicut. eod. Serm. ſive Collat. inquit D. Bonav. *Medium majoris mundi eſt Sol; medium minoris mundi eſt cor: Sol eſt in medio planetarum, & eſt maxima diffuſionis, exuſſans, & porrigens radios ad omnem poſitionis differentiam*; ita vel inter recentiores Medicos Raymundus Jo. Fortis Conſult. & Reſpon. Med. Cent. 2. §. 22. ait: *Cor in homine, tanquam Sol in univerſo, ſuum calorem vitalem, veluti lumen, in totum corpus diſtribuit.*

(i) Hippocratem quoque laudat ad fin. Ser. de S. Pet. ad Vinc. Galenus quoque in marg. citatus Serm. 1. de S. Lauren. non multis poſt init.

(k) Plinius Hiſtor. Nat. Lib. 11. cap. 37. „ Hoc primum naſcentibus in utero formari „ tradunt: deinde cerebrum, ſicut tardiſſime „ oculos. Sed hos primum emori, cor no„ viſſime “ Et ipſemet D. Bonav. Serm. 2. de S. Agnet. Virg. & M. „ Cor eſt omnium „ mem-

Digitized by Google

dat, & vita (a); tanto sunt cætera membra vigorosa. Quia igitur amor est omnium aliarum affectionum principium, est etiam maximi influxus in tantum, ut amantes transferat in amatum. (b) Unde dicit Aug. Doctor eximius (c), quod talis est homo, qualis est dilectio ejus; quia si terram diligis, terra es: Si vero Deum diligis, non audeo dicere quod Deus sis; sed audi Prophetam dicentem: Ego dixi: Dii estis, & filii Excelsi omnes. (d) Ratio horum est, quia secundum Sanctos, & Philosophos, amor est quasi habens vim ignis liquefactivam (e), & habens vim glutinis unitivam (f). Est enim amor quidam fons ignitus (g); quare ex virtute hac ignea habet vim liquefactivam, eo modo quo ignis metallorum corpora liquefaciendo dissolvit (h), & in similitudinem suam convertit; sicut patet in ferro (i), ac ligno igneto. (k) Et constat, quod quanto vis ista amoris plus alium liquefacit, plus eum amato similem facit, & ad impressiones diversas habilem magis reddit; ut liquet de auro liquefacto, vel vitro, quæ perfecte liquefacta, ad omnem figuram & formam redduntur habilia (l). Item amor est virtutis conjunctivæ. Unde Dionysius de Divin. Nomin. de hac ita dicit: Amorem Divinum, Angelicum, vel intellectualem, sive humanum, unitivam quandam dicimus virtutem. (m) Et hoc patet ad sensum, quoniam amor unit proposita hominum ad bonum paratorum vel ad malum.

Augustinus in 2. Can. Joan. Hom. 2. in fi.

Amor habet vim liquefactivam & conjunctivam.

Dionysius de Divin. Nom. c. 4. par. 2.

10. Itaque concluditur ex his duobus, scilicet ex vi liquefactiva, & admodum unitiva, quod amor est virtus transformativa; quia dum per incendium caloris animam liquefacit, eam ad communem figuram, & impressionem, habilem reddit. Quare dum per virtutem glutinis unitivam, eam cum amato constringit, formam amati illi necessario imprimit; sicque amantem in amatum totaliter (n) transmutat, & vertit (o). Induit ergo amans ipsum amatum introrsum imaginatum, vel intelligibiliter conceptum, quasi quoddam formale intimum complementum. Et quia hoc facit utique amor malus, quanto magis bonus amor potentior? Itaque animæ per amorem taliter liquefactæ Christus ejus amatus illabitur, eique stricte unitur; quare in eum anima transformatur. Exemplum de cera, quæ perfecte calefacta ad communem figuram sigilli recipiendam est apta. Ergo in anima Francisci maximus amor exarsit, qui non solum in Christum animam transformavit, & ei perfecte assimilavit; sed in tantum redundavit, quod eam Stigmatibus consignavit. (p)

Item transformativum.

Exemplum cera.

Un-

„ membrorum primum, & fontale totius vitæ „ motusque principium.“ Sicque Serm. 2. de S. Laurent, nec non Serm. 2. de uno S. Confess. &c. At S. Isidor. Etymolog. Lib. 11. cap. 1. „ Primum ajunt cor hominis fingi, quod „ in eo sit, & vita hominis, & sapientia: deinde quadragesimo die totum corpus explevi . . . . . Alii fœtus a capite sumere dicunt „ exordium &c. “ Romani Editores Sermonum S. Bonav. Serm. 1. S. Lauren. adnotarunt, quod *Philosophi cor primum generari asserunt; Medici jecur generationis primum esse docent.* Vid. infra Serm. 15. de S. Jo. Evang. num. 6. & supra Serm. 9. in Purificat. B. M. V. num. 7.

(a) Plin. ibi „ Huic præcipuus calor. Palpitat certe, & quasi alterum movetur animal, intra præmolli firmoque opertum membranæ involucro, munitum costarum, & „ pectoris muro, ut par erat præcipuam vitæ „ causam & originem &c. “ Item d. Fortis ibi „ In corde, tanquam in primo Mobili, „ residet calidum innatum &c. “

(b) Soliloq. cap. 1. in fine ex Hug. de S. Victor.

(c) Similiter a D. Bonav. S. Augustinus *Doctor præcipuus* vocatur Breviloq. par. 3. cap. 8. in fine. Item *præcipuus* ab eodem 2. Dist. 12. Art. 1. Q. 2. in concl. nec non *egregius*. *Doctor* Breviloq. Par. 7. cap. 2. *Egregius* autem, & *eximius* idem significant.

(d) Sic cum levi aliqua varietate ex eodem Augustino Lib. 2. Phar. cap. 25.

(e) Serm. 2. de S. Lauren.

(f) 1. Dist. 10. Dub. 4.

(g) Quippe cor, quod ejus est subjectum, ut prius ante notavimus, *est fontale totius vitæ motusque principium*, cui est *præcipuus calor*, sive in eo *residet calidum innatum*.

(h) Cit. Serm. 2. de S. Lauren. nec non Ser. 2. de S. Mar. Magdal.

(i) Ibi.

(k) Serm. 1. de eod. S. Lauren.

(l) Hoc adjectivo utitur D. Bonav. etiam Breviloq. Par. 5. cap. 2. Serm. 1. de S. Anton. Pad. ac alibi quoque.

(m) Sic 1. Dist. 10. Art. 2. Q. 2. in Fundam. ex eod. Dionys. ibi ac cit. Ser. 2. de S. Mar. Magdal. &c.

(n) Hoc quoque adverbium D. Bonav. sæpius usurpat.

(o) Pariter Cap. 1. Soliloq. ex Hug. de S. Vict. & d. Serm. 2. de S. Mar. Magdal.

(p) In Legen. mi. de Stigmat. sacr. Lect. 2. *Mentem ipsius seraphico interius inflammavit ardore, carnem vero Crucifixo conformi exterius insignivit effigie, tanquam si ad ignis liquefactivam vir-*

vir-

Unde de eo recte exponitur illud Apoc. Apocal. 7. 2. Vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi. (a) O quantus honor! quantaque gloria huic Sancto! eisdem signis & vestibus ornatum esse cum Christo. Nunc ergo quia deficit humilitas, & regnat superbia; deficit paupertas, & regnat avaritia; deficit pietas, & regnat crudelitas; & ita deficit caritas, & regnat invidia, clamat quasi moriens Ps. 73. 9. cum luctu Ecclesia: Signa nostra non vidimus, jam non est Propheta. Sequitur: Innova signa, immuta mirabilia; nam in hoc Viro Dei sunt innovata miracula, sicut ostenditur in Legenda. Cæcis enim & surdis; mutis & claudis; hydropicis, & Paralyticis; Demoniacis & leprosis; naufragis & captivis; vulneratis & mortuis; ipsius precibus sanctis, & meritis, remedia conferuntur (b), mirificante Domino Sanctum suum, cui Domino semper & in sæcula est omnis honor & gloria (c).

SERMO DUODECIMUS.

De Beata Clara.

Eccli 11. 3. 1. *Brevis in volatilibus* (d) *apis, & initium dulcoris habet fructus illius.* Quia sacra Scriptura ad commendationem Sanctorum, & Sanctarum in se ipsa non deficit, & ut noster intellectus ad considerationem Sanctorum clarius aperiatur, quo sacram Scripturam, & ipsius profunditatem (e) intelligere non valemus; ipsa sacra Scriptura utitur manuductionibus & exemplis, ac similitudinibus (f), modo assimilando Sanctum, vel Sanctam, auro, argento, lapidibus pretiosis, aliisque metallis, vel mari, terræ, vel avibus, ut hic fecit: quatenus visis proprietatibus (g) istorum, & virtutibus; quia per nos magnitudinem & gloriam Sanctorum, qua gaudent in patria, intelligere non valemus, in istis inferioribus appropriando Sanctis, eam facilius discamus. Et ideo non incongrue de Beata Clara verbum propositum dicitur: *Brevis in volatilibus apis &c.* Nam ut apparebit in processu Sermonis, ipsa fuit apis argumentosa (h) jugum Domini suave portans, ut quod in ape virtutis & proprietatis materialiter invenitur, in ipsa spirituali modo, ut ostendam, reperiatur.

2. In verbo igitur jam dicto spiritualiter intellecto commendatur hæc virgo Clara a duplici statu, viæ scilicet, & patriæ. Primum illud: *Brevis in volatilibus apis.* Ipsa enim dici potest apis argumentosa; quia sicut in tam parvo animali tam magna, & dulcia reperiuntur, ut mel, & cera: sic in tam parva juvencula tam fructuosa, & excelsa ope- Divisio thematis.

---

virtutem præambulam sigillativa quædem esset impressio subsecuta.

(a) In Prol. Leg. ma. ac ejusdem Leg. cap. 13. Vid. Prodr. col. 594. ac seqq. Si quis autem nosse aveat, cur & in hoc ipso Sermone semel supra num. 7. & heic iterum, ita per prædictum *Angelum* Apocalypseos intelligat S. P. Franciscum, respondeat Ubertinus de Casali in Arb. Vit. Crucif. Lib. 5. cap. 1. „ Ego „ audivi a solemni Doctore istius Ordinis, „ quod Frater Bonaventura tunc Generalis „ Minister Ordinis, & Doctor solemnis, præ„ sente præfato Doctore, qui mihi dixit, quod „ in Capitulo Parisiensi solemniter prædicavit, „ quod ipse erat certus, & certificatus, quod „ beatus Franciscus erat Angelus sexti signa„ culi &c. " Vid. rursus Prodr. col. 217. & col. 219.

(b) Cap. 15. modo d. Legen. in fine. Vid. supra Serm. 10. num. 5. & 6. Contra incredulos autem hæc negantes, aliaque id genus Sanctorum miracula, consule sis Apologeticum nostri Henrici Sedulii cap. 22. & seqq. Incredulos quoque vel ipsa Moysi Christique miracula longe majori temeritate inficiantes, Opuscula duo contra Deistas, & Epistolam Caroli Lesley hoc ipso anno 1774. Romanis typis Salomonii e Gallico Idiomate Italice reddita, eruditisque notis illustrata a Cl. V. Thoma Maria Soldato O. P. sacræ Theologiæ in Collegio Germanico-Hungarico almæ Urbis nupero Professore. Sane prædicta S. Francisci miracula sicut habent characteres omnes veri nominis miraculorum; ita de iis dubitare nefas est. Testata enim fiunt publicis monumentis, originem habentibus ab eo tempore, quo patrata sunt, certaque faciunt testes coævi, oculati, fide dignissimi, omnique exceptione majores.

(c) Similiter ibi, ac in fine Legen. mi. Nanque omnis honor, & gloria Sanctorum, ad gloriam Domini, suos Servos mirificantis, referri debet.

(d) Vulg. addit *est*; sed absque *est*, noster etiam Bernard. Cod. 40. & infra Ser. de Corp. Chr. num. 11.

(e) De hac in Proœm. Breviloq.

(f) De his Tract. de sacr. Scriptur. Myster. §. 56. ac cap. 1. de Eccl. Hierarch.

(g) De his Serm. 13. in Hexaem. ac cit. cap. 1. de Eccles. Hierarch.

(h) In Laud. Offic. S. Cæcil. V. & M. Antiph. dicitur *apis argumentosa*. Nec mirum quod hoc ipsum elogium heic S. Claræ tribuatur, cum

opera manifestantur. Secundum illud quod dicitur: *Et initium dulcoris habet fructus illius*. Quantum Domino fructus istius Sanctæ fuerit acceptus, non oportet ad præsens dicere; cum in sua Legenda appareat, quantum per eam totus sit mundus illuminatus (*a*). Dicitur ergo: *Brevis &c.*

3. Sed quia longum esset de omnibus persequi, brevitatis caussa solum de isto nomine *Apis* aliquid dicendum. Nota igitur, quod secundum spiritualem appropriationem proprietatum ipsius Apis, quinque sunt, quæ possunt adaptari. Est enim animal lascivitatis nescium, in labore sollicitum, in obediendo promptum, exterius asperum, intus dulcedinis plenum. Beata ergo Virgo Clara fuit lascivitatis nescia, in labore follicita, in obediendo prompta, exterius aspera, intus dulcedinis plena.

Distinctio quinque proprietatum apis.

Dilatatio primæ proprietatis.

4. Dico primo, quod Apis est animal lascivitatis nescium, per quod hæc Virgo commendatur ab amore castitatis. Sed quatenus in ea, & quam perfecte amor castitatis fuerit, videamus primo in Ape. Legitur enim inter proprietates ipsius Apis, quod nullæ spurcitiæ intus sua opera permittuntur: egestiones vero Apum, quas intus operantur, ne longius recedant, aliæ congerunt in locum unum, & ejiciunt de alveari. Et multa alia, quæ ibi inveniuntur, sunt dicenda, in quibus nonnisi earum munditia notatur (*b*); ut illud, quod nullo modo insident fructibus, aut floribus marcidis, sed de odoriferis, & recentibus colligunt inde mel, & ceram componunt (*c*). Virgo hæc similis in his Api fuit, secundum quod habetur in sua Legenda, ubi de hoc videndum est, sicut patet ibi. (*d*) Et ideo secundum Bernard. Anima afflictat interne semetipsam, & intimis suspiriis solet Dei præsentiam suspirare, & quærere faciem ejus semper; spes enim ejus est Deus. Et qui quærunt eum, oportet eos in spiritu ambulare, non in carne: quia secundum Apostolum: Si secundum carnem vixeritis, moriemini: si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis. Et ideo anima, quæ jam aliquid prægustavit, nullo modo potest separari a Sponso. Bernar. Talis, inquit, anima, nescio an vel ipsa gehenna ad tempus horribilius pœnaliusque ducat, post spiritualis studii hujus gustatam semel suavitatem, exire de illa ad illecebras, vel potius ad molestiam carnis, sensuumque inexplebilem repetere cupiditatem. (*e*)

Legenda S. Clare.

Bernardus Ser. 31. in Cant. n. 5. ac Ser. 84. num. 1. Ps. 104. 4.

Gal. 5. 16.

Ad Rom. 8. 13.

Bernardus.

Apum munditia commendatur.

5. Secundum, quod reperitur in Ape, commendatur a laboris sollicitudine.

Item Apum sollicitudo laboris, & solertia.

Fuit

---

cum & in hujus Officio Lect. 5. ipsa dicatur fuisse *tanquam nobilis altera virgo Cæcilia*.

(*a*) In Legen. cap. 2. num. 4. ac seq.

(*b*) Ita Plin. Lib. 11. cap. 10. S. Ambros. Hexaem. L. 5. c. 21. n. 67. & Auctor Librorum proprietatum L. 12. c. 4. ac Lib. 18. c. 12. Item ipsemet D. Bonav. Serm. 2. de S. Agne. & Serm. 1. de uno S. Confess. Et supra Serm. 4. n. 4.

(*c*) Plin. loc. cit. cap. 8. ac Lib. 21. cap. 12. nec non S. Ambr. ibi n. 69.

(*d*) Cap. 1. num. 4. ubi laudantur ejus *deliramenta virtutum*, & *celia aromatum, licet clausa*. Ibi num. 8. dicitur rejecisse *Sordes Babylonis*; Item excitasse *florigeræ virginitatis Ordinem*, id quod itidem Api certe convenit, quæ floribus mire delectatur; unde etiam Christus Api a D. Bernardo Serm. 2. in Adven. num. 3. sic comparatur: *Apis est, quæ pascitur inter lilia, quæ florigeram inhabitat Patriam Angelorum.* Cap. 2. num. 12. habetur: *His beatis floribus feliciter hodie vernat Ecclesia, quibus & ipsa fulciri postulat, dicens: Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Eod. cap. 2. num. 13. ad propositum, quod ipsa velut Apis amaret munditiam, attexitur: *Infirmarum sedilia ipsa lavabat, ipsa tergebat . . . . . Pedes famularum deforis revertentium sæpius abluit &c.* Cap. 3. num. 21. *Mirabantur quandam quietudinem ex ore ejus procedere.* Cap. 5. num. 42. *Novit de cujuslibet sermone loquentis elicere, quod animæ prosit, sciens non minoris esse prudentiæ de rudi quandoque spina flores decerpere, quam fructum ex arbore nobili manducare.* Ubi etiam apparet, quantum ipsi esset in deliciis Flos Nazarenus Christus Jesus, dum dicitur: *Tanta recordatione sui Jesu deliciatur, ut prædicante aliquando Fratre Philippo de Adria, speciosissimus quidam puer Virgini Claræ assisteret, & per magnam prædicationis partem suis eam gratulationibus oblectaret. Ex cujus apparitionis intuitu illa, quæ de Matre videre talia merebatur, suavitatem inexplicabilem sentiebat.*

(*e*) Vid. D. Bonav. Soliloq. c. 2. de anima, post semel gustatam Divinam suavitatem, mundana omnia contemnente, ubi & Bernardum allegat. Vid. Epist. 111. n. 3. Ex Legenda autem S. Claræ cap. 3. num. 21. ac cap. 5. num. 42. patet, quod vel ipsa in terris adhuc existens Divinam prægustaverit suavitatem. Unde mirum haud est, si hortata fuerit, *exactiones contemnere fragilis corporis, carnisque nugas imperio restringere rationis*, ibi cit. cap. 5. num. 41.; & si ibi cap. 6. num. 53. de eadem morti proxima d. tessetur Legenda: *Cupit jam illa, & toto desiderio suspirat liberari de corpore mortis hujus, & in æthereis mansionibus Christum videre regnantem &c.*

Digitized by Google

Fuit autem hæc Virgo quaſi Apis argumentoſa, & gratulabunda, jugum Domini ſuáve portans. Et hoc primo videamus in Ape; unde dicitur inter ſuas proprietates: Inter omnia eſt admiranda Apum ſolertia. Mella contrahunt, ſuccumque dulciſſimum, atque ſubtiliſſimum, ac ſaluberrimum. Favos confingunt, & ceras mellis ad uſus vitæ, laborem tolerant, opera conficiunt, nulluſque cum per cœlum licuit otio perit dies &c. *(a)*. Sic ordina, & Virgini hoc adapta, probando per ſuam Legendam *(b)*. Unde Matth. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos. Bernar. Tempus faciendi, o Sponſa, quia hiems tranſiit, quando operari nemo poterat. Imber quoque, qui inundatione facta operiebat terram, culturas impediebat, & vel fata necabat, vel ſeri vetabat; is, inquam, imber excurrit, abiit, receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra, vernalem profecto temperiem adeſſe ſignantes, *(c)* operandi commoditatem, frugum vicinitatem, & fructuum. Deinde ſubdit, ubi & primum operari oporteat: Tempus putationis advenit. Adeſſe hoc noverat qui dicebat: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis; nemini dantes ullam offenſionem, ut non vituperetur miniſterium noſtrum; ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos, ſicut Dei miniſtros, in multa patientia, in tribulationibus, in neceſſitatibus, in anguſtiis, in laboribus &c. Id enim quod in præſenti eſt momentaneum & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Væ autem otioſis & pigris, quibus dicitur Prov. ſexto: O piger, vade ad formicam, ſecundum aliam translationem ad Apem &c. *(d)*

Matth. 11. 28.

Bernardus in Cant. Serm. 58. n. 2. ac 4.

2. ad Cor. 6. 2. ac ſeqq.

Ibi n. 17.

Prov. 6. 6. ac ſeqq.

6. Per tertium, quod reperitur in Ape, commendatur hæc Virgo a perfecta obedientia. Si tu vis ſcire de obedientia Apum, lege inter earum proprietates, quod Reges habent, & Imperatores, quibus obediunt &c. *(e)* Et hæc omnia Virgini appropria, ut in ſua habetur Legenda. *(f)* Unde Bernard. Verus obediens mactat ſuum velle, & ſuum nolle *(g)*; ſicut hæc Virgo fecit, quando primo ſua, poſtmodum ſeipſam dedit, memor illius verbi Domini Matth. Si vis perfectus eſſe, vade, & vende omnia *(h)* quæ habes, & da pauperibus, & veni, ſequere me. Et hic dicendum eſt, quomodo a juventute ſua cœpit ſua pauperibus erogare *(i)*; & poſtmodum ſeipſam, ut quando tonſa a beato Franciſco, & induta in loco Portiunculæ, ex tunc in obediendo cœpit eſſe perfecta (k). Sed væ inobedientibus, & ſuperbis, quos Dominus non cuſtodit, ſed abjicit. Exemplum dat Eſther Regina, de qua dicitur, quod quidquid ei Mardochæus præcipiebat, omnia ſervabat; ſicut eo tempore facere ſolebat, quo eam parvulam nutriverat. Et quia ſic fecit, ad Regnum exaltari promeruit. Vaſthi vero abjecta; quia obedire contempſit.

Inſuper Apum obedientia.

Bernardus Ser. 41. de diverſis num. 4.

Matth. 19. 21.

Exemplum Eſther Reginæ.

Eſth. 2. 20.

7. Per quartum, quod reperitur in Ape *(l)* commendatur hæc Virgo ab aſperitate pœnitentiæ *(m)*. Videamus ergo primo de Ape, quod dicit Ambroſ.

Præterea Apum aſperitas.

(a) Ita Plin. cit. Lib. 11. cap. 5. ac 6.

(b) Ex eadem Legen. cit. cap. 3. num. 21. *Nullus erat corpori, nullus in ſuo clauſtro deſidiæ locus; ubi orandi, & Domino ſerviendi, pigritiam aſpera invectio ſtimulabat.* Item cit. cap. 5. n. 41. *Certis horis vult eas* (ſcilicet Sorores ſuas) *operari manibus ſuis.* Ad id autem clariſſimo exemplo ipſis prælucebat; nanque gravi etiam infirmitate laborans ibi cap. 4. num. 29. *ſilabat delicatiſſimos pannos, de quibus ultra quinquaginta paria Corporalium faciens, & ea ſericis, vel purpureis thecis includens, per plana & montana Aſſiſii variis Eccleſiis deſtinabat.*

(c) Cit. Lib. 11. cap. 6. Plin. teſtatur, quod etiam Apes verno tempore ſabis florentibus *exeunt ad opera & labores*; nec non ibi cap. 10. quod *flores comportant*.

(d) Sic laud. S. Ambr. Hexaem. d. Lib. 5. cap. 21. num. 70. Item Clemens Alexandr. Strom. Lib. 4 nec non Hier. ad cap. 3. Ezech. Baſil. Hom. 8. Hexaem. plerique Codd. 70. Interpret. quidam Cod. Vatican. &c.

(e) Idem Plin. ibi cap. 11. ac 17. S. Ambr. ibi 68. nec non ipſemet D. Bonav. etiam Ser. 2. de plur. SS. Martyr. ac Serm. 4. de una S. Virg.

(f) Vid. cap. 1. num. 6. ac ſeqq. atque cap. 2. num. 13. nec non cap. 5. num. 47. &c.

(g) Sic cap. 1. Expoſit. Reg. Fratr. Minor. ubi & de veris obedientibus mactantibus ſuam voluntatem; nec non in Legen. ma. S. Franc. cap. 3. &c.

(h) Ita ſæpe etiam alibi.

(i) Cap. 1. Legen. S. Clar. num. 3. ac cap. 2. num. 14.

(k) Ibi num. 6. ac ſeqq.

(l) Eſt enim Apis, ut loquitur Plin. Lib. 11. cap. 10. *natura ſcabra*, id eſt, aſpera.

(m) Cap. 3. quod inibi inſcribitur *auſtera ejus vivendi ratio.*

Digitized by Google

Ambrosius Hexaem. L. 5. c. 21. n. 67.

in Hexaëm. Communem omnibus sobolem habent; unam omnes incolunt mansionem, unius patriæ clauduntur limine, in commune omnibus labor, communis cibus, communis operatio, communis usus & fructus &c. Ea omnia Virgini adapta, ut de ea invenies in sua Legenda (*a*); quia longum esset hic omnia ponere. Unde Augustinus: Disce artem magni moderaminis: cura carnis cogenda est, ut serviat, non ut

Augustinus,

Bonaventura Soliloq. c. 1.

principetur: cogenda est quidem, non licentianda; quia quanto plus premitur, tanto de cœlesti spe animus lætatur, suum corpus disciplinis cogens.

Cant. 1. 13.

Dicere poterat carni: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi. Myrrha dicitur, quia dura est, & amara, ac aspera; sicut pœnitentia, quæ dura fuit ei in ingressu per carnis maceratio-nem (*b*), aspera in progressu (*c*), &

Bernardus in Cant. Ser. 43. n. 1.

amara in egressu. (*d*). Et ideo Bernard. non fascem, sed fasciculum dilectum dicit, ut leve præ amore ipsius ducat, quicquid laboris immineat, vel doloris. (*e*) Illud etiam subdit contra non

Ibi n. 2.

facientes amaram pœnitentiam: Tu quoque, si sapis, imitaberis Sponsæ prudentiam, atque hunc myrrhæ tam carum fasciculum de principali tui pectoris, nec ad horam patiaris avelli; amara illa omnia quæ pro te pertulit, semper in memoria retinens, & assidua meditatione revolvens, quo dicere possis & tu: Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi &c. (*f*)

8. Per quintum & ultimum, quod reperitur in Ape, commendatur hæc Virgo, a dulcedinis interioris repletione. Gustaverat enim illa quam suavis est Dominus; juxta illud Proverb. Gustavit, & vidit, quia bona est negotiatio ejus. Legatur de Apibus, quod nunquam bibunt nisi aquam claram, & guttas dulcis humoris roscidi, (*g*) sive prope, sive a remotis hauriantur, nec potant nisi projecerint prius fœces &c. Et omnia Virgini adapta per suam Vitam & Legendam (*b*) &c.

Postremo Apum dulcedo.

Ps. 33. 9.

Prov. 31. 18.

SERMO TERTIUS DECIMUS.

In Assumptione B. M. V.

1. *Ecce quasi Aquila ascendet, & elevabitur (i), & expandet alas suas.* Jerem. quadragesimo nono. Ad dignitatem B. M. V. aliqualiter (*k*) exprimendam omnis deficit lingua creata, nec ulla sufficit exprimere plene figura; eo quod sit major omni laude Angelica, cum sit omnium Domina, & Regina: congrue tamen figuratur in Aquila avium nobilissima, quæ suo modo omnium vo-

Jer. 49. 22.

Petrus Damianus in quodam Ser. super Ev. L. gaudete.

lu-

(*a*) De Vita sacrarum Virginum pœnitente, a S. Clara duce S. Francisco instituta, eaque claustrali, atque usque adeo communi, ut ob altissimam paupertatem nihil penitus proprium admitteret, eadem passim Legenda. Si quis autem a me sciscitetur cur non hic dixerit S. Bonaventura suam; opinor ego id tacitum, aut ex innata ejus modestia, & humilitate, aut forte ad aliam respexisse.

(*b*) Cap. 1. num. 10. d. Legen.

(*c*) Cap. 3. ejusdem num. 18. ubi *de miranda carnis maceratione*.

(*d*) Ibi cap. 6. num. 51. ac 55.

(*e*) Ita S. Claram levem duxisse omnem pœnitentiam, & infirmitatem, testis est ejus Legen. cap. 6. num. 55. Unde etiam dixit D. ipse Bonav. in Vit. Myst. cap. 44. num. 254. *Cum passio dulcis Jesu consideratur, necesse est omnem passionem hominis levem videri &c.*

(*f*) Similiter in Præfat. Lig. Vit. ac in fine Meditat. quam scripsit Fr. Bonaventura ad postulationem cujusdam Sanctæ Mulieris, sive cuidam devotæ Dominæ. Quam vero prædicta S. Claræ conveniant testatur Legen. cap. 4. num. 31. Quod autem prædictum Apis exemplum valeat ad pœnitentiæ amaritudinem designandam, patet ex Serm. 3. ejusdem S. Bonav. de S. Andr. Apost. ubi sic ait „ Ad hoc „ signandum natura docuit Apes pro fundamento sui operis quandam crustulam amaram componere, ut dum arcentur vermes; „ ex ejus amaritudine, sua mella dulcissima facilius possent conservare; quia nisi amaritudine pœnitentiæ deleantur peccata, bona „ non degustantur æterna. "

(*g*) Vid. de hujusmodi *aqua, guttis, munditia, humore roscido* Plin. sæpe cit. Lib. 11. cap. 10. ac 12. ac S. Ambros. Hexaem. Lib. 5. cap. 21. num. 69.

(*h*) De præfata *dulcedinis interioris repletione* in sæpe d. Legen. cap. 3. num. 21. ac cap. 4. num. 31. quam quoque probant ecstases, apparitiones, visiones, in eadem recensitæ. De ejus munditia cap. 1. num. 7. ac seq. Hactenus autem facta Apis comparatio tanto magis S. Claræ convenit, quanto ipsa fuit contemplationi oppido dedita. Vide sis quæ de Apibus spiritualibus tradit ipsemet S. Bonav. in Vite Myst. cap. 44. num. 149. ubi quoque num. 254. sermo est de munditia, quæ oritur ex jugi memoria Crucis & Passionis Domini Jesu.

(*i*) Vulg. *avolabit*; sed *elevabitur* est Job 39. 27. ut secundum ipsam Vulg. infra patebit.

(*k*) *Aliqualiter* pro *aliquatenus* & alibi sæpe apud D. Bonav.

Digitized by Google

lucrum dicitur eſſe Regina. Bene igitur dictum eſt: *Ecce quaſi Aquila. Quaſi* dicit, quia inter eam, & Aquilam nimius exceſſus exiſtit; & quia longe magis excedit Virgo Davidica homines, quam Aquila ſubjectas ſibi aves. Igitur in verbo præmiſſo Domina noſtra deſcribitur, ut ſumme nobiliſſima ex parte naturæ; ut ſumme ſublimiſſima ex parte gloriæ; ut ſumme utiliſſima ex parte gratiæ. Itaque Matris Dei oſtenditur ex parte naturæ ſumma nobilitas, quia ex generoſiſſimo Rege nata eſt. Ex parte gloriæ ſumma ſublimitas, quia ſuper omnia elevata. Et ex parte gratiæ ſumma utilitas, quia in auxilium mundo data. Primo ergo deſcribitur ut nobilis in natura, cum dicitur: *Ecce quaſi Aquila*. Secundo ut ſublimis in gloria, cum interponitur: *aſcendet, & elevabitur*. Tertio vero, ut utilis & fœcunda in gratia, quando in fine adjungitur: *& expandet alas ſuas*. Quid eſt enim alas expandere, niſi miſericordiæ ſuæ ſinum omnibus aperire? Dicamus ergo omnia ſimul ſub Aquilæ elevatione tractantes: *Ecce quaſi Aquila aſcendet, & elevabitur, & expandet alas ſuas*.

Thematis diviſio.

2. Eſt ergo notandum de Aquila quoad præſens, quod ipſa ut avis nobiliſſima, omnium aliarum Regina, habet ingentem ſublimitatem, ſive altitudinem in volatu; habet ſummam perſpicacitatem in viſu; (*a*) habet maximam liberalitatem in paſtu. (*b*) Nam ejus volatum atteſtatur Philoſophus; ejus acutiſſimum viſum conteſtatur Ambroſius; ſed ejus liberaliſſimo paſtui dat teſtimonium Liber de natura rerum. (*c*) Dico, quod Aquila ſecundum Philoſophum, & ſecundum certum experimentum habet in volatu ſublimitatem præ omnibus aliis avibus; & dicitur in alta levari in tantum, ut videri non poſſit ab homine. Sic & Aquila noſtra Virgo illa Davidica (*d*) in tantum hodierna die ſuper omnem creaturam eſt exaltata, ut non poſſit capi ab anima, nec ad plenum exprimi ulla lingua. Et ſicut materialis Aquila in altiſſimis rupibus nidum ponit; ſic ſpiritualis Aquila noſtra in cœlo altiſſimum locum obtinuit ad dexteram Filii collocata. Unde de ea ſpecialiter exponitur illud Job trigeſimo nono: Elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum. Et quid eſt nidum in arduis ponere, niſi ſummum locum præ cunctis ſublimem apud Filium obtinere? Aſtitit, Propheta inquit, Regina a dextris tuis. Et conſtat, quod ad dexteram ſedere eſt ſummum locum apud Filium obtinere, ita ut Bernard. dicat: Si eam præcipuus ille Gabriel Archangelus humiliter ſalutans honorabat in terris; quanto magis ſuper cœlos exaltatam, & ut ita dicam, in throno Dei collocatam nunc cum omnibus Sanctis, laudibus honorat digniſſimis? (*e*) Unde vere completum eſt in ea, quod tertii Reg. ſecundo præceſſerat in figura, (*f*) ubi dicitur, quod dum Bethſabea veniret ad Salomonem, ſurrexit Rex in occurſum ejus, & poſitus eſt thronus matri Regis, juxta thronum ejus (*g*) &c. Sic & hodie Salomon, ſcilicet Chriſtus ſumme pacificus, (*h*) cum omnibus Sanctis & Angelis, totus Matri feſtivus occurrit, & eam ad ſuam dexteram collocavit. Rationem prædictorum omnium, & exemplum manifeſtum habemus in nube; quia ipſa Domina in ſacra Scriptura in multis locis in nube eſt figurata (*i*). Quandoquidem nubes aliquid habet ab infe-

B. id. V. ſublimitas in volatu.

Aquila, cujus meminit Job, exponi poteſt de B. V. M. Job 39. 27.

Pſ. 44. 10.

Bernardus Ser. Dom. infra Oct. Aſſumpt. B. M. V. de 12. ejus prærogat. n. 8. in fi. nec non Serm. 1. in Aſſumpt. B.M. V. n. 1. ac ſeqq.

3. Reg. 2. 19. ac ſeq.

Diſtinctio cum ſubſeq. dilatatione.

Philoſophus. Ambroſius Hexaem. L. 5. c. 18. n. 60.

Liber de nat. rer.

Aquilæ ſublimitas in volatu.

(*a*) Hanc utramque hujus avis proprietatem innuit D. Bonav. ajens Expoſit. in cap. 13. S. Luc. quod *pullos excitat, ut ſurſum tendant, ut in ſolem aſpiciant, ut in ſublimia volent*.

(*b*) Maxime ſuorum pullorum; nanque ab eodem D. Bonav. inibi dicitur *valde intenta providentia ſuæ prolis*.

(*c*) Vid. infra num. 6.

(*d*) Non mirum quod ab ipſomet D. Bonav. comparetur Aquilæ B. V. M. in Aſſumptione; quia ab eodem ipſe Chriſtus loc. cit. *comparatur Aquilæ in Reſurrectione, & Aſcenſione*. Item Serm. 1. in Aſcenſ. Dom. inter editos ſub S. Bonav. nomine eadem metaphora *Chriſtus Aquila noſtra* nuncupatur.

(*e*) Non ad verbum, ſed ad ſenſum ibi laudatus Bernard. Confer ſupra Serm. 4. de B. V. M. num. 2.

(*f*) Sic ipſemet D. Bonav. Serm. 3. de B. V. M. inter jam editos.

(*g*) Eod. Serm. 3. *& thronum Matris juxta ſuum poni fecit &c.* Vulg. *poſitusque eſt thronus Matri Regis, quæ ſedit ad dexteram ejus.* Salianus autumat in throno humiliori, ne alioquin ſupra Regem honorari videretur; Abulenſis vero pari throno, & ad dexteram, honoris cauſſa collocatam.

(*h*) Itiner. ment. in Deum cap. 7., & alibi paſſim.

(*i*) Gen. 9. 13. Exo. 34. 5. Num. 12. 5. 3. Reg. 18. 44. Iſa. 19. 1. atque ut alia prætereantur Divinæ Scripturæ loca, Apocal. 10. 1. Pro-

Digitized by Google

riori, & aliquid a ſuperiori; quia ab inferiori habet humorem, & a ſuperiori calorem. Nec minus eſt verum, quod quanto calor eſt major, & nubi ſe perfundit intimius; tanto nubes elevatur ſublimius. Sic Ariſt. ponit exemplum in aſſibus, & candela. At nubes noſtra mundi Domina, etſi contraxit inſtar nubis corpus ab infimis, calorem tamen Divinum habuit a ſuperis; qui cum in ea ſummus exiterit, ſicut infra patebit (*a*), eam ad ſummum locum Empyrei elevavit. Item manifeſte videmus, quod corpora, quæ multum habent de pondere aggravante, & modicum vel nihil alleviante, premuntur ad ima, ut patet in terra; & e contra quæ multum habent levitatis, & parum vel nihil gravitatis feruntur in alta ita ſemper, quod quanto levius, tantum feruntur in alta ſublimius, ut patet in igne.

Ariſtoteles.

Pondus animas premens ſola peccata, eas vero levans virtutes, & gratia.

3. Ad ſpiritualia vero redeundo, pondus animas premens ad ima ſunt ſola peccata; ſed eas levans in alta virtutes, & gratia. Cum ergo Domina noſtra nihil habuerit de pondere aggravante, eo quod nullum peccatum commiſit (*b*), quia in ſummo omnibus gratiis plena fuit (*c*); quare ſuper cæteras creaturas alte volavit. Item ad hoc ipſum habemus exemplum in avibus, quia aves, quæ multæ ſunt carnis, & parum pennatæ, non ſunt alte volantes, ſed a terra modicum repedantes (*d*), ſicut de Perdicibus patet (*e*): & de Struthione, qui talis eſt, ut dicit Gregorius, quod alas ad volandum erigit, ſed a terra in altum nullatenus ſe ſuſpendit; quia plurimum habet carnis, pennarum vero parum: & e contra aves, quæ paucæ ſunt carnis, & multum pennigeræ, facile ſe attollunt in ſublimia aeris, ut in Falconibus patet, & Aquilis. At Domina noſtra nihil in ſe carnalitatis habuit; & omnium virtutum pennas obtinuit; quare ſe ad locum altiſſimum elevavit. Et propter hæc omnia de ea exponitur illud Ezech. decimo ſeptimo: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri (*f*). Et ut breviter dicam, Aquila eſt Domina noſtra, propter volatus altam acceſſionem. Grandis eſt dicta, propter magnorum meritorum accumulationem. Magnarum alarum, propter proximorum, & afflictorum conſolationem. Longo membrorum ductu, propter perſeverantiæ continuationem. Plena plumis, propter omnium gratiarum ſibi factam collationem. Venit ad Libanum, propter glorioſam aſſumptionem. Et tulit medullam cedri, propter ſummorum bonorum adeptionem.

Exemplum alte volantium in Falconibus & Aquilis.

Aquila Ezechielis exponi poteſt de B. V. M. *Ezech.* 17. 3.

Pulchra hujus textus diviſio.

4. Secundo Aquila, ut teſtatur Ambroſius, habet in viſu ſummam perſpicacitatem; unde Aquila ab oculorum acumine ſic eſt vocata, ut dicit Iſidorus, eo quod dicatur tam intrepidi eſſe viſus (*g*), ut cum ſuper maria immobili penna feratur, in tantum ut vix pateat humanis obtutibus, inde reſpiciat piſces in mari natantes, ad quos lapidis inſtar quam cito deſcendens eos rapit, occidit, & comedit. (*h*) Et rationem aſſignat Gregorius, quia refectionis indigentia urgetur. Unde Aquila tantorum unguium ſine præda, viſu acuto naturali indigere videtur, ut poſſit a remotis ſuam prædam videre. Et ideo dicit, quod in altiſſimis Aquila reſidet locis, viſaque præda, ſubito ima petit. (*i*) Dicit etiam Plinius, quod Aqui-

Aquilæ perſpicacitas in viſu, *Ambroſius Hexaem. L. 5. c. 18. n. 60.*

Iſidorus Etym. L. 12. c. 7.

Exemplum avium, ſcilicet Perdicum, & & Struthionis, non alte volantium.

Gregorius Moral. L. 31. c. 8. n. 11.

Ariſtot. L. 9. Hiſt. Animal. cap. 32. al. 41. Plinius L. 10. c. 3. Gregorius Moral. L. 9. c. 31. n. 48.

Plinius L. 10. c. 13. ac L. 16. c. 6.

Profecto illud cit. Iſa. 49. 1. *Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum*, allegorice *exponunt de Chriſto ulnis B. M. V. in Ægyptum invecto* SS. Athanaſius, Cyrillus, Ambroſius, Hieronymus, Auguſtinus nec non Euſebius, Theodoretus, Procopius, Haymo, Bernardus, Hugo Card., ipſemet Bonaventura, Lyranus &c.

(*a*) Ad finem hujus Serm. ubi de ejus caritate.

(*b*) 3. Diſt. 3. Par. 1. Art. 2. Q. 1. per totam, nec non Lib. 1. Phar. cap. 5. &c.

(*c*) Eod. Lib. 1. Phar. ibi, ac etiam alibi.

(*d*) Hoc verbum uſurpat quoque Pacuvius apud Feſtum, Lucilius apud Nonium, Ammianus. &c., ſumiturque pro pedem retrahere, recedere, reverti.

(*e*) In Spec. Nat. Vincent. Bellov. L. 16. c. 128. *Perdix prope terram volat.*

(*f*) Hic ipſe textus exponitur quoque, aptaturque ab eodem D. Bona. S. Joanni Evang. Prol. in ejuſdem Jo. Evang. num. 5.

(*g*) Editio, quæ mihi præ manibus eſt: *Tanti enim contuitus eſſe dicitur.*

(*h*) Ead. Edit. *nec humanis pateat obtutibus: de tanta ſublimitate piſciculos natare videat: ac tormenti inſtar deſcendens, raptam prædam pennis ad littus pertrahat.* Vid. Interpretes in cap. 11. Levit. v. 13. ubi de *aquila, gryphe, haliæto.*

(*i*) Verba S. Greg. ibi ſunt, quod *quamvis ad alta evolet, pro ſumendis tamen carnibus terram petit*; & infra, quod *quaſi a ſummis regente Aquila ad eſcam volat.*

Digitized by Google

Aquila reſpicit Solem in rota, & in tali aſpectu plurimum delectatur. (a) Quare ad Solis aſpectum filios trahit, & oculis, lingua, & roſtro eos aſpicere ſolem cogit. Et ſi cujuſquam oculus lacrymatus fuerit, eum a ſe tanquam degenerem projicit, nec ulterius eum paſcit. (b) Sic & Virgo Regia habens aquilinos oculos, & in hoc excedens nimium Aquilam, Solem aſpicit Divinum in rota, cujus aſpectu ſibi omnia fiunt nota. Unde de ea ut ſupra dictum (c) exponitur illud Job: Nunquid ad præceptum tuum elevabitur Aquila, & in arduis ponet nidum ſuum? In petris manet, & in præruptis ſilicibus, atque inacceſſis rupibus: inde contemplatur eſcam, & de longe oculi ejus proſpiciunt. Sic & Virgo Regia, in altiſſimis elevata, corda inde reſpicit ſibi devota, auxiliari præparata. Si enim ut Gregorius ait, non eſt quod non videat, qui videntem omnia videt (d); quanta Matris Dei eſt Sapientia, quoniam in ſummo Dei Verbo eſt conjuncta, in quo ſunt omnia unita, & veriori ſunt ibi modo, quam in propria ſint natura? (e) Unde de Domina noſtra Bernar. ait, quod domus Divinæ Sapientiæ fuit. Virgo enim Regia totam Divinæ Sapientiæ penetravit abyſſum, ut quantum ſine perſonali unione, creaturæ conditio patitur, illi luci videatur immerſa (f). Ergo ſecundum hanc auctoritatem non fuit poſſibile, puram aliquam creaturam Divinæ Sapientiæ magis eſſe propinquam; quia, ſi quantum poſſibile fuit, illi Sapientiæ eſt immerſa, non fuit poſſibile ſapientiorem, ac etiam meliorem eſſe aliquam puram creaturam. (g) Et hoc idem ſonant verba Anſelmi, quibus ſic ait: Decebat, ut illius hominis conceptus de matre puriſſima fieret tanta puritate, qua major ſub Deo nequit intelligi (h). Ergo & major puritas non potuit ſub Deo eſſe, vel fieri.

B. M. V. perſpicacitas in ſuo viſu.

Job 39. 27. ac ſeq.

Gregorius Moral. L. 2. c. 2. n. 3. ac L. 4. Dialog. c. 33. Omnia videt qui videntem omnia videt.

Bernardus Ser. 52. al. 9. ex Parvis n. 2. ac Dom. infra oct. Aſſumpt. B. V. M. Ser. de 12. prærogat. ejuſd. ex Verbis Apocal. Signum magnum apparuit in cælo etc. n. 3.

Anſelmus de Concept. Virg. & peccato orig. c. 18.

5. Sed oritur ex his quæſtio de natura Angelica, ſi ſit dignior, quam humana. (i) Verum contrarium dicunt quidam (k) quod nobilior, vel æque nobilis ſit humana natura. Auguſtinus dicit de Lib. Arbitr. quod Angelus, & Anima, natura ſunt pares, ſed officio diſpares. Qui & probat de Muſica, nullam omnino naturam ſupra rationalem eſſe Animam, excepta natura Divina. Item Lib. de quantitate Animæ circa finem dicit idem expreſſe: Inter alia omnia, quæ creavit, nihil Anima humana Deo eſſe propinquius. Quod ſi Anima eſt prima ab Angelis in natura (l), cum corpus Animæ additum quoddam ſit magnum bonum quaſi omnium corporum mundanorum (m), & bonum bono additum communiter fiat majus bonum (n); videtur quod dignitas humana aliquo modo (o) excedat Angelicam. Item innituntur verbo Philoſophi, qui ſic ait: Ille eſt optimus equus, qui omnia illa habet, quæ illi generi ſunt competentia. Unde dicit, quod ſi optimus equus melior eſt optimo aſino, equus ſimpliciter eſt melior aſino (p). At optimus homo, ut puta ſacra Virgo (ut taceam de homine Chriſto) eſt melior & ſublimior quo-

Quæſtio de natura Angelica, an dignior humana?

Auguſtinus de Liber. Arbitr. L. 3. c. 11. n. 32. De Muſic. L. 6. c. 5. n. 13. Lib. de quant. ani. c. 24. n. 77.

Bonum bono additum fit majus bonum.

Ariſtoteles Moral. Nichomach. L. 2. c. 6.

(a) Sic D. ipſe Bona. Serm. 1. de uno S. Doct. ac ſupra Ser. 3. num. 4.

(b) Similiter etiam SS. Ambroſius & Iſidorus. Item S. Auguſt. & alii.

(c) Supra num. 2.

(d) Vid. 4. Diſt. 50. Par. 2. Q. 2. in Fundam. Ser. de S. Michael. Serm. 7. de SS. Apoſt. &c.

(e) In eodem Serm. 7. de SS. Apoſt.

(f) Sic D. ipſe Bona. inter editos Ser. 1. de B. V. M. ubi arguit, *quod in pura creatura non potuit major eſſe ſapientia*. Item Expoſit. in cap. 10. S. Luc. verſus fin. ubi de Aſſumpt. B. M. V. differit, ſic habet: *Bernardus: Beata Maria profundiſſimam Divinæ Sapientiæ, ultra quam credi valeat, penetravit abyſſum.* Vid. ſupra Serm. 4. de B. V. M. num. 2. ex Bernar. & Anſel.

(g) Quod *Virgo Maria, quæ exaltata eſt ſuper choros Angelorum, nullam puram creaturam habuerit ſuperiorem, aut etiam æqualem*, Expoſit. in cap. 7. S. Luc.

(h) Vid. inter jam editos Serm. 1. de B. V. M. ac Lib. 1. Phar. cap. 5. ex Anſel. nec non 3. Diſt. 3. Par. 1. Ar. 1. Q. 2. in concl. &c.

(i) De d. q. in 2. Diſt. 1. Par. 2. Art. 2. Q. 2. per totam.

(k) Ibi ad oppoſit.

(l) Ibi in concl.

(m) Ibi ad opp. 1.

(n) Ser. 10. de Ss. Apoſt. ubi ad id comprobandum varia adducuntur exempla.

(o) *Aliquo modo*, non vero quoad cætera, de quibus in 3. ibi in concl.

(p) Supra Serm. 4. de B. V. M. num. 2. Vid. quoque 1. Diſt. 44. Art. 1. Q. 1. ad opp. 4. nec non in 2. ibi ad opp. 3. ubi repetitur illa adſertio: *Si optimum in uno genere eſt melius optimo in alio, & ſimpliciter hoc illo melius*; quæ etiam ſecundum *Philoſophum* habetur eod. 2. Diſt. 16. Art. 2. Q. 1. in Fundam.

Digitized by Google

quolibet Angelo; quare videtur, quod simpliciter homo sit melior Angelo (a). Quod si tu dicas, non esse hoc per naturam, sed tantum per gratiam (b); illi sic objiciunt contra: Constat, quod esse ad Dei imaginem est tam animæ, quam Angelorum naturale, (c) Sed in Lib. de Spir. & Ani. dicitur, quod in hoc Anima est ad imaginem Dei creata, quia capax Dei, & particeps esse potest (d), quod per gratiam fieri habet; ergo capacitas ipsa ad gratiam est tam Animæ, quam Angelo naturalis. Sed hæc major fuit in Virgine, quam fuerit in aliquo Angelo (e), ut probari potest; nam constat secundum Sanctos, aliosque Doctores, quod Ordines Angelorum dispositionem habuerunt ex natura, sed consummationem a gratia. Unde qui modo sunt Angeli, vel Virtutes per gratiam, prius ad hos Ordines fuerunt dispositi per naturam. (f) Et dicunt isti, quod omnes in sua conversione se, quantum potuerunt, disposuerunt ad gratiam (g). Quoniam si non sic fuisset, confusio in Ordinibus ac-

L. de Spir. & Ani. c. 36. inter Augustini supposititia.

(a) In eod. 2. jam d. Dist. 1. Par. 2. Art. 2. Q. 2. ad opp. 1.

(b) Ibi in respon. ad opp. 3.

(c) Sic D. ipse Bona. in eod. 2. Dist. 16. Art. 1. Q. 3. in concl.

(d) Ibi in Fundam. ubi in marg. allegatur *Aug. 14. de Tr. c. 8.*

(e) Cit. Serm. 4. de B. V. M. num. 2. item in 2. cit. Dist. 16. Art. 2. Q. 1. in concl. *Pie creditur, & communiter sentitur, quod Virgo Maria magis inter omnes Angelos accedit ad Deum.* Nec non infra respondendo ad rationes in oppositum in fine „ Substantia quæ est minus capax gratiæ per naturam, potest esse magis „ capax per aliquam gratiam gratis datam, „ quæ disponit & ampliat capacitatem naturæ „ ad susceptionem gratiæ gratum facientis. „ Unde esto quod natura Angelica esset magis „ capax gratiæ, quam humana natura secundum naturalem potentiam, sicut videtur rationabiliter esse ponendum, ut natura Angelica sit excellentior, & excellentiori naturæ „ debeatur excellentior potentia & capacitas: „ nihilominus tamen per aliquod donum Divinitus sibi datum gratis, potest elevari capacitas animæ usque ad capacitatem Angeli, & „ quodam modo ampliorem; nam donum gratiæ gratis datæ disponit ad gratiam gratum „ facientem: & sic possibile est fuisse in Christo, & B. Virgine.

(f) 2. Dist. 9. Art. 1. Q. 2. in concl. „ Dicendum, quod sicut patet ex diffinitione Ordinis supra posita, Ordo est a natura, & est „ a gratia: sed a natura tanquam a præambula dispositione; a gratia tanquam a completiva perfectione. " Sicque in Expos. textus Magist. ubi & allegat Dionys. Gregor. Bernar. Vid. quoque Breviloq. Par. 2. cap. 8. ac Centiloq. Par. 3. cap. 17.

(g) *In sua conversione*, in quam secundum eumdem D. Bona. ibi Dist. 5, Art. 3. Q. 1. in concl. *se, quantum potuerunt* (*non tamen sine auxilio gratiæ*, scilicet *cooperantis*) *disposuerunt ad gratiam*, nimirum *ad gratiam gratum facientem*, sive habitualem, & justificantem, de qua ibi Dist. 4. Art. 1. Q. 2. in concl. Et quia in illis, ut idemmet ait d. Dist. 5. Art. 3. Q. 2. in concl. *Cum Angelis data sit perfecta gratia, & liberum arbitrium omnino sit cooperatum gratiæ; ideo in sua conversione sufficienter meruerunt glorificationem*, Item quia *conversio illa* (ibi Q. 1. in concl.) *fuit meritoria, & Deo placita; ideo non potuit esse sine gratia*. Intellige de illa gratia, de qua S. Augustinus Epist. 186. al. 106. c. 3. n. 10. ab ipso laudatus in Apolog. Pauper. Respon. Prim. c. 2. *Ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante, non ducente, pedissequa, non prævia voluntate*. Unde ad normam ejusdem S. Aug. ibi vel in 2. Dist. 26. Ar. 1. Q. 6. in Fundam. ait: *Quod gratia præveniens est, quæ prævenit bonæ voluntatis meritum, & respectu cujus ipsa voluntas bona pedissequa est, non prævia*. Quare scisit in concl. *Dicendum, quod absque dubio, sicut auctoritates Sanctorum dicunt, necesse est ponere liberum arbitrium a gratia moveri, & auxiliari. Ab ipsa enim gratia operante prævenitur, & a cooperante ad opera meritoria elevatur; ita quod respectu operis meritorii gratia est sicut principalis motrix, & voluntas sicut pedissequa*. Et hoc sensu accipe quod inquit de bonis Angelis ad Deum conversis Breviloq. Par. 2. cap. 8. *Post consensum ex voluntate arbitrii* (scilicet moti actuali præveniente gratia, quia in 2. ibi in Fundam. secundum August. de Verb. Apost. Ser. 12. ad fin. *gratia est motrix liberi arbitrii*) *Divina superveniente gratia* (nimirum gratia habituali, & justificante) *cum totaliter in Deum tenderent; per gloriam fuerunt confirmati, pariter & perfecti*. Porro ad mentem Doctoris nostri Seraphici enucleatius aperiendam insuper animadvertendum est, quod prædicta ejus verba supponunt opinionem suo tempore *probabiliorem, & communiorem*, utpote quæ erat nedum Magistri, sed etiam Hug. Vict. Roper. Gulliel. Parisien. &c. scilicet *Angelos non habuisse gratiam gratum facientem ab instanti creationis, sed post*. Verum quia ex una parte, ipsemet Doctor Seraphicus, ita d. opinionem *probabiliorem, & communiorem* censet, ut contrariam, *quod Angeli omnes creati sunt in gratuitis gratum facientibus*, diserte fateatur *satis consonam Sanctorum auctoritatibus*, ut patet in 2. Dist. 4. Art. 1. Q. 2. in concl.; ex alia vero parte apud Claudium Frassenium Tract. 1. de Angel. Disp. 3; Art. 1. Q. 2. Concl. 1. nunc sit *communis apud Theologos, certum esse omnes Angelos aliquando expertes fuisse omnis culpæ, & in statu gratiæ sanctificantis extitisse*: secundum hanc modo probatiorem, certioremque sententiam, quam idemmet Doctor Seraphicus judicavit *satis consonam Sanctorum auctoritatibus* (adeo ut circa utramque fere permanserit problematicus, dixeritque loc. cit.

Digitized by Google

accidiſſet; ut qui erat per naturam diſpoſitus ad Ordinem ſummum, per parvam diſpoſitionem fieret de Ordine infimorum: & infimus e contrario per magnam diſpoſitionem fieret de Ordine ſupremorum. Ergo licet gratia de neceſſitate non detur ſecundum naturalium donorum menſuram; tamen datur ex largitate Divina ſecundum diſpoſitionem præambulam (a). Sicut exempli gratia eſt in natura, quæ dat formam, ſecundum quod præcedit diſpoſitio in materia (b); & in arte, quæ quantum poteſt, ſequitur naturam, datur medicina purgativa, ſecundum quod præceſſit diſpoſitiva. (c) Unde de hac diſpoſitione dicunt intelligi Evangelicum illud, quod dedit unicuique ſecundum propriam virtutem, id eſt, juxta propriam menſuram (d), ut ſic nihil vacuum remaneret in ſublimi natura. Cum ergo Domina ſuper Angelos univerſos longe habuerit majorem capacitatem ad gratiam; videtur, quod non tantum in gratia, ſed & quod exceſſerit in natura. (e)

Exempla naturæ, & artis.

Ars quantum poteſt, naturam ſequitur.

Matth. 25. 15.

6. Tertio Aquila habet in cibo, vel paſtu, communicabilitatem, ſive liberalitatem; dicit enim Liber de natura rerum, quod nunquam comedat, quin avibus aliis aliquid derelinquat (f): quod ſi non ſufficiat, aliquam avem de aſtantibus rapit, & eam comedendam ſe ſequentibus tradit. Et hoc idem dicitur de Leone animalium aliorum Rege. (g) Sic & Aquila noſtra Angelorum Regina, & Domina, non carnis cibaria per munera, ſed communicat Eccleſiæ omnia ſua merita, ſeu bona (b), ut non ſit qui ſe abſcondat a calore ejus. Et de hac poteſt exponi verbum illud Job, quod pulli Aquilæ lambunt (i) ſanguinem. Dicitur etiam de Aquila, quod quamdiu pulli ejus ſunt parvuli, ut carnes manducare non poſſint, ſanguine liquido nutriuntur (k), ſicut parvuli agni, & hædi, & hominum filii, non dentati, lacte nutriuntur a matribus. Sic & Domina noſtra liberaliſſima Aquila filios ſibi devotos, adhuc fide, & operibus parvulos, ac in Chriſto lac petentes, dulcibus nutrit (l), quouſque creverint, & mandere dura poſſint. Nam & Medici ſapientes ſtomachis frigidis, & infirmis, & naturali calore de parvis (m), prohibent dari

Aquilæ liberalitas in paſtu.

Item Leonis.

B. M. V. liberalitas in paſtu.

Pſ. 18. 7.

Job 39. 30.

Paſtus ſanguinis, quem Aquila pullis ſuis præbet, ſimilis paſtui lactis aliorum animalium.

---

cit, *probabiliter poſſumus utrumque opinari, ſicut & alii ante nos*) cum eodem de bonis Angelis dicendum eſt, quod *omnes in ſua converſione ſe, quantum potuerunt*, ſcilicet per auxilium gratiæ, *diſpoſuerunt ad gratiam*, nimirum *ad gratiæ perfectionem*, ſive *juſtitiam gratiæ*, atque *ad gratiam perſeverantiæ finalis in caritate*, vel *ad gratiam caritatis conſummatæ per beatitudinem & gloriam*. Unde in eod. 2. Diſt. 5. in textu Mag. dicitur: *Facta eſt iſta converſio per gratiam cooperantem libero arbitrio*. Et ibi Art. 3. Q. 1. ſtatuit hanc concluſionem: *Angeli qui ad Deum converſi ſunt, quanquam a natura rectitudinem quandam habere potuerint, meritoriam tamen ſine gratia habere non poterant*; ubi etiam ſic infert: *Concedendum eſt ergo, quod illa Angelorum converſio, in qua confirmati ſunt, non fuit ſine auxilio gratiæ*. Nec non ad 1. *Sic fuit in Angelis juſtificatio per gratiam, & ab hac juſtitia fuerunt opera eorum meritoria*. Quodve *in converſione bonorum Angelorum, meritum præceſſerit præmium*, differit ibi Q. 2. per tot. Sed de prædicto *auxilio gratiæ*, ſive *Divino adjutorio*, conſulendus S. Auguſtinus L. de corrept. & grat. c. 11. ubi eum laudat idemmet S. Bonav. ibi in Fundam. Item de *gratia, quæ prævenit, ut pie vivamus, ſubſequitur, ut glorificemur*, De nat. & grat. cap. 32. apud ipſummet S. Bona. in 2. Diſt. 27. Dub. 1. Quo autem ad præfatam quæſtionem an *Angeli habuerint gratiam gratum facientem ab inſtanti creationis*, legendus Dionyſius Petavius Theolog. Dogm. De Ang. L. 1. cap. 16.

(a) Vid. ipſummet D. Bonav. in ſæpe d. 2. Diſt. 9. Art. 1. Q. 2. ac 3. in concl.; nec non ſupra cit. Claudium Fraſſenium Conclu. 3. quæ ſic ſonat: *Angelis gratiam inæqualem Deus contulit juxta majorem aut minorem perfectionem naturalem eorum*. Hanc vocat *communem apud Theologos*, atque ad ipſam comprobandam allegat SS. Ambroſium, & Baſilium, atque Dionyſium, & Damaſcenum.

(b) In 2. ibi Q. 3. ad opp. 3. & in reſponſ. ad 3.

(c) De hujuſmodi *exemplo in arte, & in natura* Ser. 1. de pluribus SS. Martyr.

(d) In eod. 2. ibi ad opp. 1. & in reſponſ. ad 1.

(e) In eod. 2. Diſt. 16. Art. 2. Q. 1. in Fundam. & in Reſp. ad argum. præſertim in fine.

(f) Ita Ser. 1. in Aſcenſ. Dom: inter jam editos, nec non ibi Ser. 2. de S. Marco Evang. Item in Spec. Nat. Vincent. Bellovac. L. 16. c. 33. ex eod. *Libro de natura rerum*.

(g) De *Leone* velut *Rege animalium aliorum* Serm. 5. de SS. Apoſt. nec non Serm. 5. de una S. Virg. & Martyr.

(h) Puta ſanguinem Filii ſui, quo Chriſtus ipſe *pullos paſcit*, de quo cit. Serm. 1. in Aſcenſ. Dom.

(i) Vulg. *lambent*; ſed *lambunt* eod. Serm. 1. in Aſcenſ. Dom. ac etiam Expoſit. in cap. 13. ac cap. 22. S. Luc. atque Comment. in cap. 8. Apocal. ver. ult. Item Cod. noſter Bernardin. 40. ac S. Greg. Moral. Lib. 31. cap. 52. num. 104.

(k) Quod *Aquila valde intenta ſit providentiæ ſuæ prolis* in d. Expoſit. ibi.

(l) Quippe teſte Bernar. Ser. jam cit. de 12. prærogat. B. M. V. num. 2. *Tota ſuavis eſt, omnibus offerens lac*. Vide ſupra in fine Ser. 4

(m) Sive *parvulis*; ut in Vit. Myſt. col. 82.

Digitized by Google

ri groſſa (a) cibaria, ſed apponi levia facile digeſtiva jubent. Sic & Domina noſtra creaturarum Medica (b) dat filiis omnia blanda, & conſolatoria, donec fiant apti ad fortia, & ardua ſuſtinenda.

Bernardus Dom. infra Oct. B. M. V. Serm. de 12. ejus prærogat. ex verbis Apocal. Signum magnum apparuit in cœlo &c. n. 2.

7. Unde de Domina hac ſic ait Bernard. Maria omnibus omnia facta eſt, ſapientibus & inſipientibus copioſiſſima caritate debitricem ſe fecit, omnibus miſericordiæ ſinum aperuit, ut de plenitudine illius accipiant omnes: captivus redemptionem, æger curationem, triſtis conſolationem, peccator veniam, juſtus gratiam, Angelus lætitiam, Filii perſona carnis humanæ ſubſtantiam, (c) ut non ſit qui ſe abſcondat a calore ejus. Ergo, inquit, ſileat miſericordiam tuam, o B. Virgo, ſi quis (d) invocatam te in neceſſitatibus ſuis ſibi meminerit defuiſſe. Ergo toto corde, animoque ſecuro ad ejus miſericordiam confugiant peccatores; quia pro eis facta eſt Mater Dei; & clament, & dicant: Monſtra te eſſe Matrem. (e) Bernardus dicit: Quando miſereri non poterit Mater omnipotentiæ? Et quando miſereri noluerit Regina miſericordiæ? (f) Rogemus itaque Chriſtum ejus Filium benedictum, ut precibus, & meritis tantæ Matris, & adjuvet nos in via, & conſummet in patria. Amen.

Idem Ser. 4. in Aſſumpt. B. M. V.

Idem Bernardus.

SERMO QUARTUSDECIMUS.

Ac ſecundus de Aſſumptione B. M. V.

1. *Elevata eſt nubes de tabernaculo fœderis, profectique ſunt filii Iſrael per turmas ſuas*, Numeror. decimo. Nubes enim vi caloris in alta aeris elevata, eſt Virgo Maria, quæ ad ſimilitudinem nubis per miſericordiæ viſcera Domina concava eſt, & inſtar ſpongiæ cavernoſa. Itaque puella Davidica fuit nubes ſubtilis, & rorata, undique Solis radiis penetrata, & ad pluviam præparata; & ideo in Arcu illo cœleſti eſt deſignata (g). Igitur Nubes iſta beata in cœlum hodie vi Divini caloris elevata, omnem cum ſuo Rege habuit obviam cœleſtem militiam. Et nonne advenienti occurrunt Regi milites, & advenienti Papæ obviant Cardinales? Ergo Chriſto obviante hodie ſuæ Matri, & eam ſuis brachiis amplexante, non occurret etiam Civium cœleſtium multitudo? Unde de hac Bernardus ait: Quis vel cogitare ſufficiat quam glorioſa hodie Mundi Regina proceſſerit, & quanto devotionis affectu tota in ejus occurſum cœleſtium Legionum prodierit multitudo: quibus ad thronum gloriæ canticis ſit deducta; quam placido vultu, quam ſerena facie, quam Divinis (b) amplexibus a Filio ſit ſuſcepta, & ſuper omnem creaturam ab eo exaltata (i), cum eo honore, quo tanta Mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tan-

Num. 10. 33. ac ſeq.

B. V. M. in cœlum aſſumpta velut nubes in alta aeris elevata.

Bernardus in Aſſumpt. B. V. M. Ser. 1. n. 1.

(a) Vid. Prodr. col. 162.

(b) *Vera medicina* ab ipſommet D. Bona. vocatur in Carm. ſuper ſalve Regina.

(c) Huc uſque etiam Lib. 1. Phar. cap. 5. ex cod. Bernar.

(d) In Edit. Mabillon. *ſi quis eſt qui*: ſed ut ſupra quoque in eadem Phar. ibi iterum ex laud. Bernar.

(e) Eſt notiſſima portio Hymni ad Veſperas Offic. B. M. V. qui Hymnus inc. *Ave Maris ſtella*, quive bene a D. Bona. heic allegari potuit, utpote memoratus quoque ante ipſum, in antiq. Ord. Officior. Eccl. Senen. pag. 414. Maxime cum ante ipſum S. Bernardum, cui olim tribuebatur, habeatur in vetuſtiori Cod. Germanenſi, & in Breviario Caſinenſi ſcripto tempore Oderiſii Abb. eo nomine primi, qui anno M. C. V. vivere deſiit.

(f) Supra ad finem Serm. 4. Vid. S. Bernard. Serm. 1. in Aſſumpt. V. M. num. 2. Porro *Regina miſericordiæ* omiſſo *mater* dicitur in Antiphona *Salve Regina*, quam fecit Petrus Compoſtellanus. Item Serm. 1. in eandem Antiphonam num. 1. inter quatuor Sermones in ipſam, qui etſi olim inter S. Bernardi Opera recenſerentur, non ſunt tamen S. Bernardi, ſed Bernardi Archiepiſcopi Toletani; ſicut d. Antiphonæ auctor eſt Petrus Compoſtellanus. Vid. Claudium de Rota in notis ad Pſeudo-Luitprandum pag. 451. Guillelmum Durandum in Rationali L. 4. cap. 22. Librum de Vita S. Bernardi auctore Joanne Eremita num. 7. ac Joannem Mabillonium Vol. 2. Suppoſitior. S. Bernard. col. 738. Vid. quoque ipſummet S. Bona. Carm. ſuper ſalve Regina, nec non in Legen. ma. S. Franc. pag. 541. col. 2. noviſſ. Edit. Ven. ubi itidem dicitur *Salve Regina miſericordiæ*, ac Prodr. col. 663. ac ſeq.

(g) Idemmet S. Bona. in Laude metr. B. M. V. ac Comment. in Apocal. cap. 4. ſub ver. 3.

(h) In Edit. Mabillon. *lætis al. divinis*.

(i) In eadem *ſuſcepta a Filio, & ſuper omnem exaltata creaturam*. De B. M. V. *inæſtimabiliter ſuper omnem exaltata creaturam, regnante cum Chriſto in Trinitatis ſuperbenedictæ palatio*, D. ipſe Bona. cap. 4. Soliloq. verſus fin.

Digitized by Google

tantum decuit Filium. Et addit Hieronymus: Hodierna die credendum eſt militiam omnem cœli Genitrici Dei feſtive obviam adveniſſe (a), eamque ingenti lumine circumfulſiſſe, & uſque ad thronum olim ſibi etiam ante mundi conſtitutionem paratum, cum laudibus & canticis ſpiritualibus perduxiſſe. Nulli dubium, omnem illam cœleſtem Jeruſalem tunc exultaſſe ineffabili lætitia, tunc jucundatam eſſe inæſtimabili caritate, tuncque cum omni gratulatione jubilaſſe: quoniam feſtivitas hæc, quæ nobis hodie revolvitur annua, illis omnibus facta eſt continua. Neç immerito, inquit. Creditur enim, quod ipſe Salvator totus illi feſtivus occurroris, & ſecum eam in throno cum gaudio collocaverit. (b)

Hieronymus nunc inter ejus ſuppoſititia Ser. de Aſſumpt. B. M. V. ad Paulam & Euſtochium ſub a. 8.

Ibi ab init. a. 9.

2. Ergo optime dictum eſt: *Elevata eſt nubes* &c. In quo quidem verbo ad Virginis laudem aſſumpto, primo deſcribitur ejus Aſſumptio, qua ſuper omnia ſublimata eſt: ſecundo notatur illi facta proceſſio, qua eſt altiſſimis laudibus honorata. In primo oſtenditur Matris Dei ſublimitas in ſummi throni adeptione: ſed in ſecundo monſtratur cœleſtis Militiæ caritas in reverentiæ exhibitione. Notatur igitur Dei matris Aſcenſus, cum dicitur: *Elevata eſt nubes de tabernaculo fœderis*. Notatur ſecundo Angelorum occurſus, cum ſtatim adjungitur: *profectique ſunt filii Iſrael per turmas ſuas*. Dicamus ergo: *Elevata eſt nubes*, ſcilicet Virgo Maria humilis nubes, & concava, ſubtilis, & levis, & rorida, per totum miſericordiæ plena, aqua cœleſti terrena abluens corda; *de tabernaculo fœderis*, quod hodie ad modicum a Virgine relictum, corpus ſanctiſſimum ejus fuit. Ibi Deus naturam hominis ſumpſit, & tam ſtricto fœdere copulavit, ut una ſit Perſona Dei & hominis.

Thematis diviſio.

3. Eſt igitur hic notandum, quod mundi Regina eſt hodie elevata primo ad culmen dignitatis altiſſimæ; ſecundo ad culmen dignitatis ampliſſimæ: ſed tertio ad culmen dignitatis firmiſſimæ. In his enim tribus perfectio omnis regni conſiſtit, ſcilicet ſi ſit potentia altum, latitudine ſpatioſum, & duratione perpetuum, ſive firmum. Itaque Domina noſtra eſt hodie elevata ad ſummum imperium; quia ad culmen dignitatis altiſſimæ, quo major eſſe non potuit dignitas puræ creaturæ. Nam ſecundum Philoſophos in quolibet genere, & ordine rerum eſt ponere aliquid ſummum, & aliquid infimum, & multipliciter medium, ſecundum quod plus vel minus accedit ad ſummum, vel imum. (c) Et ratio eſt, quia ubique eſt ponere quid imperfectum, & in eodem genere aliquid invenire perfectum (d), eo quod nihil dicitur imperfectum, niſi relate ad perfectum (e). Quoniam cum relativa poſita ſe ponant, & perempta ſe perimant (f); reſtat, cum in quolibet genere ſint plura imperfecta, aliquod individuum eſſe perfectum. Et dicitur perfectum, cum nullum poſſibile eſt additamentum, ſecundum Philoſophum (g). Ergo in genere hominum eſt ponere individuum unum

Diviſionis & diſtinctio.

Perfectio regni in tribus conſiſtit.

Diſtinctionis dilatatio, quod B. V. M. elevata fuerit ad culmen dignitatis altiſſimæ.

In quolibet genere & ordine rerum eſt ponere aliquid ſummum, medium, & infimum.

Ariſtot. L. 1. de cœlo text. 4. ac L. 2. text. 23.

(a) In noviſſ. Edit. Veronen. *Militiam cœlorum cum ſuis agminibus feſtive obviam veniſſe Genitrici Dei.*

(b) In ead. Veron. Edit. *quod Salvator omnium ipſe, quantum datur intelligi, per ſe totus feſtivus occurrit, & cum gaudio eam ſecum in throno collocavit.* Prædictum Sermonem ſub nomine *Hieronymi* allegat etiam D. Bona. in Phar. Lib. 1. cap. 5. ubi in marg. Romani Editores adnotarunt, quod *alii Sophronio aſcribunt.*

(c) Pariter cap. 3. Itiner. ment. in Deum. Item Ser. 1. de uno S. Doct. ex Auguſt. Lib. 1. Muſic. cap. 12. ubi ſermo de *primo, medio, & poſtremo*; nec non ex Dionyſ. Lib. de cœleſt. Hierarch. cap. 3. ac Lib. de Eccl. Hierarch. cap. 8. ubi de Hierarch. *prima ſive ſuprema, media, & infima*: Quibus adduntur exempla triplicis *Ordinis in Cœlo, quod primum eſt Empyreum, medium eſt Aqueum* (ſive Chryſtallinum) *tertium & infimum eſt Sidereum*; nec non *in Eccleſia, quia in Eccleſia Dei quidam ſunt primi, & Primates ſunt appellati: Quidam medii, ut Epiſcopi: Quidam infimi, ut alii omnes minores Prælati, & Sacerdotes Parochiales.*

(d) *In quolibet* enim *genere eſt reperire unum primum, quo menſurantur omnia, quæ ſunt illius generis. Hoc planum eſt, & patet per Philoſophum qui hoc ponit in prima Philoſophia. & Metaphyſic. 10. cont. 2. (Hoc etiam patet inducendo.* Ita D. ipſe Bona. 2. Diſt. 34. Art. 2. Q. 1. ad opp. 6. & in Reſponſ. ad 6.

(e) Nanque: *perfectio & imperfectio differunt ſicut majus bonum; & minus bonum* &c. in Apolog. Pauper. Reſponſ. 1. Cap. 2. adeoque *perfectum & imperfectum non variant rei eſſentiam* ex Ariſt. 3. de cœlo Com. 72. Vid. inſuper et Bona. in 2. Diſt. 27. Art. 1. Q. 3. in Fundam.

(f) *Proprium* quippe *eſt relativorum dici ad convertentiam*, ait idem S. Bona. 1. Diſt. 26. Dub. 8. (ſecundum Ariſtot. in Prædicament. cap. de Relat.

(g) Vid. ſupra Ser. 3. num. 5. ac Ser. 4. nu. 1. nec non 3. Diſt. 34. Art. 1. Q. 3. ad opp. 2. & in reſpon. ad 2.

Digitized by Google

unum in illo genere ſummum, in quo eſt totius generis bonum, cui non eſt poſſibile aliquid addere. At tale indivi-duum eſt mundi Regina (a), quia nulla ea melior eſſe potuit pura creatura. (b) Nam licet ex parte Dei non ſit limitanda potentia, cum ſit infinities infinita (c); habet tamen notos limites creatura ultra quos non poteſt extendi: quia dicitur in Libro de Anima; Omnium natura conſtantium terminus eſt, & ratio magnitudinis, & augmenti (d); ſicut in plantis, & omnibus animalibus, & etiam in artificialibus ſunt exempla, quæ ad creſcendum habent certam menſuram. Ergo Domina noſtra, in genere hominum fuit ſumma; quare apud Deum eſt dignitate altiſſima. Unde de ea exponitur illud Pſal. Elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos. (e) Magnificentia eſt Virgo Maria, quia ſuper omnem creaturam adeo magnificata; nam ſuper omnes cœlos, & Angelos, & homines exaltata. Si enim eſt verum, quod dicitur ad Hebr. quod Dei Filius ſedet ad dexteram Majeſtatis in excelſis, & verum eſt quod dicitur ipſi Chriſto in Pſal. Aſtitit Regina a dextris tuis (f); certum eſt quoque, elevatam eſſe Virginem ad culmen dignitatis altiſſimæ, non ſolum in anima, ſed etiam in carne.

Ariſtot. L. 6. Phyſic. text. 21.

Pſ. 8. 2.

Ad Hebr. 1. 3.

Pſ. 44. 10.

Quod B. V. M. elevata fuerit ad culmen dignitatis ampliſſimæ.

4. Secundo eſt elevata ad culmen dignitatis ampliſſimæ. Nam ſicut nihil eſt Cœlo altius, ita nihil eſt eo latius. Cujus probatio eſt, quia intra ſe omnia continet. Ergo latum valde impervium eſt, quod intra ſe continet omne cœlum. Et hoc figuratum fuit in elevatione ſedis ſecundi Regum tertio, ubi ſic legitur: Quomodo juravit Dominus David, ſic faciam cum eo, ut transferatur regnum de domo Saul, & elevetur thronus David ſuper Iſrael, & ſuper Judam, a Dan uſque Berſabee. Thronus, in quo requievit verus David, Virgo Maria fuit, quæ dicitur elevata ad culmen dignitatis ampliſſimæ; quia juxta ſententiam Prophetæ eximii (g): Dominabitur a mari uſque ad mare, & a flumine uſque ad terminos orbis terrarum. Si enim eſt Mater Filii Dei, & Sponſa Regis æterni; ergo ipſa eſt totius Domina regni, vel ſaltem dimidii. Unde Aſſuerus ad Eſther (h) ita ait: Etiamſi dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Duæ quippe ſunt partes regni Divini, & una pars eſt juſtitia, altera vero miſericordia (i), quas utique partes ad eligendum in voluntate Virginis Rex excelſus conſtituit. Ipſa autem ſapientiſſima optimam partem elegit, (k) ſcilicet miſericordia eius ſuper omnia opera ejus. Unde non vult appellari Regina juſtitiæ, ſed tantam miſericordiæ. Ergo quicumque cupit invenire miſericordiam, ad eam accedat; quia non fruſtrabitur ſuo deſiderio, ſi ſolum ceſſare voluerit a peccato.

2. *Reg.* 3. 9. & *ſeq.*

Iſa. 2. 2.

Pſ. 67. 17.

Eſth. 7. 2.

Duæ regni Divini partes juſtitia & miſericordia.

Luc. 10. 42. *Pſ.* 144. 9.

5. Tertio extitit elevata ad culmen dignitatis firmiſſimæ, & æternæ. Vera enim illa dignitas non foret, quæ perdi poſſet, vel quam perdere quis timet; quia nunquam talis felix exiſteret (l). Ergo ut Virginis regnum eſſet ſummum, & latum, neceſſe habuit eſſe firmum; tanta utique firmitate, ut non poſſit ullo modo perire. Et de hoc poteſt exponi illud Iſai. ſecundo: In noviſſimis diebus erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & elevabitur ſuper omnes colles. Mons, in quo beneplacitum fuit Deo habitare

Quod elevata fuerit ad culmen dignitatis firmiſſimæ.

(a) Supra Serm. 4. num. 2. & infra Serm. 15. num. 8.

(b) *Nihil eſt enim* (verba ſunt Bernardi Archiepiſcopi Toletani in Antiph. Salve Regina Ser. 4. n. 6. in fine, inter Suppoſit. S. Bernar. ſic Mariam alloquentis.) *virtutis quod ex te non reſplendeat, & quicquid ſinguli habuere Sancti, tu ſola poſſedisti.* Vid. ſupra Ser. 4. n. 6.

(c) Dicitur quoque Itiner. ment. in Deum can. 5. *ſumme infinitiſſima, & multiplicitiſſima in efficacia.*

(d) Vid. ſupra Serm. 4. num. 1.

(e) Pariter exponitur ab Athanaſio, & ab aliis Patribus, apud Lorin. de Aſcenſione corporali Chriſti.

(f) Ita idem Athanaſius, Petrus Damianus, Hugo Vict. Arnoldus Carnoten., & alii apud eundem Lorin. de Chriſti Matre præſertim in Aſſumptione.

(g) Sic ipſe David vocatur ab eodem D. Bonav. alibi quoque, etiam in Legen. ma. S. Franc. ad fin. cap. 11.

(h) Quæ *hujus Virginis fuit perſona ſignativa*, ſupra Serm. 4. num. 5.

(i) 4. Diſt. 46. Art. 2. Q. 3. in Fundam.

(k) Expoſit in cap. 10. S. Luc. prope fin. „ Iſtud Evangelium conſuevit legi in Aſſumptione beatæ Virginis Mariæ, quia finis ejus „ Mariæ optime congruit cum dicitur: *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.* „ Quamvis enim hoc ad literam dictum fuerit „ de Maria Magdalene, verius tamen eſt de „ B. Virgine Maria &c.

(l) Supra Serm. 3. num. 7.

Digitized by Google

Dan. 2. 45. re in eo, & de quo lapis iste Divinus sine manibus, id est, sine humano opere, est abscissus, fuit Virgo Maria, (a) quæ super omnes montes, id est, Sanctos est elevata elevatione firmissima; quia non potest corrumpi regnum Matris durante imperio suæ prolis. De regno autem Filii Dan. septimo sic haberur: Potestas ejus potestas æterna, quæ non auferetur, & regnum, quod non corrumpetur. (b) De hac vero triplici elevatione Dominæ nostræ potest exponi illud Isai. Vidi Dominum sedentem super solium, id est, requiescentem intra brachiorum Virgineorum amplexum ratione dignitatis firmissimæ, sive æternæ; solium, inquit, excelsum & elevatum, ratione dignitatis altissimæ; & ea quæ sub ipso erant, replebant templum, ratione dignitatis amplissimæ. (c) Et de hoc solio Hieronymus sic ait: Non est in mundo locus dignior utero Virginali, in quo Dei Filium Maria suscepit: nec in cœlis altius regali solio, quo Mariam Dei Filius sublimavit. (d)

Dan. 7. 14.

Isa. 6. 1.

Hieronymus sive Sophronius Ser. de Assumpt.

Tres elevationes malæ penitus fugiendæ.

6. Verum contra has elevationes bonas invenimus tres alias malas penitus fugiendas, quarum una consurgit ex consideratione boni exterioris; alia ex consideratione boni interioris; alia vero ex consideratione boni superioris. Prima est mala; secunda pejor; sed tertia pessima. Dico quod prima elevatio consurgit ex consideratione boni exterioris, sicut est superbire de nobilitate naturæ. (e) Et cum talis nobilitas accipiatur a carne, stultissimum id esse probatur, & vanum; cum corpus, sentina putredinis, futurum sit cibus vermium terrenorum. Quare nobilitas ex carne tota vana esse probatur, & falsa; maxime cum nulla facta mutatione corporis, aliquando, qui fuerunt viles, fiant Milites (f), Barones, Reges. Immo ut Romanæ Historiæ docent, humili loco nati, & vinearum & terræ cultores, facti sunt Imperatores, ad pristinum statum aliquando post imperium redeuntes. Ex quibus omnibus manifeste convincitur, quod nobilitas carnis inane prorsus nomen existit. Unde Boetius de hoc ita dicit: Quam sit inane, quam futile, id est, labile, nobilitatis nomen, quis non videat? Quæ si ad claritudinem refertur, aliena est. Videtur nanque esse nobilitas, quædam de meritis veniens laus parentum. Quare splendidum te, id est, te nobilem, si tuam non habes, aliena claritudo, id est, nobilitas non efficit. Ergo, inquit, si quid est in nobilitate bonum, hoc esse arbitror solum, ut imposita nobilibus necessitudo videatur, ne a parentum virtute degenerent. (g) Nobilissima inter aves est Aquila, quæ tamen desinit illum pullum nutrire, quem videt esse degenerem. (h) Et licet sit ita, multi tamen ex hac vana nobilitate superbiunt. Unde dicitur tertii Regum primo: Adonias filius Haggith elevabatur dicens: Ego regnabo. Volebat enim regnum invadere, quia etiam (i) ex parte matris erat nobilior Salomone, cui regnum a Deo erat concessum. Sed non sibi cessit, ut voluit; immo ob hanc rem occisus fuit. Extat & exemplum de Core, Sociisque ejus sexto decimo Numeror. qui, cum essent de genere nobili, volebant sibi Sacerdotium rapere, & ideo consumpti sunt ab igne. Ergo juxta sententiam sapientis Poetæ:

Elevatio ex consideratione boni exterioris.

Quam vanum de carnis nobilitate gloriari.

Valer. Maximus L. 3. c. 4.

Boetius de consol. Phil. L. 3. Prosa 6.

3. Reg. 1. 5.

Num. 16. 2. & seqq.

Nobilitas sola est, animum quæ moribus ornat. (k)

(a) Serm. 2. in Nativit. Dom. inter Sermones sub S. Bona. nomine editus dicitur, quod *in his verbis nativitas Christi pulcherrime figuratur*, quodve ipsemet Christus fuit *de monte virginalis sublimitatis abscissus sine manibus amplexus virilis*.

(b) Quibus verbis diserte significatur *regnum Dei stabile perennitate æternitatis*; ut sit quoque S. Bona. Comment. in Cap. 5. Apocal. sub ver. 10.

(c) Pariter idemmet S. Bona. par. 4. de Eccles. Hierarch. cap. 7.

(d) Ita apud Tho. Hiber. in Flor. ver. *Maria* pag. m. 918.

(e) Quæ est *quædam in exterioribus vita honorabilis*, Ser. 1. de uno Martyre ex Laer. in vita Socrat.

(f) Sic etiam ibi. Unde dicitur; quod rursus *Militis* titulus haberetur nobilitatis nota; ut adnotabimus infra in Leg. S. Clar. cap. 1. hu. n.

(g) In Flor. Tho. Hiber. verbo *Nobilitas* pag. m. 713. & seq. ex Hieron. in quadam Epist. pariter dicitur „ Nihil aliud video in nobilitate appetendum, nisi quod nobiles quidam, „ necessitate constringuntur, ne ab antiquorum probitate degenerent &c.

(h) Vide supra Ser. 13. num. 4.

(i) Dicitur *etiam*; quia hæc unica causa non ipsi fuit invadendi regnum, sed & aliæ accesserunt rationes, puta primogenituræ, nimiæque pulchritudinis. Nanque *erat & ipse pulcher valde, & secundus natu post Absalom*, jam mortuum.

(k) Sic apud eundem D. Bona. par. 2. de Eccl.

Digitized by Google

Chryſoſtomus in illud Matt. 3. Patrem habemus Abraham.

Quid, inquit Chryſoſtomus, illi prodeſt generis claritas, quem morum vilitas dehoneſtat? (a)

Quam vanum de formæ pulchritudine gloriari.

7. Sed alii ſunt quidem non pauci, mulieres & viri, qui elevantur non de nobilitate naturæ, ſed de pulchritudine veſtis & formæ. Et nonne talis elevatio eſt omni vanitate vanior? Si enim ut Bernardus ait: Nihil eſt aliud pulchritudo carnis, quam vanitas, & velamen turpitudinis (b), eo quod ſub pulchritudine veſtis & carnis latent occulta dedecoris, unde ergo, o mulier, gloriaris? Sane te pulchram non tua natura facit, ſed oculorum ſpectantium infirmitas reddit. Unde Boetius ait: Formæ nitor ut rapidus eſt, ut velox, & vernalium florum mutabilitate fugatior! Quod, ſi ut Ariſtoteles ait, linceis oculis homines uterentur, ut eorum viſus obſtacula penetraret, nonne introſpectis viſceribus illud Alcibiadis pulcherrimum corpus (c) turpiſſimum videretur? Igitur te pulchram videri, non tua natura, ſed oculorum ſpectantium reddit infirmitas. Sed (Boetius ſubdit) æſtimate quantum vultis nimio corporis bona, dummodo ſciatis hanc pulchritudinem corporis, quam tantum (d) miramini, triduanæ febris igniculo poſſe diſſolvi. Et tamen contra malam mulierem vigeſimo octavo Ezechielis ſic legitur: Elevatum eſt cor tuum in decore tuo, perdidiſti ſapientiam in decore tuo, quaſi diceret: Hoc ipſo enim facta ſtulta es; quia de carnis pulchritudine vana eſt tibi gloriatio, cum ſcriptum ſit: Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo. Exemplum de Abſalon, qui gloriabatur in crine; quoniam in crinibus eſt apprehenſus (e). Et de Murilego (f), qui gloriatur in pelle; propter quam ſæpe captus occiditur. Cervus etiam, qui gloriatur in cornibus, ſæpe eis ad ſuum interitum detinetur.

Bernardus ſive antiq. Auctor L. ad Sororem de modo bene vivendi §. 23. n. 67. ac §. 64. n. 150. nunc inter ejus Supposit.

Boetius de Conſolat. Phil. L. 3. Proſa 8.

Ariſtot. apud Boet. ibi.

Alcibiadis pulchritudo apud Boet. ibi.

Boet. ibi.

Ezech. 28. 17.

Prov. 31. 30.

Exemplum Abſalon. *2. Reg. 18. 9.*

Et Murilegi.

Item Cervi.

Quam vanum gloriari de divitiis.

8. Sed elevantur quidam alii ex conſideratione boni exterioris, ſcilicet ex divitiis. (g) Et de hac elevatione miratur Job dicens eiſdem vigeſimo primo: Quare impii vivunt, ſublevati ſunt, confortatique divitiis? Et reſpondet vigeſimo quarto: Elevati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Et Pſ. Vidi impium ſuperexaltatum, ſicut cedros Libani, & tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus. Sint exempla de Pharaone in Exo. de Nabuchodonoſor in Daniel., & de Antiocho Rege ſecundi Machabæor. nono, qui omnes dicturi ſunt in inferno: Quid nobis profuit ſuperbia? aut divitiarum jactantia, ſcilicet de exteriorum bonorum abundantia (h), quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens (i), & tanquam navis, quæ pertranſit fluctuantem aquam &c. Eſt ergo talis elevatio contra illud Deuteron. octavo: Cave, ne poſtquam habueris armenta boum, & ovium greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam, elevetur cor tuum, & obliviſcaris (k) Domini Dei tui. Sed attendant tales, quod Deus eorum obliviſcetur in fine. Auguſtinus enim inquit: Hac animadverſione percutitur peccator, ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt Dei. Eſt etiam elevatio alia ſub hoc membro veniens ex dignitate Prælaturæ. Unde de Rege dicitur Deuter. decimo ſeptimo: Nec elevetur cor ejus in ſuperbiam ſuper fratres ſuos. Unde immane (l) perierunt Cajus, Nero crudelis,

Exempla. Pharaonis, Nabuchodonoſor & Antiochi,

Sap. 5. 8. ac ſeqq.

Deut. 8. 11. ac ſeqq.

Auguſtinus Ser. 220. olim 10. de Sanctis, n. 2. Cæſarii verba ſunt Hom. 13. Hac animadverſione percutitur peccator, ut moriens obliviſcatur ſui, qui dum viveret, oblitus eſt Dei. *Deut. 17. 20.*

Eccl. Hierarch. cap. 3. unde ita colligit „ Dominus itaque non attendit in potentibus mundi, vel carnis nobilitatem, ſive corporis, ſive habitus venuſtatem: ſed nobilitatem morum, & conſcientiæ puritatem, & hoc eſt, quod dicitur in 1. Regum: Non reſpicias vultum, neque altitudinem ſtaturæ ejus, quoniam abjeci eum, neque juxta intuitum hominis ego video &c. “ Vid. Lib. 1. Phar. cap. 46.

(a) Vid. quoque in hanc rem facientia plura alia apud cit. Chryſoſt.

(b) Pariter idemmet D. Bona. Ser. 1. de uno Martyr:

(c) De hoc vid. Plutarch.

(d) Edit. Boet. an. 1495. quam habeo, ſic habet: *dum ſciatis hoc quodcunque* &c.

(e) Ser. 1. de uno Marty.

(f) *Murilegus*, ſive animal muriceps, a muribus legendis ſic nuncupatus, italice *gatto*. Iſidor. Gloſſ.

(g) Cit. Ser. 1. de uno Marty.

(h) Sic Expoſit. in d. cap. 5. Sap.

(i) Vulg. *percurrent*; ſed *præcurrens* in ead. Expoſit. nec non in duobus noſtris Bernard. Codd. 21. ac 40. ac tertio Biblioth. Epiſc. Trid. 58.

(k) Vulg. *& non reminiſcaris*.

(l) Pro *immaniter*, ſicut apud Saluſt. fragm. Lib. 2. Hiſt. & pro *crudeliter*, ſicut apud Ammian. Lib. 18. cap. 17.

Digitized by Google

Exempla Neronis, Caii, & Domitiani, item Diocletiani, Maximiani, & Juliani Apostatæ. *Eccli* 32. 1.

delis, & Domitianus. (*a*) Quis etiam enarret, quanto tempore Diocletianus, & Maximianus, & apostata Julianus, impii sederint? (*b*) Longum esset nimis illorum Imperatorum & Regum narrare historias, qui ob suam superbiam perierunt. (*c*) Ea propter dicitur Ecclesiastici trigesimo primo: Rectorem te posuerunt? Noli extolli; esto in illis quasi unus ex ipsis. Quia primæ Petri quinto: Neque ut dominantes in cleris, sed forma facti gregis ex animo.

1. *Pet.* 5. 3.

Elevatio ex consideratione boni interioris.

9. Sunt & secundo alii, qui elevantur ex consideratione boni interioris, scilicet scientiæ vel virtutis; & omni tali dicitur Job quinto decimo: Quid te elevat cor tuum, & quasi magna cogitans, supple de te, attonitos habes oculos? Ergo juxta illud Ecclesiastici sexto: Non te extollas in cogitatione tua velut taurus, ne forte elidatur virtus tua, & relinquaris velut lignum aridum. Virtus enim & scientia, quæ perficiunt animam, ut virtus affectivam, & scientia cognitivam, (*d*) sunt multis per accidens superbiæ caussa. Unde his talibus dicitur Ezechielis vigesimo octavo: In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem, & elevatum est cor tuum in robore tuo. Tales fuerunt Philosophi (*e*), tales & Mercatores mali illi, qui unde debuerunt esse humiles, inde superbierunt divitiarum & scientiæ ergo. Non est autem pro talibus ostentandum, (*f*) sed magis & magis extimescendum, ne quis talis illud Job sit dicturus: Elevasti me, & quasi super ventum ponens elisisti me valide.

Job 15. 12.

Eccli 6. 2. *et seq.*

Ezech. 28. 5.

Job 30. 22.

10. Est & tertio alia elevatio ex consideratione boni superioris, sive ex sanctitate vitæ; & hæc est omnium pessima: quia de medicina, & sanctitate impugnant veridicum Curatorem (*g*), & de bonitate bonitatem impugnant. De talibus dicitur Paralipom. secundo Lib. Oravit Ezechias Dominum, exaudivitque illum (*h*), & dedit ei signum (scilicet in sole); sed non juxta beneficia, quæ acceperat, retribuit: quia elevatum est cor ejus (videlicet in superbiam) & facta est contra eum ira, scilicet Domini, humiliatusque est postea, eo quod exaltatum fuisset cor ejus &c. Omnibus ergo talibus dicitur illud Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quapropter his elevationibus dimissis, detestatisque (*i*), sanctas illas Virginis Mariæ elevationes veneremur. Rogemusque &c.

Elevatio ex consideratione boni superioris.

2. *Paralip.* 32. 24. *ac seqq.*

1. *Cor.* 4. 7.

SERMO QUINTUS DECIMUS.

De S. Joanne Apost. & Evang.

1. *Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum suorum habebit amicum Regem.* Sicut enim docetur in Ethicis, & con-

Prover. 22. 11.

Aristoteles L. 2. Moral. Nicomach. c. 3.

(*a*) Ita apud Sueton. Dio. & alios. Item ex eodem Suetonio in Nerone idemmet S. Bona. Ser. 2. de S. Bartholom.

(*b*) Diocletianus imperavit annis prope 20. Maximianus Herculeus ejus collega annis 18. Julianus Apostata anno uno, mens. 7. diebus 27. Ait quidem de hoc Juliano S. Bona. cit. Ser. 2. de S. Bartholom. imperasse *tribus annis*; sed aut hic error librarii est, aut fuit deceptus a Socrate, qui L. 3. c. 18. tres annos Imperii eidem tribuit. Tametsi autem tam modico tempore imperaverit, vix tamen, aut ne vix quidem lingua par est omnibus ejus impietatibus enarrandis.

(*c*) Periit certe prædictus Julianus Apostata ob superbiam; eo enim superbiæ pervenit, ut *contra Christum Dei filium se erexerit*, ipsemet S. Bona. cit. Ser. 2. de S. Bartholom. & Niceph. L. 10. Hist. Eccl. c. 35. circa med. & Cassiod. in Trip. Hist. Lib. 6. c. 47. De cujus etiam superbia, vel in ipso ejus interitu, contra Christum blasphemantis: *Vicisti Galilæe, vicisti, appellabat autem Dominum Galilæum*, idem S. Bona. Ser. 3. de Beata semperque Virgine Maria in fine ante *Rogemus ergo* &c. De superbia quoque supradicti Caii Caligulæ, qua ab omnibus coli præsumpsit ut Deus, Josephus, Suetonius, Dio &c. De simili autem superbia Herodis Agrippæ (ut de aliis pluribus fileam) supra Ser. 2. n. 2.

(*d*) De hac *affectiva*, & *cognitiva* Serm. sive Collat. 7. in Hexaem.

(*e*) De talibus quoque ibi.

(*f*) Ibi: *Quid gloriaris, qui nescis per scientiam tuam &c.*

(*g*) Nempe *Medicum sanantem omnia*, id est, *Christum mediatorem* ibi.

(*h*) Vulg. *eum*.

(*i*) Deponens hic, ac etiam alibi, passive acceptum non est vitio vertendum D. Bonaventuræ; cum deponentia in terminatione passiva etiam Vulgatæ nostræ Interpres usurpare consueverit. Profecto ut ait Tirinus in 1. Reg. cap. 26. constat multa verba deponentia apud priscos Grammaticos terminationem habuisse passivam. Sicut enim, teste Sanctio, & Serario, Ennius apud Nonium dicere ausus est, *criminat*; Accius *miserarent*, & *contempla*; Turpilius *profiscisceret*; Pacuvius *moderans*; alii *mira, osculo, tuto, populo, perfruto &c.* ita videntur, iisdem & similibus vocibus in terminatione passiva, passive quoque uti consuevisse.

Digitized by Google

Fortis non est qui mala sustinet, sed qui sustinet, & gaudet.

& concordat doctrina Sanctorum, quod ille non dicitur esse fortis, qui mala sustinet; quia & sic fortes essent prædones hominum, & latrones, dum tormenta tam gravia sustinent; sed tantum qui sustinet, & hoc ipso gaudet (a): Sic non dicitur castus, qui continet; quia sic multi viri pessimi casti essent: sed tantum ille dicitur castus, & continens, qui continendo hoc ipso gaudet. Unde notabiliter valde dicitur: *Qui cordis munditiam diligit*. Nisi enim eam diligeret, posito quod haberet, nihil illi ad vitam valeret æternam. Valde enim casti, id est, non luxurioſi, multi fuere Romani (b), nec non ipsi Philosophi; sed veræ castitatis, & munditiæ præmio nullo modo inventi sunt digni, eo quod non Divino amore succensi, sed ad laudem humanam potius continebant. Unde nemo se fallat; quia virtutes, quas Philosophantes habuerunt, & quas per consuetudinem acquirebant, non veræ virtutes erant, quoniam ad veritatem, sive finem ultimum, non ducebant. (c) Ergo illa munditia vera esse dicitur, quæ amore tantum Divino servatur. Sicut enim nullis fructibus arbor est apta, nisi manserit in radice; sic nulla virtus digna est suo fine, nisi manserit in radice; sic nulla virtus digna est suo fine, nisi manserit in caritatis amore. Gregorius: Non habet aliquid viriditatis ramus boni operis, nisi manserit in radice caritatis.

Gregorius in Evang. l. 2. Hom. 27. n. 2.

2. Ergo in verbo præmisso commendatur Apostolus sanctus a tribus. Primo ab utriusque hominis puritate: Secundo ab oris affabilitate: Tertio vero a Christi familiaritate. Et ista tria valde rationabiliter sunt conjuncta; quia munditia disponit ad sapientiam, & per consequens ad eloquentiam. Siquidem luxuria, munditiæ jam dictæ contraria, rationis est subversiva, vel saltem impeditiva. (d) Munditia autem, & sapiens eloquentia, disponunt ad amicitiam. Unde omnes homines sapientes mundos quærunt ministros, & intelligentes. Quare dicitur in Proverbiis, quod acceptus est Regi minister intelligens. Si enim immunditia ministrorum, & eloquentia prava, sunt Regibus odiosæ; ergo e contrario munditia, & eloquentia proba, Regibus sunt acceptæ. Itaque Sanctus Apostolus commendatur primo a puritate omnimoda; commendatur secundo a lingua facunda: commendatur & tertio a familiaritate Christi præcipua. Notatur igitur utriusque hominis puritas, quando ait: *Qui diligit cordis munditiam*. Notatur oris affabilitas, quando subdit: *propter gratiam labiorum suorum*. Notatur & apud Christum familiaritas, quando addit: *habebit amicum Regem*. Et est sensus verbi; quia sanctus Apostolus mundissimus fuit in mente, purissimus mansit in carne: facundus, & affabilis fuit in ore: ideo dignus fuit amicitiæ Regiæ. Sed quia de ejusmodi munditia sub lucis figura, quæ est natura purissima, nulli contrariæ naturæ permixta, & ejusmodi eloquentia gratiosa, aliqua pauca dicta sunt supra (e); ideo nunc texendus est sermo de sola amicitia, seu familiaritate Divina. (f)

Luxuria rationis subversiva, vel saltem impeditiva.

Prov. 14. 35.

Divisio thematis.

S. Jo. Evang. & Apost. a tribus commendatus.

3. Est ergo notandum, quod amicitia, utrum sit vera, maxime compro-

Distinctio de septem veræ amicitiæ signis.

ba-

(a) Sic idemmet S. Bonav. Serm. 3. de una S. Virg. nec non Serm. 1. de S. Ambr. Episc. ubi in marg. sit allegat. *Aristot. Lib. 7. Eth. cap. 3. & 4.*

(b) Serm. 3. de S. Andr. Apost. ac Serm. 2. de S. Anton. Pad. ex Val. Max. Lib. 2. cap. 1. & Lib. 9. cap. 1. nec non Serm. 1. in Conver. S. Pauli Apost. ex eodem Val. Max. Lib. 6. cap. 1. Vid. quoque Serm. 2. de S. Marco Evang. ex eod. Val. Max. cit. Lib. 6. cap. 3.

(c) Ita Serm. 7. in Hexaem. ubi allegat, quod *dixit Augustin. in Lib. de Trin. quod vera virtus non est, quæ non dirigit intentionem ad Deum fontem, ut ibi quiescat æternitate certa, & per pacem perfectam.* Vid. in 1. Dist. 1. Art. 3. Q. 2. ad 4.

(d) Ea namque fit, ut inquit ipsemet D. Bonav. Serm. 4. Dom. 3. post Pentec. ut homo *jam non animal rationale, sed potius animal brutum debeat appellari, eo quod ad modum bestiæ, quod est inferius, scilicet sensualitas, facit, ut dominetur superiori, scilicet rationi. Unde Bernardus* (Ser. 35. in Cant.): *Bestialius nihil homine rationem habente, & ratione non utente.*

(e) Inter editos S. Bonav. Sermones non invenio nisi Serm. 1. de S. Ambrosio, ubi agitur de *munditia* sub figura *lucis*; nec non Serm. 2. de eodem, ubi de *facunditate in loquendo*. Quod si, ut habet nostrum apographum, pro *ejusmodi munditia, ejusmodi eloquentia*, legendum sit *ejus munditia, ejus eloquentia*; non Sermo hic unicus D. Bonaventuræ erit de S. Jo. Apost. & Evang. sed alterum præcessisse dicendum est, qui modo desideratur. Cæterum habet quoque idemmet S. Bonav. Serm. 1. de SS. Philippo & Jacobo Apost. „ Divina amicitia primo acquiritur per „ munditiam vitæ; sic enim scribitur: *Qui dili-* „ *git cordis munditiam, habebit amicum Regem &c.*

(f) De hac 3. Dist. 32. Art. 1. Q. 6. in concluſ.

Digitized by Google

batur ex septem, quæ in hac amicitia Christi ad Joannem possunt ostendi fuisse. Nam constat, quod amicitia cognoscitur esse vera, si primo sit utriusque dilecti familiaritate conjuncta; si secundo utriusque amici consilia sint utrisque aperta; si tertio ab eodem velle & nolle animi non fuerint dissoni; si quarto amicitia sit magni thesauri commendatione probata; si quinto in tempore status diversi sit fidelis inventa, id est, si tunc maneat inconcussa; si sexto sit sempiternali patrocinio custodita; si septimo insuper sit æternitate continua.

Dilatatio.

Vera amicitia ægre fert dilecti absentiam.

4. Dico, quod amicitia ostenditur esse vera, si sit utriusque amici familiaritate conjuncta. Vera enim amicitia, non sine magna pœna, pati potest dilecti absentiam. Cujus ratio duplex est; una quia ubi non est convictus, non perseverat amicus: unde in Ethicis dicitur, quod multæ amicitiæ sunt dissipatæ propter non convivere (a). Alia ratio est; quia proprium est amatoris, ut quem perfecte diligit, tota cordis affectione constringat, & sibi eum, quantum est possibile, applicet. Inde ratio est, quare brachiis illum, quem diligit, amplexetur, & pectori, ubi cor est, toto conatu applicare nitatur; quia ut Galenus ait: Hoc habent brachia proprium, ut quod cor diligit, brachia diligant, & in ejus amplexum voluntarie se extendant, & cordi toto posse applicare contendant: in tantum quod totum dilectum cordi imprimerent, si valerent.

Galenus.

Primum veræ amicitiæ signum familiaritas.

5. Familiaritas ergo veræ amicitiæ figura est, & potest esse certissimum signum. Et sicut fumus est ignis certissimum signum; ita & familiaritas illorum hominum, inter quos nulla duplicitas, vel simulatio locum habet. At tales erant Christi, & Joannis familiaritates; quare veræ amicitiæ erant certissimum signum. (b) Unde in figura hujus amoris quam maximi Exodi trigesimo tertio: Loquebatur Dominus facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad amicum suum. Hinc de Joanne cantat Ecclesia: Hic est Discipulus ille, qui privilegio amoris præcipui cæteris altius a Domino meruit honorari (c). Et nonne ipse est, qui Christo multum familiaris fuit; qui cœnantibus aliis ipse in Domini sinu recubuit? (d) Ubi in tantum de Divina Sapientia bibit, quantum postea abunde cunctis effudit, totamque Ecclesiam irrigavit. Quare ratio manifesta convincit, quod amantissimus Christi fuit. Sed heu! quia homines nostri temporis familiariores sunt carni, & mundo, quam Christo. Unde tales non sunt amici Dei, sed proditores Christi; & cuilibet tali potest illud dici, quod Dominus dixit Judæ: Amice ad quid venisti?

Exo. 33. 11.

In Festo S. Jo. Respon. 3. Lect. 3. pri. Nocti.

Matth. 26. 50.

Secundum veræ amicitiæ signum communicatio secretorum.

6. Secundum amicitiæ signum est, si communicent sibi secreta, ut unius anima alterius omnium sit conscia; (e) cujus ratio patere sic potest. Constat enim, quod intra membra corporum cor est principalissimum membrum (f) vitam influens universis, & motum (g). In corde ergo tanquam in principalissima sede anima residet, & per illud maxime suas in corpore peragit actiones. (h) Quare qui cor suum alteri donat (quod profecto amando fieri constat) quicquid potest, & quicquid est, illi donat. Sed qui omnia sua secreta alteri manifestat, illi totum cor suum donat; quia illum sicut cor suum amat: quare revelatio secretorum est veræ amicitiæ certum signum. (i) Unde Dominus in Joanne sic ait: Jam non dicam vos servos; quia servus nescit quid faciat Dominus ejus: Vos autem dixi ami-

In corde animæ sedes.

Joan. 15. 15.

(a) Vid. Panthealog. Rayner. de Pisis. De Amicit. c. 4. ex cit. Philosopho.

(b) 3. Dist. 32. Art. 1. Q. 6. in concl. *Si loquamur de dilectione in signo exteriori, magis diligebat Christus Joannem; quia majorem familiaritatem ei exhibebat.* Item Comm. in cap. 21. Evang. S. Jo. num. 1383. *Quantum ad majorem familiaritatis exhibitionem, quia plura ostendebat signa dilectionis, sic magis diligebat Joannem.*

(c) Ibi in 3. ad opp. *Item hoc videtur per illud verbum Ecclesiæ quod trahitur de verbis Bede. Canat enim Ecclesia: Hic est Joannes, qui privilegio amoris præcipui cæteris altius a Domino meruit honorari.*

(d) Ibi in concl. *Quia super pectus ejus in cœna recubuit.*

(e) Sic Serm. 1. de S. Barthol. Apost. ut mox patebit.

(f) Serm. 2. de S. Laurent. ac alibi. Vid. supra Serm. 11. de S. Franc. num. 9.

(g) 3. Dist. 13. Art. 2. Q. 3. ad 1. & alibi.

(h) Confer supra Serm. 11. n. 9.

(i) Simili plane modo sic argumentatur cit. Serm. 1. de S. Barthol. *Qui alteri dat amorem suum, dat illi per consequens & cor suum: sed cor hominis est cellarium continens omne secretum: Ergo, cum amicus det amico cor suum, nihil ex omnibus tenet illi celatum: Ergo ubi est amicitia, sive ma-*

tua

Digitized by Google

amicos; quia omnia quæcumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. Si ergo revelatio secretorum est amicitiæ signum, videtur quod illum probet magis esse amicum, cui fuerit amplius revelatum. Ergo si plura, & majora fuere revelata Joanni, quam alicui alteri, sicut patet in suo Evangelio, & in Apocalypsi; videtur etiam quod fuerit insignitus privilegio amoris præcipui. Hic est enim ille Discipulus, qui ad omnia Christi secreta fuit admissus, & a nullo exclusus; sicut patet in puellæ suscitatione, in sua transfiguratione, & in ultima sua cœna, quando recumbens in sinu Jesu, dicit ei: Domine quis est? Nunquid non ipse est, a quo Princeps Apostolorum Petrus, tanquam a Secretario Salvatoris, in cœna de proditore Domini requisivit? (a) Ex quibus omnibus ratio ultima concludit, quod amicissimus Domini fuit. Sed hodie abundant falsi Prophetæ, falsa hominibus prophetantes; quia etsi contingat quosdam aliquando dicere vera, hæc non revelatione, sed vel illusione diabolica, vel in somnis visione phantastica, vel a casu potius effutiunt.

Omnium maximæ revelationes Joanni factæ in Evangelio, & in Apocalypsi.

Luc. 8. 51. Matth. 17. 1. & seq. Jo. 13. 23. & seqq.

7. Tertium signum amicitiæ veræ est, si amicitia sit in velle, & nolle non dissona (b). Verumtamen est, ut Tullius dicit, in rebus honestis (c); quia idem velle, & idem nolle, esse non debet amicis in malis. Unde narrat Valerius (d), duos aliquando fuisse amicos, quorum unus alium ad malum trahere nitebatur: cumque alius non præberet assensum, ille dixit ad eum: Ad quid amicum te habeo, si non vis ea, quæ volo? Cui prudenter alter respondit dicens: Immo cur tecum teneo amicitiam, si tecum oportet me agere turpia? (e) Ergo in amicitia vera debet esse voluntas una, sed tantum ad bona. Unde in Actibus de Discipulis dicitur, quod illorum erat cor unum, & anima una. Ex constat, quod in anima una debet esse voluntas ad bona, ut nunquam velit bonis contraria. Quare narrat in Confess. Augustinus, quod quemdam habebat amicum, quem in tantum amabat, quod in duobus corporibus unam animam secum habere credebat; illoque mortuo, ipse mori timebat, ne totus moreretur amicus, qui in se vivere existimabat. (f) Ergo Dei amicus ille esse admittitur, qui Divinam voluntatem

Tertium veræ amicitiæ signum. consensus in eodem velle & nolle.

Cicero in Lelio de amicitia, & officio.

Valerius.

Act. 4. 32.

Augustinus Confess. L. 4. c. 6. n. 11.

tua donatio cordium, ibi est communicatio omnium secretorum.

(a) Confer Comment. in Evang. Joan. loc. cit.

(b) In 4. Dist. 45. Art. 3. Q. 2. in concl. *Amicitia est idem velle, & nolle.* Et Centiloq. Tert. Par. Sect. 44. *Amicitiæ primum officium est, idem velle, & idem nolle.* Item Serm. 1. de S. Barthol. &c.

(c) Ipsemet S. Bonav. 1. Dist. 48. Art. 2. Q. 2. ad opp. 2. nec non ibi Art. 2. q. 2. ad opp. 3. ubi ait: *Tullius diffiniens amicitiam dicit, quod amicitia est idem velle, & idem nolle in rebus honestis;* ubi etiam allegatur in marg. *Salust. in Catilin.* Id ipsum repetit cit. Serm. 1. de S. Barthol. Apost. ac Serm. 10. de SS. Apost. ubi quoque citatur in marg. *S. August. contra Academicos Lib. 3. longe post initium To. 1. & in Epist. 154. de vera amicitia To. 2., & To. 4. Libro unico de Amicitia in principio, & alibi.* Sed *Liber unicus de Amicitia* nunc in Edit. Maur. in Appendicem To. 6. rejectus est, cujus sinceri & integri, ac in Dialogi forma conscripti Aelredus Rhievallensis in Anglia Abbas est auctor.

(d) Prud. Serm. 1. de S. Barthol. absque citatione ita narrans pariter dicitur *Valerius*. Citatur inibi quidem in marg. *Valerius Maximus* Lib. 4. c. 7. & L. 7. c. 2. quoad alia de amicitia, & amicis; sed in illis locis apud Valer. Max. quod tam in hoc, quam in d. Serm. 1. de S. Barthol. *narrat Valerius* minime inveni. Nunquid Codex Valerii Maximi, quem vidit S. Bonav. narrationem hanc continebat? Aut laudatus *Valerius* fuit *Valerius Astoricensis Archipresbyter* in *Multis Vitis Patrum Orientalium* longe diversis ab editis, ab se in unum Volumen collectis circa an. 902. quod Gothica litteris scriptum in Toletanæ Ecclesiæ Bibliotheca extare, refert ex oculato teste Rosweidus in fine Prolegomeni IV. ad Vitas Patrum, & ex Rosweido Aubertus Miræus in *Auctario? Sive Valerius Episcopus* unus ex Auctoribus, ex quibus suos Flores sententiasque excerpsit, Thomas Hibernicus ab ipso laudatus verbo *Injuria in quodam Sermone?* Et hic nunquid *Valerianus Episcopus Cemeliensis* auctor Homiliar. XX. qui floruit sub annum Christi 450., de quo laudatus Miræus in eodem Auctario? Heic enim qui ita narrat, *Valerius* dicitur sine addito *Maximus*, ubi infra n. 12. additur *Maximus*. Ita mihi certiora non habenti fas fuerit suspicari, ut a doctioribus verus *Valerius* supra indicatus quæratur.

(e) Tullius cit. de amicit. *Nulla est excusatio peccati, si amici causa peccaveris; nam cum conciliatrix amicitia virtutis opinio fuerit, difficile est virtutem manere, si a virtute defeceris.* Item ibi: *Hæc lex in amicitia sanciatur, ut neque rogemus res turpes, neque rogati faciamus.* Et in suprad. L. unico de amicit. inter S. August. Suppositit. cap. 25. *Hæc est lex in amicitia, ut ab amicis honesta petamus, & pro eis honesta faciamus.*

(f) Verba Augustini ibidem sunt „ Bene „ quidam dixit (*ex Horatio Lib. 1. Carm. Ode „ 3. de Virgilio navigante, & Lib. 2. Ode 17.*

„ *de*

Digitized by Google

tem in omnibus sequitur, & Divina servat ad unguem imperia. Unde ait Dominus in Joanne: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis. Atqui iste Apostolus sic Christi mandata in omnibus observavit, quod a nullo recesserit; ergo amicissimus ejus fuit. Nunquid non ipse fuit, qui ad Christi imperium patrem reliquit, & omnia contempsit? Qui in dolium serventis olei missus fuit? Quem Domitianus in Patmos insulam relegavit? Nec tamen dividi a Divinis imperiis potuit. Sed quis hodie cum Apostolo Divinorum servator est præceptorum? (a)

Jo. 15. 14.

Quartum veræ amicitiæ signum commendatio magni thesauri.

8. Quartum signum est veræ amicitiæ, si sit magni thesauri commendatione probata. Nemo enim committit thesaurum, quem habet carissimum, nisi ei, quem credit esse amicum; sicut Regum omnium probant exempla. Quis putas, inquit Dominus, est fidelis servus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam? Euge, subdit Dominus, serve bone, & fidelis; quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam. Ergo amico tantum fideli committuntur regales thesauri. At Christus, qui corda omnium sciebat, nec in cognoscendo errare poterat, thesaurum maximum, quem præcipuum habuit, scilicet Virginem, quæ ipsum concepit, peperit, portavit, & lactavit, Joanni in morte commendavit. (b) Quare? Quia fidelissimum esse cognovit Dominus Jesus in Joanne: Cum vidisset Jesus Matrem, & Discipulum stantem, quem diligebat, dicit Matri suæ: Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit Discipulo: Ecce Mater tua. O summa amoris immensitas prædulcissimæ Prolis ad Matrem! (c) Quæ inter contumelias tam acerbas, tam indignas injurias, & tam amara tormenta, omnium tormentorum durissima, Matris benignissimæ non potuit oblivisci; sed eam amantissimo suo Discipulo commendavit. Et quid mirum, si sic eam Filius benignissimus amabat? Nam ipsa in genere hominum post Filium suum erat individuum nobilissimum, sicut supra (d), & in Libro nostro de pœnitentia (e) est probatum.

Matth. 24. 45.

Idem. 25. 21.

Jo. 19. 26. ad 27.

9. Nonne ipsa Virgo Davidica super omnem rationalem tantis gratiis adornata, immo refulsisse creditur gratia, ut non potuerit plus pura creatura recipere, juxta Anselmi, & Bernardi sententiam? Nam Anselmus dicit, quod major puritas, quam fuerit in Maria, sub Deo non potest intelligi. (f) Et constat, quod major intelligi posset, si in genere creaturæ summa gratia non fuisset. Bernardus vero inquit, quod Maria totam Divinæ Sapientiæ penetravit abyssum, ut quantum possibile fuit sine personali unione, toti illi Sapientiæ videatur immersa (g). Ergo sine personali unione non fuit possibile eam gratiæ plus habere. Nec est hoc refellendum; quia etsi Dominus potentiæ infinitæ potest semper plus dare, creatura tamen non semper est parata plus recipere, cum in crescendo habeat certum finem. (h) Sicut enim omnia mensuram certam habent in natura, velut arbusta omnia probant, & animalia; sic suum vident rationalia finem. Quoniam si non sic esset, semper vacuum remaneret, quod repleri posset; quia nihil omnino esset in mundo perfectum, & sic semper remaneret vacuum ad implendum. Unde sicut Aristoteles dicit, quod omnium natura constantium terminus est, & ratio magnitudinis, & augmenti; (i) sic habet & Sanctus; quia, ut inquit Apostolus, unicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Ergo Virgo Maria, cum esset

Anselmus de Concept. Virg. & pecca. orig. c. 18.

Bernardus Ser. Dom. infra Oct. Assumpt. n. 3.

Aristoteles l. 6. Physic. tex. 91.

Eph. 4. 7.

„ de Mecænate) de amico suo: Dimidium animæ meæ. Nam ego sensi animam meam, „ & animam illius unam fuisse animam in „ duobus corporibus; & ideo mihi horrori erat „ vita, quia nolebam dimidius vivere (*hoc* „ *ineptiæ arguit ipse Aug. & expunctum vellet* „ *Retract. Lib. 2. cap. 6.*) & ideo forte mori „ metuebam, ne totus ille moreretur, quem „ multum amaveram. "

(a) *Quis non Diabolo, vel Mundo, plusquam Christo, obedit?* Serm. 1. de S. Barthol. Apost.

(b) In Prol. Comment. in Jo. Evang. p. 2.

(c) *Verbum dulce, & suave, verbum mirabile, magnum continens piæ caritatis affectum!* exclamat etiam ad præfata verba supra in Vite Mystica cap. 10. num. 36. Vid. quoque in Ligno Vitæ Tit. *Jesus felle, & aceto potatus*, in fine.

(d) Supra Serm. 4. de B. V. M. sub num. 2. & Serm. 14. qui est secundus de eiusd. Assumpt. num. 3.

(e) Vid. Prodr. col. 387. 403. 441. ac 715.

(f) Supra Serm. 10. num. 4.

(g) Confer cum d. Serm. ibi.

(h) 1. Dist. 44. Art. 1. Q. 1. ad 3.

(i) Supra Serm. 14. sub num. 3.

Digitized by Google

terra humillima, fuit omnibus ſolaribus radiis penetrata, & in ſummo omnium conſtituta poſt Filium. (a) Quia igitur tanta erat, Chriſtus, qui omne donum eo modo, quo decebat, amabat; eam præ creaturis ceteris diligebat, illique ſpecialiſſimus theſaurus erat. Quare & Joannes, cui eam tanquam Filio commendavit, ſpecialiſſimus illi fuit. De hac ergo commendatione S. Joanni facta Bernardus ſic ait: Petro commendavit Chriſtus Eccleſiam, ſed Joanni Mariam. (b) Illi nanque commiſſa atria, & veſtibulum, & altaria ſanguinis; iſti altare incenſi, & ſancta Sanctorum. Sed quis hodie ſic, ſi ei committatur gratia, vel ſcientia, qui eam bene conſervet, & non potius corrumpat, & diſſipet; immo quidem qui ipſum Dominum ab hoſpitio ſuo non fuget? Unde ipſe dicit in Pſ. Ecce elongavi fugiens, & manſi in ſolitudine. In ſolitudine, inquit; quia vix eſt aliquis, qui eum in hoſpitio cordis ſui recipere velit.

Bernardus ſive potius Guerricus Abbas Ser. 4. in Aſſumpt. B. M. V. n. 3. inter Bernar. Suppoſit.

Pſ. 54. 8.

10. Quintum veræ amicitiæ ſignum eſt, ſi in adverſis fuerit fidelis inventa. (c) Quidam enim ſunt amici potius fortunæ, quam perſonæ. Unde in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt: Eſt amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis. (d) Immo tales, ut plurimum convertuntur ad inimicitiam, proſpera diſcedente fortuna. Exemplum ſit de Dario Rege Perſarum, qui poſtquam ab eo proſpera fortuna receſſit, & adverſa invaſit, occiſus eſt a conſanguineis & amicis (e). Unde Boetius ait: Quem fortuna fecit amicum, infortunium faciet inimicum. (f) Et Iſidorus: Non ſunt fideles in amicitia, quos munus, non gratia copulat: hi cito deſerunt, niſi ſemper acceperint. Dilectio enim, quæ munere glutinatur, eo diſſoluto diſſolvitur. (g) Sicut eſt de lapidibus, qui calce conjunguntur, & calcis remotione ab invicem disjunguntur. Bene igitur dictum eſt a Poeta:

Quintum veræ amicitiæ ſignum fidelitas in adverſis. Quidam fortunæ potius amici, quam perſonæ. *Eccli 6. 10.*

Exemplum Darii Regis Perſarum.

Boetius de conſol. Philoſoph. L. 3. Proſa 5.

Iſidorus de ſumm. bo. l. 3. c. 30.

Tempore felici multi numerantur amici,
Quod ſi defuerit, nullus amicus erit.

Ergo verus amicus eſt, qui in tribulatione amico non deeſt; quia tunc amicus alter maxime illo eget. Inquit enim Poeta:

Vera fides miſerum non dedignatur amicum:
Verus amor neſcit multa & amœna ſequi.

Unde in Eccleſiaſtico: Si poſſides amicum, in tentatione poſſide illum, & non (h) facile credas ei, id eſt, non facile eum credas amicum, niſi in tribulatione probaveris eum. Ergo infallibili argumento concluditur, quod vera amicitia in adverſitatibus probatur. At beatus Joannes Chriſto in cruce non defuit, & Chriſtus Joannem inter adverſa minime deſeruit; quia cum illo in inſula Patmos fuit; eum a potato veneno, & a dolio ferventis olei liberavit; & illum, qui eum relegaverat, eo ipſo anno occidi permiſit; ac Apoſtolum cum magna gloria reduxit in Epheſum (i); ſigno manifeſto, quod vera amicitia jungebantur. Sed nonnulli ſancto Apoſtolo diſſimiles, modica

Eccli 6. 7.

(a) Vid. de hoc latius eundem D. Bona. in 1. Diſt. 44. Dub. 3. in Reſp.

(b) Sic quoad ſenſum, verba loc. cit. habes, quæ heic minime vacat exſcribere. Conſule ſis ipſummet D. Bonav. in 3. Diſt. 32. Art. 1. Q. 6. in concl. nec non 4. Diſt. 30. Dub. 4.

(c) Valer. Max. Lib. 4. de amicit. cap. 7. ab init. *ſincera fidei amici præcipue in adverſis rebus cognoſcuntur.* Et ipſemet D. Bonav. Serm. 1. de S. Barthol. Apoſt. *Certiſſimum ſignum, quo probatur, amicitiam eſſe veram, eſt, ſi unus pro alio mala pati non refugiat; ſed unus pro alio ſe ad patiendum offerat &c.*

(d) Serm. 10. de SS. Apoſt. *Non ſunt amici, ſed ſocii menſæ, qui ſunt amici fortunæ potius, quam perſonæ. Et ideo deficiente fortuna, & proſperis in adverſa mutatis, ceſſat amicitia: ſi tamen amicitia, & non fraudulentia potius dicenda eſt.* Et ſupra: *Non eſt credendus amicus, qui beneficiis ceſſantibus, amicitia divideretur: eo quod tales omnes amici fortunæ ſunt non perſonæ &c.*

(e) Hinc a Valer. Max. Lib. 4. de Amicit. cap. 7. dicitur *Rex Alexander Darii caſtris, in quibus omnes neceſſarii ejus erant, potitus.*

(f) In utroque cit. Serm.

(g) In Phar. Lib. 4. cap. 15.

(h) Vulg. *& ne;* ſed *& non* etiam cit. Serm. 1. de S. Barth. Apoſt.

(i) In Feſto ejuſd. S. Joan. in Noct. 3. Lect. 2. antiqui Breviar. Grieſen. *Domitianus eodem anno quo juſſit ſanctum Johannem exulare, a Senatu Romano interfectus eſt. Hinc factum eſt, ut ſanctus Johannes, qui voluntate Domitiani cum injuria fuerat deportatus, cum honore ad Epheſum remearet.* Vid. Comm. in Prol. Gilberti ſuper Apocal. num. 20.

Digitized by Google

ca tribulatione pulsati, a Christo recedunt; ad tempus autem credunt, & serviunt, sed tandem modica tentatione diffugiunt.

Sextum vera amicitiæ signum, ut sit sempiterna.

11. Sextum vero signum est in vera amicitia, si fuerit pariter sempiternali patrocinio custodita. (a) Nam sunt nonnulli, qui sæpe magna pro amicis faciunt, in multis periculis illis assistunt; sed usque ad finem amicitiam non deducunt: verum ante finem belli diffugiunt, & aliquando, quod gravius est, ad partem contrariam se convertunt, ut impugnent, quos juvare deberent. Sed non est talis natus amicus, de quo

Eccli 6. 1. in Ecclesiastico sic habetur: Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. (b) Talis vero fuit amicitia Magistri ad Discipulum, & Discipuli ad Magistrum: qui adeo eum intime amavit, quod ipsum non solum ab omni malo gravis culpæ (c) servavit; sed etiam temporalia pati sustinere non potuit. Quoniam nec eum dolores mortis, (d) ut ab aliquibus dicitur, sentire permisit. (e) O mira & stupenda dilectio, & verum perfectæ amicitiæ argumentum! Quando Dominus, qui sibi a mortis angustia non pepercit, & omnes filios suos tantis malis exposuit, Joannem sentire dolorem mortis (f) pati non potuit. Unde ejus narrat Historia (g), quod cum jam fere centum esset annorum (h), Dominus illi cum Fratribus suis apparuit, & ad eum sic ait: Veni dilecte mi, quia tempus est, ut cum Fratribus tuis epuleris in regno meo. Cumque ille post vocantem se ire cœpisset, Dominus ad eum sic loquitur: Dominica die resurrectionis meæ venies ad me. Itaque adveniente Dominica, Missam populo decantavit, & prædicavit, & foveam sibi paratam cernentibus cunctis sanus & lætus intravit, & manibus ad cœlum levatis sic ait: Odor tuus, Domine, concupiscentias excitavit æternas. Scis enim, mi Domine, quia desiderabam videre te. Nunc autem invitatus a te, gratias ago tibi. (i) Itaque oratione completa, de cœlo nimius splendor venit, ipsoque circumdatus, cum ipso lumine ad cœlos ascendit. Et quia in ejus fovea post illius ascensum est solum manna inventum, quod in corpore & anima sit assumptus, reliquid posteris argumentum. (k) Ad quit enim dicitur, amantissimi Discipuli sui corpus, omni veneratione di-

Historia S. Jo. Apost. & Evan.

gnis-

(a) Tull. de amicit. *vera amicitia sempiternæ sunt.*

(b) Serm. 10. de SS. Apost.

(c) *Gravis culpæ* etiam in genere venialium, maxime post illapsum Spiritus sancti.

(d) Hæc supponunt mortuum; sed absque dolore.

(e) Hoc tamen *habet dubitationem*, in Prol. Comment. in Joan. Evang. num. 12.

(f) Supple *secundum illos*, quorum opinionem paulo ante indicavit.

(g) Refert hujusmodi *Historiam* eo fere modo, quo aliam innuit de *Trojano* inquiens 4. Dist. 20. Par. 1. Dub. 3. *Si alicui unquam post mortem dedit gratiam, intelligendum est, quod ille non erat damnatus, sicut legitur de Trajano.* Item Exposit. in cap. 2. Sap. *Aliqui tamen leguntur reversi previlegio gratiæ, ut Trajanus, quam Gregorius &c.* Eamque Historiam præsertim referre potuit pro concione, quæ severius criterium, sicut Opera cetera, non requirit. Vid. Prodr. col. 113. ac seq.

(h) Tirin. in fine Chron. sac. sic ait „ Decembris 27. Fer. 5. defunctus est Joannes „ Apostolus anno vitæ suæ 99., a morte Christi 68., ut habet antiqua traditio, & docent Irenæus, Eusebius, Epiphanius, Hieronymus, Isidorus, Beda, Ado, Usuardus, „ Honorius Augustodunensis, Nicephorus, „ Conradus Abbas Urspergensis, Abbas Stadensis, Chronicon Norimbergense, S. Bonaventura, & alii: quorum aliqui expresse „ dicunt, illum 31. annorum fuisse, cum Christo sub cruce adstaret. "

(i) Verba hæc S. Joan. Evang. referuntur quoque infra in Serm. de Corpore Christi num. 18. Et ita fere habet Legenda Jacobi de Varagine Archiep. Januen. in Decembri cap. 15. de S. Joan. Apost. & Evang. prope finem.

(k) Ne hactenus relata heic temere allegasse videatur, audiendus antiquus Auctor Sermonis de Assumpt. B. M. V. alibi sub nomine S. Hieronymi a D. Bonav. laudatus, qui post memoratam B. M. V. velut *jam resuscitatam, & beata cum Christo immortalitate in cœlestibus vestiam*, continuo subdit cap. 2. *Quod & de Beato Joanne Evangelista ejus ministro, cui virgini a Christo Virgo commissa est, plurimi asseverant: quia in sepulcro ejus (ut fertur) non nisi manna invenitur, quod & scaturire cernitur.* Item B. Petrus Damianus Serm. 64. de S. Joann. Apost. & Evang. sic disertissime „ Jam vero illa beatæ „ migrationis ejus novitas mirabilis quem non „ moveat? Quis felicissimæ consummationis „ gloriam non obstupescat? Quia enim mirabiliter vixit, mirabiliter obiit: & quia non „ communem cum hominibus vitam duxit, „ non communi hominum morte transivit. „ Nam ut Historiæ (*in Historia supra commemorata*) continent, quadratam in Ecclesia „ fieri foveam jussit, moxque in eam descendens, extensis manibus, post prolixa fusæ „ ora-

Digitized by Google

gnissimum, Dominus abscondisset, ut in veneratione cum aliis Sanctorum corporibus haberi non posset? Sed amoris immensitas, ut videtur, non permisit, ut qui nullam senserat corruptionem carnis, ullam sentiret in morte. (a) Dum ergo lege privata eum immortalitatis stola vestivit, quantum eum dilexerit, indicavit.

Septimum vera amicitiæ signum, ut sit continua.

12. Septimo probatur vera esse amicitia, si ita sit tempore sempiterna, ut semper sit continuata, & nullo temporis spatio interrupta. Nam sunt nonnulli, qui bene usque ad mortem amicos diligunt; sed post mortem oblivioni tradunt, & eos juvare desistunt: sicque quod veri amici non fuerint, argumentum potius relinquunt. Constat enim, quod in Proverbiis scriptum est: Omni tempore diligit, qui amicus est, & semper in adversitatibus (b) comprobatur. Qui post mortem non diligit, non vere in vita dilexit. Cujus ratio est, quia amicitia vera nulla diuturnitate temporis antiquatur. (c) Nulla etiam absentia dilectio corrumpitur; sed ferventior tunc esse probatur, & a nullo interveniente periculo, nec ipsa morte dividitur. Unde dicit Valerius Maximus, quod bonum amicitiæ non est facile assumendum, sed semel assumptum non est in perpetuum deponendum. (d) Et Poeta cecinit:

Prov. 17. 17.

Valerius Max. L. 4. de amicit. c. 7. ab init.

Nulla remota via solidum partitur amorem,
Et quod partitur integritate caret.

At Dominus non solum in vita Discipulum hunc amavit; sed post mortem majorem honorem ostendit, quando eum maxime honoravit, stola glorioſa vestivit, & eum Mundo celebrem dedit. Ipse ergo sanctus Apostolus, Discipulus quem amabat Jesus, sanctissimæ Virgini Filius commendatus, pro nobis apud Christum & Matrem dignetur orare, ut meritis sanctis ejus, & precibus, & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro obtinere possimus donante Christo, qui cum Patre, & Spiritu Sancto, vivit & regnat &c.
Amen.

SE-

„ orationis verba migravit. Mox autem tanta „ super eum lux cœlitus est emissa, ut nullus „ eam ferret affectus. Postmodum vero inven„ ta est fovea, nihil aliud in se continens, „ nisi manna, quod videlicet, sicut dicitur, „ usque hodie scaturire non desinit.“ Verbo talia in hoc Sermone a D. Bonav. referuntur, non tanquam certa; sed tanquam non omnino improbabilia, sicut e contrario Comment. in cap. 21. Evang. S. Joan. num. 1385. illam tantum opinionem censuit *improbabilem*, *quod non est mortuus; sed morietur in adventu Domini*. Et quod *vere B. Joannes obierit; ac proculdubio mortis jura persolverit*, probat laud. Petrus Dimianus per illa verba Jo. 21. 23. *Et non dixit ei Jesus non moritur &c.* Porro tum hactenus relata, tum mox referenda, supponunt ipsius obitum; sed sine dolore, & corruptione.

(a) Heic quoque ejus mors supponitur, licet absque corruptione. Unde sequitur ibi B. Petrus Damianus sic „ Etsi non audeamus pleнius definire, pium tamen est arbitrari, ut „ sicut de beata Dei Genitrice creditur, ita „ etiam B. Joannes jam resurrexisse probabiliter asserator; quatenus sicut in virginea sue„ runt integritate participes, ita nihilominus „ & in anticipata resurrectione merito videan„ tur æquales: nec sit in resurrectione diversi„ tas, quibus tanta fuerat unanimitas conver„ sationis in vita. Si enim beatissimi virgines „ isti, Joannes videlicet & Maria, nullatenus „ surrexissent, cur in eorum tumulis sepulta „ cadavera non jacerent; cum scilicet BB. Pe„ tri & Pauli ceterorumque Apostolorum, & „ Martyrum corpora suis quæque noscantur „ mausoleis tumulata?“ In confirmationem prædicorum videri potest Petrus de Natalibus Episcopus Equilinus in Catal. Sanctor. Lib. 2. de Sanct. in Men. Decembr. occurrent. cap. 7.

(b) Sic Serm. 10. de SS. Apost. Vulg. pro *semper in adversitatibus* habet *frater in angustiis*.

(c) Inter S. Bernardi Supposititia Lib. ad Sororem §. 13. num. 39. *Vera amicitia nulla occasione excluditur, nullo tempore deletur: sed ubique se verterit tempus, illa firma est.*

(d) Verba Valerii Max. ibi sic sonant: *Cum deserta sit futura vita hominis, nullius amicitiæ cincta præsidio, tam necessarium subsidium temere assumi non debet: recte autem apprehensum spernі non convenit.*

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
SERMONES XXXII.
DE EUCHARISTIA.

ADMONITIO.

HI Sermones XXXII. *ſub nomine* S. Bonaventuræ *nunc primum prodeunt ad fidem* MSS. Cod. membr. in 8. Lit. z. n. 298. *manu recentiori*, *antiquiori autem* n. 26. *ſpectantis ad Bibliothecam ſive Tabularium* Monaſterii Lunælacenſis in Auſtria O. S. B. *Quos potius aſſerendos* S. Bonaventuræ, *quam aut* S. Thomæ, *aut* Alberto Magno, *ſatis oſtendiſſe puto in* Prodromo L. 8. Part. 1. Cap. S. §. 3. *magiſque ac magis in ſubjiciendis notis evincere nitar, in quibus longe plura ad faciendam fidem ſatis idonea apparebunt, quæ inibi inobſervata reliqui, quæve eis, quos hortatores habui ad hujuſmodi* Sermones *ita publicandos, non diſplicitura confido. Profecto ſi præter in eodem* Prodromo *adducta, alia multa non acceſſiſſent veritatis indicia, huic locum dare præfatis* Sermonibus de Euchariſtia *minime auſus fuiſſem. Dedi autem, quia ex una parte certo didici non eſſe* S. Thomæ; *ex alia non ſatis conſtare, quod ſint* Alberti Magni. *Nam* Raynerius Piſanus O. P. Panthealog. cap. XLI. Verbo Euchariſtia *memorat quidem* Tractatum Alberti de Euchariſtia, *ſed non exprimit, aut in Capitibus* 32. *aut in* 32. *Sermonibus conſiſtere, atque ab his eſſe poteſt diverſus, cum in his non repererim duo fragmenta ex d.* Tractatu Alberti *ibi allegata. Et quamvis* Theophilus Raynaudus in Erotematis *loquens de Opuſculo, quod adſcriptum eſt* S. Thomæ, *inſcriptumque* De Venerabili Sacramento Altaris in Capita 32. diſtributum, *dixerit:* Sunt qui tribuant Alberto Magno auctoritate Trithemii memorantis hoc ejus initium: De Sacramento Corporis Domini &c. Qui Prologus habetur in Alberti Sermonibus de Euchariſtia, in quos illud Opuſculum ſectum eſt in Libro antiquo Collegii Lugdunenſis; *hæc tamen teſtanti* Raynaudo, *repoſuit* Philippus Labbeus Diſſert. Hiſtor. Oper. S. Thom. L. de Scriptor. Eccl. Bellarm. *quod eidem* ſane ſubſcribere nequit. *Unde non mirum ſi nequidem ego ſubſcribam. Subſcribendum potius cenſuerim* Cl. Jacobo Echardo Tom. 1. Scriptor. O. P. pag. 178. *ubi refert pro* Alberto Magno MSS. Codices & Veteres Editiones. At *præter non pauca in notis dicenda pro* S. Bonaventura, *obſtat nedum* Caſimirus Oudinus; *ſed & ipſe* V. Cl. Bernardus Maria de Rubeis *Admonit. prav.* de Opuſculis Aquinati ſuppoſitis de Venerabili Sacramento cap. 5. *Quinimo obſtare videtur ipſum principium Opuſculi apud* laud. Echardum, *quod paulo aliter ſonat, ac noſtrum. Noſtrum enim incipit*: De Sacroſancto Corporis Domini locuturi Sacramento, proponimus &c.; *illud vero*: Quia de Sacramento Altaris.

Item

Digitized by Google

Item noſtrum nullam habet in fine Auctoris Orationem ſicut eſt in illo (*ſecundum* Pariſien. in Victor. Cod. 42. fol. med. papyr.) Oratio ejuſdem Auctoris & Epiſcopi de Corpore Domini: Omnipotens &c. *Ex noſtro haud elici poteſt* (*ſicut teſte* Bernardo Guidonis, *patet ex illo*) *nec auctorem edidiſſe* circa finem dierum ſuorum Librum de Sacramento Altaris; *neque peculiari quodam modo demonſtraſſe* fervorem devotionis ad Dominicæ Incarnationis ſacratiſſimum myſterium. *Noſtrum quippe nequidem verbum habet indicans Opuſculum ad finem vitæ editum, palamque facit potius* fervorem devotionis *ad Euchariſtiæ, quam* ad Dominicæ Incarnationis ſacratiſſimum myſterium. *Præterea cum* Sermones de Euchariſtia, *de quibus nunc ſermo eſt talem ac tantam contineant* ſcientiam Divinarum Scripturarum, *ut eorum auctor quaſi memoria eas tenuiſſe videatur* (*quod ipſum præcipue* D. Bonaventuræ *laudi datur*) *cumque de hoc Opuſculo faſſus fuerit vel ipſe* Barbavara (*quamlibet parum æquus ejuſdem cenſor*) *quod* copiam atque eruditionem Aquinate non indignam præfert; *hinc non ita facile perſuaderi poterit illum eſſe ipſum* Librum, quem circa finem dierum ſuorum de Sacramento Altaris edidit Albertus. *Quippe idemmet* Albertus *homo LXXXIV. annos natus, vigiliis, jejuniis, ſtudiis continuis fractus, ac debilitatus memoria lapſum incurrit, ac ita repueraſcere cœpit, ut teſte* Valleoletano, *videretur* quaſi puer quinque annorum innocens & columbinus; *qui etiam, eodem teſtimonium perhibente, in Domino quievit* anno Domini MCCLXXX, conſummatis vitæ ſuæ annis circiter LXXXVII. *Vid.* Cl. Echard *loc. ſupra cit. pag. 369. ac ſeq. Ceterum iis, quorum intereſt, conciliandum relinquo* Bernardum Guidonis *aſſerentem, quod* Albertus circa finem dierum ſuorum librum de Sacramento Altaris edidit, *cum præfato* Valleoletano *referente, quod* ex tunc (*poſtquam ſcilicet memoria lapſum paſſus eſt, anno ætatis ſuæ LXXXIV. triennio circiter antequam ex hac vita migraret*) nunquam aliquid ſcripſit, aut legit. *At* S. Bonaventura *videtur hos* Sermones *non* circa finem dierum ſuorum; *ſed potius cum ſacratiſſimi Corporis Chriſti Feſtum cum Officio primo apud* Leodienſes *inſtitutum, poſtea fuit ad univerſalem Eccleſiam ab* Urbano IV. P M. *extenſum, juſſuque ipſius novum a* S. Thoma Aquinate *confectum Officium. Unde non diffiteor ejuſdem* S. Thomæ *eſſe Proſam:* Lauda Sion Salvatorem, *in Officio Miſſæ, potius quam* S. Bonaventuræ, *ut ut huic eam adſcripſerit* Cl. Lucas Waddingus *nimis recenti teſtimonio* Joannis Rioche Armonici Franciſcani *florentis an. 1676. &* Jeremiæ Buchii *itidem* Franciſcani *ejuſdem ætatis. Non tamen ita facile conceſſerim, Officium componendum de Corpore Chriſti, utrique ab* Urbano P. M. *fuiſſe propoſitum,* Thomæ ac Bonaventuræ; *ab utroque, quod uterque compoſuerat, oblatum; confectumque a* S. Thoma *prælatum a ſummo Pontifice. His omnibus æqua lance libratis ſpero fore, ut nemo dixerit hujuſmodi* Sermones de Euchariſtia *inter* Bonaventurianos *alios, temere a me recenſitos, maxime poſteaquam laudatus.* De Rubeis *palam declaravit* eorum auctorem ignorum. *Non abhorruiſſe autem* D. Bonaventuram *a barbaris quibuſdam vocibus, humilioribuſque comparationibus, quas ſuum ferebat ſæculum, ut omnibus omnia factus doctis indoctiſque faceret ſatis, atque ita omnium legentium (eorum etiam qui erant rudioris ingenii, craſſioriſque mentis) captui ſuum ſtilum atque doctrinam probe adaptaret; negaverit nullus, niſi qui ſatis non fuerit in ejus Operum lectione verſatus. Et ſicut in ſtilo ſe ſe accommodavit ſæculo, in quo claruit, ita quoque in Patrum teſtimoniis allegandis, ad inſtar* Gratiani, *cujus* Decretum *tunc probatiſſimum erat, ad normam etiam* Petri Lombardi Magiſtri Sententiarum, *cujus Libros locupletiſſimis Commentariis illuſtravit. Non ergo mirum, quod vel inter Patres laudaverit* Euſebium Emiſſenum, *ſive Emeſæ Epiſcopum in Syria,* ſive *Pœnicia* (Phœnicem *enim* Theodoretus *vocat* Euſebium) *de quo* loquuntur etiam *tum* S. Hieronymus in Chronico, & in Lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *tum* Honorius Auguſtodunenſis Libello primo de Luminaribus Eccleſiæ. *Quod autem* Homiliæ *ſub ejus nomine vulgatæ a* Guitmundo Averſano Epiſcopo *ſub finem Libri tertii* De corpore & ſanguine Domini in Euchariſtiæ Sacramento adverſus Berengarium *ſæculo undecimo, & poſt initium ſequentis ſæculi nedum ab* Algero primum Leodienſi Canonico, dein Monacho Cluniacenſi, *ſed & ſub ejuſdem medium a* Gratiano Diſtinctione ſecunda *allegatæ, ac etiam a* Petro Lombardo Pariſienſi Epiſcopo, *Auctoris ſint Latini, & ad* Syrum *ſive* Phœnicem Euſebium *nullatenus pertineant; artis criticæ erat alterius longe temporis ætati noſtræ vicinioris, quum ejuſdem artis criticæ melior uſus primum obtinuit. En ergo* Sermones XXXII. de Euchariſtia *ſecundum prædictum* Cod. Lunælac. *collatum cum* Vindobon. *ad quorum normam plura editorum ſpbalmata emendabuntur.*

S. BO-

Digitized by Google

PROLOGUS.

I.

DE sacrosancto Corporis Domini locuturi Sacramento (*a*), proponimus, donante Deo, procedere tali modo. Primo proponimus, quæ circa illud principaliter sunt notanda (*b*). Secundo singula illorum in tria dividenda. Tertio sic divisa quomodo subdividenda. (*c*) Primo itaque ponimus circa Sacramentum Corporis Domini septem principaliter esse notanda. Primo, causa institutionis. Secundo, forma donationis. Tertio, mirabilia Divinæ operationis. Quarto, qualitas nostræ præparationis. Quinto, modus manducationis. (*d*) Sexto, effectus suæ bonitatis. Septimo, consideratio sacri Sanguinis. Secundo dicimus singula horum in tria dividenda membra hoc modo. Primum principaliter circa Sacramentum hoc notandum, est causa institutionis. Et hæc est triplex, scilicet Memoria Salvatoris, Sacrificium Altaris, Cibus hominis. De causis principaliter notandis procedendum est simili forma, ut in arbore patet hic ante depicta. (*e*) Tertio singula membra sic divisa, sunt subdividenda, vel aliqua specie processus in hunc modum dilatanda. (*f*) Prima causa institutionis Dominici Corporis est Memoria Salvatoris. Circa hanc tria, vel quatuor possunt notari, vel considerari. Aut triplex ratio vel similitudo assignari; sicut de cæteris membris similiter fieri potest, ut infra ex parte patet in titulis sequentis Opusculi. (*g*) Quarto de membris sic divisis quædam ulterius aliquo modo protelantur, (*h*) quæ speciali Paragrapho dinumerantur (*i*).

2. Thema vero proponendum, vel generale potest sumi, vel speciale, vel proprium. Generale quod potest intelligi de hoc Sacramento in communi. Speciale in quo sit aliquid quod specialius congruat alicui membro speciali, ut causæ institutionis, vel formæ donationis vel alteri. Proprium vero in quo sit, quod magis consonet membris secundariis, ut memoriæ Salvatoris, Sacrificio Altaris, vel alicui de cæteris. De prædictis ita consideratis & sacræ Scripturæ testimonio roboratis, poterit largiente Domino aliqua Sermonum copia pullulare. De quibus nunc iste, nunc ille, vel certe pars de uno, pars de altero, pro loco vel tempore, valebit utilis esse ad animarum firmandam fidem, & informandam vitam, & devotionem (*k*) excitandam. (*l*)

3. Sermo primus de tribus causis institutionis Sacramenti Corporis Christi, quæ sunt memoria Salvatoris, Sacrificium Altaris, Cibus hominis.

Sermo secundus de prima causa institutionis per se, scilicet Memoria Sal-

---

(*a*) Opus Alberti magni *de Sacramento Altaris*, sive *Eucharistia*, laudatur quidem a Bernardo Guidonis, Pignone, ac Valleoletano apud Cl. Euehardum, sed, ut paulo ante in Admonit. notavi, cum initio: *Quia de Sacramento Altaris*.

(*b*) Vindobon. *monenda*.

(*c*) Divisiones & subdivisiones apud D. Bona. frequentissimæ.

(*d*) Similiter desinentia apud ipsummet perquam usitata.

(*e*) Deest in Codd. quod dolendum. Non enim insolens quod Opusculis quibusdam Bonaventurianis Arbor præmittatur. Ita apud D. Bona. in Speculo animæ extat Præfatio, in qua Arbor describitur. Ibi quidem Arbor mala, heic autem Arbor bona. Et ita quoque in Præfatione Ligni vitæ descriptio Arboris ita indicatur, ut & seorsim depicta exhibeatur. Vid. infra Ser. 21.

(*f*) De *divisione*, *distinctione*, *dilatatione*. supra in Arte concionandi num. 1.

(*g*) Hi XXXII. Sermones de Eucharistia *Opusculum* a D. Bona. vocantur, sicut ab eodem appellantur *Opusculum* Sermones X. de Laude Mellifluæ Nominis D. N. J. C. Itidem *Opusculum* dicit suos Sermones de Tempore, uti legere est Ser. 4. Dom. 13. post Pentec. ubi ait: *Ego servus Crucis præsens Sermonum Opusculum ad laudem nominis Christi, & sanctæ Crucis honorem compegi*.

(*h*) Vindobon. *propalantur*.

(*i*) Paulo infra num. 3.

(*k*) Vindobon. *devotam mentem*.

(*l*) In eo potissimum Bonaventura totus est, ut excitet devotionem, hinc jure meritoque per antonomasiam vocatus *Doctor devotus*.

Digitized by Google

Salvatoris, & Præparatione ad judicium ejus.

Sermo tertius de secunda causa institutionis, scilicet Sacrificio Altaris, circa quod tria notanda. Et primo dicitur de duobus, quæ sunt forma offerendi, & quæstio de legali sacrificio.

Sermo quartus de tertio circa Sacrificium notando, scilicet de Sacrificii nostri excellentia.

Sermo quintus de tertia causa institutionis, quæ est Cibus hominis, habemus tres rationes. Et primo de prima dicitur, quæ est Divinæ liberalitatis magnitudo.

Sermo sextus de duabus aliis rationibus, quibus datur Corpus Christi in cibum, quæ sunt humanæ naturæ corruptio, & ejusdem conditio.

Sermo septimus de forma donationis, qua causa datum velatur. Et hæc quatuor constat rationibus. Et primo de duabus, quæ sunt indignitas peccatorum, & fides bonorum.

Sermo octavus de duabus aliis rationibus, quibus datur Corpus Christi velatum, quæ sunt instructio morum, & imbecillitas omnium. (a)

Sermo nonus de forma donationis, qua datur sub specie panis propter tria.

Sermo decimus de forma donationis, qua datur sub specie panis triticei propter tria.

Sermo undecimus de tribus mirabilibus, quæ fiunt in consecratione. Et primo de duobus, quæ sunt, quod sub specie panis est Corpus Christi, & quod tota substantia panis mutatur in Corpus Christi.

Sermo duodecimus de tertio mirabili, quod fit in consecratione, scilicet quod substantia panis mutatur in Corpus Christi, ita quod (b) accidentia manent; & de duritia converti nolentium.

Sermo tertius decimus de tribus mirabilibus, quæ considerantur in Corporis Christi possessione, quæ sunt, quod tam magna res continetur sub propria specie panis; & quod unum & idem corpus est in pluribus locis; & quod tamen in se conjunctum manet.

Sermo quartus decimus de tribus mirabilibus in Corporis Christi perceptione, quæ sunt, quod cum manducatur, non minuitur, si non manducatur, quodammodo minuitur, & dum manducatur, augmentatur.

Sermo quintus decimus de qualitate nostræ præparationis ad Sacramentum considerandæ in tribus, & primo in duobus, scilicet in dignitate Corporis, & Hostia panis.

Sermo sextus decimus de præparatione nostra in tertio, scilicet Agno Paschali considerandæ, & manducatione spirituali.

Sermo decimus septimus de triplici modo manducandi. Et primo de Sacramentali tantum, contra tria genera malorum male communicantium. Primo de duobus, scilicet malevolis, & dolosis, & de conversione ad bonum.

Sermo decimus octavus de tertio genere indigne communicantium, scilicet de præsumptuosis.

Sermo decimus nonus de secundo modo manducandi, scilicet de spirituali tantum, quo tria bonorum genera triplici ratione manducant.

Sermo vigesimus de tertio modo manducandi (c) scilicet de Sacramentali & Spirituali simul. Circa quem tria considerantur, scilicet multitudo reproborum non communicantium, felicitas bonorum Christum digne (d) sumentium, & ratio remanducationis eorum.

Sermo vigesimus primus de duodecim effectibus, sive fructibus Corporis Christi contra nostros duodecim languores. Et primo de quatuor primis.

Sermo vigesimus secundus de quatuor fructibus secundis.

Sermo vigesimus tertius de quatuor fructibus tertiis.

Sermo vigesimus quartus de tribus effectibus principalibus, & quod quilibet valet ad tria.

Sermo vigesimus quintus de effectibus Corporis Christi sumptis ex tribus ejus vocabulis.

Sermo vigesimus sextus de effectibus ejus sumptis ex tribus aliis vocabulis.

Sermo vigesimus septimus de consideratione Sanguinis Christi tribus modis. Et primo de primo, ut in cruce funditur, & ab inæstimabili pretiositate commendatur, circa quod quatuor notanda, in quibus de duobus hic dicitur, quæ

(a) Vindobon. *animi*.
(b) *Ita quod* pro *ita ut* alibi quoque D. Bonaventura
(c) Vindobon. *manducationis*.
(d) Vindobon. *sanctissime*.

Digitized by Google

quæ sunt pretiositatis magnæ probatio, & tanti pretii dandi ratio.

Sermo vigesimus octavus de duobus aliis circa pretiositatem Sanguinis Christi notandis, quæ sunt virtutis ejus magnitudo, & redemptorum multitudo.

Sermo vigesimus nonus de consideratione Sanguinis Christi secundo modo, scilicet ut in Sacramento sumitur, circa quod tria quæruntur. Et de duobus hic dicitur, quæ sunt, quare Sacramentum datur sub specie duplici, & quare populus non accipit Sanguinem sub specie vini, sicut Sacerdos.

Sermo trigesimus de tertio quod circa Sanguinem Christi quæritur, quod est de utilitate Sanguinis Christi digne sumpti.

Sermo trigesimus primus de consideratione Sanguinis Christi tertio modo, scilicet ut a fidelibus spiritualiter sumitur & bibitur.

Sermo trigesimus secundus de triplici potu Sanguinis Christi. (a)

SERMO PRIMUS. (b)

De tribus causis hujus institutionis. Thema generale. (c)

Prov. 9. 5.

4. *Venite, comedite panem meum & bibite vinum, quod miscui vobis.* Prov. nono. His verbis Dominus (d) nos invitat ad salutare convivium, in quo præparavit pretiosum cibum, & potum, Prov. 25. 9. Corpus & Sanguinem suum. *Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reveles.* Prov. vigesimo quinto: Res secreta est Altaris sacramentum; quia sacrum secretum (e), cujus causa non infidelibus, (f) sed fidelibus est revelanda scilicet nobis. Nota (g). Causa institutionis est triplex, scilicet Memoria Salvatoris, Sacrificium Altaris, Cibus Hominis. Hæc tria disposuit in hoc Sacramento Divina Sapientia contra tria vetera mala; scilicet contra oblivionem Dei, contra debitum rapinæ alienæ rei, & contra corruptionem pomi mortiferi. Primi enim parentes in hæc tria ceciderunt, serpentina fraude decepti, & per eos eorum successores sunt damnati (h) De primo Ecclesiastici decimo: Initium superbiæ hominis apostatare a Deo, quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor ejus, scilicet per oblivionem in occupatione damnosæ negotiationis con serpente, (i) quod sæpe adhuc quibusdam stultis solet evenire. De secundo Gen. tertio: Videns mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum visu (k), aspectuque delectabile, tulit de fructu illius, & comedit, deditque viro suo, qui comedit; & sic ambo rapinam commiserunt. Et hujus rapinæ simulationem faciunt, qui in usu creaturarum, & rerum temporalium justitiæ mensuram excedunt. De tertio (l) Gen. secundo: De ligno scientiæ boni, & mali ne comedas, in quacunque enim die: comederis ex eo, morte morieris, id est, in bono immortalitatis corrumperis. Ps. Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt &c. Sic qui peccati venenum in usum sumunt, animas suas occidunt, & corrumpunt.

Divisio ex causa triplici instituendæ Eucharistiæ.

Distinctio contra tria vetera mala.

Eccli. 10. *ac seq.*

Gen. 3. 6.

Gen. 2. 17.

Ps. 13. 1. *ac* 52. 2.

5. Igitur contra triplex vetus malum institutum est Sacramentum. Hinc Matth. vigesimo sexto, & Lucæ vige- *Matth.* 26. 26. *Luc.* 22. 19.

(a) Hic Elenchus similis est *Registro*, sive Regesto, quod extat ad finem Prologi Breviloquii vetustissimæ Editionis Augustanæ an. 1474. Prædicta autem omnia desunt omnino in Edit. Rom. 1571. apud Julium Accoltum, a quo editi fuere sequentes Sermones de Ven. Sacram. Altar. sub nomine D. Thomæ Doctoris Angelici. Circa autem hanc Editionem Romanam Accolti observo, quod quidem per eam tunc primum editi fuerint, ejusdem Angelici *Sermones valde pii & docti pro Dominicis & Festivis diebus ex Biblioteca Vaticana*; sed aliunde additum illud, de quo nunc loquimur, *eximium Opusculum de Venerabili sacramento Altaris*. Hoc tamen prætermissum in Edit. Venet. 1758. cudente Simone Occhio.

(b) Ubi prædicta Editio totum hoc Opusculum distribuit in totidem Capita, Codd. Lunælac. & Vindobon. dividunt in totidem Sermones uti heic.

(c) Hujusmodi Themata plura videre est nedum supra in Arte concionandi, sed & Vol. 2. in Comment. Apocal. & alibi, potissimum in jam editis D. Bona. Sermonibus.

(d) *Hoc dicit ipsa Sapientia Dei Filius* in 1. Dist. 14. Dub. 5.

(e) Pariter in Procem. 1. Sentent. ac in 4. Dist. 1. Par. 1. in tex. Mag.

(f) Pro servanda arcani disciplina.

(g) Similis notandi modus D. Bona. passim occurrit.

(h) Al. *depravati*.

(i) De hac *damnosa negotiatione cum serpente* ait quoque Par. 3. Breviloq. cap. 3. *Mulier audita suggestione serpentis exteriori .... circa exterius bonum negotiari cœpit.*

(k) Vulg. ibi *oculis*; at c. 2. v. 9. *visu*.

(l) Vel ly *de primo, de secundo, de tertio*: consonum Bonaventuriano stilo Scholastico.

Digitized by Google

simo secundo: Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur (a), hoc facite in meam commemorationem: Ecce prima causa institutionis (b), scilicet Memoria Salvatoris contra oblivionem. Quod pro vobis tradetur, id est, ut Agnus Dei offerretur: Ecce secunda causa institutionis, scilicet Sacrificium Altaris contra rapinam. Accipite, & comedite, hoc est Corpus meum: Ecce tertia causa institutionis scilicet (c) Cibus medicinalis contra corruptionem.

Dilatatio primæ causæ institutionis.

6. Prima ergo causa institutionis hujus Sacramenti est Memoria Salvatoris contra oblivionem, ut scilicet per hæc admoniti, totam mentem, & omnes sensus nostros, quos a Deo avertimus, & cum pravis quandoque cogitationibus, & delectationibus vagari permisimus, a noxiis abstrahentes, integraliter ad Deum referamus. Hinc dicitur: Hoc facite in meam commemorationem. Eusebius: Quia Corpus assumptum Dominus ablaturus erat ab oculis, & illaturus sideribus, necessarium erat, ut in die Cœnæ Sacramentum nobis sui Corporis, & Sanguinis consecraret, ut offerretur jugiter per mysterium, (d) quod offerebatur semel in pretium (e); & perennis victima viveret in memoria, & semper præsens esset in gratia.

Luc. 22. 19.

Eusebius Emissenus sive Emesenus apud Decr. Grat. Ter Part. De Consecrat. Dist. 2. c. Quia Corpus. Sive potius Latinus Auctor Homiliarum, quæ sub ejus nomine circumferuntur.

7. Nota tria, quæ hominem movent ad Memoriam Christi (f). Ad habendam enim semper Memoriam Salvatoris cogunt nos tria argumenta suæ caritatis, scilicet remissio peccatorum, redemptio impignoratorum, continuatio beneficiorum (g). De primo Isaiæ quadragesimo tertio: Ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam. De secundo Ecclesiastici vigesimo nono: Gratiam fidejussoris tui ne obliviscaris. (h). Dedit enim pro te animam suam, pro te scilicet redimendo, pro hæreditate regni cœlestis; id est, a te impignorata (i), Dominus fidejussit, & se paratum in Cruce ad solvendum debitum tuum dedit. Hujusmodi gratiam ne obliviscaris, quin eum pro ea diligas, & quantum potes bonis operibus, & orationibus ei debitum reddas. Cantici quinto: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Aperi mihi, id est, suscipe me in mentem tuam, in memoriam, & dilectionem; quia caput meum, scilicet Divinitas, plena est rore, id est, misericordia ad remittenda peccata, & cincinni mei, id est, humanitas (k), guttis noctium, id est, effusione sudoris, lacrymarum, & sanguinis passionum, ad redimendam hæreditatem tuam pro satisfactione peccatorum tuorum impignoratam. De tertio Deuteronomii octavo. Observa, & cave, ne quando obliviscaris Domini Dei tui, & negligas mandata ejus, ne postquam comederis, & satiatus fueris, habueriscque cunctarum rerum copiam, elevetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui. Hugo: (l) Sicut nullum momentum, quo non utatur homo vel fruatur Dei bonitate; ita semper debet esse in memoria præsens.

Isa. 43. 25. ac seq.

Eccl. 29. 20.

Cant. 5. 2.

Deut. 8. 11. & seq.

Hugo Vict. L. 1. de Claustro animæ.

Dilatatio secundæ causæ institutionis.

8. Secunda causa institutionis est Sacrificium Altaris contra quandam quotidianam nostrorum delictorum rapinam, ut sicut Corpus Domini semel oblatum est in Cruce pro debito originali, sic offerarur jugiter pro nostris quotidianis delictis in Altaris: & habeat in hoc Ecclesia munus ad placandum sibi Deum, super omnia legis Sacrificia pretiosum, & acceptum. Malach. tertio. Placebit Domino sacrificium Juda, & Jerusalem (m), quasi Regis, & Militiæ, id est, Christi, & Ecclesiæ

Malach. 3. 4.

(a) Luc. ibi *datur*; sed *tradetur* 1. Cor. 11. 24.

(b) Pariter Exposit. in d. c. 22. S. Luc. ibi.

(c) Al. sine *institutionis*.

(d) Algerus L. 1. De Sacramento Corporis & Sanguinis Domini Cap. 17 *Hoc Corpus, dicit Eusebius, sideribus illaturus, coli jugiter a nobis per mysterium.*

(e) Id. apud D. Bona. in 4. Dist. 8. Part. 1. in tex. Mag. Ab eo quoque laudatur in eod. 4. Dist. 10. Par. 2. Ar. 1. Q. 3. ad opp.

(f) Al. absque his.

(g) Similiter desinentia Bonaventuriana.

(h) Al. sequentia desunt usque *qui eum*.

(i) Pro *oppignerata* in Glossar. Ducang.

(k) De *Sponso* etiam *in quantum nunc factus homo*, Exposit. in Cant. §. 216. Vol. 1. Et de *Christo capite secundum quod Deus & homo* Ser. sive Collat. 1. in Hexaem.

(l) Al. *Glossa Eccle.* 17.

(m) Textus hic in seqq. Sermonibus sæpe adducitur.

Digitized by Google

Alexander Papa in cit. Decr. c. Nihil in Sacrificiis.

siæ (*a*). Alexander Papa (*b*): Nihil in Sacrificiis majus esse potest, quam Corpus & Sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed omnes hæc præcellit: quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab hominibus veneranda. Et sicut potior est cæteris, ita potius coli, & (*c*) venerari debet.

Ratio prima.

9. Ad hoc Sacrificium approbandum notatur triplex ratio commutandi vetus Sacrificium. Prima est Auctoris nostri Sacrificii potentia. Secunda est delictorum nostrorum exigentia. Tertia illius Sacrificii insufficientia. (*d*) Prima, dico, est Auctoris nostri, id est, Christi potentia, qui non solum ex hoc quod & Dominus, & Rex universæ terræ, sed ex summi Sacrificii ad eum translatione, potuit, & debuit suum Sacrificium in melius commutare. Sicut Rex in Regno suo potest dum vult numisma minus bonum in melius commutare. Psalm. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Non dicit secundum ordinem Aaron, vel secundum ritum Levitarum, qui obtulerunt carnes hyrcorum & taurorum; sed secundum ordinem Melchisedech, qui obtulit panem & vinum. (*e*) Hebr. septimo: Quid adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere Sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron dici? Respondet vero: Translato enim Sacerdotio, necesse est ut & legis translatio fiat. Manifestum est enim, quod ex Tribu Juda ortus sit Dominus, in qua Tribu nihil de Sacerdotibus Moyses locutus est, id est, de qua secundum legem non erant Sacerdotes.

Psal. 109. 4.

Hebr. 7. 11.

Ibi 12.

Ibi 14.

Ratio secunda.

10. Secunda ratio est debitorum nostrorum exigentia. Tam magnum enim fuit debitum primorum parentum ex rapinæ magnitudine, ex raptoris ingratitudine, ex læsi sui Creatoris majestate, quod non solum legis Sacrificia, sed totus mundus non sufficit pro satisfactione secundum illud Psalmi, quod assumit Apostolus Hebræor. decimo: Christus ingrediens mundum dicit: Hostiam & oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. (*f*) Glossa: Ingrediens mundum, id est, homo factus, dicit: Hostiam de animalibus, & oblationes de aliis rebus noluisti, id est, non placuerunt tibi; corpus autem, quod præ omnibus Sacrificiis est, quia sine peccato, aptatur mihi, id est, aptum & idoneum dedisti; uniendo mihi, quod pro omnium redemptione valeat offerri. Psal. Quæ non rapui, tunc exsolvebam. (*g*) Dum scilicet pro debitis omnium sufficiens Sacrificium in Cruce offerebam.

Psal. 39. 7.

Hebr. 10. 5.

Glossa partim interlin. partim ordinar.

Psal. 68. 5.

Ratio tertia.

11. Tertia ratio commutandi est ipsorum Sacrificiorum legis insufficientia. Et hæc probatur a tribus; quia scilicet Deo non placuerunt: quia peccata non abstulerunt: quia gratiam non contulerunt. De primo Jerem. sexto: Holocausta vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placuerunt mihi. Ose. sexto: Misericordiam volo (*h*), & non sacrificium. De secundo Psal. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Rom. tertio: Ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram Deo. Hebr. decimo: Impossibile est sanguine hyrcorum, & taurorum auferri peccata. Ezech. vigesimo: Dedi eis præcepta non bona, & judicia in quibus non vivent. Præcepta non bona, id est, minus bona; & judicia, (*i*) scilicet cærimonialia, in quibus non vivent; quia vitam gratiæ non conferebant. Hebr. septimo: Reprobatio quidem fit præcedentis mandati, propter infirmitatem ejus, & inutilitatem (*k*); quasi propter

Jer. 6. 20.

Ose. 6. 6.

Psal. 39. 7.

Rom. 3. 20.

Hebr. 10. 4.

Ezech. 20. 25.

Hebr. 7. 18.

(*a*) Apud Hug. Card., *id est*, *Apostolorum*, *& Ecclesiæ*. Porro *τὸ sicut*, ut ait Lyranus, significat analogiam inter typum & antitypum, inter umbram & veritatem, ac proinde, ut inquit Clarius, significat præcellentiam Sacrificii Eucharistici præ Aaronicis.

(*b*) Ibi dicitur *V. a Petro*.

(*c*) Al. sine *coli &*.

(*d*) En rursum similiter definentia Bonaventuriana.

(*e*) Ita in 3. Dist. 24. Par. 1. Ar. 2. Q. 3. ad 1. Vid. Epist. S. Cypr. ad Cæcil.

(*f*) Ita in Prolog. 4. Sentent. Vulgata autem d. Psalmi lectio habet: *Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi.*

(*g*) *Exolvis Deo quæ non rapuit, per obsequium satisfactionis perfectæ, & obtulit sacrificium suavitatis summa pro perfecta Dei placatione.* Breviloq. Par. 4. cap. 9.

(*b*) Vulg. *volui*; sed *volo* Vulg. Matth. 9. 13. ac 12. 7. Est hebraismus, quasi dicat: *Misericordiam malo, quam sacrificium*, ut LXX. Chaldæus & alii verterunt.

(*i*) Al. *sacrificia*.

(*k*) Ita agglomerare Divinæ Scripturæ textus D. Bona. consuevit.

Digitized by Google

ejus sterilitatem, quia non conferebat gratiam (a).

Dilatatio tertiæ causæ institutionis.

12. Tertia causa institutionis est Cibus hominis. Cibus, inquam, medicinalis contra pomi mortiferi corruptionem, quæ tam prava infusa est per primos parentes humano generi, ut esset incurabilis, nisi subveniretur medicina optima, quam posset facere prudentia Dei. Eccli. trigesimo: Altissimus de terra, id est, ventre Virginis, (b) creavit medicamenta (c), & vir prudens non abhorrebit illa. Ambrosius: Corpus Christi medicina spiritualis (d), quæ cum reverentia degustata sibi devotos purificat.

Eccl. 38. 4.

Ambrosius Dec. Par. 3. de cons. Dist. 2. c. Si quotiescunque.

13. Ad agnoscendam rationem necessitatis medicinæ Corporis Christi, sciendum, quod serpens malignus infudit homini per venenum cibi veriti triplicem corruptionem (e); in anima scilicet tenebras ignorantiæ; in corpore morbum pravæ concupiscentiæ; (f) & mortem utroblque. Contra hæc institutum est Corporis Christi medicamentum, tenebras ignorantiæ illustrans, morbum concupiscentiæ sanans, & mortem nostram mortificans. Propter hæc tria potest comparari triplici dulci cibo, & medicinali; scilicet mellis propter primum, ficus propter secundum, fructus uvæ propter tertium. De primo Proverbior. vigesimo quarto: Comede fili, mel, quia bonum est, & favus dulcis (g) gutturi tuo. Mel Corpus Christi dulce significat. (h) Hoc bonum est; quia tenebras mentis nostræ illuminat primi Reg. quartodecimo: Vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto. Isa. septimo: Butyrum & mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum. Psal. Dominus illuminatio mea &c Accedite ad eum, & illuminamini. De secundo Jerem. vigesimo quarto: Vidi ficus, ficus bonas, bonas valde. Ficus dulce Corpus Christi Dei & Hominis significat. Hæ bis bonæ sunt valde; quia mentem & carnem a morbo pravæ concupiscentiæ sanant. Quarti Reg. vigesimo: Jussit Isaias, ut afferrent massam ficorum, & postquam composuit super ulcus Regis Ezechiæ, curatus est. Ulcus Regis concupiscentia est carnalis, sed massa ficorum Corpus Christi continens dulcedinem multorum bonorum ad medicinam malorum desideriorum. (i) De tertio Luc. primo dicitur: Benedictus fructus ventris tui, scilicet Corpus Christi, quod est fructus valens ad destructionem mortis gehennæ, & acquisitionem vitæ æternæ. Prov. tertio: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, scilicet Sapientiam Dei incarnatam. Hinc dicitur, Osee tertio decimo: Ero mors tua, o mors, morsus tuus ero, inferne. (k) Jo. sexto: Ego sum panis vitæ: Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam. Item qui manducat me, & ipse vivet propter me. Hilarius: Accepta carne Domini, & hausto sanguine, istud efficitur, ut nos in ipso, & ipse in nobis sit (l) Hæc est ergo causa vitæ, quod in nobis mortalibus per carnem, Christum, qui vera vita est, manentem habemus, victuri per eum ea conditione, qua vivit ipse per Patrem, qui in eo est &c.

Triplex corruptio per originale peccatum invecta.

Hujus medicamentum Corpus Christi.

Prov. 24. 13.

Mel Corpus Christi dulce:

1. Reg. 14. 29.

Isa. 7. 15.

Ps. 26. 2. Ps. 33. 6.

Jer. 24. 3.

Ficus dulce Corpus Christi.

4. Reg. 20. 7.

Luc. 1. 42. Fructus ventris benedictus.

Prov. 3. 18.

Ose. 13. 14. Job. 6. 48. 55. 58. Hilarius L. 8. de Trinit. ante med.

SERMO SECUNDUS.

De prima causa institutionis propter se, scilicet de Memoria Salvatoris Thema principale. Et de præparatione ejus Thema speciale:

14. *Venite, comedite* &c. Item: *Causam tuam tracta cum amico tuo. Hoc facite in meam commemorationem*, Luc. vigesimo secundo. Item: *In memoria æterna erit justus*. Item: *Estote parati*, Luc. duodecimo. Prima causa institutionis Sacramenti Dominici Corporis est Memoria Salvatoris, (m) circa quam tria pos-

Prov. 9. 5. ac 25. 9.

Luc. 22. 19.

Ps. 111. 7. Luc. 12. 40.

(a) *De se, sed tantum ratione fidei* 4. Dist. 1. Par. 2. Ar 1. Q. 3. ad arg.

(b) Sic alibi sæpe D. Bona. erga B. V. M. oppido devotus.

(c) *Sacramenta* in Prol. 4. Sent. ubi pariter allegatur d. c. Ecclesiastici. Ad a Vulg. variat Edit.

(d) Confer in 4. Dist. 11. Dub. 3.

(e) De hac corruptione in 2. Dist. 30. Ar. 1. & 2. per tot. Et de prædicto *veneno* ibi Art. 1. Q. 2. in Fundam. Vide infra Ser. 6. n. 41.

(f) Vid. Par. 6. Breviloq. c. 1.

(g) Sic infra Serm. sing. de Corp. Chr. n. 11.

(h) Ita ibi cum variatione a Vulgata.

(i) Similis usus textuum Divinæ Scripturæ in sensu mystico perquam usitatus apud D. Bonaventuram.

(k) Sic quoque 3. Dist. 22. Ar. 1. Q. 5. in concl.

(l) Ita ibi quoad sensum.

(m) De qua supra n. 6.

Digitized by Google

Divisio trium, quæ circa Salvatoris Memoriam quæri possunt.

possunt quæri, scilicet quid mali sequatur, si fuerit relicta; de quibus sit habenda; ad quid valeat habita. Primo quæritur, quid mali sequatur, si Memoria Domini fuerit relicta? Et dicendum quod triplex, scilicet amissio gratiæ Divinæ, subjectio potestatis Diabolicæ, magna deformitas culpæ.

Prima Quæstio cum distinctione triplicis mali ex Domini Memoria relicta, & cum dilatatione.

15. De primo Deut. trigesimo secundo: Deum, qui te genuit, dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Et ait: Abscondam faciem meam, id est, subtraham gratiam &c. Ubi fons perit, rivus aresçit. Isa. decimo septimo: Eris deserta, quia oblita es Dei Salvatoris tui. Eccl. vigesimo: Gratiæ fatuorum effundentur. De secundo primi Reg. duodecimo: Obliti sunt Domini Dei sui, & tradidit eos in manus Sisaræ, id est, in potestatem Diaboli. Tob. sexto: Qui conjugium ita suscipiunt, ut Dominum a se, & a sua mente excludant, in his habet potestatem Dæmonium super eos. De tertio Roman. primo: Sicut non probaverunt, id est, noluerunt, Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, ut faciant ea, quæ non conveniunt. Et heu! hoc sæpe fit usque ad mortem. Ps. nono: Non est Deus in conspectu ejus, inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore. Joel. primo: Computruerunt jumenta in stercore suo. Jumenta insipientia, & impudica sunt homines stulti carnales, Deum præ oculis non habentes: hos in stercore computrescere est in luxuria, & aliis malis vitam finire.

Deut. 32. 18.

Isa. 17. 9. & *seq.*

Eccli 20. 13.

1. *Reg.* 12. 9.

Tob. 6. 17.

Rom. 1. 28.

Ps. 9. *sed* 10. *secundum Hebræos v.* 5.

Joel. 1. 17.

16. Secundo quæritur, de quibus Memoria Domini sit habenda. Et dicendum quod de tribus, scilicet de præterito, de præsenti, de futuro. De præterito, ut nostri Redemptoris, qui per nimiam caritatem a morte mala, morte sua nos liberavit. De præsenti, ut omnium Inspectoris, qui per occultam præsentiam suam omnia nostra semper cernit. De futuro, ut justi Judicis, qui per omnipotentiam suam pravum incorrectum districte judicabit. De primo Tren. tertio: Recordare paupertatis meæ (*a*), transgressionis, (*b*) absynthii, & fellis. Paupertatis, omnium temporalium contemptionis. Transgressionis, id est, maximæ humiliationis. Absynthii & fellis, id est, amaræ passionis &c. (*c*) Ezech. nono: Signa Thau super frontes virorum gementium, & dolentium, super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio ejus. Thau figuram Crucis habet (*d*), id est, passionis Christi, quæ semper bonis est in mente ferenda. De secundo Psal. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus, quasi diceret: Mementote, quia Dominus ipse est Deus, omnia scilicet implens, omnia videns, ubique præsens. Hinc ait: Providebam Dominum in conspectu meo semper. Ecclesiastici trigesimo nono: Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis ejus. Cant. secundo: Ipse stat post parietem nostrum, id est, indutus parietem carnis nostræ respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos; quia licet intus degens occultus, a nobis videri non possit, tamen omnia nostra videt (*e*). De tertio. Isa. trigesimo: Ecce nomen Domini venit de longinquo ardens furor ejus, & gravis ad portandum &c. Ecce venit, id est, attendite, quia cito veniet ad judicium districtum. Matth. vigesimo quarto: Vigilate ergo quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Hieronymus (*f*): Sive comedam, sive bibam, sive aliquid aliud facio

Tbren. 3. 19.

Ezech. 9. 4.

Ps. 99. 3.

Ps. 15. 8.

Eccli 39. 24.

Cant. 2. 9.

Isa. 30. 27.

Matth. 24. 42.

Hieronymus.

Secunda quæstio cum distinctione, trium temporum, in quibus Memoria Domini habenda, & cum dilatatione.

(*a*) Vulg. sine *meæ*; sed *meæ* ipsemet D. Bona. in Lament. ibi.

(*b*) Vulg. heic *meæ*.

(*c*) Ut autem horum Sermonum auctor magis magisque D. Bonaventura appareat, audi ipsum in Lament. ibi sic interpretantem " *Paupertatis meæ*, quantum ad contemptum omnium temporalium bonorum; quia Christus " pauperrimus fuit in ingressu, in progressu, " in egressu de Mundo. Et *transgressionis* .... " trangressio ejus infima humiliatio ad despectissima tormenta: quia una stilla sanguinis " sui potuisset nos liberare. Erant Moyses & " Elias visi in majestate (*Luc.* 9. 30. *& seq.*) " & dicebant excessum ejus, quem completurus erat in Jerusalem. Et *absynthii*; quo nihil amarius in terræ nascentibus. *Et fellis*, " quo nihil amarius in animantibus. Dederunt " ei bibere vinum cum felle mixtum. (*Matth.* " 27. 34.) Similiter, Dabant ei bibere myrrhatum vinum. (*Mar.* 15. 23.) Paupertas " contra avaritiam, transgressio contra superbiam, fel & absynthium contra luxuriam. Quod secundum prædictum textum Thren. 3. præfata institutio facta sit *in memoriale Dominicæ mortis*, ait etiam Exposit. in cap. 22. S. Luc.

(*d*) Sic eadem. Exposit. in Lamentat. prope fin. Cap. 1. ex Hieron. L. 3. in Ezech. c. 9. & sic alibi pluries.

(*e*) *Quasi, per occultas rimulas, sibi tamen patulas*, Exposit. in Cant. ibi.

(*f*) Ita sæpe ex Hieron. D. Bona. Confer Vol. 3. Comment. in cap. 4. Apocal. sub num. 254.

Digitized by Google

facio, semper intonat in auribus meis quasi tuba vehemens vox illa terribilis: Surgite mortui, venite ad judicium. Et de omnibus tribus simul, Psal. Memoriam fecit mirabilium suorum, escam dedit timentibus se. Quasi diceret: Dominus nobis dedit escam, scilicet seipsum, ad Memoriam mirabilium suorum præteritorum, quod nos redemit; præsentium, quod omnia nostra respicit; futurorum, quod districte tandem judicabit.

Ps. 110. 5. & 5.

Tertia Quæstio cum distinctione trium, ad quæ valet Salvatoris Memoria, & cum dilatatione.

7. Tertio quæritur ad quid valeat habita Memoria Salvatoris. Et dicendum, quod ad tria. Primæ enim rei Memoria, scilicet passionis Christi, valet ad cor nostrum ejus amore inflammandum. (a) Secundæ rei, scilicet ejus continuæ inspectionis, valet ad nos a peccato custodiendum. Tertiæ rei, scilicet districti Judicis, valet ad nos excitandum, ut præparemur ad futurum judicium. Primum facit nos bonum diligere. Secundum malum odire. Tertium imminens periculum præcavere. De primo Luc. duodecimo: Ignem veni mittere in terram, & quid volo, nisi ut accendatur? Ignem venit mittere in terram, id est, causam amoris (b) misit in mundum beneficio passionis, quæ, si pie recordata fuerit, amore magno cor accendit. Psalm. Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis. (c) Bernardus: Super omnia reddit te amabilem mihi, bone Jesu, calix quem bibisti, opus redemptionis nostræ &c. (d) Item: Quanto pro me factus est vilior, tanto mihi factus est carior &c. (e) De secundo Proverb. octavo: Timor Domini odit malum; timor, inquam, quo mens semper Deum præsentem, & omnia videntem attendit, a peccato custodit. Hinc e converso Ecclesiastici vigesimo tertio: Quis me videt? Tenebræ circumdant me &c. quem vereor? Delictorum meorum non memorabitur Altissimus. Et non intelligit, quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit a se timorem Dei. Ezech. octavo: Certe vides, Fili hominis, quæ Seniores domus Israel faciunt in tenebris. Dicunt enim: Non videt Dominus nos. Glossa: Si Dominum præsentem, & omnia videntem, & vindicantem cogitaremus, aut vix aut nunquam peccaremus. Boetius: Magna nobis indicta est necessitas bene vivendi, cum agamus omnia ante oculos judicis cuncta cernentis. (f) De tertio Exo. decimo nono: Sanctifica populum, & sint parati in diem tertium. In die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe. Quasi diceret: Mementote quia Dominus terribiliter descendet ad districtum judicium, Et ideo estote parati in diem tertium. Primus dies est nostræ nativitatis. Secundus nostræ conversationis. Tertius dies mortis, vel adventus districti Judicis. Luc. duodecimo: Et vos estote parati, quia qua hora non putatis, Filius hominis veniet. (g)

Luc. 12. 49.

Is. 38. 4.

Bernardus Ser. 20. in Cant. n. 2.

Et Ser. 1. in Epiph. n. 2.

Prov. 8. 13.

Eccli 23. 25. & seq.

Ezech. 8. 12.

Gloss. ordinar.

Boetius L. ult. de Consol.

Exo. 19. 10. & seq.

Luc. 12. 40.

18. In præparatione ad judicium debent tria notari, scilicet modus, providentia, lucrum. Modus præparationis est de peccatis pœnitentiam agere; providentia vero, peccatorum pœnam evadere; lucrum, cum præparatis vitam æternam possidere. De primo Ecclesiastici decimo octavo: Ante judicium para justitiam tibi; scilicet pœnitentiam agendo. Matth. tertio: Pœnitentiam agite, appropinquabit (b) enim regnum Cœlorum; id est, Regis cœlestis justum judicium. Joel. secundo: Magnus dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Nunc ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro; quasi diceret: Præparate vos ad diem Domini, pœnitentiam agendo. De secundo Apocal. decimo octavo: Exite de Babylone populus meus, & ne (i) participes sitis delictorum ejus, & de plagis ejus non accipietis. Exite de Babylone; id est, præparate vos ad judicium (k), pœnitentiam agendo, & peccata mundi non faciendo, & per talem pœnitentiam evadetis ejus pœnam. Luc. duodecimo: Si sciret Paterfamilias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, & non sineret perfodi domum suam. Glossa: Nesciente Patrefamilias, fur domum perfodit; quia dum a sui

Distinctio trium, quæ in præparatione notanda sunt, & eorum dilatatio.

Eccli 18. 24.

Matth. 3. 8.

Joel. 2. 11. & seq.

Apocal. 18. 4.

Luc. 12. 39.

Gloss. ordinar.

(a) Et hic est scopus præcipuus Doctoris nostri Seraphici.
(b) Pariter Exposit. in Luc. ibi.
(c) Similiter ibi.
(d) Ita D. Bonav. ex S. Ber. in Amator.
(e) Pariter ibi.
(f) Pariter ex d. Boet. Auctor Medit. sub S. Bernardi nomine c. 6. ad fin. n. 19.
(g) *Ut ad eam semper præparemur*, Exposit. in Luc. ibi.
(b) Vid. inter variantes Vol. 1. & 2.
(i) Vulg. *ut ne*; sed & *ne* etiam Vol. 2. Comment. in Apocal. ibi.
(k) De *judicio* quoque ibi.

Digitized by Google

sui custodia spiritus dormit, improvisa mors carnis habitaculum irrumpit, & animam ad supplicia trahit. Furi autem resisteret, si vigilaret; quia adventum Judicis occulte venientis præcavens, Judici pœnitendo occurreret. Et sic utique dormientium, id est, non præparatorum evaderet pœnam. De tertio Matth. vigesimo quinto: Cum fatuæ Virgines, id est, animæ non præparatæ, irent emere ad forum Diaboli cum Eva, vel cum Dina, ubi pro modica re dant multa bona, venit Sponsus, & quæ paratæ erant, intraverunt cum eo ad nuptias. Ecce triplex lucrum præparationis ad judicium, scilicet possessio cœlestis Regni, societas amabilis Sponsi, deliciæ totius boni. Primum notatur ibi: Intraverunt. Secundum ibi: Cum eo. Tertium ibi (a) Ad nuptias. (b) De primo Matth. vigesimo quinto: Venite benedicti Patris mei percipite (c) regnum. De secundo vero primæ Thessal. quarto: Semper cum Domino erimus, sine quo nulli bene, cum quo nulli male esse poterit. Jo. decimo septimo: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & illi sint mecum, ut videant claritatem, quam dedisti mihi (d). De tertio Isa. sexagesimo sexto: Lætamini cum Jerusalem, id est, cum Beatorum omnium jucunda, & pacifica societate, & repleamini ab uberibus (e) consolationis ejus, ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus, ad quam nos perducat &c. (f).

Matth. 25. 1. *& seqq.*

Ibi 10. Triplex lucrum præparationis ad judicium.

Matth. 25. 34.

1. *Thess.* 4. 16.

Jo. 17. 23.

Isa. 66. 10. *& seq.*

SERMO TERTIUS.

De secunda causa institutionis, scilicet Sacrificio Altaris, Thema commune & proprium.

Prov. 9. 5. & 25. 9.

17. *Venite* &c. Item: *Causam tuam* &c. *Placebit Domino sacrificium Juda & Jerusalem*, quasi Regis & Militiæ, id est, Christi & Ecclesiæ, Malachiæ tertio. (g) Secunda institutio sacrosancti Corporis Christi est Sacrificium Altaris: circa quod Sacrificium notantur tria, scilicet forma offerendi, quæstio de Sacrificio legali, & & excellentia nostri Sacrificii. De duobus primis hic dici potest, de tertio in sequenti. Primo notatur forma, & hæc est triplex. Prima in oblationum veterum præfiguratione. Secunda in humanæ formæ veritate. Tertia in panis & vini specie. Prima est synagogæ commendata sub lege. Secunda remissionis Divinæ oblata in cruce. Tertia fidelis animæ consecrata in mensa Ecclesiæ. Prima data est in signum. Secunda in pretium. Tertia in solatium.

Malach. 3. 4.

Tria circa Sacrificium Altaris notanda.

Divisio triplicis formæ cum distinctione, & dilatatione.

20. De prima Levitici quarto: Si omnis turba filiorum (h) Israel ignoraverit, id est, per ignorantiam peccaverit, offerat pro peccato suo vitulum, id est, Christum (i), dicit Glossa. Hoc autem non in persona, sed in figura. Similiter Exo. duodecimo, Agnus immaculatus, quem occidebant in Pascha, & ejus carnes comedebant, figura Christi erat, ut dicit Gregorius. De secunda forma Isaiæ quinquagesimo tertio: Tanquam ovis ad occisionem ductus est, (k) Vulneratus est propter iniquitates nostras. Oblatus est, quia ipse voluit. Hæc vero secundum formam humanam in cruce. Hebr. decimo: Sanctificati sumus per oblationem Corporis Jesu Christi semel, id est, in cruce. De tertia Psalm. centesimo nono: Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; qui, ut dicitur Gen. quarto decimo, obtulit panem & vinum, sicut Christus dat Corpus & Sanguinem suum in Sacrificio Altaris sub panis & vini specie (l).

Levit. 4. 13.

Glossa interlin.

Exo. 12. 3. *& seqq.*

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 22 n. 7.

Isa. 53. 5. *& 7.*

Hebr. 10. 10.

Ps. 109. 4.

Gen. 14. 18.

Mat-

(a) Alibi quoque *το ibi* apud D. Bona. passim repetitum legere est.

(b) Divisio textus, sicut in Arte concionandi.

(c) Vulg. *possidete*; sed *percipite* vel alibi pluries apud D. Bona. Vid. Comment. in Apocal. Vol. 2. inter Variantes Col. 1125.

(d) Confer Comment. in Joan. ibi, & De præparat. ad Missam ad fin. cap. 8.

(e) Vulg. *ubere*; sed *uberibus* in plurali Cod. noster Bernardin. A. I. 40. & quædam antiquæ Editiones. Item Hugo Card. Lyranus &c.

(f) Ita, aut simili clausula, consuevit finem imponere aliis Sermonibus. Al. deest.

(g) Supra Ser. 1. n. 8. *Regis, id est, Christi*; quia Christus ortus de Regina Tribu Juda, & *secundum ordinem Melchisedech simul Rex & Sacerdos* Exposit. in cap. 1. S. Luc. *Militiæ, id est, Ecclesiæ*; quia nunc militantis, & *terribilis ut castrorum acies ordinata*, juxta Cant. 6. 9. Breviloq. Par. 6. cap. 3.

(h) Vulg. sine *filiorum*; sed ut supra Cod. noster Bernard. A. 11. 15. Lyranus &c.

(i) Exposit. in Psalter. Ps. 90. & Vol. 2. Comm. de Doctr. Evang. §. 6. & alibi.

(k) Vid. inter variantes Vol. 1. & Vol. 2. nec non Act. 7. 32.

(l) Ita & S. Cyprian. Epist. 63. Euseb. Cæsar. 5. Demonst. Evang. 46. Apud S. Hieronym. Epist. 46. al. 17. Paulæ & Eustochii ad

Mar-

Digitized by Google

Matth. 26. 26. & seq. Matth. vigesimo sexto: Accepit Jesus panem &c. Et accipiens calicem, id est, vasculum cum vino, gratias egit &c.

Quæstio de Sacrificio legali.

21. Secundo notanda brevis quæstio de Sacrificio legali, in qua tria fiunt. Primo, contra insufficientiam quæ imponitur Sacrificiis legalibus, opponitur. Secundo solvitur contrarietas. Tertio causa illius Sacrificii assignatur. Primo, contra insufficientiam quod Deo non placuerunt, & quod peccata non abstulerunt, secundum illud Jerem. sexto: Holocausta vestra non sunt acceptа, & victimæ vestræ non placuerunt mihi, & contra his similia; opponitur Levi. quarto: Si peccaverit anima per ignorantiam, de populo terræ, & cognoverit peccatum suum, offeret capram immaculatam, & adolebit eam Sacerdos super altare in odorem suavitatis Domino, rogabitque pro eo, & dimittetur ei. Ergo videtur quod vetus Sacrificium placuerit Domino, & quod propter hoc peccata dimiserit. Hebr. nono: Omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, id est, per sanguinem animalium sacrificatorum remittebantur peccata delinquentium: ergo illa sacrificia Deo placuerunt, & peccata dimiserunt.

Rationes pro insufficientia, & pro sanctitate.

Jer. 6. 20.

Levit. 4. 27. & seq.

Hebr. 9. 22.

Pro solvenda prædictorum textuum contrarietate, attendenda.

22. Secundo, horum contrarietas sic potest solvi. In Sacrificio semper tria fuerunt, scilicet ipsum Sacrificium, personæ offerentium, remissio peccatorum. In singulis istorum duo attendebantur in Sacrificio, caro, & sanguis animalis, quod offerebatur. Et præterea aliud multo melius, scilicet res spiritualis, quæ figurabatur: ut in agno, vel in vitulo Christus; in capra pœnitentia; in bove vita robusta, & activa; in ave sublimis, & contemplativa, & sic de cæteris. Item personarum (a) offerentium duæ sunt species, aliæ dignæ, aliæ indignæ. Indigni erant, qui illa Sacrificia tantum carnaliter attendebant. Digni autem qui ea spiritualiter attendebant, & in eis Christum figurari vel explicite vel implicite credebant (b), & secundum intellectum spiritualem vitam suam regebant. Item ibi erat remissio peccatorum, & hæc quantum ad duo, scilicet quantum ad pœnam, & ad legis irregularitatem; vel quantum ad culpam, id est, ad conscientiæ maculam. His visis facile solvuntur, quæ de Sacrificiis in Scripturis sacris contraria dici videntur. Revera enim illa Sacrificia secundum se, scilicet opera operata, id est, caro & sanguis hircorum, non placuerunt Deo, nec propter ea remisit peccata quantum ad culpam, id est, conscientiæ maculam (c); sed tantum apud homines remissa reputabantur, quantum ad quandam legis pœnam. Unde cum Apostolus uno loco dicat: Impossibile est sanguine taurorum & hircorum auferri peccata; & in alio: Omnia pene mundantur in sanguine secundum legem &c. primum intelligendum est, quantum ad animæ culpam: (d) secundum quantum ad carnis pœnam. Unde ad Hebr. nono: Sanguis hircorum, & taurorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Glossa: Sanctificat, id est, a peccato mundat, scilicet a pœna legis, ad emundationem valens, non animæ, sed carnis. Veruntamen istorum Sacrificia, non secundum se, ut dictum est, sed propter fidem Salvatoris, quem in illis venturum pro redemptione mundi credebant, Deo placebant, & eis ad remissionem peccatorum, quantum ad pœnam supradictam legis, & quantum ad culpam animæ valebant. (e) Gal. secundo: Ex operibus legis non justificatur homo, nisi per fidem Jesu Christi. Hebr. undecimo: Fide plurimam hostiam Abel, quam Cain, obtulit Deo. Plurimam, id est, acceptabiliorem, & plus sibi valentem. Intellexerat enim, & credebat in Agno, quem Deo obtulit, hostiam meliorem, id est, Salvatorem: quod non Cain, & cæteri indigni. (f) Genesis quarto: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus.

Solutio.

Hebr. 10. & 9. 22.

Ibi 13.

Glossa interlin.

Gal. 2. 16.

Hebr. 11. 4.

Gen. 4. 4.

Quæstio de causa institutionis legalium Sacrificiorum.

23. Tertio causa institutionis legalium Sacrificiorum est assignanda. Cum enim a Deo instituta sint, qui nihil sine caus-

---

Marcellam num. 2. S. August. 1. cont. Adver. Leg. & Proph. 20. Cassiodorus exponens illud d. Ps. *Tu es Sacerdos* &c.

(a) Al. *personæ*.

(b) 3. Dist. 35. Ar. 1. Q. 2. in Concl. sive Respon. ad argum.

(c) De hoc plura in Prol. 4. Sentent.

(d) Sic in d. Prol.

(e) 4. Dist. 1. Par. 2. Art. 1. Q. 3. in Concl. sive Resp. ad arg.

(f) De prædicto Sacrificio Abel, ac de illo quoque Noe, loquens Ser. five Collat. 5. in Hexaem. ait quod *figurabant hæc Sacrificia Sacrificium Christi, quod in Cruce fecit*. Item nedum de Sacrificio Abel, sed & de Sacrificiis Melchisedech & Abrahæ in Exposit. Missæ.

Digitized by Google

cauſſa facit, & tamen mutanda erant; quæri poteſt cauſa inſtitutionis eorum.

Solutio. Ad hoc breviter dicendum, quod licet per ſe non valuerant ad remiſſionem culpæ, tamen multum utilia fuerunt ad doctrinam ſapientiæ. (a) Data ſunt quippe ſervis ad tempus tanquam ſigna rerum meliorum, (b) & aliis parvulis tanquam characteres librorum, in quorum proprietatibus & modulis offerendi proficerent in diſciplina veræ fidei, ut adepta vera ſcientia deficerent elementa, & collata veritate ceſſarent umbræ,

Deut. 11. 18. & ſigna. (c) Deut. undecimo: Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus &c. Scribes ea ſuper po-

Ibi 20. ſtes & januas domus tuæ. Ponite in cordibus & animis veſtris hæc verba mea, legalia ſcilicet, quantum ad moralia quæ ſemper ſunt ſervanda. Suſpendite ea pro ſigno in manibus, quantum ad manufacta tabernacula, & hujuſmodi, quæ pro tempore ſunt colenda. Scribes ea ſuper poſtes & januas domus tuæ, ſcilicet Sacrificia ſemper meditanda, ut oves & boves & hujuſmodi, quaſi literas parvulorum, in quibus multa bona ſunt diſcenda; & præcipua ſunt (d) fides Salvatoris, forma de moribus, ſpes de cœleſtibus. (e) Primum poterant diſcere in Sacrificiis ovium. Secundum in Sacrificiis taurorum. Tertium in Sacrificiis animalium extra caſtra combuſtorum. De primo Iſa. quinquageſimo

Iſa. 53. 5. tertio: Tanquam ovis &c. (f) Cum ergo ovis offerebatur, poterant tam diverſa, fide diſcere, ſcilicet Salvatoris innocentiam, manſuetudinem, humani generis per mortem Chriſti redemptionem. De ſecundo Dan. tertio: In ſpiritu humilitatis & in animo contrito

Dan. 3. 39. ad ſeq. ſuſcipiamur Domine a te, (g) ſicut in holocauſto arietum & taurorum. Cum ergo cornuta animalia in holocauſtum, id eſt, per ardorem ignis in cinerem redigenda offerebantur, poterant tria de bonis moribus diſcere, ſcilicet ut dæmonibus, & vitiis reſiſterent, Dei & proximi amore arderent, cordis & corporis humilitatem in omnibus conſervarent. De tertio Levit. ſexto de- Levit. 16. 27.
cimo, & Hebr. tertio decimo: Quo- Hebr. 13. 11.
rum animalium infertur ſanguis pro peccato in Sancta per Pontificem, horum corpora cremantur extra caſtra. Sanguis animalium figurat (h) animas juſtorum, quæ feruntur in cœlum. (i)

24. Cum hæc ergo (k) fiebant, poterant tria diſcere de ſpe obtinendæ cœleſtis gloriæ, quæ ſunt, Pœnitentiæ cauterium, Salvatoris officium, Beatorum ſuffragium. (l) Primum diſcimus in illo quod corpora extra caſtra cremabantur; quia ibi corpora extra fines cremare eſt fideles extra delicias, & voluptates ſæculi pœnitentiam agere. (m) Secundum in eo, quod ſanguis inferebatur per Pontificem in Sancta Sanctorum; quia hoc eſt animas juſtorum poſt hanc vitam beneficio Chriſti (n) in cœlum aſſumi. Tertium in eo, quod ſanguis per Pontificem in Sancta delatus valuit ad remiſſionem peccatorum hominum vivorum; (o) quia hoc eſt animas Beatorum, jam per Chriſtum in cœlum ſublevatas, intercedere pro peccatis exulum adhuc in mundo relictorum. (p) De primo ſecundæ ad Timoth. ſecundo: Fidelis ſermo, nam ſi 2. Tim. 2. 11.
commortui ſumus, ſcilicet agendo pœnitentiam; & convivemus, ſcilicet recipiendo vitam æternam. Si ſuſtinebimus, & conregnabimus. Rom. octa- Ibi 12.
vo:

Quæ inde ſunt de ſpe obtinendæ cœleſtis gloriæ diſcenda.

(a) Sive *ad vitæ agendæ inſtructionem*, loc. cit. in 4.

(b) Ibi.

(c) Lib. 1. Phar. cap. 4. ex S. Auguſt. L. 17. de Civit. Dei cap. 26. *Corporis & Sanguinis Chriſti Sacrificium ſucceſſit omnibus illis Sacrificiis veteris teſtamenti, quæ immolabantur in umbra futuri.*

(d) Al. *præcipue ſcilicet*.

(e) In eod. 4. ibi.

(f) Vid. ſupra num. 20.

(g) Vulg. *In animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur*, ſine *Domine a te*; ſed ut ſupra in Miſſa poſt Offertorium.

(h) Al. *ſignificat*.

(i) Al. abſque *feruntur in cœlum*; ſed hoc nedum eſt ſecundum Gloſſam ordinar. ibi, ubi ait: *Sanguis, id eſt, animæ eorum in cœlum feruntur*; verum & ſecundum ad Hebr. ibi ver. 14. *Non enim habemus manentem civitatem, ſed futuram inquirimus*.

(k) Al. ſine *ergo*.

(l) Al. *pœnitentia viventium*; *Salvatoris officium*, *bonorum ſuffragium*.

(m) Ita ſecundum utramque Gloſſam interlin. & ordinar. apud Lyran. Et hoc *Sacrificium pœnitentiæ* vocat Expoſit. in Pſalter. Pſ. 49.

(n) Qui ſcilicet *meruit nobis januæ Paradiſi apertionem*, in 3. Diſt. 18. Art. 2. Q. 3. per tot.

(o) Nimirum *propter fidem Salvatoris*, de qua ſupra num. 22. *Nam per paſſionem Chriſti fit remiſſio peccatorum*, in 3. Diſt. 19. Art. 1. Q. 1. per tot.

(p) In 4. Diſt. 45. Art. 3. Q. 2. & 2. per tot.

Digitized by Google

Rom. 8. 18. vo: Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis. Ecce quod pœnitentiam agere, & mala in hoc mundo ſuſtinere, valet ad ſpem obtinendæ cœleſtis gloriæ. De ſecundo Jo. quarto

Jo. 14. 3. decimo: Iterum venio, & accipiam vos ad me ipſum. (a) Ecce quod Domini pietatis officium valet ad ſpem cœleſtium. Cant. quinto dicunt Filiæ Jeruſalem:

Cant. 5. 17. Quo abiit dilectus tuus, o pulcherrima mulierum? Et Beata Virgo reſpondet

Ibi 6. 1. (b); Dilectus meus deſcendit in hortum ſuum ad areolam aromatum; ut paſcatur in hortis, & lilia colligat, id eſt, caſtas animas de mundo aſſumat, & ad cœleſtia perducat. (c) De

Oſe. 2. 21. tertio Oſee ſecundo: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos, & ipſi exaudient terram; id eſt, Sanctorum precibus, qui ſunt in cœlis, ſalvantur habitatores, qui ſunt in terris. Ecce quod orationes Sanctorum valent ad

Apocal. 8. 4. ſpem cœleſtium. Apoc. octavo: Aſcendit fumus incenſorum, id eſt, aromatum de orationibus Sanctorum de manu Angeli coram Deo; quia Sancti offerunt orationes pro nobis Chriſto, & Chriſtus Patri ſuo, ut peccatorum recipiamus remiſſionem, & ad eorum perveniamus ſocietatem. (d)

SERMO QUARTUS.

De Sacrificii noſtri excellentia.

Prov. 9. 5. Diviſio triplex excellentiæ Corporis Chriſti cum diſtinctione.

25. *Venite, comedite &c.* Tertio notanda noſtri Sacrificii, id eſt, Corporis Chriſti excellentia, quæ præcellit omnia legis Sacrificia, triplici ratione, ſcilicet honeſtatis, dignitatis, & virtutis. Ratione honeſtatis quoad ſæculum, dignitatis quoad Deum, virtutis quoad ſuæ bonitatis effectum. Primum probatur ex tribus, ab exteriori ſpecie, a virginali origine, a ſpirituali dulcedine.

Dilatatio ratione honeſtatis.

26. Primo ab exteriori ſpecie, quia ſub nulla alia qualitate cibi poſſet tam munde, tam pulchre, tam honeſte miniſtrari, ſicut ſub ſpecie panis & vini. Non enim ſequuntur hoc inconvenientia multa, quæ ſequebantur illa cruenta legis Sacrificia. Prov. decimo ſeptimo:

Prov. 17. 1. Melior eſt buccella panis ſicca cum gaudio, quam domus plena victimis cum jurgio. Buccella ſicca eſt Sacrificium noſtrum, ſub munda ſpecie panis & vini, & honeſta. Zach. nono:

Zach. 9. 17. Quid bonum, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? (e) Secundo probatur a virginali origine. Chriſtus commendat honeſtatem ejus, qui a nulla corruptione, ſed a virginali carne ſumſit originem. Eccleſiaſtici vigeſimo quarto dicitur: Flores mei fructus honoris,

Eccli 24. 23. & honeſtatis; quaſi diceret B.V.M. (f): Flores pudicitiæ meæ & virginitatis ſunt in fructu nobiliſſimæ, & honeſtiſſimæ prolis, Auguſtinus: Nobilitas Matris eſt ex Divinitate prolis, & nobilitas prolis ex virginitate Matris. (g) Cant. tertio: Egredimini filiæ Sion. Gloſſa:

Auguſtinus Ser. 200. al. de Temp. 30. in Epiph. Dom. 2. n. 2.

Cant. 3. 11. Gloſſa interlin. Ab ignorantia infidelitatis. Et videte Regem Salomonem, id eſt, Chriſtum. In Diademate, id eſt, in carne. Quo coronavit eum (h) Mater ſua, id eſt, Maria ipſum honeſtavit in hoc quod eſt Virgo. (i) Tertio probatur honeſtas hujus Sacrificii a ſpirituali dulcedine, qua cunctos Chriſtianos trahit ad ſe. Ut enim dicit Tullius: Honeſtum eſt,

Tullius de Inv. L. 3. c. 7. & in Rhetorica. quod eſt propter ſe appetendum, quia ſua vi ad ſe nos trahit, & dignitate ſua nos allicit; (k) ut ſcilicet res virtuoſa; maxime vero talis, quæ abundat dulcedine pietatis. Et talis res eſt Sacrificium Dominici Corporis. Eccleſiaſtici quadrageſimo nono: Memoria

Eccli 49. 1. Joſiæ in compoſitione (l) odoris facta opus

(a) *Ad gloriam ſcilicet*, Comment. in Joan. ibi.

(b) De Chriſto & B. V. M. Nyſſenus quoque, Theodor. Juſtus Orgelit. &c.

(c) Ita anagogice vel apud Cornel. a Lap.

(d) Pariter Comm. in Apocal. ibi. Et præcipue de *beata Virgine peccatores Deo reconciliante*, in 4. Diſt. 45. Art. 3. Q. 2. in concl.

(e) Vid. inter Variantes Vol. 1. & 2.

(f) Serm. 2. de B. V. M. ipſam verbis Eccleſiaſtici 24. ſimiliter loquentem inducit.

(g) Ibi ſic: *Nobilitas fuit naſcentis, in virginitate parientis; & nobilitas parientis, in Divinitate naſcentis.*

(h) Vulg. *illum*; ſed *eum* Comm. in Cant. ibi.

(i) Pariter ibi.

(k) In 1. Diſt. 1. Art. 3. Q. 2. ad opp. 4. „ Omne bonum honeſtum eſt propter ſe appetendum; quia honeſtum eſt quod ſua vi „ nos trahit, & dignitate ſua nos allicit, ſicut „ dicit Tullius.“ Vid. quoque Centiloq. Par. 1. Sect. 9.

(l) Vulg. ~~compoſitionem~~; ſed *compoſitione* etiam in

opus pigmentarii. Memoria Josiæ, id est, Memoriale Salvatoris, vel Sacrificium Altaris. (a) Hoc factum est opere Spiritus sancti, ex pretiosis speciebus Divinitatis & Humanitatis, ut suavissimo honestatis & pietatis odore ad se trahat fideles Ecclesiæ. Cant. primo: Oleum effusum nomen tuum &c. Hinc omnes, qui vere credunt, ob spem gratiæ, & devotionis, ad hoc Sacrificium videndum, & adorandum, ad Ecclesiam ferventer, & frequenter concurrunt.

Dilatatio ratione dignitatis.

27. Secundo excellit ratione dignitatis. Quod probatur a tribus rebus pretiosissimis, ex quibus consistit, scilicet ex Carne Christi mundissima, Anima justissima, Divinitate altissima. (b) Hæc tria in Agno Paschali signata sunt, in nostro Sacrificio vere futura. (c) Exo. duodecimo: Caput Agni cum pedibus ejus & intestinis vorabitis. Caput Agni significat Christi Divinitatem, intestina Animam, pedes Carnem. (d) Ecce in Christo Deus, Anima, & Corpus, propter quod dicitur:

Exo. 12. 9.

Salve salus Mundi, Verbum Patris,
Hostia vera,
Viva Caro, Deitas integra, verus
Homo. (e)

Ex Carne scilicet, Anima, & Deitate, propter tantæ dignitatis excellentiam, habet Sacrificium nostrum præ ceteris triplicem prærogativam. Deo nanque secundum se acceptum est: Angelis reverendum: Hominibus adorandum. Primum est propter Animam justam: secundum propter Carnem mundam: tertium propter Deitatem summam. De primo Malach. tertio: Placebit Domino Sacrificium Juda, id est, Christi justi Regis. (f) Sacrificium Juda Domino placet; quia Corpus Christi oblatum Deus Pater approbat, in quo scilicet se maxime humiliavit usque ad mortem Patri obediendo, de diabolo triumphando, & genus humanum redimendo. Ecclesiastici trigesimo quinto: Oblatio justi impinguat altare, & odor suavitatis est in conspectu Altissimi. Sacrificium justi acceptum est &c. De secundo Matth. vigesimo quarto: Ubicunque fuerit Corpus, ibi congregabuntur & Aquilæ, id est, Angeli sancti. (g) Leo Papa: (h) Circa Corpus Domini Aquilæ sunt, qui spiritualibus alis circumvolant, (i) videlicet sancti Angeli, (k) Spiritus mundi, munditiam amantes, mundum Corpus Domini venerantes, & præsentes fideles protegentes. Gregorius: Quis fidelium habere dubium possit, in ipsa hora immolationis cœlos aperiri, & in illo Christi mysterio Angelorum adesse choros, sum-

Distinctio triplicis prærogativæ Sacrificii nostri.

Dilatatio. *Malach. 3. 4.*

Eccl. 35. 8. & seq.

Matth. 24. 28.

Leo Papa Decr. Par. 3. de consecrat. Dist. 2. c. In quibus isti &c.

Gregorius L. 4. Dial. c. 58. & hab. de cons. ibi.

in Prol. 4. Sentent. & Expos. in cap. 22. S. Luc.

(a) In d. Prol. *Ut per Josiam intelligamus Christum passum: Josias enim interpretatur, ubi est incendium Domini, vel in quo est Sacrificium.* Et in d. Expos. *In memoriale Dominicæ virtutis: Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus, escam dedit timentibus se.* Ps. 110. 4. & seq. Item ibi *in memoriale Dominicæ mortis.*

(b) Repetitiones superlativorum Bonaventurianæ, & pariter Serm. 1. Dom. 2. post Pent.

(c) Al. *vere perfecta sunt.*

(d) Confer infra cum Serm. singul. de Euch. num. 13. ut vel hinc idem ipse utrobique Auctor appareat.

(e) Al. *Ave salus mundi, Deitas integra, verus homo.*

(f) Supra Serm. 1. num. 8. & Ser. 3. n. 19.

(g) Sic in Expos. Missæ.

(h) Loc. cit. Decr. In quibus isti &c. præmittitur: *Leo Episcopus & sancta Synodus, quæ in Urbe Romana convenit, Clero, Honoratis, & Plebi confidenti Constantinopoli.* Sed hæc verba *& sancta Synodus, quæ in Urbe Romana convenit*, jure expunxit Quesnellus auctoritate vetustiorum Collectionum & Codicum, ut notant Cl. FF. Ballerinii Petrus & Hieronymus.

(i) Verba hæc habentur quidem ibi in d. c. In quibus isti, nec non apud S. Ambros. in Luc. cap. 17. ver. ult.; non vero in S. Leon. Epist. 59. al. 46. sive Edit. Quesnellianæ, sive Ballerinianæ, ad Clerum & Plebem Constantinopolitanæ Urbis.

(k) In not. y. d. c. *Angeli vel fideles, quorum juventus ut aquilæ renovatur.* At S. Leo Serm. 11. in Ascens. Dom. c. 3. ad prædicta verba, quæ etiam legere est Luc. 17. 37. *Ubi fuerit corpus, ibi congregabuntur & aquilæ*, subditur: *Aquilas vocat Sanctos, qui cupiunt dissolvi, & esse cum Christo.* Philip. 1. 23. Et pariter Sancti *aquilis* comparantur apud ipsummet D. Bonaventuram Expos. in cap. 17. S. Luc. ad fin. Sanctus autem Chrysostomus in Matth. ibi accipit Angelorum, Martyrum, cæterorumque Sanctorum multitudinem, quasi Divinos Spiritus. Et Hom. 24. in 1. Cor. *Aquilas vocat, ostendens quod oportet eum, qui ad hoc Corpus accedit, esse sublimem, & cum terra nihil habere commune, neque deorsum trahi & serpere; sed assidue sursum volare, & ad Solem justitiæ aspicere, acutosque & perspicaces habere mentis oculos.* Et S. Ambrosius in Luc. ibi sensus jam datos, aliosque persringit.

Digitized by Google

ma & ima ſociari? (a) De tertio Pſal. Adorate ſcabellum pedum ejus, quoniam ſanctum. Iſa. ſexageſimo ſexto dicitur: Terra autem ſcabellum pedum meorum. Terra ſcabellum Dei ſignificat Carnem Chriſti, quæ originaliter de terra eſt. Hæc eſt nobis adoranda, quia ſancta, quia Deo unita. Auguſtinus: Sciendum quod in Chriſto terra eſt, id eſt, Caro, quæ ſine impietate adoratur. (b) Qui enim eam terram adorat, non terram intuetur, ſed illum potius, cujus ſcabellum eſt, propter quem adorat. (c) Auguſtinus: Dicunt Hæretici, quid eſt, quod Carnem ejus (nempe Chriſti) quam creaturam eſſe non negas, ſimul cum Divinitate adoras, & ei non minus quam Divinitati deſervis? Reſpondeo: Ego Dominicam Carnem, immo perfectam in Chriſto Humanitatem propterea adoro, quod a Divinitate ſuſcepta, atque Deitati in unitate Perſonæ eſt unita. (d) Si hominem ſeparaveris a Deo, illi non credo, nec ſervio. Velut ſi quis purpuram, vel diadema Regis per ſe jacens inveniat, nunquid ea adorabit (e)? Cum vero eis Rex indutus fuerit, periculum mortis incurrit, ſi ea cum Rege adorare contempſerit. Sic etiam in Chriſto Humanitatem non ſolam, vel nudam, ſed Divinitati unitam, ſcilicet unum Filium Dei verum, & verum Hominem, ſi quis adorare contempſerit, æternaliter morietur. (f) Alexander Papa: Nihil in Sacrificiis majus eſſe poteſt, quam Corpus & Sanguis Chriſti.

Pſ. 98. 5. *Iſa. 66. 1.* *Auguſtinus Enarrat. in d. Pſ. ibi.* *Auguſtinus Ser. 246 al. 58. de verb. Dom. in fine.* *Alexander Papa de Conſecrat. Diſt. 2. c. Nihil in Sacrificiis.*

Dilatatio ratione virtutis.

28. Tertio excellit ratione virtutis, id eſt, propter effectum ſuæ bonitatis. Habet enim triplicem bonum actum in triplici ſtatu fidelium, ſcilicet in Mundo, in Purgatorio, in Cœlo. In primo ſtatu peccata relaxat: in ſecundo pœnam gravem alleviat: in tertio gaudium magnum generat. Hinc eſt, quod triplices Miſſæ celebrari ſolent: pro ſalute Vivorum: pro requie Defunctorum: & pro gloria Beatorum. Unde & Hoſtia in tres partes frangitur, ut virtus Sacrificii Corporis Domini in prædicto triplici ſtatu demonſtretur (g). De primo Levitici quinto: Anima ſi peccaverit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum, id eſt, Chriſtum, dicit Gloſſa. Unde cantatur: Agnus Dei qui tollis peccata mundi. (h) Auguſt. (i): Dominus dedit nobis Sacramentum ſalutis, ut quia quotidie peccamus, & ille ideo pro nobis mori non poteſt, per hoc Sacramentum remiſſionem conſequamur. De ſecundo Levit. decimo ſeptimo: Dedi vobis ſanguinem, ut ſuper altare in eo expietis pro animabus veſtris, & ſanguis pro animæ piaculo ſit. Et ideo Caro & Sanguis Chriſti recte ab Eccleſia pro animabus offertur Defunctorum, ut a pœna Purgatorii, qua reſiduo pœnitentiæ obligati ſunt, abſolvantur. Auguſtinus dicit: Orationibus & eleemoſynis Sanctæ Eccleſiæ, & Sacrificio ſalutari, non eſt dubium Defunctorum animas relevari, ut cum eis miſericordius agatur a Domino, quam eorum opera meruerunt in hoc Mundo. De tertio Levit. decimo: Pectuſculum, (ſcilicet Sacrificii) quod oblatum eſt, edetis in loco mundiſſimo, tu, & filii tui, & filiæ tuæ tecum. Pectuſculum, quod ſcilicet eſt dulciſſimum & optimum animalis, figurat dulcedinem Corporis Chriſti, in quantum comeditur in loco mundiſſimo, id eſt, in quantum delectat Beatos in Cœlo, in eo quod plurimum gaudent, & congratulantur in hoc Sacrificio de memoria ſuæ redemptionis, de aſpectu noſtræ ſalutis, de admiratione Divinæ bonitatis. Vel certe pectuſculum comeditur in loco mundiſſimo, quia dulcedine Corporis Domini, qua hic paſcimur in velamine, ea fruuntur Beati viſione manifeſta in Cœlo. Apocal. ſecundo: Vincenti dabo manna abſconditum. Gloſſa: Memetipſum, qui ſum panis vivus, & qui fui in man-

Diſtinctio triplicis boni in triplici ſtatu, cum dilatatione.

Levit. c. 4. 13. & ſeq. *Gloſſa interlin.* *Auguſtinus ſive Auctor de Eccleſiaſt. Dogmat. c. 53. & de Conſecrat Diſt. 2. c. Quotidie. De hoc etiam Epiſt. 118. c. 3. & de verb. Do. Ser. 18.* *Levit. 17. 11.* *Auguſtinus Ser. de verbis Apoſt. & in Gloſ. ſuper illud 1. Theſ. 4. c. Nolumus vos.* *Levit. 10. 14.* *Apocal. 2. 17.* *Gloſſa interlin.*

(a) Sic apud D. ipſum Bonaventuram in 4. Diſt. 11. Par. 1. in tex. Mag. & Art. 1. Q. 1. ad opp. 1. & in reſpon. ad 1. 2.; nec non L. 1. Phar. c. 3., in Expoſit. Miſſæ &c.

(b) 3. Diſt. 9. Art. 1. Q. 1. in Fundam.

(c) Confer ibi in lit. Magiſt.

(d) Ibi Q. 1. in concl., & ad 3. ubi quoque Damaſceni teſtimonium adducitur.

(e) Al. *numquam eam adorabit.*

(f) Confer iterum ibi in lit. Magiſt.

(g) Sic in 4. Diſt. 12. Par. 1. Art. 3. Q. 3. per tot. nec non in Expoſit. Miſſ.

(h) In d. Expoſit. Miſſ. ubi dicitur, *quod Agnus Dei Sergius Papa inſtituit, ut cum fractione Corporis Domini devotiſſime cantetur.*

(i) Al. *Gregorius.* Confer in eod. 4. Diſtinct. 12. Par. 2. in lit. Mag. nec non de Præparat. ad Miſſ. cap. 6. Item Paſchaſium de Corpor. & Sang. Dom. cap. 9.

Digitized by Google

Sap. 16. 20. manna absconditus. (a) Et si nunc manna absconditum, tunc erit manifestum, habens omnis saporis suavitatem. (b) Hinc dicit Complenda: (c) Perficiant in nobis Domine sacramenta, quod continent, ut quæ specie gerimus, rerum veritate capiamus; (d) id est, Christi manifesta visione perfruamur (e), secundum illud: Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum. (f) In illa Domini visione est nobis omnis boni plena fruitio. Psalm. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo. Et satiabor, cum apparuerit gloria tua. Quam nobis præstare &c. (g)

In Complenda Missa, & ex Gregor. in Hom. Pasch. De Consecr. Dist. 2. c. Species.

Jo. 14. 21.

Ps. 15. 10. & 26. 15.

SERMO QUINTUS.

De tertia causa institutionis, quæ est ut sit Cibus hominis, triplici ratione Divinæ Sapientiæ. Thema proprium, quod Corpus datur in cibum.

Jo. 6. 56. Divisio triplicis rationis Sapientiæ Dei.

29. *Caro mea vere est cibus.* Tertia causa institutionis (h) est Cibus hominis. Circa hoc quod Dominus dat Corpus suum homini in cibum, triplex potest ratio Sapientiæ Dei assignari; scilicet Divinæ largitatis magnitudo, humanæ naturæ corruptio, & ejus naturæ conditio. (i) Prima est Divinæ largitatis magnitudo. Cum enim summe bonus sit, summa eum decet liberalitas. Sed nulla hac major esse potest. Probatur autem liberalitas ejus, maxime in hoc Sacramento, quoad tria. Primo quantum ad magnificentiam doni: secundo quantum ad nobilitatem dantis: tertio quantum ad utilitatem accipientis.

Distinctio Christi liberalitatis in hoc Sacramento quoad tria.

30. Primo probatur maxima liberalitas in hoc Sacramento quantum ad magnificentiam doni; quia largitor omnium bonorum in hoc Sacramento dat se ipsum, & hoc largissime, quia dat proprium Corpus in cibum, secundum quod dicit: Accipite & comedite &c. Hic est summus gradus Divinæ largitatis quantum ad donum. Hic quidam gradus proponi possunt Divinæ largitatis, quibus largitus est homini omnia bona sua; & sic patebit, quod hic est summus.

Quoad magnificentiam doni, dilatatio.

Matth. 26. 26.

31. Primus gradus est, quod homini largitus est cœlum, & terram, & omnes irrationales creavit creaturas ad serviendum. Ecclesiastici decimo septimo: Deus creavit de terra hominem, & dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram. Gen. primo: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli &c. Deut. quarto: Solem & lunam, & omnia astra cœli creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cælo sunt. Matth. quinto: Deus solem facit oriri super bonos, & malos, & pluit super justos, & injustos. Act. quarto decimo: Deus non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœ-

Sex gradus hujusmodi doni.

Eccli 17. 1. & 3.

Gen. 1. 26.

Deut. 4. 19.

Matth. 5. 45.

Act. 14. 16.

(a) Confer Comment. in Apocal. ibi. Audi quoque Henric. Sedul. Lib. 3. Apologet. c. 20. „ Illud dicere liceat, Missam sive sacratissimam „ Eucharistiam mihi quidem videri *Manna ab-* „ *sconditum* (Apocal. 2. 17.). Legistin illud „ Evangelici Prophetæ? (Isa. 45. 15.) *Vere tu* „ *es Deus absconditus*. Non credis, non capis? „ magno id tuo malo. Audi tria verba: *Se-* „ *cretum Dei intentos debet facere, non adversos.*" Aug. Tract. 27. in Joan.

(b) Exposit. in Sap. ibi, nec non 4. Dist. 8. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in resp. ad 2. &c.

(c) Al. *Collecta*, sed *Complenda* apud D. Bonav. in 4. Dist. 9. in lit. Magistr. In Lib. Sacramentor. S. Gregor. Pap. *Ad Complendum*. Sed quomodocunque hæc oratio vocetur, ait Algerus L. 1. De Corp. & Sang. Dom. c. 17. „ De hoc Sacerdos in fine cujusdam Missæ „ orat: *Ut quod specie gerimus, rerum veritate* „ *capiamus.*"

(d) Pariter in 4. ibi.

(e) Similiter Ratramnus in Lib. de Corp. & Sang. Dom. ad fulciendam sententiam suam prædictam Orationem exponens ait: *Dicit quod in specie gerantur ista, non in veritate; id est, per similitudinem, non per ipsius rei manifestationem.* Scilicet Corpus Christi, *nunc per similitudinem*, id est, per externam Sacramenti speciem, *ostenditur; in futuro per manifestationem revelabitur.* Ita Ratramnus, ac etiam Lantfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, vir sanctus, & doctus, cujus quoque est insignis Liber De veritate Corporis Domini in Eucharistia. Accedit apud Ratramnum illa alia Ecclesiæ Oratio: *Pignus æternæ vitæ capientes humiliter imploramus, ut quod in imagine contingimus Sacramenti, manifesta participatione sumamus.* Id est, ut Corpus Christi, quod sub specie panis & vini contingimus, manifesta visione in cœlo possideamus.

(f) Comment. in Joan. ibi, Vol. 1. hujus Supplem.

(g) Ita etiam in fine Serm. 1. & 2. Dom. 1. & 2. Advent. Dom.

(h) De prima causa supra Serm. 2. num. 14. de secunda Serm. 3. n. 19.

(i) Al. tantum *Divinæ liberalitatis magnitudo*. De cæteris infra Ser. 6. num. 40. & 43.

Digitized by Google

cœlo, dans pluvias, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Non sine testimonio seipsum reliquit benefaciens, id est, per beneficia, & creatorem se Deum & largitorem (a) testatus est. Psalm. Quid est homo, quod memor es ejus? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. *Ps. 8. 5. & seqq.*

32. Secundus gradus est, quod largitus est homini illas nobilissimas creaturas rationales, & cœlestes, scilicet sanctos Angelos ad ministrandum. Hebr. primo: Omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. (b) *Hebr. 1. 14.* Matth. decimo octavo: Angeli eorum semper vident faciem Patris. Angeli dicuntur parvulorum, quia unicuique datus est ad sui custodiam ab ortu nativitatis suæ Angelus deputatus, (c) scilicet ad ministrandum. (d) Hinc leguntur hominibus sæpe obsequia impendisse, & faciunt quotidie, peccatores convertendo, multos a malis defendendo, justos ad cœlos deducendo. *Matth. 18. 10. Hieronymus in. d. c. 61.* Exo. vigesimo tertio: Ecce ego mitto (e) Angelum meum, qui præcedat te; scilicet lumen virtutis ostendendo: & custodiat in via; ab igne (f) Purgatorii defendendo: & introducat te; ad desideria (g) Regni cœlestis perducendo (h). *Exo. 23. 20.*

33. Tertius gradus est, quod largitus est seipsum in socium nostræ peregrinationis. Luc. primo: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit nos oriens ex alto, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Baruch tertio: Hic est Deus noster, & non æstimabitur alius adversus eum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, & tradidit illam Jacob puero suo, & Israel dilecto suo, & post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est; quasi diceret: Quia Deus fecit homini viam peregrinationis, dans mandata bonæ conversationis, ne deficiat, & ne videatur homini via gravis nimis, factus est Deus homo, & per hoc socius viæ, & peregrinationis. Luc. octavo: Ipse faciebat iter per civitates & castella prædicans & evangelizans regnum Dei. Et etiam textu illo: Et mulieres aliquæ, quæ erant curatæ a spiritibus immundis, & infirmitatibus, & Maria quæ vocabatur Magdalena, & Joanna uxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & multæ allæ, & turba multa conveniebant ad eum. Et vere bonus dedit se in bonum socium; quia socios viæ lassos verbis optimis confortavit, in periculis liberavit, infirmos curavit, mortuos suscitavit. (i) *Luc. 1. 68. & seq.* *Bar. 3. 36. & seqq.* *Luc. 8. 1.* *Ibi 2. & seqq.*

34. Quartus gradus, quod dedit se in servum nostræ necessitatis. Phil. secundo: Exinanivit semetipsum formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Hinc sitientes potavit, esurientes pavit, Discipulorum pedes lavit. Matth. vigesimo: Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. Luc. vigesimo secundo: Ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat. *Phil. 2. 7.* *Matth. 20. 28.* *Luc. 22. 27.*

35. Quintus gradus est, quod dedit se in pretium nostræ redemptionis. (k) Eph. quinto: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem, & hostiam Deo in odorem suavitatis. Matth. vigesimo: Filius hominis venit dare animam suam, redemptionem pro multis. *Eph. 5. 2.* *Matth. 20. 28.*

36. Sextus gradus est, & summus, quod dat homini Corpus suum in cibum. (l) Osee undecimo: Ego quasi nutritius Ephraim, & declinavi ad eum, ut vesceretur. Jo. sexto: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Gregorius: Bonus Pastor Dominus animam suam pro ovibus posuit, ut in Sacramento nostro Corpus suum & Sanguinem verteret, & oves quas redemit, carnis suæ alimento satiaret. Et in hoc *Osee. 11. 3. & seq.* *Jo. 6. 52.* *Gregorius in Evang. L. 1. Hom. 14. n. 1.*

(a) Al. *creaturæ se Deum & liberatorem.*
(b) Serm. 3. in ord. 42. de Ang.
(c) 2. Dist. 11. Art. 1. Q. 2. in Fundam. nec non in Propr. Sanctor. Serm. de Ang. ad fin. atque in Comm. Sanctor. Serm. 2. in ord. 41. de Ang. ab init.
(d) Eod. 2. ibi Q. 1. ad 3. ac d. Serm. 2.
(e) Vulg. *mittam*; sed *mitto* Serm. 1. de Ang. in ord. 40.
(f) Al. *in igne.*
(g) Al. *ad sydera.*
(h) Vid. Serm. de S. Michaele prope fin.
(i) Similiter desinentia apud D. Bonav. consueta.
(k) Serm. 3. in ord. 42. de Ang. paucis post init. *Non solum condidit mundum, & totum nobis dedit in usum, sed & Angelos tradidit in ministerium, & tandem seipsum in pretium.*
(l) Sic disertissime de Grad. Virtut. cap. 15. ubi *de gradibus largitatis.*

Digitized by Google

hoc est expressio summæ largitatis, & præcipui amoris. Magnum enim est dare se in socium peregrinationis, majus in servum necessitatis, maximum in pretium redemptionis: (a) tamen tale donum est adhuc in separatione aliqua, & remotione ab eo, cui datur. Sed quod datur in cibum, datur non ad separationem aliquam, sed ad omnimodam unionem. (b). Uniuntur enim in unitate corporis cibus & cibum sumens. (c) Jo. sexto: Qui manducat carnem meam, in me manet, & ego in eo. (d) Et sic patet in tali dono summa largitas Divinæ bonitatis.

Jo. 6. 57.

37. Secundo probatur excellens liberalitas Dei in hoc Sacramento, quantum ad nobilitatem dantis, quæ tam excellens est in hoc Sacramento, ut Corpus suum largiatur late, & diffuse; quia non solum dat illud dignis & amicis, sed etiam non subtrahit illud indignis, malignis, & inimicis. Psalm. Appropiant super me nocentes, ut edant carnes meas. Qui enim permisit se manibus malignorum semel crucifigi, permittit se sceleratorum manibus quotidie tractari, & inimicorum & immundorum dentibus lacerari. Hinc hosti & traditori suo Judæ in cœna cum aliis dicitur Corpus suum dedisse. (e) Veritatem enim suæ præsentiæ ad instar solis oriri facit super bonos, & malos; exhibens se in hoc Sacramento dignis & indignis: licet non ab omnibus effectus suscipiatur æqualis; nam dignus effectum bonitatis Dei suscipit, indignus severitatis. Exemplum de Sole, & oculo sano, & ægro. (f) Nota quod magnum est dare magna dona proximis & amicis; majus dare servis & ancillis; maximum ignotis & peregrinis, sed nimis inimicis. (g) Unde arguuntur de magna ingratitudine Job decimo nono: Quare persequimini me, & carnibus meis saturamini? Rom. secundo: An divitias bonitatis Dei, & patientiæ, & longanimitatis contemnis? Ignoras, quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Copiosa bonitas, & benignitas, & liberalitas nobilitatis Dei est, quæ inimicis, & multis peccantibus contra eum, tot bona facit; maxime cum tales sumere Corpus suum permittit, quasi (b) ut tanta eos liberalitate convertat.

Quoad nobilitatem dantis, dilatatio.

Ps. 26. 2.

Matth. 5. 45.

Job 19. 22.

Rom. 2. 4.

38. Tertio probatur quantum ad utilitatem accipientis, quia in hoc Sacramento digne suscipiens efficitur deiformis, id est, per gratiam bonitatis, sive per imaginem imitationis, Deo quodammodo similis. Joan. primo: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, id est, per gratiam bonitatis Deo similes. Ambrosius: Quia idem Dominus noster Jesus Christus consors est, & Divinitatis & Corporis, & tu qui accipis carnem, Divinæ ejus substantiæ in illo participas alimento. Divina enim substantia bonitas est. In hoc ergo alimento Divinæ substantiæ participare est assimilari per gratiam Divinæ bonitati. Prov. duodecimo: Qui bonus est, hauriet sibi gratiam a Domino. Gratia vero est influentia Divinæ bonitatis in animam, per quam assimilatur Deo, fit ei grata, & vitæ æternæ digna. (i) Non enim sufficit liberalitati Divinæ, quod in hoc Sacramento vel cibo intellectum illuminat, quod affectum sanat, quod memoriam delectat, quod totum hominem in bono confortat, quod Corpori suo mystico associat; (k) quin insuper Deo assimilet in præsenti per gratiam, in futuro per gloriam: non enim potest ulterius promoveri &c.

Quoad utilitatem accipientis, dilatatio.

Jo. 1. 12.

Ambrosius De sacr. l. 6. c. 1. n. 4. vel. c. sicut est verus de Consecrat. Dist. 2. Par. 3. Decr.

Prov. 12. 2.

Gratia quid sit.

SERMO SEXTUS.

De causa qua datur in cibum ratione corruptionis naturæ & conditionis; Thema generale.

39. *Venite, comedite &c.* (l) Secunda ratio quare Dominus Corpus suum dat in cibum, est humanæ naturæ corruptio, (m) quæ hujus cibi exigebat medica-

Prov. 9. 5. Distinctio trium rationum, cur humanæ naturæ corruptio cibum hunc exigebat, & earum dilatatio.

(a) Gradationes hujusmodi apud D. Bonav. haud infrequentes.

(b) Breviloq. Par. 6. c. 9.

(c) De præparat. ad Miss. cap. 7.

(d) Vulg. *in illo*; sed *in eo* Comment. in Joan. ibi.

(e) 4. Dist. 9. Art. 2. Q. 4. in Fundam. & 4. Dist. 11. Par. 2. Dub. 8.

(f) Confer infra Serm. 7. n. 48. & 2. Dist. 26. Art. 1. Q. 2. in concl. & 1. Dist. 3. Par. 1. Art. 1. Q. 2. ad 2.

(g) Cap. 15. de Grad. Virtut.

(h) Al. fine *quasi*.

(i) Breviloq. Par. 5. cap. 1. & in 2. cit. Dist. 26. ibi.

(k) Breviloq. Par. 6. cap. 9. & 4. Dist. 11. Par. 2. Art. 1. Q. 3. in concl. In prædictis autem rursum similiter desinentia, Bonaventuriana videntur.

(l) Al. *& alia Themata, ut supra.*

(m) Supra num. 29.

Digitized by Google

dicamentum; & hoc quantum ad tria. Primo quantum ad congruam curationis inchoationem. (a) Secundo quantum ad integram corruptionis curationem. Tertio quantum ad firmam sanitatis conservationem.

Congrua curationis inchoatio.

40. Primo, humanæ naturæ corruptio exigebat talem cibum, quantum ad congruam curationis inchoationem; quia sicut initium corruptionis & mortis cœpit a cibo vetito, scilicet a ligno scientiæ boni & mali; sic initium justificationis & vitæ incipere debuit a cibo, scilicet a ligno vitæ, id est, a Corpore Dominico. (b) De primo Gen. secundo: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Gen. 2. 17. De secundo Joan. sexto dicitur: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Jo. 6. 54.

Integra corruptionis curatio.

41. Secundo, exigebat talem cibum quantum ad integram corruptionis curationem. Serpens enim malignus infudit homini per venenum pomi vetiti triplicem corruptionem: in anima tenebras ignorantiæ, in carne morbum pravæ concupiscentiæ, & mortem in utroque. Gen. tertio: Serpens decepit me, & comedi. De primo Psal. Homo, cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus, & similis factus est illis (c). Et Gen. primo: Tenebræ enim, id est, ignorantiæ, erant super faciem abyssi, id est, humani cordis ex diabolica deceptione. (d) De secundo Gal. quinto: Caro concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem. Et Rom. septimo: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Lex in membris est morbus concupiscentiæ movens membra ad actus malitiæ. De tertio Sap. secundo: Invidia diaboli mors intravit (e) in orbem terrarum. Augustinus: Si Angelus de spirituali ruens Paradiso, (f) non esset auditus, non præcipitaremur in mortem; sed venit de cœlo lapsus, serpens factus (g), & emisit venenum de proprio, & locutus est de suo: Gustate, & eritis sicut Dii. Et illi appetentes quod non erant, amiserunt quod acceperant, scilicet veri intelligentiam, vitæ justitiam, non moriendi possibilitatem. (h) Quia ergo diabolus per cibum venenosum homini triplicem infuderat corruptionem, necesse fuit ad integram curationem, ut Medicus & Salvator noster cibum medicinalem contra hæc tria daret; & hoc est Corpus suum, quod pie recipientium ignorantiæ tenebras illuminat, morbum pravæ concupiscentiæ sanat, & mortem destruendo triumphat. De primo Psal. Dominus illuminatio mea. Item: Accedite ad eum, & illuminamini. Corpus enim Christi est Verbum Dei, id est, vera lux in carne humana, quasi in lucerna, qua illuminatur fidelis anima. De secundo Psal. Pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis. Et Exod. sexto decimo: Mane ros jacuit in similitudinem pruinæ super terram. Panis ergo cœlestis in similitudinem pruinæ & roris apparebat; quia Corpus Domini a fervore pravæ concupiscentiæ refrigerat. De tertio Jo. sexto: Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt: Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis manducaverit ex ipso, non moriatur: De his tribus supra primo Sermone circa finem actum est. (i)

Gen. 3. 13. Psal. 48. 13. Gen. 1. 2. Gal. 5. 17. Rom. 7. 23. Sap. 2. 24. Augustinus. Ps. 26. 1. Ps. 33. 6. Ps. 77. 24. Exo. 16. 13. & seq. Jo. 6. 49. & seq.

Firma sanitatis conservatio.

42. Tertio exigebat talem cibum quantum ad firmam sanitatis conservationem. Quidam enim ad tempus compunguntur de peccatis, & quodammodo curantur; sed tempore tentationis per recidivum (k) iterum corrumpuntur. Psal. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ. Ad conservationem autem sanitatis animæ, & ad incor- Ps. 37. 6.

(a) Al. sine sequentibus usque ad *quia sicut initium corruptionis &c.*

(b) Comment. in Apocal. cap. 22. n. 1670.

(c) 3. Dist. 24. Dub. 1.

(d) Sic in sensu mystico etiam Glossa interl.

(e) Vid. S. Augustinum de peccator. merit. & remiss. Lib. 1. cap. 9. n. 9. nec non inter variantes Vol. 1. & 2. hujus Supplementi.

(f) *De spiritali paradiso cecidit*, idem S. August. De Civit. Dei L. 14. c. 11. n. 2. Al. *de proprio* pro *de spiritali*.

(g) 2. Dist. 21. Art. 1. Q. 1. in concl. ex eodem August. *qui prius erat Lucifer, Diabolus factus est*. Vid. eundem S. August. Lib. 3. de Lib. arbitr. c. 25. n. 75. & Lib. de vera Relig. cap. 13. num. 26. ac Enarrat. in Ps. 121. n. 6. &c. Al. *lapsus serpens foris*.

(h) Nanque, ut rursum loquitur S. August. De Civit. Dei L. 22. cap. 30. n. 3. *prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, posse non mori*.

(i) Serm. 1. num. 13.

(k) *Per recidivum* etiam 4. Dist. 22. Art. 1. Q. 2. in concl.

Digitized by Google

corruptionem vitæ bonæ valet cibus iste. Cant. primo: Fasciculus myrrhæ. Sicut enim myrrha incorrupta servat corpora (a), sic Corpus Domini pie sumptum corda. *Cant. 1. 12.*

Distinctio, qua humanæ naturæ conditio tripliciter considerator, ut indigens triplici cibo.

43. Tertia ratio Sapientiæ Dei, qua Dominus dat homini Corpus suum in cibum, est humanæ naturæ conditio (b), quæ rationalis creata est, & corpori conjuncta. Rationalis autem creatura potest tribus modis considerari, & secundum hoc indiget triplici cibo. Primo modo consideratur secundum quod est incorporea, & pure spiritualis, ut natura Angelica. Secundo modo ut est Corpori conjuncta, sicut dissimilis dissimili, pretiosum vili, spiritus carni. Tertio modo secundum quod illæ duæ naturæ, scilicet corpus & anima, in singulis personis hominum sunt familiari societate, & miro amore conjunctæ. Sed quocunque istorum trium modorum consideretur rationalis creatura, secundum conditionem suam convenienti indiget alimonia.

Primi modi dilatatio.

44. Primo enim modo considerata, secundum quod incorporea, & pure spiritualis, ut natura Angelica, secundum conditionem suam exigit alimentum, per quod vivat & subsistat, scilicet Verbum Dei æternum, secundum se incorporeum, quod est æterna Dei Sapientia. Tob. duodecimo: Ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, utor. Prov. tertio: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, Sapientiam Dei scilicet. Ecclesiastici primo: Fons sapientiæ Verbum Dei in excelsis, reficiens scilicet Angelos in cœlis. (c) *Tob. 12. 19.* *Prov. 3. 18.* *Eccli 1. 5.*

Secundi modi dilatatio.

45. Secundo modo considerata rationalis creatura, ut est corpori conjuncta, sicut dissimilis dissimili, pretiosum vili, spiritus carni, secundum conditionem utriusque naturæ indiget pro utraque cibo convenienti sibi, sed dissimili: quia spiritus spirituali ad modum Angeli, & corpus corporali ad modum bruti. De primo (d) Psal. Panem Angelorum manducavit homo. Primo Cor. decimo: Patres nostri omnes eandem escam spiritualem manducaverunt. Sap. nono: Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo fugerit (e) sapientia tua, in nihilum computabitur. Quasi diceret: Qui spirituali cibo, qui est Sapientia Dei, caruerit, a vita spirituali deficiet. Ecclesiastici quinto decimo: Cibavit (f) illum pane vitæ & intellectus. De secundo (g) secundi Reg. duodecimo: Pauper habebat ovem unam parvulam de pane illius comedentem, & de calice ejus bibentem. Eccli trigesimo nono: Initium necessariæ rei vitæ hominum lac, & panis, & mel, & botrus uvæ, & oleum &c. (b) Hæc omnia Sanctis in bona, & impiis in mala convertuntur. De utroque Deut. octavo, & Matth. quarto: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. (i) Augustinus: Sicut anima est vita corporis, sed non vivificat illud sine cibo corporali; ita Deus vita est animæ, sed non vivificat illam sine cibo spirituali, id est, Verbo Dei: & sic hæc & illa natura hominis sibi dissimiles dissimilem cibum habuerunt, & alio modo, & longe ab invicem comederunt; nec cibus corporis congruebat spiritui, nec cibus spiritus corpori. *Psal. 77. 25.* *1. Cor. 10. 4.* *Sap. 9. 6.* *Eccli 15. 3.* *2. Reg. 12. 3.* *Eccli 39. 31.* *Deut. 8. 3.* *Matth. 4. 9.* *Augustinus Enarrat. in Ps. 70. Serm. 2. n. 3.*

Tertii modi dilatatio.

46. Tertio modo considerata rationalis creatura, scilicet secundum quod illæ duæ naturæ, id est, corpus & anima, sunt in singulis personis hominum familiari societate, & miro amore conjunctæ, nunc exigit ad æternam salvationem utriusque unum cibum, toti homini, id est, utrique naturæ convenientem (k), spiritualem simul & corporalem, scilicet Verbum Caro factum, quam carnem simul cum Verbo sub (l) quodam Sacramento comedant; cujus virtute anima de præsenti miseria ad vitam æternæ beatitudinis perveniat, & corpus ad modicum tempus servatum in terra, tandem (m) glorioso resurgat. De hoc

(a) Expos. in Cant. ad d. text.
(b) Supra num. 29.
(c) De præparat. ad Miss. cap. 7.
(d) Scilicet cibo spirituali.
(e) Vulg. *abfuerit*, sed *fugerit*, vel *anfugerit* Expos. in Sap. ibi.
(f) Vulg. *cibabit*; sed *cibavit* vide inter variantes Vol. 2.
(g) Scilicet corporali.
(b) Vid. quoque Ecclesiastici 29. 28.
(i) Item Luc. 4. 4. vid. D. Bona. Expos. in Luc. ibi.
(k) Al. *tunc exigitur ad æternam salvationem utrorumque unus cibus toti hominis, id est; utrique naturæ conveniens.*
(l) Al. *quem simul sub &c.*
(m) Al. *servatur in terra, ut tandem &c.*

Digitized by Google

cibo Jo. sexto: Caro mea vere est ci- Jo. 6. 56.
bus. Caro mea, id est, caro Dei. Ca-
ro humana unita Verbo Dei vere est
cibus, scilicet totius hominis, valens
animæ & corpori. Eccleſiastici primo: Eccli 1. 9. & seq.
Unus est altissimus Creator omnipotens
(a) ipse creavit sapientiam in Spiritu sancto, & secundum datum suum præ-
buit (b) illam diligentibus se. Crea-
vit sapientiam (c) in Spiritu sancto, id
est, in virtute Spiritus sancti (d) creatu-
ram carnis de Virgine sumpsit, & Sa-
pientiæ suæ univit. Et secundum da-
tum suum, id est, liberalitatem, præ-
buit illam in cibum diligentibus se, sci-
licet fidelibus, ut prosit, sicut dictum Isa. 21. 7.
est, corpori & animæ. De hoc convi-
vio corporis & animæ Isa. undecimo:
Vitulus, & ursus pascentur simul. Vi-
tulus significat corpus, quod in Sacri-
ficio Deo est mactandum. Ursus spiri-
tum; qui, sicut ursus bestiis, sic terri-
bilis debet esse bestialibus motibus. Hi
pascentur simul uno cibo, id est, car-
ne Christi, ut prosit animæ & corpo- Jo. 6. 57.
ri. De primo Jo. sexto: Qui mandu-
cat carnem meam, in me manet, &
ego in illo. De secundo dicitur (e): Ibi 40.
Et ego resuscitabo eum in novissimo
die &c.

SERMO SEPTIMUS.

De forma donationis, qua datur Corpus Domine velatum ratione indignitatis malorum, & fidei bonorum: Themata commune, speciale, & proprium.

Prov. 9. 5. Jo. 6. 53 Tob. 12. 7. Divisio trium circa formam donationis notandorum.

47. *Venite comedite* &c. (f) *Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum?* (g) *Sacramentum Regis abscondere bonum est.* Secundum principaliter circa Sacramentum Dominici Corporis notandum, est forma donationis. (h) Et circa hanc tria sunt consideranda. Primum, quod Dominus dat Corpus suum velatum. Secundum, quod dat velatum sub specie panis. Tertium, quod dat sub specie panis triticei. Circa primum considerandum est, quod datur velatum, non nudum, secundum illud Apocal. secundo: Vincenti dabo manna absconditum, quasi cibum cœ- Apocal. 2. 17.
leſtem velatum. (i) Sed quia ex hoc humanus sensus hæsitat, & miratur, cum aliud videt, & aliud credit, videtur hujus velaminis quadruplex esse ratio, (k) Prima est indignitas malorum. Secunda, fides bonorum. Tertia, in- Distinctio quadruplicis rationis ad probandum hoc velamen.
structio morum. Quarta, imbecillitas hominum. (l)

48. Prima ratio est indignitas malo- Dilatatio primæ rationis, quæ est indignitas malorum.
rum, quæ exigit, ut veletur, sicut æger oculus, ut sibi Sol, & quodlibet lu-
men tegatur. (m) Et in hoc benigniſſi-
me egit cum eis misericordia Salvato-
ris. Si enim pravi nudum aspicerent, & hoc a fidelibus manducari, ex ipso aspectu scandalizarentur, & tripliciter male perirent videlicet in corde per horrorem, in ore per detractionem, in anima per spiritualem mortem. De Jo. 6. 56. & 67.
primo Jo. sexto, ubi Dominus dicit. Caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus, sequitur: Ex hoc multi Discipulorum ejus abierunt retro, & jam cum illo non ambulabant, quasi abhorrentes verba de humana carne comedenda. (n) Ambrosius: Forte di- Ambrosius de Sacram. L. 6. c. 1. n. 2. & seq. ac refertur de Consec. Dist. 2. c. Forte dicas. Jo. 67. & 69.
cas: Quomodo vera caro? Qui simili-
tudinem video, non video sanguinis ve-
ritatem. Primo omnium dixi tibi de
sermone Christi qui operatur, ut pos-
sit mutare & convertere genera insti-
tuta naturæ. Deinde ubi non tulerunt
sermonem Christi Discipuli ejus, au-
dientes quod carnem suam daret man-
ducare, & sanguinem suum daret bi-
bendum, recedebant; solus Petrus di-
xit: Verba vitæ æternæ habes, & ego
a te quomodo recedam? Ne ergo plu-
res scandalizarentur (o), veluti quidam
esset horror cruoris (p), sed maneret
gratia redemptionis; ideo in similitudi-

nem

(a) Al. *omnium*.
(b) Al. *præbet*, *& spiritu sancto* sine *in*.
(c) Confer in 2. Dist. 2. Par. 1. Art. 2. Q. 3. ad opp. & in Resp. ad 1. & 2.
(d) Al. *virtute tua*.
(e) Al. *sequitur*.
(f) Al. heic *Thema speciale*:
(g) Al. heic *Thema proprium*.
(h) De hac supra Prol. ab init.
(i) Ita Comment. in Apocal. ibi.
(k) Al. *& miratur, cum aliud videtur, hujus velaminis quadruplex est ratio.*
(l) De tertia & quarta seq. Ser. 8. Al. tantum *Prima est* &c.
(m) Supra Ser. 5. n. 137.
(n) Sic Comment. in Jo. ibi.
(o) Edit. Maur. *Ne igitur plures hoc dicerent.*
(p) De hoc *horrore cruoris* D. ipse Bona. etiam De præparat. ad Miss. cap. 3. Unde in Vitis Patrum L. 5. Auct. Græco Incerto, Interp. Pelag. S. Q. E. Dial. Libel. 18. n. 3. pag. 636. col. 2. sic lego: *Deus scit humanam naturam, quia*

Digitized by Google

nem quidem accipis sacramentum, sed verè naturæ gratiam virtutemque consequeris. (a). De secundo in eodem, ubi dixit Dominus: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita: Litigabant ergo Judæi &c. Litigatio ergo hæc murmur & detractio est, & ideo debuit velari. Si is, qui me oderat, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo unanimis, dux meus, & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos. De tertio Num. quarto: Aaron & filii ejus intrabunt, ipsique disponent opera, id est, operient Sacramenta. Alii nulla curiositate videant, quæ sunt in Sanctuario priusquam involvantur, alioquin morientur. Primi Reg. sexto: Percussit Dominus multos, eo quod vidissent Arcam Domini; quia scilicet non licebat eis videre detectam. Arca figurat Corpus Christi (b), quod malignis est velandum, ne spiritualiter moriantur, si videant nudum: quia causa cæcitatis suæ putarent esse phantasticum. Ecclesiastici tertio: In pluribus Dei ne fueris curiosus. Non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. (c)

Ps. 54. 23. & seqq.

Num. 4. 28. & seq.

1. Reg. 6. 19.

Eccli 3. 22. & seq.

Dilatatio secundæ rationis, quæ est fides bonorum.

49. Secunda ratio quare datur velatum, est fides bonorum. Et hæc ratio potest in tria distingui, quæ exigunt hoc velari, scilicet fidei esse verum, infidelitatis primæ (d) remedium, fidei meritum. Primo fidei verum esse exigit, ut veletur Corpus Christi. Hebr. undecimo: Fides est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. Et ut dicit Augustinus: Fides est credere quod non vides, (e) id est, credere verbis de re occulta, quæ vere est, & tamen oculis eam non vides. Nam de re quam videmus, scientiam potius, quam fidem habemus. (f) Primæ Petri primo: Christus est, in quem non videntes creditis. Secundo infidelitatis primæ remedium exigit, ut veletur Corpus Christi, quatenus culpæ infidelitatis respondeat congruus modus satisfactionis. Unde sicut primorum Parentum incredulitas incepit ex auditu verbi Diaboli suadentis cibum habentem mortem velatam, & in eo sunt eorum sensus vane delectati; sic congruit, ut fides salvandorum incipiat ex auditu verbi Salvatoris suadentis auditu tantum (g) cibum habentem veram vitam absconditam, in quo nostri sensus pie decipiantur (h) præter auditum, ut sit fides ex auditu tantum, & non ex visu, vel aliis sensibus, auditus autem per verbum Christi. Hoc pulchre figuratum est Gen. vigesimo septimo: In benedictione enim Jacob, veri sensus Isaac sunt decepti, putantis sentire Esau, dum sensit similitudinem ejus, qui velatus Jacob erat. Unde sciendum quod in illa figura Dominici Corporis quatuor erant personæ, scilicet Isaac, Rebecca, Jacob, & Esau. Isaac & Re-

Hebr. 11. 1.

Augustinus Tract. 79. in Joan. in princ.

1. Pet. 1. 8.

Rom. 10. 17.

Ibi.

Gen. 27. 1. & seqq.

quia non potest vesci carnibus crudis, & propterea transformat carpus suum in panem &c.

(a) Hactenus ex S. Ambrosio recitatis verbis, hanc notam subdunt præclarissimi Maurini Editores „ Auctor in hoc capite solutionem objectionis petitæ a testimonio sensuum, quam „ jam lib. 4. cap. 4. num. 14. proposuerat, ita „ exprimit, ut omnem præcidat cavillationem. „ Primo enim substantialem conversionem jam „ abunde probatam monet; deinde cum sub „ aliena specie, quam similitudinem vocat, „ Sacramentum institutum sit, rationem affert "

(b) Ser. sive Collat. 14. in Hexaem.

(c) Contra hujusmodi *perscrutationem curiosam* Procem. in L. 1. Sent. Q. 2. in resp. ad 1. 2. 3.

(d) Al. *prava*.

(e) Vid. in 3. Dist. 24. Dub. 1.

(f) Vid. quoque cit. Cap. 3. de Præparat. ad Miss.

(g) Al. sine *tantum*.

(h) Al. *sunt decepti*. At S. Th. Opusc. 57. nullam prorsus videtur sensuum deceptionem admittere dicens „ Accidentia sine subjecto in „ eodem subsistunt, ut fides locum habeat, „ dum visibile invisibiliter sumitur aliena specie „ occultatum, & sensus a deceptione reddantur immunes, qui de accidentibus judicant „ sibi notis. " Dicit quidem & Doctor noster Seraphicus in 4. Dist. 10. Par. 2. Ar. 2. Q. 2. ad 2. *quod in hoc Sacramento nullus sensus decipitur, quia est Sacramentum veritatis*; mox tamen subdit: *Sed quod dicuntur sensus decipi, hoc dicitur, quia sunt via ut opinio in nobis fallatur, quæ judicaret ibi esse subjecta specierum, nisi intellectus fidelis purgaret errorem*. Et ibi Dist. 12. Par. 1. Ar. 3. Q. 2. ad 3. *Accidentia apparent, & per consequens ducunt in cognitionem subjecti: & antequam veniatur ad hoc, potest fides obviare .... & ideo necesse est, ibi esse deceptionem sine veritate, ex alia parte veritatem esse sine deceptione*. Unde Cyrillus Jerosolymitanus Catech. mystagog. 4. „ Non sic attendas, tanquam sint nudus & „ simplex panis, nudum & simplex vinum: „ Corpus enim sunt & sanguis Christi. Nam „ etiamsi sensus illud tibi renuntiat, fides tamen te confirmet. Ne judices rem ex gustu, „ sed te citra ullam dubitationem fides certum „ reddat: quod si dignus factus, qui corporis & sanguinis Christi particeps fieres.

Digitized by Google

& Rebecca, quasi masculus & fœmina, figurant (a) duas naturas in nobis, id est, corpus & animam. Masculus qui magis solet esse manifestus, & exterioribus plus intendit, figurat exteriorem hominem, id est, corpus cum suis sensibus. Fœmina, quæ domi residet, & familiam regit, interiorem hominem, id est, animam, quæ salutis suæ & aliorum gerit curam. Jacob bonus & formosus habitans in tabernaculis, quem diligebat Rebecca, id est, fidelis anima, significat verum Corpus Christi. Esau, quem amat Isaac, id est, corpus, eo quod de cibis suis vescitur, figurat substantiam panis cum suis accidentibus, scilicet colore, sapore, & aliis. (b) Dum itaque Isaac, quasi homo exterior, id est, Sacerdos, benedicere debet Esau, id est, panem; Esau, id est, substantia panis recedit. (c) Sed similitudo Esau, id est, vestes cum odore, pelles pilosæ, cibus cum sapore, id est, accidentia panis, sive similitudo, scilicet calor, sapor, odor, duricies manent circa Jacob, id est, Corpus Christi. (d) Unde in his omnibus sensus Isaac, id est, corporis nostri sensus falluntur. (e) Ibi fallitur visus Isaac caliginosus, id est, debilis corporis nostri; quia putat præ oculis habere escam (f) Esau, id est, panem, & tantum habet vestes ejus, id est; speciem panis, & sub illa latet Jacob velatus, id est, Corpus Christi. Ibi fallitur gustus, quia putat comedere cibum Esau, id est, panem, & gustat tantum similitudinem ejus. Ibi fallitur olfactus, quia putat sentire odorem Esau, id est, panis, qui vere non est ibi; sed sentit odorem vestimentorum ejus, id est, fragrantiam (g) panis, quibus vestitus est Jacob, id est, Corpus Christi velatum (h). Ibi fallitur tactus, quia putat tangere Esau, id est, panem; sed tangit pelliculas similes Esau, id est, similitudinem sive speciem panis, quibus velatus est Jacob, id est, Corpus Christi. Sapiens erat Isaac, sed in judicio cognoscendi Esau fallebatur. Sic homo noster exterior in judicio panis Altaris fallitur, præterquam auditu. Unde ait: Vox quidem, vox Jacob est; sed manus, manus sunt Esau. Manus, quas tango, sunt Esau, nihil falsius; sed vox quam audio dicentem: Ego sum, vox est Jacob: nihil verius. Similiter Sacramentum quod tango, substantia panis est; nihil falsius. Vox Christi dicentis: Hoc est Corpus meum; nihil verius. Primæ (i) ergo infidelitatis remedium exigit, quod Corpus Christi detur velatum, ut quia sensus primi hominis in cibo perditionis vane delectabantur; sensus nostri corporis in cibo benedictionis ad instar Isaac decipiantur: ita tamen quod Rebecca, id est, anima, in fide sua non fallatur. Credit enim vere in benedictione Sacramentum esse Jacob, id est, Corpus Christi velatum similitudine Esau, id est, specie panis. Tertio fidei meritum exigit, ut veletur Corpus Christi; quia ut dicit Gregorius: Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum, supple sufficiens (k). Velatum voluit Dominus dare Corpus suum, quia in hoc quod magis crederemus verbis suis, quam sensibus nostris, magnum haberemus præmium, sive meritum. Jo. ultimo: Beati qui non viderunt, & crediderunt. Hujus fidei meritum, sive fructus, triplex est: Spiritualium bonorum plena copia, temporalium abundatia, æternorum supereffluentia. Hinc ait Rebecca, id est, fidelis anima: In me sit ista maledictio, Fili mi, id est, triplex benedictio (l): Det tibi Deus de rore cœli, quantum ad primam: & de pinguedine terræ, quantum ad secundam: abundantiam frumenti, & vini, quantum ad tertiam. (m) De prima Jo. septimo: Qui credit in me flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ (n); Osee quarto decimo: Ero quasi ros, Israel germina-

Ibi 22.
Ibi 19.
Matth. 26. 26.
Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 26. n. 1.
Jo. 20. 29.
Gen. 27. 13.
Ibi 28.
Jo. 7. 38.
Osee 14. 6.

(a) Al. *significant*.
(b) Al. *& cæteris*.
(c) Al. *benedicere debet, Esau*, absque, *id est, panem*.
(d) Supra d. Ser. sive Collat. 14. in Hexaem.
(e) Al. tantum *manent circa Jacob, & sensus nostri falluntur*.
(f) Al. absque *escam*.
(g) Al. *formam*.
(h) Al. sine sequentibus usque ad *Sapiens erat Isaac* &c.
(i) Al. *Primo igitur*.
(k) Vid. Proœm. in L. 1. Sentent. Q. 2. ad opp. 6. & in resp. ad 6.
(l) Apud Menoch. *Quasi dicat: Nihil periculi est, frustra pavescis, in me recipio cuncta fauste cessura*.
(m) Divisio text. ut in Art. concl.
(n) Comment. in Joan. ibi.

Digitized by Google

minabit sicut lilium, & erumpet radix ejus ut Libani. De secunda Hebr. undecimo: Sancti per fidem vicerunt regna, adepti sunt repromissiones, scilicet temporalium. Isa. primo: Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis. Matth. sexto: Quærite primum regnum Dei, recte credendo; & justitiam ejus, juste vivendo; & hæc omnia adjicientur vobis, temporalia obtinendo. (a) De tertia primæ Petri primo: Credentes, scilicet in Christum, quem non videtis, exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata, reportantes finem fidei vestræ, salutem animarum. Prov. primo: Qui me audierit, absque terrore quiescet, & abundantia perfruetur, timore malorum sublato &c.

Hebr. 11. 33.
Isa. 1. 19.
Matth. 6. 33.
1. Petr. 1. & seq.
Prov. 1. 33.

SERMO OCTAVUS.

De eo quod datur velatum, ratione instructionis, & ratione imbecillitatis, Thema. (b)

51. *Venite, comedite* &c. *Quomodo potest* &c. Thema proprium: (c) *Sacramentum Regis abscondere bonum est*. Tertia ratio quare Corpus suum dat velatum est instructio morum. Job vigesimo octavo: Trahitur sapientia de occultis. Tria vero in hoc Sacramento occultantur, in quibus mores instruuntur, scilicet persona Salvatoris, pulchritudo magnæ claritatis, mirum opus omnipotentis. De primo Isa. quadragesimo quinto: Vere tu es Deus absconditus, Deus Israel Salvator. (d) De secundo Isa. octavo: Expectabo Dominum, qui abscondit faciem suam. De tertio Ecclesiastici quadragesimo tertio: Multa abscondita sunt majora his: pauca enim videmus operum ejus. In his discimus tria abscondi virtuose posse in nobis: nostram personam, pulchritudinem corporalem, bonorum operum intentionem. Primum a persecutorum furore: Secundum a stultorum inspectione: Tertium ab humano favore.

Prov. 9. 5. Jo. 6. 53. Tob. 12. 7.
Dilatatio tertiæ rationis velaminis, quæ est morum instructio.
Job 28. 18. Tria in hoc Sacramento occultata ad instruendos mores.
Isa. 45. 15.
Idem 8. 17.
Eccli 43. 36.

51. Primo discit abscondere personam suam propter tria; scilicet ut ira persecutoris quiescat, ut præceptum a Domino opus perficiat, ut glorioſiorem coronam acquirat. De primo Isa. vigesimo sexto: Vade populus meus, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea, (e) scilicet in persecutore, quod multi Sanctorum leguntur fecisse. (f) De secundo secundæ Cor. undecimo: Damasci Præpositus Gentis Aretæ Regis custodiebat Civitatem Damascenorum, ut me comprehenderet, & per fenestram in sporta dimissus sum per murum, & sic effugi manus ejus. (g) Similiter Tobias, cum eum Rex juberet occidi, fugiens nudus latuit, ut scilicet opera misericordiæ, quæ cœperat, impleret. De tertio primi Reg. vigesimo tertio cum fugeret David a facie Saul, absconditus est in colle Hachilæ, id est, in Domino. Hachila enim interpretatur suscipiens eum (h). Unde: Dominus susceptor meus & liberator meus. Absconditus est autem in Domino, ut per inclyta opera gloriosa sibi restaret regni corona. Jo. octavo: Tulerunt lapides, ut jacerent in eum: Jesus autem abscondit se, & exivit de templo.

Absconsio personæ propter tria.
2. Cor. 11. 32. & seq.
Tob. 1. 23.
1. Reg. 23. 19.
Hachila interpretatur suscipiens eum.
Ps. 143. 2.
Jo. 8. 59.

52. Secundo debet justus abscondere pulchritudinem corporalem a stultorum inspectione; quia exterior pulchritudo & ornatus fuit multis occasio casus. Decor ergo corporalis debet abscondi tribus modis, per habitus vilitatem, per jejuniorum austeritatem, per boni operis assiduitatem (i). De primo Job sexto decimo: Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam. Gen. vigesimo quarto: Rebecca conspecto Isaac, tollens cito pallium, operuit se. Primæ Cor. undecimo: Mulier debet habere velamen (k) super caput propter Angelos, id est, propter bonos.

Absconsio pulchritudini corporalis tribus modis,
Job 16. 16.
Gen. 24. 64. & seq.
1. Cor. 11. 10.
Clem. Alex. L. 2. Hypotyp.

(a) Alia similis Divisio, & similiter desinentia Bonaventuriana.

(b) Al. *De duobus aliis rationibus, quibus datur Corpus velatum.*

(c) Al. sine *Thema proprium*.

(d) Proœm. in 1. Sentent.

(e) Vulg. sine *mea*; sed *mea* duo nostri Codd. Bernardin.

(f) Apolog. Pauper. Resp. 2. cap. 1.

(g) Ibi: *Nullus negat, quin pro expectatione opportunitatis, vel utilitatis majoris, interdum etiam vir perfectus fugere possit, sicut Apostolus de Damasco fugit.*

(h) In Indicibus nominum ad finem Sacror. Biblior. nostri Cod. Bernardin. & alt. Biblioth. Episc. Trid. pariter *suscipiens eum*, vel *susceptio ejus*.

(i) Similiter desinentia alia.

(k) Vulg. *potestatem*; sed *velamen* suprad. Codd. Hugo. Card. Lyran. &c.

Digitized by Google

2. Petr. 2. 11. nos. De secundo primæ Pet. secundo: Obsecro vos tanquam advenas, & peregrinos abstinere vos a carnalibus desideriis &c. Gal. sexto: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo: Quasi diceret: Vilis est mihi mundus propter suæ sollicitudinis pœnam, & ego vilis mundo propter maceratiomem mei corporis. Dicit Augustinus: Carnem vestram domate jejuniis & abstinentia escæ & potus. (a) De tertio Psal. trigesimo octavo: Tabescere feciſti sicut araneam animam ejus. Sicut aranea, ex suis visceribus trahens opus naturæ necesse tabescit exinde; sic justus frequentans opera laboriosa ex vera caritate, maceratur & pallescit in corpore. Ecclesiastici trigesimo tertio: Jugum & lorum curvant collum durum, & servum inclinant operationes assiduæ. Cant. primo: Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloravit me sol. Sol effectus ardoris, id est, opus amoris, Christus formam servi accepit, in qua claritatem Divinitatis abscondit. Unde Isa. quinquagesimo tertio: Non est species ei, neque decor, & quasi absconditus vultus ejus, & despectus. (b)

Gal. 6. 14.

Augustinus in Reg. ad Servos Dei n. 4.

Ps. 38. 13.

Eccli. 33. 27.

Cant. 1. 5.

Isa. 53. 2. & seq.

Abscondit virtutum.

53. Tertio discit abscondere virtutum, & bonorum operum intentionem ab humano favore. Matth. tertio decimo: Simile est regnum cœlorum, id est, conversatio justorum, dicit Glossa Matthæi, thesauro abscondito in agro, scilicet cordis. Gregorius: Sic bonum opus fiat in publico, quatenus intentio maneat in occulto, ut & de bono opere præbeamus exemplum proximis, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere cupimus, semper optemus secretum. Triplex vero bonum debemus præcipue abscondere a favore hominum scilicet eleemosynam orationem, & jejunium. De primo Matth. sexto: Cum facis eleemosynam, noli tuba canere, tuba tumoris & jactantiæ; sicut hypocritæ faciunt, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua, id est, intentio prava quid faciat dextera tua, id est, dilectio pura; ut sit eleemosyna tua in abscondito piæ intentionis; & Pater, qui videt in abscondito, reddet tibi. De secundo Matth. eodem: Cum oraveris, intra in cubiculum tuum, id est, secretum mentis, & clauso ostio, id est, omni auditu cordis, ora Patrem tuum (c) in abscondito intentionis; & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi. De tertio ibidem: Cum jejunas, unge caput tuum, id est, refice Christum operibus misericordiæ, quod tibi subtrahis, membris ejus, id est, pauperibus conferendo; & faciem tuam lava, peccata cordis & sensuum, lacrymis pœnitentiæ purgando; ne videaris hominibus jejunans, sed Patri tuo.

Gloss. interlin.

Gregorius in Evang. L. 1. Hom. 11. n. 1.

Triplex bonum abscondendum.

Matth. 6. 2.

Ibi 3.

Ibi 4.

Ibi 6.

Ibi 17.

Ibi 18.

Dilatatio quartæ rationis velaminis, quæ est hominum imbecillitas.

54. Quarta ratio quod dat Corpus velatum est imbecillitas hominum, quæ hoc exigebat. Nam claritatem hujus glorioſi Corporis nullus posset ferre mortalis oculus hominis nisi velatum (d). Quod probatur (e) tribus modis a figura legali, ab accidente maternali, a ratione naturali. Primo, a figura legali, (f) Exo. trigesimo quarto. Videntes Aaron & filii Israel ex consortio sermonis Domini cornutam faciem Moysi, timuerunt prope accedere. Unde operiebat, id est, ponebat velamen super faciem suam, si quando loquebatur ad eos. Facies enim Moysi tam magnam recepit radiositatem ex frequenti & familiari appropinquatione ad Divinum lumen, quod videbatur humanis oculis quasi cornuta. Unde non poterant claritatem vultus ejus sustinere nisi velatam. Sic nimirum, immo multo magis Corpus Christi in resurrectione ejus glorificatum, & spirituale ac Deiforme factum, nullus potest mortalibus oculis inspicere, nisi alia specie velatum. Secundo, probatur ab accidente maternali, scilicet (g) ex eo quod accidit Matri Dei Mariæ, quæ non potuit sustinere claritatem Filii sui Dei, & gloriam, nisi esset adumbrata. (h) Carne autem Virginis velata Majestas operatio-

Exo. 34. 29. & seq.

Ibi 35.

Luc. 1. 35.

(a) Vid. supra in Vit. Myst. cap. 22. n. 73. & Phar. L. 4. c. 8.

(b) Confer Exposit. in Cant. ibi, ac c. 5. n. 19. & seq.

(c) Similiter cap. 5. de Perfect. vit. ad Sor.

(d) Pariter cap. 3. de Præparat. ad Miss.

(e) Al. *Quarto datur velatum ratione imbecillitatis nostræ. Hoc enim exigebat imbecillitas hominum. Quod probatur* &c.

(f) Al. tantum *tribus modis. Primo, a figura legali.*

(g) Al. absque *ab accidente maternali, scilicet.*

(h) Sic 3. Dist. 3. Par. 1. Dub. 2. Et S. Bet. in Can. Ser. 31. n. 7.

Digitized by Google

tione Spiritus sancti facta est possibilis ferri a Virgine, & etiam a nobis videri. Unde Verbum caro factum est &c. Sed caro illa post passionem resuscitata, per resurrectionem glorificata, & ad similitudinem Dei clarificata, secundum illud Jo. decimo septimo: Clarifica me tu, Pater, apud temetipsum claritate, quam habui prius, quam mundus esset, apud te; facta est impossibilis ab oculis mortalium in propria forma nuda videri, nisi esset velata aliqua specie visibili. Exo. trigesimo tertio: Non videbit me homo, & vivet, scilicet in specie propria (a). Cor. tertio decimo: Videmus nunc per speculum, scilicet rationis; & in ænigmate, id est, in figura panis. Tertio probatur idem ratione naturali, quæ est nimia dissimilitudo luminis oculi nostri ad claritatem luminis Corporis Christi. Oculus enim noster angustus æger & corruptibilis est; illius vero claritas incorruptibilis, & quodammodo immensa, quia, ut dictum est, Deiformis. Hæc est enim ratio visibilitatis omnis luminis, similitudo aliqua videntis ad lumen (b): & quanto major similitudo ad maximum lumen, tanto limpidior & dulcior est visio. Hinc est quod sanus oculus potest aliquatenus videre nudum corpus solis, & non Corpus Christi; quia cum illo habet aliqualem similitudinem luminis (c), & corruptibilitatis, quam non habet cum Corpore Christi. Nisi enim oculus ex aliqua parte cœlesti lumini similis esset, nequaquam illud videre posset; sicut nec auris, aut digitus, aut etiam oculus cæcus, scilicet propter nimiam dissimilitudinem. Quia ergo ob nostram imbecillitatem, & Corporis Christi nimiam claritatem, nequimus illud videre nudum in hac vita, teneamus gratanter ex bonitate sua involutum, donec reformet corpus nostrum configuratum corpori claritatis suæ: & sic per illam claritatem magnificati, & usque ad incorruptionem roborati possimus videre dulciter oculo ad oculum Dominici Corporis claritatem. (d) Luc. undecimo: Si oculus tuus fuerit simplex; id est, pura intentio cordis (e), totum corpus tuum lucidum erit, ad videndam claritatem Christi. Primæ Joan. tertio: Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Bernardus. (f): Et nunc quidem apparet quibus vult, sed sicut vult, non sicuti est. Dignum quidem videtur per superiores oculorum fenestras veritatem debere intrare ad animam; sed hoc nobis, o anima, servatur in posterum, cum videbimus eum facie ad faciem (g). Et hæc visio erit vita æterna, quam nobis præstare dignetur &c.

Joa. 1. 14. Jo. 17. 5. Exo. 33. 20. 1. Cor. 13. 12. Phil. 3. 21. Luc. 11. 34. 1. Jo. 3. 2. Bernardus in Cant. Ser. 31. n. 2.

SERMO NONUS.

De forma donationis, qua datur velatum sub specie panis. (b) Themata commune, & proprium.

55. *Venite, comedite &c. Cibavit illum (i) pane vitæ & intellectus.* Dicit Glossa interlinearis: Id est, Corpore Christi: (k) Secundum quod circa formam Dominici Corporis est considerandum, hoc est quod datur velatum sub specie panis; secundum illud: Accepit Jesus panem, benedixit, & ait: Hoc est Corpus meum. Ad tactum & ad verba Creatoris intus erat Corpus Salvatoris, & foris mansit species panis. Dominus dat Corpus suum velatum sub specie panis triplici ratione: propter collatam sibi præ cæteris cibis habilitatem: (l) propter faciendam significationis suæ cognitionem: propter rerum ibi significatarum similitudinem.

Prov. 9. 5. Eccli 15. 3. Glossa interlin. Matth. 26. 26.

Distinctio triplicis rationis cur datur velatum sub specie panis.

Vel

(a) Vid. in 2. Dist. 8. Par. 1. Dub. 2.
(b) De hujusmodi *similitudine* in 1. Dist. 3. Par. 1. Ar. 1. Q. 1. ad 1., nec non in 3. Dist. 14. Ar. 1. Q. 3. ad 6. &c.
(c) Laud. Bernar. cit. Ser. 31. n. 2.
(d) Al. *Corporis Christi nimiam claritatem magnificatam, & usque ad incorruptionem roboratam, non possumus videre dulciter oculo ad oculum Dominici corporis claritatem, saltem oculo mentali, id est, puræ cordis intentione, ipsum debemus respicere, secundum illud Luc. &.*
(e) Idem Exposit. in Luc. ibi.
(f) Al. sine *Bernardi* nomine ac seqq.
(g) Bernar. loc. cit. „ Non sapiens, non Sanctus, non Propheta, videre illum, sicuti est, „ potest, aut poterit in hoc corpore mortali; „ poterit autem in immortali, qui dignus habebitur“ Confer quæ Bernardus habet in Ser. 9. de diversis, ubi de S. Benedicto, & infra de Moyse. Item Ser. 33. in Cant. n. 6. & Serm. 34. n. 1.
(h) De hac supra Ser. 7. n. 47.
(i) Al. *eum*. ubi dicitur *Thema proprium*,
(k) Al. sine sequentibus usque *Dominus dat* &c.
(l) Al. absque sequentibus usque *Primo dat* &c.

Digitized by Google

Vel aliter dicatur sic: Dominus dat Corpus suum sub specie panis propter tria; propter faciendum significationis suæ cognitionem: propter nostræ præparationis instructionem; propter sui effectus similitudinem. Primum ponitur hic secundo loco. Secundum infra Sermone XV. circa finem assumemus. Tertium in hoc sermone circa finem tractabimus.

Dilatatio primæ rationis propter collatam pani præ cæteris cibis habilitatem.

56. Primo dat Corpus suum sub specie panis propter collatam sibi præ cæteris cibis habilitatem. Sub nulla enim alia cibi specie, tam respectu ministrantium, quam respectu recipientium, posset aptius exhiberi: (a) & hoc triplici consideratione scilicet quantum ad inventionem, quantum ad ministrationem, quantum ad conservationem (b). Primo quantum ad inventionem (c) habilior est species panis, quia omni tempore, omni loco facilius invenitur, quam alius cibus. Item quantum ad ministrationem habilior est, quia mundius & honestius tractari potest, in altari melius dividi, convenientius a sanis & infirmis sumi potest, quam alius cibus. Item (d) quantum ad conservationem est habilior, quia si debet levari, portari, sive custodiri, commodius sit sub specie panis, quam cibi alterius.

Ps. 109. 4. Psal. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui

Gen. 14. 18. nec oves, nec boves, nec capras obtulit, sed panem & vinum. (e)

Dilatatio secundæ rationis propter faciendam significationis suæ cognitionem & fidem.

57. Secundo dat sub specie panis propter faciendam significationis suæ cognitionem & fidem. (f) Sacramentum enim novæ legis, & ideo sacræ rei & secretæ, est (g) quod suggerit nobis rem, quam signat cognitione & fide. Augustinus: Signum est res præter speciem, quam ingerit sensibus, aliquid aliud ex se faciens in agnitionem venire. (h) Signorum autem tria sunt genera, scilicet naturale, artificiale, Sacramentale. (i) Signum naturale secundum naturam signat: sicut fumus significat ignem; rubor cœli vespertinus significat futuram cœli serenitatem. Matth. sexto decimo: Facto vespere dicitis, serenum erit; rubicundum est enim cœlum. Signum artificiale secundum impositionem hominis significat: & hoc est duplex. Aliud enim non continet quod significat, ut arcus triumphalis, circulus vini. Aliud continet quod significat, ut pulvinar plumas, (k) & signat eas; & pastillum (l) significat carnes, & continet. Signa Sacramentalia secundum impositionem Dei significant, & sunt similiter duplicia. Alia enim non continent, quod significant, ut Sacramenta legalia; sicut Serpens æneus in eremo significabat quidem Salvatorem, sed non continebat eum, & sicut circulus suspensus ante domum significat vinum, quod tamen non continet. Num. vigesimo primo: Moyses serpentem æneum posuit pro signo, quem percussi aspicientes (m) sanabantur, scilicet quia signum habebat salutis. Non per hoc quod videbant sanabantur, sed per omnium Salvatorem: Sicut Agnus Paschalis & similia (n) significabant rem futuram, sed non continebant, quia secundum se non justificabant. (o) Rom. tertio:

Augustinus Li 10. de Civit. c. 5. De Cath. rud. c. 2. De doctr. Chr. L. 2. c. 1.

Signorum tria genera.

Matth. 16. 2.

Num. 21. 9.

Rom. 3. 20.

(a) Est enim cibus *magis communis & naturalis*, Exposit. in cap. 22. S. Luc.

(b) Similiter definentia sæpius iterata a D. Bona. etiam alibi.

(c) Al. tantum *& hoc triplici consideratione. Primo scilicet quantum ad inventionem.*

(d) *Item* adhuc crebrius ab eodem D. Bona. repetitum videri potest in ejus quatuor Libris Senten.

(e) Confer Exposit. in cap. 22. S. Luc.

(f) Al. *signationis*, pro *significationis*, & fine cæteris usque *Augustinus*.

(g) Apud D. Bona. 4. Dist. 1. Par. 1. in tex. Mag.

(h) Ibi, nec non ex cit. L. 2. de Doctr. Chr. etiam de Consecrat. Dist. 2. c. Signum est.

(i) Trimembrem hanc divisionem improbat Barbavara, forte non improbaturus, si scivisset, haud dissimilem signorum divisionem quoque legi apud Magistrum Sententiarum in 4. Dist. 1. Par. 1. Vide sis apud ipsummet D. Bona. in 4. ibi.

(k) Al. *pluviarium continet pluvias*; unde Barbavara ansam accepit vitio vertendi Auctori, quod *pluviarium* acceperit pro *nimba*.

(l) Vid. Prodr. col. 676.

(m) Al. *quem si percussi aspiciebant*; Vulg. *cum percussi aspicerent*; ut supra vero Vol. 1. Comment. in Evang. Joan. cap. 3. n. 169.

(n) Al. *similiter Agnus Paschalis & Circumcisio*; pro qua lectione vid. Prodr. col. 676.; sed ut supra, vid. infra num. 69.

(o) Scilicet (in hypothesi lectionis de *Circumcisione*) ex opere operato, sicut Sacramenta novæ legis; quia *in Circumcisione debatur gratia*, sed *tamen parvula respectu ejus, quæ datur in Baptismo*; adeoque *ita parum habilitans, & ita parum reprimens concupiscentiam, quod solum merebatur dici delectiva culpæ, non habilitativa potentiæ* 4. Dist. 1. Par. 2. Art. 2. Q. 3. in corol.

tio: Ex operibus legis non justificabitur omnis caro coram illo, sc. Deo. Item alia sunt signa Sacramentalia, quæ etiam significant secundum impositionem Dei, sed continent quod signant, ut Sacramenta Evangelica: sicut Baptismus & Eucharistia. Hugo: Sacramentum Evangelicum est materiale elementum, foris sensibiliter propositum, ex similitudine repræsentans, & ex institutione signans (a), & ex signatione sanctificationem continens, scilicet aliquam gratiam specialem (b). Baptismus signat animæ purificationem, & continet eam; quia efficit quod signat, scilicet peccatorum remissionem. (c) Actuum secundo Petrus ait: Baptizetur unusquisque vestrum in nomine Jesu Christi in remissionem peccatorum. Similiter Sacramentum Altaris signat vere Corpus Christi, & vere continet illud; quia post consecrationem panis sub specie ejus, id est, sub signo illo panis, quod Deus posuit ad significandum Corpus Domini, totus est Christus: sicut sub figura positivo hominis, scilicet in pastillo sunt occultatæ carnes (d). Matth. vigesimo sexto: Accepit Jesus panem, & benedixit, & ait: Hoc est Corpus meum, signatum sub specie panis Jo. sexto dicitur: Filius hominis dabit vobis cibum, qui permanet in vitam æternam. Hunc enim Pater signavit Deus. Igitur sicut video signum hominis, ut pastillum, & credo ibi sub tenui pane carnes esse; multo magis cum video signum positivum Dei, ut Sacramentum Altaris, credere debeo ibi sub specie panis esse absconditum Corpus Salvatoris. (e) Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te!

Act. 2. 38.

Matth. 26. 26.

Jo. 6. 27.

Ps. 30. 20.

Dilatatio tertiæ rationis propter significatarum rerum similitudinem.

58. Tertio dat Corpus suum sub specie panis propter significatarum rerum similitudinem. Tres enim res ibi significantur, quarum species illa panis est Sacramentum, id est, sacrum signum, expressam habens in se illarum similitudinem. Prima res ibi significata est naturale Corpus Domini, quod ibi continetur. Secunda res Corpus ejus mysticum, quod ibi significatur, & non continetur. Tertia res est effectus Sacramenti in anima fideli.

59. Primo, species panis primæ rei ibi significatæ, id est, veri Corporis Christi, habet similitudinem, non ratione sui, sed ratione subjecti, quod habuit ante consecrationem, id est, panis, qui prius fuit. Sicut enim ex pluribus & puris granis panis conficitur, scilicet illud subjectum (f); sic Corpus Christi ex pluribus membris puris & immaculatis consistit. (g) Cant. septimo (h): Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Exo. vigesimo quinto: Arcam de lignis setim compingite: Glossa: Arca Corpus Christi significat. Hoc (i) fit de lignis setim imputribilibus; quia Corpus Christi consistit ex membris purissimis, & ab omni vitio mundis. (k)

Cant. 7. 2.

Exo. 25. 10.

Glossa utriusque ordin. & Interlin.

60. Secundo species panis secundæ rei ibi significatæ tenet similitudinem, id est, mystici corporis Christi significati, scilicet Ecclesiæ, quæ est unitas fidelium. Sicut enim ex multis granis puris conficitur unus panis; sic ex multis fidelium personis a culpa mortali mundis, & vinculo caritatis unitis, Ecclesiastica unitas consistit, (l) primæ Cor. decimo. (m) Hic est sciendum quod in pane triplex unio attenditur, per quam triplex fraternitas, sive causa, & vinculum amoris, quod inter fideles esse debet, significatur. Primo, grana nobilia, & sibi similia, colliguntur. Secundo, farina per aquam conspergitur, &

1. Cor. 10. 17.

(a) Sic ex eodem Hugone 4. Dist. 1. Par. 1. Ar. 1. Q. 2. in Fundam.

(b) Al. *& ex sanctificatione continens aliquam gratiam specialem.*

(c) In 4. ibi Q. 3. in concl.

(d) Hoc aliaque id genus exempla *abjectiora* vocat Barbavara; sed aliis videntur instituendis rudioribus satis accommodata, ut auctor hoc pacto, velut omnibus debitor, non doctis tantum in aliis, sed & in his indoctis satisfacere niteretur.

(e) Al. *esse verum corpus Christi propter rerum ibi significatarum similitudinem*, cæteris omissis usque *Tres enim* &c.

(f) Al. sine *panis*, & *scilicet illud subjectum*.

(g) Breviloq. Par. 6. cap. 9. *Nihil est magis idoneum ad significationem unitatis Corporis Christi veri, quam panis factus de mundissimis granis.*

(h) Quod ibi de Sponsa dicitur, hoc accommodat Sponso. In seq. Ser. tamen appropriat & Sponsæ. Confer Exposit. in Cant. ibi Vol. 1.

(i) Al. *hæc*; sed *hoc* utrique Cod. Lunæac. & Vindobon.

(k) Confer apud D. Bona. Dist. 8. Par. 2. in tex. Mag.

(l) Ita in 4. Dist. 11. Par. 2. Q. 2. in concl. nec non cit. Par. 6. Breviloq. cap. 9. & cap. 2. de Præparat. ad Miss.

(m) Ibi: *Quoniam unus panis, unum corpus, omnes qui de uno pane participamus.*

Digitized by Google

pasta (a) conficitur. Tertio, ut solidum fiat, panis ille decoquitur igne. Primum, scilicet grana similia signant fraternitatem, & amorem naturalem; quia omnes de uno & primo parente nati sumus. Secundum, scilicet pasta, quæ est farina aqua perfusa, Sacramentalem; quia omnes uno Baptismate sacro sumus regenerati. Tertium, scilicet panis igne solidatus, spiritualem: quia uno Spiritu sancto ad unam Christianam Religionem sumus congregati. De primo Gen. quadragesimo secundo dixerunt Fratres Josephi: Omnes filii uniùs viri sumus; & quadragesimo tertio: Descenderunt, scilicet iidem Fratres Joseph, ut emerent frumenta, in Ægyptum; quia humiliaverunt se fideliter, ut amorem naturalem omnium hominum acquirerent. Ecclesiastici tertio decimo: Omne animal diligit simile sibi, sic & omnis homo proximum sibi. De secundo, primæ Cor. quinto: Sitis nova conspersio, sicut estis azymi, id est, unum quid per dilectionem Sacramentalem. Primæ Joan. quarto: Hoc mandatum habemus a Deo, ut qui diligit Deum, diligat & fratrem suum. De tertio Exo. duodecimo: Coxerunt farinam, quam dudum de Ægypto consperfam tulerant, & fecerunt subcinericios panes azymos, id est, profecerunt usque ad dilectionem spiritualem (b). Jo. quintodecimo: Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. Augustinus: Non autem carnalis, sed spiritualis inter vos debet esse dilectio; discernitur quippe ista dilectio ab illa dilectione, qua se invicem diligunt homines, sicut homines: nam ut discerneretur, adjunctum est, sicut dilexi vos.

Gen. 42. 11. Ibi 43. 15. Eccli 13. 19. 1. Cor. 5. 7. Exo. 12. 39. Jo. 15. 12. Augustinus Tract. in Jo. 83. n. 3. tom. 3.

61. Tertio, species panis, secundum quod erat panis, habet in se similitudinem tertiæ rei ibi signatæ, id est, effectus Sacramenti in anima fideli. Sicut enim panis tria facit, confortat, satiat, vitam conservat; sic panis Sacramenti animam fidelem confortat, scilicet ad peccatum devincendum (c); satiat, ad fastidium mundi faciendum: in vita conservat, ad Deum semper laudandum. De primo, Psal. Panis cor hominis confirmat (d), ad omne vitium devincendum. Item: Diligam te Domine fortitudo mea, qui scilicet præcinxisti me virtute ad bellum. De secundo, Psal. Pane cœli satiavit eos; ad mundi scilicet faciendum fastidium. Prov. vigesimo septimo: Anima saturata calcabit favum. De tertio Ecclesiastici trigesimo quarto: Panis egentium vita pauperum est, ad Deum scilicet laudandum semper. Psal. Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero. (e) Secundi Paralipomen. in fine (f): Laudabo te Domine semper omnibus diebus vitæ meæ, quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi est gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Ps. 103. 15. Ps. 17. 2. Ibi 40. Ps. 104. 40. Prov. 27. 7. Eccli. 34. 35. Ps. 145. 2. Orat. Manasse in fine unne Vulg.

SERMO X.

De forma donationis qua datur velatum sub specie panis triticei & non alterius. (g) Themata, commune, & proprium.

62. *Venite, comedite &c.* (h) *Convertentur & vivent tritico*, Osee quarto decimo: Vel aliquid simile de frumento vel tritico. Tertio, circa formam donationis Corporis Domini considerandum est, quoad Dominus dat illud velatum sub specie panis triticei, & non alterius; & hoc est propter tria. Primo, propter hujus grani præ cæteris naturalem nobilitatem: (i) Secundo, propter fidelium discretam in eo significationem: Tertio, propter Corporis sui expressam similitudinem.

Prov. 9. 5. Os. 14. 8. Distinctio triplicis rationis, cur Corpus Domini datur velatum sub specie panis triticei tantum.

63. Primo, dat Corpus suum sub specie panis triticei propter hujus grani præ cæteris naturalem nobilitatem. Quod probatur a tribus; quia hoc granum est purissimum: quia ad panem communissimum: quia ad carnem maxime nutritivum. Primo, granum tritici

Dilatatio primæ rationis propter hujus grani præ cæteris naturalem nobilitatem.

(a) De hac voce ait Oudinus, quod *est vel Itali, vel Galli, neutiquam Germani*, qualis videlicet Albertus Magnus fuit. Vid. Prodr. col. 675. & seq. & supra Ser. 7. De Diversis nu. 3.

(b) Pariter in parabola de tribus panibus Luc. 11. 5. ac seqq. *caritatem* interpretatur; *quia caritas ad modum panis nutrit, & confirmat*. Vide sis expos. ejus in Luc. ibi, nec non Ser. 3. Dom. in Oct. Pentec. de Sanctiss. Trin.

(c) Al. *dimittendum*.

(d) In d. Expos. ac in 4. loc. cit.

(e) Confer infra Ser. 25. n. 150.

(f) Ita in antiquis Bibliorum Editionibus, & apud Lyran. post finem L. 2. Paralipomen.

(g) Al. *non alterius* deest.

(h) Al. hoc *Thema proprium*.

(i) Al. sine seqq. usque *Quod probatur a tribus &c.*

Digitized by Google

tici est purissimum; quia hæc species sola inter alias attingit complementum, id est, summam puritatem: nam ut dicunt Alchimistæ, id est, Aurifices, in speciebus quibusdam licet multæ species esse videantur, tamen una est quæ attingit complementum; & aliæ sunt differentes ab ea quibusdam æris similitudinibus, (a) sicut patet de auro: & ideo æris metallum (b) purgatione materiæ in aurum dicunt (c) transmutari. (d) Sic etiam videmus de granis, quod bonitate terræ purgatur siligo, & in triticum nobilitatur. Et ideo simpliciter & absolute panis triticeus est panis propter excellentem puritatem suæ nobilitatis. (e) Secundo, granum tritici est ad panem communissimum; quia competit sanis & infirmis, (f) immo omni animali panem comedenti; avibus, ut patet in columbis; bestiis, ut in catulis, quibus magis competit panis triticeus, quia libentius eo vescuntur. Et ideo panis triticeus vere est panis propter communis convenientiæ nobilitatem. (g) Tertio granum tritici est ad carnem maxime nutritivum, quia puritate naturali, & competibilitate communi, & viscositate sui maxime membris adhæret nutrimentum exinde sumptum, & quoad hæc tria maxime nutrit & confortat. (h) Et sic panis triticeus est purus, & granum ejus præcipuæ nobilitatis est. Et hac ratione congruum est, ut nobilissimum Corpus, quasi nobilissimus panis filiorum Dei, detur filiis sub specie nobilissimi panis, scilicet tritici. (i)

Dilatatio secundæ rationis propter fidelium discretam in eo significationem.

64. Secundo, dat Corpus suum sub specie panis tritici propter fidelium discretam in eo significationem. Sicut enim triticum secundum triplicem statum habet considerari, sic fidelium universitas in tres status solet distingui. Triticum autem consideratur secundum quod stat in agris, vel secundum quod grana separantur a paleis, vel secundum quod grana jam purgata locantur in granariis. Similiter inter fideles tres differentiæ sunt: incipientium, proficientium, perfectorum. (k) Primi significantur per triticum stans in agris. Secundi per grana purgata a paleis. Tertii per grana purgata, quæ locantur in granariis. Primi desiderant optimam doctrinam Prædicatorum. Secundi frequentem purgationem. Tertii etiam requiem Beatorum. De primo Job trigesimo septimo dicitur: Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum quæ lustrant cuncta (l) per circuitum. Gregorius: Electi sunt frumentum cœlestibus horreis recondendum. (m) Frumentum nubes desiderat; quia Electus quisque præsentiam sanctorum Prædicatorum exoptat. Nubes lumen spargunt; quia Prædicatores sancti exempla vitæ, & bene agendo, & loquendo, dilatant. Nubes autem cuncta per circuitum lustrant; quia prædicationis luce fines mundi illuminant (n). De secundo Judic. sexto: Cum Gedeon excuteret & purgaret frumenta in torcular, ut fugeret Madian, apparuit ei Angelus Domini. Gedeon electum quemque signat, qui cum sub umbra (o) sanctæ Crucis, rectitudine judicii, confessionis quasi virga, (p) cor suum a vitiorum paleis sequestrat; consolatio eum Divina contra tentationes dæmonum confortat. Ecclesiastici secundo: Qui timent Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. De tertio Job quinto: Increpationem Domini ne reprobes, & ingredieris in abundantia sepul-

Job 37. 11. & seq.

Gregorius Mo. vol. L. 27. c. 30. & seqq. n. 51. & seq.

Jud. 6. 11. & seq.

Eccli 2. 20.

Job 5. 17. & 26.

(a) Al. mendose *agritudinibus*.
(b) Al. *Nam omne metallum*.
(c) *Dicunt*; sed aut non faciunt, aut difficile, & fere nunquam faciunt.
(d) Vincent. Bellovacen. in Spec. Natura. L. 7. c. 13. De operat. auri in Alchim. ex Aristo.
(e) Al. *propter excellentiæ puritatem, sive nobilitatem*.
(f) In 4. loc. cit. ubi dicitur, quod *est cibus sanus, quia ad sanitatem facit*; *sicut* videlicet dicit *Isaac in Dietis*, nimirum Isaac Benedictus Benimiram, Medicus Arabs, temporibus Averrois (de quo Dictionar. Morerii) adeoque addendus Indici, qui ad finem ejusdem 4. Sentent. extat, illorum nomina complectens, quorum testimonia a D. Bonaventura citantur.
(g) In eod. 4. ibi: *Est cibus omnibus communis, magis conveniens, & usitatus, maxime inter gentes rationabiliter viventes*. Et ita cap. 2. de Præparat. ad Miss.
(h) Similiter ibi.
(i) Pariter in eod. 4. ibi.
(k) De his sæpe Doctor noster Seraphicus.
(l) Vulg. sine *cuncta*; sed *cuncta* unus ex Codd. nostris Bernardin. & alter Biblioth. Episcop. Trid. antiquæ Editiones, S. Gregorius &c.
(m) Al. *recondendi*.
(n) Sic ad sensum potius, quam ad verba S. Gregorii, compendii gratia; uti & alibi ad sensum Doctor noster.
(o) Al. *cum umbra*.
(p) Al. *confessionis virga, quasi cor &c.*

Digitized by Google

pulchrum, id est, locum in Regno Dei præparatum, sicut infertur acervus tritici in tempore suo, id est, cætera multitudo Beatorum. Luc. tertio: Veniet fortior me, cujus ventilabrum in manu ejus, & purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. (a) *Luc. 3. 17.*

Dilatatio tertiæ rationis propter Corporis Christi expressam per eum similitudinem.

65. Tertio dat Corpus suum sub specie panis triticei propter Corporis sui expressam similitudinem. Triticum enim potest considerari tribus aliis modis, scilicet ut jacens in acervo, ut cadens in agro, ut in panis complemento. Penes primum modum signat Corpus Christi, ut in Virgine conceptum: penes secundum, ut in mundo pro nobis passum: penes tertium, ut in Cœlo glorificatum. In primo Mater Christi multum honoratur. In secundo peccator liberatur. In tertio Beatus delectatur. (b) De primo Cant. septimo: Venter tuus sicut acervus tritici vallatus liliis. Venter corpus beatæ Virginis. Luc. undecimo: Beatus venter, qui te portavit. (c) Acervus tritici munda membra Christi, ut conservata in utero virginali. Lilia decor omnimodæ castitatis, quo ornantur membra & sensus beatæ Virginis. De secundo Joan. duodecimo: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. Christus enim per mortem suam genus humanum a morte æterna liberavit. (d) Rom. quinto: Commendat autem caritatem suam Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Ex hoc quod dicit se Dominus granum frumenti, habet Ecclesia, quod sub nulla alia specie panis consecratur Corpus Domini. De tertio Zach. nono: Quid bonum ejus, aut quid pulchrum ejus, (e) nisi frumentum electorum? Quia panis pulcherrimus, dulcissimus, & nobilissimus (f) est Corpus Christi in gloria Beatorum. (g) *Cant. 7. 2.* *Luc. 11. 27. Venter B. V. M. acervus tritici vallatus liliis.* *Jo. 12. 24. & seq.* *Rom. 5. &* *Zach. 9. 17.*

Donum triplex Beatorum.

66. Hinc sciendum, quod Beati habebunt in eo triplex donum: omnium deliciarum præparationem: omnium desideriorum impletionem: omnium bonorum securam & æternam fruitionem (h). De primo Gen. quadragesimo nono: Aser pinguis panis ejus, & præbebit delicias Regibus. Psal. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Sap. sexto decimo: Paratum panem de Cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suaviratem. Primæ Cor. secundo: Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se. (i) De secundo Psal. Lauda, anima mea Dominum, qui dat escam esurientibus. Jerem. trigesimo primo: Inebriabo animam Sacerdotum pinguedine, & populus meus bonis meis adimplebitur. Sap. sexto decimo: Substantiam tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas (k), & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. (l) De tertio Luc. quarto decimo: Beatus, qui manducabit (m) panem in Regno Dei, *Gen. 49. 20.* *Psal. 67. 11.* *Sap. 16. 21.* *1. Cor. 2. 9.* *Psal. 145. 2. & 7.* *Jer. 31. 25.* *Sap. 16. 21.* *Luc. 14. 15.*

sc.

(a) Ita jungit in eodem omnino sensu utrumque textum prædictum Job & Luc. sui semper similis S. Bonaventura Exposit. in Luc. ut vel hinc horum Sermonum auctorem intelligas.

(b) Solita similiter desinentium repetitio.

(c) Vel hoc nectens utrumque præfatum textum Cant. & Luc. aliud præbet argumentum, ut tibi rursum persuadeas ipsissimum esse Auctorem, ac Auctorem Exposit. in Luc. ibi, nempe Bonaventuram dicentem: *Nota quod beatificat Virginis ventrem, & hoc quia portavit Dei Filium. . . . Unde in laudem Virginis dicitur: Venter tuus sicut acervus tritici &c. Quia Christus erat granum frumenti, secundum quod dicit Joannes. Et hoc tritico fuit venter ejus impletus &c.*

(d) Confer Comment. in Joan. ibi Vol. 1. hujus Supplem., & Exposit. in Lament. Jer. Proph. cap. 2. ubi ait: *Triticum Christus est: nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit &c.* Et ita secundum hunc textum Jo. 12. 24. & seq. & præcedentem Cant. 7. 2. S. Ambros. de Instit. Virg. c. 14.

(e) Vid. inter variantes Vol. 1. & 2.

(f) Repetitio superlativorum similis illi, quæ est supra in Paraph. Ascet. Orat. Dom. n. 9.

(g) Ibi, nec non in ejus Exposit. brevior., & cap. 7. de Præparat. ad Miss.

(h) Repetitio quoque alia similiter desinentium. Vid. infra in fine Ser. 24.

(i) Vid. rursum inter variantes Vol. 1. & 2.

(k) Vulg. *Substantia tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat*; sed ut supra idemmet S. Bonav. Exposit. in cap. 16. Sap., nec non Lyranus &c. Item duo nostri Codd. Bernard. ac tertius Biblioth. Episcop. Trident., antiqua Biblior. Edit. Bibliothecæ Griesen., & multi Codices alii. Vid. apud Brugen. Romanas Correctiones.

(l) Confer d. S. Bonav. Exposit. ibi.

(m) Al. *manducat*.

Digitized by Google

sc. propter omnium bonorum securam sine fine fruitionem. (a) Isa. sexag. secundo: Juravit Dominus in dextera sua, & in brachio fortitudinis suæ: Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis, & si biberint filii alieni vinum tuum, in quo laborasti. Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum, & qui comportant illud, bibent in atriis sanctis meis. Hic comedunt mali cum bonis; ibi erunt mali sub æterno interdicto, & boni in securo & æterno convivio Christi. Psal. Adimplebis me lætitia cum vultu tuo, delectationes in dextera tua usque in finem. Ad quas nos perducat &c.

Isa. 62. 8. & eq.

Ps. 15. 11.

SERMO XI.

De duobus mirabilibus in Consecratione Corporis Domini. Themata generale, & proprium.

67. *Venite, comedite &c.* (b) *Mirabilia opera tua, & anima mea cognoscit nimis.* Vel aliud simile de mirabilibus operibus Dei, vel signis suis. Tertium principaliter circa Sacramentum Corporis Domini notandum, sunt mirabilia Divinæ operationis, tanquam signa, sive mirabilia Divinæ virtutis. (c) Hæc mirabilia signa Divinæ virtutis considerandа sunt in tribus. Primo, in Dominici Corporis consecratione. Secundo, in ejusdem possessione. Tertio, in perceptione. Primo enim Corpus consecramus. Secundo possidemus. Tertio percipimus. Primo in Consecratione Corporis Domini considerandа sunt, & credenda tria mirabilia signa Divinæ operationis. Primum, quod ibi sub specie panis est verum Corpus Christi. Secundum, quod tota substantia panis mutatur in Corpus Christi. Tertium, quod mutatur in Corpus Christi tota substantia panis, ita tamen quod manent accidentia panis. (d) Primum est mirabile. Secundum mirabilius. Tertium mirabilissimum. (e) De duobus primis hic potest dici, de tertio in sequenti.

Prov. 9. 5. Ps. 138. 14.

Divisio mirabilium signorum considerandorum in tribus.

Distinctio aliorum trium.

68. Primum mirabile signum in Consecratione Sacramenti Altaris est, quod ibi sub specie panis est verum Corpus Christi, quod de Virgine sumpsit. Et hoc probatur tribus modis: primo probatur testimonio fide dignorum: secundo testimonio signorum positivorum: tertio demonstratione miraculorum. (f) De primo Lex dicit Deut. decimo nono: In ore duorum aut trium testium stabit omne verbum. Audiantur ergo testes veraces idonei, & sufficientes (g). Augustinus: Accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum. (h) Hoc est, Dei verbum a Christo institutum, profertur super panem, & mox fit sacrum secretum, scilicet Corpus Salvatoris sub specie panis. Item Augustinus: Hoc est quod dicimus, quod omnibus modis approbare contendimus: Sacrificium Ecclesiæ duobus constare, visibili elementorum specie, & invisibili Domini nostri Jesu Christi carne & sanguine, Sacramento, & re Sacramenti, hoc est, Corpore Christi, sicut & Persona Christi constat, & conficitur ex Deo & homine &c. (i) Ambrosius: Panem istum, quem sumimus in mysterio, utique illum intelligo, qui manu Spiritus sancti formatus est in utero Virginis, & decoctus igne passionis in ara crucis. Panis enim Angelorum factus est cibus hominum. (k) Gregorius: Ma-

Dilatatio primi mirabilis, quod sub specie panis est verum Christi Corpus.

Probatio prima testimonio fide dignorum.

Deut. 19. 15.

Augustinus Tract 80. in Jo. n. 3.

Augustinus relatus de consecr. Dist. 2. c. Hoc est, ex L. Sententiar. Prosperi.

Ambrosius de Sacr. & allegat. de Consec. Dist. 2. cap. Omnia quæ.

(a) Vid. ejusdem D. Bonav. Exposit. in d. c. 14. ubi in hanc rem disertissime loquitur.

(b) Al. hoc *Thema proprium*.

(c) In Prol. supra num. 1.

(d) Non tamen credendum, veluti definitum, quod species in Eucharistia remanentes sint accidentia Peripatetica. Vid. inter cæteros P. Leonardum Vanroy Tract. de Augustiss. Euchar. Sacram. cap. 5. Q. 1. per tot.

(e) Gradatio apud D. Bonav. haud infrequens.

(f) Ecce rursum similiter desinentia Bonaventuriana.

(g) Horum testimonium longe locupletissimum ante D. Bonaventuram pro asserenda in Eucharistia Corporis & Sanguinis Dominici veritate adversus Berengarium similiter adhibuerunt Lanfrancus Archiepiscopus Cantuariensis, Guitmundus ex Monacho Episcopus Aversanus, Algerus ex Scholastico Leodiensi Monachus Cluniacensis, Adelmanus ex Clerico Leodiensi Episcopus Brixiensis, Hildebertus primus Episcopus Cœnomanensis, postea Archiepiscopus Turonensis, de quibus noster Alfonsus de Castro Adver. Hæres. L. 6. pag. m. 404. & seq. Item Gratianus Monachus, & Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis.

(h) Apud S. Bonav. in 4. Dist. 3. Par. 1. in tex. Mag., nec non Dist. 8. Par. 2. Art. 1. Q. 1. in concl.

(i) Apud D. ipsum Bonav. in 4. Dist. 10. Part. 1. in tex. Mag. nec non in Exposit. tex. Dub. 3. Vid. quoque S. August. Enarratione 1. & 2. in Ps. 33. nec non in Ps. 98. &c.

(k) Apud eundem S. Bonav. cit. 4. Dist. 11. Par. 1. in tex. Mag. laudatque etiam ibi Art. 1. Q.

Digitized by Google

Gregor. in Hom. Paſch. De Conſecr. Diſt. 2. c. quid ſit ſanguis.

Magnum atque pavendum eſt myſterium, quia aliud videtur, aliud intelligitur. Figura panis videtur & vini, & faciente Domino, Corpus & Sanguis Chriſti efficitur & intelligitur. (*a*) Euſebius: Vere unica & perfecta Eccleſiæ hoſtia fide æſtimanda, non ſpecie, nec exteriori cenſenda viſu, ſed interiori intellectu. Unde cœleſtis confirmat auctoritas dicens: Accipite & comedite: hoc eſt Corpus meum. (*b*) Recedat ergo omne infidelitatis dubium, quoniam quidem qui auctor eſt muneris, ipſe eſt teſtis veritatis;

Euſebius Emiſſenus ſive Emeſenus relat. De Conſecrat. Diſt. 2. c. Quia Corpus.

Matth. 26. 26.

Probatio ſecunda ratione ſignorum poſitivorum.

69. Secundo probatur idem ratione ſignorum poſitivorum. Ratio autem eorum eſt rem ita eſſe, ut ſignum. Eſt autem tale duplex, ſcilicet Dei & hominis: hominis artificiale, ſed Dei Sacramentale. Signum poſitivum hominis ſecundum impoſitionem nominis ſignificat, & eſt duplex. Nam aliud non continet, quod ſignificat, ut circulus vini. Aliud continet, quod ſignat, ut paſtillum quod ſignat carnes, & continet carnes intus abſconditas. Similiter ſignum poſitivum Dei, quod eſt in Sacramentis, ſecundum impoſitionem Dei ſignat, & eſt etiam duplex. Nam aliud non continet, quod ſignificat, ut Sacramenta legalia, quæ non efficiunt, quod ſignant, ſicut Agnus Paſchalis, & ſimilia. (*c*) Aliud vero continet, quod ſignat, ut Sacramenta Evangelica, ſicut Euchariſtia. Signat enim ſecundum impoſitionem Dei rem ſacram, id eſt, Corpus Chriſti, & vere continet illud. Unde ait: Hoc eſt Corpus meum. Signum manſit foris, ſcilicet ſpecies panis; & intus erat Corpus Salvatoris. Eccleſiaſtici trigeſimo ſexto: Innova ſigna, & immuta mirabilia. Quaſi dicat: Quia vetera ſigna non continebant gratiam, quam ſignificabant, fac nova, quæ contineant, quod ſignificant. Auguſtinus: Ideo dicuntur Sacramenta, quaſi ſacræ rei ſigna; quia in eis aliud videtur, aliud intelligitur: quod videtur ſpeciem habet corporalem, quod intelligitur fructum habet ſpiritualem. In ſpecie enim panis & vini, quam videmus, res inviſibiles, id eſt, Carnem Chriſti & Sanguinem honoramus. De hoc ſupra in Sermone IX. circa medium Sermonis. (*d*)

Matth. 26. 26.

Eccli 36. 6.

Auguſtinus vel Lat. de Conſecr. Diſt. 2. c. Sacrificium ex L. 10. de Civit. Dei, & c. Nec autem ex Lib. Sententiar. Proſperi.

Probatio tertia demonſtratione miraculorum.

70. Tertio probatur idem miraculorum demonſtratione. (*e*) Exo. trigeſimo quarto: Signa faciam, quæ nunquam ſunt viſa ſuper terram, opus Domini terribile quod facturus ſum. Paſchaſius: (*f*) Nemo qui ſanctorum Vitas, & exempla legerit, ignorat; quod ſæpe

Exo. 34. 10.

Paſchaſius Lib. de Corp. & Sang. Dom.

---

1. Q. 1. in Fundam. Vid. plura alia apud S. Ambroſ. de Sacram. L. 4. 5. & 6.

(*a*) In d. cap. *Quid ſit ſanguis* ſic: *Quia aliud videtur, aliud intelligitur; ſed cum myſterium ſit, unum corpus & ſanguis dicitur: figuram panis & vini habet faciente Domino: quia non habemus in uſu carnem erudam comedere & bibere ſanguinem.*

(*b*) In d. c. *Quia Corpus* ſic: *Quia caro mea vere eſt cibus, & ſanguis meus vere eſt potus.*

(*c*) Ita ſupra Serm. 9. num. 57.

(*d*) Sic in Sermonibus S. Bonav. alias editis remittitur lector ad alios.

(*e*) De hujuſmodi *Miraculis* Guitm. L. 3. de Sacram. Alt. „ Qui miracula non recipiunt, „ hoſtes Eccleſiæ ſe declarant. Eccleſia enim „ miraculis quam maxime propagata eſt & „ adulta. Quid denique eſt aliud miracula „ caſſare, niſi Eccleſiam, quantum in ſe eſt, „ auferre? “ Et ut loquitur noſter Henric. Sedul. L. 3. Apolog. c. 18. *Sed facta ſunt miracula, aut non facta. Si facta ſunt, credendum eſt. Si non facta, maximum eſt miraculum, ſine miraculis totum orbem terrarum credidiſſe.*

(*f*) Hic eſt ille, de quo hæc habet V. Cl. Natalis Alexander Hiſt. Eccl. Sæc. 9. Diſſ. 10. §. 2. „ *Paſchaſius Radbertus* Eccleſiæ Catholicæ „ Fidem expoſuit, doctrinamque tradidit in Li„ bro *De Corpore & Sanguine Domini*, in Com„ mentariis Evangelii ſecundum *Matthæum*, & „ in Epiſtola ad *Frudegardum*; ut mirum ſit „ *Henricum Boxornium*, & *Haſpinianum*, eo te„ meritatis fuiſſe prolapſos, ut illum in Cal„ viniſtarum partes traherent. “ Sed mihi adhuc longe mirabilius quod Recentior quidam in Libello, cui titulus: *Rifleſſioni d' un Italiano ſopra la Chieſa in generale &c.* ſcribere auſus fuerit „ Avanti che Ratrammo Monaco di Corbe„ ja aveſſe dato alla luce quell' Opera, con „ cui ha voluto moſtrar di propoſito, che nel „ Santiſſimo Sacramento dell' Eucariſtia vi è „ preſente il vero Corpo di Gesù Criſto, ed „ avanti che queſta opinione foſſe ſtata per „ novella, e per eretica impugnata dai famoſi „ Scoto, e Paſcaſio Roberto contemporanei di „ Ratramno, queſta controverſia non aveva „ mai afflitta la Chieſa col partorirvi ſcandali „ e diviſioni. “ O præclarum Italum plane dignum typis *in Borgo Francone*. Siccine antiquiſſimum dogma de reali præſentia Chriſti Corporis & Sanguinis in Euchariſtia *opinio* dicitur, confinguntur que adversarii *Paſchaſius* & *Ratramnus*, ambo de Euchariſtia catholice ſentientes, ſimiliſque circa illam effingitur *Paſchaſio Joannes Scotus Erigena*, qui Berengario cæteriſque Sacramentariis præluſit, quive ut ſcandalorum & ſchiſmatum auctor meruit in multis Conciliis damnari? Quis ergo ex Italis uſque adeo deſipiat, ut hujus Itali Panicæ fidei credat ſumma confidentia aſſerenti, *Paſchaſium*, non ſecus ac *Scotum Erigenam*, impugnaſſe an-

ti-

Digitized by Google

pe Corporis Christi & Sanguinis Sacramenta, aut propter dubios, aut certe propter ardentius amantes, visibili specie, in agni vel pueri formam (a), aut in carnis & sanguinis colorem sint mutata, ut quod latebat in mysterio, patesceret in miraculo. (b) Beato enim Basilio in die Paschæ Divina mysteria celebranti Hebræus (c) quidam se sicut Christianus populo immiscuit, officii volens explorare mysterium (d), qui vidit infantulum partiri (e) in manibus Basilii: & communicantibus omnibus, venit ipse, & data ei hostia vere caro est facta, & servans reliquias abiit in domum suam, & ostendit uxori suæ, narrans quæ propriis oculis viderat. Credens ergo ait: Vere horribile & admirabile est Christianorum Sacramentum. In crastino venit ad Basilium, & baptizatus est cum omni domo sua (f). Idem: (g) Quidam Presbyter erat, Plegus (h) nomine, religiosus valde, qui cum sanctam duceret vitam, cœpit piis precibus pulsare Deum, ut sibi monstraret naturam Corporis & Sanguinis Christi. Venit ergo dies, ut idem more solito Divina celebraret, & post

Miraculum aliud.

In Vit. S. Basilii sub Amphilochii Icon. Ep. nomine, interprete Urso S. R. E. Subdiacono apud Rosvveydum De Vitis Patrum L. 1. pag. 136. cap. 7. col. 1. & apud Bolland. interprete R. P. F. Francisco Combefis O. P. cap. 2. num. 33. in Act. Sanctor. Jun. die 14. pag. m. 033. & seq.

---

tiquissimum dogma catholicum *de præsentia veri Corporis Christi in Eucharistia*, a *Ratramno* traditum, ceu *opinionem novam & hæreticam*; tametsi *Paschasius* ipse in Epistola ad *Frudegardum*, illud ipsum disertissime dixerit *Sanctorum Fidem*, approbaveritque testimoniis *SS. Cypriani*, *Hilarii*, *Ambrosii*, *Augustini*, *Cyrilli Alexandrini*, & *Leonis*! Quis vel mediocriter eruditus ignoret, S. *Odonem* Abbatem Cluniacensem, descriptis aliquot locis ex ejusdem *Paschasii* Libro *De Corpore & Sanguine Domini* in Lib. 2. Collationum Capp. 30. & 31. illud perhibuisse longe locupletissimum testimonium: *Hæc & alia multo plura Paschasius ex dictis Patrum ad reverentiam ipsius Mysterii commendandam; atque Majestatem ejus demonstrandam conscripsit: quæ si quis, licet sciolus, legerit, tanta, credo, discet, ut de hoc Mysterio parum se eatenus cognovisse putet?* Apage igitur ab Italia prædicta absurda, quæ si non rejecerit, probrum ac dedecus eidem inurunt. Sed præstat rursus Natalem Alexandrum loc. cit. prope finem audire „Tam luculenta, tam „clara, tam constans est *Paschasii* de reali Corporis Christi in Eucharistiæ Sacramento, & „de Transubstantiatione doctrina, ut ejus pondere oppressi Lutherani & Calviniste ad varias artes confugerint, quibus se ab ejus auctoritate expedirent. Ex Lutheranis quippe „*Hiobus Gastius* Hagenoensis *Paschasii* Librum „de Corpore & Sanguine Domini vulgavit „anno millesimo quingentesimo vigesimo octavo, integris Capitibus expunctis, aliisque subinde verbis ac sententiis subornatis ac intrusis, quo *Paschasium* errori suo patrocinari persuaderet. Sed impudentissimi falsarii flagitium detexit *Nicolaus Manderanus* Lucemburgensis, qui *Paschasii* Librum sanum & integrum excudi curavit anno millesimo quingentesimo quinquagesimo." Cæterum quod *Paschasius* contra receptam de Eucharistia fidem non adinvenerit novam (idem dixerim de *Ratramno*, qui non tradidit nova, sed nove, neque in substantia dogmatis a *Paschasio* dissensit) sed universalis Ecclesiæ fidem exposuerit propugnaveritque, vid. ibi Natal. §. 3. per tot. atque ejus etiam Diss. 13. de *Ratramno*. Item eruditissimum Antonii Arnaldi De perpetua Ecclesiæ Fide circa Eucharistiam Vol. 1. Lib. 8. doctissimamque P. Mabillonii Præfat. in 2. Par. Sæc. IV. Benedict.

(a) In 4. Dist. 10. Par. 2. Art. 2. Q. 2. in concl. *Alicui miraculose ostensum fuit in forma parvuli*.

(b) De Præparat. ad Miss. cap. 6. inter ejusdem S. Bonav. Opuscula verba quoque ibi relata sub Augustini allegatione sunt prædicti Paschasii de Corp. & Sang. Dom. cap. 9. ut adnotarunt in margine Romani Editores.

(c) Heic not. 36. ita monet Rosvveidus „Exemplum hoc, quo Christus forma pueri „in Eucharistia monstratur, ex hac Vita citat „D. Thomas Opusculo LVIII. cap. XI." sed hujus Opusculi auctorem esse non D. Thomam, sed D. Bonaventuram, nostræ adnotationes satis comprobare videntur.

(d) Ne fides hujus miraculi vacillet, animadvertendum cum Francisco Baertio ibi apud laudat. Bolland. not. *n.* quod, cum in Græcorum Ecclesiis Sacerdos sacrificans non videatur a populo; hinc consequens sit, aut ritum Divinæ Liturgiæ apud Coptos Christianos fuisse diversum: aut Christum apparuisse in Hostia nondum consecrata, non quia reapse tunc esset præsens; sed quia illa in memoriam passionis ejus sacra Lancea dividebatur in partes, mox in verum ejus Corpus per consecrationem convertendas. Docet autem idemmet S. Bonav. expendens illa verba in Evangeliis Matthæi, Marci, & Lucæ: *Benedixit; & fregit* „Quod „fractio illa non signat fractionem Corporis „Christi ibi contenti, sed significat passionem „quæ præteriit" In 4. Dist. 12. Par. 1. Ar. 3. Q. 2. ad 1.

(e) Interprete Urso *membratim incidi*; & interprete Combefis. *Puerulum velut membratim incidi*, videlicet in signo, non in signato. In signo, inquam; quia *divisio est ibi vera, quantitas vera, soliditas vera: & sicut est ibi vera quantitas, ita & vera divisio*. In eod. 4. ibi in concluf. Quo autem ad *passionem quæ præteriit*, facta est vera divisio animæ a corpore, sanguinis a carne. Vid. simile prædicto aliud miraculum in iisdem Vitis Patrum Lib. 5. Auct. Græc. Incer., Interp. Pelag. Diac. S. R. E., Libel. 18. n. 3. pag. 636.

(f) De hoc miraculo, uti etiam de alio, cit. Guitmundus Aversanus Episcopus Lib. 3. De Sacram. Alt.

(g) Scilicet *Paschasius*.

(h) Al. *Ægydius*; sed leg. *Plegus*, ut etiam notavit Rosvveydus.

Digitized by Google

& post Agnus Dei procumbens genibus: Creator, inquit, & Redemptor Omnipotens Deus, pande mihi exiguo in hoc mysterio naturam Corporis Christi, ut mihi liceat eum perspicere in forma pueri, quem olim sinus matris virgineus tulit vagientem. Et ecce Angelus eundem de coelo veniens affatur: Surge propere, si vis Christum videre. Adest praesens corporeo vestitus amictu, quem sacra puerpera gessit. At Presbyter pavidus surgens vidit super aram puerum sedentem. Cui Angelus: Quia videre Christum tibi placuit, quem sub specie panis verbis sacrasti mysticis, nunc oculis inspice, & tracta manibus. Tunc coelesti lumine Sacerdos fretus, (quod mirum dictu est,) in ulnis trementibus puerum accepit, & pectus proprium pectori Christi adjunxit. Deinde profusus (a) in amplexus dat dulcia Deo oscula, & suis labiis pressit pia labia Christi. Quibus ita peractis restituit puerum in altari, & rursus humi prostratus deprecatur Dominum, ut dignaretur ipse verti in speciem primam. (b) Et surgens invenit Corpus Christi remeasse in priorem formam, & sic sub specie debita communicavit (c) eidem. (d)

71. Secundum mirabile (e) in consecratione Sacramenti altaris est, quod totius substantia panis mutatur in Corpus Christi, quod sumpsit de Virgine: & hoc fit potestate verbi Dei; quod probatur tribus modis fieri posse: a potestate simili; a minori; a majori, (f) Primo a potestate simili, quia verbum Dei substantiam unam in aliam commutavit. Secundo a minori, quia res, quae minus possunt, substantiam unam in aliam commutant. Tertio a majori, quia verbum Dei multo fecit majora. *Dilatatio fecundi mirabilis, quod totius substantia panis mutatur in Corpus Christi in consecratione Sacramenti.*

72. Prime verbum Dei mutat substantiam panis in Corpus Christi, quod probatur a simili, eo quod quondam unam substantiam in aliam commutavit. Hinc legitur Jo. secundo, quod Dominus ad nuptias aquam in vinum commutavit. Sicut ergo potuit illud, potest & hoc. (g) De similibus enim simile est judicium. Ubi similis praecipit virtus, similis obedit effectus. *Probatio prima a simili.* *Jo. 2. 1. et seqq.*

73. Secundo probatur a minori, eo quod res, quae minus possunt, quam verbum Dei, unam substantiam mutant in aliam. Unde sciendum, quod pro- *Probatio secunda a minori.*

(a) Al. *perfusus*.
(b) Al. *pristinam*.
(c) Al. *communicandi*.
(d) Laud. Rosweydus post supra relata, e vestigio ita not. supra cit. subjungit „ Similem „ habet visionem Paschasius Libro De Corpore „ & Sanguine Domini cap. XIV. quae oblata „ fuit Plego presbytero, cum Christum in forma pueri in altari vidit, & amplexus est: „ *Quatenus*, inquit Paschasius, *& veritas pateret in ostenso, & Sacerdotis desiderium impleretur ex miraculo, nostraque fides firmaretur ex relatu.*“ Vide aliud simile apud Bolland. 23. April. To. 3. pag. 144. duo alia apud Rodriguez Tract. 8. de Sac. Sacrific. Miss. cap. 13. Item de hujusmodi miraculosis in Eucharistia apparitionibus scribentes praeter cit. Guitm. de Sacr. Altar. L. 3. Thom. Boz. de Sign. Eccl. Lib. 14 cap. 7. Bellar. Lib. 3. de Sac. Euch. cap. 8. Alb. Kranz. Lib. 1. Metr. c. 9. Henric. Sedul. Lib. 3. Apologet. c. 18. Luc. Wadding. in Annal. Minor. ad an. 1251. num. 18. &c. Temperare heic mihi non possum, quin referam quod legere est in Octavis Sanctorum, qui celebrantur a Tertio Ordine S. P. N. Francisci, tanquam Patroni, die 25. Augusti in Festo S. Ludovici Regis Francorum Confess. Terr. Ord. Lect. 6. hisce verbis „ Summa fide ac pietate „ Christum in venerabili Sacramento praesentem „ colebat. In quo genere accidit, ut Sacerdote „ Parisiis celebrante, Christus ipse se se, „ pulcherrimi pueri specie, visibilem ac conspicuum omnibus praeberet: ad quod miraculum cum omnes concurrerent, ac plurimi Regem invitarent, ire recusavit, dicens: Id „ spectaculi a Deo pro infidelibus exhiberi; „ sibi certissimam esse fidem realis praesentiae „ Christi in Eucharistiae Sacramento.“ De hoc miraculo, atque responso vere digno Christianissimi Regis, Joannes Villanius Lib. 5. Histor. Florent. c. 55. qui floruit ineunte saeculo XIV. adeoque S. Ludovico suppar; & ex Villanio Spondanus ad an. 1257. num. 9. Simile miraculum patratum in territorio Albigensi, simileque responsum fide plenum a Simone Comite Manfortio datum, id referente eodem S. Ludovico, memoriae proditum est in ejusdem S. Ludovici Vita III, auctore Joanne Joinvillio Regis familiari Par. 1. cap. 2. num. 18. cui fatem, utpote testi longe locupletissimo, credendum est. Vid. Acta Sanctor. Augusti To. V. in Comment. Praev. §. 45. num. 824. nec non d. Vit. loc. cit. Vid. quoque Vanroy Tract. de Euch. cap. 5. q. 4.
(e) Al. *miraculum*.
(f) Al. sine sequentibus usque ad num. 72.
(g) S. Cyrill. Jerosolym. Catech. 4. „ Cum „ ipse dixerit: *Hoc est Corpus meum*, quis audebit deinceps ambigere? Et cum ipse tam „ asseveranter dixerit: *Hic est sanguis meus*, quis „ unquam dubitaverit, ut dicat non esse ejus „ sanguinem? Aquam olim in vinum convertit in Cana Galilaeae, & non erit dignus, „ cui credatur, quod vinum in Sanguinem transmutarit?“ Al. supra: *Sicut ergo potuit ibi, potest & hic.*

Digitized by Google

providentia Dei mutationes rerum tribus modis fieri voluit, præter quas verbo Dei facit; arte, natura, gratia. Ars enim hominis unam substantiam mutat in aliam, ut patet in vitrifice (a), qui vilem cinerem in præclarum & nobile mutat vitrum. (b) Ergo tanto magis virtus verbi Dei mutare potest panem in Corpus Christi ejus, & vinum in Sanguinem. Ecclesiastes octavo: Sermo illius, scilicet Dei, potestate plenus est, nec dicere ei quisquam potest: Quare ita facis? Eusebius: Invisibilis Sacerdos visibiles creaturas in substantiam Corporis & Sanguinis sui verbo suo secreta potestate commutat. (c) Item natura unam substantiam in aliam commutat, sicut in vite aqua mutatur in vinum, & opera apum succus florum per secreta naturæ mutatur in favum. Similiter in nobis ipsis panis, quem manducamus quotidie, per naturam mutatur in carnem. Ergo multo magis virtus verbi Dei mutare potest panem in substantiam Corporis sui. Item gratia hominis mutat unam substantiam in aliam. Hinc Moyses per gratiam specialem mutavit virgam in serpentem, & aquam in sanguinem. Ergo multo magis virtus verbi Dei mutare potest panem in Corpus suum, & vinum in Sanguinem. Ambrosius: Virgam tenebat Moyses, & projecit eam; & facta est serpens. Rursus apprehendit caudam serpentis, & in virgæ naturam revertitur. Vides ergo prophetica gratia mutatam esse naturam & serpentis & virgæ, & majoris esse potentiæ gratiam, quam naturam. Quod si tantum valuit benedictio humana, ut naturam converteret; quid dicemus de ipsa consecratione Divina, ubi ipsa verba Salvatoris operantur? Si ergo quæris, quomodo potest, quod panis est, Corpus Christi fieri? Respondeo, consecratione, quæ fit Christi sermone.

Eccle. 8. 4.

Eusebius Emissenus sive Emesenus relat. De Consecrat. Dist. 2. c. Quia Corpus assumptum.

Ambrosius de Sacram. relat. De Consecrat. Dist. 2. c. Revera.

74. Tertio probatur idem a majori, quia verbum Dei multo fecit majora, & facere potest, quam quod panem in Corpus Christi mutet. Unde: In principio erat Verbum &c., omnia per ipsum facta sunt &c. Ambrosius: De totius Mundi operibus legitur, quod ipse dixit, & facta sunt. Sermo ergo, qui potuit facere ex nihilo, quod non erat, non potest mutare ea quæ sunt, in id quod non erant (d)? Non enim minus est creare novas, quam mutare rerum naturas. Et sic quod erat panis ante consecrationem, jam Corpus Christi factum est post consecrationem, quia sermo mutat creaturam. Cum itaque irrationalis creatura, & inanimata, sc. panis, mutatur in melius, sc. in Corpus Christi, virtute verbi Dei; mirum quod peccator homo nec multis verbis, nec beneficiis, nec comminatione, nec promissione converti potest de mala vita in bonam. Rogemus ergo Dominum. (e)

Tertia probatio a majori.

Jo. 1. 1. & seqq.

Ambrosius de Sacram. relat. De Consecrat. Dist. 2. c. Omnis.

SERMO XII.

De tertio mirabili, quod fit in consecratione Sacramenti Altaris. Thema generale, & proprium.

75. *Venite, comedite &c.* (f) *Mirabilia opera tua &c.* Tertium mirabile signum in consecratione Sacramenti Altaris est, quod mutatur in Corpus Christi tota substantia panis, sic tamen quod manent

Prov. 9. 5. Ps. 138. 14. Dilatatio tertii mirabilis, quod mutatur in Corpus Christi tota substantia panis, ita ut maneant accidentia sine subjecto.

(a) Si Latinis ætatis aureæ in usu fuit vox *aurifex* pro artifice laborandi auri; quidni multo postea licuerit usurpare vocem *vitrifex* pro artifice conficiendi vitri? Quod si etiam legeretur *in vitrifico*; prout legisse videtur Barbavara; adhuc nulla ipsi fuisset ratio hanc vocem carpendi in sæculo Scholastico, in quo quam plures voces minime Latinas, ne dicam barbaras, obtinuisse novimus. Adde in Apographo Vindobon. quod apud me est, nec legi *in vitrifico*, neque *in vitrifice*, sed *in artifice*.

(b) Confer Vol. 2. Comment. in Apocal. c. 21. num. 1606. not. *k*. Vid. quoque in Compend. Theol. Verit. L. 6. c. 14. ubi agitur *De mirabilibus, quæ sunt in Eucharistia*, nec non de *triplici mutatione artificiali, naturali, supernaturali*. Porro d. Compendium tametsi non sit D. Bonaventuræ, est tamen secundum Bonaventur.

(c) Ita apud D. Bonav. in 4. Dist. 10. Par. 2. in tex. Mag. ac ipsemet ibi Art. 1. Q. 3. ad opp. Sed apud nostrum Alfonsum de Castro adversus Hæres. Lib. 6. col. m. 411. ex eodem Euseb. sic „ Visibilis Sacerdos visibiles „ creaturas in substantiam sui Corporis & San„ guinis verbi sui secreta potestate convertit „ &c.“

(d) Ad sensum potius, quam ad verba. Vid. S. Ambrosium de Sacram. L. 4. cap. 4. & de initiandis cap. 9. nec non apud ipsummet S. Bonaventuram Dist. 10. Par. 2. in tex. Mag. & Art. 1. Q. 1. in Fundam.

(e) Ita in Vindobon. ac in certioribus D. Bonav. Sermonibus ad eorum finem. Et ecce nova ratio pro hisce Sermonibus eidem asserendis.

(f) Al. heic *Thema proprium*, antea nihil.

Digitized by Google

nent panis accidentia, id est, color, odor, sapor, & hujusmodi Christi Corpus circumstantia, & nostris sensibus objecta. (a) Quod enim in consecratione mutatur panis in Corpus Christi, jam probatum est. (b) Et quod manent humanis sensibus accidentia, patet. Talis mutatio est supernaturalis, & dicitur proprie conversio, sive transubstantiatio, (c) quia similis ei per omnia non invenitur in natura. Quod tamen Divina virtute fieri possit in hoc Sacramento, triplici similitudine potest ostendi. Prima sumitur de gratia prophetali. Secunda de conversione spirituali. Tertia de mutatione naturali. (d)

Triplex similitudo transubstantiationis,

76. Prima similitudo, quod substantia panis possit mutari in Corpus Christi, ita quod accidentia maneant, sumitur de gratia prophetali. Hinc est quod quarti Regum quarto Eliseus misit sal in aquas amaras, & conversæ sunt in dulces. In qua conversione quatuor consideranda sunt, scilicet continens, & contentum, operans, & operatum. Continens est illa species, sive claritas exterior, contentum amaritudo interior, operans est gratia prophetalis, operatum dulcedo subsequens aquarum. Primum, scilicet continens, id est, species sive claritas exterior remanet. Secundum, scilicet contentum, id est, amaritudo interior transit, atque mutatur in quartum, scilicet operatum, id est, in dulcedinem, & hoc per tertium, scilicet operans, id est, per gratiam prophetalem. Sic est quodammodo in mutatione panis in Corpus Christi. Primum, scilicet continens, id est, species panis exterior manet. Secundum, scilicet contentum, id est, substantia panis interior mutatur in quartum, scilicet in Corpus Christi; & hoc per tertium, scilicet per operans, id est, per verbum Dei.

Sumpta a gratia prophetali,

4. Reg. 4. 19. & seqq.

77. Secunda similitudo ejusdem sumitur de conversione spirituali (e) de qua primi Reg. decimo dicit Samuel ad Saul, qui significat peccatorem: Insiliet in te Spiritus Domini, & mutaberis in virum alium. In qua conversione sive mutatione quatuor jam supradicta consideranda sunt; continens, & contentum, operans, & operatum. In statu enim peccati videtur homo exterior pulcher, & sanus; sed homo interior amaritudine peccati, & veneno plenus est, & ægrotus. Hic dum per spiritum Dei convertitur, specie corporis manente exterius, amaritudo & languor peccati interior, in dulcedinem & sanitatem gratiæ commutatur. Primum, scilicet species corporis exterior manet. Secundum, scilicet amaritudo peccati interior transit in quartum, scilicet in dulcedinem gratiæ, & hoc per tertium, scilicet per spiritum Dei. Et sic fit ut dictum est in consecratione Corporis Christi. Eugenius ad quendam conversum. (f) Quanta & quam celebranda beneficia vis Divinæ bonitatis operatur, & quod non tibi novum, & impossibile esse debeat, quod in Christi substantiam terrena convertuntur; te ipsum interroga, qui præterita vilitate deposita, subito novam indutus es bonitatem. In exteriori nihil addisti, totum est in interiori mutatum.

A conversione spirituali,

1. Reg. 10. 6.

Eugenius ad quendam conversum.

78. Tertia similitudo ejusdem sumitur de mutatione naturali. Videmus enim, quod ova ponuntur sub ave, ut sub gallina, vel sub columba, & per naturam mutantur in carnem, immo in aviculam vivam. In hac mutatione similiter illa quatuor, quæ jam dicta sunt, possunt inveniri. Ibi enim est continens, scilicet testa, quasi species ovi exterior, & contentum, scilicet vitellum, quasi substantia ovi interior, & operans, scilicet natura, & operatum, scilicet caro pulli. Primum, scilicet testa species exterior, manet; secundum, scilicet vitellum, sive substantia interior transit, & mutatur in quartum, scilicet in corpus pulli vivi, & hoc per tertium, scilicet operantem

A mutatione naturali.

na-

(a) In 4. Dist. 11. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. & Dist. 12. Part. 1. Art. 1. Q. 3. in conclus.

(b) Supra num. 68. ac seqq.

(c) In eod. 4. Dist. 10. Par. 2. Art. 1. per tot.

(d) Similiter definentia D. Bonaventuræ consueta.

(e) De hac in eod. 4. ibi Q. 1. ad opp. 1.

(f) Forte Eugenius Carthaginensis in Africa Episcopus, qui direxit Epistolas velut commonitorias fidei secundum Cod. Norimbergen. ad Chunericum 1. de quo Eugenio Gennadius L. de Viris illustribus cap. 97. nec non in Supplem. ad Lib. Bellarm. de Scriptor. Eccles. ad an. 490.

Digitized by Google

naturam. Et mira similitudo, quia diebus aliquibus integra exterius videtur, quasi adhuc sit ovum, quod non est ovum, sed vivi pulli integrum corpus testa velatum. Sicut ergo in hac re est columba per naturam; sic in Sacramento Altaris est Christus per Spiritum, scilicet Spiritus sancti omnipotentem virtutem. (a) Si ergo sub ave ponis unum, vel duo, vel plura ova, vertit ea ipsa natura interius in corpus pulli, sive carnem, testa manente exterius; quanto magis unam hostiam panis, vel plures, in Altari, manente specie panis exterius, Spiritus sanctus eas repente interius in Corpus Christi sua virtute convertit? Nota versus de Corpore Christi, de hoc quod dicunt de substantia panis; non quod sit materia Corporis Christi, sed quod panis convertitur in Corpus Christi: (b)

Versus de conversione panis in Corpus Christi.

Corpus de pane, Corpus de Virgine, primum (c)
Dico (d) conversum, sed materiale secundum. (e)

Moralis observatio.

79. Hic moraliter (f) notandum est, cum irrationalis creatura, scilicet panis per Verbum Dei, & Spiritum ejus in melius convertitur, quanta sit peccatoris duritia, qui multis verbis, & Spiritus sancti operationibus, ad conversionem non perducitur. Jer. quinto: Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti. Et hæc indurationis finalis est impœnitentia, cujus triplex causa assignari potest. Prima longa consuetudo peccandi. Secunda incredulitas de justitia Dei. Tertia seductio inimici. De primo Sapient. quarto decimo dicitur: Convalescente (g) iniqua consuetudine error tanquam lex custoditus est. Jerem. tertio decimo: Si mutare potest Æthiops pellem suam, aut pardus varietates suas, & vos poteritis bene agere, cum malum didiceritis. (h) Glossa: Consuetudo peccandi quodammodo in naturam transit; (i) sed quod hominibus impossibile est, Deo est possibile, ut non Æthiops, vel pardus (longævi scilicet peccatores) suam naturam per se mutare videantur, sed Deus qui in illis operatur. Augustinus: Vocabas me Domine, & ego suspirabam ligatus, non ferro alieno, sed mea propria voluntate. Velle enim meum tenebat inimicus, & inde catenam fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate perversa, facta est libido. Et dum servitur libidini, facta est consuetudo. Et dum non resistitur consuetudini, facta est necessitas &c. De secundo Soph. primo: Visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis: Non faciet bene Dominus, & non faciet male. Glossa: Calumniantur Dei providentiam dicentes (k) quod nec bonis bona, nec malis mala reddat, vel reddere possit, sed omnia casu regantur. Psal. Dixit insipiens in corde suo, non est Deus, scilicet justus Judex qui vindicet (l) peccata. Unde sequitur: Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis &c. (m) De tertio Osee quinto: Non dabunt cogitationes suas, ut revertantur ad Deum suum; quia spiritus fornicationum (n) in medio eorum, & Dominum non cognoverunt. Quasi diceret: Quia spiritus malignus obsidet (o) eos, & excæcat, ut Dominum non cognoscant, & promissionibus falsis seducit; ideo converti non possunt. Ecclesiastici vigesimo nono: Repromissio nequissima multos perdidit. Gen. trigesimo quarto: Egressa est autem Dina, ut videret mulieres regionis illius, quam cum vidisset Sichem princeps terræ, id est, diabolus, adamavit eam; & rapuit, dormivitque cum illa, vi opprimens virginem, & conglutinata est

Sap. 14. 26. — Jer. 13. 23. — Glossa ordinar. — Augustinus Confess. L. 8. c. 5. n. 10. — Soph. 1. 12. — Glossa interlin. — Ps. 13. 1. — Ibi. — Ose. 5. 4. — Eccli 29. 22. — Gen. 34. 1. & seqq.

(a) Al. *Sicut ergo in hac re columba per naturam, sic in Sacramento Altaris Spiritus S. per suam omnipotentem virtutem.*

(b) Aliam lectionem nos adhibuimus in Prodromo col. 675. & ea locum dedit animadversioni; quæ inibi legitur.

(c) Al. *de Virgine natum.*

(d) Al. *Primum.*

(e) Ita notare, similesque versus interferere, passim apud D. Bonav. legere est.

(f) Interferere quoque moralia frequens apud ipsum.

(g) Al. *invalescente.*

(h) Sic Expositi. in Sap. ibi D. ipse Bonaventura.

(i) Ibi idem: *Consuetudo altera natura est; sicut enim ea quæ sunt a natura, difficile vel nunquam exui possunt, sic nec ea, quæ sunt a consuetudine. Unde: Si mutare potest Æthiops &c.*

(k) Al. *Tollunt Domini providentiam putantes &c.*

(l) Al. *judicat.*

(m) Al. *in iniquitatibus suis.*

(n) Al. *fornicationis.*

(o) Al. *obsedit.*

Digitized by Google

est anima ejus cum ea, tristemque blanditiis delinivit; quia diabolus mundi prospera, peccata levia, longam vitam falso promittit. Tertii Reg. vigesimo secundo dicit Michæas: Vidi cunctum Israel dispersum in montibus &c. Egressus est autem spiritus, & ait: Ego decipiam Achab. Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium Prophetarum, id est, eorum qui dicebant Regi: Ascende in Ramoth Galaad, & vade prospere, & tradet Dominus inimicos tuos in manus tuas, & in hoc est deceptus. Ingressus enim prælium, quidam percussit eum casu sagitta inter pulmonem & stomachum, & graviter vulneratus, mortuus est vespere (a) &c.

3. Reg. 22. 17. & seqq.

Ibi 12.

Ibi 34. & seq.

SERMO XIII.

De tribus mirabilibus, quæ fiunt in Corporis Christi possessione.

80. *Venite, comedite &c. Mirabilia opera tua &c.* Hic dicendum est de tribus mirabilibus, quæ fiunt in (b) virtute, & perfectione consecrationis, & attenduntur in ejusdem possessione (c), & post consecrationem adhuc nobiscum habemus. Primum mirabile est, quod tam magna res continetur sub tam parva specie panis. Secundum, quod unum & idem Corpus est in pluribus locis. Tertium, quod licet sit in pluribus locis, tamen per partes non est divisum (d), sed manet in se conjunctum. (e) Primum mirabile signum, quod in possessione (f) Dominici Corporis tam magna res, scilicet Corpus Domini continetur sub tam parva specie panis, cujus assignatur triplex ratio. Prima ratio est demonstratio magnitudinis sapientiæ artificis tantæ rei. Secunda, æqualitas potentiæ Christi cum potentia Dei. Tertia, sufficiens causa ad finem Sacramenti.

Prov. 9. 5. Ps. 138. 14.

Divisio in tria alia mirabilia.

Distinctio triplicis rationis.

81. Prima ratio est demonstratio magnitudinis sapientiæ artificis tantæ rei, scilicet Spiritus sancti. Videmus enim quod artifices, quanto sunt in arte sculpendi peritiores, tanto sculpunt imagines subtiliores. Unde si artificibus ostenditur materia gemmæ, vel metalli valde parva, & rogetur in ea fieri imago subtilissima, minus subtilis artifex respondebit, quod eam facere non possit, quam tamen maxime subtilis in arte facile facit. Sic ad demonstrandam sapientiam suam Spiritus sanctus sub minima specie Sacramenti facile esse facit totum Corpus Christi. Hinc Sap. septimo Spiritus sanctus dicitur esse subtilis. Non enim potes ei tam subtilem partem panis proponere in altari, quin sciat, & possit eam in verum Corpus Christi convertere, ut dicit Damascenus. Et Luc. primo: Quomodo fiet hoc, ait Virgo, quoniam virum non cognosco? Respondit Angelus: Spiritus sanctus superveniet in te &c., id est, (g) ipse faciet hæc, quæ super naturam sunt, & super intellectum. (h)

Dilatatio primæ rationis Sapientiæ artificis.

Sap. 7. 22.

Damascenus L. 4. de Fide Orthodo. c. 13. Edit. Lequien. Luc. 1. 34. & seq.

82. Secunda ratio ad idem est similitudo potentiæ Christi cum potentia Dei. Quicquid enim potest Filius Dei per naturam, hoc potest Filius Hominis propter personæ unitatem: Matth. ult. Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Ambrosius super illud: Hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur: Non ideo erit magnus, quod ante partum Virginis magnus non fuerit; sed quia potentiam, quam Dei Filius ante tempora naturaliter habuit, hic erat (i) ex tempore accepturus, ut una sit persona homo & Deus. (k) Quia sicut in unam personam, ita in unam potentiam conveniunt Dei filius & Hominis. Sed Dei Filius Verbum Patris illam habuit potentiam, quod minima parte Corporis, (l) opere Spiritus sancti

Dilatatio secundæ rationis potentiæ Christi.

Matth. 28. 18.

Ambrosius relat. in Glossa ordinar. in c. 1. Luc. ad dicta verba nunc v. 32. & est expositio Bedæ super Luc. ibi Hom. 23.

(a) Al. *vesperi*.
(b) Al. sine *in*.
(c) Vindobon. *positione*.
(d) Confer cum Compend. Verit. Theol. L. 6. cap. 14.
(e) Recte heic Auctor sumit *conjunctum* pro *indiviso*; quidquid dicat ejus morosus censor Barbavara.
(f) Al. plura in præced. & seqq. desunt.
(g) Al. *& tu quæris quomodo panis fiat Corpus Christi? Et ego dico tibi: Spiritus sanctus superveniet, &* &c.
(h) Al. *intelligentiam*. Vid. in 4. Dist. 10. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in concl.
(i) Al. *erit*.
(k) Ita apud D. ipsum Bona. 3. Dist. 14. in text. Mag. Al. sine postremis verbis. Verba autem S. Ambrosii Exposit. in Luc. L. 2. n. 11. ad prædictum textum sunt „ Magnus Joannes, „ sed hujus magnitudo habet principium, habet finem: Dominus autem Jesus idem est „ finis atque principium, idem primus & novissimus. Nihil ante primum, nihil ultra novissimum.
(l) In 3. Dist. 3. Par. 2. Ar. 3. Q. 2. ad. 1. *parvitate quantitatis molis*; sed cum *membrorum distin-*

Digitized by Google

cti de Virgine (a) separata se vestivit, & illi se inclusit, secundum illud: Verbum Caro factum est. Ergo similem potestatem dedit Homini Christo, scilicet ut possit facere Corpus suum esse sub minima panis specie. Ps. Dominus in Sion magnus &c. Sion interpretatur specula, speculatio, (b) sive speculum, (c) ut dicit Augustinus, & Papias. (d) Et dubium non est, quod magna imago tam expresse, & tam integre apparet in parvo speculo, sicut in magno. Magnus ergo Dominus in Sion, id est, in Speculo, esse dicitur; quia verum Corpus Christi tam integraliter esse sub parva specie panis, sicut sub magna recte creditur.

Io. 1. 14.

Ps. 98. 2.

Augustinus Enarras. in d. Psal.

Papias Lib. de ling. Lat. vocabul.

Dilatatio tertiæ rationis, quæ est sufficiens causa ad finem Sacramenti.

83. Tertia ratio ad idem est sufficiens causa ad finem Sacramenti. Finis Sacramenti est animam fidelem spiritualiter cibare, & contra malum, & ad bonum confortare. Causa hujus efficiens Corpus Christi, quod idem (e) potest tam plene esse sub specie panis parva, sicut sub magna; quia sub utraque æqualiter unitum est Deo (f), ex quo fluit omnis virtus in Sacramento. Quantumcunque enim parva sit species illa panis, ibi est totum Corpus Christi per conversionem, sanguis per connexionem, Anima per conjunctionem, & Divinitas integra per unionem. Unde certum est, quod habet plenam rationem cibandi spiritualiter, & confortandi animam. Exo. sexto decimo: Nec qui plus collegerat, habuit amplius; nec qui minus paraverat, reperit minus (g). Hilarius: Ubi pars est Corporis (id est, minima pars Sacramenti) ibi est & totum Corpus (h) scilicet Christi. Eadem ratio est in Corpore Domini, quæ in manna, quod in ejus figura præcessit. De quo dicitur: Qui plus collegerat non habuit amplius, neque qui minus paraverat, habuit minus. Non enim est quantitas visibilis in hoc æstimanda; (i) sed virtus spiritualis. Unde qui multum vel magnum panem consecrat, non habet amplius, quam verum Corpus Christi; & qui parvum, non habet minus, quam integrum Corpus Christi ad salutem suam.

Exo. 16. 18.

Hilarius Papa relat. de Consecrat. Dist. 2. c. Ubi pars.

Tres aliæ rationes, quod Corpus Christi sit in pluribus locis &c.

Dilatatio primi modi ex veraci prophetia.

84. Secundum mirabile signum est, quod unum & idem Corpus est in pluribus locis, in pluribus hostiis, in pluribus portionibus. Et hoc probatur tribus modis. Primo per veracem prophetiam. Secundo per manifestam rationem. Tertio per visibilem similitudinem. Primo per prophetiam, quod Corpus Domini est in pluribus locis. Mal. primo ad Judæos: Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum (k) & munus non suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnum nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda. Ecce plurima exprimit loca, & unam oblationem mundam fidelium dicit. Exo. vigesimo: In omni loco, in quo fuerit memoria nominis mei, veniam ad te, & benedicam tibi. Memoria nominis Domini est Sacrificium Altaris, scilicet Corpus Christi, quod fieri jussit in commemorationem ejus, hoc fit in multis locis, & in hoc venit unus Dominus ad benedicendum nobis.

Malach. 1. 10. & seq.

Exo. 20. 24.

Dilatatio secundi modi ex manifesta ratione.

85. Secundo probatur idem per manifestam rationem, quæ est, quod Filius hominis participat potentiam Filii Dei, propter Personæ unitatem. Ambrosius: Una est persona Dei & hominis. Et ideo sicut in unam personam, ita in unam potentiam conveniunt Filius Dei & hominis. (l) Unde sicut Dei Filius est essentialiter in omnibus rebus: ita dedit Filio hominis, ut Corpus ejus Sacramentaliter possit esse in pluribus locis. Augustinus: Intelligendum est Corpus Christi in uno loco esse, id est, in cœlo, ubi ascendit ad dex-

Ambrosius supra cit. sive Beda.

Augustinus similiter relatus de Consecrat Dist. 2. c. Prima quidem, ex ejus exposit. in Ps. 54 item Tract. 50. in Joan. n. 13.

---

distinctione, quia ibi virtus Divina operabatur mirabiliter cit. loc. in concl.

(a) Al. *de virtute*.

(b) Sic & alibi.

(c) Ita & in Interpretat. Hebraicor. Nom. secundum Alphabeti ord. ad fin. Biblior. Graeco. Unde in Lex. Lat. Par. Edit. verbo *specula* sic lego: *Locus editus, & eminens, unde aliquid eminus videri, & prospici potest. Varro L. 5. de L. L. speculum quod in eo specimus* (a verbo *specio* antiquo, quo etiam Ennius usus est) *imaginem.*

(d) Vel alibi sæpe a D. Bona. laudatus.

(e) Al. *& id*.

(f) Sic 4. Dist. 10. Par. 1. Art. 1. Q. 1. ad 2.

(g) Al. *Qui minus collegerat, non reperit minus de manna, quam qui plus collegerat*.

(h) Ita in 4. ibi Q. 5. in Fundament. abinit.

(i) Al. *Non enim æstimanda est quantitas in hoc visibilis*.

(k) Al. tantum *ait Dominus*.

(l) Paulo supra num. 82.

Digitized by Google

dexteram Patris ſcilicet viſibiliter in forma humana; veritas tamen ejus, id eſt, Divinitas ubique diffuſa eſt. (a) Veritas etiam ejus, id eſt, verum Corpus, in omni Altari eſt ſacramentaliter, ubi celebratur. Innocentius III. Diſpoſuit cœleſtis altitudo conſilii, ut ſicut tres Perſonæ ſunt in unitate eſſentiæ, ſcilicet Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, ita tres eſſent ſubſtantiæ in unitate Perſonæ, ſcilicet Divinitas Chriſti, Corpus, & Anima. Cum ergo Chriſtus ſecundum Divinam naturam tribus modis exiſteret in rebus, ſcilicet in omnibus per eſſentiam, in ſolis juſtis per gratiam, in homine aſſumpto per unionem; voluit ut idem ipſe ſecundum humanam naturam etiam tribus modis exiſteret in rebus, ſcilicet in Cœlo localiter, in Verbo perſonaliter, in Altari ſacramentaliter. (b) Unde ſicut ſecundum Divinitatem eſſentialiter eſt in omnibus rebus, ita ſecundum Humanitatem ſacramentaliter totus eſt in pluribus locis.

Innocentius III. De myſter. Miſſ.

86. Tertio probatur idem per viſibilem ſimilitudinem, quæ cunctis in ſpeculo declaratur. Nam ſi faciei tuæ plura proponas ſpecula, in omnibus æqualiter & integraliter una apparebit. Et ſi unum ſpeculum in plura fruſta etiam parva confringas, perfecte (c) tua facies in pluribus erit, & in ſingulis (d) Et licet ſpeculum multipliciter frangatur (e) in plura, facies tua tamen manet in omnibus una, nec mutatur. Sic eſt revera in Sacramento Chriſti, (f) qui ſpeculum dicitur, & imago. Sap. ſeptimo: Speculum eſt ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius. (g) Si ergo ſpeculum, id eſt, forma panis in partes plures dividatur, in ſingulis erit imago (h) unita Deo, id eſt, verum Corpus Chriſti. Hieronimus: Singuli fidelium accipiunt Chriſtum Dominum, & in ſingulis portionibus totus eſt, nec per ſingulas minuitur, ſed integrum præbet ſe in ſingulis. (i)

Dilatatio tertii modi ex viſibili ſimilitudine.

Sap. 7. 26.

Hieronymus relat. De Conſecrat. Diſt. 2. c. ſinguli, ex Ser. Dom. V. poſt Epiph.

87. Tertium mirabile eſt, quod Corpus Domini licet ſit in pluribus locis, vel hoſtiis, aut portionibus, tamen per partes non eſt diviſum, ſed manet in ſe integrum, & conjunctum. Primæ Corinthior. primo: Diviſus eſt Chriſtus? Quaſi diceret: Diviſus non eſt; quia licet in cœlo ſit localiter, in corde juſti ſpiritualiter, in multis locis ſacramentaliter, tamen manet in ſe conjunctus (k). Et eſt hujus rei mirabilis ratio, ineffabilis unio Dei & Hominis, Carnis & Verbi. Unde ſicut Verbum Dei ubique eſt, & totum replet cœlum, & mundum, manens indiviſum; ſic dedit Corpori, quod aſſumpſit, (l) & ſibi in unitate perſonæ univit, in multis locis eſſe poſſe, & in ſe conjunctum (m) manere. Gregorius: Sicut Divinitas Verbi Dei una eſt, quæ totum implet multis locis mundum, ita licet multis locis & innumerabilibus diebus idem conſecretur Corpus: non ſunt tamen multa Corpora Chriſti, ſed unum Corpus cum illo, quod ſumpſit de utero Virginis, (n) & dedit Apoſtolis ſuis. Divinitas enim Verbi, quod ubique eſt, replet illud & conjungit, & facit, ut ſicut ipſa una eſt, ita & unum Corpus ſit in veritate. Unde ſive plus, ſive minus quis inde percipiat, omnes æqualiter Corpus Chriſti integerrime ſument. (o) Auguſtinus: Quando manducatur Chriſtus, partes de illo non facimus, & quod in Sacramento fit ſic, norunt fideles, quemadmodum manducent carnem Chriſti. Unuſquiſque accipit partem ſuam, & per partes manducatur, & manet totus integer in ſe ipſo: per partes manducatur in Sacramento; manet integer totus in cœlo, manet totus in corde tuo inte-

Tertii mirabilis, quod indiviſum Corpus Domini, ſit in pluribus locis, hoſtiis, & portionibus, ejuſque dilatatio. 1. Cor. 1. 13.

Gregorius relat. De conſecrat. Diſt. 2. c. Quid ſit ſingulis, ex Hom. Paſchali.

Auguſtinus relat. De Conſecrat. Diſt. 2. c. Invitat Dominus, ex quodam Serm. de verbis Evangelii.

(a) Confer apud ipſummet D. Bona. in 4. Diſt. 10. Par. 1. in tex. Mag. nec non ibi Ar. 1. Q. 2. ad opp. 1. ab init.

(b) Ibi Q. 3. in concl. Q. 4. ad 3. & Q. 5. in concl.

(c) Al. *perfecta.*

(d) Al. tantum *facies in ſingulis erit.*

(e) Al. *infringatur* ſine *multipliciter.*

(f) Pariter ipſemet S. Bona. in 4. ibi Q. 5. in concl. Vid. quoque inter eidem adſcripta in Compend. Theol. Verit. L. 6. c. 12.

(g) Expoſit. in cap. 7. Sap. ibi. Ed. tantum *qui ſpeculum dicitur & imago bonitatis illius* ſine allegatione.

(h) Al. abſque *imago.*

(i) Sic apud S. Bona. 4. Diſt. 12. Par. 1. in tex. Mag.

(k) Ita ſupra num. 80.

(l) Al. ſine ſequentibus uſque ad *de utero Virginis* &c.

(m) *Conjunctum* perinde heic ſonat ac *indiviſum*, de quo paulo ante. Confer Breviloq. Par. 6. cap. 9.

(n) Al. *aſſumpſit de Virgine.*

(o) Confer apud eundem S. Bona. 4. Diſt. 11. Par. 1. in tex. Mag.

Digitized by Google

integer. (a) Totus enim erat apud Patrem, quando venit in Virginem, implevit illam, non recessit ab illo. Venit in carnem, ut eum homines manducarent, & manet integer apud Patrem, ut Angelos pasceret. Rogandus est ergo Dominus, (b) licet simus corporaliter ab invicem divisi, ut simus semper spiritualiter in caritate conjuncti, & dignetur nos pascere (c) in præsenti suo Sacramento, & plena cum Angelis fruitione (d) in futuro. Amen.

SERMO XIV.

De tribus mirabilibus in perceptione Corporis Domini.

Prov. 9. 5. Ps. 138. 14. 88. *Venite, comedite. Mirabilia opera tua* &c. Hic est dicendum de tribus ultimis considerandis in perceptione Corporis Christi. Primum mirabile est, quod Corpus Domini, dum manducatur, non minuitur. (e) Secundum, quod si non manducatur, quodammodo minuitur. Tertium, quod cum manducatur, augetur vel augmentatur. Primum est contra Hæreticos (f), qui dicunt: Si Corpus Domini omni monte majus esset, jam diu Clerici illud consumpsissent. Hujus ergo tam miræ rei, scilicet inconsumptibilitatis Corporis Christi in manducatione triplex est ratio. Prima ratio est quotidiana potestas consecrandi. Secunda incorruptibilitas sui. Tertia infinita causa pascendi.

Divisio in tria ultima mirabilia.

Primum mirabile, quod Corpus Domini, dum manducatur, non minuitur.

Distinctio triplicis rationis.

89. Prima ratio quod Corpus Christi non minuitur, cum manducatur, est quotidiana potestas consecrandi. Nam quia omnibus diebus, & omnibus fidelium locis, & sub tot hostiis, quot sufficiunt fidelibus, verum & unicum Corpus Christi ex præcepto ejus consecrare possumus; idcirco dum illud manducamus, consumere vel minuere non valemus. Sicut enim in nobis causa salutis æternæ semper manet affectus illud manducandi, sic & potestas & effectus consecrandi. Et cum jam consecratum illud manducamus, nequaquam illud minuimus; quia quod semper in se veraciter integrum perseverat, ne sacramentaliter possit in Ecclesia deficere, semper consecrando in forma panis, quasi Sacramentum nutriendo & renovando conservamus. Quod pulchre figuratum est in panibus propositionis. (g) Exo. vigesimo quinto: Pones super mensam (h) panes propositionis in conspectu meo semper. Et quomodo dicitur Levit. vigesimo quarto: Accipies panes duodecim, super mensam purissimam coram Domino statues, ut sit panis (i) in monumentum oblationis Domini, per singula Sabbata murabuntur fœdere sempiterno. Similiter de igne dicitur Levit. sexto: Ignis in altari meo (k) semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies. Ignis iste nunquam deficiet in Altari. (l) Sed mensa illa Judæorum cum panibus, & ignis cum altari defecit. Quid ergo? Mentitus est Deus? Absit; sed umbra defecit in Synagoga, veritas manet, nec deficit in Ecclesia. Sacerdos enim noster semper Sacramentum Altaris consecrando nutrit, & Corpus Christi, quod in illo semper idem est, nunquam manducatione fidelium deficit.

Exo. 25. 30.

Levit. 24. 5. & seqq.

Levit. 6. 12.

Dilatatio primæ rationis, quæ est quotidiana potestas consecrandi.

90. Secunda ratio est, incorruptibilitas vera Corporis hujus. Surrexit enim glorificatum, (m) immortale, & immutabile, & impossibile posse corrumpi. Ps. Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Unde cum illud manduca-

Dilatatio secundæ rationis, quæ est incorruptibilitas Corporis Christi.

Ps. 15. 10.

(a) Confer rursum apud ipsummet ibi Dist. 12. Par. 1. in tex. Mag.

(b) Pariter S. Bonaventura ut supra notavi ad fin. Ser. 11. plures Sermones suos claudit cum *Rogemus ergo Dominum* &c.

(c) Al. *digne nos pascat.*

(d) Al. *sui visione.*

(e) Al. *& hoc est contra hæreticos* &c. cæteris omissis, quæ hoc interjecta habentur.

(f) Sectarios puto Berengarii, vel posteaquam ejurata hæresi, pœnitens ipse obiit. Nam teste Willelmo Malmesburiensi L. 3. de Gestis Regum Anglor. *Quamvis ipse sententiam correxerit, omnes tamen, quos ex totis terris depravaverat, convertere nequivit. Adeo pessimum est alios exemplo, vel verbo a bono infirmare: quia fortassis peccatum te gravabit alienum, cum deletum fuerit tuum.*

(g) Quia, ut ait Expos. in Psalter. Ps. 40. „ Panis est Christus, scilicet panis vivus. Unde hoc? Hic est panis vivus, qui de cœlo „ descendit. Hic panis in utero Virginis formatus, in ara crucis coctus, ad mensam altaris „ sumendus.

(h) Al. *Pone super mensam meam*; sed ut supra secundum Vulg. etiam Expos. in cap. 6. S. Luc.

(i) Al. *ut sint panes.*

(k) Vid. Variantes hujus Supplem. Vol. 1. & 2. nec non Cap. 6. de Perfect. vit. ad Sror.

(l) Confer cit. cap. 6. ibi.

(m) Al. *Corporis hujus quod surrexerit glorificatum.*

Digitized by Google

camus, non ſicut alius cibus corrumpitur, nec mutatur in Corpus noſtrum, ſed influit nobis ſine corruptione ſui, ſpirituale nutrimentum. Hoc figuratur
3. Reg. 17. 12. & ſeqq. tertii Reg. decimo ſeptimo, ubi pugillus farinæ non defecit in domo viduæ per multos dies, cibans familiam totam juxta verbum Eliæ. Auguſtinus:
Auguſtinus relat. in Supradic. Invitat. Jo. 6. 58. Qui manducat me, dicit Dominus, vivit propter me. (a) Quando enim manducatur hic panis, vita manducatur, nec occiditur ut manducetur, ſed mortuos vivificat. Quando manducatur, reficit, ſed non deficit. Manducatur Chriſtus, vivit manducatus, quia ſurrexit occiſus. (b) Hinc etiam lapidi pretioſo jaſpidis (c) comparatur, de quo virtus exit, ut phantaſmata fugandi, vel inflationes ſedandi, vel alia, (d)
Deut. 32. 13. ſine diminutione ſui. Deut. trigeſimo ſecundo dicitur: Conſtituit eum, ut ſugeret mel de petra, oleumque de ſaxo duriſſimo: Petra autem erat Chri-
1. Cor. 10. 4. ſtus primæ Cor. decimo: Sicut ergo gemma virtutem ſuam effundens non minuitur; ſic Corpus Chriſti Domini nos paſcendo non minoratur.

Dilatatio tertiæ rationis, quæ eſt infinita cauſa paſcendi. 91. Tertia ratio ad idem eſt infinita cauſa paſcendi: Quotquot enim ad eum accedere poſſunt, in eo paſtum ſufficientem (e) inveniunt: Hinc Dominus
Gen. 2. 6. fons vivus, & lux vera vere dicitur. De primo Gen. ſecundo: Fons aſcendebat e terra, id eſt, Chriſtus, dicit
Gloſſa interlin. Gloſſa; irrigans univerſam ſuperficiem
Jer. 2. 13. terræ, id eſt, inſpirans cordi utilia & honeſta. Jerem. ſecundo. Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt ſibi ciſternas, ciſternas diſſipatas, quæ
Jo. 1. 9. continere non valent aquas. De ſecundo Jo. primo: Erat lux vera &c. Sicut ergo fons terram irrigat, & ſine diminutione ſui herbas innumeras & arbores nutrit; ſic Chriſtus Eccleſiam paſcit. Item ſicut ſol non deficit toti mundo lumen ſuum communicando; ſic nec Chriſtus totam Eccleſiam paſcendo. Item exemplum (f) in candela, de qua milleſies tantus ignis ſumi poteſt, quantus eſt in ea, nec propter hoc minuitur lumen ejus. Igitur multo magis Dominus nos ſe ipſo paſcit, nec tamen deficit. Pſ. Oculi omnium in te ſperant
Pſ. 144. 15. Domine, & tu das eſcam illorum in
Pſ. 101. 28. tempore opportuno. Tu autem idem ipſe es &c.

Secundum mirabile, quod ſi non manducatur, quodammodo minuitur, & ejus dilatatio. 92. Secundum mirabile ſignum in perceptione Corporis Domini eſt, quod ſi non manducatur, quodammodo minuitur. Ad intelligentiam tam miræ rei ſciendum, quod duo ſunt Corpora myſtica in hoc mundo ſcilicet Corpus myſticum Chriſti, & Corpus myſticum Diaboli, ſive Antichriſti, ad quorum alterum pertinent omnes homines mundi. (g) Corpus myſticum Chriſti eſt ſancta Eccleſia, tanquam ipſius munda & fidelis Sponſa, cujus ipſe caput eſt, & ſingulæ perſonæ fidelium ſine culpa criminali (b) ſunt ipſius membra, & omnes, qui Corpus ejus digne ſumunt, ipſius membra fiunt, primæ Cor. duo-
1. Cor. 12. 27. decimo: Vos eſtis Corpus Chriſti, & membra de membro. Sicut enim Corpus unum eſt, & multa habet membra: ſic & Chriſtus. Item primæ Cor. de-
1. Cor. 10. 17. cimo: Unum corpus multi ſumus, omnes qui de uno pane participamus. Corpus Diaboli eſt univerſitas iniquorum, tanquam illius meretrix, & adultera, (i) cujus ipſe caput eſt, & ſingulæ perſonæ malorum ejus membra.
Job 41. 6. Job quadrageſimo primo: Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compacta (k) ſquamis ſe prementibus.
Gregorius Moral. L. 33. c. 18. n. 49. Gregorius: Corpus Diaboli ſunt omnes iniqui, qui quia per obſtinationem duri ſunt, ſed (l) per vitam fragiles, ſcutis fuſilibus comparantur.

93. Sciendum quod ſicut Chriſtus per ſe, & per ſuos ſemper ſtudet membra Diaboli præcidere, & ſuis membris incorporare, ſecundum illud Actuum de-
Act. 10. 13. cimo: Surge Petre, occide, & manduca; ſic Diabolus per ſe, & per ſuos, conatur membra Chriſti tollere, & membris ſuæ meretricis vilibus unire.
1. Petr. 5. 8. Primæ Petri quinto: Sobrii eſtote, & vigi-

(a) Vulg. *Qui manducat me, & ipſe vivet propter me.*
(b) Apud ipſum D. Bona. in 4. Diſt. 12. Par. 1. in textu Mag.
(c) Al. ſine *jaſpidis*.
(d) Vid. Comment. Apocal. cap. 21. num. 1603. not. c. Vol. 2. hujus Supplem.
(e) Al. *ſufficienter*.
(f) Hoc modo loquendi per *exemplum* utitur quoque alibi.
(g) Pariter cit. Comment. in Apocal. cap. 13. num. 915.
(b) Sic alibi etiam.
(i) Al. *nutrix adultera*.
(k) Al. *compactum*.
(l) Al. &.

Digitized by Google

vigilate, quia adversarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit, quærens quem devoret. Deut. trigesimo primo: Populus iste consurgens fornicabitur post Deos alienos in terra, ad quam ingreditur ut habitet in ea: ibi (a) derelinquet me. Primæ Cor. sexto: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit. Quasi diceret: Absit ut faciam tantum nefas, quod tamen heu! multi faciunt. Augustinus: Non possunt simul esse membra Christi, & membra meretricis. Nec isti dicendi sunt manducare Corpus Christi, scilicet (b) qui sunt membra meretricis. Ecce quod mali, non manducant Corpus Christi, scilicet spiritualiter, etsi sacramentaliter manducant. (c) Sed non manducando spiritualiter Corpus Christi, & male vivendo, tolluut membra Christi, & faciunt ea membra Diaboli; & sic diminuunt, quantum in se est, Corpus Christi. Quod enim Diabolo in animabus accrescit, Christo decrescit; & sic Corpus Christi mysticum diminuitur.

Deut. 31. 16.

1. Cor. 6. 15.

Augustinus ser. 349. c. 2. n. 3.

Tertium mirabile, quod dum manducatur a fidelibus, tunc augmentatur, & ejus duplex probatio.

94. Tertium mirabile signum in perceptione Dominici Corporis est, quod dum manducatur a fidelibus, tunc augmentatur. Hoc probatur dupliciter, scilicet, ratione, & similitudine. Primo probatur ea ratione, quod dum manducatur Corpus Domini, non ipsum, ut alius cibus, in manducantem convertitur, sed e converso vere manducans in illud spiritualiter convertitur, & mutatur. (d) Nam manducantem se Dominus sui Corporis mystici membrum facit, & sibi eum incorporans cum suo Corpore, quod de Virgine sumpsit, quodammodo unum efficit. (e) Primæ Cor. decimo: Unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Item duodecimo: Vos estis Corpus Christi, & membra de membro. Augustinus: Commendavit Christus in hoc Sacramento Corpus & Sanguinem suum, qui (f) & fecit nos ipsos; nam & nos ipsius Corpus facti sumus. Caro enim nostra carni ejus unita & incorporata unum cum illo efficitur. Osee ultimo: Convertentur sedentes in umbra ejus, vivent tritico. Quasi diceret: Fideles vivent tritico, id est, Dominici Corporis Sacramento; quod Sacramentum dicitur umbra Christi (g), quia dat se ibi, non in sua luce, sed in velamine. Sic comedentes convertuntur (h); quia in Corpus Christi mutabuntur. Et sic patet, dum multi Fidelium comedunt Corpus Christi, & in illud ipsi mutantur, & membra ejus efficiuntur, quod Corpus Christi, dum manducatur, augmentatur. Secundo probatur idem similitudine humanæ scientiæ. Nam quanto magis homo scientiam suam aliis distribuit, tanto plus crescit. Dicitur Matth. vigesimo quinto: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce alia duo lucratus sum. Boetius: Scientia est nobilis animi possessio, quæ avarum dedignatur possessorem (i) Nisi enim publicetur (k), cito elabitur, & distributa suscipit incrementum. (l) Similiter Divina Sapientia incarnata, multis in cibum donata, sapientes facit, & in se quodammodo convertit, & sic dum, comeditur, non minuitur, sed augmentatur: Ecclesiasti-

1. Cor. 10. 17.

Ibi 12. 27.

Augustinus relat. De Consecrat. Dist. 2. c. Commendavit.

Osee 14. 8.

Matth. 25. 22.

Boetius de consolat. Philosoph. L. 2. Prosa 5.

(a) Al. &.

(b) Al. sine sequentibus usque ad proximum *scilicet spiritualiter*.

(c) Sic S. Bona. 4. Dist. 9. Art. 1. Q. 1. in concl. Vid. ibi quoque in tex. Mag.

(d) Ita etiam de Præparat. ad Missam cap. 7. nec non in 4. ibi Q. 2. ad 3. Vid. S. Aug. L. 7. Confess. c. 10.

(e) Unde in eod. 4. ibi ad opp. 1. secundum eundem S. August. de verb. Dom. Ser. 11. inquit: *Nullus spiritualiter manducat, nisi qui est membrum Christi, & manet in Christo*.

(f) Al. *quod*.

(g) Non sicut *umbram habet lex futurorum bonorum*, ad Hebr. 10. 1.; sed sicut umbram habet præsens corpus opacum.

(h) Al. *in velamine, quod iis comedentes convertentur*.

(i) Ibi Boetius scientiam veræ Philosophiæ probe edoctus, ut probet divitias & alia temporalia non esse veri nominis bona magnopere appetenda, inquit: *Avaritia semper odiosos, claros largitas facit*. Et de vera scientia, sive sapientia inquit ipsemet S. Bona. Exposit. in Cap. 15. Sap. " Omnis scientia de genere bonorum est, „ scilicet quantum ad ipsum habitum, cum sit „ a Deo: Omnis sapientia a Domino Deo est." Eccli 1. 1. Et ut idem tradit Bona. Itinerar. ment. in Deum cap. 6. *Bonum dicitur diffusivum sui: summum bonum summe diffusivum est sui*. Unde colligit Exposit. in cap. 8. S. Luc. *quod nullus potest pervenire ad plenitudinem sapientiæ, nisi habeat promptitudinem doctrinæ communicandæ* &c.

(k) Scilicet *voce tota, quæ tota pariter multorum replet auditum*, ibi Boet.

(l) Secus ac divitiæ, de quibus ait d. Boet. ibi, *quod comminuta in alios transire non possunt*. Ad sensum ergo Boetii hoc est, quod divitiæ dispersæ minuantur, scientia vero dispersa augmentatur. Al. supra *elabitur* sine *cito*.

Digitized by Google

Eccli 1. 8 & seqq. Ita Rabanus.

ci primo: Creator omnipotens (*a*) creavit Sapientiam in Spiritu sancto (*b*) scilicet incarnari fecit, at secundum datum suum præbet illam diligentibus se; & in hoc Sapientia Dei crescit, dum multos in Sapientia crescere facit. Eph. quarto: Crescamus in illo per omnia, qui est Caput nostrum (*c*) Christus, ex quo totum Corpus compactum, scilicet per fidem, & connexum per omnem junctu-ram subministrationis, id est, per caritatem, in mensuram uniuscujusque membri, augmentum Corporis facit in ædificationem sui in caritate &c.

Eph. 4. 15. & seq.

SERMO XV.

De qualitate nostræ præparationis ad Sacramentum. Themata in Sermone. (*d*)

Prov. 9. 5. 1. Cor. 11. 28.

95. *Venite, comedite* &c. Thema proprium (*e*) primæ Cor. undecimo. *Probet autem se ipsum homo* &c. id est præparet, se examinet, purget. (*f*) Item aliud: Præparate corda vestra Domino primi Reg. septimo. Quartum principaliter circa Sacramentum notandum est qualitas nostræ præparationis. (*g*) Nam valde justum est, ut ad tam dignum & venerandum cibum, scilicet ad ipsum Dominum omnium, non incurate, & indevote, sed aliquo competenti modo accedamus (*b*) Exo. decimo nono: Sacerdotes qui accedunt ad Dominum sanctificentur, ne percutiat eos. Similiter & alii. Præparatio nostra potest in tribus considerari. Primo in dignitate (*i*) suscipiendi Corporis. Secundo in hostia panis. Tertio in figura Agni Paschalis. De duobus primis hic potest dici: de tertio in sequenti.

1. Reg. 7. 3.

Exo. 19. 22.

Divisio præparationis, quæ in tribus considerari potest.

De primo præparationis modo ob dignitatem Corporis sacri.

96. Primus modus nostræ præparationis ad hoc Sacramentum consideratur in dignitate Corporis sacri. Nam quia mundissimum est, & Deo vivo plenum, & unitum, necesse est illud suscipienti per tria præparari, scilicet per fidei plenitudinem, per munditiæ magnitudinem, per mentis devotionem. Primum præparativum est fidei plenitudo. Hebr. decimo: Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei. Cum vero corde, id est, cum vero intellectu sine errore. In plenitudine fidei, id est, in plena fide credentes quæ non videmus, scilicet sub specie panis esse totum Corpus Christi, verum Deum, & verum Hominem. Propter hujus fidei magnum meritum dicitur primæ Petri primo: Quem, scilicet Christum, cum non videritis, diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis: credentes autem exultabitis lætitia inenarrabili, & glorificata (*k*).

Distinctio. Præparationis per tria.

Prima præparatio per fidei plenitudinem, & ejus dilatatio. Hebr. 10. 22.

1. Pet. 1. 8.

97. Secundum præparativum est munditiæ magnitudo, quia congruum est, ut vas sit mundum, suscepturum Corpus mundissimum. Exo. sexto decimo: Sume vas unum, & mitte ibi man. Vas unum, quasi singulariter & excellenter mundum. Hinc Hebr. nono dicit Apostolus: Vas illud esse urnam auream. Decet enim cor quasi aurum esse purissimum per magnam munditiam, quod capere debet cœlestem panem. Alexander Papa. Nihil in sacrificiis majus esse potest quam Corpus & Sanguis Christi, nec ulla oblatio hac potior est, sed omnes hæc præcellit, quæ pura conscientia offerenda est, & pura mente sumenda. Hugo: Pura conscientia est, quæ non habet de præterito justam accusationem, nec de præsenti injustam delectationem; (*l*) sed de futuro justam voluntatem. Matth. vigesimo septimo: Joseph petiit a Pilato Corpus Jesu. Et accepto Corpore involvit illud in sindone munda. Glossa: Sindone munda

Secunda præparatio per munditiæ magnitudinem, & ejus dilatatio. Exo. 16. 33.

Hebr. 9. 4.

Alexander Papa relat. de Consecrat. Dist. 2. c. Nihil.

Hugo Vict. L. 3. de Anima.

Matth. 27. 58. & seq.

Glossa ordin.

Je-

(*a*) Al. *omnium*.

(*b*) Al. tantum *spiritu*, absque *in*, & *sancto*.

(*c*) Vulg. sine *nostrum*; sed *nostrum* Cod. Biblioth. Episc. Trid. alius noster antiquior Bernardin. &c.

(*d*) Al. sine *Themata in Sermone*.

(*e*) Al. *Thema speciale*.

(*f*) Confer de Præparat. ad Miss. cap. 4. nec non de Purit. Conscient. cap. 9.

(*g*) Supra in Prol. n. 1.

(*h*) Sive ut loquitur in 4. Dist. 12. Par. 2. Ar. 2. Q. 2. in Concl. *salva debita præparatione, quæ in pauciſſimis est ut semper*.

(*i*) Al. fine sequentibus usque num. 96. *in dignitate Corporis Christi*.

(*k*) Al. *Credentes in Christum quem non videtis, exultabitis justitia inenarrabili*.

(*l*) Pariter inter Suppositicia S. Bernardi in Tract. de interio. Domo, seu de Conscient. ædifican. cap. 9. num. 16. ubi sic: *Munda est bene sibi conscientia, cum nec de præterito juste accusatur, nec de præsenti delectatur*. Porro, uti observat Cl. Mabillonius „ Hic Tractatus inter „ Opera Hugonis a S. Victore recensetur, & „ inter quatuor Libros de anima numeratur „ ordine tertius. Videtur tamen cujusdam Monachi, Regulam S. Benedicti profitentis &c.“ Item pro prædicta sententia laudatur Isidorus L. 2. Soliloq. apud Tho. Hibernic. in Floribus verbo *Conscientia*.

Digitized by Google

Jesum involvit, qui pura eum mente susscipit. (a) Hinc etiam mos Ecclesiæ habet, ut Sacrificium (b) Altaris non serico, non panno tincto celebretur, sed puro linteo. (c) In tribus vero, quæ perducunt Corporale lineum ad candorem, intelliguntur tria, quæ faciunt ad nostram mundificationem. (d) Primo enim lavatur. Secundo torquetur. Tertio exsiccatur. Sic ad susciplendum Dominum, qui bene mundus (e) vult fieri, primo debet per aquam lacrymarum lavari. Secundo per opera pœnitentiæ torqueri. Tertio per fervorem amoris Dei a carnalium desideriorum humore siccari. (f) De primo Hebr. decimo: Accedamus asperſi corda a conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, id est, mundati lacrymis a peccatis cordis & operis. Et non solum a peccatis puri, sed etiam sancti (g). Exo. trigesimo: Lavabunt in ea Aaron & filii ejus manus & pedes, id est, opera & cogitationes aqua compunctionis & confessionis, quando accessuri sunt ad Altare, ne forte moriantur. Jer. quarto: Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias. Usquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Psal.

Hebr. 10. 22.

Exo. 30. 19.

Isi 20. *& seq.*

Jer. 4. 14.

Lavabo per singulas noctes, id est, pro singulis peccatis lectum meum, id est, conscientiam meam. De secundo Exo. vigesimo sexto: Cortinas Tabernaculi, id est, animæ ornatus, facies de byssо retorta, id est, de operibus pœnitentiæ, jejuniis, orationibus, afflictionibus, & hujusmodi. Primæ ad Cor. nono: Castigo Corpus meum &c. Ecclesiastici trigesimo tertio: Servo malevolo, id est, corpori, tortura, & compedes: mitte illum in operationem, ne vacet. Ps. Multæ tribulationes justorum. De tertio. Psal. (b) Aruit tanquam testa virtus mea, quasi diceret: Divini amoris igne purgatus sum ab omni pravo humore. Psal. In sole posuit tabernaculum suum, scilicet ad siccandum per amorem Divinum, ut fiat valde mundum & pulchrum. Cant. quarto: Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te; quia scilicet bene lota, torta, & exsiccata. Num. undecimo: Sanctificamini, eras comedetis carnes.

Ps. 6. 7.

Exo. 26. 1.

1. *Cor.* 9. 27.

Eccli 33. 28.

Ps. 33. 20.

Ps. 21. 16.

Ps. 18. 6.

Cant. 4. 7.

Num. 11. 18.

98. Tertium præparativum est orationis devotio. Ps. Petierunt, & venit coturnix, & pane cœli saturavit eos. (i) Job. tertio: Antequam comedam, susTertia præparatio per orationis devotionem, & ejus dilatatio.

Ps. 104. 40.

Job 3. 24

(a) Tam præcedentium, quam Sequentium textuum ita multiplicatorum sensus mysticus, D. Bonaventuræ familiaris est.

(b) Al. *sacramentum*.

(c) Et quia mos olim quoque fuit, quod *omnes mulieres nitida exhiberent linteamina, ubi corpus Christi acciperent*, de quo ritu Conc. Antissiodoren. an. 578. Can. 39. & Can. 42. sicque ad significandum, fore exhibendum *corpus castum & cor mundum, ut cum bona conscientia Christi Sacramenta susciperent*; hinc Auctor Ser. 229. al. de Temp. 252. To. 5. Par. 2. Oper. S. August. num. 5. deducit „ Rogo vos, Fratres, nunquid est aliquis, qui in arca sordi„ bus plena velit mittere vestem suam? Et si „ in arca sordibus plena vestis non mittitur „ pretiosa; qua fronte in anima peccatorum „ sordibus inquinata Christi Eucharistia susscipi„ tur? “ Sed & de lotis manibus, atque nitidis, & mundis vestibus, quas sumere solebant ad Eucharisticam Mensam accessuri pro designanda animæ corporisque mundicie, quæ ad eandem exigitur, Jo. Bona Card. piissimus Rer. Liturgicar. L. 2. cap. 1. num. 5. ac 17. num. 3. Vid. Chrysost. Hom. 61. ad Antioch. pop. Hom. 52. in Matth. nec non Orat. de S. Philogonio; item Anastasium Synaitam Orat. de sacra Synaxi &c.

(d) Vox Bonaventuriano stilo conformis. Vid. supra Tract. de Vit. myst. cap. 44. n. 154.

(e) Al. *Si quis ad susscipiendum Dominum bene mundus* &c.

(f) Vid. circa prædicta Exposit. Remigii Antissiodorensis De celebratione Missæ To. 6. Bibl. M.g. Veterum Patrum col. 446. Edit. Parisien. 1644.

(g) Chrysost. Hom. 17. in Ep. ad Hebr. „ Vox illa (ait) in nostras aures incurrens, „ alios quidem repellit, & ejicit, alios autem „ introducit, & sistit. Nam quando dicit „ SANCTA SANCTIS, hoc dicit: Si „ quis non est sanctus, non accedat. Non so„ lum inquit a peccato purus, sed etiam san„ ctus. Sanctum enim non facit solum libera„ tio a peccatis; sed etiam præsentia spiritus, „ & bonorum operum abundantia. Non so„ lum, inquit, volo vos a cœno esse liberatos, „ sed albos esse & speciosos. “

(h) Al. sine hoc textu, ejusque interpretatione.

(i) His d. Psalmi verbis eo sensu utens Auctor noster, videtur putasse bis missas coturnices, ac secunda vice populum punitum propter petitionem carnium; hicque ubi sola beneficia commemorantur, de prima tantum petitione sermonem esse: quemadmodum & opinati sunt postea Abulensis, Genebrardus, & Bellarminus. Et hanc opinionem non negat probabilem Lorinus, tametsi contrariam censeat probabiliorem, ut quæ Titelmano quoque nostro placere videatur. Vid. S. Bona. Exposit. in Cap. 16. Sap. ubi & præfatus textus affertur, & per *manna*, quod vocatur *panis de cœlo, & Angelorum esca*, dicitur *congrue significari Christus sub Sacramento altaris*.

Digitized by Google

piro. Hinc Maria Magdalena, & aliæ devotæ portabant aromata, dum quærerent Corpus Domini, Luc. vigesimo tertio. Sic nobis accessuris ad Corpus Domini prælibanda est orationis devotio, ut quod forte minus parati sumus per jejunium & confessionem, suppleat spiritualium aromatum, id est, orationum oblatio. Secundi Par. trigesimo: Magna pars populi, quæ sanctificata non fuerat, comedit (a) phase; & oravit pro eis Ezechias dicens: Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui in toto corde requirunt Dominum Deum, (b) & non imputabit eis, quod minus sanctificati sunt. Augustinus: Quamvis quis peccato mordeatur veniali, peccandi tamen de cætero non habeat voluntatem, communicaturus satisfaciat lacrymis, & orationibus, & confidens de Domini miseratione, accedat ad Eucharistiam intrepidus & securus. (c)

Luc. 23. 56.

Paral. 30. 18. & seq.

Augustinus ex lat. De Consecrat. Dist. 2. Ex Quotidie.

99. Secundus modus nostræ præparationis consideratur in hostia panis. Sicut enim grana frumenti arte humana gradatim proficiunt ad panis complementum; sic anima peccatrix gratia Dei proficit ad bonum statum, in quo licentius (d) suscipit Corpus Dominicum. Grana, ex quibus fit hostia, signant statum peccatoris propter tria. Sunt enim dura, & furfure aperta, & ab invicem distincta; sic peccator durus est in corde, qui non vult converti ad dulcem Deum de sua iniquitate. Jer. quinto: Induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti (e). Item opertus est peccator quasi furfure, peccati deformitate. Jer. secundo: Quam vilis facta es nimis, iterans vias tuas! Item peccator divisus est a proximo suo caritatis privatione. Osee decimo: Divisum est cor eorum, nunc interierunt. Sed grana ad statum, in quo sunt in hostia, per hunc modum sunt deducta. Primo contrita est eorum durities, per molam, & in minimas partes redacta. Secundo a furfure sunt mundata. Tertio commixta est farina ad invicem per aquam, & per ignem decocta, & in panem solidata. Sic peccator, qui dignus erit sumere Corpus Domini, debet se per tria, quæ in his signantur, præparare; per cordis contritionem, per oris confessionem, per proximi dilectionem. De primo Isa. quadragesimo septimo: Tolle molam, & mole farinam. Quasi diceret: Fac in te molam spiritualem de duobus molaribus, considerando misericordiam Dei & justitiam ad molendam (f) cordis tui duritiam; misericordiam, quasi superiorem lapidem, qui nunc operatur, & circuit, sed post hanc vitam operari cessabit, Psal. Misericordia tua magna est super me. Item considerando justitiam, quasi inferiorem lapidem, qui nunc jacet, & quiescit, sed post hanc vitam elevatur, operatur, & circuit. Ezech. septimo: (g) Judicabo te juxta vias tuas, & ponam contra te abominationes tuas, & non parcet oculus meus & non miserebor. Matth. vigesimo primo: Super quem ceciderit lapis iste, conteret eum. Rom. undecimo: Vide bonitatem & severitatem Dei. Job vigesimo tertio: Deus mollivit cor meum, & Omnipotens conturbavit me. Deus, cui proprium est misereri semper & parcere. Omnipotens, quem oportet juste judicare. Ps. Sacrificium Deo spiritus contribulatus. De secundo Amos nono dicitur: Ecce ego mundabo, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur triticum in cribro, unde sicut (h) furfures separantur a nucleo, impurum a puro; sic per confessionem mundatur anima a vili peccato. Ps. Confessio & pulchritudo in conspectu ejus &c. Primi Mach. quarto: Dixit Judas & Fratres ejus, id est, confitentes (i): Ecce contriti sunt inimici nostri, ascendamus nunc mundare sancta, & renovare (k). Ecclesiastici secundo: Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas: Glossa: Felix anima, quæ quotidie mundat cor suum, ut suscipiat habitatorem Deum, cujus possessor nullo eget bono; quia omnium bonorum auctorem in se habet. De tertio Gen. decimo octavo:

De secundo præparationis modo ob hostiam panis.

Distinctio enim dilatatione

Jer. 5. 3.

Jer. 2. 36.

Osee. 10. 2.

Isa. 47. 2.

Ps. 85. 13.

Ezech. 7. 3. & seq.

Matth. 21. 44.

Rom. 11. 22.

Job 23. 16.

Orat. 2. ad fin. sept. Psal. pœnit. cum Litan.

Ps. 50. 19.

Amos 9. 9.

Ps. 95. 6.

1. Mach. 4. 36.

Eccli 2. 20.

Glossa ordin.

(a) Al. *comederat*.
(b) Al. *eum*.
(c) Vid. apud ipsum L. 4. Dist. 12. Par. 2. in tex. Mag.
(d) Al. *licenter*.
(e) Al. *converti*.
(f) Al. *emolliendam*.
(g) Al. mendose *Osee* 8.
(h) Al. *ubi scilicet*.
(i) Exposit. in cap. 6. S. Luc. & alibi.
(k) Al. *nunc mundare Sacramenta nostra*.

Digitized by Google

Gen. 18. 6. & seq. octavo: Tria sata similæ commisce, & fac subcinericios panes, ut sic vitulum optimum cum illis comederet. Qui enim vitulum, id est, Corpus Christi, sumere vult, prius debet de tribus satis similæ panem igne coquendo solidare, id est, ad tres hominum differentias scilicet superiores, æquales, inferiores, veram dilectionem servare. Primæ Cor. decimo: Unus panis, unum Corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Augustinus: Qui accipit mysterium unitatis, & non tenet vinculum pacis, non mysterium accipit pro se, sed contra se. Matth. vigesimo secundo: Intravit Rex ut videret discumbentes, & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali (a), id est, caritate, (b) & ait ministris: Ligatis &c. Item ejusdem quinto: Si offers munus tuum &c. Glossa: Si fratrem læsisti, reconciliare ei; etiamsi adversarius fuerit, esto benevolus, ut fiat amicus, & tunc offeres munus tuum, ut sit Deo gratum. Propter prædicta in pane notanda dicitur Exo. tertio decimo: Azyma comedetis, id est, panem sine fermento, & erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos; quia scilicet signatur in eo, ut dictum est, cordis contritio, oris confessio, proximi dilectio (c), quibus debemus nos præparare, ut digne possimus ad Corpus Christi accedere &c.

2. Cor. 10. 17. Augustinus ex Ser. de infantib. relat. de Consec. Dist. 2. c. Quia passus. Matth. 22. 11. & 12. Ibi 5. 23. Glossa ordinar. Exo. 13. 7. & 9.

SERMO XVI.

De præparatione ex figura Agni Paschalis. Themata. (d)

Prov. 9. 5. 1. Cor. 11. 28. Num. 11. 18. Jo. 1. 29. Exo. 12. 5. & seq. 100. *Venite, comedite* &c. Item: *Probet autem se ipsum homo.* Thema speciale: *Sanctificamini, eras comedetis carnes*, Numer. undecimo. Thema proprium. *Ecce Agnus Dei* &c. Jo. primo. Hic dicendum est, qualiter ex figura Agni Paschalis consideretur nostræ præparationis modus, de qua Exo. duodecimo: legimus. Hæc figura in tres partes est dividenda. Prima pars est ipse agnus edendus. Secunda fercula cum quibus est edendus. Tertia personarum edentium habitus. In prima discimus præparari per fidei integritatem. In secunda per animi virtuositatem. In tertia per vitæ honestatem. (e) Prima pars hujus est ipse agnus, qui secundum legem manducabatur, & in hoc tria considerantur. Primo, quando comedendus erat, (f) quia in nocte. (g) Secundo, quia non crudus, nec coctus aqua, sed assus igni. Tertio, quid in eo comedebatur, quia caput cum pedibus & intestinis. Et in hoc fidei integritas de Corpore Domini signabatur.

Divisio figuræ agni paschalis in tres partes.

Distinctio.

101. In primo, scilicet quod in nocte comeditur, cum res plene non videtur, credendum signatur, (h) quod Corpus Christi in præsenti nobis dari debet non manifestum, sed in Sacramento velatum, Tob. duodecimo: Sacramentum Regis abscondere bonum est. Tertii Reg. octavo: Dominus dixit, ut habitaret in nebula. In secundo, scilicet quod non comeditur ex eo crudum quid, signatur, quod non debemus credere Christum hominem esse purum. Item quod non comeditur aqua coctum, significat, quod non debemus credere, Christum secundum communem hominum consuetudinem esse conceptum, aut natum. Item quod comedendus erat tantum assus igni, signat, (i) quod Christi incarnatio, & ejus Corporis consecratio, credenda est celebrari per potentiam Spiritus sancti. In tertio, scilicet quod caput agni cum pedibus & intestinis vorari præcipitur, significatur esse credendum, quod in hoc Sacramento totus Christus cum Divinitate, & Corpore, & Anima, continetur, & sumitur.

Dilatatio.

Tob. 12. 7. 3. Reg. 8. 12.

102. Secunda pars hujus figuræ sunt fercula tria, cum quibus solebant Agnum manducare; scilicet lactucæ agrestes, panes azymi, & sanguis agni. Dicitur Exo. duodecimo: Edent carnes, scilicet agni, (k) & azymos panes cum lactucis agrestibus. Et sument de sanguine

Distinctio trium ferculorum agni comedendi.

Exo. 12. 8. 7.

(a) Al. *unum non habentem vestem nuptialem.*
(b) Al. *caritatem.* Confer Comment. in Joan. cap. 5. num. 367. Vol. 1.
(c) Exposit. in Cap. 11. S. Luc.
(d) Al. *De præparatione nostra in tertio, scilicet agno paschali.*
(e) Similiter definentia Bonaventuriana, ac ac etiam Bonaventuriana vox *virtuositas.*
(f) Al. *est.*
(g) Al. fine sequentibus usque ad num. 101.
(h) Al. *Primo, quando comedendus est, quia in nocte, cum res plene non videtur, in quo credendum significatur* &c.
(i) Al. *quod comederunt eum tanquam assum igni, significat.*
(k) Al. *Edetis carnes agni.*

Digitized by Google

guine agni, & (a) ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum. Primum ferculum, ſcilicet lactucæ agreſtes, ſignificant dolorem de peccatis. Secundum, ſcilicet panes azymi, intentionem puram in (b) operibus bonis. Tertium, ſcilicet ſanguis agni memoriam, & imitationem Dominicæ paſſionis, quibus præparari debet anima fidelis. De primo Gregorius: Lactucæ agreſtes ſunt valde amaræ, carnes vero agni cum his edendæ ſunt; quia dum Corpus Chriſti accipimus, compungi pro peccatis debemus, ut amaritudo pœnitentiæ abſtergat amorem perverſæ vitæ. (c) Iſa. trigeſimo octavo: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. De ſecundo primæ Corinth. quinto: Epulemur non in fermento veteri, id eſt, in corruptione peccati ſuperbiæ, quæ fit in Deum; neque in fermento malitiæ, quæ fit in proximum; & nequitiæ, quæ fit in ſeipſum: ſed in azymis ſinceritatis & veritatis, id eſt, in ſinceritate amoris, (d) & veritate bonorum operum, ut ſcilicet ſtudeamus eſſe in novitate vitæ ſine omni fraude. De fermento veteri, Gregorius: Panes ſine fermento comedit, qui recta opera ſine corruptione vanæ gloriæ exercet. De fermento malitiæ, idem: Panes ſine fermento malitiæ manducat, qui opera miſericordiæ ſine peccati admixtione exhibet, ne perverſe rapiat, quod quaſi recte diſpenſat. Unde per Amos quarto increpando dicitur: Sacrificate de fermentato laudem. De fermentato namque laudem immolat, qui Deo ſacrificium de rapina parat. De fermento nequitiæ Exo. duodecimo: Qui comederit fermentatum, peribit anima ejus de cœtu Iſrael. Fermentatum comedere eſt in peccati corruptione delectari, quod committitur in ſe. Pſal. trigeſimo quinto: Dixit injuſtus ut delinquat in ſemetipſo. De tertio ferculo ſupradicto Gregorius: Sanguis agni, id eſt, Chriſti, ſuper utrumque poſtem ponitur, quando non ſolum ore corporis, ſed etiam ore mentis (e) hauritur, & ad imitationem intenta mente cogitatur. Nam qui ſic Redemptoris ſanguinem accipit, ut imitari paſſionem necdum velit, in uno tantum poſte ſanguinem ponit. Item in ſuperliminaribus ſanguis ponendus eſt agni, quia non tantum in memoria, ſed in manifeſto portari debet crux paſſionis Chriſti. Gal. ult. Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Jeſu Chriſti. Unde etiam: Stigmata Domini noſtri Jeſu Chriſti in corpore meo porto.

Dilatatio. *Gregorius ſuper illud Exod. 12. 8. L. 2. in Ev. Hom. 22. n. 8.* *Iſa. 38. 15.* *1. Cor. 5. 8.* *Gregor. ibi.* *Ibi.* *Amos 4. 4.* *Exo. 12. 19.* *Pſ. 35. 2.* *Gregorius ibi num. 7.* *Gal. 6. 14. & 17.*

103. Tertia pars hujus figuræ eſt habitus, ſive tria inſignia illorum, qui manducaverunt agnum, ſcilicet cingulus (f) renum, calceamenta pedum, baculus manuum. Exo. duodecimo: Sic comedetis illum, ſcilicet agnum: (g) Renes veſtros accingetis, calceamenta in pedibus habebitis, tenentes baculos in manibus. Primum deſignat carnis & mentis continentiam: ſecundum exemplorum Patrum cuſtodiam: tertium vitiorum noſtrorum correctionem: quæ exiguntur ad communicantium præparationem. (h)

Diſtinctio trium inſignium eorum, qui agnum manducabant. *Exo. 12. 11.*

104. Primum præparativum eſt carnis & mentis continentia in cingulo renum ſignata. Gregorius: In renibus accipitur delectatio. Unde Pſalmiſta: Ure renes meos. Qui ergo Paſcha comedit, renes accingat; quia qui Corpus Domini accipit, voluptatem domat, luxuriam refrænat. Hæc præparatio continentiæ attendenda eſt quantum ad tria genera hominum, ſcilicet ad conjugatos; & de incontinentia pœnitentes; & ſpirituales. Primi ante Communionem Sacramentalem continentiam ſervare debent aliqualem: (i) ſed ſecundi longiorem: tertii continuam. De primo genere dicitur ad David primi Reg. vigeſimo primo: Si pueri mundi ſunt, maxime a mulieribus? manducent ſcilicet panem ſanctum. Reſpondit David: Si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudius tertius. Dedit ergo eis (k) Sacerdos panem ſanctificatum. Exo. decimo nono: Deſcendit

Dilatatio primi præparativi, quod eſt continentia carnis & mentis. *Gregorius ibi n. 9.* *Pſ. 25. 2.* *1. Reg. 21. 4.* *Ibi 5. & 6.* *Exo. 19. 11. & 15.*

(a) Ita S. Gregor. Vulg. *ejus, ac.*
(b) Al. *cum.*
(c) Maurina Editio paulo variat.
(d) Al. *a vitiis.*
(e) Maurina Editio *cordis.*
(f) *Cingulus* pro *cingulum* D. ipſe Bona. etiam in Expoſit. Miſſ. Vid. Prodrom. col. 577.
(g) Al. *Sic comedetis agnum.*
(h) Quippe, ut dicitur in Compend. Verit. Theol. de Sacramentor. virt. Lib. 6, cap. 16. ſecundum Bonav. *Qualiter ad Communionem accedendum ſit, diſcere poſſumus ab eſu agni paſchalis.*
(i) Al. *aliquantam.* Vide ſis Serm. in pervigilio Paſchæ de eſu agni inter Suppoſititia S. Auguſt. To. 6. in Append. ubi dicitur quoque reperiri inter Suppoſititia S. Hieron.
(k) Vulg. *ei*; ſed *eis* Lyran. & Gloſſa ordinar. apud ipſum. Dicit autem in plurali *eis*; quia

dit Dominus coram omni plebe super montem Sinai, scilicet in igne & nubis caligine. Estote ergo (a) parati in diem tertium, ne appropinquetis uxoribus vestris. Si talis continentia servata est ad figuram, quanto magis servanda est ad suscipiendam (b) Corporis Christi veritatem? (c) De secundo Levit. vigesimo secundo: Homo qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, id est, peccans per incontinentiam carnis, non vescetur de his, quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur, scilicet per pœnitentiam. Hinc statuti sunt ante Pascha quadraginta dies pœnitentiæ, ut his peractis in jejuniis & orationibus, & continentia, & bonis operibus, tunc possint communicare pœnitentes cum aliis bonis Christianis (d). Hinc super illud primæ Cor. undecimo: Quod si nosmetipsos dijudicaremus, non utique judicaremur, dicit Augustinus: Ab ipsa mente pœnitentis talis sententia proferatur, ut se indignum judicet participatione Corporis & Sanguinis Domini, & ad tempus per Ecclesiasticam disciplinam a Sacramento cœlestis panis separetur. Indigne enim accipit, si tunc accipit, cum debet agere pœnitentiam, id est, quando incipit. Ergo se prius judicet, & in severitate pœnitentiæ exerceat, ut a se judicatus non judicetur a Domino. De tertio, scilicet continentia continua & sempiterna Religiosorum, & in sacris Ordinibus existentium Luc. duodecimo: Sint lumbi vestri præcincti &c. Quia tales semper debent ad suscipiendum Dominum vigilare, expectare, & parati semper esse, neque debent solvere cingulum; sed omnimodam & perpetuam castitatem conservare.

Levit. 22. 4.

1. Cor. 11. 31.

Augustinus in 1. Corinth. 11. relat. in Glossa ordinar. ibi.

Luc. 12. 35.

Lev. vigesimo primo de Sacerdotibus: Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, & panes Dei sui offerunt, & ideo sancti erunt. Beda: Si Sacerdotes veteris Testamenti secundum ordinem vicis suæ intraturi templum ad offerendas legales hostias a propriis uxoribus oportuit abstinere; quanto magis nostri Sacerdotes, quos ad consecrandum sacrosanctum Corpus Domini paratos semper esse oportet, & continuam & sempiternam debent castitatem servare? (e)

Levit. 21. 6.

Beda in Luc. Evang. Lib. 1. cap. 1.

105. Secundum præparativum est exemplorum Patrum custodia per calceamenta pedum figurata. Gregorius: Calceamenta in pedibus habere est mortuorum Patrum vitam aspicere, & nostra vestigia a peccati vulnere custodire. Cant. septimo: Quam pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis! Gressus sunt profectus operum in calceamentis, id est, in consideratione vitæ Patrum. (f)

Dilatatio secundi præparativi, quod est custodia exemplorum Patrum.

Gregorius supra cit. n. 9.

Cant. 7. 1.

106. Tertium præparativum est correctionis disciplina in baculis manuum figurata. Baculus enim significat rectitudinem justitiæ, qua debemus nosmetipsos de nostris excessibus ante communionem judicare. Ps. Virga directionis, virga &c. Apprehendite disciplinam &c. Primæ Cor. undecimo: Qui manducat & bibit indigne &c. Quod si nosmetipsos &c. Augustinus: Ascendas hic adversus te tribunal mentis tuæ, & constituto in corde judicio, adsit accusatrix cogitatio peccati, & testis conscientia, & carnifex timor Domini. Inde quidam sanguis animæ confitentis per lacrymas profluat, & sic cessat vindicta Divina, cum confessio & correctio præcedit humana. (g) Et sic

Dilatatio tertii præparativi, quod est disciplina correctionis.

Ps. 44. 7.

Ps. 2. 12.

1. Cor. 11. 29. & 31.

Aug. ss. cit.

---

quia licet solus David Pontificem accesserit, quo melius res lateret, non tamen panes comedit solus, sed & cum sociis divisit. Vid. D. Bonav. Exposit. in cap. 6. S. Luc.

(a) *Ergo* non est de textu.

(b) Al. sine *suscipiendam*.

(c) Confer in 4. Dist. 12. Par. 2. Art. 2. Q. 3. per tot. nec non de Purit. conscient. cap. 9. Vid. quoque To. 5. Par. 2. in Appendice Sermonum sub nomine S. Aug. Serm. 292. al. de Temp. 244. num. 3. & seqq.

(d) Pariter in 4. ibi Q. 2. in concl.

(e) Sic ad sensum potius, quam ad verba Bedæ loc. cit.

(f) Exposit. in cap. 15. S. Luc. *Quia calceamenta fiunt de pellibus animalium mortuorum, per hoc possunt designari exempla priorum Patrum &c.*

(g) Glossa ordinar. apud Lyranum ex S. Augustino: *Cessat enim vindicta Divina, si confessio præcurrat humana.* Et in Instruct. Sacerdot. de trib. Præcip. Myster. Par. 2. cap. 10. n. 27. inter Suppos. S. Bernar. „ Ascende tribunal „ conscientiæ tuæ, sedeas in loco judicis; te„ ipsum condemna, & reum constitue. Ac„ cedat memoria peccati accusatrix, actio sit „ testis, consensus & delectatio aggravet pec„ catum sive reatum. Omnia accusent, nihil „ te excuset. Veniat timor carnifex, & tor„ tor reum cruciet. Sanguinem cordis, scilicet „ lacrymas, fundat; & sic per judicium pro„ prium evades Divini judicii supplicium, jux„ ta illud Apostoli (1. *Cor.* 11. 31.): *Quod „ si nosmetipsos judicaremus, non utique a Domi„ no judicaremur*: Et tunc veniens offeres mu„ nus tuum, & placebit Deo super vitulum, „ cornua producentem & ungulas.“ Psal. 68. 32.

Digitized by Google

sic homo dignus erit ad sumendum Corpus Christi verum nunc in Sacramento, & perfecta fruitione in futuro. De primo Deuter. octavo: Afflixit te, scilicet Dominus, penuria, & dedit tibi cibum manna, quod ignorabas. Afflixit te, id est, fecit, ut affligeres te, & corrigeres; penuria, id est, pœna in (a) voluntatis tuæ & voluptatis carentia; (b) & dedit tibi cibum manna, id est, cœlestem panem Corporis sui. De secundo Hebr. duodecimo: Omnis disciplina, in præsenti quidem non videtur esse gaudii, sed mœroris; postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet justitiæ. Item præparativum ad Corpus Domini suscipiendum esse potest manducatio spiritualis, secundum quod perfecti manducant ratione meditationis devotæ. De quo infra Sermone XIX. ante medium, & in medio. (c)

Deut. 8. 3.

Hebr. 12. 11.

SERMO XVII.

De Sacramentali modo tantum, quo indigne manducant malevoli, & dolosi. Thema commune, & proprium.

Prov. 9. 5. 1. Cor. 11. 27.

107. *Venite, comedite &c. (d) Quicumque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini*, primæ Cor. undecimo. Quinto principaliter circa Sacramentum Dominici Corporis notandus est (e) modus manducationis. Et hic est triplex, scilicet Sacramentalis tantum, Spiritualis tantum, Sacramentalis & Spiritualis simul. (f) Ad hæc intelligenda (g) sciendum, quod in cibo Altaris duo sunt, scilicet Sacramentum, & virtus Sacramenti. Sacramentum, ut dicit Augustinus, in duobus consistit, visibili panis & vini specie, & invisibili Carne & Sanguine Christi. Virtus vero Sacramenti est sanatio a damnatione mortis æternæ. Hanc virtutem Sacramenti crediderunt & gustaverunt spiritualiter omnes salvandi ab origine mundi (h), & quotidie gustant omnes boni Christiani. Sacramentum Altaris, id est, visibilem speciem panis cum Carne Christi, soli Christiani. Et hoc tam boni, quam mali, licet modo dissimili. Quia mali manducant Sacramentum tantum, id est, sub visibili specie panis Corpus Christi; sed non manducant virtutem Sacramenti spiritualem, id est, salutem ad vitam æternam. Boni vero manducant utrumque simul, scilicet Sacramentum, & virtutem Sacramenti. Ex his patet triplex modus manducandi Christum. Primus Sacramentalis tantum. Secundus spiritualis tantum. Tertius Sacramentalis & spiritualis simul. Primo modo manducant pravi Christiani tantum. Secundo omnes salvandi. Tertio soli boni Christiani. Primi manducant, & non manducant. Secundi non manducant, & tamen manducant. Tertii manducant & manducantur. (i)

Divisio. triplicis modi manducandi Dominicum Corpus.

Augustinus tom. 1 ac. de Consecr. Dist. 2. c. Hoc est quod dicimus. Ex Lib. Sententiar. Prosperi.

108. Primus modus manducandi Corpus Domini est Sacramentalis tantum, quo modo mali Christiani manducant; quia venerandum Corpus in peccato mortali ore polluto sumentes, cordis affectum ad influentiam (k) virtutis bonitatis ejus, peccatis suis immundis & duris, quasi luto & lapide, claudunt. Ezech. quarto decimo: Posuerunt immunditias suas in cordibus suis, idola scilicet, (l) & scandalum (m) iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suam. Isti man-

Sumentes indigne Eucharistiæ Sacramentum.

Ezech. 14. 3.

(a) Al. absque *in*.

(b) Vox scholastica a D. Bonav. alibi quoque sæpe adhibita.

(c) Ita ad alia sæpe lector remittitur; nedum in D. Bonaventuræ Sermonibus, sed & in ejus Pharetra &c.

(d) Al. heic *Thema proprium*.

(e) Al. *Quintum principale circa Sacramentum Dominici Corporis notandum*.

(f) Confer in 4. Dist. 9. Art. 1. Q. 1. per tot. nec non in Compend. Verit. Theol. de Sacramentor. virt. Lib. 6. cap. 16. quod licet Bonaventuræ non sit, est tamen secundum Bonaventuram. Item in supra cit. Instruct. cap. 12. num. 30.

(g) Al. *Ad hoc intelligendum*.

(h) Sic in 4. Dist. 24. Par. 1. Art. 2. Q. 3. in Resp. ad arg. 2. 3. & ita secundum Apost. 1. Cor. 10. 3. & 4.

(i) Hanc triplicem distinctionem improbat Barbavara; sed immerito, cum fere iisdem verbis eam tradat etiam Raynerius Pisanus O. P. in Panthealogia verbo *Eucharistia* cap. 16. Vid. apud Lyran. in Glossa ordinar. 1. ad Cor. c. 11. nec non apud ipsum D. Bonav. in 4. Dist. 9. in tex. Mag. nec non apud eundem in suprad. Compend. Verit. Theol. ibi.

(k) Al. *ab influentia*.

(l) *Immunditias*. Hebr. *idola posuerunt in cordibus suis*. Ita apud Maldonatum, Marianam, Malvendam, Menochium, Tirinum &c. Item Symmachus, & Theodotion in Glossa interlin. apud Lyranum. Quibus adde & Aquilam.

(m) Al. *& idola, scilicet scandalum*.

Digitized by Google

manducant, & non manducant. Manducant quidem, quia Corpus Domini sumunt sacramentaliter; sed tamen non manducant, quia virtutem spiritualem, id est, salutem animæ non percipiunt.

Eccle 6. 2. & seq. Ecclesiastes sexto: Est aliud malum, quod vidi sub sole, & quidem frequens apud homines, vir, cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat, nec tribuit ei potestatem Deus, ut comedat ex eo. Hebr.

Hebr. 13. 10. ult. Habemus altare, de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deserviunt, id est, peccatis carnalibus.

2. Cor. 10. 21. Primæ Cor. decimo: Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Gregorius: Est quidem in

Gregorius relat. de Cons. Dist. 2. cap. Species. peccatoribus indigne sumentibus, vera Christi caro, & verus sanguis, sed præsentiali essentia, non salubri efficientia.

Augustinus relat. De Consecr. Dist. 2. c. Qui discordat, & c. Panem. (a) Augustinus: Qui discordat a Christo, non manducat carnem ejus, nec bibit sanguinem: etsi tantæ rei Sacramentum ad judicium sui quotidie accipiat. (b) Discordat a Christo, qui cordis affectum (c) ab eo avertens, ad peccatum convertit. Et talis infelix (d) dici potest, ad quem tam magnum bonum frequenter venit, & nullum exinde spirituale lucrum percipit. (e) Hoc modo, scilicet Sacramentaliter tantum manducantium, sunt tria genera hominum. Primi malevoli: Secundi dolosi: Tertii præsumptuosi. Primi sunt qui Corpus Domini sumunt in peccandi voluntate. Secundi sunt hypocritæ, qui foris boni apparentes, occulte sunt pravi, & tanquam justi accedunt ad Altare. Tertii sunt qui cum manifeste mali sint, tamen præsumunt manducare. (f) De duobus primis potest hic dici, de tertio in sequenti.

Distinctio in tria hominum genera, in malevolos, hypocritas, præsumptuosos.

Dilatatio de malevolis.

109. De primo genere malorum communicantium, scilicet de malevolis, Isa. vigesimo nono: Appropinquat populus

Isa. 29. 13. iste ore suo, & labiis suis glorificat me; cor autem ejus longe est a me. Appropinquat ore per Sacramenti susceptionem, sed cor longe est per peccandi voluntatem. Tales tria mala sequuntur, peccati sui aggravatio, a gratia Christi separatio, & ad æternam pœnam condemnatio. (g) De primo Matth. quinto decimo: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus,

Matth. 15. 26. id est, malevolis. Augustinus: Habentes voluntatem peccandi gravari magis

Augustinus relat. De Consecrat. Dist. 2. Quotidie. Sive auctor L. de Eccles. Dogmat. Sab. 2. 3. & seq. dico Eucharistiæ perceptione, quam purificari. (h) De secundo Sap. primo: Perversæ cogitationes separant a Deo, quoniam in malevolam animam non introibit sapientia. De tertio primæ Cor.

1. Cor. 11. 27. undecimo: Quicunque manducaverit panem hunc, vel biberit calicem Domini indigne, reus erit Corporis & Sanguinis Domini. Glossa (i): Indignus est, qui

Glossa. non devota mente accedit ad Eucharistiam, aut in voluntate peccandi manens, reus est Corporis & Sanguinis Domini, id est, ac si Christum occideret, punietur.

Dilatatio de hypocritis. 110. De secundo genere malorum communicantium scilicet de dolosis, sive hypocritis secundæ ad Timoth. tertio: In novissimis diebus instabunt

2. Timoth. 3. 2. & 5. tempora periculosa, erunt homines seipsos amantes, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Speciem pietatis, dicit Glossa, id est, religionis; quia eadem habent Sacramenta cum piis: virtutem

Glossa utraque ordinar. & interlin. pietatis, id est, caritatis; abnegantes, id est, mala occulte operantes, (k) & manifesta fallaciter excusantes. (l) Tales similiter tria mala sequentur; socii

Tria mala quæ sequuntur hypocritas. Judæ traditoris efficientur; (m) coram toto mundo confundentur; extra bonorum consortium projicientur. De primo

Jo. 13. 18. Jo. tertiodecimo: Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. Hoc dicitur de Juda, & de sui similibus, scilicet fictis Domini

(a) Prædicta tantum quoad sensum sunt cit. cap. Confer apud ipsummet D. Bonav. in 4. Dist. 9. in tex. Mag. ubi sub Gregorii nomine allegantur. At sub nomine Eusebii, scilicet Emisseni, in d. Glossa ordinar. apud Lyran.

(b) In eod. 4. ibi, nec non Art. 1. Q. 1. in Fundam. ubi in marg. allegatur etiam idem Aug. De Verb. Dom. in Serm. 11. in med. & Tract. 26. in Jo. post med.

(c) Al. *effectum*.

(d) Al. *verè miserabilis*.

(e) Al. *accipit sive percipit*.

(f) Al. *qui maxime mali sunt, & tamen præsumunt communicare*.

(g) Similiter desinentia passim apud D. Bonavent.

(h) In eod. 4. Dist. 12. Par. 2. in tex. Mag. Vid. Lib. 1. Phar. cap. 3. ubi refertur August. de Eccl. Dogm. cap. 54.

(i) Sic ibi Dist 9. Dub. 5. in Exposit. tex. ejusd. Mag. Al. *Ambrosius*.

(k) Al. *perpetrantes*.

(l) Al. *excusando*.

(m) Juxta Ep. S. P. P. ad an. 1226. n. 10.

Digitized by Google

Gloſſa ordinar. amicis. Unde Gloſſa: Qui manducat panem meum, non ut proficiat, ſed ut lateat, ille me conculcabit, id eſt, tradet. Qui ergo vult latere in peccatis, ſub pulchra *(a)* ſpecie religionis & communicationis; ſimilis efficitur & ſocius Judæ traditoris. De ſecundo Eccleſiaſtici primo: Ne ſis incredibilis timori Domini, & ne acceſſeris ad illum duplici corde, ne fueris hypocrita in conſpectu hominum; ne forte cadas, & revelet Deus abſconſa tua, & in medio Synagogæ elidat te; quoniam acceſſiſti maligne ad Dominum, & cor tuum eſt plenum dolo & fallacia. Nahum tertio: Ecce ego ad te meretrix ſpecioſa *(b)*, dicit Dominus, id eſt, anima foris pulchra, hominibus ſpecioſa, intus immunda: & revelabo pudenda in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & projiciam ſuper te abominationes tuas, & contumeliis te afficiam. De tertio Matth. vigeſimo tertio: Væ vobis hypocritæ, quia ſimiles eſtis ſepulchris dealbatis, quæ foris apparent *(c)* hominibus ſpecioſa, intus vero ſunt plena oſſibus mortuorum, & omni ſpurcitia, id eſt, putredine & vermè, & fœtore: ſic & vos a foris quidem apparetis *(d)* hominibus juſti, intus autem pleni eſtis hypocriſi & iniquitate. Hypocriſi, id eſt, amore vanæ laudis: iniquitate, id eſt, cupiditate temporalium, & odio veritatis. Et ideo præmittitur: Væ vobis, id eſt, extra bonorum conſortium miſerabilis projectio. Levit. ſeptimo: Anima polluta (hypocriſi, dicit Interlinearis) quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, id eſt, Corporis Chriſti, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis, id eſt, ejicietur de ſalvandis ad damnationem æternæ mortis. Sed ecce contra tam *(e)* magna mala dat leve remedium Divina clementia, quod eſt ſpiritualis converſio *(f)*, ſcilicet bonum fieri de malo. Pſal. Declina a malo, & fac bonum, & ex frequenti bonum (g) agere fit homo bonus, & cum bonus eſt, ſequentur eum tria bona; ſcilicet pœnæ debitæ relaxatio, divinæ gratiæ reſtitutio, æternæ gloriæ acquiſitio. De primo tertii Reg. primo: Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus ejus in terram, id eſt, ab omni peccato erit immunis. Ezech. trigeſimo tertio: Si dixero impio: Morte morieris; & egerit pœnitentiam de peccato ſuo, vita vivet, & non morietur. De ſecundo Pſal. Benefac, Domine, bonis & rectis corde. Prov. duodecimo; Qui bonus eſt, hauriet ſibi *(b)* gratiam a Domino. De tertio Matth. vigeſimo quinto: Euge ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam, intra in gaudium Domini tui. Euge, id eſt, bene gaude; ſerve bone, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, id eſt, in bonis, quæ tibi commiſi *(i)*, bene negotiatus es; ſuper multa te conſtituam, ſcilicet æterni gaudii bona; intra in gaudium Domini tui, ut ſcilicet ex omni parte gaudio perfruaris. Iſa. quinquageſimo primo: Venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum; quia cauſa æternæ lætitiæ erit in Domini regis ſui contemplatione. Jer. trigeſimo primo: Venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini. Tunc lætabitur virgo in choro, id eſt, Virgo beata Maria præcentrix in Choro cœleſti, *(k)* Juvenes, id eſt, omnes Beati, ſenes ſimul, ſcilicet Angeli, iſti laudabunt Dominum; & populus meus bonis meis adimplebitur, id eſt, omnibus bonis ſine fine gaudebunt &c. *(l)*

Eccl. 1. 36. & ſeqq. *Nahum 3. 5. & ſeq.* *Matth. 23. 27. & ſeq.* *Levit. 7. 20.* *Interlinearis.* *Pſ. 36. 27.* *1. Reg. 1. 52.* *Ezech. 33. 14. & ſeq.* *Pſ. 124. 4.* *Prov. 11. 2.* *Matth. 25. 23.* *Iſa. 51. 11.* *Jer. 31. 12. & ſeqq.*

SERMO XVIII.

De tertio genere indigne communicantium, ſc. de præſumptuoſis.

Prov. 9. 5. 1. Cor. 11. 27. De præſumptuoſis indigne communicantibus, vel celebrantibus.

1. *Venite, comedite* &c. Item: *Quicumque manducaverit panem hunc* &c. De tertio genere malorum indigne communicantium eſt hic *(m)* dicendum, ſcilicet

(a) Al. *plena*.
(b) Al. *ſpecioſa* ſine *meretrix*.
(c) Vulg. *parent*; ſed *apparent* etiam Cod. noſter Bernardin. 40.
(d) Vulg. rurſum *paretis*; ſed *apparetis*; idem Cod. & alter Biblioth. Epiſc. Trid. 58. &c.
(e) Al. *tria*.
(f) Al. *quia ſpiritualis concluſio*.
(g) Al. *bene*.
(h) Vulg. abſque *ſibi*; ſed *ſibi* & laud. Cod. Bernardin. nec non apud Lyranum &c.
(i) Al. *commiſſa ſunt*.
(k) Soliloq. cap. 4.
(l) Al. *Iſti Deum laudabunt, & in omnibus bonis, id eſt, ſine fide gaudebunt*.
(m) Al. *hoc*.

Digitized by Google

licet de præsumptuosis, qui non timent communicare, vel celebrare, in magnis criminibus, & manifestis. De his primæ Cor. undecimo: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, id est, valde malum est illi. Unde dicendum *(a)*, quod duplex est effectus Corporis Christi, scilicet bonitatis quoad bonos, severitatis quoad malos; & tamen ipsum semper immutabile, & bonum, in se manet: sed justo judicio effectus ejus mutatur in his, qui male eo utuntur. Augustinus: Sancta malis possunt obesse, bonis sunt ad salutem, malis ad judicium. Unde Apostolus: Qui manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat, & bibit, non quia res illa mala sit, sed quia malus, quod bonum est, male accipit *(b)*. Hujus rei exemplum est in sole, & in vino. Nam eandem solis lucem, quam sanus oculus ad delectationem & confortationem, æger suscipit ad perturbationem. Et vinum, quod sanus homo ad jucunditatem, & confortationem, febricitans accipit ad majorem infirmitatem, vel certe ad mortem. Hinc est, quod indigne communicantes tria mala sequuntur scilicet magna culpa; magna Dei offensa; multiplex plaga.

Ibi 29.

Augustinus in Jo. c. 6. Tract. 26. n. 11. relat. De Consecrat. Dist. 2. c. Ecce Sancta malis.

Divisio trium malorum, quæ sequuntur indigne communicantes, vel celebrantes.

112. Primum malum præsumptuose communicantium *(c)* est magna culpa. Jer. undecimo: Nunquid carnes sanctæ auferent a se malitias tuas, quibus gloriata es? Isidorus: Qui scelerate vivunt in Ecclesia & communicare non desinunt, putantes se tali communione mundari, discant nil ad emundationem proficere sibi, dicente Propheta: Quid est quod dilectus meus in domo mea fecit scelera multa? Nunquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas? Quasi diceret: Non auferunt, sed augmentant. Hujus culpæ triplex est ratio, scilicet perversa intentio, Divini præcepti transgressio, maxima ingratitudo. Prima ratio culpæ præsumptuose communicantium vel celebrantium, est perversa intentio. Actionis enim voluntariæ triplex est radix, vel principium *(d)*, scilicet vel natura, vel virtus, vel libido. Omnis actio, cujus radix, est natura, vel virtus, bona est: cujus autem radix libido, mala est. Sed ejus, qui in peccato mortali est scienter, & sumit Corpus Christi, non potest esse radix natura, neque virtus; quia neque natura, neque virtus aliquo modo dictaret, quod aliquis rem tam pretiosam, tam venerandam, in loco vel in vase immundo poneret. *(e)* Unde peccatoris, qui Corpus Domini sumens ponit in ore suo polluto, & corde, *(f)* radix est libido, id est, perversa intentio, vel lucri temporalis, vel vanæ laudis *(g)*, vel alicujus deceptionis. Secunda ratio culpæ istorum est Divini præcepti transgressio. Sicut enim Dominus in statu innocentiæ lignum vitæ ad edendum concessit, & in statu culpæ prohibuit; sic nobis in statu bono Corpus Christi conceditur, & in malo prohibetur. Matth. primo: Nolite sanctum dare canibus, id est, immundis peccatoribus *(h)*. Levit. vigesimo primo: Homo qui habuerit maculam, scilicet peccati, non offeret panes Deo suo, nec accedat ad ministerium ejus. Tertia ratio culpæ istorum est maxima ingratitudo. Quæ enim major potest esse, quam si quis habens Dominum, a quo accepisset quicquid boni haberet, & insuper eum morte sua de suspendio liberasset; eundem Dominum in stabulum immundissimum inimici sui traditione duceret, & ibi conculcaret, & rursus occideret? Tanta ingratitudine peccant, qui Corpus Domini sumunt in peccato mortali. *(i)* Ps. Retribuebant mihi mala pro bonis, odium pro dilectione mea. Item: Conculcaverunt me inimici mei tota die. Hebr. decimo: Quanto putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est: *(k)* scilicet in morte Christi. Ambrosius: Christum ille conculcat, qui libere peccat absque timore, & pœ-

Distinctio triplicis rationis in hac culpa, & primæ dilatatio.

Dilatatio secundæ rationis.

Gen. 2. 9. ac 3. 24.

Matth. 7. 6.

Levit. 21. 17. & seq.

Dilatatio tertiæ.

Ps. 34. 12. & 108. 5. Ps. 55. 3.

Hebr. 10. 29.

Ambrosius sive Glos. ordin. ibi.

(a) Al. *sciendum*.
(b) Apud D. Bona. in 24. Dist. 9. in tex. Mag. & Ar. 2. Q. 2. in Fundam.
(c) Al. *manducantium*.
(d) Ita distinguit; quia ut observavi in Admonitione ad Arbores de Vit. & Virtut. censet interesse differentiam inter principium & radicem, si prosse sumantur.
(e) Ita 4. ibi: *Qui projiceret Corpus Domini in sterquilinium, gravissime peccaret: sed non est majus sterquilinium quam homo peccator: ergo &c.*
(f) Al. *& corpore*.
(g) Cap. 8. de Præparat. ad Miss.
(h) In eod. 4. ibi Q. 4. ad opp.
(i) Hoc esse *Corpus Christi conculcare* ait S. Jo. Chrys. Hom. 20. ad Hebr. & in Matth. Hom. 82. (k) Ita juxta P. S. Franc. Ep. apud Wadding. ad an. 1226. n. 10.

Digitized by Google

& pœnitentia, & qui de eo indigne participat. Idem: Qui Christum indigne, sumit, idem est ac si interficiat. (a) Augustinus: Quam temerarium, quamque nefarium est, cruentis (b) manibus intemeratæ Virginis tractare Filium! (c) Quis auditus sustineret aurium? Quis oculus non confunderetur ad intuitum? Quæ mens non raperetur in excessum, ubi mundi pretium mitteretur in sterquilinium? (d) Non enim minus detestabile est in os pollutum (e), quam in lutum mittere Dei Filium. (f)

Augustinus

113. Secundum malum istorum est magna Dei offensa, Zach. primo: Ira magna ego iratus sum super gentes opulentas; quia ego iratus sum parum, ipsi vero adjuverunt in malum. Quasi diceret Dominus: Parum irascor hominibus propter peccata, quæ committuntur in proximum; sed maxime ex eo quod peccant in Deum. Primi Regum secundo: Si peccaverit vir in virum, placari potest ei Deus; si autem in Dominum peccaverit vir, quis orabit pro eo? Glossa: Quanto major est gloria, tanto major est offensa. Mal. primo: Ad vos, o Sacerdotes, qui despicitis nomen meum & dixistis: In quo despeximus nomen tuum? Offertis super Altare meum pollutum panem &c. Glossa: Corripit sermo Divinus Episcopos, & Ministros Ecclesiæ negligentes, & omnes qui Christi nomine censentur, cur nomen ejus despiciant, quibus aperit causam offensæ, quod pollutum panem offerunt. Polluit enim panem, id est, Corpus Christi, qui indignus accedit ad Altare; & Mensam Domini si non scelerata voce, scelerato opere despicit. (g) Et dum Sacramenta violantur, ipse, cujus est Sacramentum, violatur.

Secundum malum magna Dei offensa: Zach. 1. 15.

1. Reg. 2. 25.

Glossa.

Malach. 1. 6.

Glossa ordinar.

114. Tertium malum istorum est multiplex plaga, & gravis, ex (h) justa Dei vindicta. Sicut enim ab antiquo filiis Israel maximum erat peccatum, & pessimarum causa maledictionum, quod per idololatriam Deum projecerunt, & postea Judæis item, quod Christum non susceperunt; sic modo Christianis maximum est peccatum, & causa plagarum, quod Corpus Salvatoris indigne suscipiunt. Gregorius super Deuter. vigesimum octavum: Creator omnium per Incarnationis suæ mysterium Judæam visitare dignatus est, sed ipsa non cognovit tempus

Tertium malum multiplex plaga.

Gregorius tract. in Glossa ordin. super Deut. c. 28.

(a) Item Chrysost. Hom. 61. ad pop. Antioch. „ Non est vero dissimile, Domini Corpus impura mente suscipiens eandem subire vindictam cum his qui clavis ipsum discideruntVide certe, quam terribilem Paulus ultionem ostendit dicens: Irritam quis faciens legem „ (Hebr. 10. 28.) Moysi, absque miserationibus „ coram duobus, vel tribus testibus moritur: „ quanto pejori putatis dignus censebitur ultione, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo „ sanctificatus est?“

(b) Apud Jo. Thiepolum Primicerium S. Marci Venetiarum in Opere inscripto: *Discorsi & Considerationi sopra il santissimo Sacramento dell' Altare* To. 2. Lib. 11. cap. 5. in fine sub nomine *Bernardi* absque allegatione loci sic: *Heu quam temerarium, heu quam nefarium cruentatis* &c., apud alios sub nomine *Augustini*: Porro prædictis verbis alludi videtur ad illud Ambrosii apud Theodoretum L. 5. Hist. Eccl. c. 17. increpantis Theodosium post cædem Thessalonicensium: *Quomodo manus extendes injustæ cædis sanguine adhuc stillantes? Quomodo hujusmodi manibus Domini Corpus accipies?*

(c) In Opusc. cui titulus: *L' Ecclesiastico ritirato per una via purgativa in se stesso, o sia Meditazioni proprie per farsi in tempo degli Esercizj dagli Ecclesiastici, massime Sacerdoti secolari, e Claustrali, composte dal Padre D. Nicolò de Ruggiero Della Congregazione de' Pii Operarj. Medit. 7. Punto 1.* ex S. Augustino Ser. 244. de Temp. sic: *Quis adeo impius erit qui intostis manibus sanctissimum Sacramentum tractare præsumat?* In Append. To. 5. Par. 2. Oper. S. August. Ser. 292. al. de Tempore 244. hæc verba non inveni; sed hæc num. 6. *Si erubescimus ac timemus Eucharistiam manibus sordidis tangere; plus timere debemus in anima polluta suscipere.*

(d) *Non est majus sterquilinium, quam homo peccator*; jam paulo ante notavi verbis ipsiusmet D. Bonaventuræ.

(e) Apud eundem Rugger. ibi ex S. Hieron. in cap. 1. Malach. *Pollutmus Corpus Christi, quando indigni accedimus ad Altare.*

(f) Apud R. P. Vincentium Houdry in Biblioth. Concionator. Verbo *Communio* §. 4. sub nomine *Chrysost.* sine designatione loci: *Non minus detestabile est in os pollutum, quam in sterquilinium mittere Dei Filium.* Ego autem verba hæc non inveni, sed quæ sequuntur Hom. 61. ad pop. Antioch. „ Quomodo Christi assistes tribunali, „ scelestis manibus & labiis ipsius Corpus impetens? Et fœtente quidem ore tuo Regem „ osculari non eligeres: Regem vero cœli fœtente anima deosculari? Factum hoc est „ contumelia. Dic mihi, immundisne manibus ad Sacrificium eligeres accedere? Non, „ ut ipse puto. Sed nec omnino malles accedere, quam manibus illotis. Ita in parvo „ quidem es tam reverens: sordidam autem „ habens animam accedis, & audes tangere.“

(g) Pariter in supra cit. Ep. S. P. F.

(h) Al. *est*.

Digitized by Google

pus visitationis suæ. Ideo gentibus frequenter in prædam data, novissime Romanis tradita est: & venerunt super eam omnia genera maledictionum, quæ in libro legis scripta sunt. Similiter his, qui gratiam Dei ingrati accipiunt, certa est damnatio. Si enim quis irritam faciens legem Moysi sine ulla miseratione moritur; quanto magis putatis deteriora supplicia mereri, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti polluerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Hæc supplicia possunt dici triplices plagæ: prima, multa damna bonorum spiritualium: secunda, sterilitas terræ, sive caristia (a) temporalium: tertia, pestes corporum, & strages hominum.

Luc. 19. 44.

Hebr. 10. 28. & seq.

Dilatatio primæ plagæ. Thren. 1. 10.

115. De prima plaga Thren. primo: Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus, quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas, ne intrarent in Ecclesiam tuam. Glossa: Hostis antiquus ad desiderabilia Ecclesiæ manum mittit, & spiritualem ornatum aufert, in membris suis fidem contaminans, baptismum rescindens, id est, gratiam in baptismo datam, doctrinam corrumpens, Corpus & Sanguinem Christi indigne tractans, & vasa pretiosa, id est, oves Christi quasi lupus devastans. Et causa tanti mali redditur; quia gentes, id est, carnem amantes, quasi præputium retinentes, & Christi circumcisionem non habentes, Ministri Altaris efficiuntur. (b)

Glossa ordinar.

Dilatatio secundæ plagæ. Deut. 28. 15. & seqq.

116. De secunda plaga Deut. vigesimo octavo: Si audire nolueris vocem Domini Dei tui, ut facias omnia mandata ejus, venient super te omnes maledictiones istæ. Maledictus fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ovium tuarum. Mittet Dominus super te famem, & esuriem, & increpationem in omnia opera tua. Hæ, inquam, plagæ venient, si audire nolueris mandata Dei, scilicet præcipue de Corpore Domini non indigne tractando, secundum illud Lev. vigesimo primo: Homo, qui habuerit maculam, scilicet peccati, non offeret panes Deo suo, nec accedet ad ministerium ejus.

Levit. 21. 17. & seq.

Gen. tertio: Quia comedisti de ligno, ex quo præcepi tibi, ne comederes, maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi.

Gen. 3. 17. & seq.

Dilatatio tertiæ plagæ. 1. Cor. 11. 28. & seqq.

117. De tertia plaga primæ Corinth. undecimo: Probet se ipsum homo &c. Qui enim manducat, & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit, id est, ad judicium mortis se obligat, & multi alii propter scelus unius sæpe feriuntur, unde sequitur: Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi, id est, somno mortis; (c) vel Dei verbere, vel prælatorum adversitate. Num. undecimo: Adhuc carnes erant in dentibus eorum, & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis.

Num. 11. 33.

Distinctio triplicis remedii, & ejus dilatatio.

118. Sed ecce contra has plagas, & omnia jam dicta mala, est triplex remedium. Primum est emendatio vitæ per pœnitentiam voluntariam. Secundum est correctio malitiæ per Superiorum disciplinam. Tertium est mutatio incorrigibilis personæ per justitiæ districtionem. De primo Joel. primo: Depopulata est regio, luxit humus, id est, habitatores humi; quia periit messis agri, id est, bona spiritualia & temporalia. Accingite vos, & plangite Sacerdotes, ululate Ministri Altaris, ingredimini, cubate in sacco Ministri Dei mei. Accingite vos, o Sacerdotes, & Ministri Altaris, cingulo pœnitentiæ; & plangite puro corde: ululate in confessione, & oratione. Ingredimini Ecclesiam per pœnitentiam, unde existis per culpam. Cubate in sacco, id est, delicias, quibus offendistis, per vitæ austeritatem recompensate, ut iram Dei possitis mitigare. De secundo Malach. tertio: Ecce venit Dominus exercituum, quasi ignis conflans, scilicet per justos Prælatos; & purgabit filios Levi, id est, Ministros Altaris; & erunt Domino offerentes Sacrificia in justitia. Et sic utique placata mitigabitur ira ejus. De tertio Ezech. vigesimo: Judicabo vos, dicit Dominus Deus, & subjiciam vos sceptro meo, & eligam de vobis transgressores & impios, sci-

Joel. 1. 10.

Ibi 11.

Ibi 13.

Malach. 3. 1. & seqq.

Ezech. 20. 36. & seq.

(a) Pro *caritate annona* in Amalth. Josephi Laurentii, nec non in Glossario Ducangiano, ubi sic lego: *Caristia, annona, caritas, Hispanis, & Italis.* Non ergo Alberti Magni, natione Germani. Ea voce plures inibi utuntur veteres Scriptores, inter quos Petrus de Vineis L. 1. Epist. 18. Lib. 3. Epist. 23.

(b) Confer ejusdem D. Bonav. Exposit. in Lament. Jerem. Proph. ibi.

(c) Pariter Glossa interlin.

Digitized by Google

scilicet ad abjiciendum eos, qui in malo perseverant (id est, incorrigibiles) dicit Glossa; ut scilicet justi restituantur loco eorum. Dicitur Isaiæ primo: Convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam, & auferam omne stannum tuum, & restituam judices tuos, sicut fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut antiquitus; scilicet tempore Moysi, & postea Machabæorum, & Apostolorum. Post hæc vocaberis Civitas justi, Urbs fidelis. Primi Mach. quarto: Cogitavit Judas de Altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret; & incidit illis consilium bonum, ut destruerent illud, ne forte esset illis in opprobrium: quia contaminaverunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret Propheta, & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificaverunt Altare novum secundum illud quod fuit prius &c.

Glossa interlin.

Isa. 1. 25. & seq.

1. Mach. 4. 44. & seqq.

SERMO XIX.

De secundo modo manducandi spiritualiter tantum. Thema generale, & proprium.

Prov. 9. 5. 1. Cor. 10. 1. 3.

119. *Venite, comedite &c.* (a) *Patres nostri omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.* Primæ Cor. decimo, id est, omnes boni Veteres in manna cibum invisibilem, scilicet Christum, spiritualiter intellexerunt, crediderunt, gustaverunt, & ab æterna morte per eum sanati sunt. (b) Secundus modus manducandi Christum est spiritualis tantum. Et isto modo omnes salvati ab initio mundi manducaverunt, & salvandi manducant. Ipsi vero non manducant, & tamen manducant. Augustinus (c): Non manducans manducat, & manducans non manducat; quia non manducans sacramentaliter, aliquando manducat spiritualiter, & e converso. Ecclesiastes sexto: Est vir, cui dedit Deus divitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ, ex omnibus quæ desiderat: nec tribuit ei potestatem, ut comedat ex eo; sed homo extraneus vorabit illud, scilicet cum magno desiderio spiritualiter manducandi. Nota. Circa spiritualem manducationem tria sunt consideranda, scilicet differentia personarum sic manducantium; ratio spiritualiter manducandi; & effectus manducationis hujus. Primum est differentia personarum sic manducantium, quæ triplex est, incipientium, proficientium, perfectorum. (d) Matth. quarto decimo: Manducantium fuit numerus quinque millia virorum, exceptis mulieribus, & parvulis. In parvulis incipientes, in mulieribus proficientes, in viris perfecti significantur.

Augustinus refert. in Glossa ordinar. super 1. Cor. 11.

Eccle. 6. 2.

Divisio trium circa spiritualem manducationem considerandorum.

Distinctio trium personarum, incipientium, proficientium, perfectorum. Matth. 44. 21.

120. Secundum est ratio, qua dicuntur jam dicti spiritualiter manducare. Unde sciendum, quod primi, scilicet incipientes, manducant spiritualiter ratione fidei salutaris. Secundi, scilicet proficientes, ratione bonæ conversationis. Tertii, scilicet perfecti, ratione devotæ meditationis.

Dilatatio de incipientibus. Hab. 2. 4. ad Hebr. 10. 38.

121. De primis Habac. secundo & ad Hebr. decimo: Justus ex fide vivit, tanquam ex cibo spirituali. Augustinus: Crede, & manducasti. (e) Credere enim in Christum est credendo eum amare, credendo in eum ire, (f) ipsi corde inhærere, in ipso delectari, & per veram caritatem membris ejus incorporari, (g) dicit Anselmus. (h). Secundi, scilicet proficientes, manducant ratione bonæ conversationis. Jo. quarto: Ego cibum habeo manducare, quem vos nescitis. Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me, ut perficiam opus ejus. Ecclesiastici quinto decimo: Qui timet Deum faciet bona, cibavit (i) illum pane vitæ &c.

Augustinus in Jo. Evang. c. 6. Tract. 25. n. 12. relat. de Consecrat. Dist. 2. cap. Ut quid. Anselmus in Epist. ad Rom. c. 4.

Dilatatio de proficientibus.

Jo. 4. 32. & 34.

Eccli 15. 1. 63.

Iste

(a) Al. heic *Thema proprium*.

(b) Vid. S. August. Tract. in Joan. Evang. 26. num. 11.

(c) Al. *Ambrosius*; sed *Augustinus* loc. cit. nec non apud ipsum D. Bonav. in 4. Dist. 9. in tex. Mag.

(d) Hæc divisio passim apud eundem D. Bonav. occurrit.

(e) Sic iterum D. Bonav. ibi Art. 1. Q. 2. in Fundam. Vid. Horolog. Ascet. piissimi Card. Joan. Bona Cap. 5. §. 25. De Communione spirituali.

(f) De Consecrat. Dist. 2. cap. *Credere in Jesum Christum*, ex August. super Joannem.

(g) In eod. 4. ibi in Exposit. sex. Dub. 1. *Proprietas manducationis magis in actu fidei invenitur; quia credens masticat recogitando, sed diligens non incorporat, sed incorporatur.*

(h) Confer Centiloq. Par. 3. Sect. 37. nec amplius dubita hæc a D. Bonav. tradita.

(i) Vid. inter Variantes Vol. 2.

Digitized by Google

Iste cibus bonæ conversationis consistit ex tribus virtutibus, quasi ex tribus ferculis, (a) scilicet innocentia, pœnitentia, & misericordia. De primo Ps. Ps. 101. 5. Percussus sum, ut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum, scilicet innocentiæ, dum delectabar cibo malitiæ. Augustinus: Augustinus Tract. 26. in Joan. n. 11. Panem de Altari spiritualiter manducare, est innocentiam ad altare apportare, debitoribus peccata dimittere (b). Ps. 126. 2. De secundo Ps. Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris, scilicet pœnitentiæ pro peccatis. Tob. Tob. 2, 5. & seq. secundo dicitur: Manducavit panem in luctu, & tremore, memorans illum sermonem, quem dixit Dominus per Amos 18. 10. Amos prophetam: Dies festi vestri, id est, gaudii in peccatis, convertentur in lamentationem, & luctum. Ps. Ps. 101. 10. Cinerem, scilicet pœnitentiæ, tanquam panem manducabam. De tertio Prov. Prov. 11. 17. undecimo: Benefacit animæ suæ vir misericors; quia dum pauper ab eo corporaliter reficitur, ipse multo magis a Deo spiritualiter pascitur. Apoc. Apocal. 3. 20. tertio: Ecce sto ad ostium, & pulso, in paupere scilicet. Si quis mihi aperuit januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo: & ipse mecum erit. Tertii, scilicet perfecti manducant spiritualiter ratione devotæ meditationis; Dilatatio de perfectis. Et in hac manducatione tria erunt, quæ in commessatione corporali consistunt, scilicet appetitus, masticatio, & delectatio. Primo debemus esurire spiritualiter Christum cibum nostrum, intimo corde desiderando. Secundo masticare, magna discretione cognitionis discutiendo. Tertio in eo delectari, dulcedinem eliciendo.

122. Primo debemus spiritualiter esurire Christum, ardenter desiderando. Dilatatio de spiritualiter Christum esurientibus. Job 31. 31. Job trigesimo primo. Si non dixerunt viri tabernaculi mei: Quis det de carnibus ejus ut saturemur? Quasi optabant, & desiderabant satiari. (c) Eccli 24. 29. Ecclesiastici vigesimo quarto: Qui edunt me, adhuc esurient. Gregorius: In Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 36. n. 1. spiritualibus deliciis saturitas appetitum parit; quia quanto magis eorum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur quod avidius ametur. (d) Isa. vigesimo sexto: Domine nomen tuum, & memoriale Isa. 26. 8. tuum in desiderio animæ. Ps. Domine ante te omne desiderium meum. Ps. 37. 10.

123. Secundo debemus spiritualiter manducantes masticare totum Christum, Dilatatio de spiritualiter manducantibus, & masticantibus totum Christum. scilicet membra, & caput, id est, nosmetipsos, & Sanctos, & Salvatorem Mundi, discreta discussione cogitare, nos ipsos dijudicando; Sanctorum vitam ad imitandum pertractando; Incarnationis Christi beneficia devota mente ruminando. (e) Primo perfecti masticant se ipsos, diligenter examinando, & dijudicando. Primæ Cor. undecimo: Probet se ipsum homo, id est, 1. Cor. 11. 28. examinet, & purget, & non alium, sed se ipsum totum, scilicet cor, linguam, manum &c. (f), & sic de pane illo edat. Secundo masticant Sanctos mortuos, & bonos, adhuc viventes, vitam eorum ad imitandum considerando. Matth. vigesimo secundo: Ecce Matth. 22. 4. prandium meum paravi, tauri mei, & altilia occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Tauri sunt Prophetæ, & Apostoli, qui fortitudine fidei, quasi cornu Principibus mundi restiterunt, & ab eis passi virtutum nobis exempla reliquerunt. Altilia ab alendo dicta, pinguia sunt volatilia, & signant Sanctos interna caritate saginatos, & contemplationis penna alta petentes. Occisa sunt, vel in eo quod fuerunt, per pœnitentiam; vel per mortem carnis, jam in requie posita. Hæc nobis sunt spiritualiter masticanda, id est, ad imitandum diligenter, considerandæ. Deut. quarto decimo: Omne Deut. 14. 20. & seq. quod mundum est, comedite; quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Omne mundum, id est, honestum verbis & moribus, & operibus; (g) comedite, id est, in corde ponite ad imitandum. Quod autem morticinum est, id est, peccato contami-

na-

(a) *Ferculorum* voce utitur quoque in Opusc. de quinque Festivit. Pueri Jesu Solemnit. 4.

(b) Verba S. August. ibi sunt hæc „ Videte „ ergo, Fratres, Panem cœlestem spiritaliter „ manducate, innocentiam ad altare apporta„ te..... Antequam ad altare accedatis, at„ tendite quid dicatis: Dimitte nobis debita „ nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus „ nostris &c. " Matth. 6. 12.

(c) Al. *saturari*.

(d) Confer Exposit. D. Bonav. in Sap. cap. 8. versus finem.

(e) Solita similiter desinentia.

(f) In 4. Dist. 9. Art. 2. Q. 3. in conclus. *peccati omnis expulsione*.

(g) Al. *honestis verbis, & moribus*, sine *operibus*.

Digitized by Google

natum, de vescamini ex eo, consentiendo, vel idem faciendo. Phil. quarto: De cætero, fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque justa, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate; quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Tertio perfecti masticant spiritualem carnem, scilicet Incarnationis ejus Sacramenta, & beneficia devote meditando. Jo. sexto: Qui manducat meam carnem, habet vitam æternam &c. Qui manducat, id est, spiritualiter masticat. Augustinus: Hoc pertinet ad virtutem Sacramenti, non ad visibile Sacramentum, (a) qui scilicet manducat intus, non foris; qui manducat in corde, non qui premit dente. (b) Et hoc est quod Apostolus vigilanter dicit tantum de bonis: Omnes eandem escam spiritualem manducaverunt.

Phil. 4. 8. & seq.

Jo. 6. 55.

Augustinus in Joan. Evang. Tract. 26. n. 12.

1. Cor. 10. 3.

Dilatatio de delectantibus in spirituali manducatione, & masticatione.

124. Tertio debemus in spirituali manducatione delectari interna dulcedine, quæ elicitur de Christi spirituali masticatione. Isa. quinquagesimo quinto: Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra, id est, in dulcedine spiritualis gratiæ; Sap. octavo: Intrans in domum meam conquiescam cum illa, scilicet cum Dei Sapientia, id est, cum Christo, (c) qui est sapida scientia. Non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tædium convictus illius; sed lætitiam, & gaudium; & in amicitia illius delectatio bona. Psal. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine &c. Gustate, & videte quoniam suavis est Dominus. Cant. quarto: Mel & lac sub lingua tua, id est, dulcedo spiritualis in meditatione cordis. Hæc dulcedo spiritualis quædam est prægustatio gaudii cœlestis, valens contra tria mala, quæ sunt in mundo. Ibi enim est falsa dulcedo in delectationibus utendis; grandis amaritudo in adversis sustinendis; tristis imago in bonis faciendis. De primo Prover. nono: Aquæ furtivæ dulciores sunt, & panis absconditus suavior; sed dulcedo falsa est, quia animæ perditio. Job vigesimo quarto: Dulcedo illius vermes. Ecclesiastes nono: Sicut pisces hamo capiuntur, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo. Esca foris delectat, sed aculeus intus perforat. Job vigesimo primo: Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. De secundo Psal. Hoc mare magnum, & spatiosum; quia scilicet in hoc mundo magna, & multa est amaritudo. (d) Jer. nono: Cibabo populum istum absinthio, & potum dabo eis aquam fellis. Job quarto decimo: Homo natus de muliere, brevi vivens tempore, repletur multis miseriis. De tertio Matth. decimo nono: Dixit Dominus cuidam diviti: Vade, & vende omnia quæ habes, (e) & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, scilicet me. Qui contristatus in verbo, abiit mœrens. (f) Primi Reg. vigesimo quinto: Dixerunt pueri David ad Nabal: Quodcunque invenerit manus tua da servis tuis, & filio tuo David. Qui respondit: Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris, quos nescio, unde sint? Gen. quarto: Factum est post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino, & non respexit ad Cain Dominus, & ad munera illius. Hujus causa fuit, quia male obtulit, scilicet tristi corde, & facie.

Sap. 8. 16. & 18.

Isa. 55. 2.

Ps. 30. 20.
Ps. 33 9.

Cant. 4. 11.

Prov. 9. 17.

Job 24. 20.

Eccle 9. 12.

Job. 21. 13.

Ps. 103. 25.

Jer. 9. 15.

Job. 14. 1.

Matth. 19. 21. & seq.

2. Reg. 25. 8.

Ibi 11.

Gen. 4. 3. 6 5.

Dulcedo spiritualis opposita dulcedini temporali.

125. Contra hoc valet dulcedo spiritualis, quia falsam dulcedinem mundi facit insipidam; grandem amaritudinem facit dulcem; tristem imaginem reddit jucundam. De primo Prov. vigesimo septimo: Anima saturata calcabit favum.

Prov. 27. 7.

(a) Ait ibi num. 11. etiam idem S. August. *Aliud est Sacramentum, aliud virtus Sacramenti.*

(b) Quippe ut loquitur secundum etiam D. Ambrosium Lib. 5. de Sacram. c. 4. & de iis qui mysteriis initiantur L. 7. c. 9. D. ipse Bonaventura de hoc Sacramento in 4. Dist. 12. Part. 1. Art. 2. Q. 1. ad opp. 4. & in respon. ad 4. *Non est cibus ventris, sed mentis.*

(c) Suprad. Expos. in cap. 8. Sap.

(d) Expos. in Psalter. ibi, Comm. in cap. 5. Apocal. n. 375. Serm. 2. Dom. 3. post oct. Epiph. &c.

(e) Vulg. *vade, vende quæ habes*; sed ut supra in Legen. S. Franc. cap. 3. & alibi. Vid. inter Variantes Vol. 1. & 2.

(f) Vulg. *cum audisset autem adolescens verbum, abiit tristis.*

Digitized by Google

vum. Gregorius: Gustato spiritu, desipit omnis caro (a). Phil. tertio: Quæ mihi fuerunt lucra hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora. De beato Augustino dicitur illud, scilicet quod displicebat ei quicquid agebatur (b) in sæculo, præ dulcedine Dei, & decore domus, quam dilexit. (c) De secundo Deu. trigesimo tertio: Inundationes maris quasi lac fugent, id est, boni dulcedine spirituali vincunt amaritudinem mundi. Quarti Reg. secundo: Eliseus misit sal in aquas amaras, & in dulces conversæ sunt; sic Christus sapore spirituali sanat amaritudinem mundi. Hinc lapidato Stephano lapides torrentis dulces fuerunt, & multis Sanctis etiam ardentes prunæ, & candentes testæ visæ sunt tanquam rosæ suaves; & multi Sancti gaudent in tribulatione. De tertio Dan. primo: Post dies decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Vultus eorum, quos panis satiabat, qui de cœlo descendit. Dicit Glossa: Apparuerunt meliores decore, & hilaritate ad benefaciendum: Prov. quinto decimo: Cor gaudens exhilarat faciem. Secundæ Cor. nono: Hilarem datorem diligit Deus.

Gregorius in I. p. L. 2. Hom. 36. n. 3. Phil. 3. 7. & seq.

Deut. 33. 19.

4. Reg. 2. 22.

Dan. 1. 15.

Glossa interlin. Prov. 15. 13. 2. Cor. 9. 7.

126. Tertium circa spiritualem manducationem notandum est, scilicet effectus hujus manducationis: & hic est triplex, scilicet peccatorum remissio; ab æterna morte sanatio; vera Corporis Christi ad salutem æternam participatio. De primo: Panem nostrum quotidianum, id est, cibum spiritualem &c. Augustinus (d): Qui manducant spiritualiter veritatem Carnis & Sanguinis Christi dicuntur sumere, & vere manducare, quia ipsam Corporis efficientiam quotidie habent, id est, peccatorum remissionem (e). De secundo Jo. sexto: Hic est panis de cœlo descendens: ut si quis ex eo (f) manducaverit, spiritualiter; non moriatur, scilicet morte æterna. Augustinus super Apostolum: Patres nostri eandem escam spiritalem manducaverunt quam & nos; corporalem vero alteram, id est, manna, quod significabat Christum, & idem credentibus efficiebat (g). Alii vero qui non crediderunt, manducaverunt, & mortui sunt æternaliter; quod non Moyses & alii boni. (h) Quare? Quia (i) cibum visibilem (k) spiritualiter intellexerunt, spiritualiter esurierunt, spiritualiter gustaverunt, ut spiritaliter sanarentur (l), scilicet a morte æterna. Similiter & nos spiritualiter manducando ab æterna morte liberamur. De tertio super illud primæ Cor. decimo: Unus panis, & unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Dicit Augustinus: Nulli ambigendum est hunc quemque corporis & sanguinis Domini participem fieri, quando membrum Christi efficitur, nec alienari abillius panis calicisque consortio, etiamsi antequam panem illum edat, & calicem bibat, de hoc sæculo in unitate Corporis Christi constitutus abscedat; quia illius Sacramenti beneficio non privatur, quando ille habere hoc, quod illud Sacramentum signat, invenitur. (m) Invenitur autem habere hoc, quod Sacramentum signat, quando membrum Christi efficitur, & hoc efficitur, quando credendo & amando spiritualiter manducat; quia sic in Christi Corpus vere convertitur, ut cum ipso æternaliter vivat. Amen. (n)

Jo. 6. 50.

Augustinus in Jo. Evang. Tract. 26. n. 12. super Apost. 1. Cor. 10. 1. & seqq. relat. de Consecr. Dist. 2. c. Inquis.

Augustinus ibi n. 11.

1. Cor. 10. 17.

Augustinus super illud 1. Cor. 10. Unus panis.

Dilatatio triplicis effectus in hujusmodi manducatione Corporis Domini.

Augustinus vel. Lat. in Glossa ordinar. super 1. Cor. 11. Quicumque.

(a) Ita ad sensum S. Gregorii loc. cit. P. Alphonsus Rodriguez Par. 1. Tract. 1. cap. 4. & sic etiam ipsemet D. Bonaventura in 1. Sent. Dist. 14. Dub. 5. ex eodem Gregorio fine designatione loci.

(b) Al. *agebat*.

(c) Al. sine his; sed cum his Responsorium Lect. VI. Festi S. August. Membran. Breviarii insignis Præposituræ Can. Regular. Lat. in Gries prope Bulsanum.

(d) Al. *Ambrosius*, sed *Augustinus* apud ipsum D. Bona. in 4. Dist. 9. in textu Mag.

(e) Ita ibi.

(f) Vulg. *ex ipso*; sed *ex eo* Vol. 1. Comment. in Joan. ibi.

(g) Al. *efficit*.

(h) Ibi *Aaron & Phinees, multi qui Domino placuerunt, & mortui non sunt*, scilicet æternaliter.

(i) Modus hic interrogandi, & respondendi, alibi apud D. Bona. maxime in Comment. Apocal.

(k) Al. *invisibilem*.

(l) Edit. Maurin. *satiarentur*.

(m) Ita apud ipsummet D. Bona. 4. Dist. 9. in tex. Mag. Ubi in marg. *Aug. in Lib. de remedio pœnitentiæ, De Consecrat. Dist. 2. c. Quomodo*.

(n) Al. sine *Amen*.

Digitized by Google

SERMO XX.

De tertio modo manducandi, scilicet sacramentali & spirituali simul. Thema generale & proprium.

Prov. 9. 5. Matth. 26. 26.

127. *Venite, comedite* &c. (a) *Accipite, & comedite: Hoc est Corpus meum*, Matth. vigesimo sexto. (b) Tertius modus manducandi Corpus Domini est sacramentalis, & spiritualis simul, quo boni Christiani communicant. Unde circa hunc modum possunt tria notari. Primum est multitudo non communicantium, scilicet malorum. Secundum magnitudo felicitatis bonorum Corpus Christi digne sumentium. Tertium ratio remanducationis sic manducantium.

Divisio trium notandorum.

De multitudine malorum non communicantium.

128. Primum circa hunc modum manducandi considerandum est multitudo malorum non communicantium. Cum enim triplex sit modus manducandi, scilicet sacramentalis tantum, quo mali Christiani manducant, & tamen non manducant: spiritualis tantum, quo boni non manducant, & tamen manducant: sacramentalis & spiritualis simul, quo soli boni Christiani manducant, & manducantur: restat ergo (c) ad divisionis hujus sufficientiam multitudo quædam malorum, qui nec manducant, nec manducantur, qui Corpus Christi non manducant, & ideo æterna morte peribunt. Nota non communicantium tria genera. Istorum tres sunt species sive turmæ. Primi infideles: secundi negligentes: tertii contemnentes. Infideles sunt, quorum corda per malitiam fallente Diabolo sic excæcata sunt, ut non possint credere & cognoscere Divina Sacramenta, pro salute mundi mirabili Dei Sapientia instituta. Negligentes sunt, qui temporalibus lucris, & sæcularibus negotiis in tantum se occupant, ut Sacramenti communionem debito tempore sumere negligant. Contemnentes (d) sunt, qui sceleribus tanto amore inhærent, quod Corpus Domini parvipendant sumere.

Distinctio trium specierum, sive turmarum.

129. De primis Jo. sexto: Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Quasi dicant: (e) Non credimus, quod possit dare. Sap. secundo: Erraverunt scilicet impii (f): excæcavit enim eos (g) malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei. Jo. tertio: Qui incredulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum. De secundis Matth. vigesimo secundo: Misit Rex servos suos vocare invitatos ad nuptias, dicens: Ecce prandium meum paravi, venite ad nuptias &c. Illi autem neglexerunt, & abierunt, alius in villam suam, alius ad (h) negotiationem suam. Glossa: In villam ire est terreno labori immoderate insistere. (i) Negotiari (k) vero terrenis lucris nimis (l) inhiare. Tales qui prandium Dominici (m) Sacramenti negligunt, quamvis fidem, & quædam opera caritatis habere videantur, tamen nisi pœniteant, (n) peribunt. Jo. sexto: Nisi manducaveritis carnem Filii hominis &c. Super illud Eph. tertio: Oro, ut possitis comprehendere, quæ sit sublimitas, & profundum, dicit Glossa: Profundum (o) caritatis sunt Sacramenta Ecclesiastica, quæ sunt profunda & investigabilia, & sunt fundamentum caritatis, sine quibus non valet caritas; id est, exteriora signa caritatis non valent ad salutem æternam sine Sacramentis, ea negligentibus. Num. nono: Si quis mundus est, & in itinere non fuit (p), id est, non habet impedimentum justæ necessitatis, & non fecerit phase; exterminabitur (q) anima illa de populis suis; quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo, peccatum suum ipse portabit. De tertiis secundi Paral. trigesimo: Perrexerunt cursores cum epistolis ex Regis Ezechiæ imperio, & Principum ejus in universum (r) Israel prædicantes: Revertimini ad Dominum Deum Abraham &c. (s), & venite ad san-

Jo. 6. 53. Dilatatio de infidelibus.

Sap. 2. 21. & seq.

Jo. 3. 36.

Matth. 22. 3. & seq. Dilatatio de negligentibus.

Glossa ordinar.

Jo. 6. 54.

Eph. 3. 18.

Glossa ordinar.

Num. 9. 13.

2. Par. 30. 6. & seqq.

Dilatatio de contemnentibus.

(a) Al. heic *Thema proprium*.
(b) Al. *Luc.* 21.
(c) Al fine *ergo*.
(d) Al. *contemptores*.
(e) Al. *diceret*; sed ut supra Comment. in Joan. ibi.
(f) Ita Exposit. in Lib. Sap. ibi.
(g) Sic ibi quoque. Vulg. *illos*, ubi pariter agit de *excæcatis mentibus infidelium*.
(h) Al. *negligentes abierunt, alii in villam suam, alii in* &c.
(i) Apud Lyranum *incumbere*.
(k) Al. *in negotiationem*.
(l) Apud eund. Lyran. absque *nimis*.
(m) Al. *Divini*.
(n) Sicut *pœniterent* Luc. 10. 13.
(o) Al. *profunda*.
(p) Al. *fuerit*.
(q) Al. *exterminetur*.
(r) Al. *universo*.
(s) Al. *Deum vestrum*.

Digitized by Google

sanctuarium ejus (a), scilicet ad faciendum phase, id est, ad suscipiendum Corpus Domini. Et quidam viri acquiescentes consilio, venerunt, aliis irridentibus, & subsannantibus eos. Jo tertio: Hoc est judicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem; erant enim opera eorum mala. Quasi diceret: Justo judicio excommunicantur, & condemnantur, qui plus diligunt peccatis inhærere, quam se præparare, & Christum suscipere. Canon: (b) Qui pro sceleribus suis duobus vel tribus annis non communicant, excommunicandi sunt, donec pœnitentiam agant. Luc. quarto decimo: Nemo virorum illorum, qui vocati sunt (& non venerunt) gustabit cœnam meam.

Jo. 3. 19.

Canon Fabiani Papæ De Consec. Dist. 2. *c. Si non.*

Luc. 14. 24.

130. Secundum circa hunc modum considerandum, est magnitudo felicitatis bonorum Corpus Christi digne sumentium. Et hoc probatur a tribus, ab optimæ partis electione; a Spiritus sancti participatione; ab ipsius Christi certa inhabitatione. Primo probatur felicitas digne communicantium magna ab optimæ partis electione; quia sicut beata Virgo tribus sibi propositis, scilicet esse matrem & non virginem, vel esse virginem, & non matrem, vel esse virginem & matrem, ultimam & optimam partem, scilicet esse utrumque simul elegit: sic isti inter tres modos manducandi Corpus Christi optimum elegerunt. Primus modus est manducandi sacramentaliter tantum, & non spiritualiter. Secundus tantum spiritualiter, & non sacramentaliter. Tertius sacramentaliter & spiritualiter simul. Hanc ultimam, & optimam partem, scilicet de primo modo comedendi (c) sacramentaliter, & de secundo comedendi (d) spiritualiter eligunt, & sic ex utraque parte quod melius est, comedunt, & ideo multo (e) felices sunt. Dicit Ecclesiastes octavo (f) Laudavi igitur lætitiam, quod non esset homini bonum sub sole, nisi quod comederet, & biberet, atque gauderet. Quasi diceret; (g) Expertus sum plura gaudiorum genera (h), & delectationum carnis, & mundi; & hæc omnia vanitas, & finis eorum mœror, & luctus. Unde laudavi præ omnibus lætitiam, scilicet veram, id est, testimonium bonæ conscientiæ; & quod non esset homini sub sole bonum, id est, melius in hoc mundo, nisi quod comederet panem, scilicet qui de cœlo descendit; & biberet vinum, quod lætificat cor hominis (i), id est, (k) Sanguinem Domini. Secundo probatur felicitas istorum magna a Spiritus sancti participatione: Psal. octuagesimo: De petra, melle saturavit eos, quia scilicet felices sugunt de Corpore Christi dulcedinem Spiritus sancti (l). Dicitur Sap. duodecimo: O quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus in nobis (m), quia scilicet fluit in nos (n) de tuo corpore: Augustinus; Participatione Corporis & Sanguinis Christi homo vivit, non sumens tantum in Sacramento (o) quod & mali faciunt; sed pertingens usque ad Spiritus sancti participationem, ut in Corpore Domini tanquam membrum maneat, & ejus spiritu vegetetur. Tertio probatur ab ipsius Christi certa inhabitatione. Jo. sexto: Qui manducat carnem, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hilarius: Accepta carne Domini, & hausto sanguine, id efficitur, ut nos in Christo (p), & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse (q) per carnem, dum carnem ejus accipimus; & sumus nos in eo, dum secum hoc (r) quod nos sumus, in Deo est.

De felicitate digne communicantium probatio triplex.

Dilatatio primæ probationis ab optimæ partis electione.

Dilatatio secundæ probationis a Spiritus sancti participatione. *Ps.* 80. 17.

Sap. 12. 2.

Augustinus super Joan. De Consecra. Dist. 2. *c. Credere in Jesum.*

Dilatatio tertiæ probationis ab ipsius Christi certa inhabitatione. *Jo.* 6. 57.

Hilarius L. 8. *de Trinit. ante med.*

131. Tertium circa hunc modum considerandum (s) est ratio remanducationis digne manducantium, de qua remanducatione dicitur, quod tales manducant, & manducantur. Et ratio hujus est, quia dum Corpus Domini a fi-

De modo remanducationis digne manducantium.

Eccle 8. 15.

(a) Al. *sacrificium*.
(b) Vid. in 4. Dist. 12. Par. 2. in tex. Mag. apud ipsummet D. Bonav.
(c) Al. *comedere*.
(d) Al. iterum *comedere*.
(e) Al. *multum*.
(f) Al. mendose 2.
(g) Al. *dicat*.
(h) Al. *plurima genera gaudiorum*.
(i) Ita Glossa interlin. apud Lyranum.
(k) Al. *scilicet*.
(l) Pariter Ser. 4. in die Sancto Pentec. inter Sermones editos sub ejusd. S. Bona. nomine.
(m) Vulg. *in omnibus*, sed etiam *in nobis* exposit. in Sap. ibi.
(n) Al. *qui scilicet fluit in nobis*.
(o) Al. *tantum Sacramentum*.
(p) Al. *in ipso*.
(q) Al. *est enim in nobis Christus*.
(r) Al. *& in eo sumus, dum se cum hoc* &c.
(s) Al. *consideranda*.

Digitized by Google

delibus digne manducatur, non ipsum ut alius cibus in manducantem convertitur; sed e converso ille (a) vere manducans in illud spiritualiter mutatur. Nam manducantem se Dominus sui Corporis membrum facit, & sibi incorporans, per caritatem unit, & imagini bonitatis suæ similem efficit. Primæ Cor. decimo: Unum corpus multi sumus, omnes qui de uno pane participamus. Item duodecimo: Vos estis corpus Christi, & membra de membro. Quod autem vere manducando Corpus Christi, non illud in nos; sed nos in illud convertimur; triplici similitudine probatur. Prima sumitur de virtute nostri amoris. Secunda de virtute rei majoris. Tertia de virtute surculi arboris. Prima sumitur de virtute nostri amoris. Hæc est enim vis nostri (b) amoris, transformari cor amantis in amatum, id est, amati fortunæ prosperæ, & adversæ assimilari. Hugo: Tanta (c) vis amoris est, ut talem te esse necesse sit, quale illud est, quod amas; & cui per affectum conjungeris, in illius similitudinem ipsa quodammodo dilectionis societate transformaris (d). Cant. octavo: Pone me ut signaculum super cor tuum. Super cor tanquam super ceram calidam, puram, & mollem, aptam susciperе impressam imaginem. Super cor ergo calidum amore Dei, purum munditia sui, molle pietate proximi, Corpus Christi ut sigillum ponitur, (e) non ut ipsum, quod immutabile est, in nos mutetur, sed nos in imaginem bonitatis ejus transmutemur. (f) Secunda similitudo ad idem sumitur de virtute rei majoris. Nam si gutta aquæ in magnum vas vini fundatur, virtute multitudinis vini aqua ex toto in illud mutatur. Sed virtus Dominici Corporis ineffabilis est magnitudinis, & nos multum exigui respectu illius. Ps. Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus. Item: Substantia mea tamquam nihilum ante te. Isa. quadragesimo: Ecce gentes, quasi stilla situlæ. Magnitudo itaque virtutis & dulcedinis Christi infusa exiguo & humili cordi nostro, vincit illud, & a se deficere faciens, in illam convertit, ut jam non mundanis hominibus, non nobis ipsis, sed Christo in voluntate, sermone, bona conversatione, similes simus. Ps. Defecit caro mea, & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum (g). Item: Defecit in salutare tuum anima mea. Tertia similitudo ad idem sumitur de virtute surculi arboris. Hæc est enim proprietas surculi bonæ arboris, si trunco inseratur etiam silvestri, quod naturali virtute prævalens, illius amaritudinem in suam dulcedinem, & nobilitatem convertit, & similem sibi fructum bonum proferre facit. Sic Corpus Christi nobis insitum defectus nostros evacuat, & in suam nos bonitatem trahit, ut quales ipse frondes, flores, & fructus justitiæ facit, tales & nos per eum faciamus. Hinc Spiritus sanctus dicit Ezech. decimo septimo: Sumam de medulla Cedri sublimis & de vertice ramorum ejus; & plantabo super (b) montem excelsum, & erumpet (i) in germen, & faciet fructum. Cedrus sublimis est Deus Pater. Rami eminentiores antiqui Patres. Vertex ramorum Beata Virgo. Medulla cedri æterna Dei Sapientia. Pars de ramorum vertice caro sumpta de Virgine. Spiritus ergo sanctus medullam Cedri, & partem de summo ramo sumpsit; quia Christi Incarnationem fecit, & hunc quasi surculum nobilissimum plantat superper (k) montem excelsum, cum fideliter a terrenis desideriis ad cœlestia elevatis Dominici Corporis tribuit Sacramentum. Hinc fructus erumpit; (l) quia cor fidele, virtute Corporis Domini, propria amaritudine relicta virtutiorum, similes Christo spirituales frondes, flores, & fructus virtutum, & bonorum operum facit. Hinc est dictum Augustino: (m) Cibus sum (n) grandium, id est, perfectorum (o) Cant. primo: (p) Trahe me post te, me scilicet mutando in te

1. Cor. 10. 17.
Ib. 12. 27.
Quod nos in Corpus Christi mutamur, probatio a triplici similitudine.
Similitudo prima de virtute nostri amoris.
Hugo de S. Vict. apud ipsum Bona. in §. 6. 2. Soliloq.
Cant. 8. 6.
Similitudo secunda de virtute rei majoris.
Ps. 146. 5. & 38. 6.
Isa. 40. 15.
Ps. 12. 26. & 118. 81.
Similitudo tertia de virtute surculi arboris.
Ezech. 17. 22. & seq.
Augustinus L. 7. Conf. c. 10.
Cant. 1. 3.

(a) Al. *illud*.
(b) Al. sine *nostri*.
(c) Al. *ea*.
(d) Ita ibi D. Bona. ex eod. Hug.
(e) Confer supra Tract. de Vite myst. c. 45. n. 153. & Expos. in Cant. ibi.
(f) Confer supra inter Sermones D. Bona. De Diversis Ser. 11. n. 10.
(g) Al. sine hoc textu.
(b) Al. *in*.
(i) Al. *rumpet*.
(k) Al. rursum *in*.
(l) Al. *erupit*.
(m) Vel *Augustini*.
(n) In 4. Dist. 11. Par. 2. Ar. 2. Q. 1. in concl.
(o) Ibi Dist. 8. Par. 1. Dub. 1. Hoc tamen Aug. dicit de Deo ut est veritas, non de Eucharistia.
(p) Al. mendose 2.

Digitized by Google

te, violentia meæ dilectionis, magnitudine tuæ dulcedinis, virtute firmæ insitionis (a), ut non remaneat (b) in me radix amaritudinis, sed prævaleat operando in me virtus & dulcedo tuæ bonitatis. Gal. secundo: (c) Vivo ego (d), jam non ego, vivit vero in me Christus. *Gal. 2. 20.*

SERMO XXI.

De duodecim fructibus Corporis Christi contra duodecim languores, qui ante hoc Opusculum depicti sunt in similitudinem cujusdam Arboris (e). Et primo de quatuor primis.

132. *Venite, comedite* &c. Thema speciale. *Pater meus usque modo operatur, & ego operor*, Joan. quinto. Aliud: *Altissimus de terra creavit medicamenta*, (f) Ecclesiastici trigesimo octavo: Thema proprium: *Benedictus fructus ventris tui*, Luc. primo. *Ascendam in palmam*, id est, in Crucem, *& apprehendam fructus ejus*. Cant. septimo. (g). *Prov. 9. 5. Jo. 5. 17. Eccli. 38. 4. Luc. 1. 42. Cant. 7. 8.*

133. Sextum principaliter circa Sacramentum Dominici Corporis notandum, est effectus bonitatis suæ, sive virtus spiritualis. Nam quia parentes primi, per vetiti a Deo pomi gustum corrupti, multas infudere miserias suo generi, necessarium fuit medicamento Salvatoris miseris subveniri. Circa quod sciendum, quod nostræ miseriæ tres sunt generales, sc. vincula culpæ, defectus gratiæ, mortis plagæ. De primo Psal. Funes peccatorum circumplexi sunt me. Et in fine Paralipom. (h) Incurvatus sum multo vinculo ferri, id est, peccati. De secundo Ps. Imperfectum meum viderunt oculi tui. Item: Anima mea sicut terra sine aqua tibi, id est, arida & sterilis, sine fluentia gratiarum, & germine virtutum. De tertio. Ps. Circumdederunt me dolores mortis. Item: Amove a me plagas tuas. *Divisio trium miseriarum nostrarum generalium, quæ sunt vincula culpæ, defectus gratiæ, mortis plagæ. Ps. 118. 61. 2. Paral. post 36. in Oratione Manasse. Ps. 138. 16. Ps. 142. 6. Ps. 114. 3. Ps. 38. 11.*

Job sexto decimo: Concide me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas. In qualibet istarum trium miseriarum generalium intelliguntur quatuor mala specialia, quasi duodecim languores speciales, ad quos curandos ordinantur duodecim effectus sive fructus Dominici Corporis. Apoc. vigesimo secundo: Ostendit mihi (Angelus) lignum vitæ afferens fructus duodecim, per singulos menses reddens fructum, & folia ligni ad sanitatem Gentium, id est, ad curandos nostros duodecim defectus, sive languores (i). Ps. Benedic anima mea Domino. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes infirmitates tuas. Isti duodecim languores, & fructus, sunt depicti ante hoc Opusculum in specie duarum Arborum. (k) Et potest hic de quatuor languoribus primis, & fructibus dici, & de aliis in sequenti. *Job 16. 15. Apoc. 22. 1. & seq. Ps. 102. 2. & seq.*

134. Prima quatuor mala nostra, sive languores, sunt quasi vincula culpæ, quibus multæ stringuntur animæ, scilicet dæmonis tentatio, fomitis repugnatio, cordis macula, creatoris offensa. Contra hæc valet fructus Virginis, scilicet Corpus Salvatoris. De primo languore Eph. sexto: Induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Ecclesiastici undecimo: Multæ sunt insidiæ dolosi, scilicet diaboli; quia de diversis vitiis, & multis modis tentat. Primæ Petr. quinto: Vigilate, quia adversarius &c. Glossa: Circuit tanquam hostis, clausos obsidens muros, explorat an sit aliqua pars murorum minus stabilis, cujus aditu ad interiora penetretur. (l). Offert oculis formas illicitas & faciles voluptates, ut visu (m) destruat castitatem; aures per canora tentat, ut Christianum molliat rigorem; linguam convicio provocat, manus injuriis lacessentibus ad cædem instigat, honores terrenos promittit, ut cœlestes adimat. Ps. Persecutus est inimicus animam *Distinctio quadruplex. Dilatatio de primo languore ex dæmonis tentatione. Eph. 6. 11. Eccli 11. 31. 1. Petr. 5. 8. Glossa ordinar. Ps. 142. 3.*

(a) Al. *insertionis*.
(b) Al. *maneat*.
(c) Al. iterum mendose *6*.
(d) Vulg. *autem*; sed *ego* in Bulla Can. S. P. F.
(e) Al. tantum *De duodecim effectibus sive fructibus Corporis Christi contra nostros XII. languores*. Vid. supra in Prol.
(f) Al. *medicinam plasmavit*. Et de prædictis *medicamentis* in Prol. 4. Sent.
(g) Sic Exposit. in Cant. ibi, ac supra Tract. de Vite myst. c. 46. n. 162. & seq.
(h) Ita olim in antiquis Bibliis; nunc autem extra Canonem. Conc. Trident. Allegatur cap. 2. Incend. sive Incent. amor. Cap. 1. Soliloq. &c.
(i) Similiter Comment. in Apocal. ibi.
(k) Al. sequentia desunt usque *Prima quatuor mala*. Pariter autem quoad prædictum textum, & sensum, in dicto Prologo 4. Sent.
(l) In utroque Cod. Lunælac. & Vindobon. modo desiderantur.
(m) Al. *usu*.

Digitized by Google

Dilatatio de secundo languore ex fomitis repugnatione. *Gal. 5. 17. Rom. 7. 23. Gloſſa inter.*

mam meam. De ſecundo Gal. quinto: Caro concupiſcit adverſus ſpiritum &c. Rom. ſeptimo: Video aliam legem in membris &c. Gloſſa: *(a)* Video aliam legem, id eſt, fomitem peccati; qui regnat in membris meis, ut in oculo ad concupiſcendum, in lingua ad maledicendum, in manu ad malefaciendum *(b)*, & ſic de aliis; repugnantem legi mentis meæ, id eſt, Legi Dei. De tertio Jer. ſecundo: Si laveris te nitro, maculata es in iniquitate tua *(c)* coram me. Prov. vigeſimo: Quis poteſt dicere: Mundum eſt cor meum, purus ſum a peccato? Eccleſiaſtes ſeptimo: Non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. De quarto Deut. nono: Memento, & ne obliviſcaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum. Et quia quanto major culpa, tanto major contra peccatorem ira Divina, Zach. primo: Ego iratus ſum parum, ipſi vero adjuverunt in malum. Auguſtinus: Juſtitia Dei non ſinit eſſe dedecus culpæ ſine decore juſtitiæ. *(d)*

Dilatatio de tertio languore ex cordis macula. *Jer. 2. 22. Prov. 20. 9.*

Eccle 7. 2.

Dilatatio de quarto languore ex creatoris offenſa. *Deut. 9. 7.*

Zach. 1. 15.

Auguſtinus 2. Conſeſſ. c. 12. in fin. & Ser. de Innocentib.

135. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor Dominici Corporis fructus primi, qui nos liberant a vinculis culpæ. Dæmonem fugat, fomitem refrigerat, maculam cordis mundat, iram Dei placat. De primo fructu Tob. ſexto: Si cordis particulam ſuper carbones ponas *(e)* fumus ejus extricat omne genus dæmoniorum *(f)*. Flumen in quo piſces ſunt, ſignificat mundum. Omnes piſces ejus diverſa genera hominum. Piſcis ille magnus gentem Judæorum. Cor piſcis quaſi membrum nobiliſſimum, & ex quo vita procedit, *(g)* beatam Virginem. Particula cordis ſignificat Corpus Salvatoris de Virgine ſumptum. Hoc debet ſuper carbones poni, id eſt, fidelibus accenſis igne Divini *(h)* amoris doneri. Tunc fumus ejus, id eſt, virtus ſpiritualis, fugat tentationes dæmonum. Pſ. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus &c. De ſecundo fructu Pſ. eodem: Selmon mons Dei, Mons Dei, eſt Chriſtus. Selmon interpretatur umbra. *(i)* Chriſtus eſt ergo umbra noſtri refrigerii, quia ut dicit Gloſſa: De Corpore Chriſti manat umbra gratiæ, quæ nobis defenſaculum eſt contra incentiva vitiorum, & carnalis concupiſcentiæ. Unde dictum eſt Virgini: Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi, id eſt, umbram faciet &c. *(k)* Umbra enim fit de corpore, & lumine. Lumen eſt Verbum Dei, corpus Caro Chriſti. Acceſſit lumen corpori, id eſt, Verbum Carni. Verbum enim Caro factum eſt. Dum ergo fidelis Corpus Chriſti ſumit, ſpirituale refrigerium percipit, quaſi de umbra gratiæ, quæ de ipſo fluit. Oſee quarto decimo: Ero *(l)* quaſi ros, *(m)* Iſrael germinabit quaſi lilium. De tertio fructu Iſai. ſexto: Volavit ad me unus de Seraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat *(n)* de altari, & dixit: Ecce tetigit hoc *(o)* labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur. Lapis iſte pretioſus *(p)* ſumptus de altari, ſignificat Corpus Chriſti. *(q)* Et dum eo os cordis tangitur, peccatum veniale mundatur. Auguſtinus *(r)*: Dominus dedit

Diſtinctio quatuor primorum fructuum Dominici Corporis contra prædicta quatuor mala.

Dilatatio de primo fructu, qui dæmonem fugat. *Tob. 6. 8.*

Pſ. 67. 2.

Dilatatio de ſecundo fructu qui fomitem refrigerat. Selmon, id eſt, umbra. *Ibi 15. & ſeq. Gloſſa ordinar.*

Luc. 1. 35.

Io. 1. 14.

Oſe. 14. 6.

Dilatatio de tertio fructu, qui maculam cordis mundat. *Iſa. 6. 6. & ſeq.*

Auguſtinus ſive Auctor L. de Eccl. Dogm. c. 53.

(a) Ita D. ipſe Bona in 2. Diſt. 32. Ar. 2. Q. 1. ad opp. 1. Al. *Auguſtinus*, quem vid. L. de Continent. capp. 2. 7. & 33. L. 8. Confeſſ. c. 11. Ser. 45. de Temp. & L. 1. de Nupt. & Concup. c. 10.

(b) Alia ſimiliter deſinentia.

(c) Al. *in iniquitatibus ſuis*.

(d) Al. *vindictæ*; ſed ut ſupra in 2. Diſt. 36. Ar. 2. Q. 1. in concl. ubi Auguſtinus in citatis locis ſic loquitur quoad ſenſum, non quoad verbum.

(e) Al. *poſueris*.

(f) Al. *Dæmonum*.

(g) Ita alibi ſæpe.

(h) Al. abſque *Divini*.

(i) Sic S. Hieronymus juxta etymologiam *Selmon*.

(k) Expoſit. in S. Luc. Evang. ibi ſic idemmet S. Bonaventura „ *Virtus Altiſſimi obumbrabit tibi*, „ ſcilicet ne ſentias æſtum concupiſcentiæ, ſecundum illud: Sub umbra illius, quem deſi„ deraveram, ſedi &c. “ Cant. 2. 3. Vid. quoque in 3. Diſt. 3. Par. 1. Dub. 2. ad eundem text. S. Luc.

(l) Al. *ego:*

(m) Al. additur copulativa *&*.

(n) Al. *tulit*.

(o) Al. *tetigi* ſine *hoc*.

(p) Al. *præciſus*; ſed legendum cum Lunælac. Cod. *pretioſus*, quia Græc. deſignat *carbunculum*, ſeu gemmam ignei & flammei coloris, quomodo S. Hieron. nec non Aquila, Symmachus, & Theodotion, & ex iis alii Interpretes vertunt.

(q) Per hunc calculum Cyrillus & Baſilius intelligunt allegorice Chriſtum, Juſtinus SS. Euchariſtiam. Et quod *Caro Chriſti eſt ſicut carbo ignitus*, ait etiam Damaſcenus L. 4. c. 14. apud ipſummet D. Bona. in 4. Diſt. 12. Par. 2. Q. 1. ad opp. 3. & Q. 3. in Fundam.

(r) Al. *Gregorius*. Vid. in 4. ibi in tex. Mag.

Digitized by Google

dedit nobis Sacramentum salutis, ut quia nos quotidie peccamus, & ille jam mori pro peccato non potest, per hoc remissionem consequamur. De quarto fructu Prov. vigesimo primo: Munus absconditum extinguit iras. Lev. secundo: Si (a) de craticula fuerit sacrificium, æque simila oleo conspergetur, quam offerens Domino, trades manibus Sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio (b) & adolebit super altare in odorem suavitatis Domino. Panis in craticula coctus, & oblatus, & aspersus oleo, Christus est in cruce, pro nobis passus, & totus unctus Spiritu sancto. Hujus Sacrificii memoriale est hostia, quæ offertur in memoriam passionis Dominicæ. Hæc debet super altare adoleri, id est, accendi, quia in corde fideli cum fervore desiderii, & devotionis suscipi. Hic odor suavitatis est Domino, id est, tam gratus Deo, ut ob ejus gratiam remittat iram suam, & nos sibi reconciliet, & ad æternam pacem perducat. Amen.

Dilatatio de quarto fructu, qui iram Dei placat. *Prov.* 21. 14. *Levit.* 2. 7. & *seq.*

Glossa ordinar.

SERMO XXII.

De quatuor fructibus secundis.

136. *Venite, comedite* &c. Secunda quatuor mala nostra, sive languores, sunt quatuor defectus gratiæ, quibus multæ laborant animæ, scilicet defectus in cognitione sui, in dilectione proximi, in sapore spirituali, in consummatione boni. Contra hæc valet fructus ventris Virginis, scilicet Corpus Salvatoris.

Prov. 6. 5. Distinctio quadruplicis defectus.

137. De primo languore Gen. primo: Tenebræ erant super faciem abyssi. Quasi dicatur: Ab antiquo cor hominis fuit involutum ignorantia sui. Jer. decimo septimo: Pravum est cor hominis (c), & inscrutabile; quis cognoscet illud? Psal. Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me, & ab alienis parce servo tuo. Ab alienis, quibus scilicet vel alios peccare feci, vel aliorum peccatis consensi. Matth. septimo: Quid vides festucam in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? De secundo languore Matth. vigesimo quarto: Quoniam superabundavit (d) iniquitas, refrigescet caritas multorum. Ecclesiastici quadragesimo tertio: Frigidus ventus aquilo flavit, & gelavit crystallus ex (e) aqua. Defectus amoris probatur ab exterioribus signis. Primæ Joan. tertio: Qui habuerit substantiam hujus mundi, & viderit fratrem suum necessitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo; quomodo caritas Dei manet in eo? Jer. nono: Unusquisque a proximo suo se custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam; quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet, & vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur (f) &c. Prov. vigesimo: (g) Pondus & pondus, mensura & mensura, utrumque abominabile est apud Deum. Glossa: Diversum pondus, & diversam mensuram habet in domo sua, ut aliter sibi, aliter proximo metiatur, qui in suis semper actibus, quæ laudentur, in proximo (h) quæ vituperentur, quærit. Sed qui in temporalibus sibi majorem, proximo minorem mensuram dare studet, quia defectum dilectionis habet, Deo displicet. Similiter est de eo, qui malo verbo, vel facto, proximum contristat, (i) lædit, vel damnificat. De tertio Jer. trigesimo primo: Omnis homo qui comederit uvam acerbam, obstupescent dentes ejus. Gregorius: Quid est uva acerba, nisi peccatum? Uva quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus desiderat satiari, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur (k) uvam acerbam comedit, dentes ejus obstupescent; quia qui præsentis mundi delectatione (l) pascitur, interni

Dilatatio de primo languore, qui est defectus in cognitione sui. *Gen.* 1. 3. *Jer.* 17. 9.

Ps. 18. 13. & *seq.*

Matth. 7. 3.

Dilatatio de secundo languore, qui est defectus in dilectione proximi. *Matth.* 24. 12. *Eccli.* 43. 22.

1. *Jo.* 3. 17.

Jer. 9. 4. & *seq.*

Prov. 20. 10.

Glossa ordinar.

Dilatatio de tertio languore, qui est defectus in sapore spirituali. *Jer.* 31. 30. *Gregorius Moral.* L. 21. c. 33. n. 45. *Et ex eo Glossa ordinar.*

(a) Vulg. *sin*; sed *si* vel apud Lyran.

(b) Al. *Si de craticula fuerit oblatio similæ conspersa oleo, tollet memoriale de ipso* &c. Porro passim in hoc Libro Levitici, cum absolute dicitur *sacrificium*, intelligitur sacrificium ex simila, propter pauperes institutum; non enim poterant omnes emere animalia. Typus erat Sacrificii Eucharistiæ, & certe verum Sacrificium, ut ait Gordonus.

(c) Quære inter Variant. Vol. 1.

(d) Ita uterque Cod. & Edit. Vulg. *abundavit.*

(e) Sic ibi. Vulg. *ab.*

(f) Al. in singulari *loquetur.*

(g) Al. mendose re.

(h) Al. *proximi.*

(i) Al. *contristatur.*

(k) Al. *Sed qui.*

(l) Al. *vita & mundi delectationibus.* Glossa ordin. *deliciis.*

Digitized by Google

terni ſenſus ejus ligantur, ut jam ſpiritualia mandere, id eſt, ſapere (a) nequeant. Hoc figuratum eſt Num. undecimo in populo Iſrael, qui in Ægypto carnibus cum allio, & cepis ſatiatus fuerat, & poſtea talia in deſerto concupiſcens, panem cœleſtem, ſcilicet manna dulciſſimum, cum nauſea reſpuebat. Primæ Cor. ſecundo: Animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus (b) Dei. Gloſſa: Animalis homo dicitur carnalis homo, qui fertur diſſoluta laſcivia animæ ſuæ. De quarto Gal. tertio: Sic ſtulti eſtis, ut cum ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini. (c) Item Prov. ſecundo: Relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas. Luc. octavo: Qui ſupra petram (hi ſunt) qui cum audiunt verbum, cum gaudio ſuſcipiunt; & hi radices (d) non habent, ſcilicet ſtabilitatem firmæ voluntatis, (e) quia ad tempus credunt &c. Cant. ſeptimo: Mane ſurgamus: videamus, ſi floruerit vinea: ſi flores fructus parturiunt. Dicit Gregorius (f): Non eſt intuendum, ſi vineæ floreant (g), ſed ſi flores ad partum fructuum convaleſcant; (h) quia (i) non eſt mirum, ſi quis bona inchoet, (k) ſed valde eſt mirabile, ſi intentione bona in bono opere perſeveret. (l)

Num. 11. 1. & *ſeqq.*

1. *Cor.* 2. 14.

Gloſſa ordinar.

Dilatatio de quarto languore, qui eſt defectus in conſummatione boni.

Gal. 3. 3.
Prov. 2. 13.
Luc. 8. 13.

Cant. 7. 12.

Gregorius Moral. L. 12. *c.* 53. *n.* 61.

Excitio quatuor ſecundorum fructuum Corporis Dominici.

138. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor ſecundi fructus Corporis Domini, qui nos hic in gratia perficiunt. Intellectum enim ad ſe cognoſcendum illuminant, Voluntatem ſive affectum in dilectione Dei inflammant. Memoriam ſpirituali dulcedine delectant. Totum hominem in bono confirmant (m).

Dilatatio de primo fructu, qui ad cognoſcendum illuminat.

Prov. 24. 13.

139. De primo fructu Prov. vigeſimo quarto: Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt. Mel eſt ſapientia Dei increata, in cibum dulcem nobis præparata. Hoc bonum eſt ad ſpiritualem medicinam, quia illuminat mentem. Primi Reg. quarto decimo: Vidiſtis ipſi (n) quia illuminati ſunt oculi mei, eo quod guſtaverim paululum de melle iſto. Iſa. ſeptimo: Butyrum & mel comedet, ut (o) ſciat reprobare malum, & eligere bonum. Pſ. Dominus illuminatio mea. Accedite ad eum, & illuminamini, ſcilicet ad cognoſcendam veritatem (p). De ſecundo fructu dicitur Iſai. ſexto, quod Angelus tulit calculum de Altari, & tetigit os Iſaiæ. Calculus eſt carbunculus, ſic dictus; quia ignitus ut carbo, & ſignificat Corpus Domini de Altari ſumptum, & caritate inflammatum: quia accendit amore corda fidelium. (q) De tertio Pſ. Guſtate, & videte, quoniam ſuavis eſt Dominus. Eccleſiaſtici quadrageſimo nono: Memoria Joſiæ in compoſitione odoris, facta opus pigmentarii; in omni ore, quaſi mel indulcorabitur. Joſias, qui interpretatur fortitudo Domini, Chriſtum ſignificat, (r) dicit Gloſſa. Memoria ergo Chriſti, id eſt, Sacramentum Corporis ejus, quod in memoriam ſui juſſit conſecrari, opus eſt odoriferum veri pigmentarii, id eſt, Spiritus ſancti, qui illud compoſuit de pretioſiſſimis ſpeciebus, ſcilicet de carne virginali, & ſapientia Dei. Hoc quaſi mel in ore cordis indulcoratur, ſi virtus ejus in ſalutem humani generis pie cogitatur. Cant. ſecundo: Sub umbra illius, quem deſideraveram vel deſiderabam (s) ſedi. Primo, fidelis anima Chriſtum deſiderat, æſtuat ſpiritu, & ſitit. (t) Secundo, umbram deſiderii in ſpe fructum obtinendi ſentit. Tertio, ſedet, expectat, orat, ut ſe totum ad ipſam reficiendam, & vivificandam, fru-

1. *Reg.* 14. 29.

Iſa. 7. 15.

Pſ. 26 1.

Pſ. 33. 6.

Dilatatio de ſecundo fructu, qui voluntatem in dilectione Dei inflammat.

Iſa. 6. 6. & *ſeq.*

Dilatatio de tertio fructu, qui memoriam ſpirituali dulcedine delectat.

Pſ. 33. 9.
Eccli. 49. 1.

Gloſſa ordinar.

Cant. 2. 3.

(a) S. Greg. & Gloſſa ordin. *intelligere*. Al. tantum *ſpiritualia ſapere*.

(b) Al. ſine *ſpiritus*.

(c) Al. *conſummamini*.

(d) Al. *radicem*.

(e) Sive *firmitatem caritatis, de qua Apoſtolus: In caritate radicati, & fundati &c.* Ita ſecundum Apoſtolum Eph. 3. 17. Expoſit. in Luc. ibi.

(f) Ita & Expoſit. in Cant. Al. *Gloſſa*; ſed Gloſſa ordinar. id ex Gregorio deſumpſit.

(g) Al. *ſi vinea floret*.

(h) Al. *convaleſcunt*.

(i) Al. additur *ſcilicet*.

(k) Al. *inchoat*.

(l) Al. *perſeverat*. Edit. Maur. *perduret*.

(m) Vide ſis in 4. Diſt. 8. Par. 1. Dub. 2.

(n) Al. ſine *ipſi*.

(o) Al. *manducabit omnis, qui relictus fuerit, & &c.*

(p) Al. *ad cognitionem veſtri*.

(q) Recolenda ſupradicta non procul a fine præcedentis Sermonis.

(r) In Procem. 4. Sent. *Per Joſiam intelligimus Chriſtum paſſum; Joſias enim interpretatur, ubi eſt incendium Domini, vel in quo eſt Sacrificium*, ſcilicet potens tollere omne peccatum.

(s) Ita Expoſit. in Cant. ibi. Al. tantum *deſiderabam*.

(t) Al. *ſiti*.

Digitized by Google

fructus infundat. Quarto, infusam ejus dulcedinem suaviter gustat.

Objectio cum solutione.

140. Nota, sed dicet (a) aliquis: Ecce sæpius, ut possum, me præparo, Corpus Domini sumo; sed nihil sentio (b) solatii spiritualis, sive (c) dulcedinis. Respondeo: Cibus iste sive fructus, medicina est hominis; unde sicut Medicus peritus quandoque quibusdam dat medicinam dulcem palato corporis, quandoque non sic, sed dulcem palato mentis, quæ quamvis non gutturi, tamen bene sapit rationi, pro eo quod dum sanat (d), mentem delectat; sic Dominus dat suis fidelibus dulce semper Corpus, sed dulcedinem suam alio modo istis, alio modo illis ostendit, prout cuilibet expedire novit. Hinc est, quod quidam dulcedinem istam sapiunt per affectum, & ardentiori delectantur devotione; & alii eandem dulcedinem sapiunt per pium intellectum, & sufficienti reficiuntur utilitate, in eo quod credunt, & intelligunt per hunc cibum sanctum veram vitam obtinere. Igitur quamvis non sapis dulcedinem Domini primo modo, id est, per affectum summæ (e) devotionis; sapis tamen secundo modo, scilicet per intellectum multæ utilitatis. De primo Isaiæ quinquagesimo quinto: Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra. Ambrosius: Panis candidissime habens omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem (f), qui nos semper reficis, & in te nunquam deficis, comedat te cor meum, & dulcedine saporis tui repleantur viscera animæ meæ. Panis dulcissime sana palatum cordis mei, ut sentiam suavitatem amoris tui. Sana illud ab omni languore, ut nullam præter te sentiam dulcedinem, nullam præter te amem pulchritudinem. De secundo est illud: Fructus ejus dulcis gutturi meo, id est, piæ & fideli menti, quæ credit, & intelligit, hunc cibum sanctum sibi esse utilissimum. Glossa: Dulcis fructus gutturi cordis (g), quia in eo intelligit anima (h) causam vitæ, dum & (i) corporaliter percipit. (k) Hæc dulcedo valet contra tria mala, quæ sunt in mundo. Require supra in Ser. XIX. post medium. (l)

Ambrosius in Orat. de Præparat. ad Miss. Sabbato inter Precationes hactenus Ambrosio adtributas Prec. 1. n. 8. in Append. To. 4.

Cant. 2. 3.

Gloss. interlin. & ordinar.

141. De quarto fructu (m) Ps. Panis cor hominis confirmat (n); quia scilicet Corpus Christi fideles suos in bona vita confirmat, & confortat finaliter. Tertii Reg. decimo nono: Comedit Elias panem, quem Angelus ministravit, & ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb. Horeb interpretatur mensa (o). Mons ergo iste est mons mensæ Dei, & significat satietatem cœlestis gloriæ. Panis itaque Corporis Christi confortat nos in vita bona, & bono opere, quadraginta diebus & noctibus, id est, toto tempore vitæ nostræ præsentis pœnitentiæ, usque ad montem & mensam Dei, id est, quousque perveniamus (p) ad altitudinem securitatis, & satietatem dulcedinis æternæ gloriæ. De his quatuor fructibus simul per figuram dicitur quarti Regum quarto: Eliseus incubuit super puerum, & posuit os suum super os ejus, & oculos suos super oculos ejus & manus suas super manus ejus; & calefacta est caro pueri. Per puerum fidelis anima, per Eliseum Christus (q) significatur: qui sicut sigillum ceræ, sic se conjungit animæ. Oculos super oculos ejus ponit, quia intellectum illuminat. Carnem calefacit, quia affectum caritate inflammat. Os super os ponit, quia gustum memoriæ spirituali dulcedine delectat. Manus super manus ponit, quia in bono opere usque in finem conservat, & sic totum hominem perficit, ut ad vitam æternam perducat. Amen.

Dilatatio de quarto fructu, qui totum hominem in bono confirmat. *Ps. 103. 15.*

3. Reg. 19. 8.

Horeb interpretatur mensa.

4. Reg. 4. 34.

(a) Al. *diceret*.
(b) Vindobon. *mihi accidit*.
(c) Al. absque *sive*.
(d) Al. *quod sanam mentem delectat*.
(e) Al. *firmæ*.
(f) Exposit. in cap. 11. S. Luc.
(g) Ita Interlin. apud Lyran.
(h) Al. sine *anima*.
(i) Al. *etiam*.
(k) Sic Ordinar. apud eundem Lyran.
(l) Supra num. 124. Et hujusmodi *Require supra in Sermone*, legere quoque est in Sermonibus jam editis S. Bonaventuræ. Vid. in fine Serm. 3. Dom. infra Oct. Ascens.
(m) *Postmodum de quarto fructu*.
(n) Ita in 4. Dist. 8. Par. 1. Dub. 2.
(o) Sic in Interpret. Nom. Hebraic. ad fin. veter. Biblior.
(p) Al. *veniamus*.
(q) Ser. sive Collat. 14. in Hexaem. nec non Exposit. in cap. 24. S. Luc.

Digitized by Google

SERMO XXIII.

De quatuor fructibus tertiis.

Prov. 9. 5. Divisio in quatuor alios nostros languores.

142. *Venite, comedite &c.* Vel similia de effectu, vel fructu. Tertia quatuor mala nostra, sive languores, sunt quasi mortis plagæ, quibus multæ gravantur animæ: scilicet debitum mortis æternæ; defluxus bonæ vitæ; exilium mundanæ miseriæ; incineratio (*a*) corporalis materiæ. Contra hæc valet fructus Virginis, Corpus Salvatoris.

Dilatatio de primo languore, qui est debitum mortis æternæ.

143. De primo languore Rom. septimo: Ego carnalis sum, venumdatus sub peccato. Primi enim parentes vendiderunt se, & totam suam progeniem, ad perpetuam servitutem diaboli, id est, (*b*) ad æternam mortem pro modica delectatione peccati. Gen. secundo: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quocumque enim die comederis ex eo, (*c*) morte morieris, id est, re & posteritatem tuam ad æternam mortem obligabis. Rom. quinto: Per unum hominem peccatum in hunc mundum intravit, & per peccatum mors. Mors, id est, certitudo mortis temporalis, & debitum æternæ mortis, nisi subveniret redemptio Salvatoris. Eph. secundo: Eramus natura filii iræ, sicut & cæteri, id est, (*d*) debitores æternæ mortis.

Rom. 7. 14.
Gen. 2. 17.
Rom. 5. 14.
Eph. 2. 3.

Dilatatio de secundo languore, qui est defluxus vitæ bonæ.

De secundo Ps. Dies mei sicut umbra declinaverunt. Item: Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanctus. Gen. quadragesimo septimo: (*e*) Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvi & mali, & non pervenerunt usque ad dies Patrum meorum. Item Gen. octavo (*f*): Sensus & cogitatio humani cordis ad malum prona sunt ab adolescentia sua. De tertio Gen. tertio: Emisit Dominus Deus (*g*) Adam de paradiso voluptatis, ut operaretur terram. Ps. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Hebr. undecimo: Juxta fidem defuncti sunt omnes isti (*h*) non acceptis repromissionibus, sed a longe eas aspicientes, & salutantes, & confitentes, quia peregrini sunt, & hospites super terram. Qui enim hæc (*i*) dicunt, significant se patriam inquirere. Et si quidem ipsius (*k*) meminissent, de qua exierunt (*l*), habebant utique tempus revertendi: nunc autem appetunt meliorem, id est, cœlestem. Hinc flens canit Ecclesia: Salve Regina misericordiæ. (*m*) Glossa super Canonicam Jacobi: Ne indignemini, si mali in Mundo florent, & si vos patimini, quia non est Christianæ dignitatis in temporalibus exaltari, sed potius deprimi. Mali enim nihil habent in cœlo, vos nihil in mundo. Unde spe illius boni, ad quod tenditis, quidquid in via contingat, gaudere debetis. (*n*)

Ps. 101. 12.
Ps. 11. 2.
Gen. 47. 9.
Gen. 8. 21.
Hebr. 11. 13. & seqq.
Glossa ordinar.

Dilatatio de tertio languore, qui est exilium mundanæ miseriæ.

De quarto Geneseos tertio: In sudore vultus tui vesceris pane tuo, donec revertaris in terram, de qua sumptus es, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. Job decimo: Memento quæso, quod sicut lutum feceris me &c. Ecclesiastici decimo quarto: Omnis caro sicut fœnum veterascet, & sicut folium fructificans in arbore viridi. Glossa: Sicut fœnum in terra, & folium in arbore, crescit, virescit, maturescit (*o*) arescit, & dejicitur; ita caro nostra.

Gen. 3. 19.
Job 10. 9.
Eccli 14. 18.
Glossa.

Dilatatio de quarto languore, qui est incineratio corporalis materiæ.

144. Contra hæc quatuor mala ordinantur quatuor tertii fructus (*p*) Dominici Corporis, qui (*q*) salvant nos a plagis mortis. Ab æterna enim morte liberant, merita bonæ vitæ multiplicant, ad patriam vitæ deducunt, ad æternam vitam corpus resuscitant. (*r*) De primo fructu Jo. sexto: Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducaverunt manna in deserto, & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex ipso manducaverit, non moriatur. Quia sci-

Divisio tertiorum quatuor fructuum Dominici Corporis Christi contra quatuor prædictas plagas mortis.

Dilatatio de primo fructu, qui ab æterna morte liberat. Jo. 6. 48. & seqq.

(*a*) Hac voce alibi quoque utitur D. Bonav.
(*b*) Al. *quod est*.
(*c*) Al. *ex ea*.
(*d*) Al. sine *id est*.
(*e*) Al. mendose 44.
(*f*) Al. iterum mendose 6.
(*g*) Al. sine *Deus*.
(*h*) Al. absque *isti*.
(*i*) Al. *hoc*.
(*k*) Al. *illius*.
(*l*) Al. *exierant*.
(*m*) Ita sine *mater* alibi quoque D. Bonav. Vid. Prodr. col. 664.
(*n*) Pariter alibi idemmet Bonaventura. Prædicta autem videri etiam possunt cum exigua varietate apud Lyran. in cap. 1. ejusd. Canon. Jac. ab init. ex d. Glos. ordin.
(*o*) Ita uterque Cod. Lunelac. & Vindobon. Al. *marcescit*.
(*p*) Al. *circumstantia*.
(*q*) Al. *quæ*.
(*r*) Al. omnia in singulari *liberat, multiplicat, deducit, resuscitat*. Vid. supra n. 138. in plurali.

Digitized by Google

scilicet non solum ab æterna morte, quæ est in inferno, sed etiam ab illa quæ fuit in limbo, virtute Corporis Christi liberatur. Et insuper hæc brevis mors corporis, in vitam æternam, quæ est in Cœlo, eidem commutatur.

Ose. 13. 14. Ose tertio decimo: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua, o mors, morsus tuus ero inferne. (a) De secundo fructu Jo. sexto: Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita; quasi pro multiplicandis meritis bonæ vitæ. Sicut enim puer parvulus per cibum corporalem crescit magnitudine, robore, & decore; sic fidelis anima per cibum Sacramentalem (b) proficit meritis bonæ vitæ.

Jo. 10. 14. Jo. decimo: Ego sum pastor bonus &c.

Ibi 10. Et supra (c): Ego veni, ut vitam habeant, & abundantius habeant.

Ps. 137. 3. Psal. Multiplicabis in anima mea virtutem.

Jo. 15. 5. Jo. decimo quinto: (d) Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum.

De tertio fructu Jo. sexto: Ego sum panis, qui de cœlo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; id est, deducam eum de exilio præsentis miseriæ ad cœlum.

Ambrosius L. 1. de initiandis c. 8. Ambrosius: Dominici Corporis figura præcessit, quando Deus in deserto manna Patribus pluit, qui quotidiano cœli pascebantur alimento: (e) quia sicut ille panis populum per desertum ad terram promissionis eduxit, (f) ita hæc esca cœlestis, fideles hujus sæculi desertum transeuntes, in cœlum subvehit (g). Unde recte viaticum appellatur, quia in via nos reficiens, usque in patriam deducit.

Jer. 12. 15. (h) Jer. duodecimo: Reducam virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam,

Prov. 3. 18. Prov. tertio: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam.

Glossa ordinar. Glossa: Sicut in medio Paradisi (i) fuit lignum vitæ, ita per Sapientiam Dei, quæ est Christus, vivificatur Ecclesia; cujus nunc Sacramento Corporis & Sanguinis, vitæ æternæ accipit (k) pignus. Si ergo Corpus Christi sumptum pignus est vitæ æternæ, & pignus non dimittitur, donec illud, pro quo impignoratum est, (l) accipitur; profecto per hoc ad vitam æternam perducimur.

De quarto fructu Jo. sexto: Qui manducat meam Carnem, & bibit meum Sanguinem, habet vitam æternam: & ego resuscitabo eum in novissimo die.

Jo. 6. 55. Verbum omnem (m) hominem resuscitabit.

1. Cor. 15. 21. Primæ Cor. quinto decimo: Quoniam quidem per hominem, scilicet Adamum, mors, scilicet omnium; ita per hominem (n), scilicet Christum, resurrectio mortuorum.

Ibi 51. Sed hæc resurrectio erit valde dissimilis. (o) Unde sequitur: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.

Rom. 14. 10. Rom. quarto decimo: Omnes stabimus ante tribunal Christi.

2. Cor. 5. 10. Secundæ Cor. quinto: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Sed non omnes immutabimur; quia soli electi propter Corporis Christi participationem, scilicet sacramentalem, vel spiritualem, surgent sole pulchriores. Reprobi vero resurgent infirmi, & miserrimi, & deformes.

Dan. 12. 2. & *seq.* Dan. duodecimo: Qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt, alii in vitam æternam, alii in opprobrium, ut videant semper. Et qui in vitam æternam, fulgebunt quasi splendor firmamenti. Et qui in opprobrium sempiternum, illos, ut dicitur Isa. tertio decimo, tor-

Isa. 13. 8. siones & dolores tenebunt; quasi parturiens, dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit, facies (p) combustæ vultus eorum. Quale semen est, quod cadit, talis surgit fructus de terra. Similiter qualis vita tua est, dum

Dilatatio de secundo fructu, qui merita bonæ vitæ multiplicat. *Jo.* 6. 52.

Dilatatio de tertio fructu, qui ad patriam vitæ deducit. *Jo.* 6. 51. & *seq.*

Dilatatio de quarto fructu, qui ad æternam vitam Corpus resuscitat. *Jo.* 6. 55.

(a) Al. tantum *De manu mortis liberabo populum meum.*
(b) Al. *spiritualem.*
(c) Al. *infra.*
(d) Al. *decimo quarto.*
(e) Al. tantum *Dominus in deserto manna Patribus pluit.*
(f) Al. *duxit.*
(g) Al. *subvenit.*
(h) Al. *in via reficiens, in patriam usque perducit.* Confer apud ipsum D. Bonav. 4. Dist. 8. Par. 1. in tex. Mag. & in Exposit. Dub. 3.
(i) Al. *in paradiso.*
(k) Al. *accepit.*
(l) Sic ambo præfati Codices. Al. *id pro quo impignoratur.*
(m) Al. *Verum enim.*
(n) Al. *Sicut per unum hominem mors scilicet omnium, ita per unum hominem &c.*
(o) Al. *Sed hoc valde dissimile.*
(p) Al. *alii in vitam æternam, qui & fulgebunt quasi splendor firmamenti: & alii in opprobrium, ut vivant semper, quos scilicet ut dicitur Isa. 13. Tortiones & dolores ut parturientes tenebunt, & facies &c.*

Digitized by Google

morieris, talis erit tempore ſuo tua reſurrectio. Seminatur zizania, & ſurgit ex ea deformis & odibilis herba. Seminatur triticum, & ſurgit frumentum pulchrum. Hæc figurata ſunt Gen. quadrageſimo primo in ſomnio Regis Pharaonis (a): Nam ſeptem ſpicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque pulcherrimæ, aliæ quoque ſeptem eſtipula (b) oriebantur tenues, & percuſſæ uredine, id eſt, vento urente, qui ſcilicet eas infirmavit, & denigravit. Septem ſpicæ deformes ſignant omnes reprobos cum magna deformitate in judicio apparentes. Septem vero pulcherrimæ omnes electos, cum glorioſis corporibus reſurgentes. De primo Nahum tertio: Ecce ego ad te malefica, id eſt, univerſitas damnatorum, dicit Dominus exercituum, (c) & revelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus (d) nuditatem tuam, & regnis (e) ignominiam tuam. De ſecundo Phil. tertio: Salvatorem expectamus Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ configuratum corpori claritatis ſuæ. Primæ Cor. quinto decimo dicitur: Seminatur in corruptione, ſurget in incorruptione. Seminatur in infirmitate, ſurget in virtute. Seminatur corpus animale, ſurget corpus ſpiritale. (f) Seminatur in ignobilitate, ſurget in gloria. Amen.

Gen. 41. 22. & ſeq.

Nah. 3. 5.

Phil. 3. 20. & ſeq.

1. Cor. 15. 42. & ſeqq.

SERMO XXIV.

De tribus effectibus principalibus ſacroſancti Corporis Domini, quorum quilibet valet ad tria.

Prov. 9. 5. Diviſio in tres effectus principales, cum eorum dilatatione.

145. *Venite, comedite &c.* Vel alia ſimilia de effectu, vel fructu. Sacroſanctum Corpus Domini tres habet effectus principales. Primus eſt peccatorum deſtructio. Secundus bonorum ſpiritualium largitio, vel augmentatio. Tertius animarum confortatio, vel vitæ æternæ collatio. De primo Dan. ſecundo: Videbas (g), donec abſciſſus eſt de monte lapis ſine manibus, & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis & fictilibus, id eſt, figmenta peccatorum, & comminuit eos. (h) Primæ Jo. tertio dicitur: In hoc apparuit Filius Dei, ut diſſolvat opera diaboli. De ſecundo Prov. duodecimo: Qui bonus eſt, hauriet ſibi (i) gratiam a Domino; quia ipſe eſt fons totius gratiæ. Eccleſiaſtici vigeſimo quarto: In me omnis gratia &c. (k) Tranſite ad me omnes, qui concupiſcitis me, & a generationibus meis implemini. De tertio Pſ. Panis cor hominis confirmet. Gen. decimo octavo dicitur: Ponam buccellam panis, & confortate cor veſtrum.

Dan. 2. 34.

1. Jo. 3. 8.

Prov. 22. 2.

Eccli. 24. 26. & ſeq.

Pſ. 103. 5.

Gen. 18. 5.

146. Eſt deſtructio peccatorum, & hoc ad tria; ad delendum (l) maculam cordis; ad mitigandum ſtimulum carnis; ad reſiſtendum cogitationibus pravis. De primo Pſ. Nive dealbabuntur in Selmon. Selmon mons Dei eſt, & interpretatur umbra. Et, ſicut dicit Gloſſa, Corpus Chriſti ſignificat: quia ſicut umbra fit de lumine & corpore, ita in Corpore Chriſti eſt lumen Divinitatis, & Caro humanitatis. (m) In hoc monte umbroſo ſuper nivem dealbabuntur fideles, quia virtute Corporis Chriſti incomparabiliter a macula peccatorum emundabuntur. Iſa. quadrageſimo tertio: Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me. De ſecundo Exo. ſexto decimo: Manet ros jacuit in ſimilitudinem pruinæ ſuper terram. Gloſſa: Panis cœleſtis in ſimilitudinem roris, & pruinæ ſemper apparebat; quia Corpus Chriſti a fervore vitiorum (n) refrigerat. Pſ. Tu dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas. Mare ſignificat multas miſerias hominis; motus fluctuum ſtimulum carnis. De tertio Cant. primo: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter ubera mea commorabitur. Myrrha ſervat corpora a vermibus incorrupta; ſic Corpus Chriſti

Diſtinctio trium in primo effectu principali Corporis Domini cum eorum dilatatione.

Pſ. 67. 5.

Gloſſa interlin. & ordinar.

Iſa. 43. 25.

Exo. 16. 13. & ſeq.

Gloſſa interlin.

Pſ. 88. 10.

Cant. 1. 12.

(a) Al. ſine *Pharaonis*.
(b) Al. *& ſeptem alia de ſtipula*.
(c) Al. ſine *exercituum*.
(d) Al. *genti*.
(e) Al. *regibus*.
(f) Al. *Seminatur corpus corruptibile, ſurget incorruptibile. Seminatur in infirmitate, ſurget in gloria. Seminatur corpus animale, ſurget in ſpirituale*.
(g) Al. *Videbam*.
(h) Al. *eam*, ſine *in pedibus ejus ferreis & fictilibus*.
(i) Vulg. abſque *ſibi*; ſed *ſibi* unus ex Codd. noſtris Bernardin. Et apud Lyran. *al. ſibi*.
(k) Vid. inter Variantes Vol. 1. & 2.
(l) Al. *dealbandum*.
(m) Supra ſub num. 135.
(n) Al. *peccatorum*.

Digitized by Google

si corda fidelium a pravis cogitationibus illæsa: quia cum dilectum Dominum accipimus & (a) suscipimus, si fasciculum myrrhæ, id est, amaritudinem passionis ejus pia mente cogitamus, vermes malarum cogitationum a nobis repellimus. (b)

Distinctio trium in secundo effectu principali cum eorum dilatatione.

147. Est bonorum spiritualium augmentatio, & hoc ad tria; ad decorem castitatis: ad fervorem caritatis: ad saporem suavitatis. (c) De primo Daniel. primo: Dan. 1. 15. Apparuerunt vultus eorum meliores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. Glossa interlin. Glossa: Vultus eorum, quos panis satiabat, qui de cœlo descendit, apparuerunt meliores, scilicet decori castitate; (d) unde & pueri illi casti fuerunt. Cant. 7. 6. Cant. septimo: Quam pulchra es, & decora, carissima, in deliciis! Sicut enim bonum nutrimentum multum facit ad decorem corporis; sic deliciæ cibi spiritualis (e) ad pulchritudinem castitatis. Ezech. sexto decimo: Ezech. 16. 13. Similam, & mel, & oleum comedisti, & decora facta es vehementer nimis. De secundo Ecclesiastici trigesimo secundo: Eccli 32. 7. Gemmula carbunculi in ornamento auri. Glossa ordinar. Glossa: Ardentium gemmarum principatum tenet carbunculus, sic dictus quia ignitus, ut carbo. Signat autem Corpus Christi, quia cor accipientis & ornat castitate, & Ps. 17. 9. inflammat caritate. (f) Ps. Ignis a facie ejus exarsit, carbones succensi sunt ab eo. (g) Hinc quarti Reg. quarto: 4. Reg. 4. 34. Eliseus incubuit super puerum, & incurvavit se super eum, & calefacta est caro pueri. De tertio Gen. quadragesimo nono: Gen. 49. 20. Aser, pinguis panis ejus, & præbebit (b) delicias Regibus. Sap. sexto decimo: Angelorum esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de Cœlo præstitisti illis sine labore omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantiam enim tuam, & dulcedinem, quam in filios habes, ostendebas. (i) Cant. quinto: Comedi favum cum melle meo, id est, dulcedinem Carnis Christi cum dulcedine Deitatis. Bibi vinum meum cum lacte meo, id est, dulcedinem Sanguinis Christi cum dulcedine spiritualis consolationis. (k) Sap. 16. 20. & seq. Cant. 5. 1.

Distinctio trium in tertio effectu principali cum eorum dilatatione.

148. Est animarum confortatio, & hoc ad tria, ad debellandum dæmonia; ad sustinendum adversa; ad quærendum bona. De primo primi Reg. trigesimo: 1. Reg. 30. 11. & seqq. Invenerunt viri David virum Ægyptium in agro, & adduxerunt eum ad David, dederuntque ei panem, ut comederet, & refocillatus est. Et duxit David ad latrunculos, & percussit eos. Vir Ægyptius significat peccatorem, quem prædicatores ducunt ad Christum per conversionem, qui pane Dominici Corporis confortatus fit dux exercitus Christi ad debellandos dæmones. Eph. sexto: Eph. 6. 10. & seq. Confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus induite vos armaturam Dei, ut possitis stare adversus insidias diaboli. Primi Reg. septimo: Factum est, cum offerret Samuel 1. Reg. 7. 10. holocaustum Domino id est, agnum unum integrum, (l) exterruit Dominus Philistiim, & cæsi sunt a filiis (m) Israel. De secundo tertii Reg. vigesimo secundo: Mittite virum istum in carcerem, 3. Reg. 22. 27. & sustentate (n) eum pane tribulationis.

In

(a) Al. sine *accipimus &*.

(b) Pariter Expos. in Cant. ibi.

(c) Alia similiter definentia.

(d) Al. *decore scilicet castitatis*.

(e) De *deliciis spiritualibus* intetpretatur etiam Expos. in Cant. ibi.

(f) In 4. Dist. 8. Par. 1. Dub. 2. *Hic est carbo ignitus, caro scilicet Christi, quæ inflammat &c.*

(g) Similiter de succensis igne Spiritus sancti a Christo tropologica interpretatio est Nicephori, Euthimii, Helychii, & aliorum.

(h) Al. *Aser pinguis panis præbens*.

(i) Pariter Expos. in Sap. ibi; sed Vulg. *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat*. Eodem sensu de Eucharistia, *quia delectat*, in 4. Dist. 8. Par. 1. Dub. 2.

(k) Hunc locum de Eucharistia explicant & S. Gregorius Nyssenus, Michael Psellus ejus compendiator, Philo Carpathiorum Episcopus, & Rupertus Abbas Tuitiensis. Item S. Ambrosius L. 5. de Sacram. c. 3. n. 17. Et per *favum mellis* significari *Sacramentum Dominici Corporis* ait ipsemet S. Bona. infra singulari Ser. de Corp. Christ. n. 11. Sane Septuaginta & Arabicus pro *favum* vertunt *panem*; quia Christus sub specie panis carnem suam nobis largitur. Unde & d. S. Ambros. ibi cum Septuag. legit *panem*. Observat quoque Lorinus Commentar. in Ps. 33. ver. 9. *Quæ de variarum suavi rerum dicuntur sapore in Scripturis, ad Deum, & Eucharistiam transferri possunt, ut lactis, mellis, mannæ, uberum*.

(l) Al. tantum *offerret Samuel agnum in holocaustum*.

(m) Vulg. *a facie*; sed *a filiis*, Codd. Lunælac & Vindobon. nec non Cod. Biblior. Bibloth. Episc. Trident. 58. & apud Lyran.

(n) Al. *mitte virum justum in carcerem, & sustenta &c.*

Digitized by Google

In carcerem mittitur, qui in hoc mundo adversa patitur. Panis tribulationis, quo sustentatur, est panis æternæ vitæ, quo ad sustinenda adversa confortatur. Act. vigesimo septimo dicit Apostolus existentibus in magno periculo maris: Rogo vos accipere cibum pro salute vestra; animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. (a) Ph. quarto: Omnia possum in eo, qui me confortat. De tertio Prov. ult. Mulier fortis de nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis. Mulier fortis est Ecclesia (b) de gentibus. Hæc de nocte surrexit; quia per auditum verbi de tenebris peccatorum ad Christum se convertit. Prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis dedit; quia Sacramenta vitæ Judæis missa, quæ Synagoga suscipere (c) noluit, hæc cum omni desiderio rapuit, & de eis familiam suam, id est, fideles, pavit; & hoc ut eos ad tria bona confortaret; ad opera misericordiarum; ad lucrum animarum; ad emptionem cœlestium divitiarum. Unde sequitur post prædictum verbum: Consideravit agrum, & emit eum, & de fructu manuum suarum plantavit vineam. Primum notatur per fructum manuum; secundum per plantationem vineæ; tertium per emptionem agri. (d)

Act. 27. 34. & 36.

Phil. 4. 13.

Prov. 31. 15.

Trium bonorum distinctio.

149. Primo confortamur cibo Domini ad opus bonum. Ecclesiastici trigesimo tertio: Cibaria, & virga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus servo. Sicut pabulum confortat asinum ad onera portanda; sic panis cœlestis servum Dei ad opera bona perficienda. Primæ ad Tim. primo: Gratias ago ei, qui me confortavit (e) in (f) Christo Jesu. Qui enim vere considerat in hoc Sacramento immensam circa se Dei liberalitatem, valde confortatur ad proximi pietatem. Secundo confortamur ad lucrum animarum. Act. nono: Cum accepisset cibum, confortatus est, licet ad lucrum animarum. Ibidem: Vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, & regibus, & filiis Israel. Nomen meum, id est, Jesum Christum, quasi oleum cœleste, ad cibum animarum, & sanitatem (g). Cant. primo: Oleum effusum nomen tuum, id est, de (h) corde Christi pleno fluit oleum gratiæ ad salutem corporis & animæ. (i) Tertio confortamur ad emptionem bonorum cœlestium. Hinc supra dictum est, quod mulier fortis post cibum consideravit agrum, & emit eum, virtutibus scilicet & bonis operibus. Jer. trigesimo secundo; Agri pecunia (k) ementur, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur. Agri cœlestes emuntur (l) pecunia virtutum, & bonorum operum. Et scribentur tam agri, quam emptores, in Libro vitæ. Et imprimetur in corde emptoris signum, scilicet Crucis Christi, & lumen imaginis Dei, pro certo pignore. Et adhibebitur testis; quia in die judicii coram omnibus testis erit Dominus, quod vere emptor sit regni (m) cœlorum pretio bonorum operum. Et tertius effectus principalis dici potest vitæ æternæ collatio. Jo. sexto: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum; & hoc in tribus: in omnium deliciarum præparatione: in omnium desideriorum impletione: in omnium bonorum secura & æterna fruitione. Require hoc in Sermone X. in fine.

Eccli. 33. 25.

1. Tim. 1. 12.

Act. 9. 19.

Ibi 15.

Cant. 1. 2.

Prov. 31. 16.

Jer. 32. 44.

Jo. 6. 52.

SERMO XXV.

De effectibus sumptis de tribus nominibus Corporis Christi.

150. *Venite, & comedite* &c. Vel alia ut supra. Vel similia de effectu, vel de nominibus Corporis Christi. Effectus Dominici Corporis possunt sumi ex tribus nominibus, quæ solent eidem adscribi. Nominatur enim quandoque verus panis, quandoque sacrificium (n) al-

Prov. 9. 5. Divisio trium effectuum Dominici Corporis secundum tria ejus nomina.

(a) Al. *& omnes sumpserunt cibum confortati, & animæquiores facti sunt.*
(b) Ita allegorice nedum Glossa Ordinar. sed & Augustinus, Gregorius, Beda, ac Salomonius. Vid. Tirin. & Gordon.
(c) Al. *Sacramenta Judææ missa, quæ suscipere* &c.
(d) Al. *emptum agrum*. Porro divisio illa prædicti textus in tria similis est divisioni illi, de qua supra in Arte Concionandi.
(e) Al. *confortat*.
(f) Vulg. absque *in*; sed *in* ambo Codd. Lunælac. & Vindobon. duo nostri Codd. Bernardin. Lyran. &c.
(g) Al. *ad sanitatem animarum*.
(h) Al. *de corde* sine *id est*.
(i) Al. tantum *ad salutem animæ*.
(k) Al. *pretio*.
(l) Al. *cœlestis hereditatis ementur*.
(m) Al. *quod vere emisti regnum*.
(n) Al. *Sacramentum*,

Digitized by Google

altaris; quandoque Sacramentum caritatis. De primo Jo. sexto: Pater meus dat vobis panem de cœlo verum. De secundo Mal. tertio: Placebit Domino sacrificium Juda, & Jerusalem. De tertio primæ ad Timoth. tertio: Manifeste (a) magnum est pietatis Sacramentum, quod manifestatum (b) est in carne (per partum Virginis) prædicatum est (c) gentibus (a Sanctis Apostolis) editum est in (d) mundo, id est, concessum fidelibus in cibum salutis. Unde recte dicitur Sacramentum caritatis.

Jo. 6. 32.

Malach. 3. 4.

1. Timoth. 3. 16.

Distinctio triplicis effectus secundum primum nomen veri panis.

151. Primo Corpus Domini nominatur panis verus, & secundum hoc habet tres effectus. Sicut enim panis tria bona præcipua confert corpori, id est, satiat, confortat, & vitam conservat; sic panis iste satiat spiritum ad fastidium mundi faciendum; confortat animam ad malum culpæ devincendum; conservat vitam ad Deum semper laudandum. De primo Ps. Pauperes ejus saturabo panibus (e). Complenda: Satiasti Domine familiam tuam muneribus sacris &c. ad fastidium mundi faciendum. Prov. vigesimo septimo (f) dicitur: Anima saturata calcabit favum. Gregorius: Gustato spiritu despicit omnis caro. (g) De secundo Ps. Panis cor hominis confirmat, (h) ad malum scilicet culpæ devincendum; quia qui carent corroboratione hujus panis, vincuntur a vitiis. Quarti Reg. vigesimo quinto: Rex Babylonis, & exercitus ejus, obsedit Jerusalem, prævaluitque fames in Civitate, nec erat (i) panis populo terræ, & omnes viri bellatores nocte fugerunt, ad hortum Regis, id est, ad delicias carnis, & ad campestria solitudinis, id est, ad viam latam, quæ ducit ad mortem. De tertio Ecclesiastici trigesimo quarto: Panis egentium vita pauperis est. Jo. sexto: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi. Ego vivo propter Patrem, & qui manducat me, & ipse vivet propter me. Et hæc est vita ad Deum semper laudandum. Ps. Lauda anima mea Dominum &c. De his supra Ser. 9. (k)

Dilatatio. Ps. 131. 15. Complenda Missæ,

Prov. 27. 7.

Gregorius.

Ps. 103. 15.

4. Reg. 25. 2. & seqq.

Matth. 7. 13.

Eccli 34. 25.

Jo. 6. 51.

Ibi 58.

Ps. 145. 2.

Distinctio effectus triplicis juxta secundum nomen Sacrificii Altaris.

152. Secundo Corpus Domini nominatur Sacrificium (l) Altaris, & secundum hoc triplicem habet effectum, scilicet in triplici statu fidelium. Primus in hoc mundo: Secundus in purgatorio: Tertius in cœlo. In statu mundi peccata relaxat: in statu purgatorii pœnam alleviat: in statu cœli gloriam augmentat. De primo, scilicet statu mundi Levit. quinto: Anima, si (m) peccaverit per ignorantiam, offeret arietem immaculatum. Glossa: Id est, Christum, sine quo non fit remissio. Nihil enim prodest capram, id est, austeritatem pœnitentiæ, immolare, nisi studueris (n) in Christi immolatione plenam fiduciam habere. Jo. primo. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata (o) mundi. Paschasius: Licet omnia peccata in baptismo sint donata, infirmitas tamen peccati, id est, fomes in carne remanet; & quia ex hoc quotidie labimur, saltem in venialia, (p) ideo Christus pro nobis quotidie immolatur, ut qui semel pro nobis moriendo mortem devicit, quotidie recidiva delictorum per hæc Sacramenta relaxat. (q) Ambrosius: Sicut quod ubique offertur, unum est Corpus, ita & unum est Sacrificium. Christus semel in cruce hostiam pro omnibus obtulit, ipsam offerimus & nunc: sed quod nos agimus recordatio est Sacrificii illius; nec causa suæ infirmitatis repetitur, sed nostræ, quia quotidie peccamus. De secundo Lev. decimo septimo: Dedi vobis sanguinem, ut super Altare in eo expietis pro animas-

Dilatatio.

Levit. 5. 17. & seq.

Glossa interlin.

Jo. 1. 29.

Paschasius de Corp. & Sang. Dom. c. 9.

Ambrosius apud ipsum Bonav. in 4. Dist. 12. Par. 2. relatus in tex. Mag.

Levit. 17. 11.

(a) Al. sine *manifeste*.
(b) Al. *manifestum*.
(c) Al. heic additum *in*.
(d) Al. e contrario heic sine *in*;
(e) Hoc ipso sensu Hugo, Rickelius, Lorinus &c.
(f) Al. mendose 22.
(g) Vid. Greg. in Evang. L. 2. Hom. 36. n. 1. & audi Lorin. Comment. in Ps. 33. ver. 9. „ Cui suavis Deus despiuna cætera, & illi „ suave carere suavitatibus nugarum, quasque „ amittere metus olim fuerat, jam dimittere „ gaudium est; quum Deus vera, & summa „ suavitas, ejiciens illas, ineat pro illis, ut de „ se ipso testatur Augustinus. “ Vid. quoque D. ipsum D. Bonav. Soliloq. c. 4. & supra in Vite Myst. col. 122. not. *n*.
(h) Ita in 4. Dist. 8. Par. 1. in Exposit. text. Dub. 2.
(i) Al. *Hierusalem, & non erat*.
(k) Supra num. 61.
(l) Al. *Sacramentum*.
(m) Al. *quæ*.
(n) Al. *studueritis*.
(o) Ita & alibi pro *peccatum* in singulari.
(p) Al. *venialibus*.
(q) Hæc videri possunt Par. 3. Decre. De Consecrat. Dist. 2. c. Iteratur quotidie sub Tit. *Paschasius Papa de Corpore & Sanguine Christi*. Vid. quoque ibi cap. *Utrum sub figura* ex Augusti-

Digitized by Google

mabus veſtris. (a) In hoc figuratum eſt, quod Sacrificium Carnis & Sanguinis Chriſti valet animabus in pœna purgatorii. Hinc (b) ſciendum, quod tres ſunt turmæ animarum, hic decedentium. Prima peccantium, ſecunda pœnitentium, tertia innocentium. Primam Sacrificium non adjuvat. Secundam a pœna alleviat. Tertiam ſine pœna ad cœlos (c) ſublevat. De prima primi Reg. tertio: Juravi domui Heli, quod non expietur iniquitas domus ejus victimis, & muneribus uſque (d) in æternum. Domus ejus, id eſt, omnium in peccatis perſiſtentium. Jer. ſeptimo: Quia locutus ſum ad vos, & non audiſtis & vocavi vos, & non reſpondiſtis; projiciam vos a facie mea. Projiciam, ſcilicet poſt hanc malam vitam veſtram in pœnam infernalem. A facie mea, id eſt, ab omni bono, quod eſt in cœlo, & in terra. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec aſſumas laudem pro eis, id eſt, Sacrificium laudis. Et non obſiſtas mihi, quia non exaudiam te. Prov. ſexto: Qui adulter eſt, id eſt, amans & adhærens creaturæ ultra menſuram juſtitiæ, perdet animam ſuam; quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima, quaſi pretioſiſſimum Sacrificium Chriſti. De ſecunda eſt illud dictum ſupra: Dedi vobis ſanguinem, ut ſuper Altare in eo (e) expietis pro animabus veſtris. Sanguinem, id eſt, Sacrificium Corporis, & Sanguinis Chriſti. Sanguis ponitur pro Corpore & Sanguine ſimul, pars pro toto. (f) Et quia Sanguis in Altari non eſt ſine Corpore, nec Corpus ſine Sanguine (g), pro animabus valet, ſcilicet quæ ſunt in Purgatorio. (h) Auguſtinus: Orationibus, & eleemoſynis ſanctæ Eccleſiæ, & Sacrificio ſalutari, non eſt dubium defunctorum animas adjuvari, (i) ut cum eis miſericordius agatur a Domino, quam eorum peccata meruerunt in hoc mundo. (k) Zach. tertio decimo: Partes duæ in terra diſpergentur, & deficient, id eſt, infideles, & mali Chriſtiani damnabuntur, & tertia pars relinquetur in ea, id eſt, pœnitentes. Et ducam tertiam partem per ignem, id eſt, animas pœnitentium & purgandorum. (l) Et uram eos, ſicut uritur argentum, & probabo eos, ſicut probatur aurum. Ipſe invocabit (m) nomen meum, & ego exaudiam eum. Ipſe ſcilicet populus Chriſtianus in terra derelictus (n) invocabit me orationibus, & eleemoſynis, & Sacrificio Altaris, pro parte deducta (o) per ignem, id eſt, pro animabus quæ ſunt in purgatorio; & ego exaudiam eum, ſcilicet alleviando, & pœnam illarum (p) abbreviando. De tertia Prov. vigeſimo primo: (q) Munus abſconditum extinguit iras, iras ſcilicet Dei, id eſt, pœnas purgatorii, quantum ad animas innocentes, & in præſenti tribulationibus & flagellis ſatis purgatas. Pſ. Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me: quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi. Furor Dei ardet in inferno, ira in Purgatorio. Sagittæ ſunt correptio (r) amoris in hoc mundo. Qui ergo ſagittas correptionis Domini (s) in hoc mundo patienter portat, furorem inferni, & iram ignis purgatorii Domino duce illæſus evadet. Iſa. quadrageſimo tertio: Noli timere, ſervus meus es tu: (t) cum tranſieris per ignem, tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaveris in igne, non combureris, & flamma non ardebit in te: quia ego Salvator tuus. Dan. tertio: Angelus Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus, in fornacem, & fecit medium fornacis, quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis,

1. Reg. 3. 14.
Jer. 7. 13. & ſeqq.
Pſ. 49. 14. & 106. 22.
Prov. 6. 32. & ſeqq.
Levit. 17. 11.
Auguſtinus in Serm. ac verbis Apoſt. & in Glol. 1. Theſſ. 4. c. Nolumus vos.
Zach. 13. 8. & ſeq.
Prov. 21. 14.
Pſ. 37. 2. & ſeq.
Iſa. 43. 1. & ſeqq.
Dan. 3. 49. & ſeq.

(a) Al. *ut ſuper altari meo expietis pro animabus.*
(b) Al. *hic.*
(c) Al. *cœlum.*
(d) Al. ſine *uſque.*
(e) Al. vel heic *altari meo.*
(f) Vid. Vol. 2. in fine in Comment. de Scr. ſanct. dignit. & excellen. num. 36. col. 1089. not. b.
(g) Tract. de Præparat. ad Miſſ. cap. 11
(h) In 4. Diſt. 45. Ar. 2. Q. 1. per tot.
(i) Al. *relevari.*
(k) Confer in 4. Diſt. 45. apud ipſummet D. Bonavent. in tex. Mag.
(l) Al. *pœnitentium per purgatorium.*
(m) Ita uterque Cod. Lunælac. & Vindobon. ac Edit. Vulg. *vocabit.*
(n) Al. *relictus.*
(o) Al. *ducta.*
(p) Al. *alleviando ſc. pœnam illorum, &c.*
(q) Al. *De tertio Prov. 31.*
(r) Al. *ſagitta ſive correptio.*
(s) *Qui igitur ſagittas Dominicæ correptionis.*
(t) Al. *ſerve meus.* Vulg. *meus es tu*, ſine *ſervus*; ſed *ſervus meus es tu* duo Codd. noſtri Ber-

Digitized by Google

ignis, neque (a) contristavit, nec quidquam molestiæ intulit. Tunc laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace dicentes: Benedicite Domino, quia (b) eruit nos de inferno, & liberavit nos (c) de medio ardentis flammæ. Isai. quinquagesimo quinto: In lætitia egredieminì, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem. De tertio supra nominato, scilicet quod Sacrificium Altaris gloriam Beatorum quodam modo in cœlo augmentat, Lev. decimo: Pectusculum, scilicet (d) Sacrificii, quod oblatum est, edetis in loco mundissimo, tu, & filii tui, & filiæ tuæ tecum. Pectusculum Sacrificii, quod optimum & dulcissimum est de animali, significat (e) dulcedinem Corporis Christi, sive ejus effectus, in quantum comeditur in loco mundissimo, id est, in quantum delectat Beatos in Cœlo, in eo quod (f) plurimum gaudent, & congratulantur in hoc Sacrificio, scilicet tripliciter: (g) de memoria suæ redemptionis, de aspectu nostræ salutis, de admiratione Divinæ bonitatis. Gregorius: Eodem momento (h) in cœlo (i) rapitur ministerio Angelorum (k), consociandum Corpus Christi, & ante oculos Sacerdotis in Altari videtur (l). Rapitur scilicet Corpus Christi consociandum, id est, ad Beatos lætificandos. Complenda: Sumpsimus Domine Divina Mysteria, quæ sicut Sanctis tuis ad gloriam, ita nobis ad vitam prodesse perficias.

153. Tertio Corpus Domini nominatur Sacramentum caritatis, & secundum hoc tres habet effectus; quia tria maxima (m) bona operatur in nobis: scilicet Spiritus sancti participationem veram: ipsius Christi certam inhabitationem: in similitudinem imaginis Dei transformationem. De primo Ps. De petra melle saturavit eos; quia scilicet fideles sugunt de Corpore Christi dulcedinem Spiritus sancti. Sap. duodecimo: O quam bonus & suavis est Domine Spiritus tuus in nobis! qui scilicet fluit in nos de Corpore tuo. Augustinus: Participatione Corporis & Sanguinis Christi homo vivit, non sumens tantum in Sacramento, (n) quod & mali faciunt; sed pertingens usque ad Spiritus sancti participationem, ut in Corpore Domini tanquam membrum maneat, & ejus spiritu vegetetur. De secundo Jo. sexto: Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Hilarius: Accepta carne Domini, & hausto sanguine, (o) id efficitur, ut nos in Christo, & Christus in nobis sit. Est ergo in nobis ipse per Carnem, dum ejus Carnem accipimus; & sumus nos in eo, dum secum hoc quod nos sumus, in Deo est. (p) Jo. primo: Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Dum Verbum carnem assumpsit, in carne nostra habitavit; & dum nos Verbum incarnatum in cibum accipimus, ipsum etiam habitat in nobis. De tertio Jo. primo: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; id est, Deiformes, & Deo secundum imaginem similes; nec potest creatura ad majus promoveri, quam quod assimiletur suo Creatori. Assimilatur autem homo Deo, virtute Corporis Christi, in tribus; in interiori cordis bonitate; in exteriori operis fertilitate; in superiori cœlestis Regni hæreditate. De primo secundæ Pet. primo: Christus propria gloria, (q) & virtute, maxima & pretiosa promissa, nobis donavit, ut per hæc (r) efficiamur consortes Divinæ naturæ. Maxima promissa, id est, seipsum. Unde: Jusjurandum quod juravit ad Abraham patrem nostrum daturum se nobis. Ut efficiamur consortes Divinæ naturæ, id est, veræ (s) bo-

Isai. 88. — Isa. 55. 12. — Levit. 23. 14. — Gregorius in Hom. Pasch. De Consecrat. Dist. 2. c. Quid sit Sanguis. — Complenda. — Distinctio tripliciis effectus secundum tertium nomen Sacramenti caritatis. — Ps. 80. 17. — Sap. 12. 1. — Augustinus super Joan. De Consecrat. Dist. 2. c. Credere in Jesum. — Jo. 6. 57. — Hilarius L. 8. de Trinit. ante med. relat. De Consecrat. Dist. 2. c. In Christo Pater. — Jo. 1. 14. — Ibi 12. — Virtute Corporis Christi homo in tribus assimilatur Deo. — 2. Pet. 1. 3. & seq. — Luc. 1. 73.

Bernardin. Et *τὸ servus* addit Glossa interlin. apud Lyran. Unde & Mariana: *Meus es tu, scilicet servus.*

(a) Al. *nec*, & paulo supra pro *medium fornacis*, *ignem fornacis*.

(b) Al. *qui*.

(c) Al. *eruit nos*.

(d) Al. fine *scilicet*.

(e) Al. *signat*.

(f) Al. *quia*.

(g) Al. absque *scilicet tripliciter*.

(h) Glossa Decreti ibi „ *Momento*, id est, „ eo tempore, quo Christus est in Altari, to„ tus in cœlo est verus Deus & homo in „ præsentia Angelorum, facta commutatione „ in verum Corpus & Sanguinem. "

(i) Ita ibi. Al. *cœlum*.

(k) Al. *sociandum corpori*.

(l) Confer apud D. Bonav. in 4. Dist. 11. Par. 1. in tex. Mag.

(m) Al. *maxime*.

(n) Vid. supra Serm. 20. n. 130. Al. *tantum Sacramentum*.

(o) Al. *calice*.

(p) Vid. cit. Serm. pro aliis Variantibus ibi notatis.

(q) Al. additur heic *sua*.

(r) Al. *per hoc*. (s) Al. *Divinæ*.

Digitized by Google

bonitatis; quia natura Dei bonitas eſt. Ambroſius: Quia Dominus Jeſus conſors (a) eſt Divinitatis, & Corporis, & tu qui accipis carnem ejus, Divinæ ſubſtantiæ particeps (b) in illo alimento, id eſt, vere bonus efficeris (c) ab eo. De ſecundo Ezech. decimo ſeptimo: Sumam ego (d) de medulla Cedri ſublimis, & de vertice ramorum ejus, & plantabo ſuper (e) montem excelſum, & faciet fructum. Medulla Cedri ſublimis eſt æterna ſapientia Dei. (f) Alti rami ejus ſunt Patres Sancti. Vertex ramorum eſt beata Virgo. Pars de vertice Caro Chriſti ſumpta de Virgine. Surculus ergo (g) ſumptus de medulla, & de (h) vertice, eſt Corpus Chriſti plenum Divinitate. Iſte plantatus ſuper (i) montem excelſum, id eſt, cor (k) juſti ad Deum (l) elevatum, facit ſimilem Chriſto boni operis fructum. De utroque Gal. ſecundo: Vivo ego, jam non ego, (m) vivit vero in me Chriſtus, me ſcilicet ſibi aſſimilando, id eſt, in interiori (n) bonitate, & exteriori bono opere. Hinc dictum eſt Auguſtino: (o) Cibus ſum (p) grandium &c. Nec tu me mutabis (q) &c. De tertio Joan. primo: Quotquot autem receperunt eum &c. Rom. octavo: Si filii, & hæredes; hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Primæ Pet. primo: Benedictus Deus, qui regeneravit nos, id eſt, de filiis diaboli, filios Dei fecit; in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarceſcibilem, conſervatam in cælis. Amen.

Ambroſius in L. 7. de Sacram. vel. De Conſecrat. Diſt. 2. c. Sicut eſt verus Dei Filius.

Ezech. 17. 22. & ſeq.

Gal. 2. 20.

Auguſtinus L. 7. Confeſſ. c. 10.

Jo. 1. 12.

Rom. 8. 17.

1. Petr. 1. 3. & ſeq.

SERMO XXVI.

De effectibus ſumptis de tribus aliis Corporis Chriſti vocabulis.

154. *Venite, comedite &c.* Item alia Themata, ut ſupra, vel ſimilia de effectu, vel de nominibus Corporis Chriſti. Effectus Dominici Corporis poſſunt ſumi ex tribus aliis (r) nominibus ejus jam ſupra dictis. Dicitur enim quandoque Medicina ſpiritualis; quandoque Manna, id eſt, panis cœleſtis; quandoque Euchariſtia, id eſt, bona gratia animæ fidelis. (s) De primo Eccleſiaſtici trigeſimo octavo: Altiſſimus de terra creavit medicinam, (t) & vir prudens non abhorrebit illam. (u) Auguſtinus: Suſcepit Chriſtus de terra terram, id eſt, (x) de carne Mariæ carnem accepit, (y) & ipſam nobis ad ſalutem manducandam dedit. De ſecundo Apocal. ſecundo: Vincenti dabo Manna abſconditum; quaſi dicat: Qui ſe ſuperat (z) per victoriam vitiorum, illi dabo Manna, id eſt, panem cœleſtem, ſcilicet Corpus meum (aa), in quo ſecreto reconditum eſt multiplex bonum. Jo. ſexto: Hic eſt panis de cœlo

Prov. 9. 5. Diviſio trium aliorum effectuum ſecundum tria alia nomina.

Eccli 38. 4.

Auguſtinus Enarrat. in Pſ. 84. n. 13.

Apocal. 2. 17.

Jo. 6. 50.

(a) Al. heic interſeritur *ſcilicet*.
(b) Al. *participans*.
(c) Al. *efficieris*.
(d) Al. *Ezech. 12. Sumam de &c.*
(e) Al. *in*.
(f) Sive quod perinde eſt, *latens Divinitas Verbi*, Vol. 1. in Prol. Comment. in Jo. n. 5.
(g) Al. *igitur*.
(h) Al. ſine *de*.
(i) Al. *in*.
(k) Al. *in cor*.
(l) Al. *ad cœlum*.
(m) Supra col. 882. nôt. *d*.
(n) Al. *in me ſcilicet aſſimilando, interiori &c.*
(o) Vel *Auguſtini*.
(p) Vid. ſupra Serm. 20. in fine.
(q) Vid. ad fin. cap. 7. de Præparat. ad Miſſam, ubi ſic: *Dictum fuit Beato Auguſtino: Non ego mutabor in te, ſed tu mutaberis in me &c.*
(r) Al. *illis*.
(s) Cum inter nomina hæc non recenſuerit nomen *Communio*, uti fit in Tractatu Alberti de Corpore Chriſti; hinc colligo hoſce Sermones ab illo eſſe diverſos. Quippe apud Raynerium Piſanum in Panthealogia verbo *Euchariſtia* cap. 41. ibi dicitur „ Merito appellatur „ *Communio* propter quatuor cauſas. Prima eſt, „ quia hoc Sacramentum facit communicare „ fonti omnis gratiæ, ſcilicet Chriſto. Secunda, quia facit communicare Angelorum gloriæ. Tertia, quia facit communicare Sanctis Patriæ. Quarta, quia facit communicare paſſioni Myſtici Corporis. Hæc Alber. „ ubi ſupra. “
(t) Sic Codd. Lunælac. & Vindobon. atque Edit. Item duo noſtri Codd. Bernardin. ac tert. Biblioth. Epiſc. nec non apud Lyran. &c. Vulg. *medicamenta*.
(u) Al. *eam*. Vulg. *illa*. Vid. tamen in eodem ſenſu, ſive legatur *medicinam illam*, ſive *medicamenta illa*, ſecundum Eccleſiaſtici 38. D. Bonaventuram in Procem. 4. Sentent. per tot.
(x) Al. *&*.
(y) Tirinus exponens eundem Pſalmum 84. ver. 11. 12. 13. ait: *Sanctus Auguſtinus per terram allegorice B. Virginem intelligit*. Unde & Lyranus interpretatus fuit „ *Et terra noſtra*, „ id eſt, beata Virgo intemerata &c. “ Vide ſis ipſummet D. Bonavent. Expoſit. in cap. 1. S. Luc.
(z) Al. *præparat*.
(aa) Sic Comment. in Apocal. ibi.

Digitized by Google

cœlo descendens. (a) De tertio Eccle- *Eccli. 32. 9.*
siastici trigesimo secundo: Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia; quasi dicat: Præpara te per auditum verbi Dei, & obedientiæ, qua taceas, id est, cesses a malo, & serves reverentiam in benefaciendo; tunc dabitur tibi bona gratia, quæ græce dicitur Eucharistia, id est, Corpus Christi. *Magister Sententiarum Dist. 8. Par. 1.* Magister in quarto Sent. Sacramentum Altaris excellenter dicitur Eucharistia, id est, bona gratia; quia in ea non solum est augmentum virtutis, (b) & gratiæ, sed ille totus ibi sumitur, qui est fons, & origo totius gratiæ.

Distinctio triplicis effectus secundum nomen Medicinæ spiritualis. 155. Primo, dicitur Corpus Christi Medicina spiritualis, & secundum hoc tres habet effectus. Serpens quippe (c) malignus infudit humano generi per venenum pomi vetiti triplicem corruptionem; in anima tenebras ignorantiæ; in carne morbum pravæ concupiscentiæ; & mortem in utraque. (d) Ad hæc tria curanda valet Corporis Christi Medicina. Ignorantiæ enim tenebras illuminat; morbum pravæ concupiscentiæ sanat; & mortem destruendo triumphat. *Declaratio. Ps. 131. 17.* De primo Ps. Paravi lucernam Christo meo. Lucerna est lumen in diaphano, id est, in perlucido corpore. Sic Corpus Christi est Verbum Dei, quod est lux vera in munda carne, quo scilicet pelluntur tenebræ ignorantiæ. *Luc. 2. 30.* Luc. secundo. (e) *Ps. 26. 1.* Viderunt oculi mei salutare tuum &c. *Ps. 33. 6.* Ps. Dominus illuminatio mea &c. Item: Accedite ad eum, & illuminamini, & facies &c. *Isa. 38. 21.* De secundo Isaiæ trigesimo octavo. Item quarti Reg. vigesimo: (f) *4. Reg. 20. 1. & seqq.* Jussit Isaias, ut tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus Regis, & sanaretur. Vulnus, sive ulcus Regis est concupiscentia carnis. *Ps. 6. 3.* Ps. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine. De tertio Luc. primo: Benedictus fructus ventris tui, id est, (g) Corpus Christi, quod est fructus vitæ, valens ad curationem mortis æternæ. *Luc. 1. 42.* Prov. tertio: Lignum vitæ est his, qui apprehenderint eam, scilicet Sapientiam Dei incarnatam. *Prov. 3. 18.* (b) Osee tertio decimo: Ero mors tua, o mors &c. *Ose. 13. 14.* De hac triplici corruptione, & medicina, require supra Serm. VI. post principium. (i)

Distinctio triplicis effectus secundum nomen, quo dicitur Manna. 156. Secundo Corpus Domini dicitur Manna, id est, panis cœlestis, secundum quod Manna habuit (k) similitudinem saporis frumenti, mellis, & olei. De duobus primis, Exo. sexto decimo: Gustus ejus, quasi similæ cum melle. *Exo. 16. 31.* (l) De tertio Num. undecimo: Faciens ex eo tortulas saporis, quasi panis oleati. *Num. 11. 8.* (m) De his tribus simul, Ezech. sexto decimo: Similam, & mel, & oleum comedisti; & secundum hæc tria Corpus Domini triplicem habet effectum. Operatur enim morum honestatem, cordis suavitatem, proximi pietatem. Primum significatur in frumento; secundum in melle; tertium in oleo. *Ezech. 16. 13.* De primo Zach. nono: Quid bonum ejus, & quid pulchrum ejus, (n) nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines? *Zach. 9. 17.* Panis de frumento bonus est, & pulcher in se, & etiam in effectu, quia facit pulchrum. Sic Corpus Christi bonum & pulchrum facit honestatem morum. Dan. primo: Apparuerunt vultus eorum meliores, & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio. *Dan. 1. 15.* Glossa: Vultus eorum, quos panis satiabat, qui de cœlo descendit. *Glossa interlin.* De secundo Prov. vigesimo quarto: (o) *Prov. 24. 13.* Comede fili (p) mel, quia (q) bonum est, & favus dulcis (r) gutturi tuo. Sap. sexto decimo: Paratum panem de cœlo præstitisti illis, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavi- *Sap. 16. 20.*

(a) Al. *qui de cœlo descendit.*
(b) Al. *virtutum.*
(c) Al. *ille.*
(d) Al. *utrobique.*
(e) Al. 1.
(f) Al. 2.
(g) Al. *scilicet.*
(h) Quæ scilicet, ut ait Glossa interlin. *in præsenti vivificat Corpore, & Sanguine suo.*
(i) Supra num. 40. & seqq. Et hoc *require* habet etiam in aliis Sermonibus.
(k) Al. *cœlestis, quod manna habet.*
(l) Al. *sicut similæ* sine *melle.*
(m) Al. *De tertio, Numeri 16. Gustus ejus quasi similæ cum melle. De quarto, Numeri 15. Fecerunt ex eo tortulas saporis quasi panis.*
(n) Vulg. *est*; sed sine *est* quære inter variantes Vol. 1. & 2. hujus Supplem.
(o) Al. 33.
(p) Vulg. *mi*; sed sine *mi* etiam infra Serm. sing. de Corp. Chr. n. 11. Et supra col. 768. n. 13.
(q) Al. *quoniam.*
(r) Supra Serm. 1. n. 13.

Digitized by Google

vitatem. (a) De tertio Job vigesimo no-
Job 29. 2. & seq. no: Quis mihi tribuat, ut sim secun-
dum dies, quando secreto Deus erat
in tabernaculo meo, & petra fundebat
mihi rivos (b) olei? Id est, gratiam
pietatis ad bonum proximi. Prov. vi-
Prov. 21. 20. gesimo primo: Thesaurus (c) desidera-
bilis, & oleum in tabernaculo justi.
4. Reg. 4. 5. & seqq. Quarti Reg. quarto: Offerebant vasa,
& illa, scilicet mulier (d) infundebat
oleum. Et ille, scilicet Elisæus: Va-
de, inquit, & vende oleum (e), & red-
de creditori tuo: tu autem, & filii
tui, vivite (f) de reliquo. Ecce oleum,
id est, opus pietatis proximum reficit,
debita solvit, nos ipsos pascit. Pri-
mum intelligitur in eo, quod fundebat
oleum in vasa proximorum. Secun-
dum in eo, quod reddidit per oleum
debita creditori. Tertium in eo, quod
ipsa, & filii ejus, vixerunt de oleo. (g)

Distinctio triplicis effectus secundum nomen Eucharistiæ.

157. Tertio Corpus Domini dicitur
Eucharistia, id est, bona gratia. (h)
Sicut autem dicunt Magistri. (i) Gra-
tia est influentia Divinæ bonitatis (k)
in animam, per quam assimilata Deo,
fit ei grata, (l) & vitæ æternæ digna (m);
& secundum hoc Corpus Domini habet
tres effectus: similem Deo animam ef-
ficit: gratam & caram Deo reddit: vi-

Dilatatio.

tam æternam tribuit. De primo, se-
2. Pet. 1. 3. & seq. cundæ Pet. primo: Christus propria glo-
ria, & virtute, maxima, & pretiosa
promissa nobis donavit: ut per hæc ef-
ficiamini Divinæ consortes naturæ, id
est, similes Deo per veram bonitatem.
De secundo, Cant. septimo: Quam Cant. 7. 6.
pulchra es, & quam decora carissima
in deliciis! Quasi dicat: (n) Quia de-
licato cibo & potu Corporis Christi &
Sanguinis, es enutrita; facta es mul-
tum decora, & idcirco grata Deo, &
cara. De tertio Jo. sexto: Qui man- Jo. 6. 55.
ducat meam carnem, & bibit me-
um sanguinem, habet vitam æter-
nam. Item Corpus Domini dicitur
Eucharistia, id est, bona gratia, & se-
cundum hoc habet valde bonum effe-
ctum, scilicet quod (o) cum illud man-
ducamus, non ipsum ut alius cibus
mutatur in nos (p), sed nos in illum (q)
mutamur (r). Nam, quia ut jam di-
ctum est: Gratia est influentia Divinæ
bonitatis in animam, per quam assimi-
latur Deo; hæc bona gratia, scilicet
Corpus Christi, influit nobis bonitatem
suam, per quam non ipsum nobis, sed
nos illi assimilamur, & in ejus bonita-
tem mutamur. (s) Hæc nostra in Chri-
stum mutatio potest probari triplici si-
militudine. Prima de virtute nostri
amoris sumitur. Secunda de virtute
rei majoris. Tertia de virtute surculi
arboris. Hæc require supra Ser. XX.
ante finem. (t)

SER-

(a) Eod. sensu de Eucharistia Exposit. in Sap. ibi.
(b) Al. *rivulos*.
(c) Al. mendosissime *Taurus*.
(d) Al. *vasa, & mulier*.
(e) Al. *Et ait Elisæus: Vende oleum &c.*
(f) Rursum alio typographico errore crassissimo *vivete*.
(g) Divisio textus sicut in Arte Concionandi.
(h) Ita Exposit. in cap. 16. Sap. & alibi.
(i) De his in 2. Dist. 26. Art. 1. Q. 2. in concluf.
(k) Ibi quoque *gratia* vocatur *Divinæ bonitatis influentia*.
(l) Ibi etiam dicitur, quod *gratia hominem Deo conformat, & assimilat, reddit ipsum Deo amicum, & facit Deo esse placitum & acceptum*.
(m) Adeoque, qui est hujusmodi *influentiæ Deiformis particeps, dignus fit æternæ beatitudinis*, Par. 4. Breviloq. Cap. 1.
(n) Al. *& decora in deliciis, quasi diceret &c.*
(o) Al. sine *quod*.
(p) Al. *in nobis*.
(q) Al. *in ipso*.
(r) Pariter De Præparat. ad Miss. cap. 7. in fine, ut supra col. 908. not. q.
(s) Hinc rursum apparet diversitas horum Sermonum a Tractatu Alberti de Corpore Christi, ubi apud supradictum Raynerium cit. c. 41. sic „ lego „ Dicitur *Eucharistia*, id est, bona gratia. „ Dicitur enim bona gratia propter tres causas. „ Prima est, quia non datur nisi a gratissima, „ scilicet a bonitate, benignitate, pietate, ca- „ ritate gratiosissimi Domini nostri Salvato- „ ris. Secunda est, quia non datur nisi gra- „ tissimis, scilicet illis qui sunt filii intimi di- „ gni. Tertia, quia nonnisi gratiam confert; „ quod patet ex sex. Confert enim gratiam „ communionis, expiationis, redemptionis, vi- „ vificationis, spiritualis refectionis, æternæ „ beatitudinis. Primo enim ex corpore con- „ fert gratiam communionis: secundo ex san- „ guine dat gratiam expiationis: tertio ex ani- „ ma dat gratiam redemptionis: quarto ex „ spiritu dat gratiam vivificationis & virtutis; „ quia spiritus est, qui vivificat: quinto ex „ deitate dat gratiam refectionis: sexto ex „ toto Sacramento dat gratiam æternæ beati- „ tudinis. Hæc Alber. in Tractatu de Cor- „ pore Christi. „ Item cum Raynerius ibi laudet Albertum & Thomam, neutiquam hos Sermones; ergo illorum esse non agnovit.
(t) Supra num. 131.

Digitized by Google

SERMO XXVII.

De consideratione Sanguinis Christi tribus modis. Et primo, ut in cruce funditur, ab inæstimabili pretiositate commendatur.

Prov. 9. 5.

158. *Venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis*, Prov. nono. His verbis Dominus nos invitat ad salutare convivium, in quo præparavit pretiosum cibum & potum, verum Corpus & Sanguinem suum sub eorum speciebus. (a) Dicto itaque supra de Corpore Christi, dicendum est hic de Sanguine. Thema speciale de

1. Jo. 5. 6. Sanguine: *Hic est, qui venit per aquam & sanguinem, Jesus Christus*, primæ Jo. quinto. (b) Item aliud: *Calicem quidem*

Matth. 20. 23. *meum bibetis*, Matth. vigesimo. Thema

Apocal. 5. 9. proprium: *Dignus es Domine, quoniam redemisti nos Deo in sanguine tuo.* Apocal. quinto. (c) Vel aliud simile.

Divisio triplicis considerationis.

159. Sequitur septimum principale (d) circa Sacramentum Dominici Corporis notandum, quod est consideratio sacri Sanguinis. Unde sciendum quod Sanguis Domini tribus modis potest considerari. Primo, ut in cruce pro redemptione omnium (e) funditur. Secundo, ut in Sacramento a fidelibus sumitur. Tertio, ut a salvandis spiritualiter bibitur. Primo modo consideratus, ab inæstimabili pretiositate (f) commendatur. Circa hanc pretiositatem quatuor præcipue possunt notari. Primum est pretiositatis magnæ probatio. Secundum, tanti pretii dandi ratio. Tertium, virtutis Sanguinis magnitudo. Quartum redemptorum Sanguine multitudo. De duobus primis potest dici hic, de aliis in sequenti.

Distinctio triplicis probationis pretiositatis magnæ.

160. Primum circa pretiositatem Sanguinis Christi præcipue notandum, est pretiositatis magnæ probatio: & hoc probatur a tribus, a virginali origine; a dignitate innocentiæ; a Dei unione. De primo, Ecclesiastici vigesimo quarto: Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis. Fructus vitis, scilicet Beatæ Virginis. Uva & vinum, id est, Corpus Christi & Sanguis. Vinum ergo (g) honoris, ortum de flore vitis, est Sanguis Christi pretiosus, natus de virginitate Matris. Multum itaque commendat Sanguinis Christi nobilitatem & pretiositatem, quod a nulla, ut alius sanguis, corruptione, sed a virginali flore sumpsit originem. (h) De secundo, Ps. Captabunt (i) in animam justi, & sanguinem innocentem condemnabunt. (k) Quanto Sanguis innocentior, tanto carior & pretiosior. Primæ Pet. primo: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis, sed pretioso sanguine quasi agni immaculati &c. De tertio, Jer. tertio decimo: Agglutinavi mihi omnem domum Israel, dicit Dominus; id est, inseparabiliter mihi univi totam hominis naturam, scilicet Animam, Corpus, & Sanguinem. Hebr. secundo: Quia pueri communicaverunt carni, & sanguini, & ipse, scilicet Christus, similiter participavit eisdem. Id est, Filius Dei pro salute hominis, habentis carnem & sanguinem, assumpsit carnem hominis & sanguinem; & ita univit eam sibi, & honestavit, ut vere posset (l) dici Caro Dei & Sanguis. Act. vigesimo: Posuit vos Spiritus sanctus Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo. Igitur Sanguis Christi vere est Sanguis Dei, & ideo est

Dilatatio.

Eccli 24. 23.

Ps. 93. 21.

1. Pet. 1. 18. & seq.

Jer. 13. 11.

Hebr. 2. 14.

Act. 20. 28.

(a) *Verum Corpus & Sanguinem suum sub eorum speciebus*; nam ut scripsit S. Justinus in Orat. ad Antonin. Pium Imperat. „ Nos Chri„ stiani Eucharistiam non ut communem ci„ bum sumimus; sed credimus, quod, sicuti „ per Verbum Dei, Dei Filius factus est ho„ mo, ita per verba consecrationis in Eucha„ ristia fiat & sit Caro & Sanguis Christi.“ Et S. Cyprianus Serm. de Cœna Domini „ Pa„ nis iste, quem Dominus Discipulis suis por„ rigebat, non effigie, sed natura mutatus est, „ & omnipotentia Verbi factus est Caro.“ Quibus utriusque antiquissimi Scriptoris verbis, sane Catholica veritas de vera præsentia Corporis & Sanguinis Domini sub Eucharisticis Symbolis, ne vel Solis radiis, luculentius posset delineari. Unde hac vetustissima Patrum traditione imbutus S. Anselmus de Divinis Officiis scriptum vel ipse reliquit „ Benedictione „ fit Corpus ejus, non significative tantum, „ sed etiam substantive; neque enim ab hoc „ Sacramento figuram omnino excludimus, nec „ etiam eam solam admittimus.“

(b) Al. 1. Jo. 2.

(c) Al. *Apocal.* 2.

(d) Al. *Septimum principaliter* sine *sequitur*. De *septimo principali* supra in Prol. n. 1.

(e) Al. *pro omni salute*.

(f) Al. *dignitate*.

(g) Al. *igitur*.

(h) Al. *exordium*.

(i) Al. *captabant*.

(k) Al. *condemnabant*.

(l) Al. in plurali *possint*.

Digitized by Google

est tam pretiosus, quod una gutta plus valet, quàm totus mundus. (a)

Distinctio triplicis rationis tanti pretii dandi.

61. Secundum circa pretiositatem Sanguis Christi præcipue notandum, est tanti pretii pro homine dandi ratio, & hæc est triplex. Prima magni debiti necessaria solutio. Secunda magni amoris demonstratio. Tertia magni boni perditi recuperatio. Prima ratio tanti pretii dandi pro homine, scilicet pretiosi Sanguinis Dei, est magni debiti necessaria solutio. Maximo enim debito obligatus erat primus homo; quia tenebatur Deo satisfacere pro se, & pro toto humano genere, quod rapuerat, & occiderat, pomum vetitum comedendo. Unde jussus est cum omni progenie mitti in gehennæ carcerem, donec redderet omne debitum per sufficientem hostiam. Justum est enim secundum peccati quantitatem, & læsæ majestatis dignitatem, fieri satisfactionem. Et hoc potest tribus gradibus distingui: Pro minori enim culpa minor; pro majori major: pro maxima (b) maxima satisfactio est facienda. Hinc statutum erat in lege Dei pro transgressione diversorum mandatorum pecus aliquod offerri, vel occidi, & sanguinem ejus fundi: sed pro majori peccato, ut (c) homicidio simplici, ipsum homicidam occidi, & sanguinem ejus fundi. Ex hoc sequitur, quod pro tot homicidiis primi parentis, qui omnes homines occidit; quia per eum omnes moriuntur: & pro læsa per hoc maxima (d) creatoris Majestate, tam pretiosa Hostia debebat offerri Deo & occidi, & Sanguis ejus fundi, qui ad minus tantum valeret, quantum omnes homines, qui sunt occisi. Sed quia talis in omni creatura non poterat inveniri, necesse fuit ad solvendum tantum debitum, & ad liberandum de inferni carcere genus humanum, Filium Dei hominem fieri, omni creatura meliorem, & ipsum pro debito hominis occidi, & Sanguinem ejus fundi (e). De primo Levit. quarto: Anima quæ peccaverit per ignorantiam, in transgressione, scilicet quorundam mandatorum Dei, offeret (f) Domino vitulum, vel agnum, vel aliud (g) hujusmodi ad occidendum, & sanguinem ejus fundendum. Hebr. nono: Omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio. De secundo Gen. nono: Quicunque fuderit sanguinem hominis, (h) fundetur sanguis illius. Ad imaginem quippe Dei factus est homo. Num. trigesimo quinto: Non aliter expiari potest, nisi ejus sanguine, qui alterius sanguinem fuderit. De tertio Osee tertio decimo: De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos, scilicet pretio sanguinis, dicit Interlinearis. Vel de morte (i), id est, de plaga, & debito æternæ mortis. Bernardus: Filius Dei jubetur occidi, ut vulneribus nostris pretioso sanguinis sui balsamo mederetur. Anima agnosce, quam gravia sunt ista vulnera, pro quibus necesse fuit, Dominum nostrum (k) vulnerari. Si hæc omnia non essent ad mortem, mortemque sempiternam, nunquam pro eorum remedio (l) Filius Dei moreretur. (m) Secunda ratio tanti pretii dandi est magni amoris demonstratio. Primæ Jo. quinto: Tres sunt qui testimonium dant in terra; Spiritus, & aqua, & sanguis. Spiritus quem emisit (n) de corpore, aqua quæ fluxit de latere, & sanguis quem effudit de corde, testes sunt dilectionis maximæ. Ps. Apud Dominum misericordia, & copiosa apud eum redemptio, ut scilicet probaretur ad nos amoris ejus magnitudo. Bernardus: Vere copiosa Christi redemptio, quia unda (o) sanguinis per quinque partes corporis largiter emanavit, (p) cum pro redemptione generis humani una gutta pretiosissimi sanguinis sui (q) sufficeret. Sed ideo data est copia, ut virtus dilectionis in beneficii redundatione clarescceret (r),

Dilatatio de magni debiti necessaria solutione.

Levit. 4. 2. & seqq.

Hebr. 9. 22.

Gen. 9. 6.

Num. 35. 33.

Ose. 13. 14.

Glossa interlin.

Bernardus Ser. 3. in Nat. Dom. post med.

Dilatatio de magni amoris demonstratione.

1. Jo. 5. 8.

Ps. 129, 7.

Bernardus Ser. 21. in Cant. num. 7.

Ut

(a) In Amator. p. 796. col. 2.
(b) Al. *maximo*.
(c) Al. *vel*.
(d) Al. *maximi*.
(e) 3. Dist. 1. Art. 2. Q. 1. & Dist. 20. A. 1. Q. 3.
(f) Al. *offerat*.
(g) Al. *aliquid*.
(h) Vulg. *humanum sanguinem*; sed ut supra Codd. Lunælac. & Vindobon. nec non Edit.
(i) Al. *redimam eos pretio sanguinis. Dicit Interlinearis de morte &c.*
(k) Al. *est, Dominum Jesum Christum*.
(l) Al. *Nisi enim essent ad mortem æternam, nunquam pro eis &c.*
(m) Sic D. ipse Bonav. in cit. Amatorio.
(n) Al. *misit*.
(o) Al. *undam*.
(p) Al. *effudit*. Vid. cit. Amat. D. Bonav. & confer cum Serm. 1. Dom. in Pass.
(q) Al. *pretiosi Sanguinis ejus*.
(r) Al. *Sed data est copia, ut magnitudine muneris virtus innotesceret diligentis*; sed ut sup. in d. Amat.

Digitized by Google

Ut enim ostenderet, quantum te diligeret, non aliter voluit, quam moriendo te de morte liberare. Augustinus dicit: O Anima mea pretiosa, non auro redempta, vel opibus, sed agni immaculati sanguine agnosce quantum valeas, & quantum debeas, & dum pretium tui cogitas, tibi vilis esse desinas. (a) Noli temetipsam tradere in perditionèm, pro qua Christus suum pretiosum effudit (b) Sanguinem. Tertia ratio tanti pretii dandi est magni boni perditi recuperatio; & hæc (c) est triplex, scilicet libertas a servitute diaboli: introitus cœlestis Regni: hæreditas filiorum Dei. De primo Jer. trigesimo primo: (d) Redemit Dominus (e) Jacob, & liberavit eum de manu potentioris, scilicet pretioso Sanguine Christi. Jo. octavo: Si vos filius liberaverit, vere liberi eritis. Ps. Redemit eos de manu inimici. Luc. primo: Benedictus Dominus Deus Israel, quia visitavit, & fecit redemptionem plebis suæ. De secundo Hebr. nono: Christus per proprium sanguinem semel introivit in Sancta, æterna redemptione inventa. Et infra decimo: Habentes itaque, fratres, fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi. Joannes Damascenus (f): Crux (g) Christi clavis est Paradisi. (h) In passione enim Domini cœlum diu clausum, quasi soluto sanguinis ejus pretio, est apertum. (i) Jo. decimo nono: Unus militum lancea latus ejus aperuit, (k) & contituo exivit sanguis & aqua. Augustinus: Vigilanti verbo Evangelista usus est, ut non diceret, latus ejus percussit, aut vulneravit, aut quid aliud; (l) sed aperuit, ut illic quodammodo vitæ ostium panderetur, unde Sacramenta Ecclesiæ manaverunt, sine quibus ad vitam, quæ vera vita est, non intratur. Ille sanguis (m) fusus est in remissionem peccatorum: aqua illa salutare temperat poculum: hæc & lavacrum præstat, & potum. (n) Humanum enim (o) genus propter debita peccatorum, & deformitatem, a Paradiso exclusum cœlesti, necesse habuit ad reditum, & pretio Sanguinis Christi a debito absolvi, & aqua Baptismi a sorde lavari. De tertio Levit. vigesimo quinto: Si attenuatus (p) frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & (q) voluerit propinquus ejus, potest redimere quod ille vendiderat. Hoc fecit Christus pretio Sanguinis sui. Hinc legitur Numeror. trigesimo quinto: (r) Quod homicidis expulsis de terra sua non dabatur (s) libertas redeundi, nisi post mortem summi Pontificis. Jer. duodecimo: Reducam virum ad hæreditatem suam, & virum (t) ad terram suam. Ecclesiastici trigesimo tertio: Si est tibi (u) servus fidelis, sit tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti eum (x), scilicet quia hæreditatem suam, (y) quam redimere non poterat, sanguine tuo redimisti sibi. Unde tracta eum quasi fratrem, dividendo secum hæreditatem. Hinc Luc. vigesimo tertio (z) clamat de cruce latro: Domine memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Jesus: Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso &c.

Augustinus verius alius Ser. 154. olim de Temp. 120. n. 8. To. 5. Par. 2. col. 271. Append.

Dilatatio de magni boni perditi recuperatione.

Jer. 31. 11.

Jo. 8. 36.

Ps. 105. 10.

Luc. 1. 68.

Heb. 9. 12.

Ibi 10. 19.

Damascenus L. 4. Orth. fid. c. 12.

Jo. 19. 34.

Augustinus in Joan. Evang. Tract. 120. *n.* 2.

Levit. 25. 25.

Num. 35. 32.

Jer. 12. 15.

Eccli 33. 31.

Luc. 23. 42. & *seq.*

SERMO XXVIII.

De pretiositate Sanguinis Christi.

162. *Venite, comedite &c.* Item alia Themata ut supra, vel similia de Sanguine *Prov.* 9. 5.

(a) Sic in Amator. cit. Al. *attende quid valeas, quid pro te datum sit cogita.*
(b) Al. *fudit.*
(c) Al. *hoc.*
(d) Al. 30.
(e) Al. *Deus.*
(f) Al. *Hieronymus.*
(g) Al. *Sanguis.*
(h) Ita apud Tho. Hiber. in Flor. verbo *Crux.* Vid. Comment. in Apocal. cap. 20. num. 1457.
(i) In 4. Dist. 3. Par. 2. Dub. 3.
(k) Al. *perforavit.*
(l) Al. *Vigilanti verbo usus est, non dixit vulneravit.*
(m) Al. *ad vitam non intratur. Sanguis enim.*
(n) Al. tantum *aqua in lavacrum.* Sed ut supra Comment. in Joan. ibi.
(o) Al. absque *enim.*
(p) Al. sine *attenuatus.*
(q) Al. *si.*
(r) Al. 25.
(s) Al. *dabitur.*
(t) Al. absque *virum.*
(u) Al. sine *Si est tibi.*
(x) Al. heic additur *tibi.* Vulg. sine *tibi*; sed pro *eum*, habet *illum.* At *eum* duo etiam Codd. nostri Bernardin. apud Lyranum, & alii apud Malvendam.
(y) Al. *quod hæreditatem tuam.*
(z) Al. Luc. 32.

Digitized by Google

Distinctio trium spectandorum in magnitudine virtutis Dominici Sanguinis.

guine Christi. Tertium circa pretiositatem Sanguinis Christi, ut consideratur in cruce fusus, præcipue notandum, est virtutis magnitudo. Et consistit hæc in tribus, in diaboli destructione, in mundi redemptione, in Dei reconciliatione.

Dilatatio. *Job* 40. 20.

163. De primo, Job quadragesimo secundum aliam litteram: Nunquid capies Leviathan hamo, (*a*) supple, sicut ego? (*b*) Leviathan est diabolus. Hamus, sive aculeus, in esca est Dei Filius in carne humana assumpta absconditus. Isto hamo captus est diabolus, & deceptus; quia dum Carnem innocentis Christi in cruce mordere, & Sanguinem effundere injuste præsumpsit, latens aculeus Divinitatis potestatem ipsius (*c*) perforando destruxit. *Amos* 2. 9. Amos secundo: Ego exterminavi Amorrhæum, id est, amarum inimicum, cujus altitudo, cedrorum altitudo est, & fortis ipse quasi quercus. Hoc figuratum est *Dan.* 14. 22. & 25. Dan. quarto decimo: Erat draco magnus in loco illo, scilicet Babylone. Tulit ergo (*d*) Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter, fecitque massas (*e*), & dedit in os draconis, & diruptus est. Pix & pili significant similitudinem carnis peccati, adeps Sanguinem Christi, massæ (*f*) ex his, sacra membra Salvatoris data in potestatem hostis. Sed dum hæc injuste mordere nititur, juste potestas ejus destruitur. De secundo primæ Cor. sexto: Empti estis pretio magno. *1. Cor. 6. 20.* Eph. primo: Habemus redemptionem per sanguinem Christi, in (*g*) remissionem peccatorum. *Eph. 1. 7.* Primæ Petr. primo: Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis &c. *1. Petr. 1. 18.* Hinc canit Ecclesia: Te ergo quæsumus tuis famulis subveni, quos pretioso sanguine redemisti. *In Hym. Te Deum.* De utroque Hebr. secundo: Quia pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse, scilicet Christus, similiter participavit (*b*) eisdem, ut per mortem destrueret eum, qui habebat mortis imperium, diabolum scilicet, & liberaret (*i*) eos. Augustinus: Venit Redemptor, & victus est deceptor. Et quid fecit Redemptor captivatori nostro? Tetendit ei muscipulam crucem suam, posuit ei (*k*) quasi corpus & sanguinem suum. Ille autem sanguinem fudit non debitoris, per quod jussus est recedere a debitoribus (*l*). Hinc canit Ecclesia: O crux gloriosa, per quam & diabolus est victus, & mundus Christi sanguine redemptus (*m*). De tertio Eph. secundo: Vos qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, id est, faciens nobis pacem cum Deo. Coloss. primo: Christus est caput corporis Ecclesiæ, pacificans per sanguinem crucis ejus, sive quæ in terris, sive quæ in cœlis sunt. Hinc post passionem, & resurrectionem ostendit discipulis cruentas manus, & latus dicens: Pax vobis.

Hebr. 2. 14. *Augustinus De peccatorum merit. & remiss. L. 2. c. 30. & seq. & 23. De Trin. c. 13. in aliquo sensu. Beda quoque super illud ad Hebr. 2. ut per mortem destrueret eum. Et Glossa ordinar. ibi.* *Eph. 2. 13. & seq.* *Coloss. 1. 18. & 20.* *Jo. 20. 20. & seq.*

Distinctio triplicis rationis cum dilatatione.

164. Hæc pax cum Deo, sive reconciliatio, fit per Sanguinem Christi triplici ratione: ratione pretii sufficientis, quod in eo pro nostris debitis solvit: ratione gratiosissimæ (*n*) caritatis, quam in hoc Sacramento (*o*) monstravit: ratione formositatis, qua nos Deo gratos fecit. De primo Ps. Persecuti sunt me inimici mei injuste, scilicet usque ad mortem crucis: quæ non rapui, tunc (*p*) exolvebam, scilicet pretio Sanguinis pro bono pacis. Matth. vigesimo sexto: Sanguis meus qui pro multis effundetur (*q*) in remissionem peccatorum. De secundo Eph. quinto: Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam

Ps. 68. 5. *Matth. 26. 28.* *Eph. 5. 2.*

(*a*) Ita apud S. Gregor. in Evang. Homil. 25. num. 7 Vulg. *An extrahere poteris Leviathan hamo?*

(*b*) Ut ergo, idem S. Gregor. Moral. L. 33. cap. 10. num. 18.

(*c*) Al *ejus*.

(*d*) Al. *in Babylone, & tulit.*

(*e*) Al. *& fecit massam.*

(*f*) Al. *massa.*

(*g*) Vulg. sine *in*; sed cum *in* Hug. Card. Lyr. &c.

(*h*) Al. *communicavit.*

(*i*) Al. *liberavit.*

(*k*) Al. *ibi.*

(*l*) Sive *recessit a debitoribus.* Al. *propter quod jussus est reddere debitores.* Confer apud ipsum-met D. Bonav. 3. Dist. 19. in tex. Mag. ac ibi Art. 1. Q. 5. in fin. concl.

(*m*) Sicut ita canebat Ecclesia, ita cecinit D. ipse Bonav. in Offic. de Passio. Dom. in Hym. *Christum ducem, qui per crucem redemit nos ab hostibus &c.* Et in Laudis. de S. Cruce: *Crux est fortis armatura, & protectio secura, conterens dæmonia &c.* Sed & Auctor Meditat. De Passio. & Resurrect. Dom. inter Suppos. S. Bernardi cap. 6. num. 15. post alia Crucis elogia in fine exclamat: *O gloriosa crux!*

(*n*) Al. *gratissimæ.*

(*o*) Al. *facto.*

(*p*) Al. sine *tunc.*

(*q*) Al. *meus pro vobis fundetur.*

Digitized by Google

stiam Deo in odorem suavitatis; quasi dicat: Hostia Corporis Christi & Sanguinis extitit Deo ad effectum nostræ reconciliationis causa nimiæ dilectionis. Nam si Noe justus, ut dicitur Eccle- *Eccli 44. 17.* siastici quadragesimo quarto, in tempore iracundiæ factus est reconciliatio propter justitiam; multo magis Christus propter nimiam caritatem, qua (a) obtulit pro nobis Deo Sanguinem proprium. De tertio Rom. quinto: Ju- *Rom. 5. 9.* stificati in sanguine Christi, id est, de reis justi, de fœdis pulchri facti, salvi *Ibi 11.* erimus ab ira per ipsum; & gloriamur (b) in Deo per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem nunc (c) reconciliationem accepimus. Item primo: *Rom. 1. 7.* Dilectis Dei, vocatis Sanctis, id est, in (d) Christi Sanguine tinctis, gratia *Jo. 13. 5.* vobis & pax. Jo. tertio decimo: Misit (e) aquam in pelvim. *Glossa ordinar.* Glossa: Sanguinem in terram (f) fudit, & cœpit lavare pedes discipulorum; quia scilicet Sanguine mundo mundans nos fecit pulchros, & Deo gratos. Apoc. primo: *Apoc. 1. 5. & seq.* Dilexit nos, & lavit (g) nos a peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnum, & sacerdotes Deo & Patri suo. (h) Ecce peccatores Deus Sanguine suo lavit, formosos, roseos, & Deo gratos fecit, & sic reconciliavit, ut in Curia Dei Principes effecerit. (i)

Divisio triplicis exercitus, distinctio, & dilatatio.

165. Quartum circa pretiositatem Sanguinis Christi præcipue notandum, est redemptorum multitudo. Tres enim exercitus magni Sanguine ejus sunt redempti; scilicet manifesti inimici; antiqui justi; dubii amici. Primi de vinculo peccati; secundi de limbo inferni; tertii de dubietate fidei. Propter hæc tria effudit Sanguinem de tribus locis: de manibus, de pedibus, & de vulnere lateris. Primo de manibus, ut peccatores virtute Sanguinis a vinculis peccatorum absolveret, absolutos ad se revocaret. De primo, Ecclesiastici quinquagesimo. Porrexit (k) manum suam in *Eccli 50. 16.* libatione, (l) & libavit de (m) sanguine uvæ, ut scilicet peccatorum vincula solveret. Ps. Dirupisti vincula mea tibi *Ps. 115. 16. & seq.* sacrificabo hostiam laudis. Augustinus: Christus ad hoc (n) Sanguinem suum *Augustinus Enarrat. in Ps. 129. n. 3.* fudit, ut peccata nostra deleret &c. (o) Unde ergo (p) diabolus nos tenebat, deletum est sanguine Redemptoris. Non enim (q) tenebat nos, nisi vinculis peccatorum. De secundo, scilicet ut absolutos revocaret. Isa. quadragesimo quarto: Revertere (r) ad me, *Isa. 44.* quoniam redemi te. Glossa: Sanguine *Glossa interlin.* Filii. (s) Quod si feceris, cœlum, & terra, & omnia elementa in salute tua lætabuntur. E contra si non feceris, omnia contra te pugnabunt. Sap. quin- *Sap. 5. 18. & 21.* to: Armabit creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnabit pro eo (t) orbis terrarum contra insensatos. Porrexit ergo (u) Christus in cruce manum, & libavit Sanguinem, solvens omnes a vinculis peccatorum, & adhuc quasi avem fugientem (x) manu cruenta revocat peccatorem. Isa. quadragesimo sexto: Vocans, supple, ego sum, (y) *Isa. 45. 11.* ab oriente avem, quasi de longe, (z) scilicet de statu peccati revocans instabilem, & refugam animam. Secundo, de pedibus fudit Sanguinem, ut antiquos justos de limbo inferni educendos demonstraret, & ad cœlestem patriam deduceret. De primo Thren. primo: Torcular calcavit Dominus virgini fi- *Thr. 1. 15.* liæ Juda (aa). Arbor enim & tortura torcularis significat passionem Christi in ligno crucis. (bb) Qui vero in torculari

(a) Al. *quia*.
(b) Al. *glorificamur*.
(c) Al. absque *nunc*.
(d) Al. sine *in*.
(e) Vulg. *mittit*; sed *misit* etiam Comment. in Jo. ibi.
(f) Al. *terra*.
(g) Al. *lavavit*.
(h) Al. *Deo nostro*.
(i) Al. *faceret*.
(k) Al. heic additur *Sacerdos magnus*;
(l) Al. *libationem*.
(m) Al. *in*.
(n) Al. *ob hoc*; sed *ad hoc* apud D. ipsum Bonav. in 3. Dist. 19. in tex. Mag.
(o) Verba August. ibi sunt „ Quod est sa- „ crificium, nisi quod pro nobis oblatum est? „ Sanguis innocens fusus delevit omnia pecca- „ ta nocentium: pretium tantum datum rede- „ mit omnes captivos de manu captivantis ini- „ mici.“
(p) Al. *enim*; at *ergo* ibi.
(q) Al. *autem*.
(r) Al. *convertere*.
(s) Al. sine *Filii*; sed *Filii* habet eadem Glossa.
(t) Vulg. *cum illo*; sed *pro eo* etiam S. Greg. in Evang. L. 2. Hom. 35. n. 1.
(u) Al. *itaque*.
(x) Al. *quasi aufugientem* absque *avem*.
(y) Al. *Ego sum vocans*.
(z) Alludendo ad illud ejusd. Isa. ibi v. 12. *qui longe estis a justitia*.
(aa) Al. tantum *Virgini Juda*.
(bb) Pariter Exposit. in Thren. ibi.

Digitized by Google

calcat, sanguinem uvæ pedibus fundit, (a) ut multos ex eo lætos faciat. Christus ergo virgini Juda torcular calcavit; quia in passione crucis de pedibus Sanguinem fudit, & justos in fide incorruptos (b) de inferno liberans lætificavit. Zach. nono dicitur: Tu quoque in sanguine testamenti tui eduxisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua (c), scilicet cœlestis refrigerii. De secundo, scilicet ut eductos de inferno ad cœlestem patriam deduceret. Hebr. nono: Christus assistens pontifex futurorum bonorum &c. introivit semel in Sancta, æterna redemptione inventa. Et non solus, sed cum magno exercitu justorum, quos de inferno eruens secum duxit. Ps. Ascendens in altum captivam duxit captivitatem. Isai. sexagesimo tertio dicunt Angeli: Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? (d) Et postea: Gradiens in multitudine fortitudinis (e) suæ, id est, ascendens cum multis fidelibus, quos de inferis potenter secum duxit. Tertio, fudit sanguinem de vulnere lateris, & cordis, ut discipulos dubios, & alios multos in fide, & bonæ vitæ stabilitate trepidantes, (f) & ideo frigidos, & quasi mortuos calefaceret, & revivificaret, & sic revivificatis suo Sanguine iter cœleste signaret, ut post ipsum ferventer (g) currerent. De primo, Joan. decimo nono: Unus militum lancea latus ejus aperuit, & continuo exivit sanguis, qui scilicet est calidus, & in quo est vita hominis, ut eos frigidos in fide calefaceret, & quasi mortuos in vita bona revivificaret. Ps. Similis factus sum pellicano solitudinis. Pellicanus dicitur (h) avis pullos mox natos, & contra eam se erigentes, occidens, & mortuos triduo deplorans, cum rostro latus proprium fodit, & sanguinem in eos fundens, revivificat. Sic Christus frigidis in fide, & in peccatis mortuis subvenit Sanguine cordis. (i) De secundo, quod (k) vivificatis ad instar feræ vulneratæ iter cœleste suo Sanguine signat, & se (l) sequendum demonstrat. Cant. quarto: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa; quasi dicat: Attende (m) me vulneratum propter te. Vide Sanguinem meum, & sequere me. Jo. vigesimo: Venit Jesus, & ostendit discipulis manus & latus, scilicet cruentum, non solum ut eos in fide confortaret, sed ut se per multas tribulationes sequendum demonstraret. Primæ Petri secundo: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Hebr. tertio decimo: Jesus, ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur (n) ad eum extra castra, improperium ejus portantes. Extra castra, scilicet delicias carnis fugientes, & passionem ejus imitantes. Cant. in fine: Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnuloque cervorum; quasi dicat: Curre coram nobis, ut fera corde vulnerata, & Sanguine tuo cœlestem semitam nobis ostende, donec te comprehendamus, & in te delicias æternas capiamus. (o) Primæ Cor. nono: Sic currite, ut comprehendatis. Quod nobis præstare dignetur &c. (p)

Zach. 9. 11.
Hebr. 9. 11. & seq.
Ps. 67. 14. Eph. 4. 8.
Isa. 63. 1.
Jo. 19. 34.
Ps. 101. 7.
Cant. 4. 9.
Jo. 20. 19. & seq.
1. Pet. 2. 21.
Hebr. 13. 12. & seq.
Cant. 8. 14.
1. Cor. 9. 24.

SERMO XXIX.

De consideratione Sanguinis Christi secundo modo, ut in Sacramento sumitur.

166. *Venite, comedite &c.* Item alia ut supra. Matth. vigesimo sexto: *Bibite ex hoc omnes. Hic est enim Sanguis meus.* (q) Sanguis Christi tribus modis potest

Prov. 9. 5.
Matth. 26. 27. & seq.

(a) Al. *fudit*.
(b) Al. corruptissime *corruptos*.
(c) Sic d. Exposit. in Thren. cap. 3. Quære inter variantes Vol. 1. & 2.
(d) Ita Exposit. in cap. 24. S. Luc. non procul a fine.
(e) Al. *virtutis*.
(f) Al. *tentatos*.
(g) Al. *significaret, ut post ipsum ruenter*.
(h) Al. *est*; sed legendum *dicitur*, secundum Glossam ordinariam, quam sæpe D. ipse Bonav. sequitur, quæque habet *dicitur*, unde & subdit, *etsi non certum sit*. Accedit, quod idemmet Bonav. de eodem Pellicano loquens Exposit. in cap. 13. S. Luc. ait: *Pellicanus fertur*. Vid. Isidor. Etymolog. L. 12. cap. 7. & Vincent. Bellovac. in Spec. Nat. L. 16. cap. 127. ex Physiologo, & Aristotele.
(i) Pariter nedum ibi Glos. & Bonav. sed & August., Hieron., Gregor., Epiph. Maxim., Eucher., Petr. Dam. &c. apud Lorin.
(k) Al. *quasi*.
(l) Al. *significat, & sine se*.
(m) Al. *quia attende*.
(n) Al. *ergo*.
(o) Non dissimiliter Exposit. in Cant. ibi.
(p) Al. loco prædictæ clausulæ, *Amen*.
(q) Textum hunc, qui integer ita sonat apud cit. Matth. v. 26. & seqq. *Cœnantibus autem eis, accepit Jesus panem, & benedixit, ac fregit, dedit*.

Digitized by Google

Divisio trium modorum considerandi Sanguinem Christi.

Distinctio.

Dilatatio.

Apocal. 5. 9.

Matth. ibi.

1. Cor. 10. 1. & 4.

potest considerari. Primo, ut in cruce ab infidelibus funditur. Secundo, ut in Sacramento a fidelibus sumitur. Tertio, ut præter Sacramentum a salvandis spiritualiter bibitur. Primo modo consideratus commendatur ab inæstimabili pretiositate. Secundo modo, a multiplici utilitate. Tertio modo, a spirituali suavitate. Quantum ad primum modum, semper est memorabilis. Quantum ad secundum, venerabilis. Quantum ad tertium, desiderabilis. De primo, Apoc. quinto: Dignus es, Domine, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo. De secundo: Bibite, hic est enim sanguis meus novi testamenti. De tertio, primæ Cor. decimo: Omnes patres nostri eumdem potum spiritalem biberunt. De primo modo considerationis jam supradictum est in duobus Sermonibus superioribus. Secundo itaque modo consideratur Sanguis Christi, ut in Sacramento a fidelibus sumitur, & circa hæc tria quæruntur. Primo, quare Sacramentum datur sub specie duplici. Secundo, quare populus non sumit Sanguinem, sicut Sacerdos sub specie vini. Tertio, quæ sit utilitas Sanguinis sumpti. *(a)*

Quare hoc Sacramentum datur sub specie duplici.

Ratio triplex.

167. Primo quæritur, quare Sacramentum datur *(b)* sub specie duplici, scilicet sub specie cibi & potus, sive panis & vini; hujus triplex est ratio. Prima ad regalis convivii perfectionem. Secunda ad redemptionis corporum nostrorum, & animarum simul significationem *(c)*. Tertia ad memoriæ passionis Domini majorem repræsentationem. De primo, Esth. primo: Rex Assuerus tertio anno imperii sui fecit grande convivium cunctis principibus & pueris suis. Cibi inferebantur, vinum quoque ut magnificentia regia dignum erat. Rex iste significat Christum, *(d)* qui non primo anno, vel secundo, id est, ante legem, vel sub lege, sed tertio, id est, tempore gratiæ, fecit *(e)* grande convivium magnis & parvis *(f)* cibi & potus. Ut enim ornatum, & perfectionem convivii, & mensæ suæ demonstret, sub specie panis & vini simul Sacramentum Altaris administrat. Nam ubi alterum deesset, multum laudabile convivium non esset. De secundo Ps. Tu es Sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech, qui scilicet obtulit in signum panem & vinum. In pane signans *(g)* futuram nostrorum corporum redemptionem, in vino animarum. Magister in quarto Sentent. Quare sub specie duplici sumitur Sacramentum Altaris, cum sub alterutra *(h)* totus sit Christus? Ut ostenderetur, *(i)* totam naturam humanam, id est, Corpus & Animam, assumpsisse, & totam simul redemisse. Panis enim ad carnem refertur, quam scilicet nutrit; vinum ad animam, quia vinum operatur sanguinem, in quo sedes est animæ secundum Physicos (k). Unde si sub alterius tantum specie sumeretur, ad alterius tantum, id est, animæ vel corporis, non ad utriusque pariter liberationem valere significaretur *(l)*. De tertio, primæ Cor. undecimo: Hic

Esth. 1. 3. & 7.

Ps. 109. 4.

Magister Sententiarum Dist. 11. Par. 2.

1. Cor. 11. 25.

---

ditque discipulis suis, & ait: Accipite, & comedite: HOC EST CORPUS MEUM. *Et accipiens calicem, gratias egit, & dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes.* HIC EST ENIM SANGUIS MEUS &c., hunc, inquam, textum objecit Paschasius, ad refutandam insanam novitatem Joannis Scoti Erigenæ latitantis sub larva Bertrami (alterius longe a Ratramno) aliorumque similium, hisce verbis „ Audiant „ qui volunt extenuare hoc verbum Corporis, „ quod non sit vera Caro Christi, quæ nunc „ in Sacramento celebratur in Ecclesia Christi, „ neque verus Sanguis ejus; nescio quid vo„ lentes plaudere aut fingere, quasi quædam „ virtus sit Carnis aut Sanguinis in eo tan„ tummodo Sacramento, ut Dominus mentia„ tur, & non sit vera Caro ejus, neque verus „ Sanguis, in quibus vera mors Christi annun„ tiatur: cum ipsa veritas dicat: HOC EST „ CORPUS MEUM &c. " Vid. To. 3. Spicil. sive Collect. Dacherya. in Miscellan. Epistolar. & Diplom. pag. 854. ubi est Epistola Petri de Marca Archiepiscopi Tolosani inserpta R. P. Domno Lucæ d' Achery Monacho S. Benedicti, & Bibliothecario S. Germani a Prato, ut magis magisque pateat vera esse quæ diximus contra larvatum quendam Italum supra col. 820. & seqq. not. *f*.

(a) Al. *Sanguinis Christi, ut in Sacramento a fidelibus sumitur*.

(b) Al. *sumitur*.

(c) Al. *faginationem*.

(d) Ita Serm. 4. Dom. 3. post Pentec. & infra num. 171.

(e) Al. *facit*.

(f) Al. *pueris fidelibus*.

(g) Al. *significans*.

(h) Al. *altera*.

(i) Al. *Ideo scilicet ut ostendatur*.

(k) Ita supra cit. Magister ibi apud ipsum D. Bonaventuram, nec non idemmet Bonav. Ser. de S. Petro ad Vincula, atque S. Ambrosius Lib. de Noe & Arca cap. 25. num. 92. & Estius in Levit. cap. 17.

(l) In 4. Dist. 11. Par. 2. Art. 1. Q. 2. in concl. explicatius sic „ Dicendum quod in Sa„ cra-

Digitized by Google

calix novum teſtamentum eſt (*a*) in meo ſanguine, hoc facite quotieſcumque bibetis, (*b*) in meam commemorationem; id eſt, Sanguinem meum bibetis in memoriam meæ paſſionis. Expreſſius enim paſſio Chriſti ad memoriam reducitur, per conſiderationem Sanguinis, quam Corporis. Exo. duodecimo dicitur: Erit ſanguis vobis in ſignum in ædibus, in quibus eritis. In ſignum; ſicut enim agnus ſine macula occiſus eſt in liberatione Iſrael de Ægypto; Sic Sanguis Chriſti proprium & expreſſivum (*c*) memoriale eſt ſuæ paſſionis. (*d*) Quarti Reg. tertio: Viderunt Moabitæ aquas rubras (*e*) quaſi ſanguinem, dixeruntque (*f*): Sanguis gladii eſt, pugnaverunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuo. Reges ſcilicet Chriſtus & diabolus; ille humilium, hic ſuperborum; pugnantes in paſſione Domini, ut quis eorum hominem ad ſuum ſervitium obtineret; ambo ſunt graviter vulnerati. De primo, Job ſexto: Irruit, ſcilicet hoſtis meus, (*g*) in me, quaſi gigas, concidit me vulnere ſuper vulnus. De ſecundo Iſai. quinquageſimo primo: Nunquid non tu (Domine) percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem? Vulneravit itaque vulnere gravi; quia cum Chriſti carnem innocentem mordere præſumpſit, latens aculeus Divinitatis potentiam malitiæ ejus perforando exterminavit; (*h*) & quem captivum tenebat hominem, de manu tyrannidis ejus liberavit. (*i*)

Exo. 12. 13.

4. Reg. 3. 22. & ſeq.

Job 16. 15.

Iſa. 51. 9.

168. Secundo quæritur, quare populus non accipit Sanguinem ſub ſpecie vini, ſicut Sacerdos? Hujus (*k*) triplex eſt ratio. Prima eſt ad habendum vas congruum, hujus Sanguinis contentivum. Sicut enim vinum vas ſpecialius, & diligentius præparatum, in quo ſervetur, exigit, quam panis; ſic ſub ſpecie vini Sanguis Chriſti ſumendus ſolum Sacerdotibus conceditur, tanquam vaſis Domini, ad hoc ſpecialius (*l*) conſecratis, & ſacra religione conſtrictis, & virtutum pulchritudine præcellentius (*m*) perornatis. Hinc triplici vaſi electo comparantur in Scripturis, ſcilicet altari conſecrato, crateræ ligatæ, & aureo ſcypho. De primo, Deuter. duodecimo: Carnibus hoſtiarum ipſe veſceris, ſanguinem fundes in altari, id eſt, committes Sacerdoti, qui debet eſſe vas ſpecialiter conſecratum, & ſanctum, & altare dignum, ad ſuſcipiendum Sanguinem Domini. Gloſſa Exodi trigeſimo: Altare holocauſti ſignificat vitam juſtorum, qui carnem ſuam quotidie

Quare populus non accipit Sanguinem ſub ſpecie vini, ſicut Sacerdos? Ratio triplex.

Deut. 12. 27.

Gloſſa ordinar. in Exo. 30. 1.

„ cramento duo ſunt, ſcilicet efficacia, & ſignantia. Eſſe igitur de integritate Sacramenti dupliciter eſt. Aut quantum ad efficaciam: & ſic neutra ſpecies eſt de integritate, ſed quælibet eſt totum quod habet efficaciam. Aut quantum ad ſignificationem, vel ſignificantiam: & ſic ſunt de integritate, quia in neutra per ſe exprimitur res hujus „ Sacramenti, ſed in utraque ſimul: & hoc „ patet ſic. Hic ſignificatur cibus perfecte reficiens manducantes ſacramentaliter & ſpiritualiter: perfecta autem refectio non eſt in „ pane tantum, nec in vino tantum, ſed in „ utroque: ideo non in uno tantum perfecte „ ſignatur ut reficiens, ſed in utroque. Reficit autem hoc Sacramentum non quoſcunque, ſed manducantes ſpiritualiter. Manducare autem ſpiritualiter eſt cognoſcere, & „ affici circa ejus paſſionem, quæ fuit in corporis ejus multiplici afflictione, & ſanguinis „ effuſione, in quo manifeſtatur immenſa Dei „ caritas, & in hoc anima perfecta reficitur, „ & delectatur: & ideo utrumque diſtincte ſignificatur, ſcilicet Corpus & Sanguis. Rurſus: Delectatio & refectio non eſt in paſſione, quia paſſio, ſed quia noſtra redemptio: „ ibi etiam mira utilitas nos delectat: & quia „ redempti ſumus in corpore & anima, ad hoc „ eſt perfecta redemptio, & Chriſtus expoſuit „ corpus & animam: & ideo ut perfecta refectio, debuit ſignari corpus in pane, & „ anima, cujus ſedes eſt in ſanguine, in vino. „ Ratio igitur integritatis eſt ſignificantia Chriſti nos perfecte reficientis in meditatione ſuæ „ amantiſſimæ paſſionis, & jucundæ redemptionis, quæ non per alterum horum perfecte ſignari potuit, ſed per utrumque. “ Hactenus ibi ad probandum, quod *ſpecies panis & vini ambæ ſunt de integritate Sacramenti Euchariſtiæ quoad ſignificantiam; ſed non quoad efficaciam*. Et per hanc doctrinam plenius ſatisfieri videtur Hæreticis, Eccleſiam propter abrogationem calicis dire arietantibus, tenendo ſcilicet, quod totus effectus unius ſpeciei ſumptione percipiatur. Vid. Vanroy Tract. de Euch. cap. 7. q. 3.

(*a*) Al. *Hic eſt calix novi teſtamenti*.
(*b*) Al. *ſumitis*.
(*c*) Al. *expreſſum*.
(*d*) In 4. Diſt. 8. Par. 1. Ar. 1. Q. 2. ad 4.
(*e*) Al. *rubeas*.
(*f*) Al. *& dixerunt*.
(*g*) Al. *Hoſtis meus irruit*.
(*h*) Al. *enervavit*. Vid. S. Greg. Moral. Lib. 33. cap. 9. num. 17.
(*i*) Vid. quoque eundem S. Greg. in Evang. Lib. 2. Hom. 25. num. 9.
(*k*) In MSS. *hic*.
(*l*) Al. *ſpecialiter*.
(*m*) Al. *excellentius*.

Digitized by Google

tidie crucifigunt cum vitiis & concupiscentiis, atque in hostiam viventem Deo offerunt. Primi Mach. quarto Glossa: (a) Altare holocaustorum est fides pura, doctrina recta, & conversatio bona (b) Christi Ministrorum. Ps. Altaria tua Domine virtutum; quasi dicat: O quam sancta, quam ornata, quam dilecta debent esse Sanguinis Christi vasa. (c) De secundo Exo. vigesimo quarto: Tulit Moyses dimidiam partem sanguinis, scilicet victimarum, & misit in crateras. Cratera vas est vinarium (d) multis circulis circumligatum, significans religiosorum Sacerdotum vitam, virtutibus custoditam, ad Christi Sanguinem suscipiendum aptam. Ecclesiastici sexto: Injice pedem tuum in compedes illius (e), & collum tuum in torques illius. Decor enim vitæ in illa est, & vincula illius alligatura salutaris. Idem primo: (f) Timor Domini scientiæ religiositas. Religiositas custodiet (g), & justificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit. De tertio Ecclesiastici quinquagesimo dicitur: Sacerdos magnus, quasi vas auri solidum, ornatum omni lapide pretioso; id est, omni genere virtutum, dicit Glossa. Tale ergo (h) vas exigitur, speciale & electum, ad suscipiendum sub specie vini Sanguinem Christi. (i) Secunda ratio est, ad evitandum (k) effusionis periculum propter multitudinem, quæ se circa Altare comprimit. Si vix sine defluxus metu Corpus Domini sumi potest, multo magis si de calice Sanguinem multitudo sumeret, esset periculum. (l) Hinc est, quod Dominus in cœna, Apostolis paucis, & ut suis Sacerdotibus, non solum Corpus in specie panis, sed etiam Sanguinem suum (m) in specie vini dedit; multitudini hominum in deserto panem sine potu distribuit. Tertia ratio est, ad præcavendum erroris periculum. Si enim populus rudis acciperet Sanguinem sub specie vini, vix crederet illum esse sub specie panis; cum tamen veraciter sit sub utraque specie. Nam sicut sub specie vini consecrati est Christi Sanguis per transubstantiationem; ita Corpus ibi est per annexionem. Hæc enim duo Corpus Christi & Sanguis, immo hæc quatuor Corpus, Sanguis, Anima, & Divinitas (n) Christi, jam ultra non possunt separari. (o) Unde sicut Sacerdos sumit Sanguinem Christi sacramentaliter de calice; sic populus sumit eum intellectualiter sub specie panis de ipso Corpore Christi, & ei tam utilis, & tam dulcis est, (p) ut Sacerdotibus, qui sumunt eum sub specie vini de calice. Cant. primo: Botrus Cypri dilectus meus mihi &c. Duo sumo in botro, uvam, id est, (q) Corpus Domini in cibum, & ex uva sugo dulcem Sanguinem in potum. Deut. trigesimo secundo: Constituit eum Dominus, ut sanguinem uvæ biberet meracissimum. Per hunc potum reficit (r) Dominus animam, donec perducat ad vitam æternam. Jo. sexto: Qui bibit meum sanguinem, habet vitam æternam. De dulcedine hujus Sanguinis require (s) infra Ser. XXXII. circa medium.

Glossa ordinar. in 1. Mach. 4. 44.

Ps. 83. 4.

Exo. 24. 6.

Eccli 6. 25. & 31.

Eccli 1. 17. & 19.

Eccli 50. 1. & 10.

Glossa interlin.

Cant. 1. 13.

Deut. 32. 14.

Jo. 6. 55.

SERMO XXX.

De effectu sacramentali Sanguinis Christi.

169. *Venite, comedite &c.* Vel alia ut supra. Thema proprium: *Quæ utilitas in sanguine meo?* Aliud: Joan. sexto: *Qui bibit meum sanguinem, habet vitam æter-*

Prov. 9. 5.

Ps. 29. 10.

Joan. loc. cit.

(a) Al. *Ad Rom.* 12.
(b) Apud Lyran. *munda.*
(c) His deterritus S. P. Franciscus nullo pacto adduci potuit, ut Sacerdos fieret; ac ipsemet S. Bonaventura verebatur vehementer ad sacram Synaxim accedere, dignus proin qui Angelico pane per miraculum pasceretur. Vid. Prodrom. Lib. 1. cap. 10. col. 40. & seqq.
(d) Virg. 6. Æn. *Crateras magnos statuunt, & vina coronant.* Pers. Sat. 2. v. 52. *Crateras argenti dona feram.* Dicitur a Græca voce κρατέω, teneo, quod vinum contineat, & capiat. Vid. Isidor. Ethymologiar. L. 20. cap. 5.
(e) Al. *Sapientiæ.*
(f) Al. *Item infra.*
(g) Al. *custodit.*
(h) Al. *itaque.*
(i) Hæc a celebrantibus tremendum Missæ Sacrificium, Christique sacrosanctum Sanguinem sumentibus, serio perpendenda sunt, ac a nostri Ord. Sacerdotibus conferenda cum iis quæ tradidit in hanc ipsam rem S. P. Franciscus in Epist. apud Wadding. ad an. 1226. num. 10.
(k) Al. *vitandi.*
(l) Al. hæc desunt; sunt autem in utroque Cod. Lunælac. & Vindobon.
(m) Al. sine *suum.*
(n) Al. *Deitas.*
(o) De Præparat. ad Miss. cap. 1.
(p) Al. *& est eis tam utilis, & tam dulcis.*
(q) Al. *scilicet.*
(r) Al. *rectificat.*
(s) Al. *habetur.*

Digitized by Google

Tertium quæsitum de utilitate Sanguinis sumpti.

æternam. Tertio quæritur de Sanguine Christi, ut in Sacramento sumitur a fidelibus, quæ sit utilitas sui (a) effectus? Ad hoc sciendum, quod sic sumptum possumus considerare tribus modis; scilicet ut potum aquæ vivæ: ut vinum spirituale: ut sacrosanctum mysterium Ecclesiæ. De primo Ps. Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Sicut petra signat (b) Christi Corpus; ita aquæ illæ Sanguinem ejus, (c) qui est verus & vivus potus aquæ. De secundo Prov. nono: Venite, bibite vinum, quod miscui vobis, id est, Sanguinem Christi multa dulcedine conditum. De tertio Hebr. tertio decimo: Jesus extra portam passus est, ut per suum sanguinem sanctificaret populum. Ergo Sanguis Christi res sanctificans est, & sacrosancta. Complenda: Quæsumus Domine, ut sacrosancta mysteria præsens nobis remedium conferant, (d) & futurum. Juxta considerationem, & similitudinem cujuslibet istorum trium habet Sanguis Christi triplicem effectum. Primo potest considerari potus Sanguinis Christi, ut potus aquæ vivæ. Sed potus aquæ, ut dicunt Physici, est humectivus (e) aridorum, extinctivus incensorum, & delativus ad membra ciborum. (f) Similiter potus Sanguinis Christi, ut signatur (g) per aquam, tres habet effectus in anima fideli. Arida ejus humectat, & conjungit: male incensa refrigerat, & extinguit: cibum Verbi Dei ad membra vehit, ut bene operari possint.

Divisio trium modorum, quibus Sanguis sic sumptus considerari potest.

Ps. 77. 20.

Prov. ibi.

Hebr. 13. 12.

Complenda.

Dilatatio.

170. De primo, Isai. quadragesimo quarto: Effundam aquas (h) super sitientem, & fluenta super aridam; ut scilicet anima, quasi pulvis arida, & facile (i) defl ua, & ad malum prona, potu Sanguinis perfusa, conjungatur, conglutinetur, & roboretur ad bonum (k). Ps. Non sic impii non sic, sed tanquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ. Quia tentatio diaboli spargit cogitationes, eorumque desideria, locutiones, & opera, per diversa vitia. Exo. quinto: Dispersus est populus per omnem (l) terram Ægypti, ad congregandas paleas, scilicet mundi vanitates. Jo. undecimo: Jesus moriturus erat, supple & Sanguinem suum daturus, & non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui dispersi erant, congregaret in unum, scilicet per cordis unionem, linguæ refrenationem, sensuum, & membrorum (m) disciplinam, vitæ religionem, & fraternam dilectionem. Primæ Cor. quinto: Sitis nova conspersio, sicut estis azymi; quasi dicat: Sicut estis azymi, id est, per baptismum a vitiis sinceri facti; ita sitis aspersione Sanguinis Christi quasi pasta, (n) in nova vita, & bona, compacti. De secundo effectu, Ps. Percussit petram, & fluxerunt aquæ, ad refrigerandum, scilicet pravæ sitis ardorem. Ecclesiastici tertio: Ignem ardentem extinguit aqua; quia Sanguis Christi signatus est per aquam, quæ destruit fervorem iræ, avaritiæ, & pravi amoris, & concupiscentiæ. Augustinus: Domine Jesu Christe scribe in corde meo vulnera tua pretioso Sanguine tuo, ut legam in eis tuum dolorem, & tuum amorem. (o) Tuum dolorem, ad sustinendum pro te omnem dolorem; tuum amorem ad contemnendum pro te omnem pravum amorem. Et sic apparet, quod Sanguis Christi, ad instar aquæ, contra male incensa in nobis valet. (p) De tertio effectu, tertii Reg. decimo nono: Elias comedit, & bibit aquam, & ambulavit &c. Potus cibum ad membra vehit, & ad eundum, sive operandum movet. Sic potus Sanguinis Christi cibum verbi (q) Dei, sive præcepta (r), ad corda defert, ut vires animæ, & membra corporis, secundum illa (s) vivant, regantur, & bene operentur.

Isa. 44. 3.

Ps. 1. 4.

Exo. 5. 12.

Jo. 11. 51. *& seq.*

1. *Cor.* 5. 7.

Ps. 77. 20.

Eccli 3. 33.

Augustinus.

3. *Reg.* 19. 8.

Prov.

(a) Al. *sive*. Vid. supra num. 165. in fine.
(b) Al. *significat*.
(c) Al. *illius*.
(d) Al. *præsens remedium nobis esse facias*.
(e) Al. *humectativus*.
(f) Vid. Spec. Nat. Vinc. Bellovac. Lib. 5. capp. 6. & 7. De naturalibus aquæ proprietatibus.
(g) Al. *significatur*.
(h) Al. *aquam*.
(i) Al. *ad fontale*.
(k) Al. *bona*.
(l) Al. *universam*.
(m) Al. *morum*.
(n) Vox natione Itali potius, quam Germani.
(o) Al. hoc fine *tuum dolorem, & tuum amorem*. De vulneribus amoris & doloris Serm. 298. al. de Diver. 41. in Nata. Apost. Pet. & Pau. 4. cap. 2. n. 2. To. 5. Par. 2.
(p) To. 6. in Append. Manual. cap. 22. *Si ardor libidinis moveat membra mea, recordatione vulnerum Filii Dei extinguitur*.
(q) Al. *verbum*.
(r) Al. *præcepti*.
(s) Al. *illud*.

Digitized by Google

Prov. 9. 5. & seq. Prov. nono: Comedite, bibite, relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiæ. Comedite cibum verbi (a) Dei, id est, præcepta (b), & bibite Sanguinem Christi, qui scilicet præcepta (c) ad cor, ad sensus, ad membra deferat, & prava relinquere, & bona perficere moveat. (d)

Distinctio triplicis effectus, ut est vinum spirituale. 171. Secundo potest considerari Sanguis Christi, ut vinum spirituale, & secundum hoc habet effectus tres, quia lavat, calefacit, lætificat. Lavat sordes culpæ; calefacit corda caritate; lætificat spirituali dulcedine. De primo

Dilatatio. Gen. 49. 10. & seq. Gen. quadragesimo nono: Expectatio gentium lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum, id est, fidelem animam. Primæ Joan. primo:

1. Jo. 1. 7. Si in lumine ambulamus, sicut & ipse est in luce, societatem habemus ad invicem, & sanguis Jesu Christi Filii ejus (e), emundat nos ab omni

Hebr. 9. 13. & seq. peccato. Hebr. nono: Si sanguis hircorum & (f) taurorum, aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram (g) ab operibus mortuis, ad serviendum Deo vi-

Apoc. 22. 14. venti? Apoc. vigesimo secundo: Beati, qui lavant stolas suas in sanguine agni, ut sit potestas eorum in ligno vitæ. De secundo Deut. trigesimo se-

Deut. 32. 13. & seq. cundo: Constituit eum, ut comederet medullam tritici, id est, dulce Corpus Christi; & sanguinem uvæ bibere meracissimum, id est, purum, & calidum: purum a macula iniquitatis, & calidum in affectu caritatis. (h) Esther primo:

Esth. 1. 10. Assuerus, id est, (i) beatus, (k) post nimiam potationem incaluit mero, id est, accensus est caritate. (l) Cant. se-

Cant. 2. 4. cundo: Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me caritatem. Cella vinaria est Ecclesia, (m) ubi propinatur calidum vinum Sanguinis Christi, ad accendendum corda dilectione Dei & proximi. De tertio Ps. Vinum læ-

Ps. 103. 15. tificat cor hominis. Ecclesiastici trigesimo primo: Exultatio animæ & cor-

Eccli 31. 36. dis, vinum moderate potatum, id est, Sanguis Christi sumptum cum mensura fidei. Cant. primo: Botrus Cypri di-

Cant. 1. 13. lectus meus mihi, in vineis Engaddi; quia scilicet sumo cum suo Sanguine dulcedinem spiritualis lætitiæ, ad oblivisendum dolorem præsentis miseriæ. Prov. trigesimo primo. Date siceram

Prov. 31. 6. & seq. mœrentibus, & vinum his, qui amaro sunt animo, ut bibant, & obliviscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.

Distinctio triplicis effectus, ut est mysterium Ecclesiæ. 172. Tertio potest considerari Sanguis Christi, ut sacrosanctum mysterium Ecclesiæ, id est, ut res sacra, & secreta, in qua magna virtus Dei est abscondita; & secundum hoc habet tres effectus supernaturales. Dæmones enim triumphat; gratiam impetrat; in bona vita conservat, donec ad æternam vitam perducat. De primo, Exo. duo-

Dilatatio. Exo. 12. 23. decimo: Cum viderit Dominus sanguinem agni in superliminari, (n) id est, in fideli anima, vel mente, non sinet percussorem ingredi domos vestras, & lædere. Chrysostomus: Hic Sanguis

Chrysostomus Hom. 61. ad pop. Antioch. abigit dæmones, & longe facit esse (o). Primi Mach. sexto: Ostenderunt ele-

1. Mach. 6. 34. phantis sanguinem uvæ, & mori, ad acuendos eos in prælium. Multo magis ergo per sumptum Sanguinem Christi vincuntur spirituales inimici. Apoc.

Apoc. 12. 7. & 11. duodecimo: Factum est prælium magnum &c. Et post: Ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonii sui (p). De secun-

1. Pet. 1. 2. do, primæ Petr. primo: In aspersionem (q) sanguinis Christi gratia vobis & pax &c. Hebr. duodecimo: Acces-

Hebr. 12. 22. & 24. sistis ad Sion montem, & civitatem Dei viventis (r), & sanguinis aspersionem, melius loquentem, quam Abel; quia scilicet sanguis Abel clamat ad

Deum

(a) Al. *verbum*.
(b) Al. *& præcepti*.
(c) Al. *præceptum*.
(d) Al. *moneat*.
(e) Al. *Dei*.
(f) Al. *aut*.
(g) Al. *vestram*.
(h) Al. *calidum in effectu*.
(i) Al. *scilicet*.
(k) Ita apud D. Bonavent. Expos. alt. in Ps. 118.
(l) Sic de *Assuero*, prout *Assuerus Christum significat*, apud eundem D. Bonav. Serm. 4. Dom. 3. post Pentec. De hoc sensu myst. vid. Gloss. interlin. ac Lyran. Et supra n. 166.
(m) De hoc sensu allegorico vid. Expos. in Cant. Vol. 1. col. 278. Sicque Theodoretus, Cassiodorus, Beda, & Anselmus apud Cornel. a Lap.
(n) Al. *superliminario*.
(o) Confer Lib. 1. Phar. cap. 3. De Euchar.
(p) Al. *testamenti sine sui*.
(q) Al. *aspersione*.
(r) Al. tantum *ad montem Dei*.

Digitized by Google

Deum vindictam, Sanguis vero Christi postulat, & impetrat gratiam. Bernardus: O Sanguinem Christi summe reverendum, in altari poculum, in cruce pretium, in cœlo præmium, & pro nobis ad Deum Patrem advocatum (a)! De tertio, Jo. sexto: Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis; quasi dicat: Si biberitis, bonam vitam habebitis. Levit. decimo septimo: Anima omnis carnis in sanguine est, anima, id est, vita (b). Philosophus: Corruptio & mortificatio (c) non est, nisi paucitas sanguinis, (d) & postquam corpus caruerit sanguine, corrumpitur corpus. Hinc multa moriuntur animalia (e) propter vacuitatem sanguinis. Sicut itaque in sanguine nostro vita est corporalis; sic in Sanguine Christi conservatio vitæ spiritualis, & perductio ad statum vitæ immortalis. Jo. sexto: Qui bibit sanguinem meum, habet vitam æternam. Ad quam nos perducat &c.

Bernardus sive Auctor Instructi. Sacerd. sect. Tract. de præc. Myst. nostræ Relig. inter Suppos. S. Ber.

Jo. 6. 54.

Levit. 17. 11.

Aristoteles L. 3. de Hist. animal. capp. 17. & 19. Par. 5.

Jo. 6. 55.

SERMO XXXI.

De consideratione Sanguinis Christi tertio modo, sicut a fidelibus spiritualiter sumitur.

Prov. 9. 9.

1. Cor. 10. 1. & 4.

Augustinus Tract. 26. in Jo. n. 12.

173, *Venite, comedite &c.* Item alia ut supra. Thema proprium. Primæ Cor. decimo: *Patres nostri omnes eundem potum spiritualem biberunt*, Augustinus: (f) Biberunt potum eundem spiritualem, quem & nos; corporalem vero alterum. Quia aqua, quæ fluxit de petra, fuit signum Sanguinis Christi, quem nos etiam spiritualiter bibimus. Tertio ergo (g) modo consideratur Sanguis Christi, ut præter Sacramentum a fidelibus (h) salvandis spiritualiter bibitur. (i) Et circa hoc possunt tria inquiri. Primo, locus ubi iste potus invenitur. Secundo, usus ad quem quæritur. Tertio, suavitas gratiæ, quæ de usu ejus exoritur.

Tertia consideratio Sanguinis Christi, ut præter Sacramentum a fidelibus spiritualiter sumitur.

Divisio trium circa hoc inquirendorum tribus quæstionibus.

174. Primo quæritur, quis sit locus, ubi potus spiritualis Sanguinis invenitur? Ad hoc dicendum, quod sunt tot loca, quot Christi vulnera. Ps. Percussit petram, & fluxerunt aquæ. Sicut ex foraminibus petræ Judæi aquam; sic fideles ex vulneribus Christi per piam passionis meditationem hauriunt spiritualem ejus Sanguinem. Zach. tertio decimo: Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Respondeo, (k) ut scilicet sugamus ex eis Sanguinem spiritualem. Isa. duodecimo: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris, id est, de vulneribus Jesu Christi Sanguinem spiritualem, ad sitim malorum desideriorum extinguendam per piam passionis meditationem. (l) Sed ad quid est vulnus lateris? Isai. sexagesimo: Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent. Glossa: Quia perforato in cruce latere Christi effluxit sanguis redemptionis. Filii ergo de longe venient; quia electi de peccatis pœnitentiam agent: & filiæ tuæ de latere surgent, quia devotæ animæ de vulnere Christi lateris spiritualem devotionis Sanguinem bibent per piam passionis meditationem. Hinc in locis quibusdam a dextris Christi depingitur puella hilari vultu, & pulchra facie, & coronata, designans Ecclesiam, quæ San-

Quæstio prima de loco.

Ps. 77. 20.

Zach. 13. 6.

Isa. 12. 3.

Isa. 60. 4.

Glossa ordinar.

(a) Prædicta sub Bernardi nomine allegat etiam infra Serm. ult. 32. Sunt autem ibi quoad sensum tantum. Ibi enim in Procem. se acturum dicit Auctor. 1. *quod Filius Dei dedit se moriens pro nobis* (sc. *in pretium*). 2. *quod dat se nobis in Eucharistia* (sc. *in poculum*). 3. *quod dat se nobis in æterna vita* (sc. *in præmium*). Unde in Hymn. *Verbum supernum prodiens &c.* ad Laud. in Festo Corp. Chr.

Se nascens dedit socium,
Convescens in edulium,
Se moriens in pretium,
Se regnans dat in præmium.

Et inter S. Bonav. Opera in Compend. Theol. Verit. de Sacramentor. Virt. Lib. 6. cap. 15. „ Bernardus: Disce Christiane quantum debeas „ diligere Christum, qui dedit nobis carnem „ suam in cibum, Sanguinem in potum, animam in pretium, aquam lateris in lavacrum.“

(b) Ita utraque Glossa interlin. & ordinar. cum Augustino apud Lyran. Vid. Ambrosium Lib. de Noe & Arca cap. 25. num. 92. ut supra notavi num. 166.

(c) Al. *senectus*.

(d) Confer Serm. ejusd. D. Bonav. de S. Petro ad Vinc. prope fin. ubi & citatur in hanc rem Constantinus Medicus, postea Monachus Benedictinus, cujus Cod. MS. penes me est.

(e) Al. *Hinc multi moriuntur*.

(f) De consecrat. Dist. 2. cap. Inquit.

(g) Al. sine *ergo*.

(h) Al. absque *fidelibus*.

(i) Supra Serm. 29. num. 165.

(k) Al. *Responsio*.

(l) Ita fere cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror. ubi *de passionis Christi memoria*.

Digitized by Google

Sanguinem Christi reverenter in calice suscipit; & a sinistris Synagoga oculis panno ligatis, tristi facie inclinans caput, & corona decidente, quæ ipsum Sanguinem fudit, (a) & adhuc contemnit: in quo signatur, (b) quod hæc, & omnis mortaliter peccans tria bona perdit; scilicet lumen gratiæ, gaudium conscientiæ, coronam gloriæ. Hinc dicitur Threnor. quinto: Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccavimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum; ideo contenebrati sunt oculi nostri. (c) Puella a dextris Sanguinem Christi in calice suscipit; quia fidelis anima cor mundum vulneribus Christi applicans, Sanguinem ejus spiritualiter cum omni devotione sumit, unde lumen, verum (d) cordis gaudium, & æternæ gloriæ coronam acquirit.

Tria quæ perdit mortaliter peccans.

Orat. Jer. c. 5. 16. & seq.

Quæstio secunda de usu.

175. Secundo quæritur, quis sit usus, ad quem Sanguis Christi quæritur? Et dicendum, (e) quod ad animam totam cum tribus potentiis suis, scilicet intellectu, memoria, voluntate, perfundendam atque (f) potandam. Exo. duodecimo: Fasciculum hyssopi tingite in sanguine, qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem. Fasciculus hyssopi significat perfectionem & integritatem fidei. Limen domus est Christus, per quem conceditur ad cœlum introitus. Fasciculum autem hyssopi tingere in sanguine, qui est in limine, est fidem rectam Sanguine passionis Christi decorare (g) & confirmare. Sed debemus ex eo utrumque postem, & superliminare aspergere, id est, intellectum, affectum, memoriamque ita Sanguine Christi perfundere, & inebriare spiritualiter, ut intellectus hujus Sanguinis circa genus humanum virtutem recognoscat; affectus tam ingens erga se beneficium diligendo sapiat; & memoria tanti amoris & largitatis Sacramentum nunquam obliviscendo semper teneat.

Exo. 12. 22.

176. Tertio quæritur, quæ sit spiritualis suavitas gratiæ, quæ de tali usu, sive perfusione prædicti (h) Sanguinis hujusmodi (i) exoritur; & potest dici, quod facit animam quasi paradisum Dei. De suavitate hujus gratiæ. Primæ Petri primo: In aspersionem (k) sanguinis Jesu Christi gratia vobis & pax multiplicetur. Gratia, id est (l), virtutum fertilitas; pax, id est, (m) dulcedo cordis atque serenitas. Hujus suavitas gratiæ per irrigationem Sanguinis Christi comparatur paradiso Dei. Ecclesiastici quadragesimo: Gratia sicut paradisus in benedictionibus; id est, sicut hortus Dei in variis deliciosis (n) fructibus. Jer. trigesimo primo: Erit anima eorum quasi hortus irriguus. Irrigata enim anima dulcedine Sanguinis Christi profert triplicem suavitatem gratiæ, scilicet dulces flores virtutum, frondes verborum, fructus operum. Primo ex spirituali perfusione (o) Sanguinis Christi exoriuntur (p) in anima, quasi in paradiso Dei, dulces flores virtutum. Nam sicut sanguis hominis triplicem habet colorem, sanus rubeum; decoctus, (q) ut lac in mamillis mulierum, habet colorem album; (r) & maxime coctus nigrum: sic spiritualis influentia sacri Sanguinis operatur in anima, quasi in paradiso Dei, flores virtutum varii coloris, scilicet rosas caritatis, lilia castitatis, violas humilitatis. (s) De primo, Ecclesiastici quinquagesimo: Quasi flos rosarum, scilicet justus (t), in diebus vernis; quia scilicet rutilat roseo Sanguine Christi virtute caritatis. Cant. septimo: Comæ capitis tui sicut purpura Regis, quæ scilicet tingitur sanguine cujusdam animalis. (u) Comæ capitis ejus, id est Ecclesiæ (x) Christi, sunt fideles, bonis eum (y) moribus decorantes. Hi sunt ut purpura Regis, quia spirituali Sanguine perfusi rubent, ut rosa, virtute cari-

Quæstio tertia de suavitate gratiæ ex usu.

1. Petri 1. 2.

Eccli 40. 17.

Jer. 31. 12.

Distinctio triplicis suavitatis.

Dilatatio de rosis caritatis. *Eccli* 50. 8.

Cant. 7. 5.

(a) Al. *fundit*.
(b) Al. *figuratur*.
(c) Al. *Væ nobis, quia peccavimus, ideo obtenebrati sunt oculi nostri, mœstum factum est cor nostrum, cecidit corona capitis nostri*.
(d) Al. *in verum*.
(e) Al. *sciendum*.
(f) Al. *sive*.
(g) Al. *est per fidem rectam sanguinem passionis Christi devorare*.
(h) Al. *prædicta*.
(i) Al. *hujus*.
(k) Al. *aspersione*.
(l) Al. sine *id est*.
(m) Al. iterum absque *id est*.
(n) Al. *delitiarum*.
(o) Al. *effusione*.
(p) Al. *oriuntur*.
(q) Al. *coctus*.
(r) Al. *colorem album habet multum*.
(s) De his plura in Vite Mystica.
(t) Al. *Justus quasi flos rosarum*.
(u) Pariter Exposit. in Cant. ibi.
(x) Al. deest *Ecclesiæ*. (y) Al. *cum*.

Digitized by Google

caritatis. De ſecundo, Eccleſiaſtici quinquageſimo: Quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ; quia ſcilicet candent caſtitate, & bene decocti in corde ejus, ſcilicet (a) Chriſti Sanguinis irrigatione.

Dilatatio de liliis caſtitatis. *Eccli ibi.*

Apocal. 7. 14. Apoc. ſeptimo: Laverunt ſtolas ſuas, & dealbaverunt eas in ſanguine agni.

Cant. 5. 12. Cant. quinto: Oculi ejus, id eſt, fideles ſibi, in futurum ſibi providentes, ſicut columbæ, (b) quæ lacte ſunt lotæ, id eſt, ſicut ſimplicium, qui bene excocti in mamillis cordis eorum, Chriſti Sanguinis irrigatione dealbati ſunt, & caſti facti. Oſee quarto decimo: Ero quaſi ros, Iſrael (c) germinabit quaſi lilium. De tertio Cant. ſecundo: Jam enim hiems tranſiit &c., flores apparuerunt in terra noſtra. Flores primi poſt hiemem ſunt violæ ſubnigri (d) coloris, pulchræ, boni odoris, & terræ vicinæ. Hi flores ſignant (e) animas humiles, ex conſideratione Sanguinis Chriſti in paſſione multum torti, quaſi denigratas, (f) id eſt, ſibi viles, & coram ſuperbis deſpectas. (g) Ezech. trigeſimo ſecundo: Nigreſcere faciam ſtellas Cœli, id eſt, ardentes ſpiritu caritatis, & lucentes verbo veritatis, nigreſcere faciam Sanguine Chriſti, ut ſub nigras violas, & pulchras virtute humilitatis. Cant. primo dicitur: Nigra ſum, ſed formoſa. De his tribus generibus, & coloribus florum paradiſi Dei dicitur (b). Candidiores Nazaræi ejus, id eſt, floridi, (i) nive; nitidiores lacte, quia aſſimilantur lilio in caſtitate; rubicundiores ebore antiquo, quia aſſimilantur roſæ in caritate; ſapphiro pulchriores, quia aſſimilantur (k) violæ in humilitate.

Oſe. 14. 6.

Dilatatio de violis humilitatis. *Cant. 2. 11. & ſeq.*

Ezech. 32. 7.

Cant. 1. 4.

Thr. 4. 7.

177. Secundo ex ſpirituali perfuſione, ſive potu Sanguinis Chriſti, oriuntur in anima, quaſi in paradiſo Dei, frondes bonorum & dulcium eloquiorum. Dicitur Job quarto decimo: Lignum habet ſpem, ſi præciſum (l) fuerit rurſum vireſcit, & rami ejus pullulant; ſi ſenuerit in terra radix ejus, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quaſi cum primum plantatum eſt. Eccleſiaſtici trigeſimo nono: Florete flores, quaſi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam; quia ſcilicet electi non ſolum flores virtutum, ſed etiam folia bonorum verborum proferunt ex potu Sanguinis Chriſti, ad triplicem gratiam, ſcilicet ad peccatorum converſionem, ad inimicorum reconciliationem, ad mœſtorum conſolationem. Hinc arbores irrigatæ triplicia proferre leguntur folia, ſcilicet medicinalia, (m) pulcherrima, & viridia. De primo, Apocal. vigeſimo ſecundo; Ezech. quadrageſimo ſeptimo: Folia ligni paradiſi Dei ad medicinam, & ſanitatem gentium, id eſt, peccatorum; quia aquæ ejus de Sanctuario egrediuntur. Aqua Sanctuarii ſpiritualis (n) potus Sanguinis Chriſti efficit folia, id eſt, verba ſanctæ prædicationis ad ſalutem peccatorum. (o) Mal. ſecundo: Lex veritatis fuit in ore ejus, & multos avertit ab iniquitate. De ſecundo, Dan. quarto: Ecce arbor, & folia ejus pulcherrima, & ſubter eam habitabant (p) animalia & beſtiæ, & in ramis ejus converſabantur volucres cœli. Quaſi diceret: Sub folio pulchro animalia ſibi inimica, ut lupus & agnus, columba & niſus, (q) pacifica (r) erant; quia verba ſapientum inimicos reconciliant. Eccleſiaſtici quadrageſimo: Tibiæ (s) & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, id eſt, concordiam vocum, & ſuper utraque (t) lingua ſuavis, id eſt, prædicatio faciens (u) concordiam inimicorum. Idem ſexto: Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos, & lingua eucharis, id eſt, bonæ gratiæ, in bono homine abundat. (x) De tertio, Jer. decimo ſepti-

Ecclı 39. 19.

Diſtinctio triplicium foliorum.

Dilatatio. *Apocal. 22. 2. Ezech. 47. 12.*

Malach. 2. 6.

Dan. 4. 7. & 9.

Eccli 40. 21.

Idem 6. 5.

De ortu frondium bonorum & dulcium eloquiorum in anima.

Job. 14. 7. & ſeq.

(a) Al. ſine *ſcilicet*.
(b) Vol. 1. col. 115. vocantur *oculi columbarum provide ſpeculantes*, nec non *valde circumſpecti* col. 163.
(c) Al. *& Iſrael*.
(d) Al. *nigri*.
(e) Al. *ſignificant*.
(f) Al. mendoſe *denigratos*.
(g) Al. iterum vitioſe *deſpectos*.
(h) Al. ſine *dicitur*.
(i) Ita Expoſit. in Thren. ibi.
(k) Al. ſemel, iterum, ac tertio *ſimilantur*.
(l) Al. rurſum corrupte *pretium*.
(m) Vid. Præfat. Ligni vitæ.
(n) Al. *ſpirituali*.
(o) Al. *efficit verba ſanctæ prædicationis ad ſalutem peccatoris*.
(p) Al. *latitabant*.
(q) Al. *urſus*. Eſt autem *niſus* avis genus, quam minorem accipitrem vocant, de qua etiam Virg. Georg. v. 404. *Apparet liquido ſublimis in aere niſus*.
(r) Al. *pacificata*.
(s) Al. *Tibia*.
(t) Al. *utrumque*.
(u) Al. *ſuavis faciet*: Ita de *prædicatione* & Gloſſ. interlinear.
(x) Al. *abundabit*.

Digitized by Google

Jer. 17. 7. & 8. septimo: Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus; & erit quasi (*a*) lignum, quod transplatatur super aquas, & erit folium ejus viride. Viridis color inspectus maxime in herbis, & foliis, oculos turbatos reparat, & confortat. Unde per hujusmodi folia bonorum verba significantur, quæ tristes & miseros consolantur. Ecclesiastici quadragesimo: *Eccli* 40. 22. Gratiam & speciem desiderabit (*b*) oculus tuus, & super hæc (*c*) virides sationes. *Prov.* 27. 9. Prov. vigesimo septimo: Unguento & variis odoribus delectatur cor, & bonis amici consiliis anima dulcoratur. Ecclesiastici quadragesimo octavo: *Eccli* 48. 27. Ezechias consolatus est lugentes in Sion usque in sempiternum. Dicit Job vigesimo nono: *Job* 29. 25. Cum sederem quasi Rex, eram tamen mœrentium consolator.

De ortu fructuum bonorum operum.

178. Tertio ex spirituali potu Sanguinis Christi oriuntur in anima, quasi in paradiso (*d*) Dei, bonorum operum fructus. Ecclesiastici (*e*) vigesimo quarto: *Eccli* 24. 42. Rigabo hortum plantationum mearum (*f*), & inebriabo partus mei (*g*) fructum. Rigabo Sanguine Christi hortum animæ, & inebriabo fructum bonorum operum cœlesti dulcedine. Id est, boni irrigati potu Sanguinis Christi faciunt dulcem fructum bonorum operum ad utilitatem proximi, quem etiam ipsi comedent (*h*) in retributione *Amos* 9. 14. cœlesti. Amos nono: Facient hortos, & comedent fructus eorum. De triplici fructu in sequenti Sermone circa finem.

SERMO XXXII.

De triplici potu Sanguinis Christi.

Prov. 9. 5. 179. *Venite, comedite &c.* Vel alia ut supra. Thema proprium: Jo. sexto: *Jo.* 6. 36. *Sanguis meus vere est potus.* Potus sanguinis Christi triplex est, ut ex prædictis jam patet; scilicet Sacramentalis, Intellectualis, & Spiritualis. Sacramentalis, qui a solis Sacerdotibus sumitur sub specie vini de calice; Intellectualis, qui a populis Christianis sumitur sub specie panis de ipso Christi Corpore; Spiritualis, qui ab omnibus salvandis sumitur de passione Christi pia meditatione. Primo modo sumptus, peccata quotidiana relaxat. Secundo modo, fidelem mentem dulcedine sua delectat. Tertio modo, totam animam irrigando fœcundat. Distinctio.

Dilatatio de potu Sacramentali, qui a solis Sacerdotibus sumitur.

180. Primus potus sanguinis Christi est Sacramentalis, qui a solis Sacerdotibus sumitur de calice altaris. Matth. vigesimo sexto: Accipiens Jesus calicem, & dedit illis dicens: Bibite ex hoc (*i*) *Matth.* 20. 20. omnes, scilicet Apostoli, quasi soli Sacerdotes. Iste potus digne sumptus peccata quotidiana relaxat; (*k*) & hoc triplici ratione, quia tria mala sunt in veniali peccato, scilicet quædam macula conscientiæ, quædam pœna tristitiæ, & quædam adversitas offensæ divinæ. Contra hæc tria mala proprie valet potus Sanguinis Christi, qui est purus, lenis, & pretiosus. Ratione puritatis, lavat; ratione lenitatis, sanat; ratione pretiositatis, placat. Lavat dico conscientiam, animæ maculam removendo; sanat pœnam tristitiæ, corda fidelium consolando; placat offensam Divinæ justitiæ, pro nobis interpellando. De primo, Hebr. nono: Sanguis Christi *Hebr.* 9. 14. emundabit conscientiam nostram. (*l*) Gen. quadragesimo nono: Expectatio *Gen.* 49. 10. & *seq.* gentium lavabit in sanguine uvæ pallium suum, id est, animas nostras. De secundo, Zach. decimo: Lætabitur *Zach.* 10. 7. cor eorum quasi a vino. Vinum est sanguis uvæ, & significat Sanguinem Christi, quem sumimus de altari. Iste potus bonorum cor lætificat, quia conferendo solatium spiritualis lætitiæ sanat a tristitia culpæ. Ps. Calix meus inebrians quam præclarus est. De tertio, *Ps.* 22. 5. Hebr. duodecimo: Accessistis ad san- *Hebr.* 12. 22. & guinis asperssionem melius loquentem 24. quam Abel; quia Sanguis Abel clamat

(*a*) Al. *tanquam*.
(*b*) Al. *desiderat*.
(*c*) Al. *super hoc*.
(*d*) De *paradiso animæ* vid. Vol. 1. in Admonit. De plantatione Paradisi.
(*e*) Al. mendosè *Ezechiel*.
(*f*) Vulg. *hortum meum plantationum*; sed *hortum mearum plantationum* Vol. 1. De Plantat. Parad. §. 8. col. 13. Et in Princ. Sac. Script. *hortum plantationis meæ*.
(*g*) Vulg. *prati mei*, & ibi De Plantat. Parad. At *partus mei* in d. Princip. sacr. Script. duo Codd. nostri Bernardin. alter Biblioth. Epis. Trident. Hugo Card. Lyran. &c.
(*h*) Al. *comedunt*.
(*i*) Al. *calicem, benedixit &c. Bibite ex eo*, & sic in Canone Missæ.
(*k*) In 4. Dist. 12. Par. 2. Art. 1. Q. 3. per tot.
(*l*) Al. *vestram*.

Digitized by Google

ad Deum vindictam, Sanguis vero Christi postulat pro nobis, & impetrat indulgentiam. Bernardus: O sanguinem Christi summe reverendum, in altari poculum, in cruce pretium, in cœlo præmium, & pro nobis ad Deum Patrem advocatum. (a)

Bernardus sive Auctor Instruct. Sacerd. seu Tract. de præcip. Myst. r. nostræ Relig.

Divisio, distinctio, ac dilatatio alia de tribus generibus hominum peccantium in Sanguinem Christi.

181. Sciendum quod tria genera hominum graviter arguuntur in Scripturis, qui (b) nimis peccant in Sanguinem (c) Salvatoris. Primi sunt corpore immundi. Secundi corde indurati. Tertii procuratores pravi. Primi Sanguinem Christi in magnis peccatis sumunt indigne. Secundi ad virtutem Sanguinis Christi converti nolunt. Tertii lucrum de Sanguine (d) Christi ad pravos usus convertunt. De primo primæ Corinth. decimo: Non potestis bibere calicem Domini, & calicem dæmoniorum. Calix diaboli est luxuria carnis & mundi. Deut. trigesimo secundo: Fel draconum (est) vinum eorum. Qui hoc potu turbido & immundo inebriantur, & super eum Sanguinem Christi pretiosum (e) fundunt, quantum in se ipsis est, eum polluunt, & ideo gravi pœna digni sunt. Gen. quarto: Maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua, scilicet Christi (f); super terram, id est, punietur caro tua. (g) Hebr. decimo: Irritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur; quanto magis putatis deteriora supplicia mereri, qui Filium Dei conculcaverit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ, id est, (h) Spiritui sancto (i) contumeliam fecerit? De secundo Jer. quinto: Induraverunt facies suas super (k) petram, & noluerunt reverti; quasi dicat: (l) Quidam pertinaces in sua malitia duriores sunt corde quam petra, vel (m) quam durus adamas, qui quamvis nulla re possit frangi, scinditur tamen sanguine hirci; (n) sed illi duriores sunt, quia nec virtute Sanguinis Christi emolliri possunt, nec a sua pravitate converti. Item duriores sunt quam petra, seu (o) quam quælibet saxa dura; quia ad clamorem Christi in cruce, & in ejus Sanguinis effusione, terra tremuit, & petræ sunt scissæ. Sed isti nec ad terribilem vocem prædicationis, nec ad virtutem Sanguinis Christi, possunt emolliri, & a sua pravitate converti. De tertio Jer. vigesimo secundo: Væ qui ædificat domum suam in injustitia, qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitque sinopide, scilicet rubro colore, id est, Sanguine Christi, dicit Glossa. Qui domum ædificat materialem de male acquisitis, vel ornat superflue de Sanguine Christi, id est, de rebus Ecclesiæ, acquisitis Sanguine Christi, graviter peccat. Sed multo gravius qui domum spiritualem, id est, familiam pravam, ut pravas mulieres, filios & filias, quasi partes domus; & fenestras, per quas diabolus & fures intrant; & laquearia, quasi laqueos diaboli, injuste ædificat, & pingit, id est, vestit, pascit, ornat Sanguine Christi. His dicitur: Væ, id est, gravis increpatio, & pœnæ æternæ comminatio.

1. Cor. 10. 20.

Deut. 32. 33.

Gen. 4. 11.

Hebr. 10. 28. & seq.

Jer. 5. 3.

Jer. 22. 13. & seq.

Glossa interlin.

Dilatatio de potu intellectuali sanguinis Christi.

182. Secundus potus Sanguinis Christi est intellectualis, qui a populo Christiano sumitur sub specie panis de ipso Corpore Salvatoris. Nam sicut sub specie panis consecrati Corpus Christi est per transubstantiationem & Sanguis ejus per annexionem; sic sub specie vini consecrati Sanguis Christi est per transubstantiationem, & Corpus ejus per annexionem. Unde sicut Sacerdos sumit Sanguinem Christi sacramentaliter de calice; ita populus fidelis sumit eum (p) intellectualiter de ipso Christi Corpore. Job trigesimo nono: Pulli aquilæ lambunt (q) sanguinem. Pulli aqui-

Job 39. 30.

(a) Vid. supra num. 172.
(b) Al. *quæ*.
(c) Al. *sanguine*.
(d) In MS. *sanguinis*.
(e) Al. mendose *pretium*.
(f) Pariter Glossa interlin. Quodve Abel fuerit typus Christi, vel alibi tradit ipsemet D. Bonavent.
(g) Al. *os suum super terram, id est, plus quam faro tua*.
(h) Al. absque *Spiritui gratiæ, id est*.
(i) Ita Glossa ordinar. apud Lyran. Gagnæus, Menoch. &c. Vid. infra not. ultim.
(k) Al. *supra*.
(l) Al. *diceret*.
(m) Al. *scilicet*.
(n) Ita Serm. 2. in ord. 33. de una S. Virg. & alibi.
(o) Al. iterum *scilicet*.
(p) Al. *ipsum*.
(q) Vulg. *lambent*; sed *lambunt* Comment. in Apocal. cap. 8. num. 591. not e nec non inter

aquilæ sunt subditi Ecclesiæ. Hi potant (a) Sanguinem Christi, (b) non de calice, sed de ipso Christi Corpore. Hic potus fidelem mentem dulcedine sua delectat. Cant. primo: Botrus Cypri dilectus meus mihi. In botro sunt duo, uva in cibum, & in uva dulcis sanguis in potum. Ps. De petra melle saturavit eos. Sicut petra Corpus Christi incorruptibile, sic mel de petra signat (c) dulcem Sanguinem Christi, quem sugunt fideles de Corpore Christi. Hæc dulcedo tria bona facit, scilicet contemptum vitiorum, gratiam bonorum eloquiorum, desiderium æternorum. De primo, Prov. vigesimo septimo: Anima saturata calcabit favum (d). Qui enim de petra Corporis Christi melle Sanguinis ejus saturati sunt, omnis peccati suavitatem contemnunt. Unde Judic. nono dicit arbor ficus in persona fidelis animæ: (e) Nunquid deserere possum dulcedinem meam, ut inter cetera ligna promovear? Quasi dicat: Contemno gloriam, & delectamenta mundi, pro dulcedine (f) Dei. De secundo Cant. quarto: Favus distillans labia tua, mel & lac sub lingua tua. Quasi dicat: Quia sub lingua tua, id est, in corde tuo, (g) plena es dulcedine spirituali, ideo (h) abundas utili & dulci locutione. Matth. duodecimo: Ex abundantia cordis os loquitur. Sicut est (i) de vase, sic est de corde. Vas plenum felle effundit amaritudinem; plenum melle, dulcedinem. Unde Luc. sexto: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum, & e converso. De tertio, Ecclesiastici vigesimo quarto: Qui bibunt me, adhuc sitient. (k) Gregorius: In corporalibus deliciis (l) appetitus placet, experientia displicet. Spiritualis vero dulcedo quanto magis bibitur, tanto magis sititur; quia scilicet dum ex pleno fonte cœlestis dulcedinis stillatim mundo cordi illabitur ejus plenitudo, potanda magis desideratur. Ps. In stillicidiis ejus lætabitur germinans. Idem: Sitivit anima mea ad Deum fontem (m) vivum &c.

Cant. 1. 13.
Ps. 80. 7.
Distinctio trium bonorum ex dulcedine Sanguinis Christi manantium.
Prov. 27. 7.
Jud. 9. 11.
Cant. 4. 11.
Matth. 12. 34.
Luc. 6. 45.
Eccli 24. 29.
Gregorius in Evang. l. 2. Hom. 36. n. 1.
Ps. 64. 11.
Ps. 40. 3.

183. Tertius potus Sanguinis Christi est spiritualis, qui ab omnibus salvandis sumitur de passionis (n) Christi pia meditatione. Primæ Cor. decimo: Patres nostri omnes eundem potum spiritualem biberunt. Sicut Patres boni de foraminibus petræ aquam biberunt, & in illa aqua Sanguinem passionis Christi crediderunt figuratum, & per fidem spiritualiter (o) gustaverunt; ita boni Christiani de vulnerum Christi pia meditatione Sanguinem ejus solent bibere. Isa. sexagesimo: Filii tui de longe venient, & filiæ tuæ de latere surgent (p). Hic potus totam animam, quasi hortum Dei irrigando, fructu bono fœcundat. Ecclesiastici vigesimo quarto: Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum (q), id est, fideles animæ irrigatæ Sanguine Christi, faciunt fructum bonorum operum. Coloss. primo: In omni bono opere fructificantes. Fructus bonorum operum triplex est, scilicet honestæ conversationis, sacræ devotionis, & jucundæ pietatis. De primo pascit homo se ipsum: de secundo Deum: de tertio proximum. De primo Ecclesiastici vigesimo quarto: Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris, & flores mei fructus honoris, & honestatis, id est, honestæ conversationis. Eph. quinto: Fructus lucis est in omni bonitate, & justitia, & veritate. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, id est, a filiis tenebrarum, turpe est & dicere. (r) Matth. septimo: Omnis arbor bona facit fructus bonos. Fructu bonæ vitæ pascit quisque se ipsum. Prov. vigesimo septimo: Qui servat ficum, comedet fructus (s) ejus. Isa. tertio: Dicite justo

Dilatatio de potu spirituali, qui ab omnibus salvandis sumitur de passionis pia meditatione. 1. Cor. 10. & 4.
Isa. 60. 4.
Eccli 24. 42.
Coloss. 1. 10.
Alia divisio triplicis bonorum operum fructus, distinctio, & dilatatio.
Eccli 24. 23.
Eph. 5. 9. & 11.
Prov. 27. 18.
Isa. 3. 10.

---

ter Sermones sub S. Bonav. nomine in Ascens. Dom. Serm. 1.

(a) Al. *lambunt*.

(b) Ibi, & pariter Joannes de Pineda Comment. in Job loc. cit.

(c) Al. *significat*.

(d) Al. *favos*.

(e) Al. *contemnunt. Judicum 9. dicit arbor ficus, id est, fidelis anima.*

(f) Al. *pulchritudine*.

(g) Al. *sub lingua*, sine *tua*; *in corde* absque *tuo*.

(h) Al. *idcirco*.

(i) Al. sine *est*.

(k) Al. in singulari *qui bibit me, adhuc sitiet*.

(l) Al. absque *deliciis*.

(m) Vulg. *fortem*; sed ut supra alibi apud D. Bonavent.

(n) Al. *passione*.

(o) Al. *spiritualem*.

(p) Vid. supra num. 174.

(q) Supra num. 178.

(r) Al. *Quæ autem fiunt a filiis tenebrarum, turpe est dicere*.

(s) Al. *fructum*.

Digitized by Google

justo, quoniam bene, quoniam fructum adinventionum suarum comedet. Prov. quinto decimo: Secura mens quasi juge convivium. Secura ex honesta vita. (a) Secundæ Cor. primo: Gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversati sumus in hoc mundo. De secundo Cant. quarto: Hortus conclusus soror mea sponsa, emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Emissiones istæ sunt fructus devotionis. Unde sequitur: Nardus & crocus, fistula & cinnamomum, quæ sunt species aromaticæ, & propter odorem bonum & virtutem suam, signant (b) fidelium devotionem gratam, quæ consistit in sacris desideriis, in variis virtutibus, fletibus, gemitibus, & orationibus. (c) His fructibus pascit fidelis anima Dominum. Unde sequitur ibidem: Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum. Exo. trigesimo: Sume tibi aromata, scilicet boni odoris (d), faciesque thymiama. Papias: Thymiama est confectio boni odoris ad incensum, scilicet (e) cultus Dei. Gregorius: Thymiama ex aromatibus compositum (f) facimus, cum in altari cordis (g) virtutum multiplicitate redolemus. Prov. octavo: Deliciæ meæ esse cum filiis hominum; quia scilicet delectatur in amore, & devotione nostra quiescere. De tertio fructu, scilicet pietatis, quo reficitur proximus Ps. Ego sicut (h) oliva fructifera in domo Dei. Oliva portat oleum aliis ad lucendum, sanandum, & reficiendum; & signat (i) opus pietatis, quod impenditur proximis. Prov. vigesimo primo: Thesaurus desiderabilis, & oleum in habitaculo (k) justi, ad refectionem, scilicet proximi. Luc. decimo: Samaritanus quidam videns, scilicet spoliatum, quasi pauperem, & vulneratum, quasi subsidio indigentem; misericordia motus est, & appropinquans (l), alligavit vulnera ejus, id est, subvenit necessitatibus ejus; infundens oleum & vinum, quasi cibum & potum; & curam ejus egit. Primæ ad Tim. quarto: Exerce teipsum ad pietatem. Pietas enim (m) ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est & futuræ, ad quam nos perducat, qui est benedictus in sæcula sæculorum. (n) Amen.

Prov. 15. 15. — 2. Cor. 1. 12. — Cant. 4. 12. & seq. — Ibi 14. — Exo. 30. 23. & 25. — Papias de Ling. Lat. vocab. — Gregorius refat. in Glossa ordinar. — Prov. 8. 31. — Ps. 51. 10. — Prov. 21. 20. — Luc. 10. 33. & seq. — 1. Tim. 4. 7. & seq.

EXPLICIT.

SERA.

(a) Al. *ex honestate vitæ*.
(b) Al. *significant*.
(c) Vid. Vol. 1. Exposit. in Cant. ibi.
(d) Al. tantum *Sume aromata boni odoris*.
(e) Al. omittitur *scilicet*.
(f) Al. *compositum* deest.
(g) Apud Lyran. *boni operis*.
(h) Al. *quasi*.
(i) Al. *significat*.
(k) Al. *tabernaculo*; sed cum Vulg. *habitaculo* Exposit. in cap. 10. S. Luc.
(l) Ita cit. Exposit. in d. cap. 10. S. Luc. ibi. Vulg. *appropians*.
(m) Vulg. *autem*.
(n) Clausula qua & alibi uti solet D. ipse Bonav. cujus fert nomen in Cod. Lunælac., & cui plane convenit ipsissima series] Divinæ Scripturæ textuum utriusque Testamenti, eorumque potissimum acceptorum in mystico sensu; cum teste Galesinio in ejus Vita cap. 11. *Vetus & novum Testamentum memoria tenuerit, mysticisque sensibus instructam interpretationem adhibuerit*. Excipe tamen textus illos, quos ipse ad literam affert pro defendenda Corporis & Sanguinis Domini N. J. C. in Eucharistia adversus Heterodoxos vera præsentia, veraque panis & vini transubstantiatione; ad quos textus respiciens quoque Ascelinus illud catholicum testimonium contra Berengarium, & Joannem Scotum Erigenam posteritati reliquit „Quamdiu vixero, adjuvante Divina virtute, certum, indubitabile, nullis eventibus violabile, in sacrario cordis retinebo, panem scilicet & vinum in Altari, Spiritus sancti virtute, per Sacerdotis ministerium, verum Corpus verumque Sanguinem Christi effici. Quod Scriptura satis evidenter probatur, si non sinistra interpretatione temeretur &c.“ Vid. in Not. ad Vitam Lanfranci p. 24. atque ex hactenus dictis omnibus cum S. Hilario L. 8. de Trinitate quoad fidem hujus Sacramenti, & Sacrificii conclude: *De veritate Carnis & Sanguinis non est relictus ambigendi locus*. Quo autem ad debitam ejus præparationem celebrationemque, audi quis quis fueris Seraphici Ordinis Sacerdos quod scripsit S. P. F. ad ejusdem Sacerdotes in Epist. apud Wadding. ad an. 1226. num. 10. quodve aliis quoque Sacerdotibus proponit Cornel. a Lapide Comment. 1. Epist. ad Corinth. cap. 11. ver. 29. legendum ex ea To. 5. Biblioth. SS. Patrum in fine. Audi, inquam, hæc apud cit. Wadding. „Rogo „in

Digitized by Google

„ in Domino omnes Fratres meos Sacerdotes, „ qui ſunt, & erunt, & eſſe cupiunt Altiſſi- „ mi, quod quandocunque voluerint Miſſam „ celebrare, puri & pure faciant cum reveren- „ tia verum Sacrificium Sanctiſſimi Corporis „ & Sanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſan- „ cta intentione & munda, non pro ulla ter- „ rena re, neque timore vel amore alicujus „ hominis, quaſi placentes hominibus; ſed om- „ nis voluntas, quantum adjuvat gratia Om- „ nipotentis, ad eum dirigatur, & ſoli ipſi „ Deo ſummo tantum placere deſideretis, quia „ ipſe ſolus operatur ibi, ſicut ſibi placet. „ Quoniam ſicut ipſe Dominus dicit: *Hoc fa-* „ *cite in meam commemorationem.* (*Luc.* 22. 19.) „ Si quis aliter fecerit, Judas traditor effici- „ tur. Recordamini Fratres Sacerdotes, quo- „ niam ſcriptum eſt in lege Moyſi, quod „ transgredientes in corporalibus, ſine ulla mi- „ ſeratione per ſententiam Domini moriebban- „ tur. *Quanto majora & pejora meretur pati* „ *ſupplicia, qui Filium Dei conculcaverit, & ſan-* „ *guinem teſtamenti pollutum duxerit, in quo ſan-* „ *ctificatus eſt, & Spiritui ſancto contumeliam fe-* „ *cerit?* (*Deut.* 17. 5. *& cap.* 19. 15. *Hebr.* „ 10. 29.) Deſpicit enim homo pollutus, & „ conculcat Agnum Dei; quoniam ſicut dicit „ Apoſtolus (1. *Cor.* 11. 29.) non dijudicans, „ & diſcernens ſanctum panem Chriſtum ab „ aliis cibariis, vel operibus indignis, indignus „ manducat, cum Dominus per Prophetam dicat: „ *Maledictus homo, qui opus Dei facit (Sept.) negli-* „ *genter*, vel (*Vulg.*) *fraudulenter*. (Jer. 48. 10.) Et „ propter Sacerdotes, qui nolunt ponere ſuper „ id cor in veritate, condemnat nos dicens: *Male-* „ *dicam benedictionibus veſtris.* (*Malach.* 2. 2.) Audite „ Fratres mei: Si Beata Virgo Maria honora- „ tur, ut dignum eſt, quia ipſum portavit in „ Sanctiſſimo Utero ſuo; ſi beatus Joannes „ Baptiſta contremuit, & non audebat tange- „ re Domini verticem: ſi ſepulchrum, in quo „ per aliquod tempus jacuit, ſic veneratur: „ quantum debet eſſe ſanctus, & juſtus, & „ dignus, qui non jam moriturum, ſed in „ æternum victurum & glorificatum, *in quem* „ *deſiderant Angeli proſpicere*, (1. *Petr.* 1. 12.) „ contrectat manibus, corde & ore ſumit, & „ aliis ad ſumendum præbet? Videte dignita- „ tem veſtram Fratres Sacerdotes, & *eſtote ſan-* „ *cti, quia ipſe ſanctus eſt*. (*Levi.* 11. 44.) Et „ ſicut ſuper omnes propter hoc myſterium „ honoravit vos Dominus Deus, ita & vos „ propter hoc myſterium diligite eum, & re- „ veremini, & honorate. Magna miſeria, „ & miſeranda infirmitas, quando ipſum ſic „ præſentem habetis, & aliquid aliud in toto „ mundo curatis. Totus homo paveat, totus „ mundus contremiſcat, & cœlum exultet, „ quando ſuper Altare in manibus Sacerdotis „ eſt Chriſtus Filius Dei vivi. O admiranda „ altitudo! O ſtupenda dignatio! O ſubli- „ mitas humilis! quando Dominus univerſita- „ tis, Deus & Dei Filius ſic ſe humiliat, ut „ pro noſtra ſalute ſub modica panis formula „ ſe abſcondat. Videte Fratres humilitatem „ Dei, & *effundite coram illo corda veſtra* (*Pſ.* „ 61. 9.) & humiliamini, ut & vos exalte- „ mini ab eo. Nihil ergo de vobis retinea- „ tis vobis, ut totos vos recipiat, qui ſe vo- „ bis exhibet totum &c. “ Hactenus S. P. F.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTURÆ SERMO SINGULARIS DE CORPORE CHRISTI.

ADMONITIO.

QUamvis *tacuisset nedum in fine, sed & in principio, nobisque penitus occuluisset* Bonaventuræ *nomen Codex Gottwicen. cujus exemplar, ferens in principio nomen ejusdem* Bonaventuræ, *obtinui opera perdocti Viri* P. Urbani Schaukegelii Prioris eximii Ord. S. Benedicti, *illud mihi impetrante* Cl. V. P. Corbiniano Luydelio O. M. Recollect.; *adhuc omnia confluerent, ut esset ipsimet* Bonaventuræ *certo asserendum. Quandoquidem a capite ad calcem cuncta, quæ in eodem leguntur, aperte clamant vere* Bonaventurianum *habendum. Clamat stilus, clamat doctrina, clamant plura, ut ovum ovo simillima illis, quæ extra omnem dubitationis aleam* Bonaventuriana *sunt, in ipsomet contenta; adeo ut solus ille, qui hospes prorsus fuerit, & peregrinus in certioribus* D. Bonaventuræ *Operibus, quive a me pro re nata subjiciendas notas non legerit, de hoc ambigere valeat. Inscribitur quidem* Sermo bonus Bonaventuræ de Corpore Christi; *ita tamen rerum sententiarumque copia refertus est, ut videatur potius instar Tractatus omnibus numeris absoluti, pluraque complectitur, quæ in præcedentibus* De Eucharistia Sermonibus XXXII. *passim dicta sunt. Sic in* Breviloquio *perstringuntur latius tradita in* Quatuor Libris Sententiarum; *& in* Centiloquio *summa illorum est, quæ prolixius in* Breviloquio *pertractantur. Nunc primum, quod ego sciam, publica luce donatur, qui certe in Collectione Vaticana Operum Omnium* S. Bonaventuræ, *aliisque Collectionibus eorum mihi compertis, omnino desideratur, adeoque dignus, qui in hoc nostro* Supplemento *locum haberet. Hinc Divini verbi præcones de Christi Corpore in Sacramento Eucharistico differentes, normam habebunt, ut similiter faciant, discantque ex pleno ejus quasi alveo suos velut hortulos irrigare. Scriptum fuisse conjecerim, posteaquam* devotus Generalis per multos dies se indignum Communione Christi Corporis reputans, minime celebrasset, Dominus ejus humilitatem respiciens, cum una die Missam devotius audiret, ad ejus confortationem una de particulis Hostiæ consecratæ per Sacerdotem, solo Domini jussu, in os ejusdem Generalis intravit, & ipsum gustu suavissimo saginavit. *Vid.* Prodromum col. 40. cap. 10. num. 1. *Et in hoc* Sermone Pars secunda Concionatoriorum *explicit.*

SAN-

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

SERMO SINGULARIS

DE CORPORE CHRISTI.

I.

Ps. 106. 8. & seqq.

Confiteantur Domino misericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum. Quia satiavit animam inanem: & animam esurientem satiavit bonis. Sedentes in tenebris, & umbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro. In hoc verbo (a) David Propheta excitat nos ad gratiarum actiones. Subjungit rationem, cum dicit: *Quia satiavit &c.* Ostendit ergo multiplices defectus nostræ miseriæ, & multiplices effectus Divinæ misericordiæ. (b) Dicit enim hic, quia homo inanis erat, homo esuriebat, homo in tenebris sedebat, in umbra mortis jacebat, vinctus in mendicitate, & vinctus ferro. Inanis erat homo, quia non habuit Deum in se per inhabitationem. Esuriit, quia non habuit spiritualem refectionem. In tenebris sedebat, quia non habuit Divinam cognitionem. In umbra mortis jacuit, quia judicatus erat in damnationem. Vinctus erat in mendicitate, quia non habuit virtuosam (c) operationem. Vinctus erat ferro, quia habuit cordis obstinationem. (d) *Confiteantur* ergo *Domino &c.*, quia ipse replevit animam inanem, satiavit esurientem, illuminavit in tenebris sedentem, reconciliavit in umbra mortis jacentem, ditavit mendicantem, mollivit ferreum cor habentem. Homo erat inanis, & ipse se dedit ei per inhabitationem. Homo esuriit, & ipse se dedit ei per refectionem. In tenebris sedit, & ipse se dedit ei in cordis illuminationem. In umbra mortis jacebat, & ipse se dedit ei in reconciliationis oblationem. Homo vinctus erat in mendicitate, & ipse se dedit ei in virtuosam operationem. Vinctus erat ferro, id est, corde obstinato, & ipse se dedit ei in cordis mollificationem. (e) *Confiteantur* ergo *Domino &c.*, quia est repletio inanium, refectio esurientium, lumen in tenebris sedentium, reconciliatio in umbra mortis jacentium, ditatio mendicantium, & ferreorum mollificatio cordium. (f) Hæc omnia tanguntur in verbo proposito, sicut patet.

Divisio thematis quoad sex defectus humanæ miseriæ.

2. Et ideo propter hæc sex, sub sex figuris præfiguratum est Corpus Christi in Scripturis: (g) videlicet sub figura adipis, sive pinguedinis, sub figura panis, sub figura mellis, sub figura Agni Paschalis, sub figura thesauri cœlestis, & sub figura mannatis. Quia enim pinguedo est quid penetrativum, ideo valet ad repletionem inanium, quoad primum. Quia panis est quid confortativum, ideo valet ad refectionem esurientium, quoad secundum. Quia mel est oculorum purificativum, (h) ideo valet ad illuminationem in tenebris sedentium, quoad tertium. Quia Agnus Paschalis est quid immolativum, ideo valet ad reconciliationem in umbra mortis jacentium, quoad quartum. Quia thesaurus est quid desiderativum, ideo valet ad ditationem mendicantium, quoad quintum. Quia manna est quid liquefactivum, ideo valet ad mollificationem cordium ferreorum, quoad sextum. *Confiteantur* ergo *Domino &c.*

Sex figurarum distinctio prædictos sex Divinæ misericordiæ effectus portendentium in communione Corporis Christi.

Item quoad sex effectus Divinæ misericordiæ.

(a) Similiter D. Bonav. alibi quoque.

(b) De his explicatur locus hic etiam apud Lorin. Et de *miseriis* humani generis, quibus *necessarium fuit medicamento Salvatoris subveniri*, supra Serm. 21. de Euchar. ab init.

(c) Adjectivum sæpe ab eodem adhibitum.

(d) Similiter desinentia ipsi perquam familiaria, quæ vel in sequentibus apparebunt.

(e) *Mollificationem cordis* nominat 1. Dist. 40. Art. 4. Q. 2. ad opp. 7.

(f) Mysticus hujusmodi sensus secundum allegoriam nonnullis Græcis, ac Latinis fere probatur, apud laudat. Lorin. ubi etiam de Eucharistia interpretatio est.

(g) Cur ita fuerit *præfiguratum* tradit in 4. Dist. 8. Art. 1. Q. 1. in concl.

(h) Sive, quod perinde est, *mundificativum*, ut ait Tract. de Vit. Myst. cap. 44. num. 153.

Digitized by Google

Dilatatio primæ figuræ, quæ est pinguedo.

3. Primo, quia præfiguratur nobis Corpus Christi sub figura pinguedinis, & hoc recte. Corpus enim Christi datum est nobis ad conservandum in cor-

Triplex Divini fervoris conservatio.

de Divinum fervorem, (a) qui conservatur tripliciter: per delectationem intra semetipsum, per dilectionem ad proximum, & per devotionem ad Deum. Delectatio autem intra semetipsum non habetur, nisi per Viaticum refectionis: (b) dilectio proximi habetur per Sacramentum communionis: devotio ad Deum habetur per Sacrificium oblationis. Et ideo ad hæc tria datum est Corpus Christi, videlicet in Viaticum refectionis, ut conservet delectationem intra semetipsum; in Sacramentum communionis, ut conservet dilectionem ad proximum; in Sacrificium oblationis, ut conservet devotionem ad Deum (c). Et hæc tria facit pinguedo; facit enim delectabiles cibos, quos infundit, quoad primum: dilatat pellem, quam perungit, quoad secundum; inflammat ad elevationem, quam attingit, quoad tertium.

Devote comedens Christi Corpus magnam percipit delectationem intra semetipsum.

4. Quia ergo pinguedo delectabiles reddit cibos, significat, quod Corpus Christi magnam delectationem homini facit intra semetipsum, qui illud devote comedit. Et hoc præfiguratum est

Gen. 49. 20.

Gen. penultimo: Aser, pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus. (d) Iste panis magnas delicias homini infundit, quia tollit omne, quod affligit.

Quatuor in hac vita hominem affligunt.

Quatuor enim affligunt hominem in hac vita: impotentia, sive infirmitas, ignorantia, malitia, & concupiscentia, quæ inflicta sunt homini propter originale peccatum. (e) Psal. Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. Et subjungit causam dicens: Dereliquit me virtus mea, quantum ad impotentiam, sive infirmitatem; & lumen oculorum meorum (f) non est mecum, quantum ad ignorantiam; amici mei, & proximi mei, adversum me appropinquaverunt, & steterunt, quantum ad concupiscentiam; & qui juxta me erant, de longe steterunt, quantum ad malitiam. Amicos enim, & proximos vocat carnem cum concupiscentiis, & tamen adversantur; quia caro concupiscit adversus spiritum, ad Gal. quinto. Contra hæc quatuor in præmisso verbo datur Corpus Christi sub figura panis. Aser panis pinguis, panis delicias præbens, & panis regum. Panis regum dicitur, quia confortando reges facit contra impotentiam, sive infirmitatem, quinque sensuum. Rex enim, id est, recta ratio; qui sedet in solio judicii, id est, in gubernatione rectæ animæ; dissipat omne malum intuitu suo, ut dicitur in Proverbiis. (g) Dicitur etiam Corpus Christi panis pinguis; quia illuminat contra ignorantiam. Pinguedo enim in testa posita, vel lampadi infusa, dat usum luminis. Dicitur etiam panis delicias præbens contra concupiscentiam. (h) Iste enim panis habet omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem, Sapient. sexto decimo. (i) Dicitur etiam Aser, (k) qui interpretatur beatitudo; (l) quia totum hominem beatificat contra malitiam. Virtus enim hujus panis est, ut transmutet hominem in Christum, (m) qui est sum-

Ps. 37. 9.

Ibi 11.

Ibi 12.

Ibi.

Ad Gal. 5. 17.

Prov. 20. 8.

Sap. 16. 20.

Aser interpretatur beatitudo.

(a) De hoc in Opusc. de Præparat. ad Miss. cap 5. ac etiam alibi.

(b) *Viaticum refectionis* cur dicatur, vide sis *triplicem causam* in 4. Dist. 8. Dub. 3. De *delectatione* vero *intra semetipsum* S. Ambros. Lib. 5. Comment. in Luc. cap. 5. post init. „ Qui „ domicilio Christum recipit interno, maximis „ delectationibus exuberantium pascitur volu„ ptatum. “

(c) Confer cum Breviloq. Par. 6. cap. 9. videbisque doctrinam ut ovum ovo similem, Auctoremque eundem, nempe Bonaventuram, conspicies.

(d) Expos. in cap. 22. S. Lucæ: *Hujusmodi panis suavitas præfigurata fuit in Genesi*: ASER, PINGUIS *&c.* Vid. supra Serm. 10. de Euchar. num. 66.

(e) Sic Breviloq. Par. 3. cap. 5. ac Centiloq. Par. 2. Sect. 1. &c.

(f) Vulg. addit *& ipsum*; sed sine *& ipsum* etiam Psalt. Rom. in Quincup. Jac. Fabri Psalt. nec non S. Gregor. Moral. Lib. 33. cap. 37. num. 63.

(g) Ita secundum Glossam interlin.

(h) Supra Serm. 1. de Euchar. prope fin. *Institutum est Corporis Christi medicamentum tenebras ignorantiæ illustrans, morbum concupiscentiæ sanans.* Et Serm. 26. paucis post init. *Ignorantiæ tenebras illuminat, morbum pravæ concupiscentiæ sanat.*

(i) Sic Expos. in d. cap. 16. Sap. atque Expos. in cap. 22. S. Luc. & supra Ser. 26. de Euch. ac alibi quoque.

(k) Supra Serm. 10. num. 66. & Serm. 24. de Euchar. n. 147.

(l) Ita Comment. in cap. 7. Apocal. num. 477. nec non Serm. sive Collat. 23. in Hexaem. & alibi, ut mox patebit.

(m) Par. 6. Breviloq. cap. 9. prope finem.

Digitized by Google

summe beatus per essentiam, & beatificans alios per gratiam. (a) Unde Dominus dixit ad beatum Augustinum: Non tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ; sed tu mutaberis in me. (b)

Augustinus Lib. 7. Confess. cap. 10. n. 16.

Conservat dilectionem ad proximum.

5. Datum est Corpus Christi in Sacramentum communionis, ad conservandam dilectionem ad proximum; & ideo bene significatur per pinguedinem. Sicut enim pinguedo dilatat pellem, quam perungit; sic Corpus Christi dilatat animam, (c) quæ ipsum devote comedit. Dilatat autem ad omnem partem positionis, scilicet supra, infra, ad dexteram, ad sinistram, ante, & retro. Unde dicitur Jerem. trigesimo primo: Inebriabo animas Sacerdotum pinguedine. Pinguedinem, qua animas Sacerdotum inebriat, vocat Sacramentum Altaris, in quo animas digne sumentium ad caritatem inflammat, (d) quæ vehementer animam ad omnem potentiam dilatat; & ideo subjungitur: Et populus meus bonis meis adimplebitur. Populum dicit hic totam Ecclesiam, tam militantem, quam triumphantem. Postquam enim anima Sacerdotis inebriata fuerit virtute hujus Sacramenti pinguedine dilectionis, statim replet totam Ecclesiam bonis; quia ex abundantia dilectionis dilatatur supra usque in cœlum offerendo Deo (e) ad honorem Sanctorum in cœlo regnantium; dilatatur infra usque ad purgatorium, quia offert pro redemptione ibi existentium; dilatatur ad dexteram, quia offert pro salute omnium amicorum, & benefactorum; dilatatur ad sinistram, quia offert pro salute inimicorum, & persecutorum; (f) dilatatur ante, quia offert pro salute suorum antecessorum; dilatatur retro, quia offert pro salute omnium prædestinatorum usque ad diem judicii futurorum.

Jer. 31. 14.

Ibi.

6. Datum est nobis Corpus Christi in Sacrificium oblationis, ut conservet devotionem ad Deum; & ideo significatur in pinguedine: quia sicut pinguedo igni superfusa sublevat flammam in altum; sic Divinissima Eucharistia a devoto corde susceptа rapit ipsum per devotionem ad Deum. Ps. In nomine tuo levabo manus meas: Sicut adipe (g), & pinguedine repleatur anima mea, & labiis exultationis laudabit os meum. Tanguntur autem quatuor in isto verbo, quæ solent conservare devotionem ad Deum; (h) videlicet rectitudo intentionis, consuetudo orationis, devotio Communionis, & consecutio gratiarum actionis. Et ita illa ordinate debent fieri, ut homo primo se præparet per rectam intentionem: præterea seipsum excitet per orationem: & ex tunc devote accedat ad Communionem: (i) & ultimo resolvat se in gratiarum actionem.

Conservat devotionem ad Deum.

Ps. 62. 5. & seq.

Alia divisio hujus thematis quoad quatuor.

Distinctio.

7. Primo debet habere rectam intentionem; quia non debet homo offerre hoc Sacrificium propter favorem hominum, vel propter carnale commodum, sive propter lucrum temporalium; (k) sed pure propter honorem Divinum, propter utilitatem proximorum, & augmentum suorum meritorum. Unde dicitur hic: In nomine tuo, juxta illud Apostoli: Omne quodcumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Domini Jesu Christi facite. Debet etiam accedens ad hoc Sacramentum excitatus esse ad orationem; non enim tepido corde debet quis accedere, (l) quia sic mereri posset obstinationem. Unde dici-

Dilatatio quatuor conditionum, quæ ad Eucharistiam digne offerendam, & recipiendam exiguntur.

Ad Coloss. 3. 17.

(a) Eod. Serm. sive Collat. 23. in Hexaem. *Aser interpretatur beatus*, (cit. Comment. in Apocal. cap. 7. ibi *beatitudo*) *sive pinguis panis, præbens delicias regibus. Beatus autem est, qui in beatitudinem summo amore transfertur.* Et 4. Dist. 8. Dub. 2. *Caro Christi, quæ inflammat, & beatificat.*

(b) In Opusc. de Præparat. ad Miss. cap. 7. *Dictum fuit beato Augustino: non ego mutabor in te, sed tu mutaberis in me.* Sed ut supra Edit. Maurin. Vid. supra ad fin. Serm. 25. de Euchar.

(c) Præd. Serm. sive Collat. 23. in Hexaem. *Sequitur superna dilatatio*, de qua subdit: *signat quod quicunque vult habere caritatis nexum, habeat ordinatum affectum ad omnes.*

(d) De hac *caritate inflammante digne sumentium* lege sis Breviloq. Par. 6. cap. 9.

(e) Scilicet per *latriam, quæ soli Deo debetur*, Opusc. de Præparat. ad Miss. cap. 9.

(f) Ibi cap. 11. quia *si aliquem prædictorum fidelium, præcipue propter odium, vel rancorem excludis, ut non sit particeps tanti beneficii, mortaliter peccas, agens cum odio Divina mysteria.*

(g) De *adipe*, ut sumitur, pro *Eucharistia*, vid. Lorin. Comment. in Psalmos ibi.

(h) Apud eundem Lorin. ibi de *adipe*, & *pinguedine* significante *devotionem*.

(i) De *præparativo*, quod *est orationis devotio* supra Serm. 15. de Euch.

(k) Ibi cap. 8. Vid. supra col. 257. not. *m.*

(l) Eod. Opusc. de Præparat. ad Miss. cap. 5. ubi ait: *Cave ne nimis tepidus ac inordinatus accedas.* Ille autem eo est *nimis tepido corde*, ut a frequenti accessu abstinere debeat, qui fovet affectum ad venialia peccata. Pro frequenti enim

Digitized by Google

dicitur hic: Levabo manus meas, ſcilicet per orationem, juxta illud ad Timoth. Volo viros in omni loco orare levantes puras manus, ſcilicet ad Dominum. Et ſic tertio devotus (*a*) debet accedere ad Communionem. Unde ſubditur: Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Et ultimo impinguatus, & inflammatus per dilectionem, debet erumpere in gratiarum actionem. Ideo ſubjungitur: Et labiis exultationis laudabit os meum. *Confiteantur* ergo *Domino*, quia præfiguravit nobis primo Corpus ſuum ſub figura pinguedinis.

1. ad Tim. 2. 8.

Dilatatio ſecundæ figuræ, quæ eſt panis.

8. Secundo præfiguravit nobis hoc ſanctiſſimum Corpus ſuum in figura panis (*b*), de quo ipſe dicit Joan. ſexto: Ego ſum panis vivus, qui de cœlo deſcendi. Et ibidem: Panis quem ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Iſte eſt in figura panis, quem attulit Angelus Eliæ tertii Reg. decimo nono: Reſpexit Elias, & ecce ad caput ejus (*c*) ſubcinericius panis, & vas aquæ. Panis ſubcinericius eſt Corpus Chriſti, (*d*) qui bene ſubcinericius dicitur, quia velatur accidentibus; (*e*) per cineres enim ſignificantur accidentia, & ſub illis cineribus accidentium latet refectio noſtrarum mentium. Vas aquæ additur propter Sanguinis Chriſti myſterium. (*f*) Quare autem panis ille allatus eſt per Angelicum miniſterium? Signatur, quod, cum conficitur hoc Sacramentum, ibi adeſt maximus exercitus Angelorum. Gregorius in Dialogo: (*g*) Quis fidelium habere dubium poſſit, in ipſa immolationis hora ad vocem Sacerdotis cœlos aperiri, in illo Jeſu Chriſti myſterio Angelorum choros adeſſe, ima ſummis ſociari, terrena cœleſtibus jungi, unumque ex viſibilibus atque inviſibilibus fieri? Sed neceſſe eſt, cum hæc agimus, ut noſmetipſos Deo in cordis contritione mactemus (*b*). Quoniam priuſquam Elias venerat ad panis hujuſmodi refectionem, legitur, quod venit in Berſabee Juda, & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertum, cumque veniſſet, & ſederet ſubter unam juniperum, obdormivit in umbra juniperi: & ecce Angelus Domini tetigit eum, & dixit illi: Surge & comede. Quatuor ergo legitur feciſſe, quod reliquit puerum, ſeceſſit in deſertum, ſedit ſubter juniperum, & habuit ſuſcitationem Angeli. Et hoc ad nobis ſignificandum, quod quatuor debet habere, qui digne ad hoc Sacramentum vult accedere, Primo debet fugere mundi conſolationem: ſecundo debet qui a Deo vocatus fuerit, ingredi rectæ vitæ Religionem: (*i*) tertio debet ibi habere Prælato ſubjectionem: quarto debet habere ad proficiendum Dei excitationem. Et hæc ſunt illa quatuor, quæ de Elia diximus.

Joan. 6. 51.

Ibi 52.

3. Reg. 19. 6.

Panis ſubcinericius Chriſti Corpus.

Cur panis ille allatus Angelico miniſterio?

Gregorius Dial. L. 4. c. 58. & 59.

3. Reg. 19. 3. & ſeqq.

Diviſio hujus thematis.

Diſtinctio aliarum quatuor conditionum ad hoc dignæ ſuſcipiendum Sacramentum.

9. Primo ergo debet fugere mundi conſolationem. Cum enim in hoc Sacramento ſit plenitudo Divinæ conſolationis ſpiritualis, & talis non detur admittentibus alienam, ut dicit Bernardus; ideo neceſſe eſt, ut qui vult attingere conſolationem ſpiritualem, debeat dimittere delectationem carnalem. (*k*) Inde dicitur, quod cum veniſſet Berſa-

Earum dilatatio, & prima de fugienda mundi conſolatione.

Bernardus ſive potius Gaufrid. Abb. in Declamat. ex Bern. collect. ſuper ecce nos reliquimus omnia &c. §. 55. n. 66.

---

ti enim Communione opus eſt, ut *ſpiritus ab omni erga omne peccatum affectu liber ſit, & immunis*, ut tradit S. Franciſcus Saleſius Par. 2. cap. 20. Introduct. ad vit. devot. Si quis autem quæſierit *utrum expediat frequentare alicui*; videat reſponſum apud S. Tho. 3. Par. Q. 80. Art. 10. in corp. & apud ipſummet S. Bonav. in 4. Diſt. 12. Par. 2. Art. 2. Q. 2. in concl. Item Epiſt. S. P. F. ad Sacerdotes ſui Ordinis, ubi ne ex frequenti celebratione tepidiores fierent, eos conſuluit, ut unica oblatione, cui intereſſent, contenti, reliquis abſtinerent.

(*a*) Ea videlicet *devotione, quam faciunt timor, & amor: Timor incutit reverentiam; amor autem deſiderium, & affectum*, in Faſciculor. cap. 7.

(*b*) Expoſit. in cap. 22. S. Luc. & Serm. 25. de Euchar. Vid. Alger. L. 2. c. 5.

(*c*) Vulg. *ſuum*; ſed *ejus* quoque God. noſter Bernardin. 40.

(*d*) Serm. 22. de Euchar. prope fin. & Serm. 6. in cœna Dom. ſub S. Bonav. nomine. Vid. infra num. 10. & in Princ. ſacr. Script.

(*e*) *Quare Chriſtus Corpus ſuum dare voluerit velatum* ſupra de Euch. Serm. 7. & 8. ac infra num. 17.

(*f*) De hoc myſterio, quatenus *de latere Chriſti paſſi & jam mortui profluxit ſanguis & aqua*, in 4. Diſt. 8. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl.

(*g*) *Dialogum* vocat etiam in Præfat. Phar. in Regeſto Patrum.

(*h*) Sic ex eodem Greg. Lib. 1. Phar. cap. 3. Vid. in 4. Diſt. 11. Par. 1. Dub. 3. ac Art. 1. Q. 1. & ſupra Serm. 4. de Euchar. n. 27.

(*i*) Virum religioſum eſſe ita ſcribentem, hinc manifeſte apparet, ut magis ex ſequentibus apparebit. Et tempore D. Bonav. ſerpebat peſtifera doctrina retrahentium ab ingreſſu Religionis.

(*k*) Ipſemet D. Bonav. Serm. 1. de SS. Evangeliſt. *Delicata eſt Divina conſolatio, nec datur admittentibus alienam*. Edit. Mabillon. ibi ſic: *Pretioſa ſiquidem Divina conſolatio eſt, nec omnino tribuitur admittentibus alienam*.

Digitized by Google

Berſabee fons ſatietatis Chriſtum ſignificans.

Berſabee, reliquit ibi puerum ſuum. Berſabee interpretatur fons ſatietatis (a), & ſignificat Chriſtum, in quo eſt omnis plenitudo gratiarum, quam qui attingit, omnem mundi delectationem relinquit. Unde ſubditur: Reliquit ibi puerum ſuum. Quid per puerum, niſi carnalem delectationem accipimus, quæ revera puerilis eſt? Quem puerum relinqui docuit Apoſtolus dicens: Nolite pueri effici ſenſibus, ſed malitia parvuli eſtote. Ille ergo relinquit puerum, qui relinquit puerilem vivendi modum.

1. Cor. 14. 20.

Secunda de ingredienda ab vocatis vitæ rectæ religione.

Secundo, qui vult ad hoc Sacramentum digne accedere, debet, ſi a Deo vocatus fuerit, ſe componere ad vitæ rectæ Religionem. Unde dicitur, quod Elias perrexit in deſertum. Deſertum ſignificat ſtatum religioſum. (b) Deſertum dicitur a deſerendo; quia ibi deſeruntur omnia temporalia. Deſeruntur enim ibi divitiæ per votum paupertatis, deliciæ per votum caſtitatis, honores humanæ dignitatis per votum obedientiæ, ſive per abnegationem propriæ voluntatis. (c) Et nihil eſt in mundo, niſi illa tria. Unde Joannes: Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. (d) Et quia per hæc tria animas peccatrices captivat diabolus, & animas religioſas impugnat; ideo dicitur Deuter. octavo: Erat ſerpens flatu adurens, id eſt, Diabolus tentans per ſuperbiam; ac dipſas, ſive ſiti interficiens, (e) id eſt, diabolus per avaritiam tentans; & ſcorpio vultu blandiens, & cauda pungens, (f) id eſt, diabolus tentans per carnis concupiſcentiam. Tertio debet habere Prælato ſubjectionem, unde dicitur, quod Elias ſedit ſubter unam juniperum. Juniperus, ut dicit Iſidorus, eſt arbor, cujus cineres conſervant ignem diu, uſque ad annum. Juniperus ergo eſt bonus Prælatus, cui humilis ſubjectio conſervare ſolet in cordibus ſubditorum ignem mutuæ dilectionis, & calorem fervidæ dilectionis. Quarto debet habere Dei excitationem. Unde dicitur, quod Angelus ſuſcitavit eum. Quid ſignificatur per Angelum, niſi Divinæ gratiæ donum; Angelus enim interpretatur nuntius. (g) Tunc enim Deus quaſi Angelum ad nos mittit, quando gratiam nobis immittit. (h) Et ille Angelus ſemel & iterum excitat; quia Divinæ gratiæ donum ſemper ad proficiendum nos in ſpiritu inſpirat: quoniam qui digne ad hoc Sacramentum accedit, vacuus non recedit. Et ideo quatuor ſunt, quæ haurire ſolent, qui digne accedunt.

Deut. 8. 15.

Dipſas, ſive ſiti interficiens.

Tertia de habenda Prælato ſubjectione. 3. Reg. 19. 4.

Iſidorus Etymol. L. 17. c. 7.

Exemplum juniperi.

Quarta de habenda Dei ad profectum excitatione. 3. Reg. 19. 5. ac 7.

Angelus nuntius interpretatur.

Qui digne ad hoc Sacramentum accedit, vacuus non recedit.

10. Hoc enim Sacramentum confortat ad actionem, ſublevat ad contemplationem, diſponit ad Divinorum revelationem, animat, & accendit ad mundi contemptum, & ad cœleſtium, æternorumque bonorum deſideronem. (i) Et ideo dicitur, quod Elias in fortitudine cibi illius ambulavit, uſque ad montem Dei pervenit, ſecreta Divina vidit, & in oſtio ſpeluncæ ſtetit. Et hæc ſunt alia quatuor. Primum ergo, quod haurit anima devota, eſt, quod confortat ad actionem. Ideo dicitur, quod ambulavit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus &c. Iſte cibus ſignificat Corpus Chriſti (k), in cujus fortitudine homo laborat, dum in ſpirituali vita proficere non ceſſat. Ambulat autem quadraginta diebus. In quadragenario eſt denarius per quaternarium ductus. Per denarium ſignificatur

Alii quatuor hujus Diviniſſimi Sacramenti effectus expenduntur.

Ibi 8. ac ſeqq.

Primus confortat ad actionem.

(a) In Interpretat. Hebr. Nom. ad finem Bernardin. Cod. noſtri 40. *Berſabee fons . . . . . aut puteus ſaturitatis.*

(b) *Deſertum vita clauſtralis*, idemmet D. Bonav. Expoſit. in Pſalter. Pſ. 62. Vid. & Pſ. 77.

(c) Inde etiam liquet, auctorem hujus Sermonis eſſe Franciſcanum; cum, ut ſcite adnotarunt Maurini Editores Oper. S. Greg. Epiſtolar. Lib. 9. Epiſt. 114. al. 119. not. b. hujuſmodi trium votorum *expreſſam mentionem primus fieri voluit S. Franciſcus.* Profecto in ſua Reg. cap. 10. iiſdem utitur verbis ajens: *Recordentur quod propter Deum abnegaverunt proprias voluntates.*

(d) Sic alibi pluries paulo aliter a Vulg.

(e) Solinus cap. 30. *Dipſas ſiti interficit.* Item de ejus morſu humorem omnem conſumente, & ſitim maximam inducente Lucan. Lib. 9. Plin. Lib. 32. cap. 5.

(f) Sic D. ipſe Bonav. Comment. in Cap. 9. Apocal. num. 607. dicitur, quod *ſcorpiones blandiuntur facie, & cauda pungunt.*

(g) Ita Serm. de S. Michael. & alibi paſſim.

(h) Par. 1. de Eccl. Hierar. c. 1. *Beatus ait Gregorius, nomine Angeli, gratia, ſeu virtus figuraliter nuncupatur.* Et infra idipſum repetit: *Angelus dicitur gratia Dei, ſive virtus. Hunc Angelum Dominus mittit, quando alicui gratiam infundit &c.*

(i) *Deſideratio* pro *deſiderandi actu* eſt apud Cic. de Sen. cap. 14.

(k) Supra num. 8. ſicque de Euchariſtia allegorice accipiunt Rupertus, Paſchaſius, Algerus, Lanfrancus &c.

Digitized by Google

catur Decalogus, (a) ad quem reducitur totum vetus Teſtamentum. Per quaternarium ſignificantur quatuor Evangelia, (b) ad quæ reducitur novum Teſtamentum. Ambulare ergo in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, eſt proficere in ſpirituali vita omni tempore noſtro, quo tenetur vita noſtra per novum, & vetus Teſtamentum.

Secundus ſublevat ad contemplationem.

Ideo dicitur hic, quod pervenit ad montem Dei. Quid ſignare poſſumus per montem, niſi mentis ſublevationem? Ad hunc montem Moyſes pervenerat,

Exo. 3. 1. ac ſeq.

de quo Exodi tertio: Moyſes paſcebat oves Jethro ſoceri ſui Sacerdotis Madian: cumque minaſſet gregem ad interiora deſerti, venit ad montem Dei Horeb. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio ejus &c. Ubi in dicto verbo: Moyſes paſcebat oves Jethro ſoceri ſui Sacerdotis Madjan, notatur exercitium actionis. Prius autem minavit gregem ad interiora deſerti, in quo deſignatur reductio omnium actionum, & affectionum ad intima cordis. Et venit ad montem Dei Horeb, in quo notatur ſublevatio mentis ad cœleſtia. Et ibi apparuit Dominus, quia ex tunc datur animæ actus contemplationis. (c) Apparuit autem in flamma ignis. Ignis habet calefacere, & illuminare, ad ſignificandum, quod quando anima pervenit ad gratiam contemplationis, etiam intellectus haurit lumen cognitionis, & affectus incendium dilectionis.

Tertius diſponit ad revelationem.

Diſponit tertio ad Divinorum ſecretorum revelationem. Unde dicitur, quod Dominus dixerit Eliæ:

3. Reg. 19. 11. ac ſeq.

Egredere, & ſta in monte coram Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubvertens montes, & conterens petras ante Dominum, non in ſpiritu Dominus. Et poſt ſpiritum commotio, non in commotione Dominus. Et poſt commotionem ignis, non in igne Dominus. Et poſt ignem ſibilus auræ tenuis, ibi Dominus. (d) Ibi enim revelatum eſt Eliæ, (e) quod Dominus non eſt in ſpiritu ſuperbiæ, non in commotione impatientiæ, non in igne cupiditatis, ſive carnalis concupiſcentiæ; ſed in ſibilo auræ tenuis, id eſt, in tranquillitate pacatæ conſcientiæ. In pace enim factus eſt locus

Pſ. 75. 3.

ejus, & habitatio ejus in Sion.

Quartus animat ad contemptum mundi, & cœleſtium bonorum deſiderationem.

Quarto animat, & accendit ad mundi contemptum, & ad cœleſtium, æternorumque bonorum deſiderationem. Unde dicitur, quod Elias operuit vultum ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ. Quando enim anima ſublevatur ad videndam illius pulchritudinis immenſitatem, & virtutis Divinæ infinitatem, ſtatim reſilit in propriam parvitatem, & operit vultum ſuum per profundam humilitatem, & egreditur de mundi cupiditate, & ſtat in oſtio ſpeluncæ, id eſt, ſuſpirat ad æternitatem. Per ſpeluncam enim ſignificatur corpus humanum, per oſtium exeundi deſiderium. Et propter hoc quaſi in oſtio ſtabat, quia exire deſiderabat. *Confiteantur* ergo *Domino*, quia ſecundo præfiguravit nobis Corpus ſuum ſanctiſſimum in figura panis.

3. Reg. 19. 13.

Dilatatio tertiæ figuræ, quæ eſt mel.

11. Tertio præfiguravit nobis Corpus ſuum in figura mellis. Ideo dicitur Proverbior. vigeſimo quarto: Comede

Prov. 24. 13.

fili (f) mel, quia bonum eſt, & favus dulcis (g) gutturi tuo.

Favo mellis Sacramentum Dominici Corporis deſignatur.

Per favum mellis ſignatur Sacramentum Dominici Corporis. Et bene per mel ſignatur; quia mel delectat guſtum, & ſecundum Medicos habet purificare viſum (h). Ita Chriſtus delectat affectum, & illuminat intellectum.

Bernardus vel quiſquis alius Auctor ſubtilis Rhythmici de Nomine Jeſu, nunc inter Bernard. Suppoſit.

Bernardus: Jeſus dulcedo cordium, fons vivus, lumen mentium, excedit omne gaudium, & omne deſi-

de-

(a) Hoc ipſum ſupponit Comment. in Apocal. cap. 13. num. 916. ac cap. 17. n. 1235. 1267. ac 1277.

(b) In Prolog. Evang. S. Joan. num. 6. ac Procem. in Evang. S. Luc. nec non Commentario in cap. 4. Apocal. num. 285. & ſeqq.

(c) Expoſit. in cap. 9. S. Luc. *Mons eſt locus eminens, & a terrenis ad cœleſtia porrectus. Et ideo contemplationi, & orationi idoneus ..... Unde dicitur de Moyſe, quod cum minaſſet gregem ad interiora deſerti &c.* Et infra ait, quod per montem *recte intelligi poteſt eminentia vitæ contemplativæ.*

(d) In Vulg. deeſt *ibi Dominus*; ſed habetur *ibi Dominus*, etiam in Cod. noſtro Bernardin. ſignato A. I. 40.

(e) Dicitur a D. ipſo Bonav. *maximus Prophetarum* in Prol. Gilberti ſuper Apocal. num. 15. ac *Prophetarum eximius* Expoſit. in cap. 9. S. Luc.

(f) Vulg. *fili mi*; ſed ſine *mi* etiam Cod. noſter Bernardin. ſupra cit. nec non ſupra Serm. 1. num. 13. & Serm. 24. num. 146. & Serm. 26. num. 155. de Euchar.

(g) Vulg. *favum dulciſſimum*; ſed *favus dulcis* apud Malvendam, ac in Sermonib. modo cit.

(h) Supra quoque num. 2. dictum eſt *oculorum purificativum*. Hinc a Plinio Lib. 11. cap. 16. *oculis aptiſſimum* vocatur.

Digitized by Google

derium. Per hoc quod est dulcedo cordium, delectare habet affectum. Et per hoc quod est lumen mentium, illuminare habet intellectum. Quod autem Christus sit mel, dicit Bernardus: Jesus mel est in ore, melos in aure, jubilus in corde. (a) Et alibi: Jesus decus Angelicum, in aure dulce canticum, in ore mel mirificum, in corde nectar cœlicum. (b) Hoc mel produxit nobis apis nostra Virgo Maria, juxta illud: Brevis in volatilibus (c) apis, & initium dulcoris habet fructus illius. Quia Dominus Jesus Christus, qui est fructus ventris ejus, non solum fuit dulcis, sicut mel; immo super mel & favum. Bernardus: Super mel & omnia Jesu dulcis præsentia. Sicut ergo præfiguratur Corpus Christi sub figura panis ad refectionem esurientium; ita & sub figura mellis ad illuminationem in tenebris jacentium. Primi Regum quarto decimo dicitur, quod Jonathas gustavit de melle, & illuminati sunt oculi ejus; (d) sed antea quatuor fecit: Ascendit manibus & pedibus reptans &c. Ecce multitudo prostrata, & huc illucque diffugiens &c: Extendit summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in favum mellis: & convertit manum suam ad os suum. Scilicet quia quatuor sunt necesse homini digne accedenti ad hoc Sacramentum; sicut quatuor fecit Jonathas, priusquam venisset ad gustandum favum mellis. Ascendit laboriosam viam, convertit exercitum Philisthinorum in fugam, tenuit in manu virgam, & ad os applicuit manum suam. Ad significandum, quod digne accedens debet habere conatum melioritionis, (e) victoriam tentationis, patrocinium Beatæ Virginis, & præsidium illuminatæ operationis. Primo ergo debet habere conatum melioritionis. Ideo legitur, quod Jonathas ascendit reptans manibus & pedibus; quia desiderium magnum debet habere proficiendi, & ascendendi de virtute in virtutem, secundum Ps. Beatus vir, cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit, in valle lacrymarum in loco, quem posuit. (f) Et quia nullus est ad hoc idoneus, nisi qui applicat ad hoc omnes vires animæ, & corporis; ideo dicitur Jonathas reptasse manibus, & pedibus. Bernard. Hæc est quotidiana exercitatio mea, assidue scopo spiritum meum, & cum omnibus amoribus ejus, quasi manibus & pedibus, totis viribus nitens, ascendo superius; (g) & quanto magis ascendo superius, tanto detrudor durius in memetipsum, & sub memetipsum, & respiciens me, factus sum mihi de memetipso laboriosa quæstio. (h) Secundo debet habere victoriam tentationis; unde legitur, quod Jonathas totum exercitum Philisthinorum vertit in fugam. Tertio debet habere patrocinium Beatæ Virginis; unde Jonathas tenuit in manu sua virgam. Per virgam significatur Virgo Maria, secundum illud Isai. undecimo: Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. (i) Ille in manibus habet virgam, qui in omnibus operationibus suis habet Beatæ Virginis memoriam, cujus extensione mel attingitur; quia non nisi patrocinio beatæ Mariæ Virginis ad virtutem hujus Sacramenti pervenitur. Quoniam sicut per eam hoc sacratissimum Corpus nobis datum est; ita per manus ejus debet offerri, & per manus ejus accipi sub Sacramento, quod natum est ex ejus utero (k). Bernard. Quicquid illud

Idem Serm. 15. in Cant. n. 6. Auctor d. Jubili Rythmici.

Ps. 18 11. Bernardus sive idem Auctor d. Jub. ab initio.

1. Reg. 14. 13.

Ibi 16.

Ibi 27.

Divisio hujus textus quoad quatuor expendenda.

Distinctio quatuor necessariorum, ut quis digne ad hoc Sacramentum accedat.

Dilatatio de conatu melioritionis.

Ps. 83. 6. & seq.

Bernardus.

De victoria tentationis.

De patrocinio B. Virginis.

Isa. 11. 1.

Bernardus in Nat. B. M. V. Serm. de aqueductu num. 18. in fine.

(a) Sic D. ipse Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 2. ex eod. Bernard.

(b) Al. *cordis pigmentum cœlicum.*

(c) Supra quoque sine *est*, quod habet Vulg. Serm. 12. de B. Clara num. 1.

(d) Similiter in Compend. Theol. verit. Lib. 6. capp. 12. ac 15. Quod etsi Bonaventuræ non sit, est tamen secundum Bonaventuram, & supra Serm. 22. de Euchar.

(e) Hanc vocem habet quoque Lex. J. C. Oritur a verbo *melioro*, de quo D. Bonav. 4. Dist. 48. Art. 2. Q. 1. in Fundam. ac Q. 3. iterum in Fundam. *melioritionem* habet ibi Dist. 47. Art. 2. Q. 3. §. ad illud quod objicitur &c.

(f) Apud ipsum D. Bonav. Serm. 2. Dom. 16. post Pentec. „ Bernardus: Hi ascensiones „ in corde suo disponunt, qui de virtute in „ virtutem eunt &c. "

(g) Ibi „ Bernard. Intentiones, cogitatio„ nes, voluntates, affectiones, & omnia in„ teriora mea, venite, ascendamus in montem „ Domini &c. " Vid. S. Bernar. Serm. 115. de Diverf. & Serm. 21. in Cant. num. 2.

(h) Inquit etiam S. Aug. Confess. Lib. 10. cap. 33. num. 50. in fine: *Mihi quæstio factus sum.*

(i) Sic S. Bernardus Serm. 2. in Adventu Dom. num. 4. ac ipsemet D. Bonav. in Laude Metr. B. M. V.

(k) In ead. Lau. Metr.

Tu ministras hominibus verum panem Angelorum,
Tuis natum visceribus pro salute peccatorum.

Digitized by Google

lud est, quod offerre paras, Mariæ commendare memento, ut eodem alveo ad largitorem gratiæ gratia redeat quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, etiam sine hoc aquæ-ductu infundere gratiam, prout vellet: sed sibi vehiculum voluit providere. Forte enim manus tuæ, aut sanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Itaque (a) modicum illud, quod offerre desideras, gratissimis illis & omni acceptione digniſſimis manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quæque lilia sunt: nec caussabitur ille liliorum amator inter lilia non inventum, quicquid illud sit quod inter Mariæ manus invenerit.

De præsidio illuminatæ operationis. 2. ad Thess. 3. 10.

Quarto debet habere præsidium illuminatæ operationis, sicut dicitur ad Thessal. Qui non vult operari, sive qui non laborat, non manducet. (b) Hoc perfectissime debet servari ante manducationem Corporis Christi; nullus enim dignus est ad hujus Sacramenti perceptionem accedere, nisi sit exercitatus per bonam operationem. Ideo Jonathas applicuit manum suam ad os. Manibus laboramus, ore manducamus. Manus ergo ad os applicat, qui manducationi Corporis Christi adhibet exercitium bonæ operationis. Et quia digne sumenti augetur gratia; ideo Jonathas in degustatione mellis tria bona dicitur accepisse.

Digne ad hoc Sacramentum accedens tria accipit & primo illuminationem rationalis ad cognoscendum summum verum.

12. Sic qui digne accedit, tria accipit. Illuminatur enim primo rationalis ad cognoscendum summum verum; ideo postquam Jonathas gustavit mel, illuminati sunt oculi ejus. Qui enim istud Sacramentum frequentat cum fervore devotionis, de die in diem proficit in illuminatione mentis. Unde hic dicitur: Vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quod gustaverim paululum de melle isto. (c) Secundo incitatur concupiscibilis ad summum bonum quærendum. Unde dicitur hic: Gustans gustavi paululum de melle. (d) Recte dicit: Gustans gustavi; quia quo magis gustatur, eo magis concupiscibilis ad desiderium incitatur. Bernardus: Gustus spiritus incitamentum est amoris, & irritamentum desiderii. (e) Idem: Qui te gustant, esuriunt, qui bibunt adhuc sitiunt, desiderare nesciunt, nisi Jesum quem diligunt. Et bene dicit paululum, quia quantumcunque homini detur in hac vita, non est respectu illius, nisi paululum mellis. Tertio fortificatur irascibilis (f) ad extirpandum omne malum. Unde Jonathas fortificatus de gustu mellis persecutus est Philistæos usque Hailon. (g) Philistæus interpretatur duplex ruina, (h) & significat vitia, quæ ruere faciunt animam, & corpus, morte æterna. Hailon interpretatur inquisitio vitæ (i), & significat æternam vitam, quam ibi plenissime acquiremus. Hæc enim temporalis vita non est dicenda, sed potius mors, ut dicit Gregorius (k). Jonathas (l) ergo vitia persequitur ad vivendum secundum Dominum. Ideo dicitur hic: Ecce ego morior; quia quemcunque dulcedo hujus Sacramenti perfundit, hunc mundo funditus extinguit. Job: Suspendium elegit anima mea, & mortem ossa mea; quia exterioris hominis mortificatio est interioris vivificatio. (m) Unde dicit Dominus Moysi: Non videbit me homo, & vivet. Augustinus: Fac me Domine toto desiderio, & toto amore huic mundo funditus extingui (n), & desiderio omnium

1. Reg. 14. 29.

Secundo incitamentum concupiscibilis ad quærendum summum bonum. Ibi 43.

Bernardus in Festo Omn. Sanct. Serm. 1. num. 10.

In supra dicto Jub. Rhythm. de Nom. Jesu.

Tertio robur ad eradicandum omne malum.

Philistæus interpretatur duplex ruina,

Hailon interpretatur inquisitio vitæ.

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 37. n. 1.

1. Reg. 14. ibi.

Job 7. 15.

Exo. 33. 20.

Augustinus.

(a) Nunc *Ideoque*.

(b) Vulg. *si quis non vult operari, nec manducet*; sed ut supra D. ipse Bonav. Tract. de pauper. Chr.

(c) Sic supra nedum cit. Serm. 22. sed etiam Serm. 1. de Euchar. non procul a fine.

(d) Vulg. *mellis*.

(e) Ex eod. Bernardo Phar. Lib. 3. cap. 29.

(f) Similiter loqui de tribus prædictis animæ facultatibus, *rationali*, *concupiscibili*, *irascibili*, perquam apud D. Bonav. solemne est.

(g) Vulg. *Ajalon*; sed etiam Hug. Card. & Nic. Lyran. *Hailon*. Ubi tamen idem Lyran. notat *al. Ahialon*.

(h) Sic etiam in Interpret. Nom. Hebr. Cod. nostri Bernard. A. I. 40.

(i) Ibi *Habilon vita vallium, quærentium, vel quæstio vitæ roboreæ*.

(k) Ex eodem S. Greg. ibi idemmet D. Bonav. Serm. 2. Dom. 20. post Pentecost. Vid. ipsiusmet D. Bonav. Phar. Lib. 3. cap. 46.

(l) Supple *Christianus*.

(m) Similiter S. Greg. Moral. Lib. 8. cap. 25. num. 44. De quo textu Job. Vid. quoque D. ipsum Bonav. cap. 7. Itinerar. ment. in Deum, nec non cap. 3. Incendii sive Incentivi amoris.

(n) *Funditus extingui huic mundo*, cujus olim amore captus erat, *hæsitans meri morti, & vitæ vivere*, Confess. Lib. 8. cap. 11. num. 25. Vid. August. Serm. 345. al. 32. ex Sirmondian. num. 1. ac Serm. 346. num. 1. Unde ipsemet Bonaventura ajebat supra col. 263. „Mo-

„riar

Digitized by Google

nium tranſeuntium rerum. (a) Lugeam, non gaudeam, niſi ad te, de te, propter te; (b) non blandis corrumpar, non adverſis concutiar. (c) *Confiteantur* ergo *Domino*, quia præfiguravit nobis Corpus ſuum in figura mellis.

Dilatatio quartæ figuræ, quæ eſt Agnus Paſchalis. *Exo.* 12. 3.

13. Quarto præfiguravit nobis Corpus ſuum in figura Agni Paſchalis (d). Exo. duodecimo: Tollat unuſquiſque Agnum per familias & domos ſuas. *Ibi* 5. Agnus autem erit abſque macula. Iſte Agnus præviſus fuit per Prophetam Iſai. *Iſai.* 16. 1. Emitte Agnum, Domine, dominatorem terræ. Iſte Agnus erat ſine macula, qui venerat tollere peccata mundi. *Jo.* 1. 29. Joan. primo: Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata (e) mundi. Et quia Agnus Paſchalis ſignificat Corpus Chriſti; ideo determinatur hic, qualis debet eſſe homo, antequam accedat, qualis in acceſſu, & qualem fructum recipiat poſt ipſum acceſſum. Ante acceſſum debet homo habere quatuor. Debet enim habere reſpectum ad univerſalitatem; debet ſe diſponere ad idoneitatem; (f) debet accendi ad caritatem; debet venire ad fidei integritatem. Primo debet habere reſpectum ad univerſalitatem; ideo dicitur hic: Immolabit eum univerſa multitudo filiorum Iſrael. *Exo.* 12. 6. Per manus enim omnium viventium debet offerri pro redemptione

Qualis eſſe debet ſumens Chriſti Corpus, ante acceſſum, & in acceſſu; ac poſt acceſſum, qualem recipiat fructum. Quatuor ante acceſſum requiſita.

in Purgatorio exiſtentium, (g) ad laudem & gloriam omnium Sanctorum, & Angelorum in cœlo regnantium (h), & per manus univerſitatis debet offerri ad honorem beatiſſimæ Trinitatis. (i) Secundo debet ſe præparare ad idoneitatem, ideo dicitur: Sument de ſanguine ejus, ac ponent ſuper utrumque poſtem, & in ſuperliminaribus domorum, in quibus comedent illum. *Ibi* 7. Per duos poſtes, & ſuperliminare, quæ faciunt oſtium in domum, ſignificantur tria in anima, per quæ Deus ingreditur ad habitaculum cordis. Scilicet rationalis, per quam Deus ingreditur ut lux, vel claritas; concupiſcibilis, per quam ingreditur ut dulcedo, & bonitas; iraſcibilis, per quam ingreditur ut gloria, vel majeſtas. (k) Hæc tria ſanguine tinguntur, quando circa paſſionem Domini occupantur. Rationalis ſanguine tingitur, quando homo fidei luce Sacramenti veritatem rimatur. Concupiſcibilis tingitur, quando cognita bonitate, Chriſto paſſo compatiens, amaricatur. (l) Iraſcibilis tingitur, quando cognita gloria Chriſti paſſi, ad ejus imitationem animatur. Tertio debet accendi ad caritatem, ideo additur: Edent carnes nocte illa aſſas igni. *Ibi* 8. Per ignem ſignificatur caritas, quam juſſit Dominus in ara cordis ſemper arde-

„ riar pro te mundo, immo moriar & mihi, „ ut totus tecum affixus ligno, nihil ſentiam „ niſi te, ut vivam jam non ego, vivat autem „ in me Chriſtus. “

(a) *Quoniam miſer eſt omnis animus junctus amicitia rebus temporalibus*, ut cum Auguſtino loquitur Bonav. in Soliloq. cap. 2. ab initio. Vid. Aug. Lib. 4. Confeſſ. cap. 6. num. 11.

(b) Lib. 10. Confeſſ. cap. 22. num. 32. *Abſit Domine, abſit a corde ſervi tui, qui confitetur tibi: abſit ut quocunque gaudio gaudeam, beatum me putem. Eſt enim gaudium quod non datur impiis, ſed eis qui te gratis colunt, quorum gaudium tu ipſe es. Et ipſa eſt beata vita gaudere ad te, de te, propter te, ipſa eſt, & non eſt altera &c.*

(c) Nam ut inquit Serm. 335. al. 50. de Sanctis n. 1. *Quomodo ſuperare poteſt mundum ſævientem, qui non poteſt ſuperare blandientem?* Et Epiſt. 145. al. 144. n. 2. *Mundus iſte periculoſior eſt blandus, quam moleſtus, & magis cavendus cum ſe illicit diligi, quam cum admonet cogitque contemni.*

(d) 4. Diſt. 8. Par. 1. Art. 1. Q. 2. in concl. & ad 4. Vid. ſupra Serm. 16. de Euchariſtia.

(e) Vulg. *peccatum*; ſed in plurali *peccata* alibi ſæpe.

(f) Hujuſmodi voces Scholaſticæ apud D. Bonav. eximium Scholæ Magiſtrum perquam frequentes. Voce *idoneitatis* utitur in 3. Diſt. 1. Art. 2. Q. 2. ad 2. Et de *idoneitate* diſpoſitionis, quæ præmittenda eſt Communioni, teſtatur antiquus mos, quo Diaconus, vel Sacerdos, dum ſacra conficiebantur, ingeminabat verba illa: SANCTA SANCTIS. De quo more S. Joan. Chryſoſt. Hom. 17. in Epiſt. ad Hebr. Et requiri idoneas ad dignam Euchariſtiæ ſumptionem diſpoſitiones docet etiam Lanfrancus ſcribens contra Berengarium; & amplius oſtendunt nocturnæ vigiliæ, quæ illi olim præmittebantur, de quibus piiſſimus Card. Bona L. 2. Rer. Liturg. cap. 1. Unde ipſemet D. Bonaventura in 4. Diſt. 12. Par. 2. Art. 2. Q. 2. ad 1. aſſeruit: *Majorem efficaciam credo quod recipiat homo in una Miſſa, vel manducatione, cum bona præparatione, quam in multis, ſi non ſe præparet diligenter.*

(g) In Expoſit. Miſſæ, & cap. 8. de Præparat. ad Miſſ.

(h) Videlicet *Dulia*, uti declarat in d. Opuſc. de Præparat. ad Miſſ. cap. 10.

(i) Scilicet *Latria* ibi cap. 9.

(k) De hujuſmodi tribus potentiis 4. Diſt. 49. Par. 1. Art. 1. Q. 5. in concl. & in Centiloq. Par. 4. Sect. 3. &c.

(l) Verbum *amaricatur* illud eſt, quo alibi quoque D. Bona. utitur. Vid. Soliloq. Cap. 1. ac Prodr. col. 604. Conſer quoque cit. Ser. 16. de Euch.

Digitized by Google

re. (a) In hoc igne debent carnes Corporis Christi assari, quia non nisi in caritate debet manducari. (b) Ille ergo crudas carnes comedit, qui ad Sacramentum sine caritate accedit. Sed qui crudas carnes comedit, vitam in periculo ponit, & ita sumens Corpus Christi, & non habens Dei, & proximi dilectionem, meretur damnationem. Quarto debet habere fidei integritatem, ideo adjungitur: Caput cum pedibus ejus, & intestinis vorabitis. Per caput intelligitur Divinitas; quia caput Christi Deus est, ut dicit Apostolus: per pedes humanitas. Deus enim ubique est, & non potest moveri de loco in locum. Quasi vero pedes assumpsit, quando in carne assumpta localiter ambulavit. (c) Hos pedes, dum Tobias, id est, Christus lavit in flumine, id est, exposuit in cruce, piscem eosdem absorbere volentem, id est, diabolum vicit. Intestina sunt circa hoc Sacramentum inattingibilia, quæ omnia debet homo devorare, id est, omnia debet cum affectione caritatis firmiter credere, (d) quæ non potest intellectu (e) attingere. Debet enim credere ibi esse verum Corpus Christi, quod traxit de beata Virgine. (f) Est autem ibi Corpus per transubstantiationem, (g) anima per naturalem colligantiam, (h) Deitas per inseparabilem unionem. Sunt etiam ibi utriusque naturæ intestina, id est, Sacramenta inexplicabilia. (i) Et ideo qui non potest altitudinem hujus Sacramenti intellectu percipere, debet hoc potestati Spiritus sancti committere. Unde subditur: Si quid residuum fuerit, igne comburetis. (k) *Ex. ibi* 10.

Ibi 9.

1. *Cor.* 11. 3.

14. Debet & homo quatuor habere in ipso accessu. Scilicet primo, in carne continentiam, (l) unde dicitur hic: Renes vestros accingetis. Renes accingit, qui fluxum libidinis restinguit. (m) Secundo, in affectu munditiam; (n) unde: Calceamenta habebitis in pedibus. Pedes, id est, affectus debent esse calceati, id est, ab omni terrenitate (o) abstracti. Tertio debet habere in animo passionis Christi memoriam, (p) unde dicitur: tenentes baculos in manibus. Per baculos intelligitur crux Christi. In hoc baculo Jacob, id est, Christus transivit Jordanem, id est, fluxum mundi, & reduxit secum duas turmas, Judæorum scilicet & Gentium. (q) Baculum ergo in manibus tenet, qui memoriam passionis Christi retinet, (r) & hoc jussit Dominus, cum hoc Sacramentum instituit dicens: Hoc facite in meam

Quatuor in accessu requisita.

Ibi 11.

Ibi.

Gen. 32. 10.

Luc. 22. 19. *ac* 1. *Cor.* 11. 24. *ac seq.*

(a) Ad id adducit in Opusculo de Perfect. vit. ad Soror. cap. 6. verba hæc Levit. 6. v. 12. *Ignis in altari meo semper ardebit, quem nutriet Sacerdos subjiciens ligna per singulos dies.* Ubi per *altare* itidem interpretatur *cor*; per *ignem* vero intelligit *fervidam devotionem*. Idipsum repetit cap. 8. de Sex Alis Seraphim. Porro talis *ignis ferventis devotionis* excitatur a caritate. Nanque *actualem devotionem faciunt timor, & amor*, cap. 7. Fascicular.

(b) Similiter loquitur *de pane vivo, qui de cœlo descendit, decocto duplici igne caritatis & passionis*, Tract. de Vite Myst. cap. 43. n. 148. Item de *Corporis Christi pane decocto, & assa igne Divini amoris*, cap. 2. de Præparat. ad Miss. Hinc in Compend. Theol. Verit. L. 6. c. 15. dicitur, quod exigitur *in digne suscipientibus Corpus Christi amoris excitatio*; & ad hoc comprobandum laudatur Bernardus, cujus verba retulimus supra Serm. 39. de Euchar. col. 936. & seq. not. *a*.

(c) Confer supra cit. Serm. 16. de Euchar. post init.

(d) Ad hoc enim *quod quis spiritualiter manducet, requiritur recogitatio fidei, & affectio caritatis*, 4. Dist. 9. Art. 1. Q. 2. in concl. adeoque *non sufficit qualiscumque fides, sed necessario fides operans per dilectionem*, ibi. Et Breviloq. Par. 6. cap. 9.

(e) Scilicet *ut est humanus*, sed tantum potest, *ut est fidelis*, 4. Dist. 10. Par. 2. Art. 2. Q. 1. in concl.

(f) Leo Papa in Epistola Anatholio Episcopo missa: *Qui licet in Patris sit dextera constitutus, in eadem tamen carne, quam sumpsit ex Virgine, Sacramentum propitiationis exequitur*. Vid. quoque S. Ambros. relat. supra Serm. 11. de Euchar. & Damascen. Lib. 4. de Fide Orthodoxa cap. 14.

(g) Ibi Ar. 1. Q. 3. in concl.

(h) De hac *naturali colligantia* cap. 1. de Præparat. ad Miss. & in 4. Dist. 11. Par. 1. Art. 1. Q. 4. in concl.

(i) Supra cit. Serm. 16. de Euchar.

(k) In Cœna Dom. Serm. 5. *Si quid residuum superfuerit, igne comburetur: id est, secundum Gregorium, quidquid de hoc Sacramento intelligere non possumus, Spiritui sancto committendum est.*

(l) Cap. 4. de Præparat. ad Miss.

(m) Cit. Serm. 16. de Euchar.

(n) Ibi, nec non cap. 7. Fascicular.

(o) Hanc quoque vocem sæpe D. Bona. usurpat.

(p) De hac cap. 6. de Præparat. ad Miss. & in alio Opusc. de Instruct. Sacerd. ad se præparandum ad celebrandam Missam. Vid. Acta Ecclesiæ Mediolanensis To. 1. Par. 4. §. 24.

(q) Confer in fine Legen. ma. & min.

(r) In Compend. Theol. Verit. L. 6. c. 16. „ Memoria Dominicæ Passionis: *In baculo meo „ transivi Jordanem*. “

Digitized by Google

meam commemorationem. (a) Quarto debet habere in desiderio vitam æternam, (b) ideo additur: Comedetis festinanter; quia qui comedit hoc Sacramentum, debet festinare ad plenitudinis ejus cumulum. Per hujus enim dulcedinis gustum provocatur ad plenum gaudium. Ideo dicitur: Est enim Phase, id est, transitus Domini. Unde iste Agnus datus est in figura filiis Israel in exitu de Ægypto; quia qui devote accipit, de mundo ad Deum transit. (c)

Exo. ibi.

Ibi.

Quatuor fructus post accessum.

15. Pro tertio, scilicet post accessum, notandum, quod quatuor fructus percipit, qui digne (d) ad hoc Sacramentum accedit. Unde post esum Agni hujus quatuor Dominus facit; terram Ægypti pertransit; primogenita percutit; in Diis Ægypti judicium facit; & insignitos sanguine a plagis custodit. Quia digne communicantibus consolationem immittit; fomitem minuit; amorem mundi tollit; & in die judicii securos reddit. Primo ergo consolationem immittit, unde ait: Transibo per terram Ægypti. Ægyptus tenebræ interpretatur, (e) & significat cor humanum, nondum perfecte illuminatum. Hoc Deus pertransit, quando consolationem immittit. Et bene pertransit, quia ibi mansionem non facit; quoniam ipsum habile ad hoc non invenit. Tandiu tamen potest pertransire, quoad habitaculum poterit sibi facere, secundum id quod legitur quarti Regum quarto in persona fidelis animæ: Animadverto quod vir Dei sanctus est iste, qui transit per nos frequenter, faciamus ergo ei cœnaculum parvum, id est, præparemus ei habitaculum cordis; & ponamus ei in eo candelabrum propriæ

Ibi 22.

Ægyptus tenebræ interpretatur.

4. Reg. 4. 9. ac seq.

cognitionis; & mensam internæ refectionis; & sellam quietæ mansionis; & lectulum contemplationis; ut cum venerit ad nos, maneat ibi. Secundo fomitem minuit; ideo additur: Percutiam omne primogenitum in terra Ægypti. Quid sunt primogenita, nisi vitia, (f) præsertim carnis, quæ sunt nobis a primis parentibus ingenita, quæ Dominus percutit, quando fomitem carnis minuit. Minuit, dico, non omnino tollit; quia sicut dicit Bernardus: Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putas emortua, & non magis suppressa: velis, nolis, intra fines tuos habitat Jebusæus, subjugari potest, sed non exterminari (g). Tertio amorem mundi tollit, unde dicitur: Et in cunctis Diis Ægypti faciam judicia. Dii Ægypti sunt amabilia mundi; quod enim quisque præ ceteris diligit, hoc illi Deus est, sicut dicit Hieron. (h) Unde de carnalibus dicitur ad Philippen. Quorum Deus venter est. In his Diis judicium facit, quando contemptum mundi gignit. Quarto, in die judicii securos facit; quare? Quia additur: Erit autem vobis sanguis in signum in ædibus, in quibus eritis, & videbo sanguinem, & pertransibo vos, nec erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Ægypti. In quibuscunque enim in die judicii viderit Sanguinem (i) suæ redemptionis, illos liberabit a plaga æternæ damnationis; quando scilicet percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. *Confiteantur* ergo *Domino &c.*, quia præfiguravit nobis Corpus suum in figura Agni Paschalis.

Exo. ibi.

Bernardus Ser 58. in Cant. n. 10.

Exo. ibi.

Quod quisque præ ceteris diligit, hoc illi Deus est. *Hieronymus, sive is, qui creditur Hieron. in Breviar. Psalt. Ps. 80.*

Philipp. 3. 19.

Exo. ibi 13.

Isa. 11. 4.

16. Quinto præfiguravit nobis Cor-

Dilatatio quintæ figuræ, quæ est thesaurus cœlestis.

(a) Cap. 7. Fascicular. & cit. cap. 6. de Præparat. ad Miss. nec non Exposit. in cap. 22. S. Luc. &c.

(b) De hoc *desiderio* in fine cap. 9. de Præparat. ad Miss. Et *cum desiderii fervore festinantes ad patriam*, etiam Algerus Lib. 1. cap. 22.

(c) De hoc *transitu* cap. 7. Itinerar. ment. in Deum. Et ibi d. Algerus.

(d) Id est, ex eodem D. Bonavent. de Præparat. ad Miss. cap. 5. *caritate, fervore, reverenter, circumspecte, & considerate*. Sive ut ait S. Tho. 3. Par. Q. 80. Art. 10. in corp. *cum magna devotione, & reverentia*. A quibus optimis Magistris disce, alia præter gratiæ statum ad *digne* communicandum requiri.

(e) Sic Exposit. in Psalter. Psal. 134. Item *Ægyptus tenebræ interpretatur*; Procem. in Lib. 1. Sententiar. &c.

(f) Per *primogenita* intelligit *vitia* etiam Exposit. in d. Ps. 134. ubi ad illa verba: *Percussit primogenita Ægypti &c.*, subdit: *Initium omnis peccati superbia. Tenebræ, scilicet Ægyptus, talia gignunt primogenita &c.*

(g) Apographum meum in hac D. Bernardi sententia referenda paulo variat; sed prædictam lectionem emendatiorem censui. Vid. cap. 1. Soliloq. ubi sermo est de carne *inimico domestico, hoste amico, adversario propinquo*.

(h) Al. *Ambr.* Hieronymi autem, sive alterius, qui putatur Hieronymus, illa est tropologia, ut monet Lorinus Commentar. in Psal. 80. v. 10.; & illius verba sunt hæc: *Unusquisque quod cupit, & veneratur, hoc illi Deum esse*. Similia quoque habent SS. Cyprianus, Maximus &c.

(i) Intellige *fructum sanguinis*.

Digitized by Google

pus ſuum ſub figura theſauri cœleſtis, Et bene comparatur Corpus Chriſti theſauro; quia ſicut in theſauro reponuntur deſiderabilia divitiarum, ita in Corpore Chriſti repoſita ſunt omnia chariſmata gratiarum. (a) Unde Deus Pater totius conſolationis volens Filio ſuo dare Sponſam Eccleſiam, ante adventum Chriſti promiſit ei hos theſauros dicens: Tibi dabo theſauros abſconditos, Iſa. quadrageſimo quinto. (b) Hi theſauri gratiarum bene dicuntur abſconditi, quia ſub Sacramento viſibili velati. Et notabile eſt, quod dicit: Tibi dabo theſauros in plurali. Quatuor enim theſauri ſunt in Chriſto, ſub velamento Sacramenti abſconditi: Scilicet theſaurus omnis eſſentiæ, omnis ſapientiæ, omnis gratiæ, & omnis gloriæ. Primo, in Chriſto eſt theſaurus omnis eſſentiæ; omnia enim, quæ fuerunt, ſunt, & fieri poſſunt, ab ipſo, ſive ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt. (c) Cogita ergo qualis eſt theſaurus iſte, de quo cœlum, terra, mare, & omnia, quæ in eis ſunt, prodierunt. Unde de Chriſto poteſt dici illud Matth. tertio decimo: Qui profert de theſauro ſuo nova & vetera; & Pſal. Qui producit ventos de theſauris ſuis. (d) Secundo, in Chriſto eſt theſaurus omnis ſapientiæ; ipſe enim cognoſcit omnia, quæcunque ſunt, vel fuerunt, vel erunt, vel fieri poſſunt. (e) Ipſe etiam eſt Deus, cui omne cor patet, & omnis voluntas loquitur, & quem nullum latet ſecretum. Non ſolum autem perfectiſſime cognoſcit omnia, ſed & omnia quæ cognoſcit, ipſe cognoſcere facit. Ipſe enim eſt lux, quæ illuminat omne lumen, & conſervat in ſuo vigore, Joan. Ego ſum lux mundi. De hoc theſauro dicitur ad Coloſſ. In quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi. Tertio, in Chriſto eſt theſaurus omnis gratiæ; ipſe enim eſt plenus gratia & veritate, de cujus plenitudine hauriunt Angeli & homines. (f) Ipſe enim fontalem (g) plenitudinem habet, qui aperit manum ſuam, & implet omne animal, præſertim rationale, (h) benedictione. Et ille theſaurus abſconditus eſt ſub Sacramento Altaris. Matth. Simile eſt regnum cœlorum theſauro abſcondito in agro &c. (i) Quid ſignificatur hic per agrum, niſi Corporis Chriſti Sacramentum, quod de agro colligitur? In hoc agro habemus theſaurum abſconditum; quia ibi latent omnia genera gratiarum. Quem qui invenit, præ gaudio vendit omnia, quæ habet, & emit agrum illum; quia cognoſcens hujus Sacramenti plenitudinem, libenter intermittit omnem operationem, ut ſe libere exerceat circa hujus Sacramenti devotionem, quoniam ſcit ſe ibi haurire æternæ vitæ poſſeſſionem. Joan. ſexto: Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam. Quarto, in Chriſto eſt theſaurus omnis gloriæ; quantumcunque enim habent Angeli gloriæ, & homines quicunque ſalvandi ſunt, uſque in diem judicii; de Chriſto, quaſi de theſauro, omnia hauriunt, (k) ſive pertineant ad ſtolam corporis, ſive animæ. Ipſe eſt enim, qui in theſauris ſuis ponit abyſſos, & inexplicabiles illius gloriæ terminos. Et ideo juſſit nos ad hunc theſaurum properare, dicens Matth. ſexto: Theſaurizate vobis theſauros in cœlo. Ad hos theſauros Sancti pervenire deſiderant; & cum ad eos pertingere niſi per mortem nequeant, quaſi effodientes theſauros, gaudent cum invenerint ſepulcrum, Job tertio.

17. Theſaurus autem iſte eſt abſconditus ſub velamento panis & vini propter quatuor rationes. (l) Unde dicitur

Iſa. 45. 3.

Quatuor in Chriſto theſauri ſub Sacramenti velamento abſconditi.

Pſ. 145. 6.

Matth. 13. 52.

Pſ. 134. 7.

Orat. 2. *in præparat. ad Miſſ.*

Jo. 8. 12.

Coloſſ. 2. 3.

Jo. 1. 14. & 16.

Pſ. 144. 16.

Matth. 13. 44.

Jo. 6. 55.

Pſ. 32. 7.

Matth. 6. 20.

Job 3. 21. & *ſeq.*

Quatuor de hoc theſauro abſcondito ſub velamento panis & vini rationes.

(a) Breviloq Par. 6. cap. 9.

(b) Quamvis ibi de Cyro ſermo ſit, Cyrus tamen haud dubie Chriſti veri Salvatoris typum geſſit.

(c) Sic in fine cap. 5. Itinerar. ment. in Deum, ac 1. Diſt. 36. Dub. 4.

(d) Vid. Expoſit. in Pſalter. d. Pſ. 134. ad eundem textum.

(e) 3. Diſt. 14. Art. 2. Q. 3. in concl.

(f) Ibi Diſt. 13. Art. 2. Q. 3. in concl.

(g) Adjectivum frequens in certiſſimis D. Bonav. Operibus, & Opuſculis.

(h) Pariter Lorin. ac de *rationali* exponit etiam S. Ambroſ. 2. de Spiritu ſancto cap. 10, nec non ipſemet S. Bonav. a cit. Lori. laudatus Expoſit. in Pſalter. ibi.

(i) Per hujuſmodi *theſaurum* accipit *Chriſtum* etiam S. Hieronymus, uti quoque per *margaritam pretioſam*, de qua Matth. ibi ver. 45. Et quod *pretioſa margarita & theſaurus ſit Chriſtus*, videri poteſt apud Salmeronem. Unde & piiſſimus Auctor L. 2. de Imitat. Chr. c. 8. ait: *Qui invenit Jeſum, invenit theſaurum bonum, immo bonum ſuper omne bonum.*

(k) Pariter de Præparat. ad Miſſ. cap. 7. per totum.

(l) Confer ſupra cum Serm. 7. & 8. de Euchariſt.

Digitized by Google

tur hic: (a) Tibi dabo thesauros absconditos. Primo propter fidei meritum. Secundo propter cruditatis attactum. Tertio propter sensus imperfectionem (b). Quarto propter exclusionem infidelium. Primo igitur absconsus est propter fidei meritum; magnum enim meritum sibi accumulat, qui septem adversarios credendo superat, scilicet quinque sensus, qui omnes sentiunt, non ibi esse Corpus Christi: (c) & imago similiter contraria est; quia nullo modo potest imaginari, quod tam magnus homo, scilicet integer Christus, sub tam modica hostia possit abscondi, quod contra omnem imaginationem est: (d) & quod idem Corpus simul & semel possit esse in diversis locis (sicut patet in hoc Sacramento) quod est perfectissime in Cœlo, cum nihilominus sit perfectissime in Altari; & non plura tamen, sed idem Corpus. Ideo Corpus Christi velatur. Greg. Fides non habet meritum, cui humana ratio præbet experimentum. (e) Secundo velatur propter cruditatis attactum; horror enim cruditate-

Gregorius in Evang. L. 2. Hom. 26. n. 1.

(a) Loco supra cit. Isa. 45. 3.

(b) Confer rursum in 4. Dist. 12. Par. 1. Ar. 3. Q. 2. in concl. Breviloq. Par. 6. cap. 9. nec non de d. Præparat. ad Miss. cap. 3.

(c) Ideo supra Serm. 7. de Euchar. ait, quod in eo *nostri sensus pie decipiantur*. Et ante D. Bonaventuram Algerus L. 2. de Sacram. Corp. & Sang. Dom. cap. 3. „ Exteriores quidem „ sensus, objecta panis & vini specie, colore, „ odore, & sapore, ipsum quod fuerat men„ tiendo panem & vinum, quod non est, ni„ tuntur astruere; interior autem intellectus „ ipsum quod est Corpus, scilicet Christi, con„ templans, nec comprehendere sufficiens, non „ tamen desistit credere. " Et Lib. 1. c. 13. illud allegat Augustini contra Felicianum c. 2. „ Si incomprehensibilis est ratio, & veritas „ prompta; facilius in negotiis fidei testimo„ niis creditur, quam ratio investigatur. "

(d) Adeo hoc *contra omnem imaginationem est*, ut memoriæ proditum legam in nostro MS. Chronico 24. Ministror. General. fol. m. 164. „ Fuit quidam Magister in Theologia Frater „ Minor scientia & vita probatus, qui cum „ Missam exponeret, & super hoc quendam „ Tractatum proponeret compilare, & ob hoc „ quotidie in Missis indutus superpelliceo hu„ militer celebrantes juvaret, ut Dominus ejus „ mentem super aliquibus punctis illuminaret; „ quodam die factus (*forte raptus*) in spiritu, „ irradiatus Divino fulgore, vidit, dum ele„ varetur hostia consecrata, infra ambitum ho„ stiæ, Corpus Domini Jesu Christi totaliter „ contineri, nec excedere, nec excedi. Qui „ non modicum consolatus hoc in suis Scri„ pturis reliquit ad ostendendam Sacramenti „ veritatem. " Tum seq. fol. 165. „ Refert „ Frater Alexander de Ales in Quarto suo, „ quod quidam Religiosus Sacerdos sic hæsita„ vit, & in fide vacillavit, quod non poterat „ credere, quod totum Christi Corpus sub mo„ dica formula panis contineretur. Et cum „ esset in choro Fratrum Minorum, cum Fra„ tribus rogavit ferventer Dominum, ut sibi „ de hoc veritatem ostendere dignaretur. Et „ in elevatione Corporis Christi vidit oculis „ carnis, quasi puerum in magna quantitate „ contineri intra terminos formæ panis, nec „ illam excedere, nec ab illa excedi. Qui sta„ tim prorumpens in lacrymas, & magnum „ ululatum, cucurrit ad Fratrem Guillelmum „ de Militona virum discretum, qui ibi de „ Theologia legebat, & ipsi defectum suæ fi„ dei, & dictum miraculum revelavit. Et ideo „ ex hoc dicit Magister, quod quantum ad „ hunc articulum soli est fidei innitendum, „ quia non est simile in exemplo invenire, nec „ ad hoc potest attingere humanus intellectus. " Vid. Arturum in Martyr. Franc. 15. Sept. §. 2. ubi & illud refert ex Thoma Cantipratano Lib. 2. Apum cap. 1. num. 16. „ Vidi & „ alium eminentis vitæ virum de Ordine Mi„ norum, Fratrem Gulielmum de Militona, „ qui Magister Theologiæ Parisiis, sanctissi„ mam ac devotissimam vitam duxit &c. " Sed de aliis miraculis, quæ prædictis similia sunt, rursum infra num. seq. col. 982. not. *m*. Cetera hujusmodi miraculis nunc opus nobis non est, si tamen optemus fore e numero eorum, de quibus Christus Dominus dixit Joan. 20. 29. *Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Sola ergo fides nobis absque aliis miraculis satis esse debet, ut firmiter credamus, & exclamemus una cum Stephano Eduen. Episc. De Sacram. Altar. cap. 13. in fine „ O insigne miracu„ lum! O mirabile & Divinissimum Sacra„ mentum! Quæ mens non expaveat? Quis „ intellectus non deficiat? Omnis sensus he„ bescit: omnis ratio evanescit: prorsus Dia„ lecticorum inquisitio absit: hoc sola fides „ probat, & agnoscit; quia cibus hominum „ fit cibus Angelorum &c. " Unde nequicquam reclamante supra memorata imaginatione, ita captivemus intellectum nostrum in obsequium hujus fidei, ut vel sine miraculis ejus testimonia credibilia nobis facta sint nimis, nempe tanti Mysterii perspicuæ figuræ, lucidissima verba Salvatoris hoc instituentis Sacramentum, luculentissimæ Patrum utriusque Ecclesiæ Græcæ & Latinæ de eodem sententiæ, gravissima Conciliorum decreta, constantissima juxta ac antiquissima traditio declarata in Libris Liturgicis, Græcis, Latinis, Syriacis, Æthiopicis, Mozarabicis &c. Ad tantam itaque fidei lucem *abigatur procul terrenarum caligo rationum, & ab illuminata fidei oculo mundanæ sapientiæ fumus abscedat*. S. Leo Serm. 7. de Nativ. Dom. Cur autem fides tantopere exigatur in hoc Sacramento Corporis Christi, lege sis Algerum Lib. 2. c. 4.

(e) 3. Dist. 24. Art. 2. Q. 2. ad opp. 2. & ad 2. Et ita quoque ex eodem Gregor. supra eod. Serm. 7. de Euchar.

Digitized by Google

ditatis multos arceret, si viderent vivum hominem comedi, & crudam carnem devorari. Ideo velatum datur Corpus Christi sub forma consueta manducantium, scilicet sub accidentibus panis & vini. Unde se dicit panem nostrum, Joan. sexto: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi: Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum: & panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Tertio velatur propter sensus imperfectionem; si enim Christus in claritate se ostenderet, nullus mortalis claritatem ejus sustinere posset. Sicut enim Moyses ex colloquio Domini tantam claritatem vultus sui accepit, quod oportebat velare faciem; sic & hic Christus condescendens nostræ infirmitati (a), velamen suppposuit claritati suæ. Quarto velatum est Corpus Christi propter exclusionem infidelium; unde: Nolite Sanctum dare canibus, (b) neque mittatis margaritas vestras ante porcos. Hoc dixit verbo, & hoc implevit facto; quia faciem suam in Sacramento abscondit, & sic canes, & porcos, id est, omnes infideles ab hujus Sacramenti participatione excluſit. *Confitcantur* ergo *Domino*, quia præfiguravit nobis Corpus suum sub figura thesauri cœlestis.

Jo. 6. 51. ac seq.

Matth. 7. 6.

18. Sexto præfiguratur Corpus Christi sub figura mannatis. (c) Et hoc est, quod dicitur Exo. Dixit Dominus ad Moysen: Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies. Quod cum vidissent filii Israel, dixerunt ad invicem: Manhu? quod significat: quid est hoc? Appellavitque Israel nomen ejus Man. (d) De hoc cibo dicitur Sapientiæ sexto decimo: Angelorum esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas: (e) & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Ecce hic sub figura mannatis discernitur nobis Corporis Christi Sacramentum, ut cibus genere nobilissimus, sapore suavissimus, continentia dignissimus, & efficacia mirabilissimus. (f) Primo ergo Corpus Christi genere est cibus nobilissimus; quia in clibano uteri Virginalis a S. Trinitate igne S. Spiritus decoctus, & virtute ipsius Trinitatis beatissimæ ille idem

Dilatatio sextæ figuræ, quæ est manna.

Exo. 16. 4. ad 15.

Sap. 16. 20. ac seq.

Quadruplex hujus Divinissimi cibi conditio.

ex

(a) Nedum prædicto verbo *condescendo* utitur D. Bonav. sed & substantivo *condescensionis*, & adjectivo *condescensivi*. Vid. Prodr. col. 592. & 608. De *Christo* autem *condescendente nostræ infirmitati* vid. præcipue Apolog. Pauper. primæ reſpon. prima partic. Art. 2. per totum.

(b) Sic etiam 4. Dist. 9. Art. 2. Q. 4. ad opp. 1. & in concl.

(c) Expos. in cap. 16. Sapien. nec non Expos. in cap. 22. S. Luc. & supra Serm. 6. de Euchar. &c.

(d) Malvenda „ *Man*, id est, *destinatum*. „ Sic enim rorem illum cœlestem, tanquam „ singulare donum, a Deo ipsis destinatum in „ cibum, Israelitæ vocabant.“ Et infra „ *Man* „ Arabicum, *ipsum* est.“ Ac iterum „Neque nobis quorumdam Hæbræorum sententia „ displicet, qui eos putant usos vocabulo Arabico *Man*, quod manna significat, nempe „ rorem Syriacum, seu aeromel, id est, aerium mel, cujus in medicinis maximus usus: „ quod huic mannæ naturali, illud cœleste & „ miraculosum cum primis simile esset.“ Hactenus una cum reliquis, quæ inibi notantur, laud. Malvenda, qui nos ad videndum plura de manna remittit apud Franciscum Valesium in Sacra Philosoph. cap. 57. Lævinum Lemnium in Herbis Bibliacis cap. 3. Henricum Salmuth in Comment. ad Nova reperta Guidonis Pancirolli Tit. 6. & Joannem Boschium in Psal. 77. v. 24.

(e) Sic ipsemet S. Bonav. Expos. in d. cap. 16. Sap. Hugo Card. Lyran. Duo membr. nostri Codd. Bernardin. 21. ac 40. nec non tertius Biblioth. Episc. Trid. Antiquiores Biblior. Edit. Biblioth. nostræ itidem Bernardin. ac Bibliothecar. Gentilott. & Griesl. Brugensis quidem solam probat, secundum Romanas Correctiones, hanc Vulg. lectionem: *Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat*; non diffitetur tamen, quod „ Multi Codices „ nominativos *substantia tua* mutatos in accusa„ tivos *substantiam tuam*, media conjunctione „ &, jungunt cum accusativis *dulcedinem tuam*, „ & tertiam personam *ostendebat* vertunt in se„ cundam *ostendebas*.“

(f) Superlativorum repetitio D. Bonaventuræ familiaris, quæ quidem superlativa adeo conveniunt Corpori Christi, uti per manna designato, ut Lanfrancus Cantuariensis Episcopus Lib. de Euchar. Sacram. adver. Berengar. discernens Sacramentum Christianorum a Sacramento illo Judæorum, repetenda duxerit ea verba B. Ambros. in Serm. de Myster. ad Neophyt. cap. 9. „ Considera unum, utrum præstantior sit pa„ nis Angelorum, an Caro Christi, quæ utique „ Corpus est vitæ. Manna illud e cœlo, „ hoc supra cœlum. Illud cœli, hoc Domini „ cœlorum. Illud corruptioni obnoxium, si „ in diem alteram servaretur: hoc alienum ab „ omni corruptione, quod quicunque religiose „ gustaverit, corruptionem sentire non poterit „ &c.“ Et ita etiam ex eodem Ambros. ibi Algerus L. 1. de Sacram. c. 15.

Digitized by Google

ex pane materiali est effectus. Unde hic dicitur: Paratum panem præstitisti illis sine labore; paratum aliquando in utero, nunc autem residentem in cœlo, & latentem sub Sacramento. Est quoque nobilissimus; quia nobilissimam continet causſam. (a) Est nihilominus nobilissimus; quia nobilissimi, scilicet Angeli, manducant illum sine furfure Sacramenti, qui nobis peccatoribus datus est sub cortice velamenti. (b) Ideo excitans nos ad gratiarum actionem dicit: Angelorum esca nutrivisti populum tuum. Secundo est cibus sapore suavissimus; sapor enim hujus panis attrahit desideria millium Angelorum (sicut & in hoc mundo odor licet tenuissimus excitat corda hominum) ut in odore ejus trahantur ad bravium, & ad plenitudinis ejus cumulum. Unde dixit Joannes Evangelista: (c) Odor tuus, Domine, concupiscentias excitavit æternas; (d) scis enim, Domine, quia desiderabam videre te. Nunc autem invitatus a te, gratias ago tibi. (e) Et hinc dicitur habere omne delectamentum, & omnis saporis suavitatem. (f) Tertio est in continentia dignissimus; continet enim totam sanctam Trinitatem. Unde & dicitur hoc Sacramentum vas Trinitatis. Continet, inquam, per potentiam, & assistentiam, non per circumscriptionem. (g) Ipsa enim intra omnia, non inclusa extra omnia, non exclusa; supra omnia, non elata; infra omnia, non prostrata. (b) Ibi enim est Filius per incarnationem, cum quo sunt Pater, & Spiritus sanctus, scilicet indivisibilis substantiæ communione. Unde dicitur hic ad Patrem: Substantiam tuam, & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas. Ac si diceret: O Pater, substantiam tuam, id est, Filium tuum (totam enim substantiam dat Pater Filio); & dulcedinem tuam, id est, Spiritum sanctum; quam in filios habes, & habebas ab æterno; ostendebas, & ostendis in præsenti sæculo illuminatis mentibus sub hoc Sacramento. Quarto est in efficacia mirabilissimus, unde dicitur hic: deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur. Secundum enim quantitatem bonæ voluntatis, & vitæ sanctitatis, attingitur effectus utilitatis; sicut dicit Bernardus: Quatenus in benedictionibus (i) Domini pedem fiduciæ fixeris, eatenus possidebis. (k) Ideo quidam Sancti, sicut legitur, sic timebant sub Sacramento latentem, sicut in dextera Patris sedentem; (l) & quidam carnalibus oculis videre meruerunt sub Sacramento existentis formam (m). Secundum ergo, quod quisque Christo sub hoc Sacramento occurrit, sic & Christus cum mu-

Dictum extra canonem S. Jo. Evangelistæ.

Bernardus sive potius Guerricus Abb. in Festo S. Bened. Serm. 1. inter Bernardi Supposititia.

(a) Continet enim Christum omnis gratiæ fontem; & ideo *hoc Sacramentum est majus quantum ad rem contentam* 4. Dist. 11. Par. 1. Art. 1. Q. 1. ad 4. Et hanc rationem hujus *nobilissimi Sacramenti* adducit quoque Raynerius de Pisis in sua Panthealogiæ Summa universali Theologicæ Veritatis verbo *Eucharistia* cap. 15.

(b) Cap. 7. de Præparat. ad Miss.

(c) In *oratione* ante obitum ejus, quam *devotissimam fudit*, referente Petro de Natal. in Catal. Sanctor. Lib. 2. de Sanctis mense Decembri occurrentibus cap. 7.

(d) Cap. 1. Soliloq. *Odor tuus, o bone Jesu, redolet super omnia aromata. O bone Jesu fons odoris, cujus suavitas facit indesinenter post te currere &c.* Et Serm. 3. Dom. 3. post Oct. Paschæ: *Spes cœlestis patriæ excitat in filiis Dei concupiscentias æternas.*

(e) Supra Serm. 15. num. 11.

(f) Doctor Angelicus in Opusc. 57. „ Suavitatem hujus Sacramenti nullus exprimere „ sufficit, per quod spiritualis dulcedo in suo „ fonte gustatur.“

(g) Sive *non circumscriptibiliter*, ut loquitur cap. 9. sext. part. Breviloq. post init.

(b) Ad verbum cap. 5. Itinerar. ment. in Deum ad finem.

(i) Al. *in bonis*.

(k) Sic ibi potius ad sensum, quam ad verbum.

(l) Confer in Legen. S. Claræ supra cap. 4. num. 29. in fine, ut vel ex simillima phrasi eundem agnoscas Auctorem. Lege sis quoque Prodr. col. 40. ac seq. nec non cap. 5. de Præparat. ad Miss. Item Vol. 2. Paraph. Ascer. Dominic. Orat. num. 11. in not. d. Profecto inter Sanctos, eo Divino timore perculsos secundum inibi dicta etiam S. Bonaventura ipse recensendus videtur, ita edoctus verbo & exemplo S. P. Francisci, qui sicut pariter perterrefactus, a Sacerdotii susceptione abstinuit, ita in Epist. ad Sacerdotes sui Ordinis eos hortatus est, ne quotidie celebrarent. Vid. Card. Bona Rer. Liturg. Lib. 1. c. 14. ad fin.

(m) Vid. supra Serm. 11. de Euchar. n. 70. & in hoc ipso Ser. supra num. 17. not. Quibus adde illud quoque, quod narrat Abbas Daniel apud Guitmundum Episc. Aversan. L. 3. de Corp. & Sang. Chr. præter alia multa. sui temporis, & antiqui; quæve etiam restantur Lanfrancus Archiepisc. Cantuar. Lib. de Euchar. Sacram. adversus Berengar. & Algerus Lib. 1. de Sacram. Corp. & Sang. Dom. cap. 13. nec non quod refert ex processu Canonizat. S. Claræ Wadding. ad an. 1251. n. 18.

Digitized by Google

muneribus gratiæ ſuæ ſe exhibebit, utpote magnis magne, mediocribus medie, parvulis parvule, malis male. Cum ſancto enim ſanctus eris, & cum perverſo perverteris. Unde de hoc legitur: Quod ab igne exterminari non poterat, ſtatim ab exiguo radio ſolis tabeſcebat, id eſt, liquefiebat. (*a*) Hæc enim erat materia mannatis, quod a calore ignis indurabatur, & ad calorem ſolis liqueſcebat (*b*). Et ideo qui accedit ad hoc Sacramentum, habens in ſe ignem carnalis voluptatis, vel cupiditatis, meretur indurari. Qui vero habet calorem ſolis, & fervorem caritatis, meretur liquefieri, id eſt, vehementis caritatis igne purgari, ut dicere poſſit illud Cant. Anima mea liquefacta eſt.

Pſ. 17. 26. & ſeq.

Sap. 16. 27.

Cant. 5. 6.

19. Nota autem, (*c*) quod filii Iſrael non perveniſſent ad hunc cibum mannatis, niſi prius exiſſent Ægyptum, tranſiſſent mare rubrum, intraſſent deſertum, dulcoraſſent aquam amaram per immiſſionem ligni. Quoniam qui vult ad prædictos effectus hujus Sacramenti pertingere, debet quatuor facere. Debet exire tenebras (*d*) vitiorum; debet facere dignum pœnitentiæ fructum; debet contemnere omne terrenum; debet convertere amaritudinem ſuæ crucis in oblectamentum. Primo ergo debet deſerere tenebras vitiorum, ut poſſit de eo dici illud Apoſtoli: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Secundo debet facere dignum pœnitentiæ fructum; per mare enim ſignatur amaritudo pœnitentiæ, in qua eſt contritio magna velut mare (*e*), in quo mergitur Rex Ægypti cum exercitu ſuo, id eſt, diabolus cum omni conatu ſuo. Tertio debet deſerere omne terrenum. Et quia tria ſunt, per quæ quis ſolet alligari mundo, ſcilicet amor poſſeſſionis, voluptas carnis, & cupiditas honoris, Joan. Omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ; (*f*) ideo dicit Moyſes: Ibimus viam trium dierum in deſertum; (*g*) quia per viam unius diei, deſeritur amor poſſeſſionis; per viam ſecundæ, voluptas carnis; per viam tertiæ, cupiditas honoris. Quarto debet convertere crucem ſuam in oblectamentum, ut ſcilicet delectet eum portare crucem. Qui non accipit crucem ſuam, dicit Dominus, & ſequitur me, non eſt me dignus. Si vis ergo amaritudinem tuæ crucis vertere in oblectamentum dulcedinis, habeas ſemper in corde amaritudinem Dominicæ paſſionis. Etenim non ſentiet ſua, qui Chriſti vulnera intuetur, dicit Bernardus. (*h*) Inde filii Iſrael aquas amaricatas (*i*) per immiſſionem ligni dulcoraverunt. *Confiteantur ergo Domino miſericordiæ ejus, & mirabilia ejus filiis hominum; quia ſatiavit animam inanem, & animam eſurientem ſatiavit bonis: ſedentes in tenebris, & umbra mortis, vinctos in mendicitate, & ferro.*

Ad Eph. 5. 8.

Thren. 2. 13.

1. Jo. 2. 16.

Exo. 3. 18.

Matth. 10. 38.

Bernardus Ser. 61. in Cant. n. 7. et 8.

20. Si ergo te ſentis inanem; quære tuam impletionem in hoc Sacramento ſub figura adipis. Si te eſurientem, quære tuam refectionem ſub figura panis. Si te cæcutientem, & in tenebris jacentem; quære tuam illuminationem ſub figura mellis. Si in umbra mortis ſedentem; quære tuam reconciliationem in hoc Sacramento ſub figura Agni Paſchalis. Si egentem, & mendicantem; quære tuam ditationem in hoc Sacramento ſub figura theſauri cœleſtis. Si te vides ferreum cor habentem; quære tuam mollificationem (*k*) in hoc Sacramento ſub figura Mannatis. Quod det nobis Jeſus Chriſtus beatiſſimæ Mariæ Filius. Amen. (*l*)

SERA-

Quatuor facienda, ut quis a Eucharistiæ effectus pertingat.

Anacephalæosis, sive brevis repetitio dictorum.

(*a*) Sic Expoſit. in d. cap. 16. Sap.

(*b*) Ita Expoſit. in cap. 2. Cant. §. 129. not. *k*.

(*c*) Vel hic notandi modus apud D. Bonav. uſitatus.

(*d*) Alludendo ad illud ſupra num. 15. quod *Ægyptus tenebræ interpretatur*.

(*e*) Expoſit. in Lament. Jer. Proph. ibi.

(*f*) Ita & alibi paſſim paulo aliter a Vulg.

(*g*) Vulg. *in ſolitudinem*.

(*h*) Vid. ſupra Serm. 9. in Purificat. B. M. V. num. 6.

(*i*) In hoc ipſo Serm. ſupra num. 13. in not. *l*. & Apocal. 10. ver. 10.

(*k*) Supra num. 1. in not. *f*.

(*l*) Ad calcem Apographi, quod habeo, ſubſcriptum lego: *Ita cum Codice MS. ex integro concordare atteſtor Gottwici die 8. Julii 1765. P. Urbanus Schaukegl Prior Gottwicenſis manu propria*.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
LEGENDA S. CLARÆ
VIRGINIS ASSISIENSIS.

ADMONITIO.

QUoniam *tandem ventum eſt ad tertiam hujus* Supplementi *Partem, & virum probum omnino decet profiteri ingenue per quos profecerit, ratio poſtulat, ut candide fatear,* Legendam *hanc, ut* Bonaventuræ *nomine prænotatam, me prorſus debere* Cl. PP. Bollandianis *in Act. Sanctor. To.* 2. 12. *Aug.; nanque & ad eorum adtinet Muſeum Codex exeunte (ut ipſis videtur) ſæculo XIV. vel ineunte XV. exaratus, qui præfert titulum* devoti Doctoris Bonaventuræ, *atque eorumdem incomparabili ſolertiæ, tam diligenter facta Cod. ejuſdem collatio cum Suriana Editione, cum MS. Corſendoncano, & cum Paſſionali Bodecenſi, quam variantes pleraque lectiones, marginaleſque notæ, una cum quibuſdam Supplementis, in acceptis ferendæ ſunt. Codicem præfati Muſei fuiſſe ex antiquiore exſcriptum mihi perſuaſum eſt, ejuſque antiquitatem ipſe quoque comprobat titulus* devoti Doctoris Bonaventuræ, *in ejuſdem epigraphe exhibitus, utpote illo* Doctoris Seraphici *multo vetuſtior. Neque in hoc ſolo Codice* Bonaventuræ *nomen prælucet, ſed & in pluribus Italicis Editionibus, haud dubie ex Codicibus longe majoris antiquitatis deductis, puta in Venetis an.* 1513. 1589. 1598. 1610., *ut nihil dicam de Verſione Anglicana iterato impreſſa Duaci an.* 1610. *ac* 1635. *Quod vero hujuſmodi Legenda jure gerat ipſiuſmet* Bonaventuræ *nomen, nedum in Prodromo col.* 198. *ac ſeqq. ſatis oſtendiſſe autumo; verum etiam ex meis ad ejus calcem mox ſubjiciendis adnotationibus amplius conſtiturum confido. Neque officit, in Editione Suriana, MS. Corſendoncano, ac Paſſionali Bodecenſi deſiderari* Bonaventuræ *nomen; cum hic defectus per Editiones paulo ante memoratas, ipſumque adeo Bollandianum Codicem affatim ſuppleatur, deſitque itidem ejuſdem nomen in pluribus Codicibus Legendæ Majoris, ac Minoris* S. P. Franciſci, *de quibus tamen nulla poteſt ſolida ratio ſuboriri, quin ipſæ, velut germani fœtus* Bonaventuriani, *habendæ ſint. Quod ſi quis ex me percontetur, quando a* S. Bonaventura *de mandato* Alexandri IV. P. M. *fuerit* S. Claræ Legenda *literis conſignata; id actum conjecerim poſteaquam fuit ad Generalem Ordinis Præfecturam aſſumptus, videlicet, ſecundum MS. Chronicon, ſive Chronica XXIV.* Miniſtrorum Generalium, in Capitulo Romæ anno Domini 1256. (*ſtilo ſcilicet veteri, ſed novo* 1257.) in Feſto Purificationis B. Mariæ celebrato, Domino Alexandro IV. Papa præſente, in quo Capitulo fuit ordinatum, quod de B. Clara fieret de cætero Feſtum duplex. *Et cui alteri rogo laudatus Pontifex Legendam* S. Claræ *commiſerit poſteritati mandandam, quam Minorum Ordini, ad quem ipſa ſpectabat? Cui alteri amabo Minoritarum ejus ſcriptio fuerit demandata, quam* Bonaventuræ, *qui præ cæteris apud ipſum Pontificem maximam ſibi pietatis doctrinaque famam pepererat, unde & in Generali Capitulo Narbonenſi* 1260. *Legendam* S. P. Franciſci *conſcribendam accepit? Ut autem integra prædicti Bollandiani Codicis epigraphe innoteſcat, hæc eſt:* Incipit Vita (*Legenda in mox ſeq. Prol. dicitur*) Sanctæ Claræ Virginis, quam compoſuit devotus Doctor Bonaventura. *Poſt finem vero ejuſdem* Vitæ, *ſive* Legendæ, *ex Cod. Grieſen.' ad modum cujuſdam* Legen. Min. *pro complemento addam* IX. Lectiones in Feſto, *& alias* IX. Lectiones in Translatione S. Claræ, *quas eſſe* D. Bonaventuræ *perquam veriſimile eſt.*

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

PROLOGUS. (a)

Auctor Alexandrum Papam IV. alloquens,

QUasi veterani (b) mundi senecta vergente (c) fidei caligabat visus, morum nutabat gressus, marcescebat virilium operum fortitudo: quinimo fœces temporum, fœces comitabantur (d) etiam vitiorum, cum amator hominum Deus, ex suæ pietatis arcano sacrorum

Ordinum tunc novorum utilitas.

Ordinum suscitans novitatem, (e) providit per eos & fidei fulcimentum, & reformandis moribus disciplinam. (f) Dixerim certe modernos Patres cum veris sequacibus (g) luminaria orbis, viæ ductores, vitæ magistros; in quibus meridianus fulgor mundo ad vesperam consurrexit, ut lumen viderent, qui in tenebris ambulant. (h) Nec decuit infirmioris sexus adjutorium sibi deesse, quem libidinis gurgite interceptum, non minus ad peccandum trahebat voluptas, & magis (i) fragilitas impellebat. Suscitavit propterea pius Deus Virginem venerabilem Claram, atque in ea clarissimam feminis lucernam accendit; (k) quam & tu, Papa Beatissime, (l) super candelabrum ponens, ut luceat omnibus, qui in domo sunt, virtute cogente (m) signorum (n), Sanctorum catalogo adscripsisti. Horum Ordinum te Patrem colimus, te Nutritium scimus, (o) te Protectorem amplectimur, (p) te Dominum venera- *Luc. 11. 33.* *Matth. 5. 15.*

ra-

(a) Cum Auctor hunc direxerit Prologum ad Alexandrum Papam IV., mirum non est, si heic paulo elatiori stilo utatur. Deest in Cod. Bolland.

(b) Sic Codd. Bod. & Corsi. nec non apud Wadding. Alias *veterana*.

(c) Ita Cod. Bod; al. *urgente*. Dixit quoque Jacobus a Vitriaco S. R. E. Card. qui S. Franciscum in Ægypto se vidisse testatur, quive Minorum Religionem ab ipso fundatam summis laudibus effert; dixit, inquam, *suscitatam in vespere mundi tendentis ad occasum*, in Histor. Occid. cap. 32.

(d) In Act. Sanctor. 12. August. Tom. 2. Edit. Venet. 1751. *fœce commutabantur*. Illorum *temporum fœces vitiorum* deflet S. Bonav. in Exposit. Lament. Jer. Proph., in Sermon. editis, nec non in Comment. Apocal. &c.

(e) Inter hos præcipue indicari tres Ordines novi mihi videntur, de quibus in Festo S. Franc. IV. Octobris in Antiph. 3. ad Laud. sic canitur „ Tres Ordines hic ordinat, primumque „ Fratrum nominat Minorum: pauperumque „ fit Dominarum medius: Sed Pœnitentum ter„ tius sexum capit utrumque.“ Vid. Auctorem antiquum in calce Libri censuum Cod. Vatic. Gregorii IX. Auctorem Chronici Montis Sereni prope Halam Saxoniæ usque ad an. 1225. perducti inter Scriptores Rer. Germanicar. Menkenii To. 2. ad an. 1229. Anonymum S. Justinæ Paduanæ Monachum illorum temporum ferme æqualem de Rebus in Longobardia & Marchia Tarvisina gestis sub iis temporibus, quibus Fridericus II. imperavit ad an. 1215. Bernardinum Gomesium L. 2. fol. 36. de Vita & Rebus gestis Jacobi I. Regis Aragonum, &, ut alios omittam, ipsum D. Bonav. Serm. sive Collat. 22. in Hexaem.

(f) Audiat qui sub *Itali* nomine contra Ordines Mendicantium, præcipue adversus S. Francisci Ordinem, falsas criminationes in vulgus sparsit, contenditque, irrito tamen conatu, ut penitus exterminentur, quasi essent Reipublicæ oppido noxii & infensi.

(g) Sic Cod. Corsi. al. *cum viris sequacibus*.

(h) Apud Wadding. *ut lumen videat, qui in tenebris ambulat*.

(i) Al. *& magis satis*. Cod. Bod. *& major*.

(k) Comment. in Apocal. cap. 21. num. 1650. ait: *Quod beata Clara fuit clara claritate illustrationis respectu sui, contemplationis respectu Dei, conversationis respectu proximi*; nec non num. 1651. *quod Agnus fuit lucerna, ejus aspectum clarificans &c.* Item in Legen. S. Franc. cap. 4. de ipsamet inquit, quod *tanquam stella præfulgida radiavit*. Nec non Serm. de beata Clara, quod *per eam totus sit mundus illuminatus*. Et in Bulla Canoniz. ejusd. Pontif. *Lucerna tam accensa, tam lucens, abscondi non poterat, quin splenderet, & clarum in domo Domini daret lumen*.

(l) Al. *tu Papa, beatissime pater*.

(m) Sic Cod. Bod. al. *percogente*.

(n) Audiant nostræ ætatis Increduli, qui Sanctorum miraculis nullam fidem adjungunt. Audiant, inquam, sciantque laudatum Alexandrum IV., qui S. Claram Catalogo Cœlitum adscripsit, virum fuisse in discutiendis Sanctorum gestis adeo severum, ut ab ipsismet hæreticis de nimia credulitate redargui neutiquam possit. Hic enim, cum adhuc esset Cardinalis, & Episcopus Ostiensis, obstitit Innocentio IV. Pontifici in ipsis Claræ exequiis, sanctitatem hujus Virginis, utpote sibi omnino perspectam, declarare volenti; ac postea sub Alexandri IV. nomine ad supremam S. Petri Cathedram evectus, nonnisi post institutum rigidum examen de virtutibus & miraculis S. Virginis, eandem Sanctis annumerandam decrevit. Vid. infra num. 58.

(o) Vid. Wadding. ad an. 1252. num. 19.

(p) Protector Ordinis Minorum fuit, nedum qua Cardinalis, sed etiam qua Pontifex; ergo Ordinis Minorum, qui sic illum alloquitur.

Digitized by Google

ramur: (a) quem sic permaximæ navis regimen universale sollicitat, ut parvæ quoque naviculæ (b) curam singularem & sollicitam non excludat.

Protestatur, se gesta Sanctæ ex testibus oculatis referre jussu Pontificis.

Sane placuit Dominationi vestræ, meæ parvitati (c) injungere, ut, recensitis (d) Actibus S. Claræ, Legendam (e) ejus formarem. (f) Opus certe, quod mea ruditas (g) multum formidabat, nisi pontificalis authoritas verbum coram posito, iterum atque iterum repetiisset. (h) Igitur me colligens ad mandatum, nec tutum ratus (i) per ea procedere, quæ defectiva (k) legeram, ad socios B. Francisci, (l) atque ad ipsum Collegium Virginum Christi perrexi, frequenter illud corde revolvens, non licuisse antiquitus historiam texere, nisi iis, qui vidissent, aut a videntibus accepissent. (m) Iis, inquam, veritate prævia cum timore Domini me plenius instruentibus, aliqua colligens, & plura dimittens (n), plano stylo transcurri; ut, quia magnalia Virginis, Virgines legere delectabit, rudis intelligentia non inveniat, ubi pro verborum ambitu tenebrescat. (o) Sequantur ergo viri Viros Verbi incarnati novos discipulos (p). Imitentur feminæ (q) Claram, Dei Matris vestigium (r), novam Capitaneam mulierum. (s) Vobis autem, sanctissime Pater, sicut in his corrigendi, subtra-

(a) Similiter in Apolog. Pauper. Respon. 4. cap. 2. alloquitur Romanam Ecclesiam totius Ordinis nomine Fratrum Minorum. Vid. infra num. 52.

(b) Id est, *de li prenominati Ordini nostri*, inquit antiquus Auctor Versionis Italicæ hujus Legendæ in Edit. Venet. an. 1513.

(c) De hac Scriptoris nostri modestia, vel quod ad *parvitatis vocabulum*, ad se extenuandum adhibitum, in Prodromo col. 139.

(d) Cod. Cors. *recentibus*.

(e) *Legenda* ergo potius, quam *Vita* ab ipso vocatur, uti & *Legenda S. Francisci*.

(f) Hæc verba una cum præcedentibus ac subsequentibus expendens Villegas in Legendar. Sanctor. 12. Aug. agnovit hanc Legendam scriptam, mandante Alexandro IV. Pontifice, qui S. Claram catalogo Sanctarum Virginum adscripsit, a *Religioso Ordinis Seraphici Patris Francisci, qui propter humilitatem suum nomen reticuit*.

(g) Hanc ipsam *ruditatem* pari modestia fatetur in Prologo Ligni vitæ.

(h) Al. *repetisset*.

(i) Sic Codd. Bod. & Cors. al. *nec tutus*.

(k) Ita alibi *defective*; & adjectivum *defectivi* habent Tertullianus, & Cælius Aurelianus.

(l) *B. Franciscum* a S. Bonav. sic nominatum alibi quoque, videri potest in Prodromo col. 599. ubi etiam legere est, antiquum Versionis Italicæ Auctorem non absque norma vetustioris Latini Codicis reddidisse: *Ricorsi alli Compagni del mio beato Padre Francesco*. Sed de titulo eodem *B. Francisci* absque *Patris mei*, aut *nostri*, etiam supra inter Sermones de diversis Ser. 10. & 11. Infra tamen num. 5. & seqq. pluries vocatur *Pater*, utpote quem agnoscebat *Patrem* nedum ipsa *Virgo Clara*, sed & hujus Vitæ sive Legendæ Scriptor.

(m) Ita sane veteres inter antiquos Sulpicius Severus de Vita Beati Martini, & ita pariter ad antiquorum normam ipsemet D. Bonaventura in Prologo Legen. ma. S. P. F., sicut in hac S. Claræ Legenda, in qua equidem non ea narrat, quæ multo ante facta fuerant, quæque ex incertis rumoribus, aut testibus minus fide dignis accepit; sed quæ a *Sociis Beati Francisci* viris ingenuis, vitæque sanctitate præclaris, ac ab omni mendacio prorsus alienis, nec non a candido sanctoque *Collegio Virginum Christi*, omnibus oculatis testibus, intellexit, iis oppido conformia, de quibus vel in ipsa Canonizationis Bulla testimonium certissimum perhibetur.

(n) Si *plura dimittens*, ergo ex eo quod hujus Legendæ Auctor nonnulla omiserit ad S. Claram spectantia, de quibus mentio est in Legenda ma. S. Franc. cap. 12. ac 15.; nihil inde extundi potest, quod utriusque auctor non sit S. Bonaventura: præsertim quia ipse nequidem in Legenda ma. omnia exhausit, sed plura certa, ad S. Franciscum pertinentia, prætermisit. Si etiam *plura dimittens*, mirum non est, si quædam miracula S. Claræ, relata a Bartholomæo Pisano in suo Opere Conformitatum fol. 105. & seq. in hac Legenda desiderentur.

(o) Similiter in d. Prol. Legend. S. Franc. „ Curiosum stili ornatum negligendum esse pu„ tavi, cum legentis devotio plus simplici ser„ mone, quam phalerato proficiat. “ Nec non in Prol. Opusc. de Perfectione vitæ ad Sorores, seu potius ad Sororem S. Claræ „ Ro„ go autem beatitudinem tuam Soror sanctissi„ ma, quatenus magis pensis dictorum veritatem, quam sermonis venustatem. “ Hinc habetur ratio aliquarum vocum in hac Legenda adhibitarum penitus a Latio exulantium.

(p) Scilicet *Fratres Minores paupertatis Evangelicæ imitatores* cap. 3. ejusd. Opusc. de Perfect. vit. ad Soror.

(q) Id est, *pauperes sorores* ibi.

(r) *Matris Christi vestigium* dicitur in Hymno ad primas Vesperas membr. Breviar. Griesen. Venetiis impressi an. 1478. una cum Antiphonis, Hymnis, Responsoriis, & Lectionibus propriis, de quo Breviario infra sermo redibit, ac etiam in mox seq. Legen. min. S. Franc.

(s) Vocatur ab Alexandro IV. in Bulla Canonizat. *pauperum primiceria, ducissa humilium &c.* Vox *Capitanea* in usu erat S. Bonaventuræ tempore, ut patet ex Epistola Urbani IV. Papæ apud Martene To. 2. Anecdot. col. 10. an. 1263. Heic sumitur pro antesignana, duce, atque rectrice.

Digitized by Google

hendi & addendi plena manet authoritas; (a) ita mea per omnia ſubjacet, concordat, flagitatque voluntas. Valere vos faciat Dominus Jeſus Chriſtus nunc & in æternum, (b) Amen.

CAPUT I.

Sancta natales, pia pueritia, converſio ad vitam perfectiorem, & conſtantia in propoſito.

Hæc ſancta Virgo genere nobilis,

1. Admirabilis femina, Clara vocabulo & virtute, de civitate Aſſiſii claro ſatis genere traxit originem. Beato Franciſco primum fuit concivis in terris, conregnans poſtmodum in excelſis. Pater ejus miles, (c) & tota ex utroque parente progenies militaris (d). Domus abundans, & copioſæ, juxta morem patriæ, facultates. Mater ejus, nomine Hortulana, fructiferam in horto Eccleſiæ plantulam (e) paritura, fructibus bonis & ipſa non mediocriter abundabat. Nam quamvis maritali jugo ſubdita; quamvis curis familiaribus alligata; vacabat tamen pro poſſe (f) Divinis obſequiis, inſiſtebat operibus pietatis. Ultra mare ſiquidem cum peregrinantibus devota tranſivit: & loca illa perluſtrans, quæ Deus homo ſacris veſtigiis conſecraverat, tandem cum gaudio remeavit. Item ad S. Michaelem Archangelum cauſſa orationis acceſſit, & Apoſtolorum limina devotius viſitavit.

Luc. 6. 44. 2. Quid plura? (g) Ex fructu arbor cognoſcitur, & fructus ex arbore commendatur. Præceſſit in radice divini copia muneris, ut in ramuſculo ſequeretur abundantia ſanctitatis. Prægnans denique mulier, & partui jam vicina, cum ante crucem in Eccleſia Crucifixum attente oraret, ut eam de partus periculo ſalubriter expediret; vocem audivit dicentem ſibi: Ne paveas mulier, quia quoddam lumen ſalva pariuries, quod ipſum mundum clarius illuſtrabit. (h) Quo edocta oraculo, natam infantulam ſacro baptiſmate renaſcentem, (i) Claram vocari juſſit, (k) ſperans promiſſi luminis claritatem pro Divinæ beneplacito voluntatis aliqualiter (l) fore complendam.

Quam pia mater peperit, Claramque vocari juſſit.

3. Edita mox in lucem parvula Clara, tempeſtive ſatis in umbra ſæculi cœpit clareſcere lumine, atque intra teneros annos morum ſplendeſcere probitate. (m) Docili corde primum ex matris ore fidei rudimenda ſuſcepit, & ſpiritu interius conflante pariter & formante, vas revera puriſſimum, vas innotuit eſſe gratiarum. Extendebat libenter ad pauperes manum ſuam, & de abundantia domus ſuæ ſupplebat inopias plurimorum. Et ut ſuum ſacrificium gratius eſſet Deo, proprio corpuſculo delicata ſubtrahebat cibaria, clamque per internuntios mittens, reficiebat viſcera pupillorum. (n) Sic ab infantia ſecum miſeratione creſcente, mentem compaſſivam (o) gerebat, miſerorum miſerias miſerantem; (p)

In puerili ætate

Sancte educata

Prov. 31. 20.

Job 31. 8.

4. San-

(a) Vere digna D. Bonaventura erga Romanum Pontificem reverentia. Confer in fine Tract. de Vite Myſtica.

(b) Al. *avum*.

(c) *Miles* nobilitatis titulus penes medii ævi Scriptores, & ita ab ipſomet Bon. ſumitur in Serm. de uno Mar. & in Legen. ma. S. Franc. Barthol. de Albiciis Piſanus in Lib. 1. Conformitat. Fruct. 8. Par. 2. fol. m. 84. col. 1. ait: *Pater ejus & Fratres fuerunt Milites de nobilioribus.*

(d) Cum de hac *progenie militari ex utroque parente* nihil heic dicatur, uti nihil dicitur in Legen. ma. & min. S. Franc. de ejus *progenie*; hunc defectum vide ſis ſuppletum a Cl. Waddingo in Minor. Annal. ad an. 1212. n. 15.

(e) *Plantulam* vocat etiam Lectio prima d. Breviar., nec non ipſemet S. Bonav. cap. 4. præfatæ Legen. ma. Item in Auctar. Uſuardin. Cod. Florent. in elogio ipſius dicitur *prima planta Ordinis Pauperum Dominarum*; & in Martyrolog. Rom. pridie Idus Auguſti *prima planta pauperum feminarum Ordinis Minorum*.

(f) *Pro poſſe* quoque a S. Bonav. adhibetur in Legen. ma. Vid. Prodromum col. 592.

(g) Ne phraſis hæc cenſeatur a Bonaventuriano ſtilo aliena, conſulatur eadem Legen. ma. To. 5. Oper. omn. S. Bonav. pag. 544. col. 2. noviſſ. Edit. Venet. Nec non Opuſc. de Quinque Feſtivit. pueri Jeſu ſecunda Solemn. atque Soliloq. cap. 1. ubi ſemel iterumque dicitur: *Quid plura?*

(h) Sic etiam Lect. 1. memorati Breviar. Grieſen. nec non in ipſamet Bulla Canonizat.

(i) In eadem Lect. 1. *jam natam infantulam, & ſacri baptiſmatis unda renatam*.

(k) Claræ nomen, & omen habuit, de qua canit Eccleſia: *Clara re, Clara nomine*.

(l) Pro *aliquatenus*, more Scholaſtico S. Bonaventuræ familiari.

(m) Ibi Lect. 2.: *Tempeſtiva velut aurora Divinorum cœpit chariſmatum lumine clareſcere, ac inter teneros annos laudabilium morum ingenua probitate clarere*.

(n) Ita quoque d. Lect. 2. ejuſd. Breviar. Grieſen.

(o) Hæc itidem vox uſurpatur in Legen. ma. in Prodr. ibi. Vid. ſupra Ser. 11. de S. Franciſ. num. 7.

(p) Simili verborum iteratione ſic exorditur Bulla

Digitized by Google

Variis claret virtutibus,

4. Sanctæ orationis ſtudium habebat amicum: (a) ubi (b) ſæpius odore bono reſperſa, (c) paulatim vitam cœlibem actitabat. Cum ſignacula non haberet, quorum evolutione diceret Pater noſter; (d) congerie lapillorum ſuas oratiunculas Domino annumerabat (e). Ubi ergo ſancti amoris ſtimulos primitus (f) ſentire cœpit, mundani floris picturam inſtabilem judicat contemnendam, (g) Spiritus unctione edocta, vilibus rebus pretium imponere vilitatis. Sub veſtibus quoque (h) pretioſis ac mollibus, ciliciolum gerebat abſconditum, mundo exterius florens, Chriſtum interius induens. Denique ſuis eam nobiliter maritare volentibus, nullatenus acquievit: ſed diſſimulato in poſterum mortali conjugio, virginitatem ſuam Domino committebat. (i) Talia fuerunt in domo paterna delibamenta virtutis, tales primitiæ ſpiritus, talia præludia ſanctitatis. Tantis itaque redundans unguentis, velut cellam aromatum, licet clauſam, ipſa ſua fragrantia manifeſtat. Ore ſiquidem vicinorum (k) laudari neſcia cœpit, & ſecretos actus veridica fama prodente, rumor bonitatis ejus vulgabatur in populo.

Spherulis precatoriis utitur,

Tenella ætate cilicio ſe macerat,

Iſa. 39. 2.

5. Audiens vero tunc celebre nomen Franciſci, qui velut novus homo, (l) obliteratam in mundo viam perfectionis novis virtutibus (m) renovabat, mox eum audire deſiderat & videre, ſuadente (n) hoc ipſum Patre Spirituum, cujus jam uterque, licet differenter, acceperat primitiva. Nec minus ille tam gratioſæ puellæ celebri fama perflatus, videre hanc & alloqui cupit, ſi quo modo, qui totus inhiabat ad prædam, regnumque mundi depopulaturus advenerat, nobilem iſtam prædam ſæculo nequam poſſit eripere, ſuoque Domino vendicare. Viſitat ille iſtam, & ſæpius iſta illum, viſitationum ſuarum tempora moderantes, quibus Divinum illud ſtudium nec percipi ab homine poſſit, nec rumore publico detractari. (o) Nam unica

Et poſtea hortatu S. Franciſci,

Cui erat familiaris,

Bulla Canoniz. S. Claræ: *Clara claris præclara meritis, magna in cœlo claritate gloriæ, ac in terra ſplendore miraculorum ſublimium, clare claret &c.* Item ipſemet S. Bonav. Comment. in Jo. Evang. cap. 5. num. 310. *Miſericordia eſt miſereri miſeriæ.*

(a) Similiter cap. 1. Leg. S. Franc.

(b) Additur in præfata Lect. 2. *Chriſti Jeſu.*

(c) Interſeritur inibi quoque *& ad perennes attracta delicias.*

(d) Sicut agit S. Bonav. *de corona B. M. V.* ex Ave Maria, ita heic innuit Coronam ex Pater noſter. Hinc patet error Caſimiri Oudini putantis preces Coronarum temporum noviſſimorum, ſive Seculi XV., eſſe, de quo in Prodromo col. 587.

(e) Memoriæ etiam proditum de Paulo Ægiptio, quod trecentas quotidie orationes lapillis totidem numeraret. Unde heic ſic additur apud Wadding. ad an. 1212. n. 18. „ Non „ ſecus ac ille Monachus in Pherme, qui mons „ in Sceti eſt, qui ut habent Nicephorus Calliſtus, & Palladius, in orationibus quotidie „ ſine intermiſſione ſe exercens, eas veluti quoddam tributum, ad trecentas numero Deo „ offerebat. Ne autem ab eo numero aberraret, lapillos in ſinum deponebat, & ad precationes ſingulas, ſingulos ejiciebat calculos, „ quibus ad eum modum conſumptis, precationes totidem abſolutas ei eſſe conſtabat. “ In margine ibi *Niceph. L. 11. c. 36. Pallad. in Hiſtor. Sanſiaca* leg. *Lauſiaca Sect.* 20. apud me Edit. 2. Antuerp. ex Offic. Plantin. 1628. *cap.* 23. ubi prædictus *Mons eſt in Ægypto, abducens in vaſtam Scetes ſolitudinem*, ac talis *Monachus* eſt *nomine Paulus*, tituluſque dicti cap. 23. eſt *Vita Abbatis Pauli*; ubi etiam Heribertus Roſvveydus ita animadvertit not. 58. *calculos*. „ Vel „ hinc probatur vetus uſus calculorum Roſarii: „ ut fruſtranei ſint Hæretici, qui vel recentem inventionem, vel ſuperſtitioſam calumniantur. “ Et in Onomaſtico rer. & verbor. difficil. verbo *Roſarium*, hoc ipſum refert exemplum apud d. Palladium c. 23. de Paulo in monte Pheane habitante, illudque etiam confirmat teſtimonio Sazomeni L. 6. c. 29. & ex eo Caſſiodori Lib. 8. cap. 1. ſubditque „ Etiam Divam Claram ſanctiſſimam feminam „ precariis calculis uſam, ut Deo orationes „ ſuas annumeraret, produnt ejus Acta. Nec „ ſuperſtitioſus eſt hic calculorum uſus, non „ magis quam duodenarii lapides, quos Joſue „ juſſit milites ſuos ſicco pede tranſeuntes ſeum ex alveo Jordanis in caſtra deferre, „ nempe ut commonitorii eſſent beneficii a Deo „ Opt. Max. præſtiti. “

(f) Cod. Bod. *primitivos*.

(g) Simili phraſi dixit Serm. 1. de S. Laurent. quod *mundum cum ſuo floro contempſit*.

(h) Al. *nanque*.

(i) In d. Lect. 2. poſt *ciliciolum gerebat abſconditum* continuo ſubditur: *& tanquam nobilis altera Virgo Cæcilia, mundo exterius florens, Chriſtum interius induens, diſſimulato in poſterum mortali conjugio, virginitatem ſuam Domino commendabat.* Sed & Cod. Corſ. habet *commendabat*; Sur. verò *promittebat*.

(k) Lect. 3. ejuſd. Breviar. Grieſen. *Suavibus proinde, velut aromatica cella, redundans unguentis, ore vicinorum &c.*

(l) Ibi additur *miſſus a Deo*.

(m) Ibi pro *novis virtutibus* habetur *Crucifixi ſectando veſtigia.*

(n) Ibi *inſpirante.*

(o) *Detractari* pro *detrectari*, ſive *detrahi*, ipſe D. Bonav. Serm. 1. de S. Antonio, Tertul. de Virg. velan. cap. 8. Lactant. de mort. perſecut. cap. 9.

Digitized by Google

unica tantum familiari socia comitante, (a) paternos lares puella egrediens, clandestinos ad virum Dei frequentabat accessus, cujus sibi verba flammantia, cujusque ultra hominem opera videbantur. Hortatur eam Pater Franciscus (b) ad mundi contemptum: spem sæculi aridam & speciem deceptivam vivo sermone demonstrat: instillat auribus ejus dulcia connubia Christi, suadens virginalis pudicitiæ margaritam beato (c) illi Sponso, quem amor humanavit, (d) fore servandam.

Castitatem proponit servandam,

Et vitam perfectiorem amplecti statuit.

6. Quid immorer multis? Instante Patre sanctissimo, (e) & more fidelissimi Paranymphi solerter agente, non trahit in longum Virgo (f) consensum. Aperitur ei protinus æternorum intuitus gaudiorum, quorum conspectu mundus ipsi vilescceret, quorum desiderio a semetipsa liqueſceret, quorum amore ad supernas nuptias (g) anhelaret. Cœlesti nanque igne succensa, terrenæ gloriam vanitatis sic ex alto contempsit, ut nihil jam de mundi applausu ejus affectibus inhæreret. Carnis quoque illecebras perhorrescens, jam thorum in delicto se nescituram proponit, soli Deo de corpore suo templum facere cupiens, & magni Regis connubia (h) virtute promereri contendens. (i) Ex tunc Francisci consilio se totam committit, ipsum post Deum statuens suæ directionis aurigam. (k) Pendet exinde anima ejus ad sacra illius monita, & de bono Jesu calido excipit pectore, quidquid promit ille sermone. Molestejam fert sæcularis ornatus decorem, & quasi stercus arbitrabatur omnia, quæ foris applaudunt, ut Christum lucrifacere possit. (l) *Philip.* 3. 8.

Sap. 3. 13.

7. Protinus ne speculum illibatæ mentis mundanus pulvis ulterius inquinet, aut contagio sæcularis vitæ azymam fermentet ætatem, properat Claram educere pius Pater (m) de sæculo tenebroso. Instabat Palmarum dies solemnis, cum ad virum Dei puella fervido corde se confert, scisciians de sua conversione, quid & qualiter sit agendum. Jubet Pater Franciscus, (n) ut in die festo compta & ornata procedat ad palmam cum frequentia populorum, ac nocte sequenti exiens extra castra, mundanum gaudium convertat in luctum Dominicæ passionis. (o) Die itaque Dominico veniente, in turba Dominarum splendore festivo puella perradians, cum reliquis intrat Ecclesiam. Ubi illud digno præsagio contigit, ut cæteris ad ramos currentibus, dum Clara præ verecundia suo in loco manet immota, Pontifex per gradus descendens, usque ad eam accederet, & palmam suis in manibus poneret. Nocte sequenti ad Sancti mandatum se præparans, optatam fugam cum honesta societate aggreditur. Cumque ostio consueto exire non placuit, aliud ostium, quod lignorum & lapidum pondera obstruebant, miranda sibi fortitudine propriis manibus reseravit. Et brevi istud propositum 1. *ad Cor.* 5. 7. *ac seq.* *Ad Hebr.* 13. 13.

8. Igitur (p) domo, civitate, & con- Executioni mandans,

(a) Hanc *Dominam Bonam Guelfuccii dictam* observat Marian. c. 1. §. 1.

(b) *Pater Franciscus* dicitur, ne inani putes, hujus Legendæ Scriptorem non fuisse Minoritam.

(c) Cod. Bod. *bono*.

(d) *Quem amor humanavit*, habet quoque 2. Antiph. 1. Noct. d. antiqui Breviar. ac Officii novem Lect. S. Claræ.

(e) Ecce Franciscus rursum nuncupatus *Pater sanctissimus*.

(f) Eadem Lect. 3. *Virgo præclara*.

(g) De hujusmodi *desponsatione nuptiarum beatæ Claræ cum Christo* idem S. Bonav. Comment. in Apocal. cap. 21. num. 1651.

(h) His ac illis quæ sequuntur, satis explo ditur infanda blasphemia Centuriatorum Magdeburgensium, qui Centur. 13. cap. 7. sine testibus aut tabulis illam effutiverunt. Vid. apud Odoricum Raynaldum in Annal. Eccl. ad an. 1255. num. 24. Eam nanque calamus noster horret exscribere. Vid. quoque de infandis contumeliis Hæreticorum adversus S. Franciscum Henricum Sedulium Apol. L. 1. c. 20.

(i) De hoc in 4. Antiph. ad prim. Vesp. laud. antiqui Breviar. ac Offic. novem Lect. *Sacra spirat infantia magni Regis connubia virtute promereri, moxque Franciſci studia sectatur, & in gratia conatur exerceri.*

(k) *Franciscum suæ directionis aurigam* appellat; secundum ea quæ de eodem narrat *auriga* in Legen. Ma. cap. 4. ac in Legen. Min. n. 15.

(l) Vel de hoc 2. Antiph. ad prim. inibi Vesper. *Mundi totius gloriam, ut Christum lucrifaceret, vile quid arbitrata, finibilem lætitiam, ne infinitam perderet, semper est aspernata.* Ita vero interserere Divinæ Scripturæ phrases D. Bonaventuræ solemne est.

(m) En tertio *Franciscus* vocatus *Pater*, & quidem *pius*.

(n) Quarta jam vice appellatur *Pater*.

(o) Simili phrasi in Vite Myst. cap. 4. n. 18. ac alibi quoque.

(p) Anno ætatis suæ decimo octavo, ut obser-

Digitized by Google

ſanguineis derelictis, (a) ad ſanctam Mariam de Portiuncula (b) feſtinavit: ubi Fratres, qui in aula Dei ſacras excubias obſervabant, Virginem Claram cum luminaribus receperunt. (c) Mox ibi rejectis ſordibus Babylonis, mundo libellum repudii tradidit: ibi manu Fratrum crines deponens, (d) ornatus varios dereliquit. Nec decuit alibi florigeræ virginitatis Ordinem ad veſperam temporum excitari, (e) quam in ejus aula, (f) quæ prima omnium atque digniſſima, ſola extitit Mater & Virgo. Hic locus ille eſt, in quo nova Militia Pauperum, duce Franciſco, felicia ſumebat primordia, (g) ut liquido videretur utramque Religionem Mater miſericordiæ in ſuo diverſorio parturire. (h) Cum autem coram altari B. Mariæ ſanctæ pœnitentiæ ſuſcepiſſet inſignia, & quaſi ante thorum hujus Virginis, humilis ancilla Chriſto nupſiſſet, ſtatim eam ad Eccleſiam S. Pauli (i) S. Franciſcus deduxit, donec aliud provideret Altiſſimus, in eodem loco manſuram.

Iſa. 48. 20. *Deut.* 24. 1.

9. Ad conſanguineos autem rumore volante, dilacerato corde, factum & propoſitum Virginis damnant; & conglobati in unum, currunt ad locum, tentantes quod obtinere non poſſunt. Violentiæ impetum, venena conſiliorum, blanditias adhibent promiſſionum; ſuadentes ab hujuſmodi vilitate diſcedere, quæ nec generi congruat, nec exemplum habeat in contracta. (k) At illa pannos apprehendens altaris, caput denudat attonſum, firmans ſe nullatenus a Chriſti ſervitio ulterius avellendam. Creſcit animus, bello creſcente ſuorum, vireſque miniſtrat amor injuriis laceſſitus. Sic ſic per plures dies, cum in via Domini obicem pateretur, & ſui ſe opponerent ejus propoſito ſanctitatis, non collapſus eſt animus, non fervor factus remiſſior: ſed inter verba & odia ad ſpem animum tandiu reformabat, donec propinqui, retruſa (l) fronte, quieſcunt.

contra minas blanditiasque conſanguineorum

10. Paucis interjectis diebus, ad Eccleſiam Sancti Angeli de Panſo (m) tranſivit: (n) ubi cum non plene mens ejus quie-

in eo conſtanter perſeverat.

ſervat Marianus §. 1. & facto computo annorum, quibus vixit, recte docuit Sedulius in Not. ad Vit. S. Clar. c. 27.

(a) Nocte illa Dominicæ Palmarum, quæ in XIX. incidit Martii, ut idem vult Marianus.

(b) Unde dicta *de Portiuncula* vid. Wadding. in Appar. ad Annal. Minor. §. 5. n. 14.

(c) Lect. 4. *prudentem Virginem obviam Sponſo cum lampade non vacua procedentem, geſtantes & ipſi lucernas ardentes in manibus, exceperunt.*

(d) Forte legendum *manu Franciſci crines deponens;* quia Serm. de beata Clara ab ipſomet S. Bonav. dicitur *tonſa a beato Franciſco, & induta in loco Portiunculæ.* Id ipſum ſatis innuit Bartholomæus Piſanus de Albiciis Lib. 1. Conform. Fruct. 8. Par. 2. fol. mihi 84. col. 2. Quid quod in ipſamet Bulla Canonizat. Bullar. Rom. Laertii Cherubini To. 1. a pag. 81. dicitur *ab ipſo beato Franciſco ſacra ibi recepta tonſura &c.?* Unde & a Cl. Waddingo ad an. 1212. num. 22. tonſa dicitur *a Sancto Franciſco.*

(e) Pariter ſupra ab init. Prologi.

(f) In d. Lect. 4. *quam in ejus thalamo.*

(g) In Legen. ma. cap. 2. *Hic eſt locus, in quo Fratrum Minorum Ordo a S. Franciſco per Divinæ revelationis inſtinctum inchoatus fuit.* Et heic revera *Ordo Minorum, & Clariſſarum incepit*, ut heic notat laudatus ac nuſquam ſatis laudandus Waddingus.

(h) De *utraque Religione* ſic parta ſcripſit etiam F. Guibertus Tornacenſis coævus O. M. Serm. ad Dominas de cura Fratrum Minorum, de quo rurſum infra dicam: *Beatus Franciſcus* (ſine addito *Patris* & *Noſtri*) *animarum zelator non ſolum inſtituit Ordinem Fratrum, ſed & Dominarum, ut eſſent cum Fratribus participes regni cæleſtis*, ubi ab ipſo citantur *Legenda & Actus ejus.*

(i) Monaſterium Benedictini Ordinis, cui tamen non eſt adſcribenda. Quandoquidem, ut recte monet Guilielmus Cuperus in Comment. præv. ad Acta S. Claræ §. 2. n. 17. *Ex brevi illa commoratione, quæ ob turbas conſanguineorum aliaſque rationes facienda erat, non ſequitur Religioſa Inſtituti Benedictini profeſſio, ut cuilibet homini cordato facile patebit.*

(k) Pro tractu terræ vel regione. Infra num. 46. *contrata.* Vox *contracta* ſive *contrata* oritur ab Italica *contrada*, habeturque in recuſo auctoque Ducangiano Gloſſario. Sane vocem hanc S. Bonaventuræ ævo fuiſſe perquam uſitatam, dubitari neutiquam poteſt; quam aliquoties in hac Legenda ideo repetitam autumo, utpote rudi intelligentiæ Virginum, in quarum gratiam d. Legenda ſcripta fuit, magis accommodatam. In ea modo ſtylus attollitur, modo demittitur; attollitur quia Pontificio juſſu literis conſignata: demittitur, quia lectioni prædictarum Virginum deſtinata. Hoc pacto Auctor noſter ſapientibus & inſipientibus ſe ſe debitorem agnovit.

(l) Sur. *retuſa.*

(m) Al. *de Paulo*; ſed *de Panſo Ord. S. Benedicti juxta Civitatem Aſſiſii* apud Wadding.

(n) Eam comitantibus ipſo viro Dei Franciſco, & duobus diſcipulis ejus Bernardo & Philippo. Ita & Marian. & Anton. apud eundem Wadding. Quibus addo Piſanum Lib. 1. Conformitat. Fruct. S. Part. 2. fol. m. 84. col. 2. *Per B. Franciſcum & Socios ad Monaſterium de Panzo, quod nunc eſt Ordinis ipſius, tunc autem*

erat

quieſceret, tandem ad Eccleſiam S. Damiani, B. Franciſci conſilio, commigravit (a) Ibi mentis anchoram quaſi in certo figens, non jam pro loci mutatione ulterius fluctuat, non pro arctitudine dubitat, nec pro ſolitudine reformidat. Hæc eſt illa Eccleſia, in cujus reparatione Franciſcus miro deſudaverat (b) ſtudio, cujuſque Sacerdoti pecuniam obtulerat pro opere reparando. (c) Hæc eſt, in qua dum Franciſcus oraret, vox ad eum de ligno Crucis dilapſa, (d) inſonuit: Franciſce, vade, repara domum meam, quæ, ut cernis, tota deſtruitur. (e) In hujus locelli ergaſtulo, pro cœleſtis amore Sponſi, Virgo ſe Clara concluſit. In hac ſe a mundi tempeſtate celans, corpus, quoad viveret, carceravit. In hujus caverna maceriæ, columba deargentata nidificans, (f) Virginum Chriſti Collegium genuit, Monaſterium ſanctum inſtituit, Pauperumque Dominarum Ordinem inchoavit. (g) Hic in via pœnitentiæ glebas membrorum terit, (h) hic ſemina perfectæ juſtitiæ ſeminat, (i) hic inceſſu proprio ſignat veſtigia ſecuturis. In hoc arcto recluſorio per quadraginta duos annos diſciplinæ flagellis frangit ſui corporis alabaſtrum, ut domus Eccleſiæ repleatur fragrantia unguentorum. (k) Ubi quam glorioſe converſata ſit, tunc demum aperte narrabitur, ſi quot & quantæ animæ per eam ad Chriſtum venerint, primo narretur.

Cant. 2. 14.

Marc. 14. 3. Jo. 12. 3.

CAPUT II.

Publica virtutum ejus fama, amor humilitatis ac paupertatis, mira panis oleique multiplicatio.

11. Spargitur paulo poſt opinio ſanctitatis Virginis Claræ per proximas regiones, ut in odorem unguentorum (l) ejus undique mulieres currant. Feſtinant Virgines ejus exemplo Chriſto ſervare, quod ſunt: (m) maritatæ caſtius agere ſatagunt: nobiles & illuſtres, amplis contemptis palatiis, arcta ſibi Monaſteria conſtruunt, atque pro Chriſto in cinere & cilicio vivere magnam gloriam ducunt. (n) Concitatur nihilo minus ad incoinquinata certamina (o) juvenum impetus, & ad carnis aſpernan-

Fama virtutum ejus

Cant. 1. 3.

erat S. Benedicti, eſt deducta. Non ergo *Ordinis S. Auguſtini*, ut perperam illud ei attribuit Bailletus in Legenda Gallica S. Claræ.

(a) In Chron. MS. XXIV. Miniſtror. General. a coævis continuato ad an. 1212. ſic lego fol. m. 4. „ Idem Generalis beatus Franciſcus „ inſtituit Ordinem Pauperum Dominarum, „ quem ante per ſex annos futurum in Ec„ cleſia Dei prophetaverat, dum Eccleſiam S. „ Damiani ſollicite reparabat. Cujus prima „ plantula fuit Virgo ſanctiſſima Clara, quam „ de nocte in Eccleſia S. Mariæ de Portiun„ cula attonſam, & Religionis veſtem indu„ tam, in Monaſterio S. Pauli Monacharum „ Nigrarum pro cuſtodia collocavit. Et de„ mum ipſam ad Eccleſiam S. Michaelis de „ Panſo tranſtulit infra Aſſiſii Civitatem, & „ finaliter in S. Damiani Eccleſia extra muros „ cum Sorore ſua Agnete poſt multas ſupera„ tas tribulationes incluſit.“ Vid. S. Anton. 3. Par. tit. 24. cap. 27.

(b) Al. *deſudavit*.

(c) Vid. infra in Legen. min. n. 6.

(d) Al. *delapſa*.

(e) Hæc ipſiſſima habet S. Bonav. in Legen. min. S. Franc. Tit. de Converſ. S. Franc. Lect. 5. num. 5. nec non in membran. Breviario Biblioth. Grieſen. d. Legendam min. continente. In Legen. autem ma. cap. 2. cum differentia unius & ſic: *Franciſce, vade, & repara domum meam, quæ, ut cernis, tota deſtruitur.*

(f) Lect. 5. d. Breviar. *velut gemebunda, ſimplexque columba nitificans*; nec non ipſemet S. Bonav. in Ligno Vitæ Tit. *Jeſus translanceatus*, ait: *Surge amica Chriſti, eſto ſicut columba nidificans in ſummo ore foraminis &c.*

(g) Hinc dicta in Legen. ma. S. P. Franc. cap. 4. *Mater Pauperum Dominarum*. Et hæc denominatio *Pauperum Dominarum* in pluribus etiam antiquis Diplomatibus legitur.

(h) In Reſpon. d. Brev. Lect. 2. *In via pœnitentiæ glebas terit membrorum*. Non ergo cum Surio pro *terit* legendum *texit*.

(i) Inibi continuo ſubditur: *ſemen ſerit juſtitiæ*.

(k) Sic ad normam Bullæ Canoniz. dicentis: *Cum in anguſto ſolitudinis recluſorio alabaſtrum ſui corporis dure contereret, tota omnino Eccleſia aula ſanctitatis ejus odoribus replebatur.*

(l) De *ſuaviſſimis odoribus, & quaſi unguento pretioſo odoriferæ famæ* in Legen. ma. cap. 8. nec non cap. 4. *Virgo Deo chariſſima Clara tanquam flos vernans & candidus odorem dedit*. Item ut ſupra in Literis Greg. IX. apud Wadding. ad an. 1251. num. 17.

(m) In ver. jam d. Reſponſor. *Cujus ferventes hodie greſſus devota filiæ ſequuntur exemplorum.*

(n) De ejus *exemplari pœnitentia* idem S. Bonav. Comment. in Apocal. cap. 21. n. 1650. Porro his & mox ſeqq. ſimilia ipſemet quoque refert in Legen. ma. cap. 4. loquens de profectu exorto ad formam pœnitentiæ a S. Franciſco acceptam, ſicut heic ad exemplum a S. Clara demonſtratum.

(o) Apud Wadding. ad an. 1212. num. 27. Rom. Edit. 1731. perperam *ad coinquinata certamina*. Nam *incoinquinatorum certaminum* mentio eſt Sap. cap. 4. v. 2. ubi, ut ait D. Bona.

Ex-

Digitized by Google

nanda ludibria per infirmioris ſexus exempla fortia provocatur. Plures denique matrimonio juncti, mutuo conſenſu continentium ſe lege vincientes, viri ad Ordines, uxores ad Monaſteria tranſeunt. Mater filiam, filia Matrem invitat ad Chriſtum: ſoror ſorores (a) allicit, & amita neptes. Omnes æmulo fervore Chriſto ſervire deſiderant. Omnes hujus vitæ angelicæ, quæ per Claram inclaruit, fieri participes optant. (b) Innumeræ Virgines, Claræ rumoribus excitatæ, dum ad clauſtralem vitam tranſire non prævalent, in patriis domibus ſine regula regulariter vivere ſtudent. Tanta hic ſalutis germina Virgo Clara ſuis parturiebat exemplis, ut in ea videretur impleri propheticum illud: Multi filii deſertæ magis, quam ejus, quæ habet virum. (c)

Iſa. 54. 1. *& ad Gal.* 4. 27.

Longe lateque divulgatur,

12. Interea ne cœleſtis hujus benedictionis vena, quæ in valle Spoletana (d) ſcaturiit, breves intra terminos concludatur; (e) ſic Divina providentia derivatur in amnem, (f) ut fluminis impetus totam Eccleſiæ lætificet civitatem. (g) Nam tantarum novitas rerum

Pſal. 45. 5.

longe lateque tranſivit in orbem, & ubique animas cœpit lucrifacere Chriſto;

Clauſa manens Clara, toto clareſcere mundo
Incipit, & laudum titulis præclara refulget. (h)

Replet fama virtutum ejus cameras Dominarum illuſtrium, Duciſſarum palatia, ipſarum quoque penetrat penetralia Reginarum. Flectitur nobilitatis apex ad ejus ſectanda veſtigia, (i) & a ſuperbi ſanguinis genere, ſancta humilitate degenerat. Nonnullæ Ducum ac Regum matrimonio dignæ, Claræ invitante præconio, arctam pœnitentiam faciunt, & quæ potentibus nupſerant, Claram ſuo modulo imitantur. Ornantur Monaſteriis innumeræ Civitates: ipſa quoque campeſtria & montana, hujus cœleſtis ædificii fabrica decorantur. (k) Multiplicatur caſtitatis titulus in ſæculo (l) Clara ſanctiſſima præcedente, & redivivus Ordo virgineus in medium revocatur. (m) His beatis floribus, quos Clara parturiit,

Expoſit. ibi, ſermo eſt de *præmio quod debetur certaminibus incoinquinatis, id eſt, non inquinatis per defectum perſeverantiæ*.

(a) Sicut Virgo Clara Hortulanam matrem, & Agnetem ſororem.

(b) Inter primas Sanctæ Virginis a ſorore Agnete diſcipulas illuxit ſoror Pacifica Guelfutii ejus conſanguinea, de qua aliiſque pluribus Wadding. ad an. 1213. num. 62. & ſeqq. ad an. 1214. num. 34. ad an. 1215. num. 36. & ſeq. &c.

(c) Sic in Planc. de Paſſ. Dom. ſive in Tract. de Vite Myſt. cap. 23. num. 79. Pariter quoque illud 1. Reg. 2. 5. *Donec ſterilis peperit plurimos &c.*, exponitur in Leg. ma. S. Franc. cap. 8.

(d) Sive *agro Spoletano*.

(e) Sic Sur. al. *obducatur*. Cod. Corſ. *obcludatur*.

(f) Alludere videtur ad illud Eſther. 11. 10. *Fons parvus crevit in fluvium maximum*, de quo etiam Serm. ſive Collat. 13. in Hexaem.

(g) *Civitatem*, inquam, *Eccleſiæ*, tam *militantis*, quam *triumphantis*, Expoſit. in Pſalter. Pſ. 30. Certe *tota Eccleſiæ Civitas* potiſſimum complectitur *ſupernam*, cui S. Bonav. tribuit præfatum textum Pſal. 45. Comment. in Apocal. cap. 21. ad fin. ver. 2.

(h) Non id tantum, ſed & alia plura carmine ſic exprimere D. Bonaventuræ ſolemne eſt.

(i) Virginis Claræ veſtigiis adhæſit altera Agnes Primislai Otthogari, ſive Otthiſchgari, hujus cognominis primi, Bohemiæ Regis filia, de qua Wadding. ad an. 1234. num. 4. & ſeq. Item B. Helena Paduana ex nobili Henſelminorum familia, cujus Pater, ut fertur, Miles ſtrenuus fuit, de qua idem Wadding. ad an. 1242. n. 5. & ſeq. Addo nobile Monaſterium Benedictinarum infra Caſtrum Tridentinum vulgo *Doſtrento*, quod, Clara adhuc vivente, ejus ſub Abbatiſſa Palmeria amplexum eſt Inſtitutum.

(k) In Hymno ad Matut. ejus Feſti.

Conſtruuntur Cœnobia
Vaſti per orbis ſpatia,
Creſcit Sororum copia,
Claret Matris notitia.

(l) In Reſponſor. Lect. 1. *Caſtitatis per ſæcula cultum multiplicavit*.

(m) De præfata quoque tunc Virginum multiplicatione in Planctu de Paſſ. Dom. ſive in Vite Myſt. cap. 24. num. 80. & ſeq. Item in Serm. F. Guiberti Tornacenſis O. M. *ad Dominas de cura Fratrum Minorum* in Cod. chartac. MS. in fol. Biblioth. Venet. S. Bonav. alios plures ejus Sermones a fol. 48. continente, ita lego: *Beata Clara fuit prima in Ordine Dominarum Pauperum, & aliarum metas in multis exceſſit, & alias mulieres religioſas multas ad ſe in Religionem traxit*, & inde allegat *Legendam ejus*. Nec mirum vidiſſe hanc Bonaventuræ Legen. de S. Clara; quia etiam vidiſſe videtur ejuſdem Bonav. Sermones de Mellifluo Nomine D. N. J. C. cum pariter ipſe in uno *de glorioſiſſimo Nomine Jeſu* habeat: *Nomen virtuoſum, gaudioſum, gratioſum, & glorioſum*. Claruit vel ipſe tempore Alexandri IV. nanque in ſuprad. MS. Cod. Venet. fol. 48. ubi: *Incipiunt Sermones Fratris Guiberti de Tornacho Ordinis Fratrum Minorum*,

Digitized by Google

feliciter hodie vernat Eccleſia, (a) quibus & ipſa fulciri poſtulat, dicens: Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore langueo. (b) Sed jam ad propoſitum ſtilus redeat, ut, ejus converſatio (c) qualis fuerit, innoteſcat.

Cant. 2. 5.

Et ſancta Abbatiſſa humilitate inſignis.

13. Hæc ſui Ordinis lapis primarius ac nobile fundamentum, in fundamento ſanctæ humilitatis, virtutum omnium fabricam ab ipſo principio ſtuduit collocare. (d) Beato nanque Franciſco obedientiam ſanctam promiſit, & a promiſſo nullatenus deviavit. (e) Triennio vero poſt ſuam converſionem, nomen & officium Abbatiſſæ declinans, humiliter ſubeſſe voluit potius, quam præeſſe, & inter Chriſti ancillas ſervire libentius, quam ſerviri. (f) Cogente autem B. Franciſco, ſuſcepit tandem regimen Dominarum: de quo in corde ſuo timor, non tumor, exoritur: nec libertas, ſed ſervitus augmentatur. Quo enim jam aliqualis prælationis ſpecie altior cernitur, eo reputatione propria vilior, obſequio promptior, cultu deſpectior (g) reperitur. Nullos jam famularum reſpuit actus, adeo ut plerumque Sororum manibus aquam infunderet, ſedentibus aſſiſteret, comedentibus miniſtraret. Invita valde aliquid præcepit: ſpontanea vero fecit, magis eligens per ſeipſam facere, quam Sororibus imperare. Infirmarum ſedilia ipſa lavabat, ipſa tergebat, ſuo illo nobili ſpiritu nec ſordida fugiens, nec fœtida perhorreſcens. Pedes famularum deforis revertentium ſæpius abluit, & ablutis oſcula imprimit. (h) Lavabat ſemel cujuſdam ſervientis Sororis pedes: quos dum deoſculari properat, illa tantam humilitatem non ferens, pedem ſubtrahit, Dominamque ſuam pede in ore percuſſit. At illa pedem famulæ blande reſumit, & ſub ipſa planta ſanctum (i) oſculum figit.

Amore ſtrictæ paupertatis flagrans,

14. Paupertatem ſpiritus, quæ vera humilitas eſt & paupertas rerum omnium, continebat. (k) Primum in ſuæ converſionis initio paternam hæreditatem, quæ ad eam pervenerat, diſtrahi fecit, ſibique de pretio nihil reſervans, totum pauperibus erogavit. (l) Hinc ſæculo foris relicto, mente intus ditata, poſt Chriſtum ſine ſacculo exonerata percurrit. (m) Tantum denique cum ſancta paupertate fœdus iniit, amoremque contraxit, *ut nihil præter Dominum Jeſum vellet habere*, nihil filias ſuas poſſidere permitteret, nil præter neceſſarium victum & veſtitum a Sororibus recipi, vel in poſterum reſervari. Nequaquam cœleſtis deſiderii pretioſiſſimam margaritam, quam venditis omnibus compararat, (n) arbitrabatur

Matth. 13. 46.

cum

rum, ipſe teſtatur: *De Dominicalibus, & Sanctorum Feſtivitatibus, ad piæ memoriæ Papam Alexandrum quartum ſcribentes, ejus præcepto & imperio nos expedivimus.* Si hujuſmodi Sermones legiſſet Oudinus, minime ſcripſiſſet To. 3. col. 500. quod *non ad Guibertum Franciſcanum, ſed ad Humbertum Dominicanum, certo ſpectant.*

(a) Unde ipſa quoque *Clara* dicitur *flens vernans & candidus* cap. 4. Legen. ma.

(b) Hinc quia hujuſmodi *fructibus, & floribus odoriferis, & recentibus* ſummopere delectabatur, Api comparatur Serm. de beata Clara ab ipſomet S. Bonav. Unde Jacobus Philippus Bergomenſis O. E. S. A. in Supplem. Chronicor. ad an. 1225. ſive Lib. 13. Edit. Brixien. pag. 275. in elogio, quo eandem Sanctam exornat, ait inter cætera, quod *ipſa tanquam apis argumentoſa uberes & melliſluos Virginum fructus in Dominico agro cum Divo ipſo Patre Franciſco producere ſategit.*

(c) De ipſius *converſatione* idem S. Bonavent. Comment. in Apocal. cap. 21. num. 1650.

(d) De hac plane ſingulari beatæ Claræ virtute S. Bonav. Opuſc. de Perfect. vit. ad Soror. cap. 2. nedum dicit, quod *fundamentum omnium virtutum eſt humilitas*, verum etiam ſic alloquitur ejuſdem beatæ Claræ Sorores: *Sitis humiles, quia matrem habuiſtis humilem, ſcil. B. Claram, humilitatis exemplar.* De *fundamento humilitatis* etiam cap. 6. Legen. ma. ubi pariter de B. Franciſci humilitate inquit: *Super hanc ſtuduit ædificare ſeipſum, ut ſapiens architectus fundamentum præjacens, quod a Chriſto didicerat.*

(e) *Ex tunc (quando ſcilicet tonſa a beato Franciſco, & induta in loco Portiunculæ) in obediendo cœpit eſſe perfecta*, inquit idem S. Bonav. Serm. de B. Clara.

(f) Similiter de S. Franc. in Legen. ma. cap. 6. *non tam præeſſe voluit quam ſubeſſe, nec tam præcipere, quam parere.*

(g) Sic Lect. 6.

(h) *Juxta noſtri Salvatoris exemplum* additur Lect. 7.

(i) Al. *ſtrictum*; ſed *ſanctum* Cod. Bod.

(k) Arctiſſimam hanc B. Claræ paupertatem impenſe quoque commendat cap. 3. de Perfect. vit. ad ſoror. Quodve *paupertas* ſit *humilitatis fomentum* ait cap. 7. Legen. ma.

(l) Serm. de B. Clara itidem ait, quod *a juventute ſua cœpit ſua pauperibus erogare.*

(m) In Reſponſor. Lect. 3. d. Breviar. memb. *Hac paupertatis titulo pollens intitulata, poſt Chriſtum ſine ſacculo currit exonerata, relicto foris ſæculo mens intus eſt ditata.*

(n) *Evangelicam margaritam* vocat S. Bonav. cap. 7. Legen. ma. S. Franc. nec non *Evangelici*

Digitized by Google

cum temporalium immoderata (a) sollicitudine possidendam. Inculcat suis frequenti sermone Sororibus, tunc acceptabile illud Deo fore Collegium, cum paupertate fuerit opulentum, (b) & tunc perpetuo stabile permansurum, si altissimæ paupertatis (c) fuerit semper turre munitum. Hortatur eas in paupertatis nidulo Christo pauperi conformari, (d) quem paupercula Mater in arcto præsepio parvulum reclinavit. Hoc enim peculiari recordatorio quasi monili aureo suum subornabat (e) pectus, ne terrenorum pulvis ad interiora transiret.

Et in Divina providentia confidens,

15. Volens denique Religionem suam intitulari (f) titulo paupertatis, (g) a bonæ memoriæ Innocentio Papa tertio paupertatis privilegium postulavit. Qui vir magnificus, tanto Virginis fervori congratulans, singulare dicit esse propositum, quod nunquam tale privilegium a Sede Apostolica fuerit postulatum. Et ut insolitæ petitioni favor insolitus arrideret, Pontifex ipse cum hilaritate magna petiti privilegii primam notulam sua manu conscripsit. Felicis recordationis Dominus Papa Gregorius, (h) vir sicut Sede dignissimus, ita & meritis venerandus, paterno affectu Sanctam istam arctius diligebat. Cui cum suaderet, ut propter eventus temporum & pericula sæculorum aliquas possessiones assentiret habere, quas & ipse liberaliter offerebat, fortissimo animo restitit, & nullatenus acquievit. Ad quam respondente Pontifice: Si votum formidas, nos te a voto absolvimus: Sancte Pater, ait, nequaquam a Christi sequela in perpetuum absolvi desidero. Eleemosynarum fragmina panumque minutias, quas eleemosynarii comportabant, valde suscipiebat hilariter, & quasi mæsta de panibus integris, exultabat potius in fragmentis. Quid multa? Satagebat pauperi Crucifixo paupertate perfectissima conformari, ut nulla res peritura amantem ab amato secluderet, (i) aut cursum ejus cum Domino impediret. Occurrunt, ecce, duo miranda, quæ paupertatis amatrix meruit operari.

Mirabiliter panem,

16. Unicus erat in Monasterio panis, cum jam instarent fames & hora edendi. Dispensatrice vocata, (k) jubet Sancta panem dividere, partemque Fratribus mittere, partem intus pro Sororibus retinere. De quo retento dimidio jubet quinquaginta fieri, juxta Dominarum numerum, incisuras, & eis in mensa paupertatis apponere. Cui cum devota filia responderet, necessaria ad hoc fore antiqua Christi miracula, ut tam modicum panis quinquaginta reciperet sectiones, respondit Mater & dixit: Fac, Filia, secura, quod (l) dico. Properat Filia Matris implere mandata: properat Mater ad Christum suum pia pro Filiabus destinare suspiria. Crescit interea, (m) Divino mu-

lici agri thesaurum absconditum, pro quo emendo vendenda sunt omnia, & quæ vendi non possunt illius comparatione spernenda.

(a) Sic Cod. Bod. al. *mordaci*. Itaque averrabatur quidem Virgo Clara *temporalium immoderatam sollicitudinem*, nimirum *curæ anxietatem, illicitam conquisitionem, avaram superfluorum provisionem*; non vero *provisionem*, quæ fuerit *moderata*, ut utar verbis ipsiusmet D. Bonaventuræ Q. 7. circa Reg. Vid. ipsum quoque Exposit. in cap. 9. S. Luc. nec non inter recentiores Cornel. a Lap. Comment. in Matth. c. 6. v. 34. ubi *laudabilem* dicit *sollicitudinem moderatam & sedulam*; secus vero sentit de *immoderata, nimia, anticipata, impertinente*.

(b) Pariter infra in Legen. min. S. F. num. 9. dicitur *paupertate dives*.

(c) Hanc phrasim esse Minoritæ, nemo Minoritarum inficias ierit. De *celsitudine altissimæ paupertatis* S. Franc. in Reg. Fratr. Minor. cap. 6. & S. Bonav. Exposit. in d. cap. ejusdem Reg. Item de *paupertate altissima* Par. 1. de Eccles. Hier. cap. 4. Exposit. in cap. 6. S. Luc. in Legen. ma. cap. 7. in min. infra n. 23. Quam strenuissime vindicavit idemmet D. Bonav. cum in Tract. De Paupertate Christi; tum etiam in Apologia Pauperum; non tamen in Libro inscripto: *Manus quæ contra Omnipotentem erigitur &c.*, cujus quidem agnosco auctorem Minoritam, sed, re melius nunc perpensa, ac antea in Prodromo, alium a Bonaventura.

(d) In ver. d. Respons. *In paupertatis nidulo nostri præsepis parvulo pauperi conformata*.

(e) Vel *fibulabat* secundum Cod. Cors.

(f) *Intitulari* pro titulo insigniri. Et quod *Claræ intitulatum fuit summæ privilegium paupertatis*, dicitur in Bulla Canoniz.

(g) Hoc insignitæ *titulo paupertatis* huiusce Ordinis Religiosæ, passim in Diplomatibus Pontificiis nuncupantur *Pauperes Dominæ, Pauperes inclusæ Moniales, Pauperes Moniales reclusæ &c.*

(h) Videlicet Greg. IX. qui ad Ecclesiæ clavum sedit ab anno 1227. ad Augustum usque mensem an. 1241.

(i) Cod. Cors. *seduceret*. Vid. infra Lect. 9. in fine pro Festo S. Claræ.

(k) *Sorore Cæcilia de Spello*, quam ita vocat processus Canonizationis apud Waddingum.

(l) Al. *quæ*. (m) Al. sine *interea*.

Digitized by Google

nere, inter frangentis manus parva illa materia, & cuilibet de Conventu ſuo extitit portio copioſa. (a)

Oleumque multiplicat.

17. Die quadam (b) Chriſti ancillis ſic ex toto defecerat oleum, ut nullum adeſſet ſaltem pro debilibus condimentum. Accipit Domina Clara vaſculum unum, & humilitatis magiſtra (c) ſuis manibus lavabat; ponit vas vacuum ſeorſum, ut Frater eleemoſynarius illud accipiat, & vocatur ipſe, ut pro acquirendo oleo vadat. Accelerat devotus Frater, ut ſuccurrat tantæ inopiæ, *Ad Rom. 9. 16.* & ad ſumendum vaſculum currit. Non autem (d) volentis eſt, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei. Etenim ſolo influente Deo, vas illud plenum oleo reperitur, præveniente S. Claræ oratione Fratris obſequium in ſolamen pauperum filiarum. At vero Frater prædictus, quaſi fruſtra vocatus fuiſſet, ſubmurmurans, dixit: Deriſorie me iſtæ feminæ vocaverunt, cum, ecce, vas plenum exiſtat. (e)

CAPUT III.

Auſtera vivendi ratio, & efficacia orationum ejus.

Sancta variis afflictationibus

18. De miranda carnis maceratione ſilere magis, quam loqui, forſitan expediret, cum talia fecerit, in quibus audientium ſtupor cum veritate rerum contendit. Non illud magnum, quod ſimpla tunicula & vili mantello (f) de rudi panno, tegebat potius, quam fovebat corpuſculum. Nec illud mirandum, quod calceamentorum (g) penitus ignorabat uſum. (h) Non magnum, omni tempore continuare jejunia, (i) nec uti lecto ſine pluma. In his enim, dum reliquas in ſuo clauſtro habuit ſimiles, (k) laudes fortaſſe non meruit ſingulares. Sed quæ conventio carnis virgineæ ad veſtem porcinam? Procuraverat enim ſibi Virgo veſtem de corio porci, quam, verſa ad carnem hiſpida tonſura pilorum, ſecreto ſub tunica deferebat. Utebatur nonnunquam duro cilicio, de pilis equorum nodoſe conſerto, quod hinc inde chordulis rudibus (l) ſtringebat ad corpus. Hanc veſtem uni de filiabus (m) dum petenti accommodaſſet, tantæ protinus aſperitati ſuccumbens, non tam hilariter petiit, quam celeriter poſt triduum reſignavit. Nuda humus, & interdum ſarmenta vinearum erant pro lectulo, lignumque durum præſtabat ſub capite officium pulvinaris. (n) Proceſſu vero temporis ſcorteum (o) debilitato corpo-

ri

(a) De hoc miraculo in Reſponſor. Lect. 8. d. Breviar. *De pane paſcit unico turbam ſororum pauperum, claret ſigno mirifico virtus ſignorum veterum, dum cibat ex tam modico magni Conventus numerum.* Nec non de eodem miraculo in Bulla Canonizat. ſic „ Cum uno die nonniſi „ unius panis medietas pro refectione Sororum „ in eodem Monaſterio haberetur, ipſa medie„ tatem eandem juſſit in fruſta dividi, & So„ roribus diſpenſari; quam inter manus fran„ gentis ille, qui vivus eſt panis, & dat eſcam „ eſurientibus, multiplicavit in tantum, quod „ quinquaginta ſufficientes factæ fuerunt exin„ de portiones, & Sororibus diſcumbentibus „ diſtributæ. “

(b) Al. *quodam.*

(c) Cod. Bod. *gratia*; ſed *magiſtra* etiam in ſecunda Antiphona ſecundi Nocturni d. Breviar. quæ ait: *Parat magiſtra vaſculum, ut oleum quæratur, mox vero per miraculum vas plenum Cælo datur.*

(d) Apud Wadding. *enim.*

(e) De hoc etiam miraculo in Bulla Canonizat.

(f) Hac voce utitur etiam Bulla Canonizationis. *Mantellus pauper & vilis* memoratur quoque in Legen. ma. S. Franc. vid. Prodromum col. 591.

(g) Apud Wadding. *calceamenti.*

(h) De non uſu calceamentorum ſæpius S. Bonaventura, etiam ſingulari Opuſculo, quod Chriſtus, & Apoſtoli, & Diſcipuli ejus diſcalceati inceſſerunt, ſive de Sandaliis Apoſtolorum. Per *calceamentum* intelligitur cooperimentum de corio, quo operitur pes. Sandalia enim, quæ ſoleæ dicuntur, non intelliguntur nomine calceamenti: quia Chriſtus Apoſtolis calceamenta interdixit Matth. 10. 10. & ſandalia conceſſit Mar. 6. 9. Iſte ritus minime irridendus auctore Hieronymo in cap. 10. Matth. Clemens quoque Alexandrinus de hac re appoſite ſcripſit L. 2. Pædag. cap. 11. *Optimum eſt exercitationis genus nudis uti pedibus. Quod ſi nudis incedere pedibus pati non poſſumus, ſoleis utendum eſt.*

(i) Vid. ſupra Serm. 2. de Diver. col. 625. not. f.

(k) Ita ſui *ſimiles* in auſtera vivendi ratione habuit, ut *obſervantiam vitæ diſtrictioris, quam Ciſtercienſes, & quorundam aliorum Ordinum Monaſteria elegiſſe* dixerit Gregorius IX. Epiſt. 216. *Licet velut ignis &c.*

(l) De hujuſmodi *chordulis* d. Bulla Canoniz. ac etiam idem S. Bona. cap. 5. d. Legen. ma.

(m) Al. *familiaribus*; ſed *filiabus*, Sur. & Wadding. *Agneti ſcilicet, filiæ Domini Opportuli Bernardi Aſſiſiatis* apud eundem Wadding.

(n) Ita & in prædicta Bulla Canoniz.

(o) Sic apud Wadding. Al. *corium.* Feſt. *Omnia ex pellibus facta ſcortea appellantur.* Celſ. L. 8. cap. 12. *Scorteum pulvinum ſubjicere.*

Digitized by Google

ri ſtravit, & capiti modicam paleam clementer indulſit. Poſtquam autem corpus tam ſevere tractatum longa cœpit occupare infirmitas, jubente B. Franciſco, ſacco pleno paleis uſa eſt.

Corpus ſuum caſtigat,

19. Porro in jejuniis tantus erat rigor abſtinentiæ ſuæ, ut de viatico tenui, quod ſumebat, vix corporaliter viveret, niſi eam virtus alia ſuſtentaret. Sanitatis nanque tempore majorem Quadrageſimam & Quadrageſimam S. Martini Epiſcopi (*a*) in pane & aqua jejunans, ſolis diebus Dominicis vinum, ſi habebat, guſtabat. Et ut mireris, auditor, quod imitari non potes, tribus diebus in hebdomada, ſecunda videlicet, quarta & ſexta feria, nihil in illis Quadrageſimis ſumebat in cibum (*b*). Sic alternatim dies penurioſæ refectionis, & dies acerbæ (*c*) mortificationis (*d*) ſibi invicem ſuccedebant, ut vigilia perfectæ inediæ, quaſi in feſtum ſolveretur panis & aquæ. Non mirum, ſi tanta rigiditas multo tempore obſervata, Claram infirmitatibus ſubdidit, ſi vires conſumpſit, ſi vigorem corporis enervavit. Compatiebantur propterea Sanctæ Matri devotiſſimæ Filiæ, ac mortes illas, quas quotidie voluntarie ſuſtinebat, lacrymis deplorabant. Prohibuere tandem B. Franciſcus & Epiſcopus Aſſiſii, S. Claræ illud trium dierum exitiale jejunium, præcipientes, ut nullum tranſeat diem, quin ſaltem unciam & dimidiam panis ſumat in paſtum. Cumque gravis afflictio corporum, afflictionem ex more generet animorum, longe aliter effulgebat in Clara: ſervabat enim in omni ſua mortificatione vultus feſtivos & hilares, ut vel non ſentire, vel deridere videretur anguſtias corporales. (*e*) Ex quo liquido datur intelligi, quia ſancta lætitia, qua interius abundabat, exterius redundabat: quoniam flagella corporis levigat amor cordis.

Et continuo fundit preces,

20. Quæ vero ſicut carne præmortua, ſic erat (*f*) a mundo penitus aliena; continue ſacris orationibus & divinis laudibus animam occupabat. Ferventiſſimam interni deſiderii aciem fixerat jam in lucem, & quæ globum tranſcenderat terrenorum voluminum, ſinum mentis latius expandebat imbribus gratiarum. Longis poſt Completorium tractibus cum Sororibus orat, & lacrymarum profluvia, dum in ipſa prorumpunt, in cæteris excitantur. Poſtquam vero cæteræ feſſa membra duris adibant refovere cubilibus, ipſa in oratione pervigil & invicta manebat, ut tunc venas divini ſuſurrii (*g*) furtive ſuſciperet, quando ſopor cæteras occupaſſet. Sæpiſſime ad orationem proſtrata in faciem, terram infundit lacrymis, oſculiſque demulcet: ut ſemper ſuum Jeſum tenere videatur in manibus, in cujus pedes lacrymæ illæ fluant, & oſcula imprimant.

Job 4. 12. *ac ſeq.*

(*a*) De hac *S. Martini Epiſcopi Quadrageſima* mentio eſt in Regula Chrodogangi Epiſcopi Metenſis, qui octavo ſæculo claruit, quive ſuis Canonicis mandavit, ut *a tranſitu Martini uſque ad Natale Domini a carne abſtineant, & uſque ad nonam jejunent*. De eadem Rabanus Archiepiſcopus Moguntinus ſæc. IX. Lib. 6. de Inſtit. Cler. cap. 22. Nec non Miſſalia Mozarabica, Ambroſiana, & Gallicana. *Durabat* (inquit Joan. Grancolas Comment. Hiſtor. in Rom Breviar. Lib. 2. cap. 4.) *ſex hebdomadis peraudie a S. Martini feſto incipiendo, quæ res occaſionem dedit hilaritati, qua ea die indulgetur, eodem ferme pacto, ac Feria tertia ante Cinerum diem, quia illa poſtrema erat, qua carnes comedere liceret, & quia ſequenti die jejunium, ſive abſtinentia incipiebat*. Hujuſmodi Quadrageſimam S. Martini in Gallia perduraſſe Sæculo XIII. teſtatur Bulla Bonifacii VIII. qua S. Ludovicum Regem Sanctorum faſtis adſcripſit; ex ea nanque diſcimus, ipſum conſueviſſe ante Natale jejunium uſque ad dies quadraginta producere, eundemque morem eo ipſo ſæculo XIII. obtinuiſſe quoque in Italia, ex præſenti S. Claræ Legenda colligimus. Per hanc tamen *Quadrageſimam S. Martini* intelligendam puto illam, quæ eſt a Feſto Omnium Sanctorum; & ita intelligitur in Chronicis Fratrum Minorum L. 7. cap. 10. ubi ſermo eſt de arctiſſimo jejunio, & aſſiduis orationibus F. Ægydii in *Quadrageſima S. Martini, quæ eſt illa omnium Sanctorum*.

(*b*) Sic in d. Bulla Canoniz.

(*c*) Al. *tranſactæ*.

(*d*) Cod. Bod. *actæ ſanctificationis*.

(*e*) Et ita quidem ipſa ſentiebat, quaſi fuiſſet edocta a S. Ambroſio in Exhortat. Virginitat. L. uno c. 12. n. 79. *Nec infirmitatem ex jejunio, & abſtinentia reformides; infirmitas enim gravis ſobriam facit animam*.

(*f*) Apud Wadding. *Quæ vero ſic in carne præmortua, erat*.

(*g*) Vulg. & apud Wadding. *ſuſurri*; ſed *ſuſurrii* etiam S. Gregor. Moral. Lib. 5. cap. 23. num. 45. Cod. noſter Bernardin. A. I. 40. Hugo Card. Lyran. nec non inter edita ſub S. Bonaventuræ nomine de ſeptem Itineribus æternitatis Itiner. 2. Diſt. 3. Sed & de *voce ſuſurrii* habemus inter Bonaventuriana Speculum diſciplinæ Partic. 2. cap. 9. Quo vero ad hujuſmodi Divinæ Scripturæ textus, ſeu phraſes, huic Legendæ pluries inſertas, animadvertendum cenſeo, quod idem S. Bonav. non diſſimilibus floſculis cum Legendam ma. tum min. S. Franciſci pariter ornare conſueverit.

Digitized by Google

mantur. Lacrymanti semel profunda nocte adstitit angelus tenebrarum in forma nigri pueruli, (a) & ipsam monuit, dicens: Ne tantum plores, quoniam cæca fies. Cui cum illico responderet: Cæcus non erit, qui Deum videbit: confusus ille discessit. Eadem nocte post Matutinum orante Clara, & irriguo solito balneata, (b) monitor fraudulentus accessit: Ne tantum, inquit, fleveris, ne tamdiu resolutum cerebrum per nares emunxeris: quoniam adhuc tortum nasum habebis. Qua celeriter respondente: Torturam nullam patitur, quæ Domino famulatur, statim elapsus evanuit.

Quæ tanta erant efficaciæ,

21. Quantam sui mutationem (c) in fornace ferventis orationis accipiat, quantum sibi in illa fruitione bonitas Divina dulcescat, solita indicia probant. Cum enim ab oratione sancta cum jucunditate redibat, calida verba, quæ Sororum pectora succendebant, de igne altaris Domini (d) reportabat. Mirabantur enim quandam dulcedinem ex ejus ore procedere, & clariorem solito faciem apparere. Paraverat certe in dulcedine sua pauperi Deus, & mentem, quam in oratione lux vera repleverat, exterius corporaliter exemplabat. (e) Sic in mundo labili Sponso suo nobili non labiliter (f) juncta, continue deliciatur in superis: sic in rota versatili virtute stabili fulta, & in vase fictili thesaurum gloriæ claudens, (g) carne in imis, mente permanet in excelsis. Mos erat ei ad Matutinum prævenire juvenculas, quas per signa silenter excitans, provocabat ad laudes. Sæpe cæteris dormientibus, lampades accendebat: sæpe campanam propriis manibus ipsa pulsabat. Nullus erat corpori, nullus in suo claustro desidiæ locus; ubi orandi & Domino serviendi pigritiam aspera invectio stimulabat.

Levit. 6. 12.

Ps. 67. 11.

Ut iis Saracenos,

22. Libet hic orationum ejus recitare magnalia, sicut veritate fidelissima, sic & veneratione prædigna. Illa tempestate, quam sub Imperatore Friderico (b) in diversis mundi partibus sustinebat Ecclesia, Vallis Spoletana de calice iræ frequentius imbiberat. (i) Erant in ea pro depopulatione castrorum, pro civitatum expugnatione, Imperiali jussu constitutæ acies militum, & Saracenorum sagittariorum examina velut apum. Cumque in Assisium, peculiarem Domini Civitatem, semel furor irrueret, & jam ipsis portis exercitus appropinquaret, Saraceni gens pessima, qui sanguinem sitiunt Christianum, & omne nefas impudentius audent, apud sanctum Damianum intra loci terminos, immo intra claustrum Virginum, confluxerunt. (k) Liquescunt Dominarum corda timoribus, tremunt formidine verba, & ad Matrem referunt fletus suos. Quæ impavida corde, se infirmam ad ostium duci jubet, & ante hostes poni, præcedente eam capsa argentea, intra ebur inclusa, in qua Sancti Sanctorum Corpus (l) devotissime servabatur.

Isa. 51. 17. & *Jer.* 25. 15.

23. Cu-

(a) De hujusmodi diabolicis apparitionibus in Vita S. Antonii Abbat. scripta a Magno Athanasio To. 1. ejus Opp. Edit. Paris. 1698. num. 31.

(b) Sive madefacta; *balneare* quippe idem significat ac madefacere in Ducangiano Glossario, ac etiam in aliis SS. Actis apud Bollandian. *Balneantem*, & *balneetis* legere quoque est ad finem Serm. 1. de S. Matthia Apost. inter Sermones S. Bonav. de Sanctis. Item *balneatur devotis & calidis lachrymarum fontibus*, ait quoque Bonav. Solem. 2. de Nat. pueri Jesu.

(c) Sic Sur. & Wadding. al. *munitionem*.

(d) De hoc igne altaris Domini cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror.

(e) Verbum *exemplandi* usurpat quoque S. Bonav. 1. Dist. 6. Art. 1. Q. 3. per tot. Item Itinerar. ment. in Deum, de quo in Prodr. col. 552. Post *exemplabat*, apud Wadding. ad an. 1251. num. 13. heic notatu lectuque digna ex authenticis instrumentis, nempe Processu Canonizationis, subduntur, quæ tamen in hac Legen. omissa sunt. Pariter omissa revelatio a Deo facta F. Silvestro, & B. Claræ de prædicatione, ad quam cœlitus vocatus erat S. P. Franciscus, de qua tamen mentio in Legen. ma. ejusd. S. P. cap. 12.

(f) Al. *non habiliter*.

(g) Responsor. Lect. 6. d. Breviar. una cum ver. *Vivens in mundo labili, Sponso conjuncta nobili, sursum deliciatur, clausoque carne fragili, tanquam in vase fictili, thesauro gloriatur. Hæc in rota versatili fulta virtute stabili cum Christo delectatur.*

(h) Hujus Friderici facinora apud Odoricum Raynaldum aliosque Historiographos passim leguntur, quorum aliqua tangit ipsemet S. Bonav. Commentar. in Apocal. cap. 20. sub ver. 8. Videri possunt Acta S. Rosæ Viterbiensis, & quæ de eodem Friderico memoriæ prodidit ipsemet Matthæus Parisius, etsi illi addictissimus, ex quo Spondanus in sua Annal. Ecclesiastic. Continuat. ad an. 1243. num. 6.

(i) Al. *imbibebat*; sed *imbiberat* apud Wadding.

(k) Apud Wadding. ad an. 1251. num. 14. *influxerunt*.

(l) Cod. Bod. *sanctum Christi corpus*. Apud Wad-

Digitized by Google

Monaſterium ſuum invadentes fugaverit.

23. Cumque ſe totam in oratione coram Domino proſtraviſſet, Chriſto ſuo cum lacrymis ait: Placet, mi Domine, inermes ancillas tuas, quas tuis amoribus nutrivi, (a) manibus, ecce, tradere Paganorum? Cuſtodi Domine, precor, has famulas tuas, quas ipſa in præſenti articulo cuſtodire non poſſum. Mox de novæ gratiæ propitiatorio vox quaſi pueruli (b) ad ejus aures inſonuit: Ego vos ſemper cuſtodiam. Mi Domine, ait, & hanc, ſi placet, protege Civitatem, quia nos pro tuo amore ſuſtentat. Et Dominus ad eam: Gravamina ſuſtinebit, ſed mea protectione tuaque interceſſione defendetur. Tunc Virgo lacrymoſam erigens faciem, flentes confortat, dicens: Fidejubeo vobis, Filiolæ, quod nihil patiemini mali, tantum in Chriſto confidite. Nec mora: (c) ſtatim canum illorum repreſſa paveſcit audacia, & per muros, quos aſcenderant, celeriter exeuntes, orantis virtute deturbati ſunt. (d) Confeſtim Clara illis, quæ vocem prædictam audierant, ſtudioſe interminatur, dicens: Cavete per omnem modum, cariſſimæ Filiæ, ne vocem illam, dum corpus ago, cuiquam reſeretis. (e)

Aſſiſium obſidione liberaverit,

24. Alio tempore Vitalis de Averſa, vir gloriæ cupidus, & in præliis animoſus, Imperialem exercitum, cui Capitaneus præerat, admovit contra Aſſiſium. Terram itaque nudavit arboribus, adjacentia cuncta vaſtavit, & ſic in Civitatis obſidione reſedit. Firmat verbis minacibus, ſe inde nullatenus receſſurum, donec ipſam habuerit Civitatem. Jamque ad id deventum (f) erat, ut de civitatis periculo in proximo timeretur. Quod cum audiſſet Clara famula Chriſti, vehementer ingemuit, & Sororibus ad ſe vocatis, ait: Ab iſta Civitate, cariſſimæ Filiæ, multa quotidie bona ſuſcipimus: impium valde eſt, ſi non in tempore opportuno ei, prout poſſumus, ſuccurramus. Jubet afferri cineres, jubet capita nudare Sorores. Ac primo (g) ſuum exopertum caput cinere multo conſperſit: deinde ſuper illarum capita cinerem ponit. Pergite, inquit, ad Dominum noſtrum, & liberationem Civitatis totis affectibus poſtulate. Quid ſingula narrem? (b) Quid Virginum lacrymas, quid preces repetam violentas? Facit miſericors Deus ſequenti mane cum tentatione proventum, ut toto diſſoluto exercitu, & ſuperbus homo contra votum diſcederet, ac terram illam ulterius non vexaret. (i) Nam & ipſe dux belli paulo poſt gladio interemptus eſt.

1. ad Cor. 10. 13.

Sorori ſuæ Agneti converſionem

25. Verum nec illa ſuæ orationis virtus mirifica debet ſilentio ſepeliri, qua in ipſo converſionis initio animam ad Deum convertit, converſam defendit. Habebat nanque Sororem, ævo teneram, carne ac puritate germanam: (k) cujus converſionem deſiderans, inter precum primitias, quas Deo plenis affectibus (l) offerebat, hoc poſtulabat obnixius, ut ſicut cum Sorore habuerat in ſæculo cohærentiam animorum, ita jam in Dei ſervitio fieret inter eas unitas voluntatum. Orat igitur inſtanter Patrem miſericordiæ, (m) ut relictæ in domo ſorori Agneti mundus deſipiat, dulceſcat Deus, eamque ſic a propoſito carnalium nuptiarum ad ſui amoris copulam transferat, quatenus una ſecum in virginitate perpetua Sponſo gloriæ nubat. Mirandus enim utrique inſederat (n) mutuus amor, qui novam divulſionem, licet affectu diſſimili

---

Wadding. *Sancta Sanctorum devotiſſime ſervabantur, ſacratiſſimum ſcilicet Corpus Chriſti.*

(a) Apud eund. Wadding. *innutrivi.*

(b) Non mirum fuiſſe a ſancta Virgine auditam Chriſti, *quaſi pueruli*, vocem in Euchariſtia; cum ex Proceſſu Canonizationis ipſum etiam ſub *ſpecie infantuli* in eadem videre meruerit.

(c) *Abſque mora* in Legen. min. num. 38.

(d) In ver. Reſponſor. Lect. 14. d. Breviar. *Orationum prælio meretur gentes peſſimas de claustro deturbare.*

(e) De his quoque S. Antonin. 3. Par. Hiſtor. Tit. 24. cap. 6. §. 3. Barthol. Piſan. L. 1. Conformit. Fruc. 8. Par. 4. Marc. Ulyſſipon. Par. 1. Chron. Minor. L. 8. c. 13. Molan. L. 3. de Imaginib. c. 31. aliique apud Artur. in Martyrolog. Franc. 2. Octobr. §. 2.

(f) Al. *adventum.*

(g) Al. tantum *Primum.*

(b) Similiter in Legen. ma. cap. 5. *quid dicam &c.?*

(i) In d. Breviar. Reſponſor. ipſum ſic ſonat: *A Civibus obſidio removetur ob lacrymas, & preces ſanctæ Claræ, dum cinere & cilicio jubet Sorores optimas ad Deum exclamare.*

(k) In MS. noſtro Cod. Chron. 24. Miniſtror. General. fol. 99. ac ſeq. (ubi quoque ſequentia ad verbum, demptis quibuſdam variantibus, unaque brevi additione, referuntur) *carne teneram, ac puritate germanam.*

(l) In d. MS. *affectionibus.*

(m) Ibi *miſericordiæ Matrem*, de qua jam ſupra num. 8. mentio facta fuit.

(n) Ibi *inerat.*

Digitized by Google

mili, utrique fecerat dolorosam. Favet celeriter Divina majestas egregiæ oratrici, primumque illud donum, quod præcipue postulat, quodvè magis Deus exhibere delectat, festinantius elargitur. Nam post sexdecim dies (a) a conversione Claræ, Agnes Divino afflata spiritu, properat ad Sororem, eique suæ voluntatis reserans arcanum, dicit, se velle penitus Domino deservire. (b) Quam illa gaudenter amplectens: Gratias, inquit, ago Deo, dulcissima Soror, quod (c) me de te sollicitam exaudivit.

Et constantiam contra vim consanguineorum

26. Miram conversionem satis est miranda defensio subsecuta. Cum enim felices Sorores apud Ecclesiam sancti Angeli de Panso, (d) Christi vestigiis inhærerent, atque illa, quæ plus de Domino sentiebat, suam erudiret novitiam & germanam, repente contra puellas nova consanguineorum prælia suscitantur. Audientes enim Agnetem ad Claram transisse, currunt ad locum sequenti die duodecim viri furore succensi, (e) & concepram malitiam dissimulantes exterius, pacificum prætendunt ingressum. Moxque ad Agnetem conversi, (nam de Clara jam antea desperaverant): Quid tu, inquiunt, ad locum istum venisti? Festina quantocius domum redire nobiscum. Qua respondente, nolle se a Sorore sua Clara discedere, irruit in eam miles unus animo efferato, & pugnis calcibusque non parcens, eam per capillos abstrahere conabatur, cæteris impellentibus, & suis brachiis levantibus eam. (f) At proba (g) juvencula dum, quasi a leonibus capta, de manu Domini raperetur, exclamat, dicens: Adjuva me, Soror carissima, nec me Christo Domino tolli permittas. Cum ergo violenti prædones adolescentulam renitentem per devexum montis (h) abstraherent, vestes abrumperent, vias crinium laceratione complerent, Clara cum lacrymis in orationem procumbens, petit Sorori mentis constantiam tribui, petit vires hominum Divina potentia superari.

Prodigiose impetraverit,

27. Confestim vero tanto pondere corpus illius in terra jacentis figi videtur, ut illam plures homines, suis conatibus adnitentes, (i) nequaquam valeant ultra quendam rivulum asportare. (k) Accurrentes etiam aliqui de agris & vineis, auxilium illis præstare contendunt, sed corpus illud de terra levare nullatenus possunt. (l) Dumque in suo conatu deficiunt, verbo lusorio miraculum extollunt, dicentes: Tota nocte plumbum comedit, & ideo si ponderat, non est mirum. Nam & Dominus Monaldus patruus ejus, (m) cum in tanta rabie constitutus, vellet eam lethaliter pugno percutere, manum, quam levavit, subito dirus dolor invasit, eamque usque ad plura tempora doloris angustia cruciavit. Ecce (n) post longum agonem Clara pergens ad locum, rogat propinquos, a tali conflictu discedere, & Agnetem seminecem jacentem, suæ sollicitudini commendare. Quibus infecto negotio cum amaro animo recedentibus, Agnes jucunda surrexit, & jam cruce Christi gaudens, pro quo hac prima pugna certaverat, se Divinis servitiis perpetuo mancipavit. (o) Siquidem & beatus Franciscus manu sua ipsam totondit, (p) & una cum Sorore sua in via Domini erudivit.

(a) Ibi *XV. dies*.

(b) Bartholomæus de Albiciis Pisanus Lib. 1. Conformit. Fruct. 8. Part. 2. fol. m. 84. col. 2. *Clara ad Dominum conversa, soror ejus Agnes nomine, beata nunc in cœlis cum ipsa, Divino spiritu inflammata, etsi puella esset, ad ipsam perrexit, seque cum ea velle Christo servire indicans, fuit habitu religionis induta.*

(c) In d. MS. *quia*.

(d) Ergo & supra cap. 1. n. 10. leg. non *de Paulo*; sed *de Panso*.

(e) Ibi *repleti*.

(f) Ibi *cæteris expellentibus, & manibus extrahentibus eam*.

(g) Al. fine *proba*.

(h) Ibi deest *per devexum montis*.

(i) Ibi *compellentes*.

(k) Al. *absportare*; sed verbum *asportare* adhibet quoque Comment. in Evang. S. Jo. cap. 12. num. 843. Et ita per miraculum Claræ precibus facta est Soror immobilis.

(l) Supra laud. Pisanus: *Beata Clara protinus se dans orationi, sic eam gravem reddidit, & ponderosam, ut eam nullatenus ducere possent.*

(m) De hoc Wadding. ad an. 1212. n. 15.

(n) In d. MS. *Et ecce*.

(o) Ibi hæic additur: *Beatæ vero Claræ ipsam interroganti qualiter se haberet, respondit, quod de omnibus malis sibi factis, ictibus, & calcibus, quasi innumeris, Dei primo subveniente gratia, deinde orationibus suis, quasi nihil, vel modicum præsensisset.*

(p) Si *beatus Franciscus manu sua ipsam*, scilicet Agnetem, *totondit*, quanto magis totondebit Claram? Vide supra num. 8. in not. d in MS.

Digitized by Google

vit. Verum quia magnificam ejus vitæ perfectionem sermo brevis explicare non posset, (a) intendatur ad Claram.

Ac dæmones expulerit.

28. Mirum non est, si contra malitiam hominum Claræ oratio valeat, quæ etiam dæmones incendebat. Mulier enim quædam Pisanæ diœcesis, devota semel venit ad locum, ut Deo & Sanctæ Claræ gratias ageret pro eo, quod meritis ejus a quinque dæmoniis liberata fuisset. Fatebantur autem in sui expulsione dæmonia, quod ipsa (b) orationes S. Claræ incenderent, & ex possesso vasculo deturbarent. Non sine caussa Dominus Papa Gregorius in hujus Sanctæ orationibus (c) fidem habebat mirabilem, quarum (d) virtutem senserat admirabilem & efficacem. Sæpe quidem nova, ut assolet, emergente difficultate, & cum esset Ostiensis Episcopus, & postquam ad culmen Apostolicum esset evectus, supplex eidem Virgini per epistolam factus, poscit suffragium, sentit auxilium. Res certe, sicut humilitate conspicua, sic toto studio imitanda: quando Christi Vicarius a Christi ancilla opem efflagitat, & suis se virtutibus recommendat. Sciebat sane, quid (e) potest amor, & quam liber aditus puris Virginibus pateat ad consistorium Majestatis. Si enim Rex cœlorum seipsum ferventer amantibus tribuit, quid est, quod devote orantibus, si expedit, non concedit? (f)

CAPUT IV.

Eximia ejus devotio erga Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum, & Crucem Christi, cujus signo varia miracula patravit.

Erga Sacramentum Eucharistiæ,

29. Quantus beatæ Claræ ad Altaris Sacramentum fuerit devotionis affectus, effectus ostendit. In illa gravi infirmitate, quæ eam grabato affixerat, (g) faciebat se erigi, & fulcimentis appositis sustentari: & sedens, filabat (h) delicatissimos pannos: de quibus ultra quinquaginta paria Corporalium faciens, & ea sericis vel purpureis thecis includens, per plana & montana Assisii variis Ecclesiis destinabat. (i) Corpus vero Domini susceptura, calidis primo lacrymis rigabatur; & accedens cum tremore, non minus formidabat (k) in Sacramento latentem, quam cœlum terramque regentem. (l)

Et Christum,

30. Sicut autem (m) in infirmitate, Christi sui memoria memor erat, sic & Christus eam in suis languoribus visitabat. In illa nativitatis hora, quando parvulo nato mundus cum Angelis jubilat, omnes Dominæ ad Matutinum pergunt, & Matrem infirmitatibus pressam, solam relinquunt. Cumque de parvulo Jesu cogitare cœpisset, & multum doleret, quod suis laudibus interesse non posset, suspirans ait: Domine

MS. nostro heic sæpius cit. 24. Ministror. General. Ord. Minorum: *Post hæc vero beatus Franciscus ipsam manibus suis totondit &c.* Ecce in ipsis Minorum vetustioribus Chronicis vocatus *beatus Franciscus* absque *noster*, ac etiam sine *Pater*; ne inde excusipas, non fuisse Minoritam, adeoque non fuisse S. Bonaventuram ista scribentem. Certe inter Sermones S. Bonav. de Sanctis in Comm. Sermo 2. de Ss. Confess. reapse Bonaventurianus est, in quo tamen absque titulo *noster*, *Pater*, ac etiam *beatus*, sic lego: *Nonne venerabilis vir Franciscus mare transivit, Soldanum adiit, & fidem constantissime prædicavit &c.?*

(a) De ejus sanctitate in vita, ac miraculis post mortem, late in eod. Chron. MS. 24. Ministror. General., referente Scriptore coævo, fol. 99. & seqq.

(b) Al. *ipsos*.

(c) Apud Wadding. ad an. 1251. num. 16. *oratione*.

(d) Apud eundem ibi *cujus*.

(e) Al. *quod*.

(f) Apud Wadding. ibi *conceditur*? Heic autem ipse Wadding. præter unam hujus Pontificis literam ad sacram Virginem scriptam, dum Cardinalis esset, & Episcopus Ostiensis, aliam subjungit postea repertam in antiqua membrana, & excriptam a Marino Ebulensi in suo Formulario Lib. 1. in quibus ait devotus Pontifex, Claram, & Discipulas sibi in tantis tribulationibus & angustiis per sævientem Fridericum constituto, unicam esse consolationem, earumque orationibus se impense commendat.

(g) Al. *adscripserat*, ubi potius leg. *adstrinxerat*.

(h) Ne hoc verbum censeatur S. Bonaventura indignum, illud facit fuisse adhibitum a Venantio Fortunato Lib. 3. de Mart. v. 112.

(i) De hoc testatur etiam Bulla Canoniz.

(k) Non minus itidem *formidabat*, ac formidare docuit ipsemet S. Bonav. de quo in Prodromo col. 40. ac seqq. Al. *formidat*. Subdit autem Wadding. apud quem legitur *formidabat*, ad d. an. 1251. num. 18. ex Processu Canonizationis mirandas Claræ, ejusque Sororis Franciscæ de Colle-medio visiones Christi sub specie infantuli in Eucharistia, quibus mirifice confirmantur supradicta de Euchar. Ser. 11. n. 70.

(l) Similiter supra Serm. singul. de Corpore Christi num. 18. non procul a fine.

(m) Al. *enim*.

Digitized by Google

Deus, ecce sola relicta sum tibi in loco isto. Et ecce repente mirabilis ille concentus, qui in Ecclesia S. Franciſci fiebat, suis cœpit auribus insonare. Audiebat jubilum Fratrum psallentium, harmonias cantantium attendebat, ipsum etiam percipiebat sonitum organorum. (a) Nullatenus tanta erat loci propinquitas, ut hæc attingere posset humanitus, nisi vel illa solemnitas ad eam fuisset ampliata Divinitus, vel ejus supra humanum modum vigoratus auditus. Verum quod totum hoc excellit miraculum, (b) ipsum digna fuit Domini præsepe videre. Mane ad eam venientibus Filiabus, dixit Clara: Benedictus Dominus Jesus Christus, qui me, vobis relinquentibus, non reliquit. Audivi revera per gratiam Christi tota illa solemnia, quæ in Ecclesia sancti Franciſci hac nocte celebrata sunt. (c)

Præsertim patientem tantus erat Sanctæ affectus.

31. Familiaris ei planctus Dominicæ passionis, (d) quæ ex sacris vulneribus nunc myrrhatas affectiones exhaurit, nunc dulciora gaudia sugit. Hanc lacryma Christi passi vehementer inebriat, & quem cordi suo profundius amor impresserat, frequenter memoria repræsentat. (e) Docet Novitias Christum plangere Crucifixum, & simul, quod verbis docet, factis exemplat. (f) Nam sæpe, cum in secreto ad talia hortaretur, præveniebat verborum exitum, irriguum lacrymarum. Inter horas diei, Sexta & Nona majori compunctione ex more afficitur, ut cum immolato Domino immoletur. Nam & semel hora Nona orantem in cellula diabolus in maxilla percutiens, oculum sanguine, genam livore suffudit. (g) Ut autem Crucifixi deliciis absque intermissione pasceret mentem, orationem de quinque plagis Domini frequentius ruminabat. (h) Officium Crucis, prout Crucis amator Franciſcus instituerat, didicit, & affectu consimili frequentavit. (i) Chordulam (k) tredecim nodorum copulis anulatam, subtus ad carnem cingebat, secretum memoriale vulnerum Salvatoris.

Ut in extasim raperetur.

32. Advenerat quodam tempore dies sacratissimæ Cœnæ, qua Dominus in finem dilexerat suos. Circa sero, appropinquante Domini agonia, Clara contristata & mœsta, in cellæ secretario se recluſit. Cumque orantem Dominum orans prosequeretur, & tristis usque ad mortem anima, tristitiæ illius hausisset affectum, jam jamque captionis & totius illusionis memoria debriata, (l) lecto resedit. Tota igitur nocte illa & die sequenti sic absorpta, sic a seipsa permanet aliena, (m) ut irreverberatis circa unum semper intenta luminibus, confixa Christo, (n) ac prorsus insensibilis videretur. Redit quædam familiaris Filia sæpe ad ipsam, si forte aliquid velit, & semper eodem modo se habere reperit. Nocte vero diei sabbati veniente, devota Filia candelam accendit, & præceptum S. Franciſci ad Matris memoriam signo, non (o) verbo, reducit. Præceperat enim Sanctus,

Matth. 26. 38. *ac Marc.* 14. 34.

Gal. 2. 19.

(a) Heic notat Waddingus S. Franciſcum, ac primævos Ecclesiæ Patres, non ablegasse a Divina Psalmodia cantum, usumque organorum. Al. supra *intonare* pro *insonare*.

(b) Al. *oraculum*.

(c) De hoc Divino favore S. Claræ collato narratio quoque est in Speculo S. Franciſci Centur. 2. cap. 82. quod Speculum Bosquierus edidit an. 1623. atque ante impressum reperi Venet. an. 1504. in qua impressione supra relata leguntur pag. 140. retro ac seq.

(d) Unus est Cod. Gottvvic. in Austria in Biblioth. Benedictinor. inscriptus: *Planctus Fratris Bonaventuræ Cardinalis Ord. Min. de Passione Domini*, aliusque Biblioth. Cæsar. Vindobon. cui itidem titulus: *Planctus Bonaventuræ de Passione Domini*. Vid. Prodrom. col. 423. ac 496.

(e) Hanc ipsam *Passionis Christi memoriam* etiam atque etiam inculcat in Opusc. de Perfect. vit. ad Soror. cap. 6.

(f) In Responsor. Lect. 5. sæpe laud. Breviar. Rom. *Amica crucis plangere Crucifixum novitias docet, quem ipsa plangit. Crux ei digne pondere majores dat delicias quo major dolor angit.*

(g) Al. *suffundit*.

(h) Vide Prodromum col. 601.

(i) Hocce Officium forte est illud ipsum *Officium Dominicæ Passionis* a Waddingo inter Opuscula S. Franciſci editum, ac monitione prævia illustratum.

(k) Vid. supra num. 18.

(l) *Debriata* pro *inebriata*. *Debriatus* autem pro *inebriatus*, est etiam in Actis S. Gaugerici Episcopi Cameracensis, qui claruit sæculo VII., cap. 2. num. 8. nec non in aliis ejusdem Actis cap. 1. num. 15. apud Bollandian. undec. Augusti. Item apud S. Bernardum Tract. de Diligen. Deo cap. 10. num. 27. Apud Wadding. pro *debriata* est *ebriata*.

(m) De hujusmodi *alienatione* idem S. Bonav. cap. 5. de Perfect. vit. ad Soror.

(n) Ibi cap. 6. Ly autem *irreverberatis* accipitur pro *irretortis*.

(o) Ita apud Sur. & Wadding. Al. *vel*.

Digitized by Google

ctus, (a) ne ullum sine comestione transiret diem. Illa igitur assistente, Clara quasi aliunde rediens, hoc protulit verbum: Quæ candelæ necessitas? Nunquid non dies est? Mater, ait illa, nox abiit, & dies transivit, noxque altera rediit. Cui Clara: Benedictus sit iste somnus, carissima Filia; quoniam diu optatus, tandem donatus est mihi. Sed cave, ne somnum istum cuiquam referas, dum vixero in carne.

Et signo Crucis

33. Amanti vicem Crucifixus amatus rependit: & quæ circa Crucis mysterium tanto amore succenditur, Crucis potentia in signis & miraculis illustratur. Signum enim vivificæ Crucis dum morbidis applicat, morbos ab eis mirabiliter fugat. Tangam ex multis aliqua. Fratrem quendam, nomine Stephanum, furiæ morbo laborantem, B. Franciscus ad Dominam Claram transmisit, ut super eum faceret signum sanctissimæ Crucis. Magnam enim sciebat ejus perfectionem, & magnam in ipsa venerabatur virtutem. Consignat eum obedientiæ Filia Patris jussu, & in loco, ubi ipsa orare solita erat, parumper dormire sinit. At ille post modicum somnum solutus, sanus exurgit, & ad Patrem liber ab insania redit. (b)

Multos ægros

34. Puer quidam annorum trium, nomine Matthiolus (c) de civitate Spoleti, lapillum quendam incaute suis intruserat naribus. Nemo illum ex ejus naribus valebat educere, nec ipse puer ejicere. (d) Periclitatus angustia magna, ducitur ad Dominam Claram, & dum signo Crucis ab ea signatur, statim projecto lapide, liber efficitur.

35. Alius puer de Perusio, totum habens oculum macula coopertum, ad sanctam Dei Famulam adductus est. Quæ tacto pueri oculo, signum Crucis impressit, & dixit: Ducite eum ad Matrem meam, ut ipsa super eum signum Crucis ingeminet. Mater siquidem (e) ejus Domina Hortulana, suam secuta plantulam, post Filiam ad Religionem transierat, & in horto concluso cum Virginibus vidua Domino serviebat. (f) Signo autem Crucis ab ipsa recepto, illico pueri oculus a macula expurgatus, clare & limpide vidit. Asserit ergo Clara, puerum ipsum suæ Matris merito esse liberatum: declinat pondus laudis Mater in Filiam, & se tantæ rei faretur indignam. (g)

Diversis morbis afflictos.

36. Una de Sororibus, nomine Benevenuta (h) plagam fistulæ sub brachio duodecim fere annis perpessa fuerat, quæ per quinque foramina saniem emittebat. Cui compassa Virgo Dei Clara, peculiare illud suum signi salutiferi admovit emplastrum. (i) Statimque ad Crucis designationem, perfectam recepit annosi ulceris sanitatem. (k)

37. Alia de numero Sororum, Amata vocabulo, (l) tredecim mensibus aggravata hydropisi, febre insuper & tussi & lateris dolore confecta, jacebat. Super quam Domina Clara pietate permota, ad suæ nobilis Physicæ (m) recurrit experimentum. Signat eam Cruce in nomine Christi sui, & statim restituit plenariæ sanitati. (n)

38. Alia Christi ancilla, de Perusio nata, vocem per duos annos ita perdiderat, quod vix exterius poterat formare

(a) Apud Wadding. additur *Franciscus*.

(b) De hoc miraculo etiam in Bulla Canonizationis.

(c) Cod. Bod. *Machidius*, ac Cod. Corf. *Nicolaus*.

(d) Al. *projicere*.

(e) Al. *inquam*.

(f) De hac Alexander IV. in d. Bulla Canonizat. S. Claræ sic „ Hanc postmodum Reli„ gionem Mater ejus, Hortulana nomine, piis „ intenta operibus, ipsius natæ sequendo ve„ stigia, devote suscepit: in qua demum hæc „ optima Hortulana, quæ in horto Dominico „ protulit talem plantam, concluſit feliciter „ dies suos. "

(g) Hinc ratio patet cur Arturus noster in d. Martyrol. ad diem 2. Januar. ipsam Hortulanam titulo *Beatæ* compellet. *Sancta Soror in perfectione & signis, in vita & post mortem consimilis filiabus*, dicitur a Pisano L. 1. Conformit. Fruc. 8. Par. 4. fol. m. 85. col. 2. De qua rursum infra num. 50.

(h) Al. *Beneventuta*. Apud Pisanum ibi fol. m. 84. col. 3. sic *Bñuēuta*.

(i) De *emplastro* Plin. Lib. 21. cap. 4. ac Lib. 35. cap. 15. Cel. Lib. 5. cap. 18. Item S. Isidor. Etym. Lib. 4. cap. 9. ac ipsemet S. Bonav. Expos. in Psalter. Ps. 118. Statim post *Principes persecuti sunt me gratis*, in Expos. brevior. ejusdem Psal.

(k) Hujus miraculi mentio in Bulla Canonizationis.

(l) S. Claræ neptis, Dom. Martini de Corano filia, B. Balbinæ germana Soror, plurima virtute insignis. Vid. Wadding. ad an. 1213. num. 63.

(m) Sive *Artis Medicæ*; nam vel alibi per *Physicos* accipit *Medicos* D. Bonaventura.

(n) Hoc quoque miraculum testatur eadem Bulla.

Digitized by Google

mare sermonem. Cumque in nocte Assumptionis Dominæ nostræ sibi fuisset in visione monstratum, quod Domina Clara liberaret eam, diem cum desiderio expectabat. Qua illucescente, ad Matrem festinat, signum Crucis expostulat, vocem mox signata recuperat. (a)

Ad pristinam sanitatem revocaverit.

39. Soror quædam, nomine Christina, (b) magno tempore in una aure surditatem perpessa, multas contra malum illud, frustra tamen, fecerat medicinas. Cujus caput Domina Clara clementer consignat, aurem contrectat, audituque illico reparatur: (c)

40. Magna erat in Monasterio Sororum multitudo languentium, diversis doloribus afflictarum. Ingreditur Clara locum ex more cum sua medicina solita, & signo Crucis quinquies facto, quinque statim relevat a languore. (d) Ex his profecto patet, in pectore Virginis plantatam esse arborem Crucis, cujus dum fructus reficit animam, præbent exterius folia medicinam. (e)

CAPUT V.

Sollicitudo sanctæ Abbatissæ erga suas subditas, extasis ejus cum S. Francisco, & prodigiosa panis benedictio.

Sancta subditas suas sollicite erudit.

41. Sane quia erat Magistra rudium, & quasi in magni Regis palatio Præposita puellarum, tanta eas disciplina informabat, (f) tantoque fovebat pietatis amore, quod sermo nullus explicet. (g) Docet primo strepitum omnem de mentis hospitio pellere, ut solius Dei penetralibus valeant inhærere. Docet, jam carnalium propinquorum amore non affici, domumque patriam, ut Christo placeant, oblivisci. Hortatur, exactiones contemnere fragilis corporis, carnisque nugas imperio restringere rationis. Monstrat insidiosum hostem occultos puris mentibus injicere laqueos; aliter Sanctos, aliter tentare mundanos. Sic denique, certis horis vult eas operari manibus suis, ut protinus ad conditoris desiderium per orationis exercitium recalescant, & torporem negligentiæ deferentes, igne sancti amoris frigus indevotionis deponant. (h) Nusquam major censura silentii, nusquam amplior color & tenor omnis honesti. Non ibi fluida loquela fluidum loquitur animum, nec verbi levitas levem prodit affectum. Ipsa nanque Magistra parca in verbis, abundantis (i) mentis vota sermonis brevitate coarctat. (k)

Concionibus instrui curat.

42. Providet Filiabus per devotos Prædicatores alimoniam Verbi Dei, ex qua suam deteriorem non efficit partem. Nam tanta in auditu sanctæ prædicationis exultatione perfunditur, tanta recordatione sui Jesu deliciatur, ut prædicante aliquando Fratre Philippo de Adria (l) specioſissimus quidam puer Virgini Claræ assisteret, & per magnam prædicationis partem (m) suis eam gratulationibus oblectaret. Ex cujus apparitionis intuitu illa, quæ de Matre videre talia merebatur, (n) suavitatem inexplicabilem sentiebat. Licet autem literata non esset, literatorium tamen gaudebat audire sermonem, rata quod in testa verborum nucleus lateat, quem ipsa

(a) Vel hoc ipsa Bulla Canonizat. memorat.

(b) Al. *Christiana*, & *Christianam* vocat Pisanus, ac Wadding. ad an. 1251. num. 23. sed *Christinam* ad an. 1213. num. 64. quæ fuit filia D. Bernardi de Suppo Assisiate, socia & familiaris B. Claræ etiam in sæculo, sanctorum secretorumque colloquiorum B. Claræ cum B. Francisco probe conscia, quæ in Monasterio S. Damiani quadraginta tribus annis commorata, ac bonis operibus plena, migravit ad Sponsum.

(c) De hoc pariter in cit. Bulla Canoniz. testimonium perhibetur.

(d) Harum aliquas Wadding. nominat ad an. 1213. a num. 62. Ad an. autem 1251. n. 24. dat ex Processu alia miracula sub compendio.

(e) De prædicta *Arbore fructibusque*, cujus vel unum est *folium contra omne genus morbi medicamentum efficacissimum, tam præservans, quam reparans, pro eo quod verbum crucis virtus est in salutem omni credenti*, ipsemet S. Bonav. in Præfat. Ligni vitæ.

(f) Antiph. 3. in ter. Noct. sæpe d. Breviar. Rom. *Format Clara discipulas cœlesti disciplina, cujus est ad juvenculas convictus pro doctrina.*

(g) Sur. *explebit*. Wadding. *ut sermo nullus explere possit.*

(h) Apprime ad instar Reg. S. Franc. c. 5.

(i) Al. *abunde*.

(k) De prædicta disciplina silentii a Sororibus S. Claræ omnino servanda latius idem S. Bonav. cap. 4. de Perfect. vit. ad Soror.

(l) Al. *Andera*.

(m) Ad auditionem hujus prædicationis alludens Antiph. pri. ter. Noct. præfati Breviar. ait: *Cor verbis sapientiæ medullitus apponit, cum Prædicator gratiæ verba vitæ proponit.*

(n) Hæc Soror Agnes Assisias filia Dom. Oportuli Bernardi, de qua supra cap. 3. n. 18. not. m ac Wadding. ad an. 1213. n. 65.

Digitized by Google

ipsa attingebat subtilius, & sapidius degustabat. Novit de cujuslibet sermone loquentis elicere, quod animæ prosit: sciens non minoris esse prudentiæ, de rudi quandoque spina flores decerpere, quam fructum ex arbore nobili manducare. (a) Cum semel Dominus Papa Gregorius prohibuisset, ne aliquis Frater ad Monasteria Dominarum sine sua licentia pergeret, dolens pia Mater cibum sacræ doctrinæ rarius habituras Sorores; cum gemitu dixit: Omnes nobis auferat de cætero Fratres, postquam vitalis nutrimenti nobis abstulit præbitores. Et statim omnes Fratres ad Ministrum remisit, nolens habere eleemosynarios, qui panem corporalem acquirerent, postquam panis spiritalis eleemosynarios non haberet. Quod cum audiret Papa Gregorius, statim prohibitum illud in Generalis Ministri manibus relaxavit.

Easque materna benevolentia regit.

43. Non autem hæc venerabilis Abbatissa filiarum suarum solas animas diligit, quæ etiam ipsarum corpusculis miro studio caritatis inservit. Nam sæpius in frigore noctis propria manu cooperit dormientes, & quas ad rigorem communem servandum cernit invalidas, remissiori moderamine vult esse contentas. Si quam turbaret tentatio, si quam, ut assolet, invaderet mœstitudo, secreto vocatam cum lacrymis consolatur. Aliquando se ad pedes prosternit mœrentium, ut maternis blanditiis alleviet vim doloris. Cujus beneficiis filiæ non ingratæ, seipsas tota devotione rependunt. Complectuntur siquidem affectum dilectionis in Matre, reverentur in Magistra prælationis officium, sectantur in Pædagoga rectitudinis gressum, & in Dei Sponsa prærogativam mirantur omnimodæ sanctitatis. (b)

Et semel post iteratas preces,

44. Franciscus servus Dei altissimi dum staret Assisii, vivente adhuc Sponsa Christi Clara, (c) cum frequenter illam suis sacris exhortationibus visitaret, illa rogavit pluries B. Franciscum, quod faceret ei hanc consolationem, ut scilicet semel insimul manducarent. Sanctus autem Franciscus semper illud facere renuebat. Unde accidit, quod Socii sancti Patris, S. Claræ desiderium perpendentes, B. Francisco dixerunt: Pater, nobis videtur, quod rigor iste non sit secundum caritatem Divinam, videlicet quod Claram Virginem tam sacram & Deo dilectam non exaudis, & quæ præsertim ad tuam prædicationem pompas sæculi dereliquit. Propter quod non neges secum semel sumere cibum: & si (d) cum tanta instantia majorem gratiam postulasset, plantulæ tuæ facere debuisses.

Ad pauperem Sancti Francisci mensam admissa,

45. Respondit S. Franciscus: Videtur vobis, quod de hoc desiderio illam exaudiam? Cui Socii dixerunt: Ita Pater; nam digna est, ut hanc consolationem sibi adimpleas. Respondit sanctus Franciscus: Ex quo vobis placet, etiam mihi videtur; sed ut plenius consoletur, volo, quod hoc fiat in Sancta Maria de Angelis: ipsa enim diu stetit in S. Damiano reclusa: unde lætificabitur aliquantulum revidendo locum Sanctæ Mariæ, ubi fuit tonsa & facta Sponsa Domini nostri Jesu; (e) & ibi comedemus simul in nomine Domini. (f) Ordinata est igitur dies, (g) ut egrederetur cum Socia; & comitantibus eandem Sociis sancti Patris, venit benedicta Clara ad Sanctam Mariam de Angelis: & Beatissima Dei Matre reverenter & humiliter adorata, & loco circumquaque ex devotione lustrato, hora facta est comedendi.

Cum eodem & aliis in extasim rapitur,

46. Humilis autem & Divinus Franciscus fecit mensam, sicut sæpe consueverat, in plana terra (h) parari; & sedit ipse, & (i) beatissima Clara, & unus de Sociis S. Francisci cum Socia sanctæ Claræ, & omnes alii ejus Socii in mensa illa humili sunt locati. Pro primo autem ferculo incepit Franciscus (k) loqui de Deo tam suaviter & san-

(a) Secun. Antiph. ter. Noct. ejusdem Breviar. Rom. *Trahit de testa nucleum, de litera saporem, de petra sugens oleum, de spina legens florem.*

(b) His addit Wadding. plura de spiritu prophetico Claræ, deque diutinis, quos patiebatur, languoribus.

(c) In Speculo vitæ S. Francisci & Sociorum ejus Edit. Venet. 1504. fol. 139. retro: *Vivente adhuc beata Clara.*

(d) Ita ibi. Al. *propter quod necdum sumere cibum tecum potuit; sed si &c.*

(e) Ibi *Domini Jesu Christi.*

(f) Inibi additur *amen.*

(g) Ibi *Ordinata ergo dies.*

(h) Ibi fol. 140. additur *sibi.*

(i) Ibi *& sedit ipse cum &c.*

(k) Ibi *sanctus Franciscus.*

Digitized by Google

& ſancte, & tam altiſſime, (a) & (b) Divine, quod ipſe Sanctus Franciſcus & ſancta Clara, & Socia, & omnes alii, qui erant in menſa illa paupercula, fuerunt rapti: (c) tanta abundantia gratiæ Altiſſimi ſupervenit. Ipſis autem ſedentibus ſic raptis, (d) & oculis & manibus in cœlum erectis, (e) hominibus de Aſſiſio & de Betonio, (f) & undique per contratam (g) videbatur, quod Sancta Maria de Angelis, & totus locus & ſilva, quæ erat (h) adhuc juxta locum, omnia comburebantur, & unus magnus ignis omnia prædicta præoccupaverat, (i) id eſt, (k) Eccleſiam & ſilvam. Propter quod Aſſiſiates, ut loco ſuccurrerent, (cum magna feſtinatione cucurrerunt,) credentes firmiter, quod omnia comburerentur ab igne. Quando vero venerunt ad locum, viderunt cuncta illæſa penitus & intacta. (l) Intrantes autem domum, invenerunt beatum Franciſcum cum beata Clara & cum omnibus Sociis antedictis raptos ad Dominum, & circa menſam illam humillimam omnes ſedentes virtute indutos ex alto. (m) Et tunc certitudinaliter (n) adverterunt, quod illic erat ignis Divinus, qui ob devotionem tam Sanctorum & Sanctarum dictum locum Divini amoris copioſis conſolationibus inflammabat. Unde receſſerunt valde conſolati & ædificati.

Luc. 24. 49.

47. Sanctus autem Franciſcus & B. Clara, & cæteri refecti tam copioſa conſolatione Divina, de alio cibo (o) parum aut modicum curaverunt. Tunc ſumpto tam benedicto cibo, B. Clara rediit ad S. Damianum. Unde videntes eam Sorores, fuerunt valde gaviſæ; quia timuerunt, (p) ne S. Franciſcus vellet eam mittere ad aliud Monaſterium gubernandum, ſicut miſerat Agnetem germanam ejus (q) Florentiam pro Abbatiſſa: nam illo tempore mittebat S. Franciſcus ad Monaſteriorum exteriorum (r) regimina; & aliquando dixit Claræ: Para te, ſi (s) oportebit ire quocunque te (t) miſero. Et illa, ſicut filia obedientiæ, dicebat: Parata ſum, Pater, quocunque miſeris, obedire. Propter hoc fuerunt Sorores gaviſæ quando eam rehabuerunt (u). Et B. Clara ex tunc remanſit valde in Domino conſolata. (x)

Et ſtatim redit ad monaſterium.

48. Sancta Clara, devotiſſima crucis diſcipula, & pretioſa plantula S. Franciſci, erat tantæ ſanctitatis, quod non ſolum Epiſcopi & Cardinales, ſed etiam ſummus Pontifex (y) eam videre & audire affectuoſius cupiebat, & ſæpe perſonaliter viſitabat. Etenim quadam vice Papa ad S. Claræ Monaſterium acceſſit, ut ab ea, quæ erat Sacrarium Spiritus ſancti, audiret cœleſtia & Divina colloquia. Utroque igitur diu de ſalute animæ & Divina laude tractante, in-

Ubi juſſu ſummi Pontificis,

(a) Confer in Meditat. ſupra col. 299. n. 2.
(b) Al. abſque &; ſed in eod. Spec. cum &.
(c) Ita ibi e contrario ſine &. Al. vero &.
(d) Hos alioſque ſimiles raptus Alcoraniſtis deridentibus, reſpondet Sedulius Lib. 3. Apologet. cap. 11 num. 4. *Hæc talia noſtri homuli, quia non intelligunt, nec experiuntur, rident, a nobis vehementer irridendi.* Tum poſt ab ſe relatos naturales raptus Carneadis ex Val. Max. L. 9. cap. 7. atque Socratis ex Aul. Gell. Lib. 2. Noct. Att. cap. 1. ſubjungit „ Et hi Phi„ loſophi, ſed profani, veri Dei & veritatis „ exſortes, corpore tantum viventes, animo „ rerum naturalium conſideratione, uſque ad „ mentis receſſum occupati fuiſſe ſcribuntur. „ Noſtri pii, ſancti, religioſi, contemplationi „ rerum Divinarum pertinaciter intenti, cur „ negentur ſupra ſeipſos, ſupra res omnes hu„ manas rapti fuiſſe? “
(e) Ibi *directis*.
(f) Ibi *& Bethoniæ*.
(g) Sic etiam ibi; ſed ſupra n. 9. *contracta*.
(h) Al. *erant*.
(i) Ibi *occupaverat*.
(k) Ibi *ſcilicet*.
(l) Ibi pariter.
(m) Hac ipſa phraſi Evangelica utitur etiam in Legen. mi. num. 6.
(n) Ita in Legen. ma. Vid. Prodromum col. 592.
(o) In d. Spec. ibi *refecti ſunt tanta conſolatione Divina, quod de alio cibo &c.*
(p) Ibi *timuerant*.
(q) Ibi *ſanctam Agnem ſororem ſuam*.
(r) Al. *monaſteria exterorum*.
(s) Al. *ſicut*.
(t) Al. ſine *te*.
(u) Similiter in Legen. ma. S. Franc. habet *reintrandum, reinvenit, refigurat*, ut in Prodromo animadvertimus col. 592.
(x) In d. Spec. ibi ſubditur *ad laudem Domini*. Hactenus narrata de cibo ſimul ſumpto, miroque omnium raptu, in Editione Suriana deſiderantur.
(y) Cum prodigium, quod ſubditur, non diu ante mortem S. Claræ contigerit, conſequens eſt, ſummum illum Pontificem, tunc ſanctam Virginem viſitantem, fuiſſe Innocentium IV. neutiquam vero Gregorium IX. utpote vita functum an. 1241. ut putavit noſter Minorita Guilielmus Spoelbergh in Speculo Vitæ S. Franciſci mutato ſtylo ab ipſo edito Antuerpiæ an. 1620.

Digitized by Google

interim fecit S. Clara panes (*a*) pro Sororibus in menſis omnibus ſpargi (*b*), cupiens panes illos reſervare a Chriſti Vicario benedictos. Unde finita collocutione ſanctiſſima, Sancta Clara genuflectens cum magna reverentia rogavit ſummum Pontificem, ut panes in menſis appoſitos benedicere dignaretur.

Benedixit aliquando panes,

49. Papa vero reſpondit: Soror Clara fideliſſima, ego volo, ut (*c*) tu benedicas panes iſtos, & facias ſuper eos crucem Chriſti benedicti, cui te totam in medullatum (*d*) ſacrificium obtuliſti. Illa vero reſpondit: Sanctiſſime Pater, parcas (*e*) mihi, quia in hoc reprehendenda eſſem nimis, (*f*) ut coram Vicario Chriſti ego, quæ una vilis ſum muliercula, facere talem benedictionem præſumerem. Et Papa reſpondit: Ad hoc, ut præſumptioni non imputetur, ſed inſuper habeas inde meritum, præcipio tibi per ſanctam obedientiam, quod ſuper iſtos panes facias ſignum crucis, & benedicas eos in nomine Domini. Illa vero tanquam obedientiæ filia ſuper panes illos crucem faciens, devotiſſime benedixit. (*g*)

Quibus viſibiliter & miro modo ſignum crucis impreſſum manſit.

50. Mirabile certe, quod ſtatim in omnibus panibus apparuit ſignum crucis pulcherrimum; de quibus (*b*) plures fuerunt cum magna devotione comeſti, & plures pro miraculo in poſterum reſervati. Papa inſuper de virtuoſa (*i*) cruce, a Sponſa Chriſti facta, admirans, primo gratias Deo egit, & poſtea B. Claram conſolabiliter benedixit. Morabantur in dicto Monaſterio Soror Hortulana mater S. Claræ, & Soror Agnes ejuſdem germana, omnes Spiritu ſancto plenæ, (*k*) cum multis aliis ſanctis Monialibus & Sponſis Chriſti, ad quas Sanctus Franciſcus infirmos plurimos tranſmittebat ſigno crucis ſignandos, quod toto corde colebant, (*l*) & quotquot ſignabantur, remedium reportabant. (*m*)

CAPUT VI.

Ultimus ſanctæ Virginis morbus, in quo ab Innocentio IV. Pontifice viſitatur, & felix illius obitus.

Sanctam Claram ægrotantem,

51. Quadraginta duobus (*n*) annis in ſtadio cucurrerat altiſſimæ paupertatis (*o*), cum ecce jam ad bravium ſupernæ vocationis, præcedente languore multiplici, propinquabat. Vigore ſiquidem carnis in annis prioribus auſteritati pœnitentiæ ſuccumbente, poſteriora tempo-

ra

1620. Par. 2. cap. 30. atque ita laudato in marg. a Waddingo ad an. 1253. num. 2.

(*a*) Al. in ſingulari *panem*; ſed *panes* in plurali in eod. Spec. fol. 141.

(*b*) Ibi *in menſis omnibus præparare*; & *præparari* apud noſtrum MS. Cod. Chronic. 24. General. Miniſtror. ſignatum G. XIV. 21. fol. 104.

(*c*) Ibi *quod*, & ſic in d. noſtro MS. Cod.

(*d*) Alludendo ad *holocauſta medullata* Pſ. 65. 15.; ſed *immaculatum* in eod. Spec.

(*e*) In MS. Cod. noſtro *parcatis*.

(*f*) In d. Spec. *nimis valde*; quod legitur quoque in d. noſtro MS. Cod.

(*g*) In eodem MS. Cod. noſtro: *Tibi mando per obedientiam ſanctam, ut iſtos panes benedicas, faciendo cum manu ſignum crucis. Illa vero tanquam obedientiæ filia, manum elevans, benedicendo contra panes, fecit in aere ſignum crucis.*

(*h*) Al. *de quo*; ſed *de quibus* etiam in d. MS. Cod. De ſigno autem Crucis pani Divinitus impreſſo lege ſis S. Gregor. Dialogor. Lib. 1. cap. 11.

(*i*) Adjectivum hoc oppido S. Bonaventuræ in Legenda ma. ac alibi familiare. Sumitur heic pro efficaci, potente, prodigioſa.

(*k*) In d. Spec. *repleta*; ſed *plenæ* in d. Cod. de quibus Piſan. Artur. Hueber. &c.

(*l*) In eod. Spec. in ſingulari *colebat*; ſed in plurali *colebant*, pariter d. Cod.

(*m*) Al. *tranſportabant*; ſed *reportabant* in dd. Spec. & Cod. ac in marg. apud Bollandianos. Cum autem ex una parte prædicta omnia, exceptis jam notatis variantibus lectionibus, omnino conveniant cum laudato Speculo Vitæ S. Franciſci, & Sociorum ejus, nec non cum noſtro MS. Chron. 24. General. Miniſtror. fol. m. 148. ex coævis Scriptoribus; ex alia vero parte pro hac texenda Legenda S. Bonaventura *ad Socios B. Franciſci perrexerit*: inde nobis conjectare fas eſt, hactenus ab ipſo relata, tanquam illorum ore tradita, ſive eorumdem calamo ſcripta, in hanc Legendam fere ad verbum tranſiiſſe. De præfato miraculo panum Cruce ſignatorum cum teſtis oculatus fuerit ipſemet Romanus Pontifex, hinc tollitur omnis impoſturæ ſuſpicio. Teſtatur etiam Papebrochius in ſuo MS. Itinerario Romano pag. 276. adhuc de eodem apud noſtros Franciſcanos Aſſiſiates ſupereſſe traditionem. In Editione tamen Suriana etiam hæc hiſtoria de panibus cruce ſignatis deſideratur.

(*n*) Al. *Quadraginta* ſine *duobus*; ſed *quadraginta duobus annis* ſupra ad fin. cap. 1. & Lect. 4. in Breviar. Franc. 3. Octobr. in Feſto Translat. S. Clar. nec non in Feſto princip. ejuſd. 12. Auguſt. Lect. 6. *duos & quadraginta annos*. Item *quadraginta duobus annis* habet quoque Greveniana Uſuardi Editio, in qua etiam dicitur, quod *cum eſſet annorum octodecim*, fuerit *relicto ſæculo, immortali Sponſo Chriſto per ſanctum Franciſcum conſecrata*. Unde ſequitur ſexagenariam in Domino quieviſſe. Vide infra num. 57.

(*o*) Vide ſupra num. 14. in not. *c*.

Digitized by Google

ra occupavit infirmitas, ut quæ ſana ditata fuerat merito operum, infirma ditaretur meritis paſſionum. Etenim virtus in infirmitate perficitur. Cujus miranda virtus qualiter fuerit in infirmitate perfecta, hinc maxime liquet, quod in viginti octo annorum languore diutino non murmur reſonat, non querimonia, (a) ſed ſemper ab ejus ore ſanctum colloquium, ſemper procedit actio gratiarum. Licet autem ægritudinum pondere prægravata, feſtinare videretur ad finem; placuit tamen Deo, ad tempus illud ipſius obitum reſervare, quo ab Eccleſia Romana, cujus erat (b) filia ſpecialis (c), dignis valeret honoribus exaltari. Summo nanque Pontifice cum Cardinalibus moram trahente Lugduni, cum Clara præ ſolito urgeri morbo cœpiſſet, Filiarum mentes ingentis doloris gladius trucidabat.

2. Cor. 12. 9.

Ut cuidam Monialí Benedictinæ antea revelatum fuerat,

52. Mox cuidam Chriſti Ancillæ, Virgini Deo devotæ de Monaſterio S. Pauli, Ordinis S. Benedicti, hujuſmodi viſio demonſtratur. Videtur ſibi una cum ſuis Sororibus apud S. Damianum Dominæ Claræ infirmanti aſſiſtere, ac eandem Claram in lecto jacere. Flentibus autem, & cum lacrymis B. Claræ præſtolantibus exitum, formoſa quædam Mulier ad lectuli caput apparens, lacrymantibus loquitur: Nolite, inquit, o Filiæ, plorare victuram: quoniam mori non poterit, quouſque Dominus cum ſuis Diſcipulis veniat. Et, ecce, poſt modicum tempus venit Curia Romana Peruſium. Audito vero ejus infirmitatis augmento, properat de Peruſio Dominus Oſtienſis (d) inviſere Sponſam Chriſti, cujus fuerat officio Pater, cura Nutritius, affectu puriſſimo ſemper devotus Amicus. (e) Paſcit infirmam Dominici corporis Sacramento, paſcit & reliquas ſalutaris exhortationis ſermonibus. Supplicat illa tanto Patri cum lacrymis, ut ſuam & aliarum Dominarum animas (f) pro Chriſti nomine habeat commendatas. Verum illud ſuper omnia rogat, ut privilegium paupertatis a Domino Papa cum Cardinalibus ſibi impetret confirmari: (g) quod fidelis ille religionis adjutor ſicut verbo promiſit, ſic opere adimplevit. Revoluto anno, Dominus Papa cum Cardinalibus de Peruſio tranſivit Aſſiſium, ut de tranſitu Sanctæ præoſtenſa viſio ſortiretur effectum. Ipſe nanque Summus Pontifex, ultra hominem, citraque Deum exiſtens, perſonam Domini repræſentat: cui in templo militantis Eccleſiæ familiarius hærent, velut Diſcipuli, Domini Cardinales. (h)

Invisit Romanus Pontifex,

53. Accelerat jam Divina providentia ſuum de Clara implere propoſitum: accelerat Chriſtus pauperem peregrinam ſuperni regni palatio ſublimare. Cupit jam illa, & toto deſiderio ſuſpirat liberari de corpore mortis hujus, & in æthereis manſionibus Chriſtum videre regnantem, quem fuerat toto corde in terris pauperem paupercula (i) proſecuta. Artubus itaque ſacris veteri morbo detritis, nova cumulatur debilitas, quæ & proximam vocationem ad Dominum indicat, & ſanitatis perpetuæ viam parat. Feſtinat ſanctæ memoriæ Dominus Innocentius IV. una cum Cardinalibus viſitare Chriſti Ancillam, & cujus ultra feminas noſtri temporis probaverat vitam, mortem non dubitat Papali præſentia venerandam. Ingreſſus Monaſterium, pergit ad lectulum, & infirmantis ori manum applicat oſculandam. Quam illa gratiſſime (k) ſuſcipit, & pedem Apoſtolici ſumma cum reverentia

Ad Rom. 7. 24.

(a) In Hymn. SS. Martyr. ad prim. Veſper.
(b) Al. additur *futura*.
(c) Al. *ſpiritualis*.
(d) Scilicet (auctore Odorico Raynaldo in Annal. Eccleſiaſt. ad an. Chr. 1254. num. 1.) Raynaldus vel Reginaldus prius Oſtienſis Epiſcopus, poſtea ſub nomine Alexandri IV. ad ſummum Pontificatum evectus.
(e) Ergo ſupra quoque cum ait: *Horum Ordinum te Patrem colimus, te Nutritium ſcimus &c.*, intelligendus de Ordinibus S. Franciſci, ac S. Claræ, ſi. de tribus Ordinibus Fratrum Minorum, Pauperum Dominarum, ac Fratrum Sororumque Pœnitentium a S. Franciſco inſtitutis. Confer ejuſd. Liter. dat. dum eſſet Pontifex, Neap. XI. Kal. Januar. an. 1. apud Wadding. ad an. 1254. num. 22.
(f) Sic Cod. Corſ. al. *famulas*.
(g) Quantum fuerit cum in vita, tum in morte ſollicita, pro altiſſima paupertate ad mentem S. P. Franciſci a ſuis ſectatricibus perpetuo ſervanda; patet ex ultimis ſuæ voluntatis tabulis, quas reliquit, quibuſve eam, velut hæreditariam, ſuis Sororibus, ſicut idem S. P. ſuis Fratribus, impenſe commendavit. Vid. verba ex Memoriali antiquo MS. excerpta, atque deſcripta apud Wadding. ad an. 1253. num. 5.
(h) Confer in Breviloq. Par. 6. cap. 12.
(i) Hoc *paupercula* vocabulum perquam S. Bonaventuræ familiare.
(k) Al. *graviſſime*.

Digitized by Google

rentia oſculandum expoſcit. Aſcenſo ligneo ſcabello, curialis (a) Dominus dignanter pedem accommodat, ſuper quem illa ſurſum & deorſum inculcans oſcula, vultum reverenter acclinat.

A quo moritura Virgo indulgentiam peccatorum petit,

54. Petit exinde a ſummo Pontifice vultu Angelico remiſſionem omnium peccatorum. Qui cum diceret: Utinam ego tanta venia indigerem; perfectæ abſolutionis munus & amplæ benedictionis gratiam impertitur. Recedentibus autem omnibus, quia die illa manu Provincialis Miniſtri ſacram receperat hoſtiam, ſublevatis in cœlum oculis, & junctis ad Deum manibus, cum lacrymis ait ſuis Sororibus: Laudate Dominum, Filiolæ meæ, quia tale beneficium hodie Chriſtus mihi eſt dignatus tribuere, quod cœlum & terra non ſufficeret (b) compenſare. Ipſum, inquit, hodie recepi Altiſſimum, (c) & ejus Vicarium videre commerui. Circumſtant Matris lectum Filiæ quamcitius orphanandæ: (d) quarum animas acerbi doloris gladius pertranſibat. (e) Non ſomnus eas revocat, non fames ipſas divellit: ſed lectulorum oblitas & menſæ, nocte ac die ſolum plangere delectabat. Inter quas Agnes Virgo devota, lacrymarum inebriata ſalſugine, ſororem efflagitat, ne, ſe relicta, diſcedat. Cui Clara reſpondit: Placet Deo, Soror cariſſima, quod diſcedam: ſed tu flere deſiſte, quoniam poſt me ad Dominum feſtine pervenies; & magnam, inquit, conſolationem tibi faciet Dominus, priuſquam moriaris. (f)

Et poſt ſeptemdecim dies ſine cibo tranſactos,

55. Videtur tandem in extremis plurimis laborare diebus, quibus fides gentium & devotio populorum excreſcit: Cardinalium quoque & Prælatorum viſitatione frequenti, ut vere ſancta, quotidie honoratur. Quod vero eſt auditu mirabile, cum decem & ſeptem diebus nullum cibum ſumere poſſet, tanta eſt a Domino fortitudine vigorata, (g) ut omnes ad ſe venientes, in Chriſti ſervitio confortaret. Nam cum benignus frater Reinaldus (h) in tantarum infirmitatum longo martyrio eam ad patientiam hortaretur, liberrima ei voce reſpondit: Poſtquam Domini mei Jeſu Chriſti gratiam per illum ſervum ſuum Franciſcum agnovi, nulla pœna moleſta, nulla pœnitentia gravis, nulla mihi, Frater cariſſime, infirmitas dura fuit.

Inter lacrymas ſubditarum ſuarum,

56. Domino autem propitius agente, & jam quaſi ad januam ſtante, vult ſibi ſacerdotes & ſpiritales Fratres aſſiſtere, paſſionem Domini & ſancta verba recitare. Inter quos dum apparet Frater Juniperus, egregius Domini jaculator, (i) quia calida ſæpe verba de Domino eructabat, nova hilaritate perfuſa quærit, ſi aliquid novi de Domino haberet ad manum. Qui aperiens os ſuum, de fornace fervidi cor-

(a) Heic benignum, comem, benevolum, familiarem, amicum, humanumque ſignificat, ſicut apud mediæ ætatis in Ducangiano Gloſſario Scriptores. Eodem ſenſu accipitur a S. Bonav. nomen *curialitatis* Serm. 1. Dom. 2. poſt Pentec. atque Expoſit. in cap. 14. S. Luc. ac *curialis* in cap. 5. Leg. ma. S. Franc.

(b) Al. *ſufficit*.

(c) Supple ex Proceſſu Canonizat. cum admiranda Chriſti in Euchariſtia ſub forma infantuli viſione, de qua ſupra cap. 4. num. 29. not. k.

(d) De hoc verbo, ne prorſus exoticum videatur, conſulendum cit. Gloſſarium Ducangianum una cum Amalthea Onomaſtica Joſephi Laurentii Lucenſis. Heic idem ſignificat ac orbandæ.

(e) Pariter dixit in Legen. ma. cap. 13. de S. Franciſco, cui Chriſtus crucifixus ſub ſpecie Seraph apparuit: *Crucis affixio compaſſivi doloris gladio pertranſibat*.

(f) Infra num. 59.

(g) Similiter in Legen. ma. S. Franc. legere eſt *vigorationem virtutis*. Sed & *vigoratus* eſt apud Apulej. Lib. 9. Metam. *Vigoro* apud Tertull. de Pudicitia cap. 2. Quid quod *vigoratur* extat apud ipſummet S. Bonav. 3. Diſt. 23. Ar. 2. Q. 1. in Concl.?

(h) Apud Waddingum in Annal. Minor. ad an. 1253. num. 4. *vir benignus frater Raynaldus*. Et *vir miræ perfectionis & vitæ* dicitur in MS. noſtro Chron. General. Miniſtror. fol. m. 144. cujus inibi miracula referuntur. Vid. noſtrum Artur. in Martyrolog. Franc. ad diem 27. Febr. ubi *Reinaldum*, vel *Raynaldum Reatinum* appellat *beatum*, & ubi in notis ad dictam diem varios hujus vicini nominis Minoritas recenſet, quos itidem *beatorum* titulo exornat.

(i) Apud eundem Wadding. ibi num. 8. *joculator*, & *joculator* quoque dicitur a Piſano Lib. 1. Conformit. Fruc. 8. part. 2. fol. m. 85. col. 1. Cur *egregius joculator Domini* vocatus ſit, vid. eundem Piſanum ibi fol. m. 62. col. 4. qui etiam ſubdit inibi fol. m. 63. col. 2. „ Hunc ſanctum fratrem Juniperum beata Cla„ ra ad mortem veniens, ſecum habere vo„ luit, ut dum de Chriſto Jeſu melliflua eru„ ctaret, de hoc mundo tranſiret. Ipſum enim „ *joculatorem Chriſti* vocabat &c. “ Hic haud dubie eſt inclytus ille S. Franciſci Socius, de quo loquuntur Chronica Fratrum Minorum, nec non ex noſtratibus Benignus Fremaut, qui die 4. Januarii geſta ejus collegit.

Digitized by Google

dis flammantes verborum ſcintillas emittit, (a) atque in ejus parabolis (b) Virgo Dei magnum ſolatium ſumit. Lacrymantes tandem ſe vertit ad Filias, quibus paupertatem recommendans (c), beneficia Divina laudando commemorat. Benedicit devotos devotaſque ſuas, & omnibus Dominabus Monaſteriorum pauperum, tam præſentibus, quam futuris, largam benedictionis gratiam imprecatur. Cœtera ſine fletu quis referat? Adſtant illi duo B. Franciſci Socii benedicti, quorum unus Angelus (d) mœrens ipſe, conſolatur mœrentes: alter Leo, (e) recedentis lectulum oſculatur. Plangunt Filiæ deſtitutæ piæ Matris receſſum, & quam viſuræ non eſſent, proſequuntur cum lacrymis recedentem. Dolent amariſſime, totum earum ſolatium cum illa migrare, ſeque in valle lacrymarum relictas, non jam a ſua Magiſtra ulterius conſolandas. Vix a dilaceratione corporum ſolus pudor continet manum, & doloris ignem illud efficit acriorem, quod exteriori planctu non ſinitur vaporare. Imperat clauſtralis cenſura ſilentium, extorquet vis doloris gemitum & ſingultum. Tument lacrymis facies, & novas adhuc aquas mœrebundi cordis impetus ſubminiſtrat.

Magna cum fiducia ad Dominum migrat.

57. Ad ſe autem converſa Virgo ſanctiſſima, ſuam animam ſilenter alloquitur: Vade ſecura, quia bonum habes conductum itineris. Vade, quoniam, qui te creavit, ſanctificavit: & cuſtodiens te ſemper, velut mater filiam, tenero amore dilexit. Tu, inquit, Domine, benedictus ſis, qui me creaſti. Quam cum quædam ex Sororibus (f) interrogaret, cui loqueretur, illa reſpondit: Ego loquor animæ meæ benedictæ. Nec ille glorioſus conductus longe diſtabat. Nam ad quandam Filiam (g) ſe convertens: Vides tu, inquit, o Filia, Regem gloriæ, quem ego conſpicio? (h) Super aliam (i) quoque facta eſt manus Domini, & corporalibus oculis felicem inter lacrymas excipit viſum. (k) Jaculo quidem profundi doloris perfoſſa, verſus portam domus etiam dirigit lumen oculorum: & ecce, in veſtibus albis turba ingreditur Virginum, quæ omnes aurea ſerta ſuis capitibus deferebant. (l) Graditur inter eas una præclarior cæteris, ex cujus corona, quæ in ſummo, feneſtrati thuribuli ſpeciem prætendebat, tantus ſplendor irradiat, ut noctem ipſam in diei lucem intra domum convertat. Procedit ad lectulum, ubi Sponſa Filii decubat, & amantiſſime ſe ſuper eam inclinans, amplexum dulciſſimum præſtat. Profertur a Virginibus miræ pulchritudinis pallium, ac certatim deſervientibus cunctis, & Claræ corpus tegitur, & thalamus adornatur. (m) In craſtino igitur beati Laurentii (n) Martyris, egreditur anima illa ſanctiſſima, præmio laureanda; templo-

(a) Pariter de alio Fratre ſibi cariſſimo plura *de Jeſu balbutiente*, ſcripſit ſupra col. 497. in Prol. de Laude Melliflui Nominis D. N. J. C. quod *fervoris intrinſeci panderet affectus; ſicut ſcintillæ cupiditatis prodeuntis, ignis ſunt indicium latitantis*. Ubi poſt *ſunt* dele *eſt* mendo typographico intruſum.

(b) *Parabolis*, ſeu *verbis*, *ſermonibus*, *vocibus*, de quo ſenſu in Gloſſar. Ducang. ſeu *ſententiis argute & ſapienter dictis*, *obſcuritatem aliquam habentibus ænigmaticam*, *aut quocunque modo figuralem*, *ſive etiam planis*, *atque apertis*, de quo alio ſenſu Eſtius in cap. 1. Proverbior. ſive ſecundum Septuag. Interpret. Parabolar.

(c) Hoc verbo utitur pariter S. Bona. Comment. in Jo. Evang. cap. 19. num. 1252. Hoc ipſum uſurpavit quoque S. Clara in ultimis ſuæ voluntatis tabulis, in quibus, ſicut S. P. Franciſcus Fratribus, ita ipſa ſuis Sororibus, paupertatis hæreditatem reliquit, uti patet ex Memoriali antiquo MS. apud Wadding. de quo ſupra col. 1031. not. g.

(d) Nimirum Angelus Reatinus, cognomento Tancredus, de quo Arturus in Martyr. Franc. ad diem 13. Februar. De hoc in noſtro MS. Chron. 24. Miniſtrorum General. fol. 2. *Frater Angelus Tancredi de Reate, qui fuit primus miles, qui Ordinem eſt ingreſſus*.

(e) De hoc quoque Fratre Leone, S. Franciſci Socio, laud. Arturus in Martyrol. Franc. ad diem 15. Novembr.

(f) Apud Wadding. in Annal. Minor. ad an. 1253. num. 9. nuncupatur *Soror Anaſtaſia*.

(g) Ibi *ad Sororem Amatam neptem ſuam*.

(h) Ita ibi. Al. *video*.

(i) Ibi *ſuper Sororem Benevenutam*.

(k) Simili phraſi in Legen. ma. cap. 4. *facta ſuper ſe manu Domini vidit &c.* Item in Legen. mi. num. 2.

(l) De hoc ipſo in Bulla Canonizat. certum eſt teſtimonium.

(m) Ita quoque Lect. IV. Breviar. Franc. in Feſto Translat. S. Clar.

(n) Si *in craſtino beati Laurentii*, conſequens eſt obitum S. Claræ in diem XI. Auguſti incidiſſe, non in diem XII. ejuſdem menſis, in qua tamen dies ipſius feſtus celebrari conſuevit, nedum ſecundum plura Martyrologia, ſed & Calendaria, etiam ſecundum Calen. præfixum Breviario heic ſæpe cit. Sed cur hoc inquies? Id actum

Digitized by Google

ploque carnis ſoluto, ſpiritus feliciter migravit ad aſtra. (a) Benedictus ſit talis (b) exitus de valle miſeriæ, qui introitus ei beatæ factus eſt vitæ. (c) Jam pro tenui (d) viatico menſa lætatur civium ſupernorum; jam pro vilitate cinerum, regno beata cœlico, æternæ ſtola gloriæ decoratur. (e)

CAPUT VII.

Honorifica ipſius exequiæ, miracula poſt mortem, & ſolemnis Canonizatio.

Celebratis honorifice exequiis,

58. Rumor incontinenti, (f) de tranſitu Virginis totum ſtupendo auditu concutit populum Civitatis. Confluunt viri, confluunt mulieres ad locum, atque in tanta multitudine gentes inundant, ut ſola videatur Civitas remanere. Omnes ſanctam, omnes Deo caram proclamant, & inter laudum verba nonnulli fletibus manant. Accurrit Poteſtas (g) cum caterva militum & multitudine armatorum, ſeroque illo (h) ac tota nocte cuſtodias adhibent diligenter, ne forte de pretioſo theſauro, qui jacebat in medio, pati contingeret detrimentum. Commovetur die ſequenti Curia tota: Chriſti Vicarius cum Cardinalibus accedit ad locum, totaque Civitas verſus S. Damianum dirigit greſſus. Ventum erat ad celebrandum Divina, cum Fratribus incipientibus Officium Mortuorum, repente Dominus Papa (i) Officium de Virginibus, non de Mortuis, fieri debere proloquitur: ut prius eam canonizare videretur, quam corpus traditum eſſet ſepulturæ. Reſpondente autem Viro Eminentiſſimo Domino Oſtienſi, (k) moroſius agendum, Miſſa de Mortuis celebratur. Conſidente poſtmodum ſummo Pontifice, (l) Cardinalium quoque & Prælatorum cœtu, Oſtienſis Epiſcopus, de vanitate vanitatum ſumpta dicendi materia, vanitatis egregiam contemptricem nobili ſermone commendat. (m)

Sancta Virgo cum magno populi concurſu ſepelitur,

59. Circumdant illico ſanctum funus devota dignatione Presbyteri Cardinales, & circa Virginis corpus ſolita officia complent. Tandem quia nec tutum cenſent, nec dignum, ut tam pretioſum pignus tam longe diſtet a Civibus, levatur cum hymnis & laudibus, cum tubarum (n) clangore ac jubilatione

actum ſuſpicor ego, non quia dies 12. Auguſti ſit dies obitus S. Claræ, ſed dies ſolemnium exequiarum ejus, & ſepulturæ; qua quidem die Sanctæ illius Virginis felix tranſitus ratione adventus totius Romanæ Curiæ adhuc celebrior, ac ſolemnior evaſit; atque in ea potiſſimum celebrari decebat vel ex eo, quia ſi fuiſſet dies feſtus S. Claræ indictus 11. Auguſti, fuiſſent impedimento primæ ejus veſperæ ſecundis veſperis S. Laurentii. Et mos eſt Romanis Pontificibus in Canonizationis Bulla ab ſe relatis in album Sanctorum, vel diem ipſum, quo obiere, vel alium, ſi dies obitus minus congruus & opportunus viſus fuerit, celebrandæ annuatim eorum feſtivitati decernere. Adde, quod ſi de *ſero*, appropinquante *nocte*, immo *quaſi nocte media*, uti infra dicitur in Lect. 2. Translat. S. Claræ, ad Superos abiit; ergo in ejus Canonizatione Alexander IV. recte mandavit celebrandum ejus Feſtum *pridie Idus Auguſti*, id eſt, 12. die, ne ſi fuiſſet die 11. indictum, in primis & ſecundis veſperis ejus eadem die decantandis fuiſſet ejus celebratus triumphus ante victoriam. Adde quoque, diem 12. Auguſti incipere, more Italorum, a prima hora noctis præcedentis. Conſule demum quæ de die Sancti cujuſque Natali decernendo tradit Guyetus L. 2. cap. 2. q. 2. & ex Guyeto Cavalierus cap. 11. de Nat. Sanctor. num. 13. & ſeqq.

(a) Apud Wadding. loc. cit. *ætatis ſuæ anno ſexageſimo, a converſione vero anno XLII.*

(b) Al. *Benedictus hic.*

(c) In Reſponſor. Lect. 7. d. Breviar. *Carnis templo ſoluto, Spiritus cœlos ſcandit, & patet aditus: benedictus ſit talis exitus, multo magis talis introitus.*

(d) Infra Lect. 2. in Translat. S. Claræ Virg. *pro terreno* ſ. ſed pro *tenui* ſupra cap. 3. ab init. num. 19.

(e) In ver. Reſponſor. Lect. 8. ibi: *Pro tenui victico menſa lætatur Superum, regno beatur cœlico pro vilitate cinerum.* Poſt pretioſam S. Claræ mortem ſucceſſit in Monaſterio S. Damiani prima Abbatiſſa B. Benedicta, de qua To. 1. Bullar. Franc. pag. 33. not. *a.*

(f) Pro confeſtim, nulla interjecta mora vel apud ICTOS legitur, & apud Tertullian. de Præſcript. cap. 2. & Apologet. cap. 23. ſicque memini adhibitum alibi quoque a S. Bonav.

(g) Sumitur pro ſupremo illius Urbis Rectore.

(h) Hinc inferre licet obitum S. Claræ accidiſſe quidem *in craſtino S. Laurentii*, ut dictum eſt; ſed de *ſero*.

(i) Infra in Translat. S. Claræ Virg. Lect. IV. *ſcilicet Innocentius IV.*

(k) Raynaldo, poſtea Alexandro IV. P. M. ſupra laudato num. 52. & de quo mox ſermo redibit.

(l) Non *Alexandro*, ut perperam habet MS. Cod. Bolland.; ſed ut ipſi Bollandiani ſcite notant, Innocentio IV.

(m) Pariter in Cod. noſtro Chron. 24. Miniſtror. General. fol. 148. ad an. 1253.

(n) Non *turbarum*, ut in Edit. Venet. 1751.

Digitized by Google

ne solemni, & ad S. Georgium (a) honorifice deportatur: nam & hic locus ille est, ubi S. Patris Francisci corpus primo (b) conditum fuerat; ut qui viam vitæ viventi paraverat, etiam morienti locum quodam præsagio præpararet. (c) Factus est proinde concursus populorum multorum ad tumulum Virginis, laudantium Deum atque dicentium: Vere sancta, vere glorioſa regnat cum Angelis, quæ tantum honorem ab hominibus sumit in terris. Intercede pro nobis ad Christum Primiceria (d) Pauperum Dominarum, quæ innumeros ad pœnitentiam, innumeros conduxisti ad vitam. Paucis interjectis diebus, Agnes ad Agni nuptias evocata, Sororem Claram ad æternas delicias subsecuta est; ubi ambæ Sion Filiæ, natura, gratia & regno germanæ, Deo jubilant sine fine. (e) Et vero consolationem illam, quam Clara repromisit Agneti, antequam migraret, accepit. Nam sicut Sorore prævia, de mundo ad Crucem transierat: sic dum Clara signis & miraculis rutilaret, Agnes post ipsam de luce finibili mature volavit ad Deum (f). Præstante Domino nostro Jesu Christo, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat in sæcula sæculorum. Amen. (g)

De variis claret miraculis.

60. Illa sunt Sanctorum signa mirifica, illa miraculorum testimonia veneranda, quæ in morum sanctitate & operum perfectione consistunt. Joannes quidem signum fecit nullum, non tamen sunt vel erunt Joanne, qui signa faciunt, sanctiores. Ideoque sufficeret Sanctæ Virgini Claræ, ad testimonium

Jo. 10. 41.

sanctitatis, perfectissimæ suæ vitæ præconium; nisi interdum aliud exposceret partim tepor, partim devotio populorum. Clara itaque dum viveret miraculis & virtutibus pollens, (b) in abyssum absorpta perpetuæ claritatis, nihilominus adhuc miraculorum luce per mundi cardines mirifice declaratur. (i) Ex quibus (k) cogit sincera atque jurata veritas multa conscribere: & (l) cogit multitudo (m) quamplura transire. (n)

Nam præter energumenos.

61. Puer quidam, nomine Jacobinus de Perusio, non tam infirmus, quam dæmonio pessimo videbatur obsessus. Nunc enim in ignem sese desperate projiciens, nunc in terra collidens, usque ad dentium fractionem, lapides mordens, laniabat miserrime caput suum, & corpus sanguine cruentabat. Ore distorto linguam foris projiciens, membrorum machinam tam facile glomerabat, ut sæpe crus suum poneret super collum. Singulis diebus per duas vices puerum ipsum prædicta vexabat insania: nec illi duæ personæ obsistere poterant, quin propria exueret vestimenta. Peritorum Medicorum juvamen requiritur; sed nullus, qui sciat consulere, invenitur. Pater ejus, Guidolotus nomine, postquam infortunii tanti remedium apud homines nullum invenit, ad S. Claræ merita se convertit. O Virgo, inquit, sanctissima, o mundo venerabilis Clara, tibi miserum natum devoveo, a te sanitatem ejus tota supplicatione deposco. Festinat ad sepulcrum ejus fide plenus, & allatum puc-

(a) Non *Gregorium*; sed ut in Cod. Corsin. *Georgium*. Atque *Georgium* habent Lectiones tam Breviar. Grieſen. quam Breviar. Francisc.

(b) Lect. 6. Breviar. Franc. in Translat. S. Clar. *viginti octo annis ante*; sed Lect. 5. Breviar. Grieſen. habentis IX. Lectiones de ead. Translat. *XXVII. annis ante*.

(c) Ibi.

(d) Sic dicitur in Bulla Canoniz. *Primiceria* autem illam significat, quæ primam obtinet dignitatem. Eodemque sensu B. V. M. in Tract. de Vite Myst. cap. 31. num. 110. ab ipsomet D. Bonav. vocatur *Virginum Primiceria*.

(e) Antiph. 2. ad laud. Offic. S. Clar. in præfato Breviario: *Agnes ad Agni nuptias, & æternas delicias post Claram evocatur, ubi per Sion filias post transitas miserias æterne jubilatur*.

(f) Inibi Antiph. 3. *Sicut Sorore prævia Christi passi vestigia sectatur gaudens cruce, sic dum hæc signis rutilat, Agnes post ipsam vigilat Deus ad te de luce*. De hac B. Agnete, ejus sanctitate, & miraculis late Chron. nostr. MS. 24. Ministror. General. fol. m. 100. & seqq.

(g) Similis quoque clausula S. Bonaventuræ familiaris, pariterque in Legen. ma. S. Franc. ubi post *Amen*: *Incipiunt quædam de miraculis ipsius post mortem ostensis*.

(h) Al. *dum viveret, meritis, & jam*; ut supra vero Breviar. Grieſen. Lect. 6. inter 9. ex hac Legen. desumptas.

(i) In d. Breviar. ibi additur; *Nam ad ipsius invocationem devotam febres curantur, cæci illuminantur, & a diversis & variis languoribus, & infirmitatibus multi liberantur*.

(k) Al. sine *Ex quibus*, quod est in d. Breviar.

(l) Al. sine copulativa *&*, quæ itidem ibi habetur.

(m) Plurima enarrat Marianus Lib. 2. c. 21.

(n) Ex his quampluribus sunt duo, quæ videri possunt apud Pisanum Lib. 1. Fructu 8. Par. 4. unum ab ipso relatum, *quod audivit ab illo, cui evenit*; aliud ab eodem narratum quod vocat *patens toti Civitati Florentiæ*.

Digitized by Google

puerum ſuper tumbam Virginis ponens, protinus opem, dum poſcit, acquirit. Statim enim puer ab illa infirmitate liber efficitur, & jam ulterius nulla conſimili læſione vexatur.

Ab obſeſſione dæmonis liberatos,

62. Alexandra de Fracta (a) Peruſinæ Diœceſis, dæmonio nequiſſimo vexabatur. Quam dæmonium in ſuam redegerat poteſtatem, ut faceret per excelſam rupem, quæ in crepidine fluminis eminebat, ſicut aviculam volitare; (b) per tenuiſſimum quoque arboris ramum, fluvio Tyberis impendentem, faciebat deſcendere, atque eam ibidem quaſi ludo vacare: ſuorum quoque merito peccatorum, cum latus ſiniſtrum penitus amiſiſſet, & manum contractam (c) haberet, medicinis ſæpe tentatis nihil proficiebat; venit ad tumbam glorioſæ Virginis Claræ corde compuncta, ejuſque meritis invocatis, contra ſuum illud triplex periculum unius remedii ſalutarem ſumit effectum. Contracta quidem manus extenditur, latus ſanitati redditur, poſſeſſa a dæmonio liberatur. Altera mulier ejuſdem loci, a dæmonio & multis doloribus, eodem tempore ante ſepulcrum Sanctæ, munus liberationis accepit.

Alioſque ægros ſanatos,

63. Puerum quendam Francigenam (d), qui curiam ſequebatur, furiæ morbus invaſerat, qui ipſi & loquelæ abſtulerat uſum, & corpus monſtroſe fecerat inquietum. Detineri ab aliquo minime poterat, ſed potius intra manus detinere volentium horribiliter ſe frangebat. Ligatur funibus lectulo mortuorum, & a compatriotis (e) ad Eccleſiam S. Claræ defertur invitus, ante ſepulcrum ejus deponitur, & ſtatim pro fide offerentium peroptime liberatur.

64. Valentinus de Spello, (f) caduci morbi ruinæ in tantum erat obnoxius, quod ſex per diem vicibus indifferenter ubilibet corruebat. Cruris etiam contractione plagatus, liber ambulare non poterat. Ducitur aſello vectus ad S. Claræ ſepulcrum; ubi duobus diebus & tribus noctibus jacet: die tertio, nullo tangente, crus ejus fragore magno perſonuit, & ab utraque infirmitate ſanatus illico fuit.

Mirabiliter uſum oculorum reſtituit cæco,

65. Jacobellus (g) dictus, filius cujuſdam (h) Spoletinæ, duodecim annorum cæcitate percuſſus, ducem itineris ſemper (i) ſequebatur, nec ſine ductore quoquam poterat, niſi in præcipitium, ambulare. Nam & ſemel a puero parumper dimiſſus, in præcipitium actus, brachii fracturam cum vulnere capitis reportavit. Hic cum juxta pontem Narniæ (k) quadam nocte dormiret, apparuit ei Domina quædam in ſomnis, dicens: Jacobelle, (l) quare tu ad me non venis Aſſiſium, ut libereris? Qui mane conſurgens, duobus aliis cæcis tremebundus recitat viſionem. Reſpondent illi: Dominam quandam nuper audivimus in Aſſiſii Civitate migraſſe, cujus ſepulcrum per ſanitatum munera & per multa miracula manus Domini dicitur honorare. Quo audito, impiger factus, concite properat, & nocte hoſpitatus apud Spoletum, eandem cernit iterum viſionem. Ocius advolat, totum ſe præ amore luminis ad curſum præcingens.

Qui inter multos ægrotos a tumulum ejus venerat.

66. Perveniens autem Aſſiſium, tantas ante Virginis mauſoleum gentium concurrentium reperit turbas, ut ipſe intrare nullatenus poſſet ad tumbam. Supponit lapidem capiti ſuo, & cum fide magna, dolens tamen, quod introitum habere non poſſet, ſomnum capit præ foribus ejus. Et, ecce, tertio vox ad eum: Benefaciet tibi Dominus Jacobe, ſi poteris introire. Evigilans ergo, rogat cum lacrymis turbas, clamans & preces ingeminans, ut ei propter Divinam pietatem viam præſtare

---

(a) Al. *Alexandria de Fracto*; ſed *Alexandra de Fracta* apud Wadding.

(b) Audiant Critici illi, qui tempeſtate noſtra dæmonibus negarunt poteſtatem deferendi humana corpora per aerem.

(c) Sic & apud eundem Wadding.; ſed Cod. Bod. *confractam*.

(d) Sive Gallum natione.

(e) Hanc vocem ſignificantem illos, qui ejuſdem patriæ ſunt, uſurpat quoque S. Bonaventura Comment. in Jo. Evangel. cap. 1. num. 102. ac cap. 4. num. 278., nec non Expoſit. in cap. 4. S. Luc.

(f) In Chron. Minor. *Vir Civitatis Spoleti dictus Valentinus*.

(g) Lect. 7. antiqui Breviar. Grieſen. *Jacobus*.

(h) Al. ſine *cujuſdam*. In Chron. Minor. *Mulieris*.

(i) Al. abſque *ſemper*.

(k) Al. *Vernii*, Cod. Bod. *Varnii* Chron. Minor. *Varniæ*; ſed melius d. Breviar. Grieſen. ibi *Narniæ*, quæ urbs Umbriæ eſt, ad montis radicem, & Narem fluvium ſubterfluentem, a quo ei nomen. Tac. 1. & 2. Ann.

(l) Rurſum *Jacobe* ſecundum præfatum Breviar. Grieſen.

Digitized by Google

ſtare dignentur. Data ſibi via, calceamenta projicit, veſtes exuit, collum corrigia cingit, & ſic humiliter ſepulcrum contingens, lentum ſomnum incurrit. Surge, inquit ei beata Clara, ſurge, quia liberatus es. Extemplo ſurgens, omni cæcitate diſcuſſa, omni oculorum caligine relegata, dum clare per Claram videt luminis claritatem, Deum laudando clarificat, & pro tanti mirificentia operis ad benedicendum Deum omnes gentes invitat.

Inſuper ſanat manum fractam,

67. Peruſinus quidam, (a) vocatus Bonus Joannes, (b) cum ſuis Civibus contra Fulginates perrexerat. Cumque hinc inde concertatio incepiſſet, gravis ictus lapidis ejus manum dura quaſſatione perfregit. Expendit in Medicos pecuniam multam ſanitatis amore; ſed nullo poteſt medicinali ſuffragio in tantum juvari, quin ipſam manum portet inutilem, & ad omne opus penitus impotentem. Dolens itaque illius quaſi non ſuæ dextræ pondus ferre, & uſu carere, optat ſibi pluries eſſe truncatam. Audiens vero, quæ per famulam ſuam Claram Dominus dignabatur oſtendere, votum vovens, ad ſepulcrum Virginis properat, affert ceream imaginem manus, & ſuper tumbam S. Claræ incumbit. Statim, priuſquam Eccleſiam exeat, manus ejus perfecte reſtituta eſt ſanitati.

Puerum curvum,

68. Petronus (c) quidam de Caſtro Bitone (d) trium annorum infirmitate conſumptus, totus fere diutini languoris tabe deſiccatus apparuit. Cujus violentia morbi adeo contractus erat in cruribus, ut curvus ſemper & ad terram reflexus, vix cum baculo pergere poſſet. Explorat Pater pueri multorum ſolertiam Medicorum, illorum præcipue, qui fractis oſſibus medendi peritiam habebant. Paratus erat omnia bona ſua expendere pro recuperanda pueri ſanitate. Cumque reſponderetur ab omnibus, nullius artis ope illi morbo poſſe ſuccurri, ad novæ Sanctæ ſuffragia, cujus audiebat magnalia, ſe convertit. Portatur puer ad locum, ubi pretioſa Virginis ſpolia requieſcunt, & non diu ante ſepulcrum jacens, perfectæ ſanitatis gratiam ſumit. Confeſtim namque rectus & ſanus exurgit, ambulans & exiliens, & laudans Deum, & ad S. Claræ laudes populum confluentem invitat. *Act. 3. 8.*

Claudum ex utero Matris,

69. Erat puer decem annorum in villa S. Quirici Aſſiſinatis Diœceſis, claudus ex utero Matris ſuæ, tibias habebat exiles, pedes in tranſverſum jactabat, & tortuoſe deambulans, vix poterat ſurgere, cum cadebat. Mater ejus beato Franciſco pluries eum devoverat, nec ullius meliorationis opem acceperat. Audiens vero beatam Claram novis coruſcare miraculis, ad ſepulcrum ejus puerum deportavit. Poſt aliquot dies ſanatis oſſibus tibiarum, ad rectitudinem ſunt membra reducta, & quod S. Franciſcus multis precibus exoratus non tribuit, ſua diſcipula Clara virtute Divina conceſſit.

Alioſque contractos,

70. Civis Eugubinus, nomine Jacobus de Franco, (e) puerum quinquennem habens, qui debilibus pedibus nunquam ambulaverat, nec poterat ambulare, tanquam oſtentum ſuæ domus, & opprobrium ſuæ carnis deplorabat. Cubitabat in ſolo, reptabat in cinere, volvens ſe quandoque ad ſcamnum, (f) nec ſe potens erigere: cui natura gradiendi deſiderium dederat, negaverat facultatem. Vovent puerum parentes ejus meritis S. Claræ, atque, ut ipſorum verbo dicatur, volunt eſſe hominem ſanctæ Claræ, ſi per eam ſanitatem fuerit conſecutus. Protinus voto emiſſo, Virgo Chriſti ſuum hominem ſanans, liberæ ambulationis officium in oblato ſibi puero reparavit. Illico parentes ad Virginis tumulum cum puero properantes, cum ſubſilientem & gaudentem Domino obtulerunt.

Vel paralyticos,

71. Mulier quædam de Caſtro Me-

va-

(a) In Chron. Minor. *Quidam Civis de Peruſia*.

(b) Cod. Bod. addit *Martini*, & in Chron. Minor. *dictus Joannes Martinus de Bonis*.

(c) Al. *Patronus*, in d. Chron. Minor. *Petronius*.

(d) In d. Chron. Min. de *Caſtrovitolio*; ſed in eod. Cod. Bod. *Bitoniæ*, quæ veriſimiliter eſt olim dicta *Vettona*, poſtea nuncupata *Bittona*, olim Epiſcopalis Umbriæ, nunc Caſtrum, apud Tiniæ & Aſii fluviorum confluentiam, inter Mevaniam 6. & Peruſiam 8. mil. paſſ. Vid. Lexic. Geograph. Philip. Ferrarii cum additament. Michael. Anton. Baudrand, & Domin. Magri. De *Betonio* ſupra cap. 5. num. 43.

(e) In Chron. Minor. *de Franchis*.

(f) Cod. Bod. *bancum*.

Digitized by Google

vanii, (a) Plenaria (b) nomine, diu contractionem rerum perpessa, non nisi baculo sustentata poterat ambulare. Adminiculo tamen baculi non curvum erigebat corpus, sed nutantes utcumque trahebat gressus. Deferri se fecit quodam die Veneris ad tumulum S. Claræ; ubi preces ad eam devotissime fundens, celeriter obtinuit, quod fideliter postulavit. Sequenti nanque Sabbato, integra sanitate obtenta, propriis pedibus est reversa, quæ fuerat per alios adducta.

Ac aliis morbis afflictos,

72. Tumores gutturis, quos vulgari sermone scrofulas (c) vocant, puella quædam Perusina cum dolore multo diu portaverat. Viginti quidem glandulæ numerabantur in gutture, ut ipsum puellæ guttur satis capite crassius videretur. Duxit eam sæpe Mater ejus ad memoriam Virginis Claræ, ubi ipsius Sanctæ beneficium devotissime implorant. Cumque tota quadam nocte ante sepulcrum puella jaceret, prorumpente sudore, strumæ illæ mollificari cœperunt, atque de suo loco paululum commoveri. Processu vero temporis, per S. Claræ merita sic evanuerunt, ut nulla penitus vestigia remanerent.

Qui patrocinium Sanctæ imploraverant,

73. Consimile malum una de Sororibus, Andrea nomine, dum adhuc in carne Virgo Clara maneret, portabat in gutture suo. Mirum certe, quod in medio lapidum ignitorum anima tam frigida latitabat, & inter prudentes Virgines desipiebat (d) imprudens. Hæc siquidem nocte quadam guttur suum usque ad præfocationem constrinxit, ut globum illum per buccam projiceret, volens de seipsa Divinam supergredi voluntatem. Sed hoc incontinenti per spiritum Clara cognovit. Curre, inquit uni, curre velociter in inferiorem domum, & ovum calefactum Sorori Andreæ de Ferraria sorbendum præbe, simulque cum illa ad me ascende. Properans illa, reperit dictam Andream loquela privatam, propriæ manus injectione suffocationi propinquam. Relevat eam, ut potest, & secum ducit ad Matrem; cui & dixit Famula Dei: Misera, cogitationes tuas Domino confitere, quas & ego bene cognovi. Ecce quod sanare voluisti, sanabit Dominus Jesus Christus. Sed vitam muta in melius, quoniam de infirmitate alia, quam patieris, non consurges. Ad cujus verbum spiritum compunctionis accepit, & vitam satis egregie mutavit in melius. Post modicum ergo sanata de scrofulis, de alia infirmitate migravit.

Ezech. 28. 16.

Et quosdam e faucibus luporum

74. Crudelium luporum feralitas sæva contractam (e) vexare solebat: qui in ipsos homines irruentes, humanis sæpe carnibus pascebantur. Mulier ergo quædam, nomine Bona, de Monte Galliano (f) Assisinatis Diœcesis, duos filios habens, unius, quem lupi rapuerant, vix planctum compleverat, (g) cum ecce ad secundum consimili ferocitate festinant. Stante nanque Matre in domo, & aliquid rei familiaris agente, puero deambulanti exterius lupus dentes infigit, ac per cervicem mordens, cum tali præda ad sylvam quantocius tendit. Audientes autem pueri stridores homines, qui erant in vineis, ad Matrem clamant, dicentes: Vide, si filium tuum habes: quoniam ploratus insuetos paulo ante persensimus. Cognoscens Mater filium a lupo direptum, clamores in excelsum levat, & ululatibus aerem complens, Virginem Claram invocat, dicens: Sancta & gloriosa Virgo Clara, redde mihi miserum filium meum. Redde, ait, redde infelici Matri natellum. Quod si non feceris, me ipsam aquis suffocabo. (h) Currentes itaque vicini post lupum, reperiunt infantulum a lupo in sylva dimissum, & canem juxta puerum ejus vulne-

---

(a) Al. *Menanii*; sed *Mevanii* apud Wadding. *Mevania*, vulgo Bevagna, Urbs olim Episcopalis, nunc Castrum Umbriæ, Propertio alumno nobilis, armentorum ferax, de qua Lucanus Lib. 1.

Est, qui tauriferis ubi se Mevania campis.

De eadem Colum. L. 3. c. 18. & Plin. L. 35. cap. 14. & de *Mevanatibus*, *Mevanienſibus* Lib. 3. cap. 14. Item de *Bevanio* infra in Legen. Min. S. Franc. num. 41. Et de *Castro Bevanii* in Leg. ma. cap. 12.

(b) Al. *Pleneria*; sed apud Chron. Minor. & Wadding. *Plenaria*.

(c) *Scrofola* Italice, Latine *strumæ*.

(d) Cod. Corſ. *ſtultizabat*.

(e) Sed quam? Vallis Spoletanæ, ut in Chron. Ord. Minor. Lib. 8. cap. 31. ubi in margine allegantur Chronica antiqua.

(f) In Chron. Minor *de Monte Galieno*.

(g) Cod. Bod. *deplangebat*; verbum autem *deplangere* habet ipsemet S. Bonav. cap. 1. Soliloq. & infra in Carminib. Leonin. De Doctr. proficien. v. 150.

(h) Al. *necabo*.

Digitized by Google

nera delingentem. Cervici primos injecerat morsus bestia fera: dehinc ut prædam levius ferret, ipsius pueri renibus suas impleverat fauces, & utrobique non levis attractus signa reliquerat. Voti compos effecta mulier, cum suis vicinis ad suam properat adjutricem, & pueri varias plagas omnibus videre volentibus monstrans, Deo & S. Claræ gratias copiosas exsolvit.

Prodigiosa eripit; 75. Puella quædam de Castro Canarii (a) clara die in agro sedebat: in cujus sinu mulier altera reclinaverat caput. Et ecce lupus hominum rapax, furtivos ad prædam concitat gressus. Quem tamen puella vidit: sed quia canem credidit, non expavit. Cumque infantula cœpto intenderet scrutinio capillorum, efferatur in illam bestia truculenta, ejusque vultum suo vasto hiatu concludens, prædam portabat ad sylvam. Surgit protinus mulier stupefacta, & S. Claræ memor, clamores suscitat, dicens: Succurre sancta Clara, succurre; tibi in hac hora puellam istam commendo. Ipsa denique, mirabile dictu, quæ lupi dentibus portabatur, contra lupum invehitur, dicens: Portabis me tu latro ulterius, tantæ Virgini commendatam? Qua invectione confusus, puellam statim in terram molliter posuit, & quasi latro deprehensus, festine discessit. (b)

Ac propter hæc crebra miracula 76. Residente autem in sede beati Petri clementissimo Principe Domino Alexandro IV., (c) Viro totius sanctitatis amico, qui & Religiosorum tutela, & Religionum firma columna erat, cum horum mirabilium relatio curreret, & de die in diem fama virtutum Virginis latius resonaret, Canonizationem tantæ Virginis ipse jam mundus cum desiderio expectabat. Dictus itaque Pontifex, tantorum turba signorum quasi re insolita (d) excitatus, de Canonizatione ejus una cum Cardinalibus cœpit habere tractatum. Committuntur Personis solemnibus & discretis examinanda miracula, vitæ quoque magnalia discutienda traduntur. (e) Invenitur Clara, dum viveret, omnium virtutum exercitio clarissima; invenitur post transitum veris & probatis miraculis admiranda. Die enim (f) ad hoc statuta, cum cœtus Cardinalium convenisset, Archiepiscoporum & Episcoporum conven-

(a) Al. *Cannarti*, Cod. Bod. *Carnarii*. In suprad. Chron. Ord. Minor. L. 8. c. 31. *Villa Canarii*. *Canaria* oppidum ab Assisio ad quartum lapidem distans, infra quod Asius flumen in Tinnam, Silio Lib. 8. Tinnam, amnem descendit. Wadding. ad an. 1221. num. 12.

(b) De lupis itidem obsequentibus S. P. Francisco infra in Leg. ejus Mi. num. 40. Quisquis autem legerit hactenus recensita miracula, nolim ut imitetur Joannem Clericum, virum quidem eruditionis fama celebrem, ast audaciæ incredibilis infamia longe superiorem, omnibus etiam, qui scriptis tradiderunt miracula Dei virtute a Sanctis patrata, ipsisque adeo sanctissimis Viris, per quos ea edita fuere, maledicentem; sed legat potius, ut saniora discat, Virum Cl. Hieronymum de Prato Veronensem Congregationis Oratorii ejusdem Civitatis Presbyterum, a quo in Præfatione ad omnia Sulpicii Severi Opera §. 8. & seqq. ille intemperantissimus Criticus suis ipsismet verbis & argumentis, quasi alter Goliath suo ipso gladio, obtruncatur.

(c) Exeunte Christi anno 1254. ad apicem summi Pontificatus evecto.

(d) Cod. Bod. *in rem insolitam*.

(e) Hujusmodi examen, atque discussio veritatem miraculorum & Canonizationis probat. Et in hoc negotio quanta maturitate & consilio opus sit, ostendit ipse Pontifex Alexander IV. dum adhuc esset Card. & Episc. Ostien., supra cap. 7. num. 58. Et Raynaldus in Annal. Eccl. ad an. 1255. num. 25. & seqq. alia dat exempla ejus maturitatis & consilii in decernendo Sanctorum cultu, re certe gravissima; puta in demandando accuratiori iterato examine super sanctitate vitæ & miraculis Augustini Nidrosiensis Archiepiscopi, qui miraculis in Norvvegia efflorescebat: in revocandis ad examen cœlestibus prodigiis Nicolai, Canuti Regis Daniæ filii: nec non in penitius explorandis S. P. F. Stigmatibus, eorumque veritate *oculis propriis conspicienda*, uti etiam lego in Chron. MS. 24. Ministror. General. sub an. 1254. fol. m. 149. retro. Addo aliud exemplum severitatis judicii laudati Pontificis deductum ex antiqua Vitæ Synopsi S. Stanislai Ep. & Mar. in qua narratur, quomodo idem adhuc Card. Ostien. obsliterit Canonizationi ejusdem S. Stanislai, & nonnisi manifesta ipsiusmet S. Martyris apparitione inductus fuerit ad eam promovendam. Unde ingens subit animum admiratio, quod post adeo solemnem S. Claræ Canonizationem, a tam rigido miraculorum investigatore factam, nihilominus inventus fuerit quidam temerarius Concionator, qui huic gravissimo tanti Pontificis judicio in publico Sermone audacter obstreperet; & quod insanam hujus Concionatoris temeritatem longe superaverit impietas Centuriatorum Magdeburgensium. Vid. Wadding. in Annal. Min. ad an. 1260. num. 41. Harold. in Epit. Annal. Min. ad eundem an. 1260. num. 7. Raynald. in Annal. Eccl. ad an. 1225. num. 24. & Acta Sanctor. 12. Aug. Comment. præv. Guilielmi Cuperi §. 4. num. 62. & seqq.

(f) Breviar. Griesen. Lect. 9. *autem*.

Digitized by Google

ventus adeſſet, Cleri concio ac Religioſorum, Sapientum quoque & Potentum plurima multitudo aſſiſteret, Summo Pontifice illud ſalubre negotium in medium proponente, ac Prælatorum judicium ſciſcitante, univerſi prompto favore propenſius annuentes, Claram dicunt clarificandam in terris, quam Deus clarificavit (a) in excelſis.

Solemniter catalogo Sanctorum adſcribitur.

77. Inſtante vero die migrationis ejus (b) ad Dominum, duobus annis ab ipſius tranſitu revolutis, Prælatorum & totius Cleri multitudine convocata, ſermone quoque præmiſſo, felix Alexander, cui hæc a Domino fuerat gratia reſervata, cum celebritate permaxima Sanctorum catalogo Claram reverenter adſcripſit, Feſtumque ejus ſolemniter in tota Eccleſia (c) celebrandum inſtituit, atque ipſe prius cum tota Curia ſolemniſſime celebravit. Acta ſunt autem hæc apud Anagniam in Eccleſia Majori, anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo quinquageſimo quinto (d) Pontificatus Domini Alexandri anno primo: (e) ad laudem Domini Noſtri Jeſu Chriſti, qui cum Patre & Spiritu ſancto vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen. (f)

(a) In d. Breviar. ibi *clarificare voluit*.

(b) Nempe *craſtino beati Laurentii*, ſive 11. Aug. ut ſupra num. 57.

(c) Lect. 9. d. Breviar. Grieſen. in Translatione S. Claræ Virginis hæc additur *pridie idus Auguſti, & pridie Idus Auguſti* in ejus quoque Calendario; quod apprime concordat cum ipſamet Canonizationis Bulla in Bullario Romano Laertii Cherubini To. 1. a pag. 81. per illa verba: *Pridie Idus Auguſti Feſtum ejuſdem Virginis devote & ſolemniter celebretis, & faciatis a veſtris ſubditis venerabiliter obſervari*. Hinc in Chron. MS. 24. Miniſtrorum Generalium fol. m. 175. lego „ In Capitulo Romæ anno ab „ Incarnatione Domini MCCLVI. (a Nativi„ tate MCCLVII.) in Feſto Purificationis bea„ tæ Mariæ celebrato, Domino Alexandro Pa„ pa IV. præſente, fuit ordinatum, quod de „ Beata Clara fieret de cætero Feſtum du„ plex.“ Vid. Prodr. col. 17. not. *d*. & ſupra cap. 6. ad fin. num. 57. in not. *n*.

(d) Cod. Bod. *ſexto*; ſed *quinto* etiam in d. Lect. 9. ac ipſamet Canoniz. Bulla.

(e) Die, inquam, tali; ſed habetur in eadem Bulla Canonizationis, apud Sedulium in Hiſtor. Seraph. pag. 550. ac d. Bullar. *Sexto Calendas Octobris*; apud Wadding. vero in Annal. Minor. ad ann. 1255. num. 6. & Illuſtriſſ. Fontaninium in noviſſima Editione Romana Codicis Canonizationum pag. 96. *XIV. Kalendas Novembris*; apud alios alia die. Et quare? Sapienter inibi ad id reſpondet Fontaninius in notis: *Hæc diſſenſio inde orta, quod plures Bullæ ea de re non uno tempore datæ fuerint. Etenim illo ævo non ſemper Viri Sancti illa ipſa die Canonizati ſunt, qua Bullæ vulgatæ, ut ſæpe obſervatum*. Sed de acta hujuſmodi Canonizatione *inſtante die migrationis ejus* (Aug. 11.) *duobus annis ab ipſius obitu revolutis*, omne dubium præſens Legenda nobis ademit.

(f) Similis quoque clauſula in calce Legendæ Ma. S. Franc. poſt recenſita miracula.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

LECTIONES NOVEM

IN FESTO S. CLARÆ.

Lectio prima. (a)

VEnerabilis Chriſti Sponſæ, Deoque dicatæ Virginis Claræ natalitium diem, Fratres cariſſimi, honorificentia debita celebrantes, (b) ſacra vitæ ipſius primordia, proceſſum, & exitum percurramus. Originis quidem nobilitate, & converſationis honeſtate, præclaris exorta parentibus, poſt acceptam ſupernæ gratiæ claritatem, non ſolum in Urbe Aſſiſio claruit, verum etiam in Orbe mundano clarior ipſa refulſit. (c) Nam (d) cum Mater ipſius, nomine Hortulana nobilem hanc plantulam uteri ſui geſtaret in hortulo, & partui jam vicina ante Crucem Crucifixum oraret attente, ut eam de partus periculo ſalubriter expediret, audivit vocem dicentem ſibi: Ne paveas Mulier, quia quoddam lumen ſalva parturies, quod ipſum mundum clarius illuſtrabit. Quo edocta oraculo, jam natam infantulam, & ſacri Baptiſmatis unda renatam, Claram vocavit, (e) indubitabili fide tenens, manifeſtandam in ea fore de proximo a Deo ſibi promiſſi cœleſtis luminis claritatem.

Lectio ſecunda.

Edita mox in lucem parvula Clara, tempeſtiva velut aurora, Divinorum cœpit cariſmatum lumine clareſcere, ac inter teneros annos laudabilium morum ingenua probitate clarere. Pietatis quidem ſuavitate repleta, tam ex dono naturæ, quam gratiæ, manum libenter extendebat ad pauperes. Et ut ſacrificium ſuum gratius Deo foret, proprio corpuſculo delicata ſubtrahebat cibaria, clamque per internuntios mittens, reficiebat viſcera pupillorum. Sanctæ orationis ſtudium (f) habebat amicum, ubi Chriſti Jeſu ſæpius odore bono reſperſa, ſuaviſque ſpiritus guſtu ad perennes attracta delicias, paulatim vitam cœlibem actitabat. Sub veſtibus quoque pretioſis, ac mollibus, cilitiolum gerebat abſconditum, & tanquam nobilis altera Virgo Cæcilia mundo exterius florens, Chriſtum interius induens, diſſimulato in poſterum mortali conjugio, virginitatem ſuam Domino commendabat. Prov. 31. 20. 2. Cor. 2. 15. Gal. 3. 27.

Lectio tertia.

Suavibus proinde, (g) velut aromatica cella, redundans unguentorum odoribus, ore vicinorum laudari cœpit neſcia, & ſecretos actus veridica fama prodente, rumor bonitatis ejus vulgabatur in populo. Talia fuerunt in domo paterna ſuæ delibamenta virtutis, tales primitiæ ſpiritus, talia præludia ſanctitatis. Audiens vero tunc celebre nomen Franciſci, qui, velut novus homo miſſus a Deo, obliteratam perfectionis viam, Crucifixi ſectando veſtigia, renovabat; inſpirante Patre ſpirituum, ubi opportunitas ſocietatis & temporis affuit, ad eundem ſe contulit, Iſa. 39. 2. Jo. 1. 6.

(a) Pariter D. Bonav. Legendam Ma. S. Franc. in varias Lectiones diſtribuit, & inter ejus Opera relata a Joan. Franc. de Pavinis recenſentur *Legendæ & Officia*.

(b) In Kalend. membr. Cod. Grieſen. rubris characteribus *Pridie Idus Auguſti : Sanctæ Claræ Virginis Duplex majus*.

(c) Ita fere Mombritius ex antiquioribus Monumentis; nec non Hilarion Monachus Benedictinus in Legendario abbreviato, ſeu Supplemento Jacobi de Voragine, ſeu de Varagine fol. 72. Sed & *nobilibus orta parentibus* dicitur etiam a Petro de Natalibus, poſtea Epiſcopo Equilino, in Catal. Sanctor. Lib. 7. cap. 52. Quodve multo magis eſt, *genere nobilis, ſed converſatione nobilior*, celebratur in ipſa Bulla Canoniz.

(d) Prædicta omnia deſunt in Breviar. Romano-Franc. die 12. Aug. in Feſto S. Claræ, in quar. Lect. ſecun. Noct. ubi natalitius ejus dies ſolemniter celebratur.

(e) Item hæc quæ ſequuntur uſque ad init. 2. Lect. incip. *Edita mox &c.*

(f) In d. Breviar. ab his incipit Lect. 5.

(g) In eod. ſeqq. omittuntur uſque ad *Audiens verò &c.*

Digitized by Google

lit, suique cordis arcanum desiderium patefecit. Suadente igitur Viro Dei mundi contemptum, & more fidelissimi Paranymphi dulcia Christi connubia virgineis auribus instillante; non trahit in longum Virgo præclara consensum: quinimo cœlestis ignis ardore succensa, terrenæ gloriæ vanitatem ex alto contemnit; carnis illecebras prorsus horrescit; thorum in delicto se nescituram
Sap. 3. 13. proponit; ac ejusdem beati Patris consiliis totaliter se committit.

Lectio quarta.

Jubet ex hoc (*a*) Dei Famulus, celebritate imminente Palmarum, ut in die Festo ornata procedat ad palmam cum
Hebr. 13. 13. frequentia populorum, ac nocte sequenti cum Christo exiens extra castra, mundanum gaudium in luctum convertat Dominicæ passionis. Igitur domo, Civitate, & consanguineis derelictis, ad Sanctam Mariam de Angelis (*b*) festinavit: ubi Fratres, qui in Aula
Matth. 25. 1. & seqq. Dei sacras observabant excubias, prudentem Virginem, obviam Sponso cum lampade non vacua procedentem, gestantes & ipsi lucernas ardentes in manibus, (*c*) exceperunt: eamque post crinium attonsionem coram Altari Virginis Matris habitu Religionis indutam ad vicinum quoddam Sanctimonialium Monasterium deduxerunt. (*d*) Nec decuit alibi florigerum virginitatis Ordinem ad vesperam temporum (*e*) excitari, quam in ejus thalamo, quæ prima omnium, atque digniſſima sola extitit Mater & Virgo; ut quasi ante ipsius sacratissimum thorum humilis Ancilla sublimi thoro conjuncta, (*f*) de-
In Comm. Virg. 1. Noct. Antiph. 2. & in Offic. par. B. M. V. 1. Noct. Antiph. 3. cantanda jugiter dulcia cantica drama-

tis Angelica primitus unctione perciperet, & acroamatica postmodum jubilatione cantaret. (*g*)

Lectio quinta.

Gravi post (*b*) hoc consanguineorum persecutione Deo sacratæ Virgini ab hoste humani generis susciteta, sed cœlestis dexteræ superata virtute, ad Ecclesiam S. Damiani, de cujus reparatione Vir Dei Franciscus voce de ipsa Cruce mirabiliter ad se facta mandatum acceperat, una cum Sorore Virgine, nomine Agnete, per ipsius preces & lacrymas ad similia vota conversa, commigravit. (*i*) In hujus locelli ergastulo pro cœlestis amore Sponsi Virgo se Clara conclusit. In hoc a mundi tempestate se celans, corpus quoad vixit, carceravit. In hujus ca- *Cant. 2. 14.* verna maceriæ, velut gemebunda simplexque columba nidificans, Virginum Christi Collegium genuit, Monasterium sacrum instituit, Pauperumque Dominarum Ordinem inchoavit. (*k*)

Lectio sexta.

Opinione siquidem sanctitatis ejus circumquaque diffusa, in odorem spiri- *Cant. 1. 3.* tualium unguentorum cœperunt adolescentulæ currere (*l*) omnique suavitati mundialium (*m*) gaudiorum, Sponsi cœlestis præferre connubium, pro ipsius amore præcipuo sub clausura perpetua (*n*) vitam satagentes religiosam & cœlibem actitare. Hujus itaque Religionis Christo Domino dedicatæ lapidem se advertens esse primarium, in fundamento sanctæ humilitatis virtutum omnium fabricam collocare sic ab ipso principio

(*a*) Vel hæc inibi spectant ad 5. Lect.

(*b*) Supra in Legen. S. Claræ cap. 1. n. 8. *de Portiuncula*. Unde nuncupata sit quoque *de Angelis*, in Appar. ad Annal. Minor. §. 5. num. 14.

(*c*) De hac Virgine prudente, cum lampade non vacua, sed accensa, procedente obviam Sponso una cum pluribus aliis, etiam in Bulla Canoniz.

(*d*) Supra ibi *ad Ecclesiam S. Pauli*.

(*e*) Dicitur supra init. Prol. ejusd. Legen. *Quasi veterani Mundi senecta vergente*.

(*f*) In 3. Antiph. 1. Noct. prædicti Breviar. *Cuncta pro Christi nomine contemnens crine tonso, coram Altari Dominæ nubit æterno Sponso*.

(*g*) Ita interserere verba Ecclesiæ Divo Bonaventuræ solemne est. Sic autem alludit ad Canticum Canticorum, quod Origenes, S. Gregor. Nazianz. & alii asserunt esse Drama Sponsale, sive Nuptiale Carmen. Unde S. Basil. in illud Isaiæ 5. *Cantabo dilecto meo Canticum dilecti mei*, ait: *Canticum Canticorum Nuptiale est Carmen Dramatica opere pertextum*. Porro *acroamatica* pro *festiva* etiam sumunt Cic. & Suet.

(*h*) In Lect. 6. d. Breviar. nihil est eorum quæ heic sequuntur.

(*i*) Supra in Legen. S. Claræ cap. 1. n. 10.

(*k*) Ibi.

(*l*) Ibi cap. 2. num. 11.

(*m*) Sic vel alibi sæpe.

(*n*) Hinc in Diplomatibus dictæ *Sorores* modo *inclusæ*, modo *reclusæ*, ad distinctionem earum Sanctimonialium, de quibus supra col. 312. not. *e*.

Digitized by Google

ſtuduit, ut cunctis ſibi ſuccedentibus, ſuoque regimini ſubditis, tanquam reputatione propria vilior, obſequio promptior, & cultu deſpectior, in ſemetipſa veræ humilitatis formulam demonſtraret. Nam & regimen Sororum Pauperum, vix etiam per obedientiam coacta, ſuſcipiens, piæ ſubminiſtrationis operibus quamquam deſpicabilibus, & abjectis, humiliato non minus corde, quam corpore, ſollicitius intendebat. (a)

Lectio ſeptima.

Foras exeuntium famularum lutulentos pedes abluens, extergens, & oſculans, juxta noſtri Salvatoris exemplum; intuſque miniſtrantium laborioſis obſequiis, ac ſi ancilla foret emptitia, cum omni promptitudine tenerum exponens corpuſculum, ſanis, infirmis, atque debilibus, tanquam Dominabus ſuis, promptum & hilarem, cum opportunitas aderat, impartiebatur pro viribus famulatum. Sic igitur humilis Franciſci Diſcipula, Magiſtra Virginum jam effecta, ſicut a ſanctiſſimo Patre didicerat, non tam præferri affectabat, quam ſubjici; nec tam obedientiæ ſanctæ jugum aliis imponere, quam portare: (b) quatenus perfectionis omnis radicem humilitatem ſpontaneam, (c) & in ſemetipſa per exercitationis frequentiam rigaret & excoleret, & in filiarum cordibus per exemplaritatis efficaciam complantaret.

Jo. 13. 6.

Lectio octava.

Paupertatis Evangelicæ, cujus indeficientem affluentiam Beatus Pater Filiis in ſucceſſionem hæreditariam dereliquit, (d) hæc tanquam legitima Filia, legitima noluit portione carere. Propter quod in ſuæ converſionis initio paternam hæreditatem, quæ ad eam pervenerat, diſtrahi fecit, ſibique de pretio nil reſervans, totum pauperibus erogavit. Tantum denique cum paupertate fœdus iniit, & amorem contraxit, ut nihil præter Dominum habere vellet; nihil præter neceſſarium victum & veſtitum permitteret a Sororibus recipi; nihil in poſterum reſervari. (e)

Lectio nona.

Paupertatis privilegium a Domino Innocentio III. cum multa ipſius Pontificis dignatione conceſſum, cujus primam notulam (f) propria manu non ſine lacrymis idem conſcripſit Antiſtes, cum Dominus Gregorius IX. paterno compaſſus affectu, mitigare diſponeret, & eandem ſanctam Virginem a voto abſolvere paupertatis tam arctæ; reſpondit Deo cariſſima filia: De peccatis quidem ſe velle libenter abſolvi, non autem de obſervandis conſiliis Jeſu Chriſti. Altiſſimæ ſiquidem paupertatis voto tam forti dilectionis inhæſerat vinculo, ut tolerabilius ei videretur ſævienti ſpiculatori feriendam cervicem protendere, quam tam pretioſæ margaritæ pulchritudinem perdere, facieque roverſa retrorſum a tantæ perfectionis propoſito reſilire. (g)

SAN-

(a) Confer ſupra in Legen. cap. 2. n. 13.
(b) Ibi.
(c) Vid. ſupra Tract. de Humilit. col. 230. n. 9. & col. 232. n. 13.
(d) In Regula FF. MM. cap. 6. & in Teſtam.
(e) Supra in Legen. cap. 2. n. 14.
(f) Ita ibi n. 15. Sed apud Wadding. ad an. 1251. n. 6. in fine *novellam*.
(g) De his & in Bulla Canonizat. apud eundem Wadding. ad an. 1255. n. 6.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

LECTIONES NOVEM

IN TRANSLATIONE S. CLARÆ.

Lectio prima. (a)

ADmirabilis & Venerabilis Virgo Clara, Ancilla Christi fidelissima, & Amica Altissimi, in Monasterio S. Damiani Abbatissa fuit, & Primiceria omnium Pauperum Dominarum. (b) Quadraginta enim duobus annis (c) Virgo præclara in stadio altissimæ paupertatis Deo fideliter serviens, ibidem fregit sui corporis alabastrum. (d) Quibus transactis, & ecce ad bravium supernæ vocationis, præcedente languore multiplici, propinquabat. Vigore siquidem carnis in annis prioribus austeritate pœnitentiæ succumbente, posteriora temporum dura occupavit infirmitas. Excrescentibus autem infirmitatibus cum appropinquaret ad exitum, nulloque per XVII. dies alimento suscepto, tantum fuit a Domino vigorata, ut omnes ad se venientes in Christi servitio confortaret. (e)

Mar. 14. 3.

Phil. 3. 14.

Lectio secunda.

Hora denique sui transitus proximante, ecce quasi nocte media, (f) in vestibus albis turba Virginum ingreditur, serta aurea in suis capitibus deferentes: inter quas una præ cæteris elegantior erat, & tanti splendoris, ut noctem in diei lumen converteret, Virgo scilicet Virginum, Mater Domini Salvatoris. Procedit igitur ad lectum Regina Cœli, ubi Sponsa Filii decubabat, & amantissime super eam se inclinans, amplexum (g) dulcissimum præstat. Profertur a Virginibus miræ pulchritudinis pallium, & Claræ (h) corpus tegitur, & thalamus adornatur. (i) In crastino igitur beati Laurentii (k) egreditur illa Anima sanctissima, præmio perpetuo laureanda, temploque carnis soluto, Spiritus feliciter migravit ad astra. (l) Benedictus sit talis exitus de valle miseriæ, qui factus est ei æternæ vitæ introitus. Jam pro terreno (m) viatico mensa lætatur Civium supernorum, jam pro vilitate cinerum Regno cœlico Clara beatissima, (n) æternæ gloriæ stola decoratur. Anno videlicet ab Incarnatione Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, XII. die Augusti. (o)

Jo. 2. 21.

Lectio

(a) Tam præcedentes in Festo, quam sequentes in Translatione S. Claræ IX. Lectiones, sunt in pluribus Venetis Editionibus Breviar. Rom. an. 1478. 1479. 1490. &c. Nec dubitaverim hujusmodi Officia fuisse diu ante inventionem artis typographicæ usitata; forte quando post S. Claræ apotheosim indulsit Alexander IV. an. 1256. ejus Festum sub ritu duplici solemniter celebrandum, & quando sub eodem an. 1260. ejus solemnis Translatio facta est.

(b) *Sanctæ primiceria paupertatis* dicitur etiam in Auctariis Usuardinis Ultrajectino, Leydensi, Albergensi, ac Danico; & *pauperum primiceria* in Bulla Canoniz.

(c) In Leg. supra cap. 6. num. 51. nec non in Greveniana Usuardi Editione.

(d) Ibi ad fin. cap. 1.

(e) Sic in Breviar. Franc. 3. Octobr. Lect. 4. secundi Noct. nonnullis tamen prætermissis.

(f) Ergo ad Superos abiit *in crastino beati Laurentii*, nempe 11. Augusti; *quasi nocte media*, videlicet nocte concubia, appropinquante ejusdem die 12.

(g) Ibi *complexum*.

(h) Ibi additur *Virginis*.

(i) De hoc etiam Bulla Canonizat.

(k) Ab his in cit. Brev. incipit Lect. 5. Vid. ad fin. cap. 6. Legen. not. *n.* & adde quod supra dictum est *quasi nocte media*.

(l) Inibi heic additur *anno videlicet ab incarnatione Christi millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio, duodecimo die Augusti*. Cætera autem desunt usque ad Lect. 3. mox seq.

(m) Supra in Leg. cit. cap. 6. n. 57. ad fin. *pro tenui*. Item *pro tenui* ibi cap. 3. ab init. num. 19.

(n) Ibi *Regno beata cœlico*.

(o) Ibi deest. Intellige de *die XII. Augusti*, in quam inciderunt solemnissimæ ejus exequiæ; vel de Ecclesiastica *die XII. Augusti*, a primis vesperis incipiente in die naturali *XI. Augusti*. Hinc in editis FF. MM. Chronicis L. 8. c. 27. recte dicitur *mortua* 11. *Augusti*, *sepulta* 12. *Augusti*. Sed & dici potest, ejus transitum con-

Digitized by Google

Lectio tertia.

Rumor incontinenti de tranſitu Virginis totum ſtupendo auditu concutit populum Civitatis. Confluunt viri, confluunt mulieres ad locum; atque in tanta multitudine gentes inundant, ut ſola videretur Civitas remanere. Omnes Sanctam, omnes Deo caram proclamant. Accurrit Poteſtas cum caterva Militum, & multitudine armatorum; ſeroque illo, (a) ac tota nocte cuſtodias adhibent diligenter, ne forte pretioſo (b) theſauro, qui jacebat in medio, pati contingeret detrimentum.

Lectio quarta.

Commovetur ſecunda die Curia tota Romana, Chriſti videlicet Vicarius cum Cardinalibus, accedentes ad locum, totaque Civitas verſus ſanctum Damianum dirigit greſſus. Perventum enim erat ad celebrandum Divina, & Fratribus incipientibus Officium Mortuorum, repente Dominus Papa, ſcilicet Innocentius IV. Officium de Virginibus fieri debere proloquitur, ut prius eam canonizare videretur, quam corpus eſſet traditum ſepulturæ. Reſpondente vero Viro Eminentiſſimo Domino Oſtienſi, (c) moroſius in his fore agendum, Miſſa de mortuis celebratur. Conſedente poſtmodum ſummo Pontifice, Cardinalium quoque, & Prælatorum cœtu, Oſtienſis Epiſcopus de vanitate vanitatum ſumpta dicendi materia, vanitatis contemptricem nobili ſermone commendavit. Circumdant illico ſanctum funus dignatione devota Presbyteri Cardinales, & circa Virginis corpus ſolita complent officia. (d)

Lectio quinta.

Tandem quia nec tutum cenſetur eſſe, nec dignum, ut tam pretioſum pignus longe diſtet a Civibus, levatur corpus cum hymnis & laudibus, cum clangore tubarum, & jubilatione ſolemni, & ad ſanctum Georgium honorifice deportatur. Nam & hic locus ille eſt, ubi ſancti Franciſci corpus XXVII. annis ante (e) honorifice poſitum fuerat, ut qui viam vitæ viventi paraverat, & morienti locum, quodam præſagio futurorum, debite præpararet. Factus eſt proinde concurſus populorum multorum ad tumulum Virginis (f), laudantium Deum atque dicentium: Vere ſancta, vere glorioſa regnat cum Angelis, quæ tantum ab hominibus honorem ſumit in terris. (g) Cœpit enim illico præclariſſima Virgo Clara claris miraculorum prodigiis coruſcare. Nam & a die tranſitus ſui uſque in præſens admirandarum virtutum operibus radiare non ceſſans, luce clarius manifeſtat, quod quia paupertatis, obedientiæ, atque caſtitatis votum perfecte ſervavit, tanquam totius perfectionis Evangelicæ cardinem, (h) ad claritatem ſupernæ gloriæ introducta eſt.

Lectio ſexta.

Illa enim ſunt ſigna mirifica, illa miraculorum teſtimonia veneranda, quæ in morum ſanctitate, & operum perfectione conſiſtunt. Joannes quidem Baptiſta nullum ſignum fecit; non tamen erunt Joanne qui ſigna faciunt ſanctiores. Ideoque ſufficeret ſanctæ Virgini Claræ, ad teſtimonium ſanctitatis, perfectæ vitæ ſuæ præconium; niſi interdum aliud expoſceret partim tepor, partim devotio populorum. Clara itaque dum viveret in ſæculo, miraculis & virtutibus pollens, in abyſſum perpetuæ claritatis abſorpta, nihilominus miraculorum luce per mundi cardines mirifice declaratur. (i) Nam ad ipſius invocationem devotam febres curabantur, cæci illuminabantur, & a diver-

Jo. 10. 41.

---

contigiſſe *XII. die Auguſti*, initio hujus diei ducto a prima hora noctis præcedentis, more Italorum.

(a) Supra cap. 7. in Legen. n. 58.

(b) Ibidem *de pretioſo*; ſed ſine *de* etiam Lect. 5. Breviar. Franc.

(c) *Raynaldo*, ſive *Reginaldo*, poſtea Romano Pontifice, ſub nomine Alexandri IV. ut notavi ſupra in Legen. cap. 6. n. 52.

(d) Confer ſupra in d. Legen. ibi, ac in d. Breviar. Franc. ibi, & Lect. 6.

(e) Lect. 6. Breviar. Franc. 3. Octobr. *viginti octo annis ante*.

(f) In Breviar. Franc. cit. Lect. 6. poſt hæc continuo ſubjungitur: *ipſaque vitæ ſanctitate clara cœpit etiam clarere miraculis*, cæteris, quæ ſequuntur, omiſſis.

(g) Confer rurſum in ead. Leg. ibi n. 59.

(h) *Omnis perfectionis ſpeculum, & lucerna* dicitur in pluribus Uſuardi Auctariis; *clarum exempli ſpeculum* in Bulla Canonizat.

(i) In ſæpe d. Legen. n. 60.

Digitized by Google

versis & variis languoribus & infirmitatibus multi liberabantur. Ex quibus cogit jurata, & sincera veritas, aliqua scribere, & cogit multitudo quam plura transire. (a)

Lectio septima.

Jacobus (b) filius Spoletinæ XII. annos (c) cæcitate percussus, ducem itineris semper sequebatur, nec sine ductore quoquam poterat, nisi in præcipitium ambulare. Hic, cum juxta pontem Narniæ (d) quadam nocte dormiret, apparuit ei quædam Domina in somnis, ei dicens: Jacobe, (e) quare non venis ad me Assisium, & liberaberis? (f) Qui mane consurgens, duobus aliis cæcis (g) recitat visionem præfatam. (h) Respondent illi: Dominam quandam nuper audivimus in Assisii Civitate migrasse, cujus meritis multa mirabilia manus Domini dicitur perpetrasse. (i) Quo audito non piger (k) factus, concite properat, & nocte sequenti (l) apud Spoletum hospitatus, eandem cernit iterum visionem. (m) Tandemque Assisium perveniens, (n) cum magna difficultate ad tumbam Virginis pervenire potuit. Quo postquam pervenit, calceamenta deposuit, vestes exuit, collum corrigia cinxit; & sic humiliter sepulcrum contingens, lentum somnum incurrit. Surge, inquit ei beata Clara, quia liberatus es. Extemplo surgens, omni cæcitate discussa, dum clare per Claram luminis claritatem recuperat, Claram laudando clarificat; & ad ipsius laudes omnes gentes invitat. (o)

Lectio octava.

Residente autem in sede beati Petri Domino Papa Alexandro IV. viro totius sanctitatis amico, dum horum, & multorum aliorum mirabilium relatio curreret, & ipse jam mundus Canonizationem tantæ Virginis expectaret; dictus Pontifex cœpit habere de hoc tractatum. Committuntur Personis solemnibus & discretis examinanda miracula, vitæ quoque magnalia discutienda traduntur. Invenitur Clara, dum viveret, omnium virtutum exercitio clarissima; invenitur post transitum veris & approbatis miraculis admiranda. (p)

Lectio nona.

Die autem ad hoc statuta, cum cœtus Cardinalium convenisset, Archiepiscoporum, & Episcoporum conventus adesset, Cleri concio, (q) Sapientum quoque & Potentum plurima multitudo; Summo Pontifice negotium in medio proponente, omnes annuentes Claram dicunt esse clarificandam in terris, quam Dominus clarificare voluit in excelsis. Duobus igitur annis ab ipsius transitu revolutis, (r) sermone præmisso, Papa Alexander cum celebritate maxima Catalogo Sanctorum Claram reverenter adscripsit, Festumque ejus in tota Ecclesia pridie Idus Augusti (s) instituit celebrandum. Ipse autem primus cum tota Curia solemniter celebravit. Acta sunt Ananiæ (t) in Ecclesia Majori anno Domini (u) millesimo ducentesimo quinquagesimo quinto, Pontificatus sui anno primo. (x) Et post quin-

---

(a) Ibi; sed ibi alia plura narrantur miracula a num. 61. usque ad num. 65. & a num. 67. usque ad num. 76.

(b) Ibi num. 65. *Jacobellus.*

(c) Ibi *annorum.*

(d) Al. *Vernii, Varnii, Varniæ.*

(e) Ibi *Jacobelle.*

(f) Ibi *ut libereris?*

(g) Ibi heic interseritur *tremebundus.*

(h) Ibi sine *præfatam.*

(i) Ibi *cujus sepulcrum per sanitatum munera, & per multa miracula manus Domini dicitur honorare.*

(k) Ibi *impiger.*

(l) Ibi absque *sequenti,*

(m) Ibi subjungitur: *Ocius advolat totum se pro amore luminis ad cursum præcingens.*

(n) Ibi num. 66. *Perveniens autem Assisium.*

(o) Hactenus per compendium, & adhuc majori compendio in Bulla Canonizat.; sed latius ibi videri possunt descripta miracula.

(p) Confer ibi num. 76.

(q) Ibi *ac Religiosorum.*

(r) Ibi num. 77. præmittitur: *Instante vero die migrationis ejus.*

(s) Vid. Cap. 6. Legen. supra ad fin. n. 57. in not. *n.*

(t) Supra cap. 7. n. 77. *apud Anagniam*, in Bulla Canoniz. *Anagniæ sexto Calendas Octobris.*

(u) Eod. num. 77. *Dominicæ Incarnationis.*

(x) Quæ sequuntur supplevimus ex fine Lect. sextæ 3. Octobr. in Festo Translationis S. Claræ Virg.

Digitized by Google

quinque annos (a) completa Ecclesia (b), & dedicato Altari ad honorem ipsius, sacrum ejus Corpus translatum est. (c)

SE-

(a) Si *post quinque annos* a Canonizatione peracta an. 1255., ergo Translatio facta est an. 1260. ut fieri præcepit Alexander IV. præsentibus Episcopis Perusino, Spoletano, & Assisiate, in Literis ad ipsos *dat. Sublaci quinto Idus Septembris Pontificatus anno sexto*, in MS. quodam Tractatu apud PP. Ord. Min. Conv. Ancon.æ.

(b) Wadding. ad an. 1260. n. 40. de prædicta *Ecclesia* sic „ Completa expensis Pontificis structura duplicis Ecclesiæ intra muros „ Urbis Assisiatis ad Ædem S. Georgii interioris pro Monialibus, exterioris pro collocando sanctissimæ Virginis Claræ Corpore " At continuo subdit, ei consentientibus Haroldo, Arturo, aliisque „ Translatus est summa „ auctoritate pretiosissimus thesaurus a Templo S. Damiani, in quo annis quinque jacuerat, ad novum Templum ejus nomini „ dicatum. " Sed in superiori Lect. 5. una memoratur Ecclesia *S. Georgii*, & in hac Lect. 9. *completa Ecclesia*, utique ejusdem *S. Georgii*, secundum ipsummet Wadding. Et fuisse solemnissime celebratam Translationem Corporis S. Claræ eodem an. 1260. præsentibus laudatis tribus Episcopis, factam *ab Ecclesia S. Georgii ad completam illam Ecclesiam*, lego Par. 2. Chron. L. 2. c. 4. Quod si Translatio facta fuisset *a Templo S. Damiani, in quo annis quinque jacuerat*; non unam, sed duplicem Translationem S. Claræ necesse foret admittere: unam a *S. Georgio*, ubi primum fuit sepulturæ tradita, ad *S. Damianum*; & alteram *a Templo S. Damiani, in quo annis quinque jacuerat, ad novum Templum ejus nomini dicatum*: illam post biennium, quum Sanctorum catalogo adscripta fuit an. 1255.; alteram post quinquennium, nimirum prædicto an. 1260. Ubinam autem gentium mentio hujus geminæ Translationis? Prioris altum est certe silentium in memoratis Chronicis, in superiori Legenda præfatisque Lectionibus. Quæ quidem dicta velim, non quasi videar aliquid sapere supra primum eumque præclarissimum Annalium nostrorum Parentem, quod absit; sed animo mea proponendi dubia, quæ sapientiorum judicio lubenter submitto.

(c) Wadding. ibi prosequitur sic „ Secutæ „ sunt Magistram Discipulæ, commutantes antiquum & angustum Recluforium novo, „ amplo, capaci Parthenone, quem primum „ inchoasse Gregorium IX. scripsimus superius. „ Non immerito concessus eis locus, in quo „ Institutor alias jacuit, & Magistræ deponebantur exuviæ. Facta est Translatio magna „ cum solemnitate in Vigilia S. Institutoris; „ sed propter solemnitatem Festi S. Francisci „ celebratur secunda die mensis Octobris. " Ego autem censuerim *Translationem celebratam secunda die mensis Octobris*, non *propter solemnitatem Festi S. Francisci*; sed quia revera facta est *in Vigilia S. Institutoris secunda die mensis Octobris*, die quidem Sabbati, in quo, eo anno bissextili, erat Vigilia S. P. F. ob interjectam Dominicam. Unde non satis capio quod ait Wadding. *Facta est Translatio magna cum solemnitate in Vigilia S. Institutoris, sed propter solemnitatem Festi S. Francisci celebratur secunda die mensis Octobris*; quasi vero *Vigilia S. Institutoris* tunc non inciderit in *diem secundam mensis Octobris*. Addit idem Wadding. ad an. 1357. n. 1. „ Guielmus Farinerius Cardinalis, & Sodalitii „ Minorum Vicarius Generalis, indixit hoc „ anno Comitia totius Ordinis celebranda Barchinonæ, in quibus electus est in Ordinis „ Præfectum Frater Joannes Bucchius Provinciæ Aquitaniæ, sacræ Theologiæ Magister, „ & constitutum est, ut Festum Translationis „ S. Claræ tum a Minoribus, tum a Clarissis „ fieret secunda die Octobris, ne impedimento „ esset Vigiliæ, aut primis Vesperis S. Francisci, licet usque ad illud tempus celebrari „ soleret in ipso Profesto Sancti Patriarchæ. " Mihi autem in vigesimo quinto Generali Capitulo Barchinonæ celebrato eod. an. 1357. sub eodem Farinerio Card. Presbyt. tit. SS. Petri & Marcellini, ac Vicario Generali Ordinis, ita apud Chronolog. Historico - Legal. Seraph. Ord. pag. m. 85. legenti: *In quo Capitulo statutum fuit, ut Festum Translationis S. Claræ celebraretur sub ritu duplici, die secunda Octobris*, liceat inferre, non quod *usque ad illud tempus celebrari soleret in ipso Profesto sancti Patriarchæ*; sed quod non *soleret celebrari sub ritu duplici, die secunda Octobris*. Et tam in Kalend. Griesen. quam in aliis pluribus, etiam in Martyr. Franc. Arturi, atque insuper in Chron. MS. 24. General. Ministror. fol. m. 293. dies 2. Octobris pro Translat. S. Claræ constituta est; & loco diei 2. Octobris fuit suffecta dies 3. ejusd. Octobris in Vig. S. P. F. tantum propter Festum Angelorum Custodum 2. die Octobr. Nunc autem fit 3. Octobr. in Vigilia S. Patriarchæ, absque eo quod *impedimento sit primis ejusdem Vesperis*.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
LEGENDA MINOR S. FRANCISCI.

ADMONITIO.

Quum indubium eſt, Seraphicum Doctorem eſſe utriuſque Legendæ, *cum* Majoris, *tum* Minoris S. P. Franciſci *parentem, cujus quidem veritatis longe locupletiſſimus teſtis eſt ipſemet* S. Bonaventura *ad finem hujus num.* 61. *tam mirum mihi videtur* Majorem *quidem in Collectionibus ipſiuſmet Seraphici Doctoris Operum locum obtinuiſſe,* Minorem *vero minime; cum tamen hujus* Minoris *auctoritas minor non ſit, ſed major, utpote in uſum Divinorum Officiorum deducta, atque ad id* Minor *ipſa valde conducat, ut appareat utriuſque concentus, ut in ſumma habeantur latius expoſita, & non deſint quæ in* Majori *ipſa deſiderantur. Hinc operæ pretium exiſtimavi, huic hujuſmodi defectum ſupplere, eamque ad fidem MSS. Codd.* Magni Conventus Aſſiſien. S. Franciſci Ord. Minorum Convent. *in plures tributam Lectiones, publicare. Sic autem ipſi præmittitur.* „ Hæc Minor vita Beati Franci„ ſci ad hoc de Majori excerpta eſt, ut in Breviariis portatilibus, & etiam „ choralibus habeatur. Et legetur de ipſa in Choro ſecundum quod in ea ſunt „ Lectiones diſtinctæ, ut in Feſtivitatibus Beati Franciſci, & per Octavam Na„ talis ejus. Convenientius de ea legi poteſt ad Menſam ipſis diebus Feſtivi„ tatum Beati Franciſci. Major vero vita haberi debet merito in Locis ſingu„ lis ad ædificationem Fratrum. Scriptores ergo compellantur tenere puncta„ tiones, & literam exemplaris, & juxta exemplar hoc errores illorum per „ Fratrum diligentiam corrigantur. “ *Quod autem hæc* Minor Vita Beati Franciſci ad hoc de Majori excerpta ſit, ut in Breviariis portatilibus haberetur, *patet ex* Alexandro Arioſto *relato in* Prodromo col. 244. *nec non ex Breviario in membranis nitidiſſimis excuſo, quod mihi liberaliſſime commodavit de hoc* Supplemento *optime meritus* Illuſtriſſimus ac Reverendiſſimus D. Albertus Præpoſitus Grieſenſis Can. Reg. S. Aug. *In quo quidem Breviario ipſamet* Legenda Minor *a capite ad calcem, prout digeſtam teſtatur* Bonifacius Ceba, *ſeu* Ceva auctor Firmamenti Trium Ordinum Prim. Part. Memor. O. M. p. m. 33. *& prout hæc ſic diſtribuitur, continetur. Hiſce* Lectionibus *alias addam tam ex* MS. Cod. Membr. Legen. Ma. S. Franc. noſtræ Biblioth. Bernardin. G. V. 15. *quam ex* prædicto Breviario, *ſpectantes ad* Canonizationem, & Translationem S. Franciſci, *quæ* VIII. Cal. Junii *ſic in Calendario illius rubris characteribus ſignatur:* Translatio Sancti Franciſci duplex majus. *De auctoritate autem* Legendæ Beati Franciſci, *videri poteſt contra Incredulos ipſemet* D. Bonaventura de Paupert. Chr. Art. 2. pag. 74. noviſſ. Edit. Rom. 1773.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

Incipit Minor Vita B. (a) Franciſci. Et primo de converſione ipſius.

LECTIO PRIMA.

I.

Ad Tit. 2. 11. APparuit gratia Dei Salvatoris noſtri diebus iſtis noviſſimis in ſervo ſuo Franciſco, (b) quem Pater miſericordiarum & luminum in tam larga dulcedinis benedictione prævenit, quod, ſicut ex vitæ ipſius decurſu luculenter apparet, non ſolum de mundialibus tenebris eduxit in lucem; ſed & perfectis effecit virtutum prærogativis & meritis celebrem, nec non & præclaris circa eum crucis oſtenſis myſteriis inſigniter demonſtravit illuſtrem. Hic nimirum de Vallis Spoletanæ partibus Civitate Aſſiſii trahens originem, (c) primumque Joannes vocatus (d) a Matre, (e) dehinc Franciſcus (f) a Patre, (g) nominationis quidem paternæ vocabulum tenuit, (h) ſed & rem materni nominis non reliquit. (i) Licet enim inter vanos fuerit hominum filios juvenili ætate nutritus in vanis, & poſt aliqualem literarum notitiam, lucrativis mercationum deputatus negotiis; ſuperno tamen ſibi aſſiſtente præſidio, nec inter laſcivos juvenes poſt carnis petulantiam abiit, (k) nec inter cupidos mercatores ſperavit in pecunia & theſauris. Eccli 31. 8.

Primum Joannes a Matre vocatus, dein Franciſcus a Patre.

Le-

(a) Sine addito P. N.

(b) Sic S. Bonav. auſpicatur quoque Prologum Legendæ Majoris, atque hoc ipſum initium eſt Legen. Minor. in d. Breviar.

(c) In Chron. Abbatis Stadenſis fere coævi: *Anno Domini milleſimo centeſimo octogeſimo ſecundo puer Franciſcus natus eſt in Civitate Aſſiſii.*

(d) Ita & apud Alvarum Pelagium de Planctu Eccleſiæ Lib. 2. Art. 61.

(e) *Dominica Pica*, quam *honeſtiſſimam fœminam* vocat Wadding. in Apparat. ad Annal. Minor. §. 3. num. 2. ubi una cum ſuo marito *Petro Bernardoni* appellat *tanti Viri progenitores inter Aſſiſiates præcipuos*. Sed cur *Joannes primum vocatus a Matre?* Reſpondet Arturus in Martyrol. Franciſc. 4. Octobr. §. 1. *Eo quod circa feſtum S. Joannis Baptiſtæ enixa ſit.*

(f) Non ergo *in baptiſmo*, ut putavit Joannes Marquez de Orig. Eremit. c. 21. §. 3. vocatus *Franciſcus*; ſed poſtea *a Patre*, qui fuit, ut dixi, nomine *Petrus Bernardoni*, id eſt, *filius Bernardoni Morici*. Heic autem non vacat Gentilitium Moriconum inſigne commemorare; ſed referre potius quod circa prædicta nomina *Joannis* & *Franciſci* ipſemet inquit S. Bonav. Expoſit. in Reg. FF. MM. cap. 1. prope fin. „ Hoc *Franciſci* nomen fuit adventitium, cum „ *Joannes* nomine proprio in regeneratione im„ poni primo diceretur a Matre “ Unde & Baptiſta Mantuanus in ſuo Carmine de S. Franciſco præfatur:

„ Quarta dies Octobris adeſt, celebrate „ Minores
„ Feſta Lavernicolæ nudis ſolemnia plan„ tis.
„ Nomen Joannes veſtro eſt ab origine „ Patri:
„ Sed nova Franciſci traxit cognomina „ fando,
„ Dum ſtudet artifici Francos effingere „ lingua. “

Non tamen facile admiſerim, quod ad hæc obſervat cum aliis Wadding. in cit. Appar. §. 4. num. 6. videlicet quod *hoc nomen nullus eo prior geſſerit*; quia Ferdinandus Ughellus To. 1. Ital. Sacr. col. 418. Edit. Colet. inter Epiſcopos Aretinos unum recenſet *Franciſci* nomine nuncupatum ad an. 1188.

(g) Non *a popularibus*, ut autumavit Lorinus in Acta Apoſt. c. 16. ver. 14.

(h) Auctore quippe eodem S. Bonaventura: *Modo nomina non mutantur iis, qui Religionem ingrediuntur, vel etiam iis, qui convertuntur ad Chriſtum*. Vid. Prodrom. col. 7.

(i) Nanque, ut ſæpe ait D. ipſe Bonav. *Joannes interpretatur gratia*, quam maxime poſt converſionem ſemper tenuit.

(k) Ita cap. 1. Leg. ma. & de ejus virginitate teſtatur quoque S. Bonaventuræ ſocius Bernardus a Beſſa Aquitanus, Thomas a Celano, tres Socii S. P. F. quorum unus erat ei a ſecretis conſcientiæ &c. Et ſic refelluntur Thomas Walſinghamus, & Vincentius Bandellus contrarium affirmantes.

Digitized by Google

Lectio secunda.

2. Inerat nanque juvenis Franciſci præcordiis Divinitus indita cum lenitate manſuetudinis quædam ad pauperes miſeratio liberalis, (*a*) quæ ſecum ab infantia creſcens, tanta cor illius benignitate repleverat, ut jam Evangelii non ſurdus auditor, omni proponeret ſe petenti tribuere, maxime ſi Divinum allegaret amorem. In ipſo quippe juventutis flore firma ſe Domino ſponſione conſtringens, quod nunquam (ſi poſſibilitas afforet) petentibus pro amore Domini ſe negaret, dum promiſſum tam nobile uſque ad mortem ſervare non deſtitit, ad copioſiora in Deum dilectionis & gratiæ incrementa pervenit. Verum licet hic jugiter in corde ipſius Divini amoris vigeret igniculus, ignorabat adhuc adoleſcens curis terrenis implicitus cœleſtis allocutionis arcanum, donec facta manu Domini ſuper eum, & caſtigatus fuit exterius prolixi languoris gravedine, & clarificatus interius ſancti Spiritus unctione.

Miſeratio ejus ad pauperes liberalis.

Sponſio ipſius firma, ſe nihil pro Dei amore poſſibilia petentibus negaturum.

Prolixus ejuſdem languor, ac lumen inde obtentum.

Lectio tertia.

3. Corporeis poſtmodum viribus utcunque reſumptis, menteque mutata in melius, cum Militem quendam, nobilem quidem genere, ſed inopem rebus, obvium inſperato habuiſſet occurſu; generoſi Regis & pauperis Chriſti memor effectus, tanta fuit erga virum pietate permotus, ut decentia, quæ ſibi de novo paraverat, indumenta deponeret, illumque protinus ſe nudato veſtiret. (*b*) Nocte vero ſequenti cum ſe ſopori dediſſet, palatium ſpecioſum (*c*) & magnum cum militaribus armis crucis ſignaculo inſignitis is, pro cujus amore Militi egeno ſubvenerat, dignativa ſibi revelatione monſtravit; nec non viſa omnia ſua fore, Militumque ſuorum, ſi crucis Chriſti vexillum conſtanter aſſumeret, ſub aſſeverationis certitudine repromiſit. Ex tunc a publicæ negotiationis tumultu ſe ſubtrahens, (*d*) ſolitaria loca quærebat amica mœroribus: (*e*) in quibus cum gemitibus inenarrabilibus inceſſanter intenderet, poſt longam precum inſtantiam, qua ſibi perfectionis ſemitam a Domino poſtulabat oſtendi, ad votum exaudiri promeruit.

Miſeratio ipſiuſmet utcunque ſanati erga nobilem Militem, ſed pauperem.

Mirifica ejus viſio.

Solitaria loca quærebat amica mœroribus.

Rom. 8. 26.

Lectio quarta.

4. Una quippe dierum, dum ſic ſequeſtratus oraret, apparuit ei Chriſtus Jeſus, veluti cruci confixus, eidem tam efficaciter ingerens Evangelicum illud: Qui vult venire poſt me, (*f*) abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: ut mentem ipſius intrinſecus & incendio dilectionis adureret, & abſynthio compaſſionis impleret. Nam & ad præmiſſæ viſionis contuitum liquefacta eſt anima ejus, & memoria paſſionis Chriſti viſceribus cordis ipſius adeo impreſſa medullitus, ut & Crucifixi Domini (*g*) plagas oculis mentis interius quaſi jugiter cerneret, & vix exterius a lacrymoſis gemitibus continere (*h*) valeret. Igitur cum jam pro dilectione Chriſti Jeſu omnem ſubſtantiam domus ſuæ quaſi nihil reputando deſpiceret, theſaurum ſentiebat ſe reperiſſe abſconditum, pretioſumque margaritæ fulgorem, quorum deſiderio tra-

Chriſti cruci ſuffixi facta ipſi apparitio.

Matth. 16. 24.

Omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro Chriſti dilectione quaſi nihil deſpexit.

Cant. 8. 7. *Matth.* 13. 44. *ac* 45.

(*a*) Cap. 1. Leg. ma.

(*b*) Hoc feciſſe Divino quodam inſtinctu, atque auctoritate Dei, qui rerum omnium eſt Dominus, nihilque peccaſſe in ſui Patris, cui ſuberat, poteſtatem; viſio ſequens monſtravit.

(*c*) In Breviar. Franciſc. 4. Octobr. Lect. 5. *ſpatioſum*; ſed *ſpecioſum* etiam Edit. Venet. noviſſ. Legen. major. cap. 1. ac membr. Cod. noſter Bernard. G. V. 15. ibi, nec non jam d. Breviar. Grieſen. atque Wadding. in Appar. ad Annal. §. 4. num. 4. ubi obiter admonet, in eo erraſſe Rodulphum L. 1. fol. 6., quod non Aſſiſii, ſed Spoleti hanc viſionem Franciſcum referat accepiſſe.

(*d*) Pariter Vincent. Bellovacenſis, S. Antoninus &c.

(*e*) Sic nedum in Legen. major. cap. 1. ſed etiam Comment. in Apocal. cap. 1. num. 45. Quæ quidem loca, tanquam ad negotium flendi aptiora, etiam in ſua converſione magno ſuggerebantur Auguſtino, ut ipſe teſtatur Lib. 8. Confeſſ. c. 12. num. 28.

(*f*) Vulg. *Si quis vult poſt me venire*; ſed ut ſupra habetur quoque in Legen. maj. cap. 3. nec non in Cod. noſtro Bernardin. 15. ejuſd. Legen. præfatoque Breviar. Grieſen. Item in Apolog. pauper. Reſponſ. prim. cap. 3.

(*g*) Non habet *Domini* Breviar. Franciſc. 4. Octobr. Lect. 6. ſed habet Breviar. Grieſen.

(*h*) Lect. ead. 6. d. Breviar. Franciſc. 4. Oct. & apud cit. Wadding. num. 10. *contineri*; ſed *continere* etiam Edit. Venet. noviſſ. Legen. ma. cap. 1. ac membr. Cod. noſter Bernard. ejuſdem ibi, nec non Breviar. Grieſen.

Digitized by Google

tractus ſua diſponebat cuncta diſtrahere, divoque (a) mercandi modo negotiationem mundanam in Evangelicam commutare. (b)

Lectio quinta.

Ejus ante Crucifixi imaginem oratio.

5. Egreſſus itaque ſemel ad meditandum in agro, cum deambularet juxta Eccleſiam quandam Sancti Damiani, quæ minabatur præ nimia vetuſtate ruinam, & inſtigante ſe Spiritu eandem cauſſa orationis intraſſet, proſtratus ante imaginem Crucifixi non modica fuit in orando conſolationis ſuavitate repletus. (c) Cumque lacrymoſis oculis intenderet in Dominicam crucem, vocem de ipſa cruce ad ſe miro quodam modo dilapſam, corporeis audivit auribus ter dicentem: Franciſce, vade, repara domum meam, quæ, ut cernis, tota deſtruitur. (d) Ad cujus ſtupendæ vocis commonitionem mirificam, Vir Dei primum quidem perterritus, dehinc gaudio & admiratione repletus, protinus exurrexit, totum ſe recolligens ad perficiendum mandatum de reparanda materialis Eccleſiæ domo; licet principalis intentio verbi ad eam ferretur, quam Chriſtus ſui ſanguinis acquiſivit pretioſo commercio, ſicut eum Spiritus ſanctus edocuit, & ipſe poſtmodum ſibi familiaribus revelavit. (e)

Vox inde ter audita de domo Dei reparanda.

Lectio ſexta.

Oblata ab ipſomet pecunia ad reparationem ſacræ ædiculæ, ac pauperum ſubſidium.

6. Mox cunctis, ut potuit, pro Chriſti amore diſtractis, (f) Eccleſiæ præfatæ Sacerdoti (g) pauperculo ad ipſius reparationem, & pauperum uſum, pecuniam obtulit, & quod eum ad tempus ſecum morari permitteret, ſuppliciter requiſivit. Acquieſcente autem illo de mora, ſed timore Parentum recuſante pecuniam, verus ille jam pecuniarum contemptor, in quandam feneſtram pondus metalli projiciens, abjectum velut pulverem vilipendit. (h) Sentiens autem ex hoc adverſum ſe Patris concitatum eſſe furorem, ut iræ locum daret, diebus aliquibus in quadam occulta fovea jejunans, orans, & lacrymans latuit; tandemque ſpirituali quadam completus lætitia, & virtute indutus ex alto, exterius fiducialiter prodiit, & Civitatem conſtanter intravit.

Furor Patris in eum adeo liberalem excitatus. *Rom.* 12. 19.

Luc. 24. 49.

(a) Adjective pro *divino*, & *ſancto*. Prudent. Pſychom. v. 76. *Diva caro*. Breviar. Grieſen. habet *Divinoque*.

(b) De hoc in Reſponſor. poſt Lect. 1. tam in Breviar. Franc. quam Grieſen. *Franciſcus ut in publicum ceſſat negotiari, in agrum mox Dominicum ſecedit meditari, inventum Evangelicum theſaurum vult mercari.*

(c) Sequentem hanc oratiunculam, quam Wadding. inter Sancti Viri Opuſcula To. 1. repoſuit, quanto potuit affectu ter recitaſſe fertur „ Magne & glorioſe Deus & Domine mi „ Jeſu Chriſte, illumina, oro te, tenebras men„ tis meæ. Fac, ut cognoſcam te Domine, „ ita ut ego in omnibus omnia ſecundum tuam „ ſcientiam & veram voluntatem perficiam. „ Amen. "

(d) Sic quoque in Vita S. Claræ c. 1. n. 10. ac in eodem Breviar. Grieſen. Aſt in Legen. maj. cap. 2. *Franciſce, vade, & repara &c.*

(e) Hiſce verbis e veſtigio ſubnectit Raynaldus in Annal. Eccleſ. ad an. 1206. num. 43. „ Illuxit tunc Italiæ novum hoc ſanctimoniæ „ ſidus, arcano Divinæ providentiæ conſilio, „ cum Pſeudo-Monachi Waldenſes & Patare„ ni, Divina pervertentes oracula, & ſancto„ rum Patrum traditiones, hæreſi ſimplices il„ laquearent. "

(f) Quod contra hanc cunctorum diſtractionem objectat Eraſmus Alberus Germanus Brandeburgen. auctor dicaciſſimus Alcora. Geneven. pag. 109. & 379. quæve ab aliis objici poſſunt, ex eo quod tunc Franciſcus adhuc patriæ poteſtati ſubeſſet; explodit ac omnino diluit Wadding. plane dignus qui in hanc rem legatur in Appar. ad Annal. Minor. §. 4. num. 21. ac ſeqq. Heic unice dixerim textum illum Prov. 28. 24. *Qui ſubtrahit aliquid a patre ſuo, & matre, & dicit non eſſe peccatum, particeps eſt homicidæ*, eum ſecundum Lyran. Hug. Dionyſ. Salaz. Gordon. reddere ſenſum ſimilem alteri textui Matth. 15. 5. & ſeq. nimirum quod qui negat alimenta debita parentibus indigentibus, modo ea det templo & Sacerdotibus, aut aliis pauperibus, cum homicidis, immo parricidis, cenſendus & numerandus ſit. At Franciſcus filius erat Patris divitis & avari, in quem magis quadrat illud S. Ambroſii contra avaritiæ deditum: *Si non paviſti, occidiſti*. Quod etiam Franciſcus egit, non aliter ab eo actum, quam inſtinctu juſſuque Divino, uti ſupra n. 3. monui not. *b*.

(g) *Petro* nomine ſecundum Legen. Greg. IX. ſive quæ ejus fert nomen. Ille autem qui vendiderat quoſdam B. Franciſco lapides pro eadem S. Damiani ſacra Æde reparanda, quorum accepto juſto pretio ipſe non acquievit, fuit alter Sacerdos nomine Silveſter Aſſiſias ante ſuam ad Minorum Ordinem converſionem, de qua ex Legen. trium Sociorum Wadding. ad an. 1209. n. 38. De hoc Silveſtro primo in Ordine Sacerdote infra ſermo redibit n. 17.

(h) In Reſponſor. ac ver. Lect. 2. dd. Breviar. Franciſc. ac Grieſen. *In dei fervens opere ſtatim ut ſua vendit, pauperibus impendere pecuniam intendit, quæ gravi ſuo pondere cor liberum offendit. Quam formidante paupere Presbytero recipere; abjectam vilipendit.*

Digitized by Google

Irriſus tanquam fatuus, ſed ad omnia ludibria velut ſurdus.

vit. Quem cum Juvenes cernerent facie ſqualidum, & mente mutatum, ac per hoc alienatum putarent a ſenſu, lutoque platearum velut ſtultum impeterent, & clamoroſis (a) ei vocibus inſultarent, Famulus Domini nulla prorſus fractus, aut mutatus injuria, ut ſurdus in omnibus pertranſibat. (b)

Lectio ſeptima.

Male habitus a Patre, ſed fruſtra.

7. Præ omnibus autem Pater ipſius furens & fremens, tanquam ſi naturalis eſſet miſerationis oblitus, pertractum domi filium verberibus angere cœpit & vinculis, ut dum ejus per moleſtias corpus attereret, ad mundi blanditias animum inclinaret. Experientia tandem certa cognoſcens Domini Famulum ad quæcunque aſpera pro Chriſto perferenda promptiſſimum, cum liquido cerneret, quod eum revocare non poſſet, cœpit eidem vehementer inſiſtere, ut Epiſcopum Civitatis una ſecum adiret, ejuſque renuntiaret in manibus hæreditario juri paternarum omnium facultatum. Ad quod exequendum Domini Servus ultro ſe offerens, mox ut pervenit coram Antiſtite, (c) nec moras eſt paſſus, nec cunctatus de aliquo, nec exegit verba, nec reddidit; quin potius veſtimenta ſic cuncta depoſuit, quod & femoralia ipſa rejecit, totuſque coram aſtantibus, ut ebrius ſpiritu, amore illius nudari non horruit, qui nudus pro nobis in cruce pependit. (d)

Coram Aſſiſienſi Antiſtite, quaſi ſpiritu ebrius, paſſus eſt ſe nudari pro amore ejus, qui nudus in cruce pependit.

Lectio octava.

Mundi contemptor, in medio nemorum, occurrentibus ſibi latronibus, laudes Domino Gallica lingua canit.

8. Solutus exinde mundi contemptor a vinculis terrenarum cupidinum, dum Civitate relicta ſecurus & liber laudes Domino in medio nemorum Gallica lingua cantaret, occurrentibus ſibi latronibus, magni Regis Præco non timuit, nec a laude ceſſavit; utpote qui viator ſeminudus (e) & vacuus erat, & Apoſtolico more in tribulatione gaudebat. Exinde totius humilitatis amator ad obſequendum leproſis ſe tranſtulit, ut dum miſerabilibus & abjectis perſonis ſervitutis jugo ſe ſubderet, ſui, mundique contemptum perfecte prius diſceret, quam doceret. Et quidem cum prius eos ſuper omne hominum genus horrere ſoleret, diffuſa in eum copioſius gratia, corde tam humili ſe illorum mancipavit obſequiis, quod & lavabat pedes, & ligabat ulcera, & educebat putredinem, & ſaniem abſtergebat. (f) Inauditi quoque fervoris exceſſu ulceroſarum plagarum ruebat in oſcula, os ſuum ponens in pulvere, ut ſaturatus opprobriis carnis ſupercilium

Leproſis obſequitur, neque ab eorum ulceribus contrectandis abhorruit, quin & ipſa oſculari in deliciis habuit.

Thren. 3. 29. *ac ſeq.*

legi

(a) Edit. Venet. noviſſ. Legend. major. cap. 2. *clamoſis*; ſed *clamoroſis* etiam membr. Cod. noſter Bernardin. ejuſdem Legend. ibi, ac Breviar. Grieſen.

(b) In Reſponſor. ac ver. Lect. 3. dd. Brev. Franc. ac Grieſen. *Dum pater hunc perſequitur, latens dat locum iræ, conſtanter poſt aggreditur in publicum prodire, ſqualenti vultu cernitur putatur inſanire. Luto ſaxis impetitur, ſed patiens vir nititur ut ſurdus pertranſire.*

(c) Aſſiſienſi, non Fulginate, ut perperam aſſeruit Marquez L. de Orig. Eremit. c. 23. §. 8. & alibi.

(d) Antiph. 3. Noct. 2. ibi: *Ductus ad loci Præſulem ſua Patri reſignat, nuduſque manens, exulem in mundo ſe reſignat.* Ita Divino inſtinctu nudavit ſe ſe, ut nudum ſequeretur Chriſtum, quem vehementer amabat, ac de quo inquit S. Ambroſius L. 10. in cap. 23. S. Luc. „ Nudus crucem aſcendit, nudum ecce video. „ Talis ergo aſcendat, qui ſæculum vincere „ parat, ut ſæculi adjumenta non quærat. Vi„ &us eſt Adam, qui veſtimenta quæſivit, vi„ cit ille qui veſtimenta depoſuit, & talis aſcen„ dit, quales, auctore Deo, nos natura for„ mavit. Qualis in Paradiſo homo primus „ habitaverat, talis ad Paradiſum homo ſecun„ dus intravit.“ Quod ſi cui improbanda videatur prædicta Franciſci nudatio, ſciat dixiſſe S. Auguſt. Lib. 3. Confeſſ. cap. 9. num. 17. *Multa facta, quæ hominibus improbanda videntur, teſtimonio Dei approbata ſunt, & multa laudata ab hominibus, Deo teſte damnantur.* Quinimo ipſummet S. Franc. Epiſt. encycl. 14. ad Cuſtodes ſui Ord. *Multas eſſe res in conſpectu Dei nimis altas & ſublimes, quæ aliquando inter homines reputantur pro vilibus, & abjectis.* Ita converſus dicitur a Waddingo anno Chriſti MCCVI. ſaltem inchoato, ætatis ſuæ XXV. Unde in Chron. MS. 24. Miniſtror. General. ab init. *Incepit vitam ſecundum Vincentium Anno Domini milleſimo ducenteſimo ſexto, Pontificatus Domini Innocentii tertii Anno IX. ætatis vero ſuæ Anno XXV.* Et hanc D. Franciſci ad Deum converſionem notarunt quoque ad hunc an. 1206. Albertus Ab. Staden., Martin. Polonus, Bern. Guid. in Chron. Roman. Pont., D. Antonin. 3. Par. Tit. 24. cap. 7., apud Raynald. Annal. Eccl. ad eundem an. 1206. num. 43.

(e) In Reſponſor. Lect. 4. dd. Breviar. Franc. ac Grieſen. *Dum ſeminudo corpore laudes detantat Gallice zelator novæ legis, latronibus in nemore, reſpondet ſic prophetice: Præco ſum magni Regis.*

(f) Ipſemet S. Franc. in princ. ſui Teſtam. *Cum eſſem in peccatis, nimis mihi videbatur amarum videre leproſos; ſed ipſe Dominus conduxit me inter illos, & feci miſericordiam cum illis.*

Digitized by Google

legi spiritus potestative subjiceret, suique dominium hoste subacto domestico pacifice possideret. (a)

Lectio nona.

Humilitate fundatus, ac paupertate dives, reparationi prædictæ ædiculæ incubuit.

9. Igitur cum jam esset in Christi humilitate fundatus, ac paupertate dives (b) effectus, quamquam nil prorsus haberet, reparationi tamen Ecclesiæ, juxta datum sibi e cruce mandatum, adeo sollicite cœpit intendere, ut & corpus attritum jejuniis oneribus lapidum subderet, & eleemosynarum subsidia etiam ab illis non abhorreret deposcere, apud quos consueverat abundare. Devotione quoque sibi assistente Fidelium, qui præclaram in Viro Dei jam cœperant nosse virtutem; non solum Sancti Damiani, verum etiam Principis Apostolorum, (c) & Virginis gloriosæ ruinosas & derelictas resarcivit Ecclesias, (d) ut quæ per eum in posterum Dominus spiritualiter operari disponeret, sensibili foris opere mysterialiter præsignaret. Nam instar reparatæ triplicis fabricæ ipsius sancti Viri ducatu, secundum datam ab eo formam, regulam, & doctrinam, Christi triformiter renovanda erat Ecclesia, sicut & vox ad eum facta de cruce, tertio replicans de domus Dei reparatione mandatum, præambulum extiterat signum, & nunc in tribus ab eo institutis Ordinibus cernimus esse completum. (e)

Alias quoque duas sacras aedes resarcire curavit.

Quid triplicis fabricæ reparatio portenderet.

De Institutione Religionis, & efficacia prædicandi.

Lectio prima.

10. Ecclesiarum itaque trium consummato jam opere, cum in ea, quæ Virginis erat, moraretur assiduus, illius suffragantibus meritis, quæ pretium protulit nostræ salutis, viam perfectionis invenire promeruit per infusum sibi Divinitus spiritum Evangelicæ veritatis. Nam cum una dierum inter Missarum solemnia legeretur Evangelium illud, in quo Discipulis ad prædicandum missis Evangelica norma in vivendo præscribitur, ne videlicet possiderent aurum, vel argentum, nec in zonis pecuniam, nec peram deferrent in via, nec duas haberent tunicas, nec calceamenta, nec virgam; mox in hujuscemodi verborum auditu tanta eum virtute Spiritus Christi perunxit, & induit, ut in formam vivendi præfatam non solum notitia & affectu, verum etiam vita & habitu transformaret. Illico enim calceamenta deposuit, rejecit baculum, peram & pecuniam abdicavit, unaque contentus tunicula, dimissa corrigia, pro cingulo funem sumpsit, omnem sollicitudinem cordis apponens qualiter audita perficeret, & Apostolicæ rectitudinis regulæ se ipsum per omnia coaptaret. (f)

Assiduus præcipue in ea B. V. M. sacra, ubi & spiritum Evangelicæ veritatis hausit.

Matth. 10. 9. *Luc.* 9. 3. ac 10. 4.

Ejus vestitus omnino ad Apostolicæ rectitudinis regulam.

Lectio secunda.

11. Denique Spiritus Christi vi flammea totus accensus, cœpit ut alter Elias veritatis æmulator existere, cœpit & aliquos ad justitiam perfectam inducere, cœpit & ceteros ad pœnitentiam invitare. Erant autem ipsius eloquia non inania, nec risu digna: erant virtute sancti Spiritus plena: erant medullas cordis penetrantia, ut & in vehementem stuporem audientes converterent, & obstinatorum mentes efficacia virtuosa mollirent. (g) Innotescente ete-

Vi flammea Spiritus Christi totus accensus, ut alter Elias.

Mira in eo sermonis ad persuadendum, atque ad emollienda corda efficacia.

(a) In Hym. ad Matutinum sæpe dd. Brev. Francisc. ac Griesen. *Hic carnis supercilium legi subjecit Spiritus, mundum vicit & vitium, se victo victor inclytus.*

(b) De hoc *paupertate divite* in Hym. ad primas Vesp. ejus Festi: *Spoliatis Ægyptiis transit dives, sed pauperis nec rem, nec nomen perdidit.* Et in Hymn. ad Laud. *Pauper nudus egreditur, cœlum dives ingreditur &c.* Vid. infra Lect. 1. in Translat. S Franc.

(c) Leg. Greg. IX.

(d) De hujusmodi *Ecclesiarum reparationibus* in suprad. Chron. MS. 24. Ministror. General. Et de hoc ab se *reparato triplici hospitio* in d. Hym. ad primas Vesperas ejus Festi.

(e) Ibi Lect. 5. post Responsor. in ver. *Sub typo trium Ordinum tres nutu Dei prævio Ecclesias erexit.*

(f) Ibi Lect. 6. in Responsor. ac ver. *Audit in Evangelio quæ suis Christus loquitur ad prædicandum missis: Hoc, inquit, est quod cupio, lætanter his innititur memoriæ commissis. Non utens virga, calceo, nec pera, fune cingitur, duplicibus dimissis.* Sed de prædicta Evangelica paupertate rursum infra.

(g) De hoc quoque testatur coævus Scriptor, qui ipsum Bononiæ concionantem audivit in Platea ante Palatium publicum, ubi tota pene Civitas convenerat, nempe Thomas Spalatrensis Archidiaconus in sua Historia Salonitana apud Joan. Lucium de Regno Dalmat. pag. 338. cujus longe locupletissimum testimonium equidem memoratu dignum suis Annal. Ital. ad

Digitized by Google

etenim apud multos ſublimi ejus ſanctoque propoſito, tam ex doctrinæ ſimplicis veritate, quam vitæ, cœperunt ipſius exemplo Viri quidam ad pœnitentiam animari, & eidem, relictis omnibus, habitu vitaque conjungi, quos & Fratres Minores Vir humilis cenſuit appellari. *(a)*

Fratres Minores humilitatis cauſſa ab ipſo vocati.

Lectio tertia.

Senarius numerus Sociorum ejus.

12. Sane jam Fratrum, Deo vocante, conſummato ſenario, *(b)* cum pius eorum Pater & Paſtor locum ſolitudinis nactus, in multa cordis amaritudine vitam deploraret adoleſcentiæ non ſine culpa tranſactam, ſibique ac proli, quam in Chriſto genuerat, veniam poſtularet & gratiam; exceſſiva quadam in eum ſuperveniente lætitia, certificatus eſt de remiſſione plenaria omnium delictorum, uſque videlicet ad quadrantem noviſſimum. Raptus deinde ſuper ſe, ac in quoddam lumen vivificum totus abſorptus, quæ circa ſe ac Fratres futura erant, luculenter aſpexit; *(c)* ſicut ipſe poſtmodum Ordinis profectum & dilatationem per Dei clementiam in proximo fieri debere prænuntians, ad confortationem puſilli gregis familiariter reſeravit. *(d)* Paucis admodum elapſis diebus, quibuſdam ſibi cohærentibus aliis, cum jam ad duodenarium excreviſſent, *(e)* diſpoſuit Domini

Certior factus de omnium penitus peccatorum ſuorum remiſſione.

Auctо ejus Sociorum ſenario numero uſque ad duodenarium, adiit Apoſtolicæ Sedis præſentiam, Regulæ approbationem impetraturus,

---

ad an. 1222. inſeruit Clariſſ. Lud. Ant. Muratorius, atque ante Muratorium productum eſt in Speculo Beati Franciſci & Sociorum ejus impreſſo Venet. an. 1504. pag. 215. retro; ſed ibi non dicitur *Anno MCCXXII.* ſed *Anno MCCXX.* & ita etiam apud Wadding. ad eundem an. 1220. num. 13. ubi ſub num. 8. & ſeqq. refert S. P. Franciſcum Bononiæ concione ad populum habita omnium animos flexiſſe, ut non ſolum pleroſque ad pœnitentiam agendam impulerit, ſed etiam Scholares duos e Piceno ad res humanas relinquendas, & diſciplinam ſuam aſciſcendam adduxerit, videlicet Peregrinum Phaleronum, & Rigerium, ſeu Ricerium a Mutia. Item D. Nicolaum de Pepulis nobilem Bononienſem Juriſperitum, & ex eadem Civitate Bonizium, & Guillelmum a Cortemilio, de quorum ſanctitate vide ſis ibi apud Wadding. *Tales erant*, ut idem ait, *Franciſci ſermones, ut homines quo vellet flecteret, & Deo ſibique plures adſciſceret. Ex acquiſitis in hac Urbe Sodalibus hi magis noti.* Sed hos præceſſerunt illi, de quibus mox dicam.

(a) Eo videlicet ſenſu, de quo idemmet S. Bonav. Expoſit. in cap. 1. Reg.

(b) Senarius hic numerus hiſce S. Franciſci conſtabat Sociis, nempe *Bernardo a Quinta Valle, beati Patris primogenito*, qui in Chron. 24. Miniſtror. General. fol. m. 1. retro dicitur *Vir venerabilis de Nobilibus ditioribus prudentioribuſque Civitatis Aſſiſii, cujus conſilio tota illa Civitas regebatur; eodem etiam tempore* (ibi fol. 2.) *Domino Petro Catanei Canonico Eccleſiæ ſancti Ruffini; & poſt dies octo quodam viro de Aſſiſio Ægydio nomine, qui horum exemplo provocatus, in die S. Georgii, cum omnia ſua bona pauperibus erogaſſet, fuit etiam ſancto Patri habitu & religione conjunctus; poſt quos Fratre Sabbatino, Fratre Morico Parvulo* (ſic antiquiores Legendæ, & communiter rerum noſtrarum Scriptores, hunc quintum Franciſci ſocium recenſent, quem tamen Bonaventura videtur infra n. 16. conſtituere hoc tempore poſteriorem), *Fratre Joanne de Capella*. At hic ſextus valde infelicem exitum habuit; nam fuit in hoc primo Minorum Cœtu, velut alter Judas in Apoſtolorum Collegio. Unde inquit S. Auguſtinus De Dono Perſeverantiæ cap. 8. num. 19. „ Deus melius eſſe judicavit, miſcere quoſdam „ non perſeveraturos certo numero Sanctorum „ ſuorum; ut quibus non expedit in hujus vi„ tæ tentatione ſecuritas, non poſſint eſſe ſe„ curi. Multos enim a pernicioſa elatione re„ primit quod ait Apoſtolus: *Quapropter qui „ videtur ſtare, videat ne cadat.* 1. Cor. 10. 12.“ Ita etiam permiſit Deus, ut quemadmodum loquitur de S. P. F. Wadding. ad an. 1209. num. 21. S. Antonini verbis: *ut etiam in tam perverſo diſcipulo Chriſto conformaretur*. Adeo vera eſt illa Volaterrani Lib. 1. Antrop. §. Franciſc. de ejus ad Chriſtum ſimilitudine: *Conſervatoris*, inquit, *noſtri fere per omnia typum geſſit*.

(c) In Grieſen. ſub Lect. 9. Reſponſ. 1. cum ver. *Sex Fratrum Pater ſeptimus, abſorptus luce cœlitus, futura contemplatur: inter Minores minimus, quis parvi gregis exitus, præclare contemplatur. Quadrans quoque noviſſimus culparum ſibi cœlitus dimitti revelatur.*

(d) Sub eadem Lect. 9. Reſponſor. 2. cum ver. *Arcana ſuis reſerans, octavum tandem recipit, & ad diverſas gentes binos mittendos fœderans, humiliari præcipit, & eſſe patientes. Grex procidit obtemperans, Paſtor erectos ſuſcipit ad oſcula gaudentes.*

(e) Ad complendum hunc numerum *duodenarium* prædictis ſex D. Franciſci Sociis alii ſex acceſſere, videlicet *Frater Philippus Longus primus Viſitator pauperum Dominarum, Frater Joannes de S. Conſtantio, Frater Barbarus, Frater Bernardus Vigilantis* (apud Rodulphum *Vigilantius*) *de Vida* (apud Wadding. *de Viridante*) *Frater Silveſter primus in Ordine Sacerdos* (de quo infra num. 17.), *Frater Angelus Tancredi de Reate, qui fuit primus Miles, qui Ordinem eſt ingreſſus*. Ita cit. Chron. De undecim prioribus late Wadding. ad an. 1209. De poſtremo autem ait idem Wadding. ad an. 1210. num. 3. quod *duodenarium Franciſcani Collegii numerum compleverit*; & Piſanus Conformit. Lib. 1. Fruc. 12. Par. 2. cap. 23. quod *fuit omni curialitate, & benignitate ornatus*, quodve ibi Fruc. 8. Par. 2. fol.

Digitized by Google

mini Famulus cum illo ſimplicium cœtu Apoſtolicæ Sedis adire præſentiam, ut præoſtenſam ſibi a Domino normam vivendi, quam & brevi ſermone conſcripſerat, ſuppliciter & inſtanter expoſceret, ejuſdem Sacratiſſimæ Sedis auctoritate plenaria confirmari.

Lectio quarta.

Quam Innocentius hujus nominis III. ex ſibi viſione admonitus primo confirmavit.

13. Properante itaque ipſo cum Sociis juxta propoſitum comparere conſpectui ſummi Pontificis, Domini ſcilicet Innocentii Tertii, prævenit eum dignatione clementiæ Dei virtus & ſapientia Chriſtus, ſuum per viſionem commonefaciendo Vicarium, ut ſupplicanti pauperculo & placidum daret auditum, & benignum præberet aſſenſum. Vidit nanque in ſomnis Pontifex ipſe Romanus Lateranenſem Baſilicam ruinæ fore jam proximam, quam quidam homo pauperculus, modicus & deſpectus, proprio dorſo ſubmiſſo, ne caderet, ſuſtentabat. (*a*) Cum igitur in Famulo Dei ſapiens contemplaretur Antiſtes ſimplicis animi puritatem, mundi contemptum, paupertatis amorem, propoſiti perfecti conſtantiam, animarum zelum, ignitumque voluntatis ſanctæ fervorem: Vere, inquit, hic eſt ille, qui opere ac doctrina Chriſti ſuſtentabit Eccleſiam. (*b*) Proinde ad ipſum præcipuam ex tunc devotionem concipiens, ac petitioni ejus per omnia ſe inclinans, approbavit Regulam, (*c*) dedit de pœnitentia prædicanda mandatum, (*d*) poſtulata tunc cuncta conceſſit, ac plura ſe conceſſurum in poſterum liberaliter repromiſit.

6. Franciſcus labentis Eccleſiæ columen.

Lectio quinta.

Innocentius III. poſt approbatam S. Franciſci Regulam, dedit ei de pœnitentia prædicanda mandatum, cuncta petita conceſſit, ac plura deinceps ſe conceſſurum ſpopondit.

14. Fretus exinde gratia ſuperna Franciſcus, ſummique auctoritate Pontificis cum fiducia multa verſus Vallem Spoletanam iter arripuit, ut perfectionis Evangelicæ veritatem, quam mente conceperat, & profeſſione devoverat, facto perficeret, & verbo doceret. Mota quoque cum Sociis quæſtione hujuſmodi, utrum inter homines converſari, an ad loca ſolitaria ſe conferre deberent, cum per orationis inſtantiam Divinum ſuper hoc beneplacitum requiſiſſet, ſupernæ revelationis illuſtratus oraculo, (*e*) intellexit ſe ad hoc miſſum a Domino, ut Chriſto lucraretur animas, quas Diabolus conaretur auferre, ideoque magis omnibus, quam ſibi ſoli vivere præeligendum eſſe decernens, (*f*) recollegit ſe in quodam tu-

Orta cum Sociis quæſtio, an inter homines converſari, an vero potius ad ſolitaria loca ſe recipere oporteret, per revelationem dirempta.

Ad derelictum prope Aſſiſium tugurium una cum Sociis ſe contulit, ad normam arctiſſimæ Regulæ jam confirmatæ victurus, ac verbum Dei prædicaturus.

---

2. fol. m. 62. col. 4. *ut ſanctus habitus eſt, & depictus.*

(*a*) Hujus tantum viſionis heic mentio fit, non illius vero, quam, licet veram, jure tamen ac merito additiam diximus in Prologo col. 597. ut ut in Editionibus Legen. Major. contentam. Vid. Wadding. ad an. 1210. n. 8.

(*b*) Intelligendam hanc viſionem non tantum de reparatione materiali Ædis Lateranenſis per Nicolaum IV. Franciſcanum facta; ſed multo magis de ſpirituali, videlicet fulcimento bonæ doctrinæ, ſanctæque vitæ, cenſent Bonaventura, Hieronymus Platus, Thomas Bozius, & alii tam noſtri, quam exteri: quinimo Innocentius ipſe eam ita intellexit; & Alexander IV. ita innuit explicandam. De Sancto quoque P. N. Franciſco illud eſt luculentiſſimum teſtimonium coævi ac oculati Jacobi de Vitriaco S. R. E. Cardinalis dicentis in Hiſt. Occid. cap. 32. „ Si Eccleſiæ primitivæ ſtatum & „ ordinem diligenter attendamus, non tam „ novam addidit regulam, quam veterem re„ novavit, relevavit (NB.) relevavit jacen„ tem, & pene mortuam ſuſcitavit religionem „ &c. “ Vid. S. Bernardin. Senen. Tom. 3. Serm. 60. cap. 3. Art. 1. nec non Baron. & Spondan. ad an. 1182.

(*c*) Præconia hujus Regulæ recitat Alvarus Pelagius Lib. 2. de Planctu Eccleſiæ Art. 61. ex Legenda antiqua, quam compoſuit Frater Joannes de Celano.

(*d*) Sub d. Lect. 9. Reſponſor. 4. Brev. Grieſ. *Regreſſus quos emiſerat completo biſſenario Fratrum, tunc confirmando normam Sancto quam ſcripſerat, juſſa dat Innocentius Papa de prædicando.*

(*e*) Ad hoc obtinendum Vir ſi quis alius humillimus confugit ad preces, cum Fratris Silveſtri, qui tunc in monte ſupra Aſſiſium jugiter orationi vacabat; tum etiam ad ſacram Virginem Claram, aliamque ex ejus Sororibus puriorem ſimplicioremque, ut hac ſuper re Divinam perquireret, ac intelligeret voluntatem. Quamvis enim D. Bonaventura, tam heic, quam in Legen. S. Claræ id ſileat; non reticet tamen in Legen. ma. S. Franciſci: & nequidem ſilentio pertranſivit Piſanus Conformit. Lib. 1. Fruc. 8. Par. 2. fol. m. 84. col. 4.

(*f*) Ibi Antiph. 1. ad Laud. *Sanctus Franciſcus præviis orationum ſtudiis quid faciat inſtructus, non ſibi ſoli vivere, ſed & aliis proficere vult Dei zelo ductus.* Hæc conſonantia hujus Legendæ cum contentis in Officio S. Franc. ſimilis eſt conſonantiæ Legendæ S. Clar. cum ipſiuſmet Officio, quam ſupra adnotavimus. Hincque etiam patet ratio, cur tale Officium a Franciſco Samſone, Octaviano de Martinis, Alberto Caſtellano, Marco Ulyſſiponenſi, Franciſco Gonzaga, & Petro Rudulphio, S. Bonaventuræ tribuatur. Alios tamen ad illud augendum ſuam contuliſſe operam non diffitemur, ſecundum

Digitized by Google

tugurio derelicto ſecus Aſſiſium, (a) ut ibi ſecundum ſanctæ paupertatis normam (b) in omni Religionis diſtrictione cum Fratribus (c) viveret, & verbum Dei pro loco & tempore Populis prædicaret. Factus igitur Evangelicus Præco Civitates circuibat & Caſtra, non
1. Cor. 2. 13. in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in virtute Spiritus, annuntians regnum Dei, Domino dirigente loquentem revelationibus præviis, & ſermonem con-
Mar. 16. 20. firmante ſequentibus ſignis.

Lectio ſexta.

Mirabilis alia Viſio deſcribitur.

15. Cum enim ſemel, ut ſibi moris erat, pervigil in oratione perſiſteret (d), corporaliter abſentatus a Filiis, circa mediam noctis horam, quibuſdam e Fratribus quieſcentibus, quibuſdam orantibus, currus igneus miri ſplendoris, ſuper quem reſidebat & globus, ad modum ſolaris aſpectus prælucidus, per oſtiolum habitaculi Fratrum ipſorum ingrediens, huc atque illuc per domicilium tertio ſe convertit, ad cujus mirabilem & præclarum contuitum ſtupefacti ſunt vigilantes, excitati ſimul & exterriti (e) dormientes, nec minus ſenſerunt cordis claritatem, quam corporis, dum ex virtute mirandi luminis alterius alteri conſcientia nuda fuit. Intellexerunt nanque concorditer omnes, videntibus invicem univerſis in cordibus ſingulorum, Sanctum Patrem Franciſcum, in tali transfiguratum effigie; ſibi demonſtratum a Domino, tanquam qui in ſpiritu veniens & virtute Eliæ, ſpiritualis eſſet militiæ Princeps *Luc. 1. 17.* effectus, ut currus Iſrael & auriga ejus. *4. Reg. 2. 12.* Reverſus nempe Vir Sanctus ad Fratres, cœpit confortare illos de oſtenſa eis cœlitus viſione, cœpit & conſcientiarum ipſorum ſecreta rimari, nec non & futura prædicere, adeoque coruſcare miraculis, ut patenter clareſceret, duplicem Eliæ ſpiritum in tanta ſuper eum plenitudine quieviſſe, quod poſt ipſius doctrinam & vitam erat omnibus proficiſci tutiſſimum.

Lectio ſeptima.

Moricus Cruciferorum Ordinis miraculo Servi Dei fanatus, novo ejus cœtui adjunctus.

16. Religioſus quidam tunc temporis de Ordine Cruciferorum, Moricus nomine, in hoſpitali quodam (f) prope Aſſiſium languore tam gravi, tamque prolixo laborans, ut crederetur morti jam proximus, Viro Dei ſupplex factus per nuntium, poſtulabat inſtanter,

dum ea quæ animadvertimus in Prodromo col. 714. ac ſeq.

(a) Wadding. ad an. 1209. num. 11. *in derelicto quodam tugurioſo in ſolitario loco, juxta ſinuoſum fluvium, vulgariter RIGOTORTO dictum.* De quo *Rivotorto* idem Wadding. etiam ad an. 1210. num. 23. poſt Bernardum a Beſſa, & Jacobum Oddonem Peruſinum.

(b) Adverſus hanc *ſanctæ paupertatis normam* inſurrexerunt quidem poſtea Guillelmus de S. Amore, & Girardus, ſive Gerardus de Abbatis-Villa; ſed pro ipſa, ceu pro domo Iſrael, quaſi murum æneum ſe ſe oppoſuit ipſemet hujus Legendæ ſcriptor D. Bonaventura; & ad inſtar ejuſdem Bonaventuræ poſtea Rogerus Chonewajus, ſeu Chonnoviús, Minorita vel ipſe doctrina & rerum copia locupletiſſimus, contra Richardum Radulphum Oxonienſis Academiæ in Anglia Cancellarium, & Archiepiſcopum Armachanum, qui ex Sanctamorano, Abbatis-Villa, ac Deſiderio Longobardo ſuos deſumpſit errores, iiſque præluſit Joanni Wicleſo, Joanni Hus, & Hieronymo Pragenſi, in Concilio Conſtantienſi damnatis. Scio quidem præterito ſæculo non defuiſſe Neotericos quoſdam, qui pro Sanctamorano & Armachano converſi ſunt in arcum pravum, bellum inſtaurarunt, aciemque ſtruxerunt, præcipue contra Minoritas S. P. F. præfatam paupertatem ſequentes; ſed & ſcio eorum arcum penitus confregiſſe Ivonem Pariſienſem Ord. Min. Cap. in ſuo celebratiſſimo probatiſſimoque Tractatu inſcripto: *Felices pietatis ſucceſſus, ſeu vita Religioſæ triumphus &c.*, nec non Arturum noſtrum a Monaſterio in ſuo eruditiſſimo Prologo Martyrol. Franciſc. Art. 13. ac ſeqq.

(c) Hi Fratres longe fuere diverſi ab illis, qui poſtea tantam paupertatem, ac Religionis diſtrictionem, relaxare conati ſunt; ſed iis *ſecundum ſanctæ paupertatis normam* vehementer obſtitit B. Joannes a Parma D. Bonaventuræ præceſſor, nedum verbo, & exemplo, ſed etiam ſcripto, videlicet Tractatu inſcripto: *Commercium S. Franciſci cum Domina paupertate.* De zelo Parmenſis pro Franciſcana paupertate ſarta tectaque ſervanda, ejus ſanctitate, plurimiſque miraculis, vide ſis Ubertinum de Caſali coævum in Arbo. Vit. Crucif. Lib. 5. cap. 3. Et heic obiter obſervare mihi liceat, ab hoc B. Joanne Parmenſi omnino eſſe diſtinguendum F. Joannem Geneſii Quayæ de Parma auctorem Libri de *Civitate Chriſti*, utpote jam mortuo B. Ioanne de Parma, ab ſe compoſiti poſt annum 1312. in Urbe Piſana, tametſi vel ipſum certo certius recenſendum inter Fratres Minores, qui poſtea veſtigiis Beati Patris Franciſci inſtiterunt.

(d) De ſequenti viſione cap. 4. Legen. ma.

(e) Breviar. Biblioth. Grieſen. *cohorriti.*

(f) *Hoſpitali ſancti Salvatoris Parietum, in quo hoſpites & peregrini communi are exipiebantur.* Wadding. ad an. 1209. n. 18.

Digitized by Google

ut pro se ad Deum intercedere vellet. Cui Vir pius benigne assentiens, oratione præmissa, panis micas accepit, & cum oleo sumpto de lampade, quæ coram Virginis ardebat altari, commiscens quasi quoddam electuarium per manus Fratrum infirmanti transmisit dicens: Medicinam hanc Fratri nostro deferte Morico, qua Ipsum Christi virtus non solum plenæ sanitati restituet; verum etiam robustum bellatorem effectum acici nostræ perseveranter adjunget. Statim autem ut antidotum illud, sancti Spiritus adinventione confectum, æger homo gustavit, sanus exurgens, tantum mentis & corporis adeo vigorem obtinuit, ut paulo post Viri Sancti Religionem ingressus, longo tempore loricam portaret ad carnem, & crudis duntaxat contentus cibariis (a) nec vini poculum sumeret, nec coctum aliquid gustaret.

Morici austeritas in Religione Minorum.

Lectio octava.

Presbyter quocue Assisiensis, Silvester nomine, triplici Visione invitatus, eidem accessit,

17. Illo quoque tempore Sacerdos quidam de Civitate Assisii, Silvester nomine, (b) Vir utique conversationis honestæ ac simplicitatis columbinæ, vidit in somnis Regionem illam totam a Dracone immenso circumdari, pro cujus teterrima horridaque effigie diversis, ut videbatur, Mundi climatibus propinquum imminebat excidium. Contuebatur post hæc crucem auream atque fulgentem procedentem ex ore Francisci, cujus summitas cœlos tangebat, & brachia protensa in latum usque ad mundi fines videbantur extendi, cujusque aspectus præfulgidus draconem illum tetrum & horridum penitus effugabat. (c) Hoc dum sibi tertio monstraretur, intellexit Vir pius & Deo devotus ad hoc Franciscum destinatum a Domino, ut gloriosæ Crucis assumpto vexillo, Draconis maligni robur elideret, præclarisque veritatis fulgoribus tam doctrinæ, quam vitæ, mentes Fidelium illustraret. Quod cum Viro Dei & Fratribus narrasset per ordinem, non multo post tempore mundum relinquens, vestigiis Christi Beati Patris exemplo sic perseveranter adhæsit, quod ipsius vita in ordine authenticam reddidit eam, quam in sæculo habuerat, visionem. (d)

Lectio nona.

Ipsimet adscribi petiit alter, nomine Pacificus, alia Visione vocatus.

18. Frater quidam, Pacificus nomine, cum adhuc sæculariter vivens (e) Famulum Domini reperisset apud castrum Sancti Severini prædicantem in Monasterio quodam, facta manu Domini super se, vidit eundem quasi duobus transversis ensibus valde fulgentibus in modum crucis signatum, quorum unus a capite usque ad pedes, alius a manu in manum per pectus transversaliter tendebatur. (f) Non noverat facie Virum, sed tanto monstratum miraculo mox cognoscens, vehementer obstupuit, verborumque ipsius virtute compunctus & territus, tanquam si esset gladio spiritus ex ejus ore procedente transfixus, sæcularibus pompis omnino contemptis, Beato Patri professione cohæsit. Hic postmodum in omni religio-

(a) *Herbis videlicet, leguminibus, fructibusque*, uti declarat Legen. maj. cap. 4.

(b) Idem Wadding. cit. num. 38. *Primus omnium ingressus est Ordinem Sacerdos; nam nec B. Petrus Catanens, quamvis Majoris Ædis Canonicus, quando habitum induit, gaudebat presbyterio.*

(c) Rideant hæc inimici crucis Christi; nos cum Joan. Chrysost. Hom. 2. de Cruce & Latrone profitemur: *Hac debellatis inimicis quieti perpetuæ nos sociavit*; & cum Cassiodoro super Psalter. Ps. 41 Ver. Signatum est: *Crux perditio diaboli, infernorum destructio*. Apud ipsum D. Bonav. Lib. 1. Phar. cap. 4. De Cruce. Vid. Sedulium Alcoranistis respondentem verbis Augustini, & Joan. Damasceni L. 1. Apologet. cap. 17. num. 4.

(d) De hac Visione, quæ ejus præcessit Conversionem, in MS. Chron. 24. Ministror. General. fol. m. 3. retro, ubi inter cætera in ejus commendationem sic lego „ Ad tantam „ mentis elevationem pervenit, ut dicit Fr. „ Bernardus de Bessa in quadam Legenda Sancti Francisci, quam compilavit, quod cum „ Deo quasi facie ad faciem loquebatur: & „ beatus Franciscus ad eum mittebat, quando „ in dubiis scire volebat Domini voluntatem.“

(e) In Legen. maj. cit. cap. 4. dicitur *sæcularium cantionum curiosus inventor, qui ab Imperatore propter hoc fuerat coronatus, & exinde Rex versuum dictus*.

(f) Hæc quidem visio certo spectat ad præfatum F. Pacificum; non tamen alia de sede cœlesti, quæ unius de ruentibus erat, humili parata Francisco, de qua in cad. Leg. ma. c. 6. Quamvis enim vel hanc Wadding. ad an. 1212. num. 42. eidem F. Pacifico adscribat; referenda tamen est ad F. Massæum de Marignano, secundum dicta superius col. 693. not. *i*, & col. 703. not. *f*.

Digitized by Google

gionis ſanctitate proficiens, antequam fieret Miniſter in Francia (ſiquidem primus ibidem Miniſterii geſſit officium) meruit magnum Thau in fronte Franciſci videre, quod colorum varietate diſtinctum faciem ipſius monſtrabat miro ornatu. (a) Hoc quippe ſignum Vir Dei magno venerabatur affectu, frequenti commendabat eloquio, actionum præmittebat initiis, & in eis, quas dirigebat ex caritate, literulis manu propria ſubſcribebat; tanquam ſi omne ipſius ſtudium foret juxta Propheticum dictum ſignare Thau ſuper frontes Virorum gementium & dolentium, ad Chriſtum Jeſum veraciter converſorum.

Ezech. 9. 4.

De Prærogativa Virtutum.

Lectio prima.

19. Inſignis ſectator Crucifixi Jeſu, Vir Dei Franciſcus, a ſuæ converſionis primordiis, tanta diſciplinæ rigiditate carnem crucifigebat cum vitiis, motuſque ſenſuales tam ſtricta frænabat modeſtiæ lege, ut vix neceſſaria ſumeret ſuſtentationi naturæ. Nam cocta cibaria ſanitatis tempore vix admittebat, & raro admiſſa vero, aut commixtione cineris interdum faciebat amara, aut aquei ſuperinfuſione liquoris, ut plurimum, reddebat inſipida. (b) Quam vero diſtrictam in potu parcitatem ſervaverit, carnem ſuam a vino abſtrahens, ut transferret animum ad ſapientiæ lucem; hinc liquido valemus advertere, quod & de aqua frigida, cum

Servi Dei vitæ genus perquam auſterum.

Ad Gal. 5. 24.

(a) Nota tres fuiſſe BB. Pacificos O. M. neutiquam inter ſe confundendos. Hic, de quo nunc ſermo, qui una cum aliis Fratribus ablegatus in Galliam an. 1217. primo Lutetiam Pariſiorum pervenit; dein alio divertens, extruxit primum ſui Ordinis Cœnobium Lenſii, ſive Lendii, in Belgio an. 1219. vel 1220. anniſque proxime ſequentibus Atrebate, & Valencenis, obiitque Lenſii circa an. 1230. tumulatus in ſaxo marmoreo prope majus Templi Altare, miraculis clarus, de quo præter noſtros Bartholomæum Piſanum, Marcum Ulyſſiponenſem, Franciſcum Gonzagam, Lucam Waddingum, Arturum a Monaſterio, alioſque, Ferreolus Locrius in ſuis Chronicis Belgicis ad an. 1219. Joannes Molanus in Natalibus Belgicis ad d. Julii, Joannes Baptiſta Sollerius in Act. Sanctor. 10. Jul. &c. Alter miſſus in Germaniam an. 1221. una cum B. Cæſario primo Germaniæ Miniſtro, aliiſque Fratribus, qui appellens Tridentum, unus fuiſſe videtur ex quatuor Cæſarii Sociis, quos manere in ſua Diœceſi ac Principatu voluit Adelpretus hujus nominis III. ut duo ad Populum, duoque ad Clerum verbi miniſterio, & ædificationi eorum inſiſterent, de quibus P. Franciſcus Haroldus in Epit. Annal. Minor. ad d. an. 1221. n. 3. Hic poſt extructum S. Franciſci Conventum juxta mœnia Tridenti, procuraſſe quoque videtur ædificationem Monaſterii Clariſſarum S. Michaelis itidem prope Tridentum ad Sanctam Crucem in via Veronenſi; quippe anno 1229. die 8. Septembris Gerardus hujus nominis primus Epiſcopus Princepſque Tridentin. Fr. Pacifico O. M. recipienti nomine & vice Palmeriæ Abbatiſſæ, & Collegii Pauperum Dominarum [manentium juxta Caſtrum Tridentinum (videlicet ad S. Apollinarem ad ripam Atheſis ſub Caſtro Verruca, nunc Doſtrento) annuente Capitulo, ad vitandas Atheſis inundationes, indulſit, donavitque Eccleſiam S. Michaelis cum adjacentibus pro erigendo ipſis novo Monaſterio. Et hinc eſt, quod inter antiquiores illius Monaſterii reliquias adhuc ſervatur Digitus B. Pacifici. Et hic velut adhuc vivens in Confirmatione donationis factæ præfatæ Eccleſiæ S. Michaelis nominatur a Gregorio Papa IX. an. 1234. die 20. April. appellaturque *Dilectus Filius Fr. Pacificus de Ord. FF. MM.* neque videtur diverſus ab eo F. Pacifico, cui idem Gregor. IX. commendavit etiam Sanctimoniales Senenſes in Lit. dat. an. 1227. die 12. Aug. To. 1. Bullar. Franc. pag. 33. Ejus ſacra lipſana recondita jacent, coluntturque in ſacra Æde (ab eodem veriſimiliter primum una cum Conventu erecta) Minor. Conventual. ad oram Benacenſis Lacus juxta Civitatem Ripenſem Tridentinæ Diœceſis & Principatus: de quo præter Rodulphum, & Waddingum, Michael Angelus Marianus in ſuo Tridento pag. 143. & pag. 516. nec non in mea Serie Tridentinorum Antiſtitum ſub Adelpreto III. & Gerardo I. pag. 56. & ſeqq. Tertius B. Pacificus fuit Venetus de Patritia Familia Bonorum, de quo Venetiis in ſacra Æde Minor. Convent. teſtatur Rodulphus fol. 226. & 271. ſupereſſe adhuc ſarcophagum, in quo repoſitum fuit corpus ejus cum hiſce verbis: *In hoc ſepulchro depoſitum fuit corpus B. Pacifici Ordinis Fratrum Minorum Anno Domini MCCCCXXXII.* Et de hoc tertio B. Pacifico loquuntur MSS. Annales Prov. Venet. P. Beati de Valdaneo O. M. R., Petrus Antonius Pacificus in Chron. Venet. pag. 338., Libellus, cui titulus: *Protogiornale per l' anno biſeſtile 1764. ad uſo della Sereniſſima Dominante Città di Venezia*, ad diem 13. Julii, nec non noviſſime noſter P. Jo. Chryſoſt. Tovatius de Avolano in Append. ad MS. Catal. Scriptor. Prov. Trident. S. Vigilii O. M. R. §. 4. num. 2.

(b) Quod *eſſet contentus paucis & pauperculis cibis*, teſtatur quoque Legen. trium Socior.

Digitized by Google

cum sitis æstuabat ardore, vix audebat ad sufficientiam bibere. (a) Nuda humus, ut sæpius, lectus erat lassato corpusculo, cervical lapis vel lignum, (b) vestisque simplex, rugosa & hispida, tegumentum: pro eo quod experientia certa didicerat, hostes malignos duris & asperis in fugam converti, delicatis autem & mollibus fortius animari.

Lectio secunda.

Vigil ejus cura in custodiendo castitatis thesauro.

20. Rigidus in disciplina super custodiam suam invigilabat attentius, curam gerens præcipuam de impretiabilis custoditione thesauri, castitatis videlicet in fictili vase, quod & possidere studebat in sanctitudinis honore, per utriusque hominis integerrimam puritatem. (c) Quapropter circa suæ conversionis principia, tempore hyemalis algoris, spiritu fortis & fervidus, in foveam glacie aut nive repletam seipsum plerumque mergebat, ut & domesticum hostem sibi perfecte subigeret, & candidum vestimentum munditiæ a voluptatis incendio præservaret. (d) Tanta quoque per exercitationes hujusmodi fulgere cœpit in sensibus venustate pudoris; ut plenum jam carnis assecutus dominium, fœdus cum oculis pepigisse videretur, quod non solum carnalem aspectum procul refugeret, sed & curiosum vanitatis cujuscumque contuitum omnino caveret.

2. *ad Cor.* 4. 7. 1. *ad Thess.* 4. 4.

Ad extinguendum concupiscentiæ fomitem in foveam glacie aut nive plenam se plerumque mergebat.

Job 31. 1.

Lectio tertia.

21. Verum licet cordis & corporis puritatem adeptus, sanctificationis quodammodo proximaret ad apicem; non cessabat tamen lacrymarum imbribus jugiter oculos expiare mentales, cœlestium claritatum concupiscendo munditiam, & corporeorum luminum parvipendendo jacturam. Cum enim ex continuo fletu infirmitatem oculorum incurrisset gravissimam, suadente Medico, quod abstineret a lacrymis, si corporei visus cœcitatem vellet effugere; nequaquam assensit; malle se asserens corporalis visus lumen amittere, quam lacrymas, quibus oculus emundatur interior, ut Deum videre prævaleat, repressa devotione spiritus, impedire. Erat quoque Vir Deo devotus inter lacrymarum irrigua cœlesti quadam jucunditate serenus tam mente, quam facie, utpote qui pro conscientiæ sanctæ nitore tanta perfusus erat unctione lætitiæ, ut & mente in Deum incessanter excederet, & in cunctis operibus manuum ejus jugiter exultaret. (e)

Ejus fletus continuus ad infirmitatem usque oculorum.

Lectio quarta.

22. Omnium virtutum custos & decor humilitas adeo Virum Dei sui juris effecerat, ut quamvis multiplex in eo fulgeret prærogativa virtutum; hæc tamen in ipso tanquam in Minorum minimo præcipuum videretur assecuta dominium. In propria quidem reputatione, qua se fatebatur maximum peccatorum, (f) prorsus nil erat nisi fictile quoddam & sordidum vasculum; cum in veritate vas esset sanctificationis electum, multiformis virtutis & gratiæ ador-

Humilitatis cultor præcipuus.

Palam se fatebatur inter peccatores maximum.

(a) Vid. quæ de hujusmodi abstinentiæ laude & perfectione, & contra ejusdem impugnationem calumniosam, scribit S. Bonav. in Apolog. Pauper. Respons. 2. cap. 2., quæve ante ipsum scripsit S. Ambros. Epist. 63. n. 7. adversus Sarmationem & Barbatianum vaniloquos homines, effutientes: *Nullum esse abstinentiæ meritum, delirare eos qui jejuniis castigant carnem suam, ut menti subditam faciant.*

(b) Similia supra in Legen. S. Claræ cap. 3. num. 18. Et hoc ad imitationem Patriarchæ Jacob, de quo Clem. Alexandrin. Pæd. cap. 3. *Jacob humi dormiebat, & lapis erat ei pulvinus: atque quidem visum videre dignus est habitus, quod captum hominis superabat.*

(c) His satis refutatur impietas Centuriatorum Magdeburgensium contra hanc *integerrimam puritatem* balsphemantium. Nec mirum videri debuit Luthero, quod vir adeo sanctus, sicut B. Franciscus, illi se obnoxium senserit infirmitati, qua reliqui filii Adæ laborant; cum ea nequidem caruerit Sanctus Paulus, uti patet ex Epist. ad Rom. 7. 23. & 2. Cor. 12. 7. Remedium autem a Luthero indicatum satis ipsum probat *suem lotam in volutabro luti*, ac omnino contrarium est tum Ecclesiastico monenti: *Post concupiscentias tuas non eas*, Eccli 18. 30.; tum etiam ipsimet Paulo dicenti: *Castigo corpus meum & in servitutem redigo*, 1. Cor. 9. 27. Vid. quoque 2. Cor. 6. 5. & seq. Gal. 24. Rom. 6. 12. Colos. 3. 5. nec non Henric. Sedul. Præscript. 20. adver. Hæres. num. 8. ac seq.

(d) De hoc Wadding. ad an. 1210. n. 53.

(e) Ita in eo erat, ut loquar S. Ambrosii verbis De Pœniten. Lib. 1. cap. 15. num. 61. *Major in infirmitate corporis gratia, quam in salute; consummatur enim carnis infirmitatibus animæ fortitudo*, & ut idem Ambros. subdit ibi n. 64. *Quod nocet corpori, juvat Spiritum.*

(f) Quo sensu vid. supra Tract. de Humilit. col. 242. not. g.

Digitized by Google

adornatione præfulgidum, & ſanctitudine dedicatum. Studebat quidem ſummopere in oculis ſuis, aliorumque vileſcere, (a) defectus in ſe latentes publica confeſſione detegere, donaque Datoris pectoris arcano celare, ut nequaquam pateret gloriæ, quod occaſio poterat eſſe ruinæ. Sane ut perfectæ humilitatis omnem impleret juſtitiam, ſeipſum adeo ſtuduit non ſolum ſuperioribus, verum etiam inferioribus ſubdere, quod & Socio itineris, quantumlibet ſimplici, obedientiam promittere ſolitus erat, ut non tanquam Prælatus ex auctoritate præciperet, ſed tanquam miniſter & ſervus etiam ſubditis ex humilitate pareret.

Studebat in ſe latentes defectus prodere, dona vero gratiæ prorſus occulere.

Socio itineris, quantumvis ſimplici, obedientiam ſpondere ſolemne habuit.

Lectio quinta.

22. Sociam quoque ſanctæ humilitatis paupertatem excelſam perfectus Chriſti Sectator caritate ſibi ſtuduit ſic deſponſare perpetua, quod non ſolum pro ea Patrem Matremque reliquit, verum etiam quæ habere potuit, univerſa diſperſit. Nemo tam auri, quam iſte cupidus paupertatis, nec theſauri cuſtodiendi ſollicitior ullus, quam iſte hujus evangelicæ margaritæ; (b) cum & a principio Religionis (c) uſque ad mortem tunica, chorda, & femoralibus dives, in ſola videretur gloriari penuria, & egeſtate gaudere. Si quando enim pauperiorem ſe quempiam ſecundum exteriorem habitum cerneret, ſemetipſum protinus arguens excitabat ad ſimile, tanquam ſi æmula paupertate concertans, vinci ſe in illo, ſpiritus quadam nobilitate, timeret. (d) Etenim quia ipſam ut arrham hæreditatis æternæ omnibus caducis prætulerat, fallaces divitias, velut fœdum ad horam conceſſum, nil reputans, hanc præ opibus magnis amabat, & in ea cunctos optabat excedere, qui ex eadem didicerat inferiorem ſe omnibus reputare.

Paupertatem ſibi deſponſavit, ac præteris adamavit.

Lectio

(a) S. Bernard. Serm. 13. in Cant. num. 3. *Mirabilem te apparere, & contemtibilem reputare; hoc ego ipſis virtutibus mirabilius judico.* Et Ser. 16. num. 10. *Verus humilis vilis vult reputari, non humilis prædicari.* Item Tract. de Grad. Humilit. & Super. cap. 1. num. 2. *Humilitas eſt virtus, qua homo veriſſima ſui agnitione ſibi ipſi vileſcit.*

(b) Quippe *per theſaurum abſconditum deſignatur, Matth.* 13. 44. & per *pretioſam margaritam*, ibi 46. Vid. ſupra num. 4. ac in Apolog. Pauper. Reſp. 3. cap. 3. Et ita æſtimare paupertatem didicit a Spiritu ſancto Eccleſiaſtici c. 10. v. 10. *Nihil eſt iniquius, quam amare pecuniam: hic enim animam ſuam venalem habet.* Item ab Apoſtolo 2. Corinth. c. 8. v. 2. *Altiſſima paupertas eorum abundavit in divitias ſimplicitatis eorum.* Nec non ab ipſomet Chriſto Domino Matth. c. 10. v. 9. *Nolite poſſidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis veſtris &c.* Et quod verba hæc recte intellexerit S. P. F. (quidquid ſecus ſcripſerit Claudius Fleury ſuper Hiſt. Eccl. To. 2. Diſc. 8. §. 8.) evincit D. Bonav. Expoſit. Reg. FF. MM. cap. 4. & in cit. Apolog. Pauper. Reſp. 3. cap. 1. Unde Cornel. a Lap. Comment. in Matth. loc. cit. ait „ Hoc paupertatis Apoſtolicæ exemplum „ imitatus S. Franciſcus, cum ſuos Fratres bi„ nos Evangelizatum mittebat, non aliud via„ ticum eis dabat, quam hoc: *Jacta cogitatum „ tuum in Domino, & ipſe te enutriet.*“ Et poſt alia plura de paupertate vere Evangelica, & Apoſtolica S. F. ibi ſic concludit „ Ita „ S. Bonaventura cap. 3. Vitæ ejus, & alii: „ unde vivens & moriens diſerte aſſeruit: *Ipſe „ Dominus revelavit mihi, quod deberem vivere „ ſecundum formam ſancti Evangelii*“ Et cum ſanctus Pater, ipſo fatente Fleury ibi Diſc. 5. §. 9., fuerit *Sæculo XIII. excellentior morum Magiſter*, fieri neutiquam poteſt, quin germanum præfatorum Evangelii verborum ſenſum fuerit aſſecutus. Maxime quia ipſemet Fleury diffiteri non potuit De Moribus Chriſtianorum Par. 4. cap. 11. *S. Franciſcus ſenſibile dedit exemplum executionis Evangelii ad literam, humilitatis, mortificationis, Apoſtolicis temporibus dignæ.* Unus etiam Divinæ Scripturæ ſenſus alterum non excludit, uti ſæpe monui cum Illuſtriſſ. Boſſuet Vol. 2. Supplementi hujus; quod unum ſatis eſſe poſſet pro reſponſo ad ſenſum a Fleury prætenſum.

(c) Vel tunc enim *incepit* (verba uſurpo Senecæ Epiſt. 18.) *cum paupertate habere commercium:*

Aude hoſpes contemnere opes, & te quoque dignum
Finge Deo . . . . . .
Nemo alius eſt Deo dignus, quam qui opes contempſit.

Utinam ita ſaperent, & intelligerent Franciſcanæ paupertatis cenſores.

(d) Simile quid dilaudamus in Diogene, qui ex Hiero. Lib. 2. adv. Iovin. cap. 9. *quodam tempore habens ad potandum cavum lignum, vidit puerum manu concava bibere, & eliſiſſe illud in terram fertur dicens: Neſciebam quod natura haberet poculum.* Quæ verba expendens noſter Henricus Sedulius Apologet. L. 2. cap. 6. n. 10. eundem Diogenem vocat *egeſtate feliciorem, quam opibus.* Tum ex Seneca de Tranq. c. 8. alia referens de hac *felicitate Diogenis*, concludit: *Chriſtiani in Pagano egregiam paupertatem admirantur: Hæretici in Sancto Viro calumniantur.*

Digitized by Google

Lectio sexta.

23. Excrevit propterea Vir Dei per altissimæ paupertatis amorem in sanctæ simplicitatis tam opulentas divitias, ut cum nihil prorsus haberet inter mundialia proprium, in ipso tamen mundi hujus Authore omnium possessor videretur esse bonorum. (a) Dum enim oculorum acie columbina, simplici videlicet mentis intentione, puroque speculationis contuitu omnia in summum referebat Opificem, ipsumque Factorem recognoscebat, amabat, & laudabat in omnibus, superna fiebat largitione clementiæ, ut omnia in Deo, & Deum in omnibus possideret. Considerationе quoque primæ originis omnium, creaturas quantumlibet modicas fratris vel sororis appellabat nominibus, tanquam ab uno secum exeuntes principio; (b) quanquam illas viscerioſius complecteretur & dulcius, quæ Christi mansuetudinem piam similitudine naturali prætendunt, & Scripturæ significatione figurant. (c) Quamobrem supernaturali fiebat influente virtute, ut natura brutorum pio quodam modo moveretur ad ipsum, sed & sensu carentia parerent ad placitum, ac si idem Vir Sanctus, ut simplex & rectus, ad statum jam foret innocentiæ reformatus.

2. Cor. 6. 2.

Oculus ejus columbinus & simplex, puraque in Deum intentio.

Ratione primævæ originis creaturas omnes, ut ut minimas, fratris vel sororis nominibus nuncupabat.

Illas potissimum diligebat, quæ mansuetudinem Christi præferrent.

Tam animantia, quam sensu carentia ipsi parebant.

Lectio septima.

24. Pietatis quoque dulcedo, tanta plenitudinis copia, in Domini famulum a misericordiæ fonte manaverat, ut ad miserabilium personarum relevandas miserias, viscera videretur gestare materna, cum & clementiam haberet ingenitam, quam superinfusa Christi pietas duplicabat. Itaque liquescebat animus ejus ad infirmos & pauperes, & quibus non poterat manum, exhibebat affectum; pro eo quod quidquid penuriæ, quidquid defectus cernebat in aliquo, pii cordis dulcedine regerebat in Christum. Cumque in pauperibus cunctis effigiem Christi (d) prospiceret, siqua etiam necessaria vitæ sibi collata fuissent, eis occurrentibus non solum liberaliter conferebat, verum etiam, ac si illorum propria essent, judicabat esse reddenda. Nulli prorsus rei parcebat, nec mantellis, nec tunicis, (e) nec libris, nec etiam paramentis Altaris (f), quin omnia hæc, dum posset, largiretur egentibus, cupiens, ut perfectæ pietatis impleret officium, etiam superimpendere semetipsum.

Insignis ejus pietas, & caritas erga pauperes, & infirmos, in quibus Christi personam spectabat.

Omnibus exspoliabat se, vel altaria ipsa, ut egentibus opem ferret.

2. ad Cor. 12. 15.

Lectio octava.

25. Zelus fraternæ salutis ex caritatis fornace procedens, ut gladius acutus & flammeus, adeo Franciſci pertransiit intima, ut Vir iste zelotes totus videretur, & æmulationis ardore succensus, & compassionis mœrore plagatus. Siquidem animas Christi Jesu sanguine pretioso redemptas cum cerneret inquinari aliqua sorde peccati, miro doloris confossus aculeo, tanta devotionis teneritudine deplorabat, ut eas tanquam Mater in Christo parturiret. Hinc sibi in oratione luctus (g), in prædicatione discursus, in exemplis dandis excessus, pro eo quod non se Chri-

Ardentissimus ejus zelus fraternæ salutis.

Ad Gal. 4. 19.

(a) Secundum illud 2. Cor. 6. 10. *Nihil habentes, & omnia possidentes.* Unde idem Sedulius ibi num. 8. *Semper est dives Franciscana paupertas, nec pavet in isto mundo indigentia laborare, cui donatum est in omnium rerum dominio omnia possidere. Atque desinet omnia possidere mox, cum voluerit propria.*

(b) *Causſam amoris pulchre exponit S. Bonaventura*, inquit cit. Apologet. L. 1. c. 13. num. 10. d. Sedulius. Sed quod sapientiam censet supra Doctor Seraphicus, Alcorani fautores insaniæ ducunt. Contra hos appositus est rei præsenti vetus ille sermo: *Qui amat me, amat & canem meum.*

(c) Adhuc major ratio illarum dilectionis ex eod. Doct. Seraph.

(d) Christi, inquam, qui in judicio, Angelorum circumstante multitudine, *dicet præstari sibi, quicquid egenti præstatur ac pauperi, & se offendi, nisi egenti præstetur & pauperi*, S. Cypr. Serm. de eleem. secundum illud Matth. 25. 40. *Quamdiu feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.*

(e) Ad instar S. Martini, qui *reliquis in pauperes distributis chlamydem, qua restabat, mediam gladio secans, partem alteram pauperi tribuit.* Ita ex Sev. Sulp. de Vita S. Mar. 2. Sedulius Lib. 1. Apologet. cap. 5. contra Alcoraniſtam subdens: *Sed iste factum istud* (scilicet Franciſci, ut supra dictum est) *vituperat, Christus Dominus laudat: eligat quisque cui credat.*

(f) Similiter S. Ambrosius nequidem sacris Ecclesiæ vasis pro redemptione captivorum pepercit. Viderit ergo improbator Franciscanæ caritatis, ne & Ambrosianam more Arrianorum reprehendat. Vid. S. Ambros. Lib. 2. de Offic. Ministror. cap. 28. num. 136. & seqq.

(g) Al. *luctamen.*

Digitized by Google

Christi putaret amicum, nisi animas foveret, quas ille redemit. Propter quod licet innocens ejus caro, quæ se jam sponte subdebat spiritui, nullo propter offensas egeret flagello, tamen exempli causa pœnas illi renovabat & onera, custodiens propter alios vias duras, ut illius perfecte subsequeretur vestigia, qui pro aliorum salute tradidit in mortem animam suam.

Ps. 16. 4.

Isa. 53. 12.

Lectio nona.

Jo. 3. 29. Ferventissima ipsiusmet in Deum caritas.

26. Caritatis quoque perfectæ fervorem, quo sponsi amicus ferebatur in Deum, ex hoc potissimum quis valet advertere, quod per martyrii flammam seipsum ut hostiam vivam Domino peroptabat offerre. Tribus namque vicibus ob hoc versus partes Infidelium iter aggressus, sed bis Divina dispositione prohibitus, tertia tandem vice (*a*) post multa opprobria, vincula, verbera, & labores innumeros, ad conspectum Soldani Babyloniæ Domino deducente perductus, in tam efficaci ostensione spiritus & virtutis evangelizavit Jesum, (*b*) ut admiraretur ipse Soldanus, & nutu Divino in mansuetudinem versus, benignum ei præberet auditum. Cernens quidem in eo fervorem spiritus, constantiam animi, contemptum vitæ præsentis, efficaciamque Divini sermonis, devotionem tantam concepit ad ipsum, ut magno eum honore dignum duceret, munera pretiosa offerret, & ad secum trahendum moram instanter invitaret. At verus mundi suique contemptor, oblata omnia spernens ut lutum, seque conspiciens assequi suum non posse propositum, postquam ad id obtinendum sine fictione peregit quod potuit, ad partes Fidelium revelatione præmonitus remeavit. Sicque factum est, ut Christi Amicus mortem pro ipso viribus totis exquireret, & tamen nullatenus inveniret: quo & merito non careret optati martyrii, & insigniendus servaretur in posterum privilegio singulari.

De studio orationis, & spiritu Prophetiæ.

Lectio prima.

27. Sentiens Christi Servus corpore se peregrinum a Domino, cum ad terrena foris desideria per Christi amorem totus insensibilis esset effectus, ne foret absque consolatione Dilecti, sine intermissione orando, spiritum Deo contendebat exhibere præsentem. Nam ambulans & sedens, intus & foris, laborans & vacans, adeo erat orationi vi mentis intentus, ut illi videretur quidquid erat in eo, non solum cordis & corporis, verum etiam operis & temporis, dedicasse. Suspendebatur multoties tanto devotionis excessu, ut supra semetipsum raptus, & ultra humanum sensum aliquid sentiens, quid circa se ageretur exterius, omnino nesciret (*c*).

2. ad Cor. 5. 6

1. ad Thess. 5. 17.

Orationi intentus, & extra se raptus.

Lectio secunda.

28. Ut autem quietius spiritualium consolationum immissiones susciperet, ad solitudines, & Ecclesias derelictas oraturus nocte pergebat; quamvis & ibi pugnas dæmonum horribiles senserit, qui secum confligentes quasi manu ad manum nitebantur ipsum ab orationis studio perturbare. Verum illis ferventium precum infatigabili virtute fugatis, Vir Dei solitarius remanens & pacatus, nemora replebat gemitibus, loca spargebat lacrymis, pectora manu tundebat, & quasi occultius secretarium nactus, nunc respondebat Judici, nunc supplicabat Patri, nunc colludebat Sponso, nunc colloquebatur Amico. Ibi visus est nocte orans, manibus & brachiis ad modum crucis protensis, toto corpore sublevatus a terra, (*d*) & nubecu-

Ad solitudines, Ecclesiasque derelictas, nocturno oraturus, confugiens.

Conflictationes dæmonum passus, eorumque victor.

Sublevatus a terra, ac nubecula fulgente circumdatus.

(*a*) De his tribus vicibus in Legen. maj. cap. 9.

(*b*) De hac Prædicatione coram Soldano facta nedum in Legen. ma. ibi; verum etiam Serm. sive Collat. 19. in Hexaem. Item oculatus testis Jacobus Cardin. Vitriacus in Hist. Occid. Lib. 2. cap. 32.

(*c*) S. P. Francisco ita rapto jure aptari potest illud Thren. 3. 28. *Sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit se supra se*; nec non illud Basil. de lau. vit. solitar. „ Se elevat supra „ se, quia Deum esuriens anima a terrenarum se rerum obtutibus erigit, & in Divinæ contemplationis arce suspendit, a mundi „ actionibus segregat, atque in altum contemplationis cœlestibus desideriis pennas librat: „ cumque illum, qui est super omnia, conspicere satagit, semetipsum quoque homo „ cum reliqua mundanæ vallis dejectione transcendit.“ Vid. supra in Legen. S. Claræ cap. 5. num. 46. in not. *a*, & *b*.

(*d*) Sic etiam in Legen. ma. cap. 10. De ipsius

becula quadam fulgente circumdatus, ut illustrationis & elevationis mirabilis intra mentem, mira circa corpus cum elevatione facta perlustratio testis esset.

Lectio tertia.

Ejus sursum actiones, patetactionesque ipsi factæ Divinæ Sapientiæ.

29. Hujusmodi quoque sursum actionum supernaturali virtute, sicut certis est comprobatum indiciis, incerta sibi & occulta Divinæ Sapientiæ pandebantur, quamvis illa non vulgaret exterius, nisi quantum fraternæ salutis urgebat zelus, & supernæ revelationis dictabat instinctus. Ad tantam quippe mentis serenitatem indefessum orationis studium cum continua exercitatione virtutum Virum Dei perduxerat, ut quamvis sacrarum literarum peritiam non habuerit per studium eruditionis humanæ, lucis tamen æternæ irradiatus fulgoribus, Scripturarum profunda limpido intellectus scrutaretur acumine. Prophetarum etiam spiritus multiplex in tam multiformis plenitudine gratiæ requievit in eo, ut ipsius virtute mirifica se Vir Dei præsentem aliis exhiberet absentibus, notitiamque certam haberet longe distantium: secreta quoque prospiceret cordium, nec non & futurorum prænuntiaret eventus; sicut multiplicium exemplorum evidentia comprobat, ex quibus aliqua subscribuntur.

Lectio quarta.

S. Antonius Paravinus Prædicator egregius, & Confessor Christi præclarus.

In 10. Ejus sermo mellifluus de titulo Crucis in Provinciali Capitulo Arelatensi.

Apparitio S. Francisci, quantumvis longe absentis, in eo sermone mirabiliter facta.

30. Cum enim tempore quodam Vir Sacer Antonius, tunc quidem Prædicator egregius, nunc autem Confessor Christi præclarus, de titulo Crucis: Jesus Nazarenus, Rex Judæorum: eructans melliflua, in quodam Provinciali Capitulo apud Arelatem Fratribus prædicaret, (*a*) Vir Dei Franciscus, qui tunc in remotis agebat, ad ostium Capituli in aere sublevatus apparuit, qui & extensis velut in Cruce manibus Fratribus benedicens, tam multimoda illos spiritus consolatione replevit, ut certa eis intra semetipsos spiritus testificatione constaret, apparitionem illam mirabilem cœlesti præditam fuisse virtute. Porro quia id Beatum Patrem non latuit, patenter ex hoc ipso clarescit, quam pervius spiritus ejus luci Sapientiæ foret æternæ, quæ omnibus mobilibus mobilior est, & attingens *Sap. 7. 24.* ubique propter sui munditiam, (*b*) in animas (*c*) sanctas se transfert, & Dei amicos & Prophetas constituit.

Lectio quinta.

Prophetico spiritu prænoscit unum ex Fratribus in Capitulo refractarium, ipsumque ad obedientiam, pœnitentiamque reducit.

31. Apud Sanctam Mariam de Portiuncula intrantibus Fratribus semel ex more Capitulum, cum unus ex eis defensionis cujusdam tectus palliolo, se disciplinæ non subderet, videns hoc Vir Sanctus in spiritu, qui in cella tunc orans sequester & medius erat inter eosdem Fratres & Deum, vocari ad se fecit unum ex ipsis, cui & dixit: Vidi, Frater, diabolum super illius Fratris inobedientis dorsum, collum ejus tenentem astrictum, qui tali sessore subactus, obedientiæ fræno spreto, instinctus illius sequebatur habenas. Vade igitur, & dic Fratri, ut obedientiæ sanctæ collum sine mora submittat, cum & ille hoc fuggerat fieri, ad cujus precum instantiam dæmon ille confusus abscessit. Monitus per internuntium Frater, compunctionis concepto spiritu, ac veritatis luce percepta, coram Viri Sancti Vicario in faciem procidit, seipsum culpabilem recognovit, veniam petiit, disciplinam suscepit & pertulit, ac deinceps per omnia humiliter obedivit.

Lectio sexta.

Propheticus ejus spiritus, & virtus, in agnoscenda, depellendaque gravi unius ex suis Sociis tentatione.

32. Cum autem in Monte maneret Alvernæ cella reclusus, unus ex Sociis magno desiderio cupiebat habere de verbis Domini aliquod scriptum, manu ipsius breviter annotatum. Gravem enim, qua vexabatur, tentationem non carnis, sed spiritus, ex hoc credebat evadere, vel certe levius ferre. Tali desi-

---

ipsius corpore in aerem subvecto sunt testes oculati apud Sedul. L. 3. Apologet. cap. 12. Sed & alios plures legere est in oratione a terra subvectos. Instar omnium sit Frater Ægydius, de quo vide sis S. Bonav. testem oculatum cap. 3. Legendæ ma.

(*a*) *Exemplum* (inquit ipsemet S. Bonav. Ser. 1. de S. Antonio Patavino Ord. Minor.) *habetur in Legenda, quando de titulo Crucis Dominicæ prædicabat.*

(*b*) Sic etiam in Legen. ma. cap. 11. Vulg. *attingit autem ubique propter suam munditiam.*

(*c*) In d. Legen. ma. ibi *per nationes in animas &c.*

Digitized by Google

deſiderio languens anxiabatur interius; quia cum eſſet humilis, pudoratus, & ſimplex, verecundia victus Reverendo Patri rem pandere non audebat. Sed cui homo non dixit, Spiritus revelavit. Portari nanque ſibi juſſit a Fratre prædicto atramentum & chartam, laudeſque Domini juxta Fratris deſiderium cum ipſius benedictione propria manu conſcribens, eidem quod ſcripſerat (a) liberaliter obtulit, & omnis illa tentatio prorſus abſceſſit. Ipſa quoque literula reſervata in poſterum remedia ſanitatis quamplurimis contulit, ut ex hoc clareſceret omnibus, quanti meriti coram Deo Scriptor ipſius extiterit, qui tantæ virtutis efficaciam in ſchedula conſcripta reliquit.

Chartula ab ipſo ſcripta mirabilium operatrix.

Lectio ſeptima.

Mulieri cuidam nobili, ac Deo devotæ, virum crudelem, ac in Dei ſervitio adverſarium habenti, ejus reſipiſcentiam prædicit.

33. Alio quoque tempore Mulier quædam nobilis, Deo devota, Virum Sanctum fiducialiter adiens, poſtulabat obnixe, ut pro Viro ſuo ſibi valde crudeli, quem adverſarium patiebatur in ſervitio Chriſti, apud Dominum intercedere vellet, ut ipſius cor durum larga ſuæ gratiæ infuſione molliret. Quo audito Vir Sacer, & pius, ſacris eam in bono roboravit eloquiis, conſolationem, quam optabat, ſibi de proximo affuturam aſſeruit, finaliterque mandavit, quod Viro illi ex parte Dei denuntiaret, & ſui, nunc tempus eſſe clementiæ, poſtmodum æquitatis. Credidit Mulier ſermoni, quem ei dixerat Domini Servus, & benedictione accepta domum cum feſtinatione revertens, occurrenti ſibi Viro præfatum narravit eloquium, indubitanter expectans optatum impleri promiſſum. Confeſtim autem ut auribus illius ſermo inſonuit, cecidit ſuper eum ſpiritus gratiæ, adeo cor ipſius emolliens, ut & devotam Conjugem libere Deo ex tunc famulari permitteret, & ſe una cum ipſa Domino ſerviturum offerret. Suadente igitur ſancta Uxore pluribus annis cœlibem vitam agentes, eodem die Mulier mane, Vir veſpere, migraverunt ad Dominum; hæc quidem ut matutinum, ille vero ut ſacrificium veſpertinum.

Lectio octava.

Cognitam habet Præbendarii cujuſdam infirmi, ad ipſum infirmum delati, vitam fœde tranſactam, eidemque impetrata mox ſanitate, prædicit redituro ad vomitum Divinam ultionem.

34. Tempore, quo Vir Sanctus Reate jacebat infirmus, Præbendarius (b) quidam, nomine Gedeon, lubricus & mundanus, infirmitate gravi correptus, & lectulo decubans, cum ad eum fuiſſet delatus, lacrymoſe rogabat cum ſimul aſtantibus, ut ab ipſo crucis ſignaculo ſignaretur. Ad quem ille: Cum olim vixeris ſecundum deſideria carnis, non veritus judicia Dei, non propter te, ſed propter devotas intercedentium preces, ſigno te crucis hoc modo ſignabo, ut tibi ex nunc pro certo inſinuem, quod ſis graviora paſſurus, ſi ad vomitum redieris liberatus. Signo itaque crucis ſuper eum facto a capite uſque ad pedes, inſonuerunt oſſa renum ejus, audientibus cunctis, veluti cum manu ligna ſicca franguntur, ſtatimque is, qui contractus jacuerat, ſurrexit ſanus, & in laudem Dei prorumpens: Ego, inquit, ſum liberatus. Paucis autem interlapſis temporibus, cum Dei oblitus, corpus impudicitiæ reddidiſſet, & ſero quodam cœnaſſet in hoſpitio cujuſdam Canonici, nocteque illa dormiret, ibidem tectum domus ſuper omnes ſubito corruit, & illum ſolum, cœteris mortem evadentibus, interemit: ſicque factum eſt, ut ſimul in hoc uno eventu pateſceret, quam ſit ſeverus ingratis zelus Divinæ Juſtitiæ, quamque verax & certus in dubiis fuerit, qui Franciſcum repleverat, ſpiritus Prophetiæ.

Lectio nona.

Militi ſano ac forti, qui eum ad prandium coegerat, prædicit mortem mox futuram, ne imparatus obiret.

Mos orandi S. Franc. ante cibi ſumptionem.

35. Eo quoque tempore, quo poſt reverſionem ſuam de ultra mare Celanum prædicaturus acceſſit, Miles quidam ſupplici eum devotione cum inſtantia magna invitavit ad prandium, & quaſi coegit invitum. Ante vero quam cibum ſumerent, Vir mente de-

(a) Quod ſcripſerat ſic ſonabat, ut habet Legen. ma. cit. cap. 11. *Accipe tibi chartulam iſtam, & uſque ad mortem tuam cuſtodias diligenter.* Hanc, una cum prædictis *Laudibus Domini*, quemadmodum & d. Legenda teſtatur, *propria manu ſcripſit, & ultimo benedictionem ipſius.*

(b) In Cathol. F. Joannis de Janua O. P. *Præbendarius, qui dat præbendam, vel potius qui recipit.* Vid. Gloſſar. Ducang. & Amalth. Onomaſt. Joſephi Laurentii.

Digitized by Google

votus, juxta ſolitum morem, offerens Deo preces & laudes, vidit in ſpiritu Viro illi mortis de proximo imminere judicium, menteque ſuſpenſus oculis ſtabat elevatis in cœlum. Oratione tandem completa benignum hoſpitem traxit in partem, mortemque illi vicinam prædixit, ut confiteretur admonuit, & ad bonum, quantum valuit, animavit. Acquievit homo continuo Beati Viri ſermonibus, Socioque illius (a) univerſa peccata in confeſſione detexit, domum diſpoſuit, Divinæ ſe miſerationi commiſit, & ad ſuſcipiendam mortem ſe, quantum potuit, præparavit. Igitur dum alii refectionem corporis ſumerent, Miles, qui ſanus videbatur & fortis, ſubito ſpiritum exhalavit juxta verbum hominis Dei, repentina quidem morte ſublatus, armis tamen pœnitentiæ per ejuſdem ſpiritum propheticum præmunitus, ut & perpetuam damnationem evaderet, & in æterna tabernacula juxta promiſſionem Evangelicam introiret. (b)

Luc. 16. 9.

De obedientia creaturarum, & condeſcenſione Divina.

Lectio prima.

36. Aderat quidem Servo ſuo Francisco is, qui eum unxerat, Spiritus Domini, & ipſe Dei virtus & ſapientia Chriſtus, cujus virtute fiebat & gratia, ut ſibi non ſolum incerta & occulta pateſcerent; verum etiam mundi hujus elementa parerent. Quodam nanque tempore cum conſilium daretur a Medicis, & inſtanter ſuaderetur a Fratribus, ut contra infirmitatem oculorum pateretur ſibi per cocturæ ſubveniri remedium, humiliter Vir Dei aſſenſit, pro eo quod id non ſolum medela contra ægritudinem corporis, verum etiam materia foret exercendæ virtutis. Senſu vero carnis ipſius, ad conſpectum inſtrumenti ferrei jam igne candentis, naturali quodam horrore concuſſo, Vir Sanctus ignem alloqui cœpit ut fratrem, (c) in Creatoris nomine ac virtute præcipiens, ut ſuum ei contemperaret ardorem, quo ſuaviter urentem ſuſtinere valeret. Profundato autem crepitante ferro in tenera carne, & ab aure uſque ad ſupercilium coctura protracta, Vir Deo plenus exultans in ſpiritu: Laudate, inquit ad Fratres, Altiſſimum, quia, ut verum fatear, nec ignis ardor moleſtiam intulit, nec carnis dolor me afflixit.

2. ad Cor. 1. 24.

Obedientia ab ipſis elementis S. Franciſco præſtita.

Ejus ad ignem, velut ad fratrem, locutio.

Mira ignis obedientia.

Lectio ſecunda.

37. Apud Eremum Sancti Urbani Servo Dei ægritudine graviſſima laborante, cum ipſe naturæ defectum ſentiens vini poculum peteret, nihilque de vino, (d) quod ſibi dari poſſet, reſponderetur adeſſe; juſſit aquam afferri, & allatam ſigno crucis edito benedixit. Mox vinum efficitur optimum, quod fuerat aqua pura, & quod deſerti loci paupertas non potuit, Sancti Viri puritas impetravit. Ad ejus guſtum protinus tanta facilitate convaluit, ut evidenter clareſceret, quod optatum poculum illud a largo ſibi fuerit Datore conceſſum, non tam ut afficiens ad ſaporem, quam ut efficax ad ſalutem. (e)

Miraculum aquæ in vinum converſæ.

Lectio tertia.

38. Alio quoque tempore Vir Dei ad quandam Eremum transferre ſe volens, ut ibi liberius contemplationi vacaret, quia debilis erat, cujuſdam pauperis hominis vectabatur Aſello. Cumque diebus æſtivis, Famulum Dei ſequendo, Vir ille montana conſcenderet, aſperioris & longioris viæ itinere fatigatus, nimioque ſitis ardore deficiens, inſtanter cœpit clamare, ac dicere, quod niſi paululum biberet, confeſtim ſpiritum

---

(a) *Socio*, inquam, non S. Franciſco; qui præ humilitate ſe charactere Sacerdotali inſigniri nullo unquam tempore paſſus fuit. Nanque auctore ipſomet S. Bonav. Expoſit. in Reg. Fratrum Minorum cap. 7. *Sanctus Franciſcus ex humilitate legitur Sacerdotium fugiſſe, ſicut & Sanctus Benedictus.*

(b) De prædicto ſpiritu prophetiæ, quo S. P. Franciſcus eſt illuſtratus, ſæpe laud. Sedulius L. 1. Apologet. cap. 15. num. 6. Alcoraniſtas refellens ait „ Prophetam vere fuiſſe, hinc „ patet, quod prævideris non ſolum *Ordinis di-* „ *latationem, & deviationem*, verum etiam *per-* „ *ſecutionem* hoſtiliter a vobis adverſum nos „ excitatam. “

(c) Vid. ſupra num. 23.

(d) A quo alias conſueverat *carnem ſuam abſtrahere*, ſupra num. 19.

(e) Confer cap. 5. Leg. ma.

Digitized by Google

Sitienti aquam de ſaxo duriſſimo precibus impetravit.

tum exhalaret. Abſque mora Vir Dei proſilivit de Aſino, & fixis in terra poplitibus palmas tetendit ad cœlum, orare non ceſsans, donec ſe intellexit auditum. Oratione tandem finita: Feſtina, inquit Viro, ad petram, & illic aquam vivam reperies, quam tibi hac hora miſericorditer Chriſtus de lapide bibendam produxit. Cucurrit ſitiens homo ad locum oſtenſum, bibitque aquam de petra, orantis virtute

Deut. 32. 13. productam, & poculum hauſit, a Deo ſibi de ſaxo duriſſimo propinatum.

Lectio quarta.

39. Tempore quodam, quo Famulus Domini ſecus mare prædicabat Gajetæ, cum turbarum in eum præ devotione ruentium declinare vellet applauſum, in unam littori hærentem naviculam proſiliit ſolus. Illa vero tanquam ſi motoris vi gubernaretur intrinſeca, cernentibus & mirantibus cunctis, qui aderant, ſine aliquo remige longius ſe protraxit a terra. Cum autem aliquanto ſpatio maris ſeceſſiſſet in altum, ſtetit inter fluctus immobilis, quamdiu expectantibus turbis in littore Viro Dei prædicare complacuit. Cumque audito ſermone, viſoque miraculo, ac benedictione accepta, ipſo rogante, multitudo recederet; non alterius, quam cœleſtis juſſionis impulſu, navis applicuit; tanquam ſi creatura Factori deſerviens, Creatoris perfecto Cultori & ſine rebellione ſe ſubderet, & ſine retardatione pareret.

Navicula nullo ducta remige ejus votis deſerviens.

Lectio quinta.

40. Moram eo faciente tempore quodam in Eremitorio (a) Græcii, loci illius indigenæ malis adeo multiplicibus gravabantur, quod & grando annua tempeſtate blada vaſtaret & vineas, & luporum multitudo rapacium non ſolum bruta, ſed & homines conſumebat. Sic igitur vehementer afflictis omnipotentis Domini Famulus benigne compatiens, in publica illis prædicatione promiſit, ſeque fidejuſsorem eis inſtituit, quod peſtilentia illa omnis abſcederet, ſi confeſſione præmiſsa dignos pœnitentiæ fructus facere vellent. Ab illa itaque hora pœnitentiam ad exhortationem ipſius agentibus illis, ceſsaverunt clades, periere pericula, nec moleſtiæ quidquam intulere lupi vel grandines: immo, quod majus eſt, ſi quando vicinorum arva grando pervaderet, iſtorum terminis appropinquans, aut terminabatur ibidem, aut in partem aliam divertebatur. (b)

Devaſtatio grandinum, luporumque infeſtatio, ejus interceſſione ceſſarunt.

Luc. 3. 8.

Lectio ſexta.

41. Alio quoque tempore, cum prædicationis cauſsa Vir Dei Vallem Spoletanam circumiens, appropinquaſſet Bevanio, (c) ad quendam locum devenit, in quo diverſi generis avium maxima multitudo convenerat. Quas oculo pio conſpiciens, irruente in ſe Spiritu Domini, velociter cucurrit ad locum, illiſque ſalutatis alacriter, ut verbum Dei attente audirent, ſilentium imperavit. Cum autem plura de beneficiis Dei creaturis collatis, & laudibus ei ab ipſis reddendis, loqueretur aviculis, illæ modo mirabili geſtientes cœperunt extendere colla, protendere alas, aperire roſtra, & in ipſum attente reſpicere, tanquam ſi eloquiorum ejus admirabilem conarentur ſentire virtutem. (d) Juſte quidem Vir Deo plenus

Aviculis prædicat, mirabili modo ejus ſermoni plaudentibus.

(a) Ex eo quod diverterit ad præfatas *Eremos*, & ad hoc *Eremitorium*, patet, quod vere fuerit *Vir ſolitarius nemora replens gemitibus*, ut ſupra dictum eſt num. 28. quodve *quæreret loca ſolitaria amica mœroribus* ſupra num. 3. Vid. infra inter Epiſtolas datam Pariſ. 1266. 6. Cal. Jun. ubi ſermo de alio *Eremitorio juxta Lacum in Riparia Brixienſi*. Et hinc mirum haud eſt, ſi poſtea prodierint *Eremita S. Franciſci*, quos nihil habuiſſe commune cum *Fratricellis*, *Bizochis*, ſive *Beguinis* ſequioris ætatis, qui ſe Franciſcanos, vel tertii Ordinis S. Franciſci fingebant, evincit Wadding. ad an. 1317. num. 25. & ſeqq. poſt Nitelæ Religionis Franciſcanæ Auctorem, nempe perdoctum Antonium Hyquæum.

(b) Confer cap. 8. Legen. ma. ad fin.

(c) Vulgo *Bevagna*. Vid. ſupra in Legen. S. Clar. num. 71. not. a.

(d) Ita & Hugolin. a Monte S. Mariæ in Chron. MS. ex teſtimonio F. Maſſæi Viri Sancti Socio. Item To. 2. Spicileg. ſive Collect. D. Lucæ d'Achery Monachi Maur. in Chron. Senonien. Lib. 4. cap. 17. pag. m. 634. Sed & mihi oculato teſti addere fas ſit, fuiſſe præſentem Religioſo noſtri Sodalitii Viro, qui diverſo tempore rigidioris hiemis, more S. P. Franciſci, duas eſt allocutus aviculas, minime cicuratas, unam in alta arbore ſtantem, alteram in tecto ſuper ſolidatam nivem ſaltitantem, animo ipſas confovendi; illa autem arboris

Digitized by Google

nus ad creaturas hujuſmodi ratione carentes pio ferebatur humanitatis affectu, (*a*) cum & illæ verſa vice tam miro modo inclinarentur ad ipſum, ut inſtruenti attenderent, & præcipienti parerent, & ad ſuſcipientem cum ſecuritate confugerent, & apud retinentem ſine difficultate manerent. (*b*)

Lectio ſeptima.

42. Tempore vero, quo ob palmam conſequendam martyrii ad partes ultramarinas (*c*) tranſire tentaverat, nec tamen id conſummare valuerat, maris tempeſtatibus præpeditus, adeo ſibi aſtitit Gubernatoris omnium dignativa proviſio, ut eum cum plurimis aliis a periculis mortis erueret, & mirabilia opera ſua circa ipſum in profundo monſtraret. Nam cum de Sclavonia in Italiam redire proponeret, & navem quamdam abſque ullis omnino ſtipendiis conſcendiſſet; adfuit quidam in ipſo ingreſſu pro Chriſti pauperculo miſsus a Deo, qui & ſecum ferret neceſsaria victui, & cuidam timenti Deum de navi ad ſe vocato tribueret, ut nil prorſus habentibus opportuno tempore miniſtraret. Verum Nautis propter vim ventorum nuſquam applicare valentibus, omnia ipſorum ſunt conſumpta cibaria, ſola Beato Viro collatæ deſuper eleemoſynæ portione modica remanente. Quæ ad ipſius preces & merita, ſuperna faciente virtute, in tantum ſuccrevit augmentum, ut diebus pluribus, continua maris tempeſtate durante, uſque ad portum optatum, Anconæ videlicet, neceſſitatibus omnium plenarie ſubveniret.

Parva, quæ Servo Dei ſupererat, annona, pro alendis nautis a Deo multiplicata.

Lectio octava.

43. Alio quoque tempore eodem Viro Dei, prædicationis cauſſa, inter Lombardiam & Marchiam Terviſinam (*d*) iter agente cum Fratre Socio (*e*) juxta Padum, tenebroſa noctis ſupervenit obſcuritas. Cumque periculis magnis & multis via foret expoſita propter fluvium, paludes, & tenebras, inſtante Socio, quod in tanta neceſſitate ſupernum imploraret auxilium, Vir Dei cum confidentia multa reſpondit: Potens eſt Deus, ſi ſuæ dulcedini complacet, tenebrarum effugata caligine, ſui nos beneficio luminis illuſtrare. Mirum certe, vix ſermonem impleverat; & ecce tanta lux circa eos ſuperna cœpit radiare virtute, ut, nocte alias exiſtente obſcura, ipſi luce clara viderent non ſolum viam, verum etiam ex altera parte fluminis plurima circumquaque. (*f*)

Qui jam a Deo miſſus, ut ejus in mari neceſſitati ſuccurreret.

Obſcura nox, ad ejus verbum, ipſi ac Socio in claram lucem converſa.

Le-

---

boris confeſtim ad ejus manum advolavit, altera vero tecti, mox prope eundem deſcendit, & ipſum ſubſecuta eſt uſque ad hypocauſtum. Hæc piis ſatis, nimium impiis.

(*a*) Eodem quo regius Vates Pſ. 150. 6. ut *omnis ſpiritus* (ſive ex Hieron. *omne quod ſpirat*) *laudet Dominum*. Eodem quo ipſemet ſimiliter alibi Pſ. 148. 7. & 10. *Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyſſi.... Beſtiæ & univerſa pecora, ſerpentes, & volucres pennatæ.* Eodem quo tres illi pueri in ardenti camino Dan. 3. 80. *Benedicite omnes volucres cœli Domino &c.* Enim vero, ut loquitur S. Epiph. in Ancor. *ubi expendiſſent ſeipſos ad inenarrabilem Dei glorificationem minus ſufficere, dignantur ſecum aſſumere creaturam ad glorificationem.* Atque ut ait S. Baſil. in eundem Pſ. 148. *Solent Sancti, quando gratiarum actionem conſtituunt, multos aſſumere Dei laudis conſortes.* Non eſt igitur inſaniæ aviculas ſalutare, & taliter exhortari ad audiendum verbum Dei; ſed *animi* (Indidem) *vehementer accenſi univerſos ad laudandum Deum excitare cupientis.* Unde canitur in Antiph. ultima Feſti ejuſdem S. P. F. IV. Octobr. ad Laudes „ Laudans laudare „ monuit, laus illi ſemper adfuit, laus, in„ quam, Salvatoris: invitat aves, beſtias, & „ creaturas alias, ad laudem conditoris. “ Nimirum non ore, ſed opere, ad Deum creatorem ſuum benedicendum: vel ſi ore, non ſuo, ſed alieno: ut ſcilicet ſpectatores ſuos in laudem communis factoris moveant, & excitent, atque ita eorum lingua ad Deum laudandum ipſæ quodammodo utantur. Ita S. Hier. Comment. in Dan. & Euthym. in Pſ. 148. Vid. Sedul. Lib. 1. Apologet. cap. 13. in fine, & cap. 15. num. 3. nec non Comment. ad Vit. S. P. F. cap. 12. num. 3.

(*b*) Ne quis difficilis ac moroſus pro fabulis etiam habeat quæ pulo ante narrantur de obſequio præſtito a lupis S. P. Franciſco; noverit ſimilia fere tradi de lupa mire obſequente ſingulari cuidam Viro, in parvo tugurio, in quo non niſi unus recipi poſſet, habitanti, apud Sulpicium Severum Dial. 1. pag. m. 78. & ſeqq. Edit. Veron. 1741. Vid. Henr. Sedul. Lib. 3. Apologet. c. 29. num. 4. & ſeqq. nec non Joan. Lorin. Comment. in Pſ. 148. v. 10. ubi ex Hiſtoriis ſacris & Eccleſiaſticis memorat exempla non pauca omnis generis beſtiarum, quæ Dei, vel hominum Dei, vel Angelorum juſſiones executæ ſunt.

(*c*) *Ad partes Syriæ*, in Legen. ma. cap. 9.

(*d*) *Terviſinam* habet quoque Legen. ma. cap. 5. Cod. noſtri Bernard. 15., nec non Breviar. Grieſen. In Edit. vero ejuſdem Legen. ma. eodem cap. 5. *Terviſanam*. Apud alios *Tarviſinam*, vel *Tarviſanam*.

(*e*) *Fratre Leone*.

(*f*) Vid. Wadding. ad an. 1213. num. 55. ex Bonav. in Legen. ma. cit. cap. 5. & Maria. cap. 10. §. 13.

Digitized by Google

Lectio nona.

44. Recte quidem inter denſas noctis tenebras fulgor præibat claritatis cœleſtis, ut ex hoc ipſo pateret, involvi eos non poſſe mortis caligine, qui directo ſequuntur tramite lumen vitæ. Nam & lucis hujuſmodi ſplendore mirabili corporaliter directi, & ſpiritualiter confortati, uſque ad locum hoſpitii per non modicum viæ ſpatium cum Divinis hymnis & laudibus pervenerunt. O vere præclarum & admirabilem Virum: cui ſuum ignis ardorem contemperat, aqua ſaporem commutat, abundans poculum petra propinat, inanimata deſerviunt, manſueſcunt immitia, & irrationabilia ſtudioſe intendunt. Ipſe quoque Dominus omnium ſua benignitate obedit ad votum, dum & liberalitate præparat cibum, lucis præbet claritate ducatum, ut ſic ei tanquam Viro ſanctitatis eximiæ & omnis creatura ſubveniat, & ipſe Creator omnium condeſcendat.

Anacephalæoſis, ſive brevis prædictorum repetitio.

De Stigmatibus Sacris.

Lectio prima.

45. Fidelis revera famulus, & miniſter Chriſti Franciſcus, biennio antequam ſpiritum redderet cœlo, (*a*) cum in loco excelſo ſeorſum, qui mons Alvernæ dicitur, quadragenarium ad honorem Archangeli Michaelis jejunium inchoaſſet, ſupernæ contemplationis dulcedine abundantius ſolito ſuperfuſus, ac cœleſtium deſideriorum ardentiori flamma ſuccenſus, ſupernarum cœpit immiſſionum cumulatius dona ſentire. Dum igitur Seraphicis deſideriorum ardoribus ſurſum ageretur in Deum (*b*), & affectus compaſſiva teneritudine in eum transformaretur, cui ex caritate nimia crucifigi complacuit: quodam mane circa feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis, (*c*) in latere montis orans, vidit quaſi ſpeciem unius Seraph, ſex alas tam fulgidas, quam ignitas habentem, de cœlorum ſublimitate deſcendere, qui volatu celerrimo ad aeris locum Viro Dei propinquum perveniens, non ſolum alatus, ſed & crucifixus apparuit: (*d*) manus quidem, & pedes habens extenſos, & cruci affixos; alas vero ſic miro modo hinc inde diſpoſitas, ut duas ſupra caput erigeret, duas ad volandum extenderet, duabus vero reliquis totum corpus circumplectendo velaret.

Oranti in monte Alvernæ apparuit quaſi ſpecies unius Seraph alati inſtar crucifixi.

Lectio ſecunda.

46. Hoc videns vehementer obſtupuit, mixtumque dolori gaudium mens ejus incurrit, dum & in gratioſo Chriſti (*e*) aſpectu, ſibi tam mirabiliter, quam familiariter apparentis, exceſſivam quamdam concipiebat lætitiam, & dira conſpecta crucis affixio ipſius animam compaſſivi doloris gladio pertranſibat.

(*a*) Ita etiam cap. 13. Leg. ma. id eſt, ſecundum MS. Chron. 24. Miniſtror. General. fol. m. 16. *Anno Domini MCCXXIV.* Et *circa hunc annum omnes conveniunt*, teſte Waddingo ad eund. an. 1224. num. 10.

(*b*) In Legen. 3. Socior. Fr. Leo ſecretorum conſcius, comeſque individuus teſtatur, ſe eum aliquando vidiſſe ſupra terram in altum evectum. Vid. ſupra n. 28. not. *d*.

(*c*) Ita quoque d. Chronicon ſed addit: *Vel ut in quadam Divina revelatione continetur, in eodem Feſto*, ut etiam de eadem revelatione teſtantur Barthol. Piſan. & S. Antonin. ac probabilius cit. Waddingus exiſtimat. Verum quidem Benedictum XI. tanti myſterii Feſtum indixiſſe XVII. Septembris, & poſtea univerſum Ordinem in Comitiis Generalibus an. 1337. Caturci celebratis; ſed quia cæteri dies erant aliis Feſtivitatibus præoccupati.

(*d*) De hac apparitione, ſive viſione nedum in d. Legen. ma. cap. 13. ſed etiam in Prol. Itiner. ment. in Deum, ac cap. 7. ejuſdem Itiner. nec non de ſex alis Seraphin cap. 2. Noct. Lect. 4. ex Legen. maj. cap. 13.; ſed legendum *Chriſti*, nanque inibi ipſa ma. Legenda inquit: *Lætabatur quidem in gratioſo aſpectu, quo a Chriſto ſub ſpecie Seraph. cernebat ſe conſpici.* Hinc quoque in Breviar. Biblioth. Grieſen. habetur *gratioſo Chriſti aſpectu*. Hoc ipſum confirmat prædicta revelatio, Franciſcus Maurus, S. Bernardinus inter Sermones de Sanctis Serm. 3. de Stigmat. B. Franc. Art. 1. cap. 1. Non ergo alius a Chriſto afferendus eſt auctor immediatus ſacrorum Stigmatum in Franciſco; neque audiendus Blaſius Viegas, qui in Apoc. cap. 12. Comment. 1. Sect. 18. ex levi conjectura id cenſuit Archangelo Michaeli tribuendum; ſed potius Hymnus ad Veſperas XVIII. Sept. in Feſto Impreſſ. ſacror. Stigmat. in quo canitur:

„ Ad quem venit Rex e cœlo,
„ Amictu Seraphico;
„ Sex alarum tectus velo,
„ Aſpectu pacifico:
„ Affixuſque crucis telo,
„ Portento mirifico &c. “

Digitized by Google

ſibat. Intellexit quidem, illo docente interius, qui & apparebat exterius, quod licet paſſionis infirmitas cum immortalitate Spiritus Seraphici nullatenus conveniret; ideo tamen hujuſmodi viſio ſuis fuerat præſentata conſpectibus, ut amicus ipſe Chriſti prænoſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis, totum in Chriſti Jeſu crucifixi expreſsam ſimilitudinem transformandum. Diſparens igitur viſio, poſt arcanum ac familiare colloquium, mentem ipſius Seraphico interius inflammavit ardore; carnem vero Crucifixo conformi exterius inſignivit effigie, tanquam ſi ad ignis liquefactivam virtutem præambulam ſigillativa quædam eſſet impreſſio ſubſecuta. (a)

Mirabiliter facta ipſi ſacrorum Stigmatum impreſſio.

Lectio tertia.

47. Statim nanque in manibus ejus & pedibus apparere cœperunt ſigna clavorum, ipſorum capitibus in interiori parte manuum, & ſuperiori pedum apparentibus, & eorum acuminibus exiſtentibus ex adverſo. (b) Erantque clavorum capita in manibus & pedibus rotunda & nigra: ipſa vero acumina oblonga, retorta & repercuſſa, quæ de ipſa carne ſurgentia carnem reliquam excedebant. Siquidem repercuſſio ipſa clavorum ſub pedibus adeo prominens erat, & extra protenſa, ut non ſolum plantas ſolo libere applicari non ſineret; verum etiam intra curvationem arcualem ipſorum acuminum faciliter immitti valeret digitus manus, ſicut ab eis ipſe accepi, qui oculis propriis conſpexerunt. (c) Dextrum quoque latus, quaſi lancea transfixum, rubra cicatrice obductum erat, quod ſæpe ſanguinem ſacrum effundens, tunicam & femoralia in tanta copia reſpergebat, (d) ut poſtmodum Fratres Socii ea lavantes pro tempore, indubitanter adverterent, quod ſicut in manibus & pedibus, ſic & in latere famulus Domini expreſſe haberet impreſſam ſimilitudinem Crucifixi.

Eorum deſcriptio.

Teſtes eorumdem longe lecupletiſſimi.

Lectio quarta.

48. Cernens autem Vir Deo plenus, quod Stigmata carni tam luculenter impreſſa Socios familiares latere non poſſent; timens nihilominus publicare Domini ſacramentum, in magno poſitus fuit dubitationis agone, utrum quod viderat diceret, vel taceret. Compulſus tandem conſcientiæ ſtimulo, quibuſdam ex Fratribus intimioribus ſibi cum multo timore ſeriem retulit viſionis præfatæ; addens, quod is qui ſibi apparuerat aliqua dixerit, quæ nunquam, dum viveret, alicui hominum aperiret. Poſtquam igitur verus Chriſti amor in eandem imaginem transformavit amantem, quadraginta dierum numero, juxta quod decreverat, in mon-

Vir Deo plenus *mox minime* auſus Domini revelare ſecretum; ſed poſtea non ſine timore adactus de eo aliqua ſibi intimioribus referare.

(a) Pariter ſupra inter Serm. de diverſ. Ser. 11. de S. Franc. num. 10.

(b) Hæc, quæ continuo ſequuntur uſque ad *Dextrum quoque latus*, deſunt in d. Offic. Breviar. Franc. ibi. In Legen. autem ma. deſiderantur quæ ſubduntur poſt *excedebant* uſque ad *dextrum quoque latus*. At in Breviar. Grieſen. omnia pariter continentur.

(c) Præſertim *a ſocio ejus, qui tunc cum eo fuit, ego, & plures alii audivimus*, teſtatur etiam cap. 7. Itinerar. mentis in Deum. Unde in Epiſtola ad quendam Provincialem Miniſtrum, de qua varie inſcripta in Prodr. col. 657. ipſemet adſeverat, quod *Stigmata Paſſionis Crucifixi in ſacro Patris noſtri corpore indubitanter fulſerunt*. Et ante D. Bonaventuram Alexander IV. P. M. in Lit. ad Venerab. Fratr. Archiep. & Epiſc. & aliar. Eccleſiar. Prælat. dat. Anagniæ 4. Kal. Novembr. Pontific. an. 1. ſc. 1255. „ Signanter vobis ante oculos pro„ ponere volumus, recolenda frequentius, & „ vehementius admiranda illa ſaltem jucunda „ Dominicæ paſſionis inſignia, quæ in ejuſdem „ Sancti corpore, dum adhuc vitali ſpiritu fo„ veretur, manus cœleſtis operationis impreſſit. „ Viderunt nanque oculi fideliter intuentes, „ & certiſſimi palpantium digiti palpaverunt, „ quod in manibus ejus & pedibus expreſſa „ undique ſimilitudo clavorum de ſubjecto pro„ priæ carnis excrevit, vel de materia novæ „ creationis accrevit, quæ equidem Sanctus „ ſtudioſe ab oculis hominum, quorum refu„ giebat gloriam, dum viveret, abſcondebat. „ Inventa eſt patentius in ipſius defuncti cor„ pore non inflicta humanitus, nec facta, pla„ ga vulneris lateralis, quaſi aliquid inſtar la„ teris Salvatoris, quod ſalvationis & redem„ ptionis humanæ in Redemptore noſtro pro„ tulit Sacramentum. Quæ quidem plaga ſi„ cut quoſdam ex Fratribus ſibi familiariter „ adhærentibus latere non potuit propter de„ fluxum humoris, diu ante viruerat in viven„ te. “ Quis ergo non miretur, nunc tamen eſſe qui de hoc nedum dubitant, ſed & hoc temere negant? O tempora! O mores! Superi meliora!

(d) Hæc quoque uſque ad *cernens autem* deſiderantur tam in d. Officio Brev. Franc. ibi, quam in d. Legen. ma.; neutiquam vero in Breviar. Grieſen. nec non apud S. Bernardinum ſupra cit. Serm. 3. Art. 2. cap. 7.

Digitized by Google

monte illo ſolitudinis conſummato, ſuperveniente quoque ſolemnitate Archangeli Michaelis, deſcendit Angelicus Vir Franciſcus de monte, ſecum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis, vel ligneis, manu figuratam artificis, ſed in carneis membris deſcriptam digito Dei vivi.

Exo. 31. 18. *ac Deut.* 9. 10.

Lectio quinta.

Quo magis Vir humilis ea occulere conabatur, tanto magis per Dei miracula prodebantur.

49. Porro licet Vir ſanctus & humilis ſacra illa Signacula omni diligentia ſtuderet abſcondere, Domino tamen complacuit ad gloriam ſuam mirabilia quædam aperta per illa monſtrare; ut dum illorum vis occulta per ſigna clara pateſceret, inter denſas caliginoſi ſæculi tenebras ut ſidus præfulgidum radiaret. Nam & circa montem Alvernæ præfatum, antequam Vir Sanctus ibidem moram traxiſſet, nube obſcura ex ipſo monte ſurgente, grandinis violenta tempeſtas fructus terræ conſuetudinarie devaſtabat. Verum poſt illam apparitionem felicem, non ſine incolarum admiratione ac gaudio, grando conſueta ceſſavit, ut cœleſtis illius viſionis excellentiam, & Stigmatum ibidem impreſſorum virtutem ſerenata præter morem ipſa cœli facies declararet.

Miraculum primum.

Lectio ſexta.

Miraculum alterum.

50. Illo quoque tempore in Provincia Reatina peſtis valde gravis invaluit, quæ oves & boves in tantum cœpit invadere, ut viderentur pene omnes irremediabili morbo languere. Vir autem quidam timens Deum nocte fuit per viſionem commonitus, ut ad Eremitorium (*a*) Fratrum, in quo Beatus Pater tunc moram trahebat, feſtinanter accederet; loturamque manuum & pedum ipſius impetraret a Sociis, ac ſuper animalia languida ſpargeret: & ſic peſtis omnis illa ceſsaret. Quod cum vir ille diligenter impleſſet, tantam illi, quæ ſacras contigerat plagas, contulit Deus aquæ virtutem; ut dum ipſius aſperſio languentes greges vel modicum attigiſſet, omnem illam peſtilentiæ plagam repelleret, priſtinoque recuperato vigore ad paſtum animalia currerent, tanquam ſi nil mali penitus ante ſenſiſsent. (*b*)

Lectio ſeptima.

Alia miracula.

51. Denique tam miram ex tunc conſecutæ ſunt manus illæ virtutem, ut ſuo contactu ſalvifico & validam redderent ſoſpitatem ægrotis, & veracem ſenſum paralyticis jam membris, & aridis, &, quod majus his omnibus eſt, vitam incolumem lethaliter ſauciatis. Nam ut de pluribus ejus prodigiis duo quædam anticipando ſimul & perſtringendo commemorem; cum apud Ilerdam (*c*) vir quidam, Joannes nomine, Beato Franciſco devotus, adeo ferro quodam fuiſſet vulnerum atrocitate conciſus, ut vix crederetur ſupervicturus in craſtinum: apparente ſibi mirabiliter Patre Sanctiſſimo, & vulnera illa ſacris manibus contingente, hora eadem ſic integræ ſoſpitati redditus eſt, ut mirabilem Crucis ſigniferum omni veneratione digniſſimum omnis illa Regio proclamaret. Quis enim poſſet ſine admiratione conſpicere hominem non ignotum, ſub eodem quaſi momento temporis, nunc plagis laniatum ſæviſſimis, nunc incolumitate gaudentem? Quis ſine gratiarum actione recolere? Quis denique ſine devotione tam pium, virtuoſum, præclarumque miraculum fideli valeat mente penſare?

Duo ſingulari commemoratione digna, unum apud Ilerdam.

Lectio octava.

Aliud apud Potentiam.

52. Apud Potentiam Civitatem Apuliæ Clericus quidam, nomine Rogerus, (*d*) cum de ſacris Beati Patris Stigmatibus cogitaret inania, ſubito fuit in manu ſiniſtra ſub chirotheca percuſſus, ac ſi proſiliſſet ſpiculum de baliſta; ipſa tamen chirotheca omnino manente intacta. Cum vero per triduum vehementis fuiſſet doloris cruciatus aculeo

(*a*) Vid. ſupra num. 40. in not. *a*.

(*b*) Si quis ex nuperis Incredulis contra hoc miraculum objectaverit liberationem Romanæ Urbis a peſte, quæ in ea graſſabatur, ab Æſculapio factam; tam ineptus fuerit, quam ineptiſſimum pariter hoc ipſum objicientem oſtendit Defenſio Methodi brevis & facilis contra Deiſtas Caroli Lesley cum notis Cl. P. Soldati num. 3. pag. 57. & ſeqq.

(*c*) *In Catalonia*, five *Catalaunia*, ut habet Legen. ma. ubi de virtute ſacror. Stigm.

(*d*) Vel *Rogerius*, *vir honorabilis*, *& Eccleſiæ Majoris Canonicus* addit d. Legen. ma. ibi. *Rogerius* dicitur etiam in Breviar. Grieſen.

Digitized by Google

leo, & jam mente compunctus Beatum invocaret & adjuraret Franciſcum per glorioſa illa ſibi Stigmata ſubvenire; ſalutem a Deo perfectam obtinuit, ut omnis dolor abſcederet, nullumque remaneret omnino veſtigium percuſſuræ. Ex quo luculenter apparet, quod ſacra illa Signacula illius fuerunt impreſſa potentia, & prædita ſunt virtute, cujus eſt vulnera infligere, medelas afferre, obſtinatos percutere, contritoſque ſanare.

Lectio nona.

Eximia Servi Dei virtutes, quæ adeo ſingulare privilegium promeruere.

53. Digne quidem Vir iſte beatus ſingulari hoc privilegio inſignitus apparuit, cum omne ipſius ſtudium, tam publicum, quam privatum, circa Crucem Domini verſaretur. Nam & mira manſuetudinis lenitas, auſteritaſque vivendi, humilitas illa profunda, obedientia prompta, paupertas eximia, caſtitas illibata, amara compunctio, lacrymarum profluvium, pietas viſceroſa, æmulationis ardor, martyrii deſiderium, caritatis exceſſus, multiplex denique Chriſtiformium prærogativa virtutum; quid aliud in eo prætendunt, quam aſſimilationes ad Chriſtum, & præparationes quaſdam ad Stigmata ſacra ipſius? (a) Propter quod a ſua converſione toto ipſius vitæ decurſu præclaris Crucis Chriſti adornato myſteriis, tandem ad conſpectum ſublimis Seraph, & humilis Crucifixi totus fuit in viſæ formæ effigiem vi quadam Deiformi, & ignea transformatus, quemadmodum atteſtati ſunt qui viderunt, palpaverunt, oſculati ſunt, & tactis SaAlii teſtes fide dignissimi.

croſanctis, ſic fuiſſe, & ſe vidiſſe jurantes, abundantiori certitudine firmaverunt. (b)

De tranſitu mortis.

Lectio prima.

54. Chriſto igitur jam Cruci Vir Dei confixus tam carne, quam ſpiritu, non ſolum Seraphici amoris incendio ſurſum agebatur in Deum, verum etiam præ fervido animarum zelo transfixus, cum Crucifixo Domino ſalutem ſitiebat omnium ſalvandorum. Et quia propter excreſcentes in pedibus clavos ambulare non poterat, faciebat corpus emortuum per Civitates & Caſtella circumvehi, ut tanquam alter Angelus ab ortu ſolis aſcendens (c) ſervorum Dei corda ignis Divini flamma ſuccenderet; pedes quoque in viam pacis dirigeret, fronteſque ipſorum Dei vivi ſignaculo conſignaret. Flagrabat quoque deſiderio magno ad humilitatis redire primordia, ut leproſis, ſicut a principio, miniſtraret: corpus quoque jam præ labore collapſum revocaret ad priſtinam ſervitutem.

Ad Gal. 2. 19. Incendium ejus amoris in Deum & proximum.

Apocal. 7. 2. Velut alter Angelus ab ortu ſolis aſcendens.

Luc. 1. 79. Apocal. 7. 3.

Ejus deſiderium, ſicut a principio, leproſis inſerviendi.

Lectio ſecunda.

55. Proponebat, Chriſto Duce, ſe facturum ingentia, & fatiſcentibus membris, ſpiritu fortis & fervidus, novo ſperabat certamine de hoſte triumphum. Sane ut parvulo Chriſti (d) cumulus meritorum accreſceret, quæ omnia vere patientia perfecta conſummat; (e) cœpit infirmitatibus variis laborare tam gra-

Ipſius perfecta patientia.

(a) Si in S. P. Franciſco refulſit *Chriſtiformium prærogativa virtutum, emicuerunntque aſſimilationes ad Chriſtum, & præparationes quædam ad Stigmata ſacra ipſius*; plane non video cur Piſani Opus, tantopere nonnullis exoſum, inſcribi non potuerit *De Conformitate Vitæ Patris noſtri beati Franciſci ad vitam Domini Jeſu noſtri Redemptoris, juxta quod poſſibile eſt, mortalem hominem Chriſto Jeſu conformari*. Vide ſis Martyrolog. Franciſcan. Arturi IV. Novembr. §. 8.

(b) Vid. ſupra col. 694, & ſeq. not. e nec non teſtimonium Fr. Eliæ Vicarii Generalis in Epiſtola, quam ſtatim a morte Sancti Inſtitutoris ſcripſit ad univerſas Provincias apud Wadding. ad an. 1226. num. 45. Et quamvis diſpar ſit ratio prædictorum teſtium a teſtibus Divinæ Scripturæ; verendum tamen, ne qui illis ſunt increduli, & iſtis increduli fiant, quicquid dicatur 1. Jo. 1. ver. 1. & ſeq. *Quod audivimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectaverunt de verbo vitæ, teſtamur &c.* Alcoraniſtis autem hæc appellantibus *commentum auctore dæmone in vulgus datum*, reſpondet Sedulius noſter Lib. 1. Apolog. cap. 17. num. 6. hoc ipſum, quod eſſutiunt eſſe *glacie fragilius, & alga vilius*; regeritque in eos Præſcript. 20. adverſ. Hæreſ. *Proprium eſſe Hæreticis, nedum Catholicos, ſed & ipſos Divos maledictis inſeſſere &c.*

(c) De hoc in Prol. Leg. ma. ac hujusc. 13. nec non S. Bernardinus Serm. 3. de Stigmat. B. Franc. in exord. ubi refert ipſum Bonav. in Capitulo Gen. Pariſiis congregato de hoc palam fuiſſe teſtatum. Vid. Prodr. col. 219. not. s. & col. 595. & ſeq.

(d) Legen. ma. cap. 14. *Viro Dei.*

(e) Ibi *quæ omnia vere in patientia conſummantur*.

Digitized by Google

graviter, ut doloroſis paſſionum moleſtiis per ſingula membra diffuſis, conſumptiſque jam carnibus, quaſi ſola cutis oſſibus cohæreret. Cumque duris corporis angeretur doloribus, pœnales illas anguſtias non pœnas, ſed ſorores ſuas eſſe dicebat, tantaſque in ipſarum tolerantia læta Domino laudes referebat & gratias, ut videretur aſſiſtentibus ſibi Fratribus, quod pro gloriatione jucunda & humili quaſi Paulum aſpicerent, & pro vigoratione imperturbabilis animi alterum Job viderent.

Pœnales anguſtias vocabat ſorores ſuas.

Ad Gal. 6. 14.

Job 1. 21.

Lectio tertia.

56. Ipſe vero tranſitum ſuum longe ante præſcivit, dieque obitus imminente, dixit Fratribus, ſui corporis tabernaculum deponendum in proximo, quemadmodum ſibi fuerat demonſtratum a Chriſto. Biennio itaque ab impreſſione ſacrorum Stigmatum, (*a*) anno videlicet a ſua converſione viceſimo, ad Sanctam Mariam de Portiuncula ſe deferri popoſcit, ut ubi per Virginem Matrem Dei ſpiritum conceperat perfectionis & gratiæ, ibidem mortis ſoluto debito ad bravium perveniret retributionis æternæ. Perductus autem ad locum præfatum, ut veritatis exemplo monſtraret, quod nihil erat ei commune cum mundo, in illa infirmitate tam gravi, quæ omni languori concluſit, ſuper nudam humum ſe totum nudatum depoſuit; quatenus hora illa extrema, in qua poterat adhuc hoſtis iraſci, nudus luctaretur cum nudo. Decubans ſic in terra & pulvere nudatus athleta, manu ſiniſtra dextri lateris vulnus, ne videretur, obtexit, facieque ſerena ſolito more levata in cœlum, intendens illi gloriæ totus, magnificare cœpit Altiſſimum, pro eo quod expeditus ab omnibus, liber jam tranſiret ad ipſum.

Sui obitus præſcius,

2. Petr. 1. 14.

Ad Sanctam Mariam de Portiuncula ſe deferri popoſcit.

Supee nudam humum ſe totum nudatum depoſuit, tecto ſiniſtra manu dextro lateris vulnere.

Lectio quarta.

57. Hora denique ſui tranſitus jam inſtante, fecit omnes Fratres exiſtentes in loco ad ſe vocari, & eos conſolatoriis verbis pro ſua morte demulcens, paterno affectu ad Divinum eſt hortatus amorem. Poſſeſſionem quoque paupertatis & pacis hæreditaria ipſis ſucceſſione relinquens & legans, ut ſe ad æterna protenderent, ac contra mundi hujus munirent pericula, vigilanter admonuit, & ad Crucifixi Jeſu perfecte ſectanda veſtigia, omni, qua potuit, efficacia ſermonis induxit. (*b*) Circumſedentibus vero Filiis coram pauperum Patriarcha, cujus jam caligaverant oculi, non ſenectute, ſed lacrymis, Vir Sanctus cæcutiens, & morti jam proximus extendit ſuper eos manus in modum crucis brachiis cancellatis, pro eo quod hoc ſignum ſemper amabat, & omnibus Fratribus tam præſentibus, quam abſentibus in Crucifixi virtute ac nomine benedixit.

Ejus hortationes ad Divinum amorem, Chriſti paupertatem, ac Crucifixi perfecte ſequenda veſtigia.

Gen. 48. 10. ac ſeqq.

Forma benedictionis, quam Fratribus præſentibus, & abſentibus impartivit.

Lectio quinta.

58. Poſt hæc Evangelium ſecundum Joannem ab illo loco: Ante diem feſtum Paſchæ, ſibi legi popoſcit, ut in eo vocem Dilecti pulſantis audiret, a quo ſolus eum jam carnis paries disjungebat. Tandem cunctis in eum completis myſteriis, orans & pſallens, Vir beatus obdormivit in Domino, & Anima illa ſanctiſſima carne ſoluta in æternæ claritatis abyſsum abſorpta eſt. Ipſa tunc hora unus ex Fratribus & Diſcipulis ejus, vir utique ſanctitate famoſus, (*c*) Animam illam felicem conſpexit ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ a candida (*d*) ſubvectam nubecula, ſuper aquas multas in cœlum tramite recto conſcendere, utpote quæ conſcientiæ candore niteſcens, & meritorum prærogativa refulgens, tam efficaciter ſurſum ferebatur affluentia gratiarum &

Jo. 13. 1. ac ſeqq.

Cant. 5. 2.

Poſt lectum ſibi Evangelium ejus obitus in Domino.

Viſio migrantis ejus Animæ ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ.

(*a*) *Impreſſionem ſacrorum Stigmatum* ſingulari plane privilegio cum obtinuerit an. 1224. atque *biennio* poſt ejus ex hac vita tranſitus contigerit; conſequens eſt ad Dominum migraſſe an. 1226. ut infra patebit.

(*b*) De ſui Teſtamenti tabulis, quas condidit, quibus a ſocio Fratre Angelo calamo exceptis, ultimam voluntatem expreſſit, apud Wadding. ad an. 1226. num. 36.

(*c*) Frater Jacobus a Laude ex Legen. antiq. & Bern. Beſſ.

(*d*) Breviar. Franc. in Oct. S. P. Franc. Lect. 6. ac Breviar. Grieſen. *candida* abſque *a*; ſed *a candida* etiam Legen. ma. cap. 14. vel ſecundum vetuſtum noſtrum Cod. Bernardin.

Digitized by Google

deiformitate virtutum, ut a visione cœlestis lucis & gloriæ nec modicum retardari valeret.

Lectio sexta.

59. Minister quoque Fratrum tunc temporis in Terra laboris, Augustinus nomine, (a) vir utique Deo carus, in hora ultima positus, cum jam diu perdidisset loquelam, audientibus, qui astabant, subito clamavit & dixit: Expecta me, Pater, expecta; ecce jam venio tecum. Quærentibus autem Fratribus & mirantibus, cui sic loqueretur? Beatum Franciscum euntem in cœlum se videre asseruit, statimque hoc dicto & ipse feliciter requievit. Iisdem quoque temporibus Episcopus Assisinas ad Oratorium Sancti Michaelis in Monte Gargano perrexerat, cui Beatus Franciscus transitus sui hora jucundus apparens, mundum se dixit relinquere, & ad cœlum cum exultatione transire. Mane surgens Episcopus Sociis narravit quæ vidit, & Assisium rediens, cum perquisisset sollicite, certitudinaliter comperit, quod ea hora, qua sibi per visionem innotuit, Beatus Pater ex hac vita migravit. (b)

Visio altera.

Visio tertia.

Lectio septima.

60. Quam vero Vir iste præclarus eximiæ sanctitatis extiterit, post ipsius etiam transitum multis miraculorum prodigiis supernæ bonitatis immensitas dignanter ostendit. Nam ad ejus invocationem & merita, omnipotens Dei virtus cæcis visum, surdis auditum, mutis verbum, claudis gressum, ac paralyticis sensum restauravit & motum. Aridis insuper & contractis, & ruptis salutem integram reddidit. Inclusos carceribus potenter eripuit, naufragantibus portum salutis indulsit, periclitantibus in partu facilitatem pariendi concessit, & ab obsessis corporibus Dæmones effugavit. Tandem sanguifluos, & leprosos ad salutarem munditiam, lethaliter vulneratos ad incolumitatem perfectam, & quod majus est omnibus, mortuos revocavit ad vitam. (c)

Multis fulget miraculis.

Lectio octava.

61. Innumera quoque per ipsum in diversis partibus Orbis exuberare non cessant beneficia Dei, sicut & ego ipse, qui superiora descripsi, experientia teste, in me ipso probavi. Voto enim pro me languente gravissime ad Beatum Patrem Franciscum emisso a Matre, cum adhuc essem puerulus, (d) ab ipsis sum mortis faucibus erutus, & in robur vitæ incolumis restitutus. Quod cum viva memoria teneam, vera nunc confessione profiteor, ne tantum beneficium reticens, sceleris arguar ut ingratus. (e) Accipe igitur, Pater Beate, quas-

Vel in diversis mundi partibus.

Miraculum obtentum a Matre S. Bonaventuræ, hujus Legendæ Scriptoris.

(a) *Frater Augustinus de Assisio*, de quo Wadding ad an. 1210. num. 38. & an. 1216. n. 3.

(b) De anno, mense, ac die migrationis ejus, infra in Lect. de Translat.

(c) Contra inficiantes hujusmodi miracula, aliorumque Sanctorum, censeo non disputandum, sed potius pro ipsis orandum, ut Deus eos in tenebris, & in umbra mortis sedentes illuminet. Utinam Deus, qui omnipotentiam suam parcendo maxime & miserando manifestat, omnipotenti gratia sua ad meliorem mentem, intercedente S. P. Francisco salutis animarum zelatore, eosdem convertat; tunçque majus miraculum fiet, quam mortuos ad vitam revocare, immo quam cœlum terramque creare. Nanque, ait D. Bonav. in 4. Dist. 10. Par. 2. Art. 1. Q. 1. ad opp. 1. & in resp. ad 1. *Majus est de impio facere pium, quam creare cœlum, & terram: quia hic ex parte liberi arbitrii est resistentia, ibi nulla.* Vid. S. August. Tract. 72. in Joan. Evang. n. 3. Cæterum cum in Sanctorum miraculis reluceat Divina omnipotentia, illa negare aliud non videtur, quam huic ipsi detrahere. Et quamvis nesciatur quousque natura queat suas vires extendere; scitur tamen mortuos haud posse nova vita donare. Cum autem præfata miracula tanquam vera, ac omni fide digna, fuerint agnita ab Ecclesia, quæ tamen improbare consuevit ficta miracula, & apocrypha omnia rejicere; confido fore nullos, qui illis opponant commentitia miracula Apollonii Tyanei relata a Philostrato, nisi similes nuperis illis Incredulis, qui eo dementiæ processerunt, ut ea vel cum ipsismet Christi Apostolorumque miraculis conferenda censuerint, contra quos in Methodo brevi ac facili contra Deistas Caroli Lesley in Præfat. cum notis Cl. P. Thomæ Mariæ Soldati O. P.

(d) Vid. Ludovic. Thomassin. Vet. & Nov. Eccles. Disciplin. de Benefic. Par. 1. Lib. 3. cap. 56. *De pueris quos Parentes Monasticæ vitæ consecrabant, necdum puberes, necdum sui conscios*; nec non S. Thom. Aquinat. Opusc. 3. contra retrahen. a Relig. cap. 3. cum not. Laud. P. Soldati, ubi statuitur, quod *consuetudo pueros Religioni tradendi, non solum Ecclesiasticis statutis quampluribus, sed etiam Sanctorum exemplis comprobatur.*

(e) De hoc quoque miraculo in Prol. Legen.

Digitized by Google

quaſcunque exiles, meritiſque tuis ac beneficiis impares gratiarum actiones; & cum ſuſceperis vota, culpas noſtras ſic orando excuſa, ut fideliter tibi devotos & a malis præſentibus eruas, & ad bona ſempiterna perducas. (*a*)

Lectio nona.

62. Igitur ut ſummaria quadam præſcriptorum omnium epilogatione ſermo claudatur, quiſquis ſuperiora perlegerit, finali conſideratione perpendat, quod ipſius Beati Patris Franciſci mirabiliter facta converſio, efficacia in Verbo Divino, ſublimium prærogativa virtutum, prophetiæ ſpiritus cum intelligentia Scripturarum, obedientia creaturarum ratione carentium, Sacrorum impreſſio Stigmatum, & celeber tranſitus ex hoc mundo ad cœlum, tanquam teſtimonia ſeptem, ſæculo toti luculenter oſtendunt, & aſtruunt ipſum velut præclarum Chriſti Præconem ſignum Dei vivi in ſe ipſo habentem, (*b*) & venerandum eſſe officio, & doctrina authenticum, & admirabilem ſanctitate. Secure itaque hunc ſequantur qui ex Ægypto exeunt; (*c*) quia per baculum Crucis Chriſti mari diviſo deſerta tranſibunt, in repromiſſam viventium terram, Jordane mortalitatis tranſmiſſo, per ipſius Crucis mirandam potentiam ingreſſuri, quo nos introducat per Beati Patris ſuffragia inclytus ille Salvator & Ductor Jeſus, cui cum Patre, & Spiritu ſancto in Trinitate perfecta omnis ſit laus, honor, & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. (*d*)

Apocal. 7. 2.

Exo. 14. 16. Joſue 3. 16. ac 4. 23. & ſeq.

Explicit Minor Vita S. Franciſci. (*e*)

---

gen. ma. nec non in Relat. Jo. Franc. de Pavinis pro Canoniz. B. Bona. Art. 1. prim. part. ubi hæc *Vita brevior.* a S. Bona. *compilata circa finem ejuſdem* allegatur, quæ itidem laudatur in Serm. Magiſtri Roberti. Porro mihi quoque, *ne arguar ut ingratus*, heic ſancte teſtari liceat, dum adhuc Clericus eſſem, ac Theologiæ ſluderem in Conventu S. Bernardini prope Tridentum, adeo vehementem ex perrupta in pectore vena paſſum fuiſſe vomitum ſanguinis magna copia ex ore naribuſque fluentis, grandique impetu in parietem e regione lecſuli ſtraminei, ubi jacebam, ſæpius jactati, ut incerta tantum, etiam eo ceſſante, ex trium Medicorum teſtimonio, mihi ſpes vitæ ſupereſſet: & hæc non niſi poſt longam curationum, omniſque ſtudii deinceps ceſſationem. Quare voto a me ad Deum facto, atque ad S. P. Franciſcum, cujus in ſæculo nomen indigne ferebam, ac cujus amore ſtrictius amplexus fueram ejus Inſtitutum, mox ita convalui (nulla adhibita Medicorum, atque eorum artis remedio, ſervato etiam Adventus jejunio tunc currente, ac illo quoque arbitrario, quos Noſtrates vocant *Benedicta*, nullo interrupto ſtudio, nihilque immutata Clericali diſciplina tunc multo rigidiori) ut ea omnia ex obedientiæ merito peragere deinde nullo negotio potuerim, etiam quæ talem morbum facile poterant, vel illum nunquam paſſis, excitare. Et ab eo per interceſſionem S. P. Franciſci me ſemper Dei miraculo penitus liberatum agnovi ad hunc uſque an. 1774. in quo ſanus & incolumis ſcribo, & in quo fere ſeptuageſimum ætatis annum exegi.

(*a*) Sic quoque in Orat. Octaviani de Martinis.

(*b*) In Prol. Legen. Ma. nec non cap. 13. ejuſdem.

(*c*) In Hym. Offic. S. Franc. ad 2. Veſper. *Hunc ſequantur, huic jungantur, qui ex Ægypto exeunt.*

(*d*) Huc uſque producitur Legenda minor etiam in ſæpius hactenus memorato Breviar. Rom. Biblioth. Grieſen.

(*e*) Omni certe digna fide; quippe ſi in Scriptoribus ipſis profanis multum intereſſe cenſetur ad hiſtoriæ fidem, habere narrantes æquales, aut ſuppares, plurimum vero atque omnino maximum, cum aut præſto ipſi rebus geſtis fuerunt, aut a præſentibus audierunt: cur non eadem debeant ſummam conciliare fidem Bonaventuræ certo Legendæ hujus Auctori? Fuit enim rebus geſtis proximus; eos qui illis interfuerunt, diligenter conſuluit; criterio non caruit ad diſcernendum certum ab incerto, pretioſum a vili; inter miracula illud ipſum, quod ſibi contigit, teſtatum facit; palam ſcripſit, antiquioribus adhuc viventibus, qui, ſi mentitus fuiſſet, facile eum potuiſſent falſitatis arguere; ea fuit auctoritate, ut utranque paginam faceret; quæve de S. P. Franciſco memoriæ prodidit, recepta ſunt a Catholica Eccleſia, *quæ* 1. Tim. 3. 15. *eſt columna & firmamentum veritatis, & portæ inferi* Matth. 16. 18. *non prævalebunt adverſus eam.*

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

Novem Lectiones (a) de Canonizatione, & de Translatione S. Franciſci.

LECTIO PRIMA.

FRanciſcus igitur ſervus & amicus Altiſſimi, Ordinis Fratrum Minorum Inſtitutor, & Dux, paupertatis profeſſor & amator, (b) pœnitentiæ forma, veritatis præco, ſanctitatis ſpeculum, & totius Evangelicæ perfectionis exemplum; ſuperna præventus gratia, ordinato progreſſu ab infimis pervenit ad ſumma. Hunc virum mirabilem, utpote paupertate prædivitem, (c) humilitate ſublimem, (d) mortificatione vividum, ſimplicitate prudentem, omnique morum honeſtate conſpicuum; quem Dominus in vita mirabiliter effecerat clarum, in morte fecit incomparabiliter clariorem. Beato nanque viro migrante a ſæculo, Spiritus ille ſacer domum æternitatis ingrediens, fontiſque vitæ hauſtu plenario gloroſus effectus, expreſsa quædam in corpore futuræ gloriæ ſigna reliquit, ut caro illa ſanctiſſima, quæ crucifixa cum vitiis in novam jam creaturam tranſierat, & paſſionis Chriſti effigiem privilegii ſingularitate præferret, & novitate miraculi reſurrectionis ſpeciem præmonſtraret. Gal. 5. 24.

Lectio ſecunda.

Cernebantur quidem in membris illis felicibus clavi ex ejus carne virtute Divina (e) mirifice fabrefacti, ſicque carni eidem innati, quod dum a parte qualibet premerentur, protinus quaſi nervi continui, & duri ad partem oppoſitam reſultabant. Inventa quoque fuit patentius in ipſius corpore, non inflicta humanitus, (f) neque facta, plaga vulneris lateralis, inſtar vulnerati lateris Salvatoris, quod redemptionis & regenerationis humanæ in Redem-

(a) Sicut D. Bonav. in varias Lectiones Legendam minorem pro Officio recitando digeſſit; ita non dubitaverim itidem pro recitatione Officii ordinaſſe Capitulum 15. Legen. ma. in ſequentes novem Lectiones, uti digeſtæ ſunt in membr. MS. Cod. noſt. Bernardin. G. V. 15. ejuſd. Leg. Unde etiam ſupra col. 688. & ſeqq. eſt ejus Sermo *in Translatione S. Franciſci*.

(b) *Nullam Religionem pauperiorem Ordine B. Franciſci, nullum pauperiorem Franciſco*, teſtatur S. Antoninus 3. Par. Hiſt. Tit. 24. cap. 1. §. 1. & 2.

(c) Secundum illud 2. Cor. 6. 10. *Nihil habentes, & omnia poſſidentes*; & illud Reg. ejuſd. S. P. F. cap. 6. *Hæc eſt illa celſitudo altiſſimæ paupertatis, quæ vos cariſſimos Fratres meos, hæredes, & reges regni cœlorum inſtituit, pauperes rebus fecit, virtutibus ſublimavit.*

(d) *Beatum Franciſcum virum humillimum, a ſæculo abdicatum, ac Deo conjunctum* vocat F. Franciſcus Pipinus O. P. in ſuo Chron. To. 9. Scriptor. Rer. Italic. Edit. Murator. Cap. 21. col. 643.

(e) Non ergo id potuit ex ſola vehementi imaginatione naturaliter fieri; ſed veri nominis miraculum fuit omnipotentis Dei operatione patratum: ſive ut loquitur jam laud. Alexander IV. P. M. quod *manus cœleſtis operationis impreſſit*: ſive, quod in idem recidit, *Spiritus ſancti operatione*. Unde in Præfat. Miſſæ in Feſto S. Franc. ac etiam per tot. Oct. in Dom. & Feſt. infra eam occurrent. nec non in Miſs. Voti. ejuſd. S. Franc. canitur „ Domine Sanc„ te Pater omnipotens æterne Deus, qui ve„ nerandum Confeſſorem famulum tuum bea„ tum Franciſcum tua Deus altiſſima bonita„ te, & clementia, Sanctorum tuorum meri„ tis, & virtutibus ſublimaſti: mentemque „ ipſius SPIRITUS SANCTI OPERATIONE „ amor ille Seraphicus ardentiſſime incendit „ interius, ejuſque Corpus ſacris Stigmatibus „ inſignivit exterius, ſigno crucifixi Jeſu Chri„ ſti Domini noſtri “. Qui autem cautiæ naturali id adſcribendum in animum induxerint ſuum, amandandi ſunt ad illorum gregem Incredulorum, qui vel miram ipſam Iſraelitarum per mare Rubrum ſicco veſtigio trajectionem, Ægyptiorumque inſequentium ſubmerſionem, ab ordinario fluxu refluxuque maris repetendas ſomniarunt, contra quos Calmet Diſſert. de Transfret. Erythr. To. 1. Comment. in Sacr. Script.

(f) Adde: multoque minus *Diaboli opera, & faſcinatione*, ut impudentiſſime Alcoranilla Alberus effutivit, ac ſacrilege blaſphemavit.

Digitized by Google

demptore noſtro protulit Sacramentum. (a) Erat autem ſimilitudo clavorum nigra quaſi ferrum, vulnus autem lateris rubeum, & ad orbicularitatem quandam carnis contractione reductum, roſa pulcherrima videbatur. (b) Caro vero ipſius reliqua, quæ prius tam ex infirmitate, quam ex natura, ad nigredinem declinabat, candore nimio reniteſcens, illius ſecundæ ſtolæ pulchritudinem (c) prætendebat.

Apocal. 6. 1. 9. 9. ac 13.

Lectio tertia.

Membra ipſius adeo mollia, & tractabilia ſe præbebant palpantibus, (d) ut converſa viderentur in teneritudinem puerilis ætatis, & quibuſdam cernerentur evidentibus ſignis innocentiæ decorata. Cum igitur in candidiſſima carne clavi nigreſcerent, plaga vero lateris, ut vernans roſeus flos ruberet; mirandum non eſt, ſi tam formoſa, & miraculoſa varietas jucunditatem, & admirationem contuentibus ingerebat. Lacrymabantur Filii pro ſubtractione tam amabilis Patris; ſed & non modica perfundebantur lætitia, dum deoſculabantur in eo ſignacula ſummi Regis. Miraculi novitas planctum vertebat in jubilum, & intellectus rapiebat indaginem in ſtuporem. (e)

4. Reg. 5. 14.

Eccli 50. 8.

Lectio quarta.

Erat quippe tam inſolitum, tamque inſigne ſpectaculum contuentibus omnibus, & firmamentum fidei, & incitamentum amoris; audientibus vero admirationis materia, & excitatio deſiderii ad videndum. Audito ſiquidem Patris beati tranſitu, & fama diffuſa miraculi, accelerans populus confluebat ad locum, ut id cerneret oculis carnis, quod a ratione dubium omne repelleret, & affectioni gaudium cumularet. Admiſſi ſunt itaque Aſſiſiates Cives quam plurimi ad Stigmata illa ſacra contemplanda oculis, & labiis oſculanda. (f) Unus autem ex eis Miles (g) quidam literatus, (h) & prudens, Hieronymus nomine, Vir utique famoſus & celeber, cum de hujuſmodi ſacris ſignis dubitaſſet, eſſetque incredulus quaſi Thomas; audacius & ferventius coram Fratribus, & aliis Civibus movebat clavos, Sanctique manus, pedes, & latus manibus propriis contrectabat, ut dum vulnerum Chriſti veracia illa ſigna palpando contingeret, de ſui & omnium cordibus omne dubietatis vulnus amputaret. (i)

Jo. 20. 25.

Lectio quinta.

Propter quod & ipſe inter alios hujus veritatis tam certitudinaliter agnitæ teſtis conſtans poſtmodum effectus eſt, & ta-

---

(a) Ita ad verbum in cit. Lit. ejuſdem Alex. IV. Et de hujuſmodi *Sacramento* ipſemet D. Bonav. in Proem. L. 4. Sentent. ex S. Aug. L. 2. de Gen. ad lit. c. 24.

(b) Si omnia hæc per hypotypoſim a D. Bonaventura veritatis indagatore ſollicito, fraudiſque omnis oſore deſcripta, ita *videbantur*; nullus ergo impoſturæ ulli locus eſſe potuit.

(c) Vol. 2. Comment. in Apocal. ibi:

(d) Homo perfrictæ frontis fuerit qui neget ita videntibus, & palpantibus fidem. Certe in hoc nulla deeſt ex quatuor regulis, quas tradit Carolus Lesley in ſua brevi & facili Methodo contra Deiſtas pag. m. 20. pro re geſta omnino credenda.

(e) Hic ſtupor, hoc jubilum, in Religioſiſſimis Viris deoſculantibus *ſignacula ſummi Regis*, atque ab omni impoſtura abhorrentibus; nonne certiſſimum eſt veri miraculi indicium?

(f) Nunquid fuiſſent *admiſſi Aſſitiates Cives quam plurimi ad Stigmata illa Sacra contemplanda, & Labiis oſculanda*, ſiqua impoſtura latuiſſet? Fierine potuit, quod nullus ex *quam pluribus Civibus* illam detexerit, quando reapſe fuiſſet? Omnino incredulus ſit oportet, qui in hoc dolum aliquem Fratrum ad commendationem ſui Ordinis comminiſcatur, uti nuper commentus eſt quidam ſub *Itali* larva; qui utinam ab *Incredulo*, de quo mox, diſcat tandem aliquando grandis hujus miraculi veritatem, nec amplius credat Albero Brandenburgenſi, cujus diabolicum commentum exſibilavit Sedulius L. 1. Apolog. c. 17. n. 6.

(g) Tunc nobilitatis inſigne, ut notavi in Legen. S. Claræ.

(h) S. Antoninus itidem refert Tit. 24. §. 3. *Quod cum quidam Literatus dubitaret, per expreſſum miraculum certificatus fuit de veritate hujus rei, prout in Legenda ejus habetur.*

(i) De eo jure dici poteſt, quod de Thoma S. Greg. Mag. in Evang. L. 2. Hom. 26. n. 7. *Egit miro modo ſuperna clementia, ut ille dubitans, dum vulnera palparet carnis, in nobis vulnera ſanaret infidelitatis; quia dum ille ad fidem palpando reducitur, noſtra mens omni dubitatione poſtpoſita ſolidatur.*

Digitized by Google

& tactis Sacrosanctis juramento firmavit. (a) Fratres autem & Filii, qui vocati fuerant ad transitum Patris, cum omni multitudine populorum, noctem illam in qua almus Christi Confessor decessit, sic Divinis laudibus dedicarunt, ut non defunctorum exequiæ, sed Angelorum excubiæ viderentur. Mane vero facto, turbæ quæ convenerant, acceptis arborum ramis, & cereorum multiplicatis luminibus, cum hymnis & canticis sacrum Corpus ad Civitatem Assisii detulerunt. (b) Transeuntes autem Ecclesiam S. Damiani, in qua illa Virgo nobilis Clara, nuno glorioſa in cœlis, tunc inclusa cum Virginibus morabatur, ibique aliquantulum subsistentes, sacrum Corpus margaritis cœlestibus insignitum, videndum, & deoscu-landum illis sacris Virginibus obtulerunt. (c) Pervenientes denique ad Civitatem cum jubilo, pretiosum thesaurum, quem portabant, in Ecclesia S. Georgii cum omni reverentia condiderunt. (d) In eo siquidem loco puerulus literas didicit, ibique postmodum primi-

(a) Huic *Civi Assisiati*, Viro nobili, utpote *Militi, literato, & prudenti, celebri & famoso*, testique oculato, ac *manibus propriis* veritatem experto, nec non etiam jurato, quis fidem negaverit, nisi prorsus incredulus? Si generis splendor ac nobilitas aliquid valet (uti sane valere plurimum creditur) ut a mendacio palam dicendo honestos atque honoratos viros plurimum deterreat; credamne hunc non de trivio & de pistrino, sed nobili genere natum, & in summa hominum celebritate versatum, quamlibet nedum nobilem *Militem*, sed *& literatum, & prudentem, celebrem & famosum*, ac etiam *manibus propriis* de veritate certiorem factum, potuisse decipi, aliosque pejerando decipere, ut ut ante fuisset *incredulus quasi Thomas*? Si etiam ingenua indoles, honestas morum, religio, sanctum vitæ institutum, eruditio, doctrina, aliæque præclaræ animi dotes, a mentiendo maxime revocant; nunquid ex his vel minimum defuit in Bonaventura, qui vitus est Alexandro Halensi Magistro suo *in Adam non peccasse*, ut eum mendacem improbumque impostorem in prædictis narrandis nobis fingamus? Fuerit ne vir summus pietate adeo simplici & fatua, ut sibi persuadere potuerit, Christianam Religionem, Sanctorumque gloriam mendaciis esse adstruendam? Itaque Sycophantam maluerim credere nuperum *Italum*, qui post præmissum initio Libelli sui juramentum de veritate dicenda, minime veritus est (quod horrendum dictu) veritatem supra tantopere testatam vocare *solenne ed indegna favola, sfacciata impostura*; quasi vero ita esse propriis exploraſſet oculis, ac etiam manibus contrectasset. Qui ergo usque adeo desipuit, sapiat deinceps, suumque errorem temeritatemque minime ferendam retractet, una cum aliis erroribus, quibus infartus est Libellus ab ipso vulgatus; si tamen esse cupiat, non e numero heterodoxorum Alcoranistarum, sed Catholicorum eorum, de quibus Christus Jo. 20. 29. *Beati qui non viderunt, & crediderunt*. Vid. supra col. 644. & seqq. not. *e*. Vid. quoque To. 1. Bullarii Franciſc. Greg. IX. Epist. dat. an. 1237. die 31. Mart. ad Episc. Olomuc. ibi pag. 211. & seq. qua ipsum acerrime increpat Stigmata S. Francisci pernegantem, contrariasque ejus objectiunculas sapienter refellit; nec non aliam ad Priores & Provinciales eodem anno ac die ibi pag. 213. qua mandat detrahentem iisdem S. Francisci Stigmatibus ab officio prædicationis suspendi, & ad se in curiam mitti; item tertiam ad universos Fideles eo ipso anno die 5. April. ibi pag. 214. qua scribit constare certo de Stigmatibus S. Franc. ob idque præcipue Cœlitibus adnumerasse, nec contrarium asserentes audiendos esse. Hinc etiam Alexander IV. teste S. Antonino Hist. Par. 3. Tit. 24. cap. 20. §. 10. an. ut videtur, 1254. scripsit Archiep. Januen. ut iis, qui *in imagine* S. Francisci extante in Sacra Æde S. Mariæ de Vineis, & Monasterii S. Sixti, sacrilege Stigmata expunxerant, diem diceret, compelleretque ad se præsentandos Pontifici, inhibendo sub anathematis pœna, ne quis deinceps talia hujusmodi ausu temerario ac sacrilego moliretur. Id ipsum confirmat Chron. MS. 24. Ministr. General. ad an. 1254. fol. m. 149. retro, addens sub eodem anno, hunc ipsum Pontificem Alexandrum IV. in specialem protectionem assumpsisse Montem Alvernæ propter impressionem sacrorum Stigmatum ibi factam in corpore S. Francisci, & immediate Ecclesiæ Romanæ subjecisse ipsum Montem, & B. Franciscum multis laudibus extulisse, eundem sanctum Montem a Fratribus nunquam relinqui præcepto efficaci mandasse. Sed & de approbatione sacrorum Stigmatum nedum per laudatos Pontifices, sed etiam per alios, ac etiam per plures Cardinales, lege sis Pisanum Conformit. L. 3. Fruc. 3 Par. 2. Franc. Consignat. nec non piissimas Guillelmi Episcopi Aretini Literas an. 1256. 10. Kal. Junii ad universos suos Diœcesanos datas, quibus suam erga montem Alvernum in sua Diœcesi situm, & erga B. Francisci Stigmata inibi impressa, devotionem ostendit, apud Vadding. ad eund. an. 1256. n. 20.

(b) Solemni Pompa funebri simili illi, quam in deferendo sacro cadavere S. Basilii Magni S. Gregorius Nazianzenus descripsit Orat. 20.

(c) Igitur & S. Clara una cum Sacris Virginibus testis fuit sacrorum Stigmatum S. Francisci. Unde & in Leg. ma. c. 13. inter eos plurimos, qui ea tunc viderunt, recensetur *Virgo Deo devotissima Clara cum cæteris sororibus suis*. Et quod Pisanus ait: *Beata Clara vidit Stigmata beati Francisci, dum viveret*; id tantummodo de Stigmatibus manuum intelligendum videtur.

(d) Ita quoque *in sepulchro conditus* S. Basilius, teste ibi S. Greg. Nazianz.

Digitized by Google

mitus prædicavit, poſtremo ibidem locum primum quietis accepit.

Lectio ſexta.

Tranſiit autem Venerabilis Pater ex hujus mundi naufragio anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo vigeſimo ſexto, (a) quarto nonas Octobris, die Sabbati in ſero, ſepultus in die Dominico. (b) Cœpit autem Vir beatus continuo Divinæ faciei ſuperirradiante reſpectu, magnis & multis coruſcare miraculis, ut ſublimitas ſanctitatis ejus, quæ ipſo vivente in carne ad morum directionem per exempla per-

(a) Ob excitatam a Cl. P. Franciſco Pagio in ſuo Breviar. Romanor. Pontific. Tom. 2. ſub Gregor. IX. pag. m. 149. ac poſtea ab Illuſtriſſimo Juſto Fontanino in ſuo Cod. Canonizat. pag. 64. gravem difficultatem (a Waddingo Auctore alias ſolertiſſimo minime obſervatam) qua permoti ambo laudati Scriptores obitum S. P. Franciſci an. 1225. non 1226. contigiſſe certo exiſtimarunt; haud abs re fuerit comprobare *annum* 1226. a D. Bonaventura aſſertum. Hunc ſiquidem teſtatum faciunt etiam coæva Acta noſtrorum Martyrum Ceptenſium, quæ penes me ſunt, & in quibus lego, quod paſſi ſunt *anno Domini* 1227. *die ſexto Idus Octobris, anno completo poſt obitum ſancti Franciſci*; ergo hic obierat an. 1226. Prædicta porro Acta ſi noviſſet Waddingus, non retuliſſet eorum martyrium ad an. 1221. neque ibi n. 35. a S. Antonino, Mariano Florentino, Ludovico Rebolledo, Marco Ulyſſiponenſi, & Petro Rodulpho, qui pariter martyrium illud an. 1227. conſignarunt, receſſiſſet. Obitum quoque Sancti Patris Franciſci ſtatuit MS. Chron. 24. Miniſtror. General. itidem penes me a fol. 16. retro ad fol. 17. eodem *an.* 1226. *Pontificatus Domini Honorii tertii an.* 11. *ætatis ſuæ an* 45. *a prima ſua ad Deum converſione an.* 20. *ab inſtitutione Religionis an.* 18. *ex quo ſcilicet cœpit habere Fratres*; quæ quidem omnia eidem an. 1226. apprime conveniunt: uti etiam quod ibi ſub eo refertur, nempe quod *cum eſſet Senis graviſſimis infirmitatibus laceſſitus, agnoſcens ſuæ vitæ terminum appropinquare, fecit ſe Aſſiſium deportari &c.* Item ex eod. MS. Chron. fol. m. 16. fuit ſacris Stigmatibus inſignitus *Anno Domini MCCXXIV.* Atqui ſecundum utramque Legen. ma. & mi. id contigit *biennio antequam ſpiritum redderet cœlo*: ergo *reddidit cœlo ſpiritum an.* 1226. Idipſum roborant Annales Heinrici Steronis Monachi in Theſau. Monument. Henri. Caniſ. Edit. Jac. Baſnagii To. 4. ubi pag. m. 181. ad an. 1226. notatur: *Sanctus Franciſcus obiit*. Et ita quoque eo ipſo an. 1226. To. 8. Rer. Italicar. Scriptor. in Memoriali Poteſtat. Regien. col. 1105. nec non Chronicon Nicolai Trivetti To. 3. Spicileg. ſive Collect. D. Lucæ d' Achery Monachi Maurini pag. m. 189. col. 2. Item eodem anno 1226. Matth. Pariſ. Hiſtor. Anglor. Bern. Guid. Chron. Rom. Pont. Paul. Lang. Chr. Citiz. Trith. Chron. Hirſaug. apud Raynal. ad eundem an. n. 50. Inſuper Anonymus Ord. Præd. Sæc. XIII. in Chron. apud Echard To. 1. Script. O. P. pag. 348. col. 1. ita ut non immerito dixerit Wadding. ad hunc ipſum an. 1226. n. 37. quod in hoc omnino conveniunt *cum Bonaventura & Antonino boni quique Scriptores*. Et his noviſſime acceſſit immenſæ eruditionis vir Ludov. Anton. Muratorius To. 10. Annal. Ital. ad d. an. 1226.

(b) Nihil penitus immutato, ſed cum hac unica modica tranſpoſitione *die Sabbati in ſero, quarto nonas Octobris ſepultus in die Dominico*, adeo ut ſi ly *quarto nonas Octobris* referatur non ad diem obitus, ſed ad ſolemnem ejus ſepulturam factam *in Die Dominico*; omnia belle concordant. Siquidem dies quartus Octobris an. 1226. concurrebat cum *die Dominico*. Obiit ergo *die Sabbati in ſero*, ſive *prima hora, noctis* (ut loquitur Fr. Elias, qui morti ejus interfuit, in ſuis Encyclicis apud Wadding. ad 9. an. 1226. n. 45.) *3. Octobris*, ut habet Cæremoniale Eccleſiaſticum noſtræ Refor. S. Vigil. Prov. Viri religioſſimi, docti, eruditique P. Hippolyti Graſſeri de Fulgarida Par. 3. cap. 2. n. 471. Vel dic, quod etſi obitus ille contigerit die 3. Octobris, potuit tamen dici contigiſſe die 4. Octobris, quia primis Veſperis diei Domin. ſpectantis ad 4. Oct. jam tranſactis, & appropinquante die Domin. mors S. P. eſt ſubſecuta. Idque tanto magis dicendum, quod ſecundum Italorum morem dies Dominica jam cœperat a prima hora noctis præcedentis. Et ita, ut mihi quidem videtur, compelleretur reſpondere ſi in vivis eſſet, ipſe Illuſtriſſimus Fontaninus, qui in cit. Cod. Canonizat. pag. 92. ait de S. Clara, quod *obiit die XII. Auguſti A. D.* 1253. tametſi certum ſit obiiſſe *in craſtino beati Laurentii*, adeoque die XI. non XII. Auguſti, ut ſupra notavimus in Legen. S. Claræ. Sive diſtingui poteſt duplex tranſitus S. P. F. primus ejus ſanctiſſimæ animæ a corpore ad Dominum, ſecundus ſacri Corporis ad Eccleſiam S. Georgii, in qua conditum eſt. De utroque præfatum Memoriale apud Murator. ſic „ Anno MCCXXVI. quarto Nonas Octo„ bris tranſiit Beatus Franciſcus Ordinis Mino„ rum Inſtitutor (*ecce ſecundus tranſitus*) qui „ abiit ex hujus Mundi naufragio die Sabbati „ in ſero (*ecce primus*) & ſepultus fuit in „ die Dominica (*ecce iterum ſecundus*) in Ci„ vitate Aſſiſii". Secundum hactenus dicta ad illa verba laud. F. Eliæ „ Quarto Nonas Octo„ bris die Dominica (*ſupple ſepultus*) prima „ hora noctis præcedentis, Pater & Frater „ noſter Franciſcus migravit ad Chriſtum". Et illa quoque Bullæ Canoniz. „ Ipſum adſcribi „ decrevimus Sanctorum catalogo venerandum „ ſtatuentes, ut IV. Nonas Octobris, die vi„ delicet (*intellige, non de die naturali incipiente „ poſt mediam noctem Dominicæ, ſed de Eccleſia„ ſtico incipiente in Sabbato a primis Veſperis Do„ minicæ ſequentis: vel accipe de die quoque na„ turali, qui inchoatur more Italorum ab initio „ no-

Digitized by Google

perfectæ juſtitiæ innotuerat mundo, illo jam regnante cum Chriſto ad omnem fidei firmitatem per miracula Divinæ potentiæ comprobaretur e cœlo. Cumque in diverſis orbis partibus glorioſa ejus miracula, largaque per ipſum impetrata beneficia plurimos ad Chriſti devotionem accenderent, & ad ipſius Sancti reverentiam incitarent, acclamantibus tam linguis ſermonum, quam operum, ad aures ſummi Pontificis Domini Gregorii Noni, quæ per ſervum ſuum Franciſcum Deus operabatur, magnalia pervenerunt. (*a*)

Lectio ſeptima.

Sane cum idem Paſtor Eccleſiæ non ſolum & miraculis auditis poſt mortem, verum etiam experimentis in vita, oculis viſis, & manibus contrectatis (*b*), ſanctitatem ejus mirabilem plena fide certificatus agnoſceret, (*c*) ac per hoc in cœlis glorificatum a Domino nullatenus dubitaret: ut Chriſto, cujus erat Vicarius, (*d*) concorditer ageret, hunc in terris reddere celebrem, tanquam omni veneratione digniſſimum, pia conſideratione diſpoſuit. Ad omnem quoque certitudinem faciendam Orbi terrarum, de glorificatione Viri ſanctiſſimi;

„ *noctis præcedentis*) in quo a carnis ergaſtulo „ abſolutus, ad ætherea regna pervenit, ab „ univerſali Eccleſia natalitia ejus devote ac „ ſolemniter celebrentur “. Non eſt ergo opus, ut dicamus cum Pagio & Fontanino contigiſſe Sancti Patriarchæ obitum die quarto Octobris in Sabbato an. 1225. quo dies quartus Octobris concurrebat cum eodem Sabbato, anno autem ſequenti concurrebat cum die Dominica. Alias quomodo dixiſſet Frater Elias: *Quarto Nonas Octobris die Dominica, & non potius die Sabbati?*. Et quomodo verum eſſet ſecundum ejus longe locupletiſſimum teſtimonium (intelligendo *quarto Nonas Octobris de die 4. Octobris in Sabbato an. 1225.*) eum *prima hora noctis præcedentis migraſſe ad Chriſtum*, quaſi migraſſet non *die Sabbati*, ſed *die Veneris in ſero?* Itaque cum extra omne dubium, tam ſecundum D. Bonaventuram, quam etiam Matthæum Pariſium in Hiſt. Angl. ſit, tranſiiſſe ex hac vita *die Sabbati in ſero*, ac fuiſſe *ſepultum in die Dominica*; ly *quarto Nonas Octobris* referendum eſt ad ipſam *diem Dominicam*, quæ an. 1226. incidebat in 4. Octobr. quatenus ſcilicet & in ea Vir Sanctus fuit ſepultus, & poſt ejuſdem Dominicæ primas Veſperas in Sabbato *prima hora noctis*, appropinquante die naturali Dominicæ, ſed Eccleſiaſtico jam incepto a primis ejuſdem Veſperis, mors S. Patris eſt ſubſecuta: immo ſubſecuta etiam incepto die naturali ejuſdem Dominicæ, quatenus apud Italos incipit a prima hora noctis præcedentis, & deſinit ad occaſum ſolis, a quo iidem Itali initium ducunt alterius diei. Vid. Bullar. Franc. Vol. 1. pag. 44. not. *a*. Cl. P. M. Joannis Hyacinthi Sbaraleæ O. M. C.

(*a*) Deum mirabilem in Sanctis ſuis ſingulis Eccleſiæ ſæculis conſueviſſe eos miraculis illuſtrare, præmonſtrat Card. Robert. Bellarmin. De notis Eccleſ. L. 4. c. 14. Incredulos circa miracula increpat Flechier Epiſcopus Nemauſenſis in Panegyri. S. Franciſci de Paula. Contra opponentes vero miracula Apollonii Tyanei relata a Philoſtrato, ac etiam miracula Mahumeti; videri poteſt ſupra laudatus Carolus Lesley in Præfat. Methodi contra Deiſtas, ac in ipſa Meth. pag. 37. una cum notis Cl. P. Soldati.

(*b*) Quæ quidem omnia luculentiſſima indicia ſunt viſibilis atque palpabilis veritatis, dignaque notatu contra Incredulos; nedum quia vel certiſſima literis conſignata ab eodem D. Bonaventura etiam Cap. 15. Legen. ma. verum etiam quia *idem Paſtor Eccleſiæ* Greg. IX. aliquando non nihil hæſitans circa vulnus laterale, quod nondum viderat, ita vel de eo mira quadam cœleſti viſione fuit certior factus, *ut* (quemadmodum loquitur idem D. Bona. in d. Leg. ma. ubi de mirac. poſt mort. & de virt. Sacror. Stigm.) *nullo modo pati poſſet, quod aliquis præfulgentia illa ſacra ſigna ſuperba præſumeret impugnatione fuſcare, quin eum ſequera increpatione feriret*.

(*c*) *Agnovit* ſane *plena fide certificatus*, etiam quoad ſacra *Stigmata*, nedum per præfatam cœleſtem viſionem, ſed & *per teſtes fide digniſſimos*, ut ipſemet loquitur in Diplomate ad univerſos Chriſti fideles an. 1237. die 5. April. To. 1. Bullar. Franciſc. pag. 214. ubi Cl. P. Sbaralea not. *a*. ſubdit „ Id enim teſtatus eſt Fr. „ Elias Miniſter Generalis Ordinis in Epiſtola „ de obitu S. Patris an. 1226. ad Miniſtrum „ Provinciæ Franciæ ſcripta, & Lucas Tuden„ ſis tunc vivens Lib. 2. adverſus Albigenſes „ cap. 2. præter tres Socios ejuſdem Sancti, & „ Fr. Thomam Celanenſem Sancti P. diſcipu„ lum in ejus Vita “. Cum autem hos talis tantuſque Pontifex habuerit una cum prædicta cœlitus immiſſa viſione *teſtes fide digniſſimos*, a quibus circa *ſanctitatem B. Franciſci mirabilem*, & circa ipſummet *manibus, latere, ac pedibus ſpecie Stigmatum inſignitum*, dixit ſe *plena fide certificatum*; nonne & mirabilis fuerit incredulitas eorum, qui talibus teſtibus, ex teſtimonio ipſo ejuſdem Pontificis, *fide digniſſimis*, aliiſque plurimis, qui æquales fuere, aut ſuppares, denegant omnem fidem, & *quæcumque ignorant, blaſphemant*, ut dicitur in Cathol. Jud. 10. ?

(*d*) Ita & in Breviloq. Par. 6. cap. 12. prope fin.

Digitized by Google

mi, inventa miracula, & conſcripta, & teſtibus idoneis approbata, examinari fecit per illos, qui minus inter Cardinales favorabiles negotio videbantur. (a) Quibus diligenter diſcuſſis, & ab omnibus (b) approbatis, de Fratrum ſuorum, & omnium Prælatorum, qui tunc erant in Curia, concordi conſilio, & aſſenſu (c) canonizandum decrevit: venienſque perſonaliter ad Civitatem Aſſiſii (d) anno Domini Milleſimo ducenteſimo vigeſimo octavo, XVII. Kalendas Auguſti (e) die Dominico (f) cum maximis, quæ longum foret enumerare, ſolemniis, (g) beatum Patrem catalogo Sanctorum adſcripſit. (h)

Lectio octava.

Anno vero Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo convenientibus Fratribus ad Capitulum generale Aſſiſii celebratum (i) ad Baſilicam (k) in honore ipſius conſtructam, (l) Corpus illud Domino dedicatum, VIII. Kalendas Junii translatum eſt. (m) Dum autem

(a) Aliud luculentum indicium, quo ſummus ille Paſtor Eccleſiæ non genio indulgendum, ſed ſoli veritati in hoc negotio litandum cenſeret.

(b) Adeoque etiam a *minus favorabilibus Cardinalibus*.

(c) Vel hoc *concors conſilium, & aſſenſus*, etiam *omnium Prælatorum in Curia*, grande veritatis certiſſimæ luculentiſſimum argumentum.

(d) Veniſſe *de Peruſio Aſſiſium* teſtatur, etiam Richardus de S. Germano, Albertus Stadenſis in Chronico, & Albertus Krantzius L. 7. Metropol. c. 45. & L. 8. Saxon. c. 4.

(e) Id eſt, die decima ſexta Julii. At Cl. P. Franc. Pagius in Breviar. Geſtor. Romanor. Pontif. ſub Greg. IX. To. 2. Edit. 2. Luc. 1729. pag. 149. col. 1. cenſet *S. Franciſci Canonizationem a Gregorio Papa, vel Junio exeunte, vel Julio ineunte peractam eſſe, non vero die decima ſexta Julii*; eique heic ego quoque accederem, ſi verum eſſet, quod Greg. IX. literas ad Gallicanos Præſules dediſſet *Peruſii VII. Idus Julii, Pontificatus anno* 2. ut eum Cœlitum honoribus proſequerentur. Verum enimvero pro *VII Idus Julii* reponendum *VII. Idus Auguſti*, vel *VII. Kal. Auguſti*. „ Sunt enim (ut recte obſervavit in cit. To. 1. ſui Bullar. laud. P. Sbaralea pag. 45. not. *b.*) hæc librariorum ſoluta in „ Codicibus errata, & interdum audaciæ; cum „ enim legerint, vel audierint Sancti Canoniza„ tionem menſe *Julio* peractam, pro *Auguſto* „ *Julium* menſem exſcribendum exiſtimaſſe cre„ dendum “. Sicut ergo Bulla Canonizationis incipiens *Mira circa nos &c.* manavit an. 1228. *Peruſii XIV. Kal. Auguſti*, id eſt, 19. Julii, poſt dies tres ab ejus Canonizatione, quæ facta eſt Aſſiſii *XVII. Kalendas*, ideſt, 16. Jul.; ita altera præfata ad Prælatos Galliæ eodem anno 1228. die 26. Jul. vel 7. Aug. Cæterum prædictam notam XVII. *Kalendas Auguſti* certam reddunt præter S. Bonaventuram in Leg. ma. & min. vel ſecundum vetuſtum Cod. noſtrum Bernardin. & Breviar. membr. Grieſen. etiam Thomas de Celano, Salimbene Parmenſis in Chron. MSS. p. 215. Chron. MS. 24. Miniſtror. General. p. 121. Breviar. & Kalendar. O. M. Conv. antiquiſſima totius Ord. Franc. traditio, quam ſequuntur Marian. Wadding. Arturus &c.

(f) Dies Dominicus revera tunc currebat 16. *Julii*; & ille perquam aptus erat ad illius Canonizationis ſolemnia celebranda: de quo pariter teſtantur æquales ſuppareſque Scriptores.

(g) De novo ritu adhibito in hac Canonizatione Albertus Stadenſis & Krantzius ſupra citati. Item de hujuſmodi ſolemnitate omnium maxima Joannes de Florentia in Opuſculo hac de re MS. Nec non de inſolito, longeque majori quam in cæteris Canonizationibus apparatu Wadding. pag. &c.

(h) Richardus de S. Germano tunc vivens forſan & ſcribens, & quidem prope Romam, in Chron. ad an. 1228. memoriæ prodidit, quod Gregorius Peruſio Aſſiſium petierit menſe Junio, ibique S. Franciſcum ob duo nova miracula in SS. catalogum retulerit, ac inde digreſſus Peruſium fuerit regreſſus, diem anniverſarium Innocentii PP. prædeceſſoris ſui celebraturus. Hic enim dies incidebat in 16. Julii tunc impeditum a ſolemniis Canonizationis eo die Aſſiſii peractis; adeoque neceſſe fuit ipſum diem anniverſarium transferre, Peruſii poſtea celebrandum. Vid. apud Raynald. in Annal. Eccl. ad hunc an. 1228 n. 34. & ſeq. Porro de hac Apotheoſi ita canitur in Antiph. 2. ad primas Veſperas Feſti IV. Octobr. *Cæpit ſub Innocentio, curſumque ſub Honorio perfecit glorioſum: ſuccedens his Gregorius magnificavit amplius miraculis fameſum*.

(i) Supple ex Par. 2. Chron. L. 1. c. 2. pro adeo ſolemni Translatione facienda *ab Eccleſia S. Georgii*.

(k) De hac Baſilica vid. Breviar. Franciſc. Dom. V. poſt Paſcha in Feſto Dedicationis Baſilicæ S. P. N. Franciſci; nec non To. 1. Bullar. Franciſcani Privilegium eidem a Gregor. IX. collatum an. 1230. die 22. Aprilis, quo ſoli Romano Pontifici ſubjecta, & Caput, & Mater Ordinis aſtruitur, aliiſque exemptionibus decoratur.

(l) Ita & in Chron. 24. Miniſtror. General. ad an. 1230. fol. m. 121.

(m) Circa prædicta vid. plura apud Wadding. ad eundem annum 1230. & ſeqq. ubi & inter cætera inibi refertur, quod ad præfatum Capitulum Translationemque celebrandam *convenerunt ultra duo millia Fratrum, atque univerſi hominum ſtatus tanta multitudo, ut eos urbs capere non poſſet; ſed in campis ſub tentoriis, & turmatim gregum more in rure ſuburbano illis diebus victitarent*: & quod *multis præmiſſis præludiis, & magna præparata ſolemnitate, in profeſto Penteceſtes die XXV. facta eſt Translatio &c.* Item de illa *magna ſolemnitate*, ac *tanta multitudine ex vicinis Urbi-*

Digitized by Google

ille ſacer tranſportaretur theſaurus, bulla Regis Altiſſimi conſignatus; miracula plurima ille, cujus effigiem præferebat, operari dignatus eſt: ut per odorem ejus ſalvificum affectus traheretur fidelium ad currendum poſt Chriſtum. Erat vero condignum, ut quem Deus in vita ſibi placentem, & dilectum effectum, in paradiſum per contemplationis gratiam tranſtulerat ut Henoch, & ad cœlum in curru igneo per caritatis zelum rapuerat ut Eliam; ejus jam vernantis inter flores illos cœlicos plantationis æternæ, oſſa illa felicia de loco ſuo pullulatione mirifica redolerent.

Can. 1. 3.

Eccli 44. 16. & Hebr. 11. 5. 4. Reg. 2. 11.

Lectio nona.

Porro ſicut Vir iſte beatus mirandis virtutum ſignis in vita clarnerat, ſic a die tranſitus ſui uſque in præſens per diverſas mundi partes præclaris miraculorum prodigiis Divina ſe potentia glorificante (*a*) coruſcat. Nam cæcis, & ſurdis, mutis, & claudis, hydropicis, & paralyticis, dæmoniacis, & leproſis, naufragis, & captivis, ipſius meritis remedia conferuntur; omnibuſque morbis, neceſſitatibus, & periculis ſubvenitur. Sed & multis mortuis per ipſum mirifice ſuſcitatis innoteſcit fidelibus mirificans Sanctum ſuum (*b*) magnificentia virtutis Altiſſimi: cui eſt honor, & gloria per infinita ſæcula ſæculorum. Amen.

Pſ. 4. 4

SERA-

Urbibus congregata, ut Civitate illos capere non valente, per campos gregum more accumberent, d. Chron. MS. 24. Miniſtror. General. loc. cit. ubi etiam illud additur, quod „ Dominus Gregorius, qui huic Translationi ſperabatur venturus, miſit Solemnes Nuntios, quibus non ſolum cauſam neceſſariam abſentiæ ſuæ declaravit; ſed & de quodam mortuo per beatum Franciſcum reſuſcitato eos reddidit certiores. Per eoſdem etiam Nuntios Crucem auream, opere quidem gemmario pretioſam, in qua erat lignum Crucis Dominicæ intercluſum; ornamenta quoque, & vaſa, ad Altaris miniſterium pertinentia, nec non & alia ſolemnia indumenta tranſmiſit: ſed & alia non modica, tam ad ejuſdem fabricæ, quam ad Solemnitatis impenſa, donaria deputavit. Eccleſiam vero ipſam, in qua primum lapidem fundamenti ipſe poſuerat, ab omni juriſdictione inferioris, apoſtolica auctoritate exemit". De qua exemptione ſupradictum Privilegium. De præfato autem mortuo in Theutonia, ſive Germania, nuper ad vitam revocato, idemmet Greg. IX. teſtatur ſibi fuiſſe *ſolemniter intimatum*, Ep. ad Miniſtr. & Fratr. O. M. in General. Capit. Conſtit. dat. an. 1230, die 16. Maii. To. 1. Bullar. Franc. pag. 64. & ſeq.

(*a*) Al. *clarificante*.

(*b*) Cui jure ac merito accommodaverim verba S. Bernardi De Vita S. Malach. Epiſc. Hiber. c. 29. n. 66. „ Hæc dicta ſunt pauca de „ pluribus. Unde ſatis apparet (*ille quidem*: „ Malachias meus; *ego autem* Franciſcus meus) „ quantus in meritis fuit, qui tam multus in „ ſignis extitit, & in raritate tanta. Quo „ enim antiquorum genere Miraculorum (*apud „ Berard.* Malachias, *ego dixerim* Franciſcus) „ non claruit? Si bene advertimus pauca ipſa „ quæ dicta ſunt, non prophetia defuit illi, „ non revelatio, non gratia ſanitatum, non „ mutatio mentium, non denique mortuorum „ ſuſcitatio. Per omnia benedictus Deus, qui „ ſic amavit & ornavit eum: qui & magnificavit eum in conſpectu Regum, & dedit illi coronam gloriæ. Amor probatur in meritis, ornatus in ſignis, glorificatio in præmiorum retributione. Habes, diligens lector, in (*Ber.* Malachia, *ego* Franciſco) „ quid mireris, habes & quid imiteris. Nunc „ jam quid tibi ex his ſperandum ſit, ſtudioſius attende. Nam finis horum pretioſa „ mors eſt".

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS
S. BONAVENTURÆ
EPISTOLÆ.

ADMONITIO.

QUæ primum locum tenet inter ſequentes Epiſtolas, *inſcripta* De imitatione Chriſti, *inter* Bonaventuriana *Anecdota, collecta a* Cl. P. VVaddingo, *extat Romæ in Tabulario Conventus* S. Iſidori Cod. Membr. in 8., Armar. 3. num. 186. *de qua in* Prodromo Lib. 7. MSS. Operum S. Bonaventuræ col. 468. num. 110., *nec non in eodem* Prodromo Lib. 8. Part. 4. Examin. Operum S. Bonaventuræ cap. 2. ex Epiſtolaribus col. 743. §. 15. *In hac autem Epiſtola, utpote familiari, ac veroſimiliter ad ſimplicem* Fratrem *directa, nuſquam, quod ego ſciam, edita plus lector rem ipſam appendat, non verba: fructum legat, non folia; florem carpat, non volantes deſideret pappos. Vulgata quidem eſt alia quæ proxime ſequitur, in* Annal. Minor. a Clariſſimo Luca VVaddingo *ad annum* 1264. *num.* 3.; *ea tamen deeſt in Editione Sixtina, ac nequidem in noviſſima Editione Veneta comparet, ut non immerito in hoc noſtro Supplemento ſuum inter prætermiſſas in eodem Sixtina Editione Epiſtolas vindicet locum; eaque ſcripta a* S. Bonaventura Generali Miniſtro *pro ſedanda controverſia exorta inter Fratres Minores ex una, & Clariſſas ex altera parte, atque utrinque firmando mutuæ caritatis fœdere. Tertia vero, quæ manavit in gratiam* Fratrum Minorum incolentium Eremum ſupra Garignanum ſive Gargnanum ad litus Lacus Benacenſis Territorii Brixienſis, *nunc primum patefit; & hanc auſpicato reperi in Tabulario olim Conventus* Sancti Franciſci Gargnani Ord. Min. Convent. *cum in originali papyraceo, tum etiam in authentico etiam membraneo, tot longe locupletiſſimis teſtimoniis munitam, ut de ea nefas prorſus fuerit dubitare. Quartam plura indulgentem miniſteria & obſequia a* Fratribus Cuſtode & Guardiano Piſarum *præſtanda* Sororibus Monaſterii de Piſis Ordinis Sanctæ Claræ, *debeo* Cl. P. Antonio Felici Matthæjo Magiſt. Ord. Minor. Convent.; *eam enim in Notis ad Vitam* Nicolai IV. pag. 39. *in lucem protulit, cujus autographum in membrana ſcriptum creditur manu ipſiuſmet* S. Bonaventuræ, *eademque fide inter Reliquias Eccleſiæ* S. Franciſci de Piſis *religioſe ſervatur. Quinta in acceptis ferenda eſt celeberrimæ Editioni præclariſſimorum* Benedictinorum Edmundi Martene, & Urſini Durand To. 1. Theſauri novi Anecdot. col. 1138. Edit. Lut. Pariſ. 1717. ubi *deſumpta dicitur ex* Charthario Burgi-Medii. *Et ſicut in noviſſima Editione Veneta anni* 1754. S. Bonaventuræ Operum To. 5. pag. 773. *locum habuit; ita ab hoc Supplemento Sixtinæ Editionis abeſſe non debet. Cæterum vel hanc ſcripſit Generalis noſter Miniſter pro ſtatuenda inter* Abbatem Beatæ Mariæ Bleſenſis, *ac* Fratres Minores Provinciæ Turoniæ, *pace, cujus ardentiſſimo zelo ſemper flagrare conſuevit. Hæ itaque ſunt Epiſtolæ, quæ locum obtinere poterunt in nova omnium* S. Bonaventuræ *Operum Editione, ſi deinceps fieri contigerit, ut boni quique deſiderant.*

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS

S. BONAVENTURÆ

EPISTOLA AD FRATREM

DE IMITATIONE JESU CHRISTI.

I.

Augustinus, sive potius Auctor Libri Soliloquiorum anima ad Deum c. 18. col. 93. To. 6. in Append. Edit. Maur. Venet. 1731.

FRater. Loquitur B. Augustinus ad Dominum Jesum Christum: Scio, Domine, quia ingratitudo tibi displiçet, (a) quæ est radix totius mali spiritualis, & est ventus quidam deficcans, & urens omne bonum, (b) & obstruens fontem Divinæ misericordiæ (c) super hominem: qua etiam multa mala oriuntur, (d) & moriuntur viva opera, & ultra non adipiscuntur. (e) Quia ergo ingratitudo est causa totius mali, oportet ut homo regratietur (f) Deo de beneficiis, quæ fecit ei Deus. Et quanto sunt majora beneficia, tanto oportet, quod sint majores gratiæ. Cum enim augentur dona, rationes crescunt & donorum. Ut autem cognoscat homo, quantum est obligatus ad regratiandum Deo, oportet quod recogitet, quanta beneficia fecit sibi Deus.

Ingratitudo quanta pariat mala.

Greg. in Evang. Hom. 9. n. 1.

2. Considera, unde te vocavit; ad quid te vocavit. Vocavit te de mundo pleno miseriis, pleno laqueis dæmonum, ut trahant animam ad pœnas damnationis æternæ. Vide, ad quid te vocavit. Certe vocavit te, ut laudes eum, ut cogites eum, ut desideres eum, ut diligas eum. Hoc maximum donum. (g) Quare hoc? Quia est officium Angelorum: nihil enim aliud faciunt Angeli in Paradiso. Vide, quomodo oportet te vivere, qui vocatus es ad officium Angelorum. (h) Vocavit te Deus de mundo miseriæ, posuit te, & deduxit in viam rectam eundi ad vitam æternam. Maxima hæc gratia est, quam fecit nobis Deus propter immensitatem amoris sui.

Quanta bona, vocatio ad statum Religionis.

3. Sed petunt ab eo illi, qui vocati sunt ad habendam vitam æternam: Quid ergo faciendo vitam æternam possidebimus? Respondet: *Et ego dispono vobis, sicut disposuit mihi Pater meus regnum.* Luc. 22. 29. Considerabimus, quomodo disposuit Pater ei regnum. Considerabimus, per quam viam ipse ambulavit. Et si considerabimus vitam Christi, quæ est *speculum sine macula*, (i) inveniemus quod ipse ambulavit per viam profundæ humilitatis, (k) per viam extremæ paupertatis, (l) per viam perfectæ caritatis, (m) per viam immensæ patientiæ, (n) per viam admirabilis obedientiæ. (o) Sap. 7. 26. Quæ Christi via.

4. Per

(a) Prædicta Edit. *quod ingratitudo tibi displiceat.*

(b) *Ingratitudo ventus est urens, fontem siccans pietatis*, ait quoque D. ipse Bona. Lib. 3. Phar. cap. 21. & de Perfect. vit. ad Soror. Cap. 5. ex S. Bernardo Serm. 51. in Cant. post med.

(c) Ibi idemmet Bona. ex eod. Bernard. Ser. 2. de septem misericordiis circa princip. *Ingratitudo vias obstruit gratiæ.*

(d) In d. Edit. *qua & mala mortua oriuntur*: dicit autem *multa mala*, potius quam *mala mortua oriuntur*, quia tradit in 4. Dist. 22. Q. 1. in concl. quod *dimissa peccata per pœnitentiam, quoad culpam nullo modo redeunt*, & Q. 2. in concl. *neque quoad reatum.*

(e) Ex d. Lib. Solliloq. c. 13. ac 14. plura quoque delumpsit in fine Amatorii.

(f) Hoc circa verbum vid. Vol. 1. hujus supplem Exposit. in Cant. cap. 6. §. 250. not. *d.*

(g) Tract. de interior. hom. al. de tripl. statu Religiosor. incipient. profic. & perfector. sive Pri. Par. de Informat. Novitior. init. cap. 1. *Primo semper debes considerare ad quid veneris, & propter quid veneris. Propter quid enim venisti? Nonne solummodo propter Deum, ut ipse fieret merces laboris tui in vita æterna?* Et *hoc* vocat ipse jure ac merito *maximum donum.*

(h) Hinc *Conventualem vitam Sanctissimam, immo Angelicam*, vocat in Spec. Disciplin. ad Novit. Par. 1. c. 22.

(i) Exposit. in Lib. Sapien. ibi, nec non cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror.

(k) De hac *via ad patriam* Exposit in Evang. S. Luc. ibi. nec non cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror. &c.

(l) Vol. 1. Comment. in cap. 12. S. Joann. Evang. n. 849. not. *d.* & cap. 3. de Perfect. vit. ad Soror. ac supra in Vite myst. cap. 2. n. 3. in fine &c.

(m) In ead. Vite myst. cap. 34. ac 35. nec non in Amator. &c.

(n) Vol. 1. Ser. de Seminante n. 29.

(o) Lib. 2. Phar. cap. 43. ex Cypriano.

Digitized by Google

Ambulandum in via humilitatis, in qua Christus ambulavit. 1. Jo. 2. 6.

4. Per istam viam oportet nos ambulare, si volumus sequi, & invenire Christum; ut enim dicit B. Joannes: *Qui dicit se in ipso manere, debet, sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.* Oportet ergo, quod ipse ambulet per viam, in qua ambulavit Christus; & dico, quod Christus ambulavit per viam profundæ humilitatis: (a) & humiliavit se tantum, quod lavit pedes suis Discipulis. Si ergo ipse Dei Filius Rex Angelorum humiliavit se usque ad vilissimum officium, eo quod inclinavit se ad pedes Discipulorum; (b) considera quantum nos oportet humiliare, cum tantum propter nostrum exemplum se humiliaverit Filius Dei. (c) Non est magnum humiliare se Superiori, vel æquali; sed humiliare se inferiori, (d) hoc est maximum meritum. (e) Hic est modus, per quem homo potest cito acquirere magnam gratiam, & effici dives in amore Christi. Quantum homo se humiliat, tantum Deus illum exaltat. Crede mihi, carissime, quod si homo esset bene sollicitus humiliare se, plus gratiæ acquireret in uno mense, quam alius in quadraginta annis.

Exemplum humilitatis in Vitis Patrum.

5. Invenitur tale exemplum in Vitis Patrum, (f) quod quidam multo tempore steterat reclusus in cella, & fecerat longo tempore strictissimam vitam. Postea dubitavit de aliqua quæstione, & petivit a Deo, ut ostenderet sibi veritatem illius quæstionis. Et tenor quæstionis erat talis: Si beati orant pro caris suis, & si orant, qualiter orant? Et cum diu peteret, & Dominus non ostenderet sibi, humiliavit se & dixit: Quæstio an Beati orent pro caris suis, & qualiter orent?

Video quod parum profeci in servitio Dei; ideo Dominus non ostendit mihi veritatem quæstionis, de qua dubitavi. Sed ibo ad Thalem (g) Fratrem meum, & petam ab eo, ut solvat mihi quæstionem, de qua dubito. Et cum vellet exire ostium, apparuit ei Angelus Domini, & dixit ei: Scias, Frater, quod pro tota vita tua, & tota abstinentia, nunquam Dominus aperiet quæstionem, de qua dubitasti, sed pro humiliatione; quæ, quia tu humiliasti te, & voluisti petere a Fratre tuo, meruit, & placuit tantum Deo, quod misit me ad te, ut respondeam tibi de quæstione tua. Primo petisti, si Beati orant pro caris suis. Scias, carissime, quod Justi orant pro his, quos in Domino amaverunt, vel pro his, qui eos invocabunt, ut a malo serventur, & a tentamentis mundi liberentur; & si in errore sunt, ut corrigantur, & celerius sibi associentur. (h) Secundo petisti, si orant, qualiter orant; & dico, quod desiderium eorum est oratio ipsorum (i): quicquid enim desiderant, sine dilatione percipiunt. Illorum enim orare est cruciatus olim corporis, vel bene gesta pro Christo, Deo repræsentare. (k) Non tamen aliquid orant, nisi quod Deus ipse disposuit facere; alioquin in cassum orarent. (l) Responsio.

6. Item quidam Frater noster, qui erat devotus Dominæ nostræ, rogavit eam, ut ostenderet sibi viam, per quam magis posset placere Filio suo. Cui Domina dixit: Omnia vilia officia de domo facias; in omnibus, quibus potes, humilia te ipsum. (m)

7. Item

(a) Unde supra in Ordinar. vit. Relig. num. 19. *de Humilitate* docuit: *Hæc est prima via veniendi ad gradum perfectionis.*

(b) Comment. in cap. 13. Evang. S. Joan. ver. 4. ac seqq. Vol. 1. nec non Exposit. in cap. 22. S. Luc., atque, Ser. 1. Dom. 22. post Pentec. &c.

(c) Ibi.

(d) Centiloq. Par. 1. Sect. 18. ac supra Tract. de Humilit. cap. 1. num. 2. nec non Lib. 4. Phar. cap. 12. in fine ex Glossa in Matth.

(e) De Grad. Virtut. cap. 3.

(f) In Vitis Patrum Edit. Ven. 1614. Lib. 3. cap. 9. invenitur etiam solutio supradictæ quæstionis num. 3. quod nimirum ad id præ cæteris opus sit *humilitate*. Porro Vitarum Patrum auctoritas constat, cum ex Sanctorum & gravissimorum Virorum commendatione, tum etiam ex gravissimorum Virorum interpretatione.

(g) Sic in Apographo meo. Num forte hic Thalelæus ille de quo in Vitis Patrum Lib. 10. cap. 59. Auctore Joanne Moscho?

(h) Confer in 4. Dict. 45. Art. 3. Q. 1. per totam.

(i) Sic ibi in Fundam. Item ratione videtur.

(k) Ibi in resp. ad arg. Ad illud ergo quod objicitur.

(l) Ibi ad 3.

(m) Hic fuit forte Joannes Firmanus, dictus quoque Avernicola, anno suæ ætatis tertio decimo, cum esset Ecclesiæ Cathedralis Firmanæ Canonicus, factus Frater Minor, de quo Wadding. ad an. 1272. n. 23. „ Emissa solemni „ professione, missus est a Ministro Generali „ Divo Bonaventura ad solitudinem Montis „ Alvernæ, ubi brevi levavit se supra se, ad „ colloquium admissus Beatæ Virginis Mariæ, „ & Sanctorum Angelorum. Officia fere „ omnia humilia Monasterii in se assumpsit „ &c. “.

Digitized by Google

Humilitas magnum bonum, & donum Dei.

7. Item fuit petitum a quodam sancto Patre, quid esset humilitas? Respondit, quod humilitas est magnum bonum, & donum Dei. (a) Et dixit, quod ad humilitatem homo venit isto modo, ut labores corporales assumere debeat, & reputet homo seipsum peccatorem: (b) ut ponat se subjectum omnibus, (c) & non attendat homo aliena peccata, sed sua semper aspiciat, & deprecetur Deum, ut ei parcat.

Proficere est humiliare semetipsum.

8. Item fuit petitum a quodam sancto Patre, quid esset proficere in Deum? Qui respondit, quod proficere erat humiliare seipsum. (d)

Paupertas extrema in Vita Christi. *Bernardus*.

9. Fuit vita Domini Nostri Jesu Christi extremæ paupertatis. (e) Unde Bernardus (f) dicit: Quære totam vitam Salvatoris a partu Virginis usque ad Crucis patibulum, non invenies in eo nisi maximam paupertatem. Et quanto quis est pauperior, tanto magis est similis Christo; (g) & quanto magis est similis Christo tanto magis est majoris perfectionis.

Paupertas ad perfectionem ductrix.

10. Fuit quæsitum a B. Francisco, quid esset illud, quod duceret magis homines ad perfectionem? Et ipse respondit, quod paupertas. (b)

Caritas in Christo perfecta.

11. Fuit etiam Dominus noster perfectæ caritatis; quia caritas, qua dilexit nos, traxit eum de cœlo ad terram. Caritas fuit funis, quæ tenuit eum ligatum ad columnam, quando crudeliter verberabatur. Dilexit nos plusquam seipsum; quia mori voluit, ut nos viveremus, vendi voluit, ut nos redimeret de potestate diaboli; animam suam, & corpus suum dedit pro nobis.

Caritas Servorum Christi verus character.

Caritas est illud, per quod cognoscitur, utrum aliquis sit servus Christi. Sicut enim ipse dixit: *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*. Caritas est, quæ facit hominem Servum, Discipulum, & Filium Dei. Tantum homo habet de perfectione, quantum de caritate. (i)

Jo. 23. 35.

Ubi perfectio major, major & caritas.

12. Fuit quæsitum a quodam sancto Patre, quæ esset causa, quod nos tantum laboramus, & non pervenimus ad perfectionem, sicut Antiqui nostri? Qui respondit, quod Antiqui habebant hoc, quod unus magis diligebat consolationem proximi, vel alterius, quam suam, ideo pervenerunt ad magnam perfectionem; sed nos licet tantum laboremus, non pervenimus ad perfectionem; quia unusquisque suam quærit propriam consolationem, & propriam utilitatem, & non amat consolationem proximi sui, & utilitatem, sicut debet. Tu ergo, carissime, si vis placere Domino nostro Jesu Christo, ama consolationem, & utilitatem proximi tui. Et si vis venire cito ad perfectionem magnam, & acquirere magnam gratiam in parvo tempore; studeas in omnibus, in quibus potes, servire Fratribus tuis, & plus ama eorum consolationem temporalem, quam tuam. Hoc intime tibi commendo, sicut animam tuam.

Antiquorum caritas major. *In Vit. Patr. L. 3. n. 181. auctore Ruffino Aquile. Presb.*, & *L. 5. libell. 27. de Carit. n. 19. auctore Græc. incer. interpr. Pelagio, nec non L. 7. c. 8. n. 4. auct. Græc. incer. interpr. Paschasio S. R. E. Diacono.*

Admirabilis Christi patientia,

13. Fuit Dominus noster admirabilis patientiæ. Vide quanta passus est (k), & quam injuste; & nunquam invenies, quod murmuraverit: *Qui cum maledicereturr, non maledicebat: cum pateretur, non comminabatur: tradebat autem judicanti se injuste*. Sicut Agnus mansuetus permittebat se tractari. (l) Patientia est quæ frangit omnes insidias inimici. Invenitur quod quidam audivit dæmones lo-

1. Petr. 2, 23.

(a) In Vit. Patr. L. 5. Auct. Græco incerto, Interprete Pelagio S. R. E. Diacono num. 22. ac seq.

(b) Supra Tract. de Humilit. sub num. 20.

(c) In Epist. quoque continen. viginti quinque Memorial. ubi de humilitate vera.

(d) Inter Ægyptiorum Patrum Sententias Auctore Græco incerto, Martino Dumiensi Episcopo interprete num. 57. apud Rosweydum ita lego „ Frater requisivit Senem, dicens: „ Quid est profectus Monachi? Respondit „ Senex: Humilitas. Quantum enim quis in „ humilitate inclinatur, tantum proficit in excelso “.

(e) Vid. supra num. 3. in not. *l*.

(f) Confer Vol. 2. Comment. in Apocal. cap. 1. num. 84. not. *c*.

(g) Supra in Vite Myst. cap. 2. ad finem num. 3. Hoc etiam videre est in S. P. Francisco altissimæ paupertatis cultore eximio.

(b) In Leg. ma. S. Franc. cap. 7. verba ejusdem S. Franc. sunt „ Paupertatem noveri„ tis Fratres, specialem viam esse salutis tam„ quam humilitatis fomentum, perfectionisque „ radicem, cujus est fructus multiplex, sed oc„ cultus &c. “. De *perfectione paupertatis* alia plura ex dictis S. P. Francisci apud Pisan. Conformit. L. 1. Fruc. 12. Par. 2. c. 15. per tot. Vid. D. Bonav. in Apolog. Pauper. Resp. 3. c. 1. ubi *voluntaria & penuriosa paupertas fundamentum Evangelicæ perfectionis astruitur*.

(i) Cap. 7. de Perfect. vit. ad Soror.

(k) Ibi c. 6. ubi secundum B. Bernardum sic loquitur: *O homo vide quid patior pro te &c.*

(l) In Lig. Vit. Tit. *Jesus Pilato traditus*.

Digitized by Google

loqui simul, & fuit petitum, quomodo prævalebant contra Monachos? Respondit unus, & dixit: Ego non possum eos vincere; quia quando provoco eos ad aliquam discordiam, unus dicit suam culpam, & frangit ista sua culpa totum, quod feceram. (a) Hoc sit verbum tuum, carissime, quando reprehenderis de aliquo, dicas: Confiteor meam culpam, & habeo voluntatem faciendi alia vice melius. (b)

Et obedientia.

14. Fuit Dominus Jesus Christus mirabilis obedientiæ; quia propter nos

Phil. 2. 8.

factus est obediens usque ad mortem, non qualemcunque mortem, sed usque ad *mortem crucis*, quæ erat magis acerba, & magis vituperabilis mors, quæ esset. (c) Et quia multum fuit obediens,

Ibi 9.

ideo fuit multum exaltatus: *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen quod est super omne nomen*. Qui ergo vult multum exaltari, studeat pure & perfecte obedire.

Vit. Patr. L. 5. libell. 14. de obedient. n. 19. auct. Græc. interpr. Pelagio. ac L. 3. n. 141. auct. Ruffino Aquilejen. Presbyt.

15. Invenitur in Vitis Patrum, quod quidam sanctus Pater dixit, quod semper qui animum dederit ad obedientiam Patris spiritualis propter Deum, majus meritum habet, quam Eremita, qui staret solitarius in deserto. Dicebat autem iste, quod narravit aliquis sanctus Pater se vidisse quatuor Ordines in cœlo, quorum unus erat eorum, qui portabant infirmitatem suam in pace: alius eorum, qui recipiebant pauperes ad hospitium: alius eorum, qui stabant in solitudine: quartus erat illorum, qui propter Deum stabant ad obedientiam Patrum spiritualium. Et quod isti, qui stabant ad obedientiam, habebant unam coronam auream, plus quam alii. Et fuit ei responsum, quod habebant majorem gloriam; quia ea, quæ faciebant, faciebant pro voluntate ejus, cui promiserant obedientiam. Sacrificium obedientiæ est majus, quam aliud sit; (d) quia obedientia pro sacrificio offert propriam voluntatem: (e) & hoc est quod magis placet Deo, quam aliud.

Obedientia præfe-rendus.

Obedientia est propriæ sacrificium voluntatis.

16. In hoc ergo sit studium tuum, carissime, si vis multum placere Deo. Studeas, quod pure obedias in his, quæ tibi præcipiuntur. Dicebat Beatus Pater Franciscus, (f) quod si quis esset bene obediens, una hora non transiret ei sine merito. (g)

Dictum B. P. Franc.

17. Si vis in te habere ea, quæ dixi, studeas, ut sis vir orationis. Oratio faciet te esse humilem, patientem, & obedientem. Oratio faciet te habere omnia bona. (h) Oratio faciet te habere Deum in vita ista, & in vita æterna. (i) Dicebat etiam Beatus Franciscus, quod impossibile sibi videretur, quod aliquis possit proficere in servitio Dei, nisi esset vir orationis. (k)

Orationis magna virtus.

Dictum aliud B. Franc.

18 Si vis, carissime, habere orationem, oportet quod habeas silentium;

(a) Quippe antiquis Monachis manebat alta mente repositum, quod ipsis Abbas Macarius tradiderat: *Culpa est Monachi, si læsus a Fratre, aut injuriatus, primus illi purgato corde in caritate non occurrat*, in Sentent. Ægypt. Monach. num. 16.

(b) Huc etiam spectat quod refert in Spec. Discipl. ad Novit. Par. 1. c. 10. in fine „ S. „ Franciscus: Beatus servus, qui non est velox „ ad se excusandum, & humiliter sustinet ve„ recundiam, & reprehensionem de peccato, „ ubi non commisit culpam “. Vid. S. Franc. in Admonit. ad Fratres, ubi de Correct. Par. 1. Firmamen. trium Ord. fol. 20. col. 2. nec non alia plura collecta ex hujusmodi Admonit. apud cit. Pisan. cap. 16. De patientia per tot.

(c) De ipsa *ignominiosissima, acerbissima* cit. cap. 6. de Perfect. vit. ad Soror.

(d) Reg. 15. 22. *Numquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius ut obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimæ: & auscultare magis quam offerre adipem arietum*. Vid. Ecclesiasten c. 4. v. 17.

(e) Lib. 2. Phar. cap. 43. ex S. Greg.

(f) Hinc disce hujus Epistolæ auctorem Franciscanum fuisse.

(g) In Leg. ma. S. Franc. cap. 6. *Ut pluribus modis negotiator hic Evangelicus lucraretur, ac totum præsens tempus conflaret in meritum, non tam præesse voluit, quam subesse, nec tam præcipere, quam parere. Idcirco Generalis cedens officio, Guardianum petiit, cujus voluntati per omnia subjaceret. Tam enim uberem asserebat sanctæ obedientiæ fructum, ut eis, qui jugo ipsius colla submitterent, nil temporis sine lucro transiret*. Quibus verbis laudatus Pisanus concludit loco cit. totum cap. De perfecta obedientia, ex dictis S. P. Francisci collectum.

(h) Cap. 5. de Perfect. vit. ad Soror. *Est tantæ virtutis devota oratio, ut ad omnia valeat*.

(i) Ibi: *Quia tali oratione acquirit homo regnum cælorum*.

(k) In suprad. Legen. cap. 10. *Orationis gratiam Viro religioso desiderandam super omnia firmiter asserebat, nullumque credens sine ipsa in Dei prosperari servitio, modis quibus poterat omnibus Fratres suos ad ejus studium excitabat &c.* Vid. alia plura ex dictis, & Orationibus S. P. F. collecta apud Pisan. ibi cap. 6. De oratione per tot.

Digitized by Google

tium; (a) & si vis habere silentium, oportet, quod habeas solitudinem. (b)

Vit. Patr. L. 5. & libell. 15. de humilit. Jub num. 9.

Invenitur in Vitis Patrum, quod quando Arsenius venit ad mortem, Monachi dixerunt ei, quod diceret eis aliquod verbum salutis; & ipse dixit: Nihil video melius, quam tacere. (c)

Dictum Arsenii de silentio servando.

In hoc ergo sit studium tuum, carissime, quod, quando est tempus servitiorum, opereris quicquid potes cum silentio. Completo vero servitio, fugias ad solitudinem. (d) Et caveas, ne in solitudine sis otiosus; (e) quia otium in solitudine est valde pernicioſum. (f)

Ostium in solitudine pernicioſum.

19. Quidam petivit a quodam sancto Patre, quomodo posset placere Deo, & hominibus? Cui respondit: Loquere pauca (g) & operare multa.

Vit. Patr. L. 3. n. 100. ac L. 5. libell. 2. de quiete n. 3.

20. Invenitur in Vitis Patrum, quod Abbas Arsenius, cum esset in palatio (h), oravit ad Deum dicens: Domine dirige me ad salutem. Et audivit vocem dicentem sibi: Arseni, fuge homines (i), & salvus esse poteris. Item dictus Abbas Arsenius descendens ad Monachalem vitam, rursus oravit ad Deum dicens: Domine, dirige me ad salutem. Et audivit vocem dicentem sibi: Arseni, fuge, tace, & quiesce: Hæc enim sunt radices non peccandi.

Vox de cœlo Arsenio facta de fugiendis hominibus, custodiendoque silentio.

21. Item adhuc invenitur in dictis Vitis Patrum, quod Abbas Macarius Major in Scithi (k) dicebat Fratribus suis: Post Missas Ecclesiæ, fugite, Fratres. Et dixit ei unus de Fratribus suis: Pater, & ubi habemus fugere amplius a solitudine ista? Et ipse Abbas ponebat digitum suum in ore suo, dicens: Istud est quod fugiendum est (l); & sic intrabat cellam suam, & claudebat ostium, (m) & solus (n) manebat in oratione &c. (o)

Vit. Patr. L. 5. libell. 4. de contu. n. 27. Abbas Macarius Major in Scithi, ejusque dicta de fuga a mundo, custodiendoque silentio.

22. Si ista servaveris, carissime, non dubito, quod in parvo tempore venies ad magnam perfectionem. Ista verba sint tibi loco mei. Sæpe ea legas, & facias rationem, quando legis, quod ego loquar tecum, & dicam tibi ista verba. Quando ergo vis loqui mecum, legas ista verba, quæ tibi scribo pro salute animæ tuæ. Et omni sero, quando vadis ad lectum, examina te, utrum in die vixeris secundum ista verba, quæ tibi scripsi. Vale in Domino, (p) & ora pro me. (q) Amen.

AD

(a) Hinc postquam egit *de silentio* cap. 4. de Perfect. vit. ad Soror., mox cap. 5. tractat *de studio orationis*.

(b) Ibi cap. 4.

(c) *Loqui me semper pœnituit, tacuisse nunquam*, in Vit. Patr. ibi, nec non in fine d. cap. 4. de Perfect. vit. ad Soror. Et huc quoque spectat quod ait piissimus Card. Jo. Bona in Princ. Vit. Christ. cap. 8. *Sapientissimus est qui scit tacere; difficilius etenim est nosse tacere, quam loqui*. Vid. infra Leonina Carmina Ver. 321.

(d) In Reg. Novitior. cap. 8.

(e) In ea enim secundum Abbatem Poemenionem oportet *operari manibus, & meditari verbum Dei*, ut habetur in Sentent. Ægyptior. Monachor. n. 21.

(f) Vid. Collationes Patrum Jo. Cassia. L. 10. c. 23. ac inter Opera suppositi. S. Bernardi, Epistolam Guigon. Carthus. ad Fratres de Monte Dei L. 1. c. 8. n. 21.

(g) Ita & cit. cap. 4. de Perfect. vit. ad Soror.

(h) *In palatio divæ memoriæ Theodosii Imperatoris majoris, qui fuit pater Arcadii & Honorii*, in Vit. Patr. L. 5. libell. 15. de humilit. n. 10.

(i) Pariter B. Ægydius Assisias dixit B. Jacobo de Massa: *Fuge multitudinem*, apud Wadding. ad an. 1256. n. 15.

(k) Al. *in Sanctitate*.

(l) Vid. supra Par. 1. Tract. de Vite Myst. c. 27 n. 89.

(m) Abbas Poemenius non claudebat ostium, sed dicebat: *Non didicimus nos lignum claudere ostium, sed magis ostium linguæ*. Ita inter Ægyptiorum Patrum Sententias n. 43. & in Vit. Patr. c. 5. auct. Græc. incer. interpr. Pelag. Libello 13. n. 5.

(n) Al. *semper*.

(o) Forte supplendum: *In his & omnibus virtutibus, & bonis moribus, tibi propone semper clarissimum speculum, & totius sanctitatis perfectissimum exemplar, scilicet vitam & mores Filii Dei Domini nostri Jesu Christi. Et si &c.* ut supra. Hæc enim verba allegat ex S. Bonaventura in *Lib. de imitatione Christi* Bernardinus de Bustis Rosar. par. 2. fol. m. 244. col. 4. ac probe respondent supradictis num. 3. atque seguntur etiam in Opusc. de Informat. Novit. par. 1. cap. 32. fol. 43. col. 3. To. 2. S. Bonav. Opusculor. Edit. Venet. 1564.

(p) Sic tum in fine Epist. ad Magistr. innominat., tum etiam in fine Epist. de sandaliis Apostolorum.

(q) *Valete in Domino, & orate pro me*, pariter habet in Epistolis an. 1266. ac 1272., de quibus infra.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ.

EPISTOLA AD FRATREM LAURENTIUM.

Pro Visitatione Ordinis Sororum S. Claræ in Provincia Tusciæ debite peragenda.

In Christo sibi carissimo Fratri Laurentio, in administratione Tusciæ Visitatori Pauperum Dominarum, Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Generalis Minister & servus, (a) salutem & pacem in Domino sempiternam.

Dignum est, & consonum rationi, quod spiritualium Ordo Virorum ad ea se promptum exhibeat, quæ Divinum honorem respiciunt, animarum salutem procurant, naturali sunt consona pietati. Quia Ordo Sororum (b) sanctæ Claræ (c) Venerabili Patri nostro Joanni sancti Nicolai in carcere Diacono Cardinali (d) per summum Pontificem est commissus, & quod idem Dominus sub spe adjutorii nostri Ordinis, & pro nostra pace, & libertate servanda, eundem in suam curam suscepit; (e) conveniens est, & decens, quod eidem Domino prompto animo assistamus. (f) De tua itaque providentia & probitate confisus, de Fratrum consilio discretorum, mandamus tibi per obedientiam salutarem, quatenus visitationis officium circa Monasteria Ordinis supradicti, intra administrationem Tusciæ constituta, quæ juxta formam inferius annotatam, libertatis nostræ Instrumenta publica, sive patentes Literas dederunt, vel dederint, exequaris. Et quia opus istud ad salutem animarum respicit, pro quibus Jesus Christus sanguinem suum fudit, sic prudenter, sic modeste, sic juste, sic misericorditer, sic

Forma visitandarum clarissarum.

(a) Nullum attexuit titulum *Magistri*, aut *Doctoris*; quia dixit in Epist. ad Magistrum Innominatum, *quod secundum Evangelium pompa hujus nominis condemnanda est, & nullatenus appetenda; sed officium assumendum.* Et iterum: *Condemno tecum in Magisterio pompam, sed commendo officium. Damno Fratrem Minorem pomposum, & dico eum Magisterio penitus indignum; sed commendo studiosum.*

(b) Hic est Ordo illarum Sororum, in quarum gratiam, idem Seraphicus Doctor scripsit Opusculum *De Perfectione vitæ ad Sorores.*

(c) De hac quoque superiorem scripsit *Legendam.*

(d) Joanni, inquam, *de Ursinis Cajetano, Diacono Cardinali Sancti Nicolai in carcere Tulliano*, qui fuit Minorum nostrorum Sodalitio plurimum addictus, atque in protectorem nostri Ordinis in Comitiis Generalibus Pisis coactis 20. Maii an. 1263., præsidente Ministro Generali eodem S. Bonaventura, petitus; cui adhuc puerulo S. P. Franciscus non absque prophetico spiritu suum Institutum impense commendavit. De quo plura in MS. Chron. 24. Ministror. General. ad an. 1263. fol. m. 177. Item Jordanus in Biblioth. Vatic. MS. Unde jam Pontifex summus, sub nomine Nicolai III. in Proemio Declarat. Reg. S. Franc. quæ incipit: *Exiit qui seminat seminare semen suum*, & extat inter Extravagantes communes in sexto sub titulo *De verborum significatione*, certum testimonium perhibuit, *a teneris annis ad Ordinem ipsum affectus suos erexisse, & in illis succrevisse, postmodum ejusdem Ordinis Gubernatorem, & Protectorem effectum.*

(e) Pariter in d. Chron. MS. ibi e vestigio adhuc apertius.

(f) Ejus nanque optime meriti Cardinalis rogatu coactus fuerat Bonaventura rejectam Sororum curam reassumere, ea tamen lege, ut prædictæ Sorores præstanda deinceps a Fratribus obsequia agnoscerent, non ex debito, sed ex pura putaque caritate profecta. *Prompto* quidem *animo*, sed dolenter in hoc morem gessit laudato Cardinali ob secretum malum, occultumque periculum, probe gnarus, quam impense laboraverit S. P. Franciscus, ne quid esset inter Sorores, Fratresque commercii, atque alta mente repositum habens illud ejusdem S. P. Francisci: *Timeo, ne dum Deus nobis abstulerit uxores, Diabolus nobis procuraverit Sorores.* Vid. Wadding. ad an. 1219. n. 45. nec non ad an. 1266. n. 16.

Digitized by Google

sic constanter, prædicti opus officii exequaris, quod laus sit Christo, extirpatio vitiorum, ædificatio virtutum, & devotarum consolatio animarum. Et ut prosecutioni hujus officii valeas intendere ut oportet, Minister tuus teneatur tibi præsentium jussione, de Socio idoneo providere, & ad hoc ipsum Custos, in cujus Custodia visitationem feceris, (a) si Socium tuum impediri contigerit, sit astrictus. Cum autem accesseris ad aliquod Monasterium visitandum, in quo Fratres non resideant, Guardianus proximioris loci, vel ejus Vicarius providere tibi de altero Socio teneatur, & uterque istorum Sociorum tibi specialiter assignatus ingrediatur tecum Monasterium, (b) cum pro visitationis officio fuerit opportunum. Formam autem super visitationis officio, quæ tibi transmittitur per dictum Dominum Cardinalem, tam quoad Regulæ susceptionem, quam alia in ipsa contenta, (c) diligenter observes, & efficaciter, secundum gratiam a Domino tibi datam, observare procures: cavens ab introductione Fratrum in ipsa Monasteria, exceptis duobus te associantibus (d) ad tuum officium exercendum. Ab omni etiam acceptatione munusculorum, & a cæteris omnibus, quæ mali speciem possunt prætendere quoquo modo. Neque pro hujusmodi absolutione officii ad me venias, sed quam citius poteris, illud exequi studeas diligenter. Sic autem sollicite ac solemniter præmissis insistas, quod tuum officium esse possit in conspectu Divinæ Majestatis acceptum, ac fructuosum, & consolatorium Monasteriis memoratis, præfatoque Domino Cardinali, qui firmam gerit fiduciam, quod hujusmodi officium per te sollicite debeat exerceri; nec non & Ordini nostro, qui sibi ad supportandum hoc onus, quod humeris suis imposuit, in hac parte voluit afferri (e) juvamen, nihil ob tuum defectum quoad Deum, vel homines valeat imputari: quinimo tam conscientia ipsius Domini Cardinalis, quam tua, & Fratrum nostri Ordinis, qui sibi de speciali gratia (f) in hoc humiliter condescendit, in tuto proinde conquiescat. Forma vero Instrumenti publici, seu Literarum nostræ libertatis, hæc est: Nos talis . . . . . Abbatissa, & Sorores talis . . . . . (g) Monasterii, pro nobis & Monasterio nostro dicimus, & confitemur, & etiam recognoscimus, quod Ordo Fratrum Minorum, vel Fratres ejusdem Ordinis nobis, seu Monasterio, seu personis in eo degentibus, ad obsequialia Monasterio exhibenda aliquatenus ex debito non tenentur. Et idcirco dicti Ordinis Fratribus præcavere volentes, ne per aliqua obsequia, vel ministeria, quæ nobis dicti Fratres de facto, sua liberalitate, vel mera gratia exhibebunt, ex quantacunque diuturnitate temporis

Forma cautionis exhibendæ.

pos-

(a) Cum heic agatur de *Visitatore Pauperum Dominarum in Provincia Tusciæ*, supponitur, quod hæc Provincia plures Custodias haberet. Et revera secundum definita in Comitiis Generalibus Narbonensibus an. 1260. sub Bonaventura Generali Ministro octo Custodias complectebatur, primam Pisanam, secundam Lucanam, tertiam Florentinam, quartam Senensem, quintam Aretinam, Sextam Clusinam, septimam Maritimæ, Octavam Sardiniæ.

(b) Prudentissime duos Visitatoris, Monasterium Sororum pro visitatione ingressuri, Socios exegit, ut in ore duorum testium de bona ejus fama, Christique odore constaret. Hinc etiam in Regula data Abbatissæ, & Conventui Sororum Minorum Monasterii Humilitatis Beatæ Mariæ Parisien. Diœcesis apud Wadding. ad an. 1263. in Regesto To. 4. pag. m. 513. ubi de *Visitatore* agitur, ita mandatur „ Quando „ Monasterii claustra causa visitationis intraverit, duos religiosos Socios & idoneos secum „ ducat, ac iidem Socii quamdiu fuerint intra „ claustrum, nullatenus ab invicem separentur“.

(c) De hujusmodi *Regula, a Domino Cardinali transmissa, ejus susceptione, & contentis*, in supprad. Chron. MS. nec non apud Wadding. ad an. 1264. n. 7. quem vide sis etiam To. IV. Annal. Min. in Regesto Pontificio ad eund. an. 1264. n. 10. ex Speculo Minorum, & Firmamento Trium Ordinum pag. 517. & seq.

(d) In Biblioth. P. Luc. Ferraris verbo *Monialis* n. 75. secundum Alex. VII. Constit. incip. *Felici Sacrarum Virginum statui*, ita lego „ Prælatus Regularis (*sc. Visitator*) si fuerit „ Generalis, potest secum introducere duos Socios sui Ordinis; si fuerit alius a Generali, „ potest introducere secum tantum unum socium sui Ordinis, exclusis omnibus aliis, etiam „ ratione Officii“.

(e) Al. *offerri*.

(f) Hanc *gratiam specialem* vocat infra etiam in Epist. ad Fratres Custodem & Guardianum Pisarum.

(g) Vid. apud Wadding. ad an. 1264. n. 4. ac 5. duo Instrumenta cautionum, unum extractum ex Scripturis Sacrarii Conventus S. Francisci Interamnensis, alterum ex Monumentis Clarissarum Florentiæ, ambo in membranis originariis contenta.

Digitized by Google

poſſit eis præjudicium generari, promittimus tibi Fratri N. nomine Ordinis, & Fratrum recipienti, & ſtipulanti, quod miniſteria, vel obſequia ab eis taliter exhibenda, nullo unquam tempore, occaſione procurationis hujuſmodi, ex debito non petemus, nec ſuper eis movebimus contra eundem Ordinem, vel Fratres ipſius Ordinis aliquam quæſtionem. (*a*) Et in hujuſmodi teſtimonium, volumus fieri hoc publicum Inſtrumentum, & ſigilli Conventus noſtri munimine roborari. (*b*)

Datum Aſſiſii III. Non. Octobris anno Domini MCCLXIV. Pontificatus Domini Urbani IV. anno III.

(*a*) Hæc confirmantur iis, quæ ſcripſit idemmet S. Bonav. in Apologet. ubi ad Quæſtionem 17. „ Quare ergo Ordinem Sanctæ Clarę in cura habetis, per quam libertas veſtra „ impeditur "? ſic reſpondet „ Ordo iile non „ eſt annexus Ordini ſerviliter, ut eis intendere teneamur; ſed ex petitione Domini Cardinalis, qui utique præeſt Ordini: Miniſtri „ conſtituunt eis Confeſſores, qui Eccleſiaſtica „ interdum Sacramenta miniſtrent, & Viſitatores, qui eas corrigant. Alii Fratres non tenentur occupari pro ipſis, niſi ſicut pro aliis „ amicis Ordinis, quando volunt. Et quia „ clauſæ manent ſub uniformi converſatione, „ hæ facilius regi poſſunt. Quandocumque autem Ordo noſter communiter videret non ex „ pedire ſibi curam illarum gerere, poteſt ſe „ ab eis eximere, cum ex Regula noſtra non „ ſimus alicui ex debito niſi Ordini obligati, & „ ſingulari libertate inter cæteros Ordines ex „ privilegio gaudeamus. Licet autem omnino „ non poſſimus impedire prædicti Ordinis Mo„ naſteria, tamen ſi non ſtudioſe obſiſteremus, „ cito multiplicarentur per conceſſionem Do„ mini Papæ, vel Cardinalis (*ſcilicet Protecto„ ris*): & per hoc oſtenditur, quod non dili„ gimus multum occupari in ipſis ".

(*b*) Ex his patet, quod quando Fratri Philippo Longo uni ex ſuis Sociis, qui Viſitator erat Monialium, dixit S. P. Franciſcus: *Male feciſti Frater Philippe, male feciſti; hucuſque fiſtula fuit in carne, eratque curationis ſpes; ſed nunc in oſſibus radicata, evaſit incurabilis*, ſane prophetaverit. *Nam* (verba ſunt laud. Wadd. ad an. 1219. n. 48.) *dum Moniales erant ſub aliena cura, facile poterant Fratres ab eis avelli, & familiaritatis damnum prævenire; at poſtquam curam illam ſubierunt, plaga inſanabilis facta eſt, dum non potuerunt, etiam quando voluerunt, oneroſam, moleſtam, & periculoſam jam factam excutere, ut probatum eſt, magno Ordinis damno, ſub Generalatu Sancti Bonaventuræ.*

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

EPISTOLA

AD FRATRES UNIVERSOS.

Pro vindicanda conceſſione facta a S. P. Franciſco Fratribus Minoribus incolis Eremitorii ſupra litora Lacus Gardenſis ex parte Territorii Brixienſis.

Univerſis Fratribus præſentes literas inſpecturis, Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter, & ſervus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

CUm ego relatione perceperim fide digna, quod ſanctiſſimus Pater noſter Franciſcus Caſtrum Monzambani, (*a*) & alia loca, quæ circa Lacum Gardæ (*b*) ex parte Veronenſium habitantur (*c*), conceſſerit (*d*) Fratribus commorantibus in loco quodam juxta dictum Lacum (*e*) in Riparia (*f*) Brixienſi, & ipſi eadem conceſſione per multa tempora jam ſint uſi (*g*); & conſiderem fore dignum id quod voluit Pater noſter, ab aliquo non infringi: mando Fratribus omnibus, & injungo in meritum obedientiæ ſalutaris, quatenus memorata ſuperius loca Fratribus ſupradicti Eremitorii (*b*), libere

(*a*) Id eſt, *Montis Albani*. Vid. Prodrom. col. 40. Accedit Veronenſis veteris Agri Topographia, ejuſque Expoſitio, quæ eſt Illuſtr. Viri Jo. Jacobi Marchionis de Dionyſiis Veronen. Canonici Bibliothecarii pag. 59. Edit. Veronen. 1758. ubi ſic legere eſt „ MONS AL„ BANUS. *Mozzamban. Montiszambani* cor„ rupte, paſſim in Diplom. Capitularibus, & „ apud Ughellium.

(*b*) In d. Topographia, ſive Tabulis Topographicis pag. 56. „ GARDA. A quo La„ cus, qui antea *Benacus*, nomen accepit. Nec „ Lacus tantum, ſed Oppida etiam nonnulla „ ea ſunt. *Gardolinum*, nunc Bardolino, *Gar„ gnanum*, *Gardola*, *Gardon*, & ſimilia". A parte ſuperiori verſus Territorium Tridentinum *Nacus*, forte dictus ab eodem Lacu, qui antiquitus *Benacus* nuncupabatur.

(*c*) S. P. N. Franciſcum perluſtraſſe loca Gardenſis Lacus memoriæ proditum eſt. Nam referente Cl. P. Luca Waddingo in Annal. Minor. ad annum 1220. num. 6. „ Cum Socio „ tranſivit in Inſulam Gardæ; quæ ex mediis „ undis Lacus Benacenſis ſurrigitur (*al. ſurri„ git*), arboribus fructiferis, aeris temperie, „ & ſoli amœnitate laudatiſſima. Hic acquiſi„ vit ſuis Sectatoribus locum, ut conſtat ex „ Archivo Brixienſi Minorum, & quibuſdam „ Literis Divi Bonaventuræ, quæ in ipſo In„ ſulano Conventu aſſervantur". Conſule ſis Illuſtriſſimum Gonzagam in Prov. Brix. Conv. 26. Eas tamen a me quæſitas minime inveni, & quo fuerint translatæ, aut quo pacto interciderint, Deus ſcit. Addit Michael Angelus Mariani in ſua *Trento* pag. 516. Edit. Trident. 1673. „ Fuori delle Mura di Riva è notabile „ la Chieſa, e Convento di S. Franceſco de' „ Minori Conventuali. E' luogo antichiſſimo, „ e ſi tiene fondato da S. Franceſco, all' hor „ che, dopo meſſo il Convento a Garignano, „ venne a por quel di Riva, per quanto ne „ corre la tradizione". Sed id intelligendum ſecundum has Bonaventuræ Literas non de *Conventu Garignani*, ſed de *Eremitorio Fratrum Minorum* ſupra Gargnanum, ſive Garignanum. Idem eſto judicium de *Eremitorio* prope Civitatem Ripenſem, ſi traditio illa veritate nitatur. Requieſcunt colunturque in prædicta Ripenſi Eccleſia S. Franciſci lipſana B. Pacifici, eidem Patriarchæ coævi, de quo tam in Monumentis Eccleſiæ Tridentinæ, quam ſupra in Legen. mi. S. P. F. n. 18. not. *a*. ſatis jam dixi.

(*d*) Id accipe, ut infra patebit, de conceſſione facta *ad poſtulanda neceſſaria*, ratione altiſſimæ paupertatis, quam ſuam *Dominam* S. P. Franciſcus nuncupare conſueverat.

(*e*) Supra ſcilicet Garignanum, ſive Gargnanum.

(*f*) *Riparia* pro litore maris, vel fluminis, aut lacus. Vid. Gloſſar. Ducang. ubi plures allegantur Antiqui, eo ſenſu *Ripariam* uſurpantes.

(*g*) Nempe ab anno 1220. ad annum hujus Epiſtolæ 1266.

(*h*) Moris erat S. P. N. Franciſco, teſte eodem S. Bonaventura in Legenda Majori, ac Minori, ſemper quærere loca ſolitaria, amica mœ-

Digitized by Google

bere dimittant ad neceſſaria poſtulanda *(a)*, nihil petentes in illis; non obſtante Conſtitutione Capituli Generalis *(b)*, per quam termini ad quærendum locis vicinioribus conceduntur. *(c)* Valete in Domino, & orate pro me.

Datum Pariſius MCCLXVI. Sexto Calendas Junii. *(d)*

S. BO.

---

mœroribus, & maxime inter crepidines abruptorum montium; quia petrarum ſciſſuræ ad memoriam ei revocabant Chriſti paſſionem. Et *de religioſa habitatione in Eremitoriis* ſunt admonitiones S. P. Franciſci apud Piſanum Conformit. L. 1. Fruc. 12. Par. 2. cap. 30. Profecto Vir ſanctus ſolitudinis æque ac orationis amator, referente Waddingo ad an. 1213. n. 12., in Comitatu Narnienſi apud Caſtrum S. Urbani eremiticum quendam, & derelictum in aſperrimo monte accepit locum; pariterque eodem narrante Waddingo ibi n. 17. in quodam amœno nemore in molte alto obtinuit ab Ab bate Portæ regalis locum cum ſilva contigua, & in eodem monte adhuc viſitur, inter ſciſſuras petrarum, quædam crypta, in qua ſe abdebat Servus Dei, dum contemplabatur & orabat: teſtaturque Marianus c. 7. § 29. apud eundem Waddingum ibi eod. n. 17. de ſacello devoto illius Eremitorii, quod Viri Dei, dum vixit, erat cubiculum. Item S. Bonaventura in Legenda ma. c. 5. memorat Eremum de Sarthiano, ubi Vir ſanctus in cellula orationi vacabat. De Eremitorio quoque Græcii ob mirabilia in eo patrata percelebri, apud laudatum Waddingum ad an. 1217. n. 16. Qui etiam ad an. 1221. n. 11. memorat Eremum Montis Pauli in Æmilia, non longe ab Oppido S. Stephani, ad quam S. Antonius verus S. Franciſci imitator ſeceſſit, quietem animi & conſcientiæ captare volens; nec non ibi n. 18. in Tuſciæ regione Conventum Columbarii, ex parte a S. Franciſco ædificatum ſub Annuntiationis Virgineæ invocatione in loco ſolitario & nemoroſo, ab hominum frequentia remoto, contemplationi perquam opportuno, ut alia Eremitoria brevitatis gratia præteream. Id unum inſuper adnotaverim ex eodem Waddingo ad an. 1252. n. 25. loquente de Innocentio PP. IV. „ Conceſſit, ut Eccleſiæ Fratrum, ubi Con„ ventus ædificabantur, *Conventuales* appella„ rentur, idque non alia de cauſſa, quam ut „ Monaſteria diſtinguerentur ab Eremitoriis, & „ poſſent Fratres uti privilegiis & gratiis Eccle„ ſiarum Conventualium, aut Collegiata„ rum, & aliarum honorabilium Congrega„ tionum &c. “

(*a*) Ergo etiam ſupra intelligenda eſt conceſſio facta a S. Franciſco *ad neceſſaria poſtulanda*.

(*b*) Narbonenſis videlicet an. 1260.

(*c*) In eiſdem quippe Narbonenſibus Comitiis actum eſt de numero, ordine, ac terminis Provinciarum. Territorium enim Veronenſe ſpectabat ad undecimam Provinciam S. Antonii, quæ habebat Cuſtodias quatuor, nempe primam Patavii, ſecundam Venetiarum, tertiam Fori Julii, quartam Veronæ; Brixienſe vero ad Provinciam Mediolanenſem, quæ complectebatur quinque Cuſtodias, nempe primam Mediolani, ſecundam Modoetiæ, tertiam Brixiæ, quartam Comenſem, al. de Novocomo, quintam Vercellenſem, apud Wadding. ad d. an. 1260. n. 14.

(*d*) Ratam ac firmam, germanam genuinamque habuere in authentica membrana hanc Epiſtolam ſequentes Minoritici Ordinis Generales ſuperiores, id eſt,

Frater Joannes de Muro Ord. Fratr. Minor. Generalis Miniſter & Servus, uti patet ex ejus Literis datis Lugduni pridie Idus Jun. An. Dom. MCCXCIX.

Frater Gherardus Odonis Ord. Fratr. Minor. Generalis Miniſter & Servus ex literis datis Avenione VII. die Septembris An. Dom. MCCCXLIV.

Frater Henricus Ordinis Minorum Generalis Miniſter & Servus ex literis datis Brixiæ XV. Octobris An. Dom. MCCCLXXXIX.

Frater Angelus de Peruſio Artium Doctor & ſacræ Theologiæ Magiſter, & totius Ordinis Fratr. Minor. Generalis Miniſter & Servus, ex literis datis Peruſii tempore Generalis Capituli &c. Ubi ſubjungitur quoque Datum An. Dom. MCCCCLIV. Veronæ die XXIII. Februarii &c.

Frater Franciſcus Sanſon Generalis Miniſter Ord. Minor.

Frater Joannes de Ancona Vicarius Generalis Apoſtolicus Ord. Minor. &c.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ
EPISTOLA
AD FRATRES CUSTODEM ET GUARDIANUM PISARUM.

Indultum Sororibus Monaſterii de Piſis Ordinis S. Clarę.

In Chriſto ſibi cariſſimis Fratribus Cuſtodi, & Guardiano Piſarum, (a) Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Miniſter Generalis & Servus, ſalutem & pacem in Domino Sempiternam.

SOroribus Monaſterii de Piſis Ordinis ſanctæ Claræ (b) ob animarum ſuarum ſalutem facere volens gratiam ſpecialem, (c) infraſcripta per vos a Fratribus ad hoc idoneis exhiberi concedo; videlicet quod in Feſto Omnium Sanctorum, nec non ſanctæ Claræ, & quando aliqua Sororum dicti Monaſterii de præſente luce migraverit, illuc ſex Fratres idoneos, computato Confeſſore ipſarum, & Socio, tranſmittatis cauſa prædicationis, (d) & Officii celebrandi: (e) ita duntaxat quod earum Confeſſor & Socius in prædictarum exequiis defunctarum ingrediantur ſolummodo Monaſterium memoratum (f). Quando tamen Familiares, ſeu Converſos earum infirmari, vel mori contigerit, prædicti Confeſſor & Socius illuc accedant pro exequiis & Sacramentis miniſtrandis. Concedo quoque, quod ab Adventu uſque ad Nativitatem Domini Confeſſor Dominarum & Socius apud locum dicti Monaſterii (g) pro Divinorum Officiorum celebratione continue commorentur. Sane in Feſto Nativitatis Dominicæ, & in tota Majori Hebdomada duos Fratres idoneos Confeſſori & Socio adjungatis, ibidem præfatis temporibus, & in Nativitatis Domini, Reſurrectionis, & Pentecoſtes Solemniis, & pro eorum Octavis, pro Divinis celebrandis Officiis moraturos. Concedo vero, ut gravi periculo præfato Monaſterio imminente, & pro neceſſariis conſiliis exhibendis mittatis illuc Fratres providos, & diſcretos, qui etiam morari poſſint ibidem ad neceſſarium ſubſidium, & juvamen tempore præfati periculi ipſis Sororibus impendendum. His inſuper Magiſtri lignorum, & lapidum, poſſint prædictum Monaſterum ingredi pro deſignandis & faciendis operibus opportunis. Supradicta omnia tu Cuſtos, ſi præſens fueris, & tu Guardiane, abſente Cuſtode, ſecundum prælibatam formam, per Fratres ad hæc idoneos faciatis memoratis Sororibus exhiberi. Valete in Domino, & orate pro me. (h)

Data Piſis XVII. Calend. Junii Anno Domini MCCLXXII. (i)

SAN-

(a) *Cuſtodi*, inquam, *& Guardiano Piſarum*, propter ea, quæ notavi ſupra in Epiſt. ad Frat. Laurent. Viſitat. Clariſs. Tuſc. col. 144. not. *a*.

(b) Ita *Sorores Sanctæ Claræ* ſupra vocavit in Epiſt. ad Fr. Laurent. ad init. ejuſd.

(c) *Gratiam ſpecialem*, ob ea quæ ſcripſit in ſuperiori Epiſtola ad eundem Fr. Laurent. ubi itidem id *de ſpeciali gratia* dicitur indultum.

(d) *Cauſa prædicationis in Feſto Omnium Sanctorum* habentur inter jam vulgatos in Edit. Sixti. Sermones duo, & unus *in Feſto S. Claræ* ſupra Par. 2. De Diverſis Ser. 12. Item unus inter dd. jam editos *De Animabus*.

(e) Scilicet *Omnium Sanctorum*, *nec non Sanctæ Claræ*, de qua in dd. Comitiis Generalibus Narbonenſibus ſancitum fuerat, ut *fieret Officium duplex*, *juxta ea*, *quæ Alexander Pontifex ſtatuerat*, *& nomen ejus poneretur in Litaniis*. Vadding. ad an. 1260. n. 13.

(f) Duo tamen Socii aſſignantur pro Viſitationis Officio in ſupradicta Epiſt. ad Fr. Laurent.

(g) *Apud*, ſive juxta, aut prope, *locum dicti Monaſterii*; neutiquam vero *in dicto Monaſterio*.

(h) Sicut in præcedenti Epiſtola ad Fratres univerſos.

(i) Hoc ipſo anno memorat Waddingus ab eodem Bonaventura Generali Miniſtro celebrata Generalia Comitia Piſana.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

EPISTOLA

AD ABBATEM BEATÆ MARIÆ BLESENSIS.

Qua confirmat ceſſionem factam Abbati Beatæ Mariæ Bleſenſis (a) a Fratre Petro Miniſtro Provinciali.

Venerabili & Religioſo Viro Domino Abbati Sanctæ Mariæ de Burgo Medio VVeſenſis Ordinis Sancti Auguſtini, ceteriſque Canonicis Conventus ejuſdem, Frater Bonaventura Ordinis Fratrum Minorum Generalis Miniſter & Servus, ſalutem & pacem in Domino ſempiternam.

DEſiderio multo deſideravi, atque deſidero, quod omnis turbationis materia, propter quam de Fratribus noſtris Bleſenſibus (b) viſi eſtis hactenus conqueri, de medio, quantum poſſit ſecundum Deum fieri, tolleretur, eſſentque vobis Fratres prædicti ſubjectibiles, quantum decet, omni humilitate, ſicut olim amicabiles & devoti: ut ſic illibata omnino fraterna ſtaret inter vos & illos Caritas, & illa Chriſti pax, quæ ſuperat omnem ſenſum. (c) Cupiens igitur, & volens id facere, quoad poſſum, (d) conceſſionem illam domorum, arearum, & platearum, ſeu rerum quarumlibet aliarum, quas Frater Petrus noſtri Ordinis Miniſter Provincialis in Turonia, (e) cum beneplacito, & aſſenſu Fratrum noſtrorum Conventus Bleſenſis vobis libere fecit, prout manifeſte apparet in Literis præfati Miniſtri Provincialis, expreſſam de iis omnibus facientibus mentionem; approbo, & confirmo: & prædicta omnia, quæ Dominus Comes Bleſenſis (f), ſeu

(a) In Supplemento P. Antonii Meliſſani de Macro apud Waddingum ad an. 1252. n. 5. ſic lego „ Bleſæ, Galliſ *Blois*, Civitas Celticæ, „ apud citeriorem Ligeris fluvii ripam, colle, „ & rupe aſſurgens, elegantiſſima Gallicarum „ Urbium, non tam ædium pulchritudine, „ quam morum ſuavitate Civium, ob ſalubritatem aeris, a Regibus libenter culta, & „ ob ſoli ubertatem, ac locorum amœnitatem; „ maxime frequentata; media eſt inter Aurelianos, ac Turones, ab eis XVI. M. P. Gallicis diſſita, a Lutetia Pariſiorum quarriduo „ diſtat; in ea ſæpe Comitia Regni habentur: „ Diœceſis autem eſt Carnutenſis ". Ita Meliſſanus ex Monum. MSS. Provinc. Turon. Majo. de anno 1680.

(b) Ibi idem Meliſſanus continuo ita pergit „ Minoritas uſque in præſentem diem alit, & „ veneratur; quando autem illos exceperit, „ eiſque domum incolendam ſtatuerit, omnino „ latet: verumtamen ex pluribus conjecturis diſcuſſa re, præfatæ Provinciæ Turoniæ majoris Monumenta noviſſima, circa hunc annum (1252. *vel* 1253. *ex mox dicendis*) „ Conventum pro Minoris, ex publica, & privata devotione, ſumma caritate extruxiſſe „ volunt: quod nihilominus clarius aperietur ". Scilicet infra ad annum 1262. ubi n. 1. in eodem Supplemento laudatus Meliſſanus id ipſum amplius confirmans ait „ Ex pluribus conjecturis Bleſenſe Cœnobium primordia ſumpſiſſe circa annum MCCLIII dicebamus: re nihilominus amplius confirmanda huic „ anno (1262.) reſervata, quo Patres Provinciæ Turoniæ Majoris in eo Conventu ſub „ die 11. Auguſti celebraſſe Comitia, ex ejuſdem Provinciæ tranſmiſſis Monumentis dignoſcimus ".

(c) Philipp. 4. 7. *Pax Dei, quæ exuperat omnem ſenſum*. Ex prædictis autem patet, Bonaventuram Generalem Miniſtrum fuiſſe ſervandæ humilitatis, caritatis, paciſque in Ordine, cui præerat, ſtudioſiſſimum.

(d) *Quoad poſſum* propter votum altiſſimæ paupertatis, qua dominium omne penitus abdicatur, tum privatum, tum etiam univerſæ communitatis.

(e) Hunc *Petrum Miniſtrum Provincialem in Turonia*, nec Waddingus, neque Meliſſanus, noviſſe videntur.

(f) Novit tamen d. Meliſſanus hunc Comitem ex præfatis Monumentis Provinciæ Turonenſis. Unde loc. paulo ante cit. e veſtigio ſubdit „ Quibus etiam admonemur, Illuſtriſſimum Dominum Joannem de Caſtillione, „ Bleſarum Comitem, ex ſingulari devotione, „ qua in Sanctum Patrem Franciſcum, ejuſque „ Ordinem ferebatur, præfatam ædem in per„ pe-

Digitized by Google

seu quisque alius nomine eleemosynæ Fratribus contulit memoratis, volo, & decerno, quod habeatis, & libere teneatis. Vobisque assero, quod nec ego per me faciam, nec per Fratres nostros scienter fieri permittam aliquid contra concessionem prædictam; aut per quod dictarum rerum facta vobis concessio, videatur quomodolibet impediri. Et ut teneatis, & indubitanter credatis, quod vos tanquam Patres, in Christo amicos, & Dominos, sicut decet, habere intendimus, & pacificationem perpetuam vobiscum desideramus; (a) omnem assicurationem, quam possum ex parte mea, & Fratrum, (b) facio vobis auctoritate præsentium super omnibus superius memoratis.

Datum Parisius XIII. Calendas Aprilis, Anno Domini MCCLXXIII. (c)

SERA.

„ petuam Fratrum habitationem fundasse: non „ quidem hoc anno (*scilicet* 1262. *sed circa d.* „ *an.* 1253.), cum veluti funguli terræ sine „ semine, tempestuoso cœlo, nocte una, vel „ die, minime exoriantur, & matureſcant; sed „ prolixa tempora, multumque æris, & laboris „ expetunt, antequam consummentur Mona„ steria, ad eumque statum reducantur, ut va„ stæ Provinciæ, quemadmodum est præfata, „ Comitiorum pondus non exiguum sustinere „ queant. Waddingus hujus Cœnobii constru„ ctionis tempora non novit: quamobrem ejus „ tantum meminit sub eo anno (*Vadd. ad an.* „ 1429. *n.* 13.) bellorum pleno, quo Angli „ Regionem vastantes, illud inverecunde nimis „ diruerunt; at non mirandum, cum bellicus „ furor nemini parcat “.

(a) Hujusmodi *pacificationem* multo magis *desiderasse perpetuam* inter Fratres Prædicatores, & Minores, minime dubitandum, ad instar Encyclicæ Fratris Humberti de Romanis Magistri Generalis Ord. Prædicator., & Fratris Joannis de Parma Ministri Generalis Ord. Minor. quæ extat tam apud S. Antonin. Hist. 3. Par. Tit. 23. cap. 13. §. 5. post aliam a F. Humberto datam an. 1255. quam utramque desumpsit ex Cod. servato in Bononiensi Conventu; quam apud Chron. Marci Ulyssiponensis Par. 2. Lib. 1. cap. 42. Edit. Neap. 1680. ubi refertur ceu data Mediolani an. 1255. a prædictis Generalibus Humberto & Joanne, eamque Marcus accepit a Mariano Florentino. Item apud Petrum Rodulphium Tossinianensem Historiar. Seraph. Relig. Edit. Venet. 1586. pag. 307. ceu iterum data ab eodem Humberto & Bonaventura Joannis successore.

(b) Sic iterum, ut paulo ante *quoad possum*, ob indicatam paupertatis Minoriticæ rationem.

(c) Sub id temporis Bonaventura Parisiis habuit Sermones, sive Collationes in Hexaemeron, easque nondum completas reliquit, Cardinalatum recipere coactus, solumque mutare. Eos enim Sermones sive Collationes recitabat a Paschate usque ad Pentecosten, præsentibus aliquibus Magistris, & Baccalaureis Theologiæ, & aliis Fratribus centum sexaginta. Pascha nanque d. an. 1273. incidebat in diem 9. Aprilis, & data suprad. Epist. ejusdem anni in diem 20. Mart.

Digitized by Google

SERAPHICI DOCTORIS S. BONAVENTURÆ RHYTHMICA ET LEONINA CARMINA.

ADMONITIO.

PRimum *eſt* Arbor vitæ *metro deſcripta, quæ nunc primum editur ad fidem Cod. chartacei Bibliothecæ Mantuanæ* S. Franciſci PP. Minorum Obſervantium *ſignati foris S. Plut. III. num.* 14. *atque exſcripti a* D. Franciſco Gonzaga *mortuo an.* MCCCCLXIV. *ut dixi in* Prodromo *col.* 429. *Et cum ferat nomen* Beati P. F. Bonaventuræ Ordinis Minorum ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, *reſonetque concentum nihil diſſonum ab eo, qui tunc erat in uſu etiam apud ipſummet* Bonaventuram; *nihil obeſſe videtur, quin ei jure tribuatur. Secundum eſt* Duodecim fructuum Arboris ſanctæ Crucis Contemplatio, *itidem metri ſimilis, quæ extat quidem in Editione Brixienſi* MCCCCLXXXXV. per Bernardinum de Miſintis; *ſed deeſt in Editione Sixtina, aliiſque: adeoque Brixienſis, utpote, vel in aliis quoque locupletior, adhibenda erit deinceps, ſi* Lignum Vitæ *denuo imprimatur. Eo fere modo quo in uſum trahenda eſt, pro nova Editione* Breviloquii, *vetuſta ejuſdem Editio Auguſtana* MCCCCLXXV. per Antonium Sorg, *ob eandem rationem. In Bibliotheca Patavina* S. Antonii PP. Minorum Conventualium *in Cod. membraneo* 80. *habetur* Lignum Vitæ *metro concinnatum, una cum eodem initio ac fine hujus* Contemplationis, *ac etiam in eodem* Ligno Vitæ *ſoluta oratione. Tertium continet* Meditationes in Septem Verba Chriſti Domini in Cruce, *quæ tametſi pluries vulgatæ, heic nihiloſecius ſibi locum vendicant; cum ad confirmanda jam dicta* De Septem Verbis Domini in Cruce *ſupra in* Vitæ Myſtica, *tum etiam ad augendum* Orationum Cumulum, *qui ſupra ſubjungitur: nec non potiſſimum ad emendanda errata, quæ in Editiones cæteras irrepſerunt; adeo ut viſa fuerint noviſſimis Editoribus Venetis hujuſmodi* Carmina inſulſa, hiulca, frigida, incompta. *Quartum eſt* De Doctrina proficiendi *carmine Leonino digeſtum, quod nunc primo prodit in lucem, haud ſecus quam primum, videlicet ex vetuſto Cod. MS. partim membraneo, partim chartaceo Bibliothecæ Veronenſis* S. Bernardini PP. Minorum Obſervantium, *cum nomine* Domini Fratris Bonaventuræ Cardinalis: *quo nomine licet careat alius Cod. membraneus, iſque perantiquus longe celeberrimæ Bibliothecæ Romanæ Caſanatenſis* S. Mariæ ſupra Minervam PP. Prædicatorum; *reperitur tamen in eo notato* G. VI. 16. *inter ejuſdem* Bonaventuræ *Opuſcula*, ſcilicet Breviloquium *ac* Centiloquium. *Et eidem ſane competit, ut qui multa* De Profectu Religioſorum *ſcripſit, conſuevitque proſa ac verſu alia quoque nonnulla ejuſdem argumenti literis conſignare. Metrum etiam Leoninum, ita appellatum a* Leone quodam *Sæculi XII.* Monacho Benedictino (*quamvis jam ſæculo VIII. ejus uſus obtinuerit, teſte* Jo. Alberto Fabricio Biblioth. Lat. To. 1. pag. m. 456. & ſeq. ac To. 2. pag. 663.) *quam frequentatum fuerit etiam* Bonaventuræ *ævo, inter cætera teſtantur* Epitaphia Alexandri Nekam, Haymonis Anglici, & Alexandri Alenſis, *de quibus in* Prodromo col. 173. *Ex duobus autem memoratis Codicibus, quorum apographa obtinui, deligam in textu lectiones, quæ mihi videntur meliores, ex Caſanatenſi præcipue, a mendis purgatiori.*

Digitized by Google

Incipit Arbor vitæ, (a) *in qua tota Christi texitur series edita per Beatum Patrem Fratrem Bonaventuram Ordinis Minorum sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem.*

O Crux frutex salvificus, (b)
Vivo fonte rigatus,
Quam flos exornat fulgidus,
Fructus fœcundat gratus.
Jesus Rex Regis Filius,
Jesus de Deo natus,
Jesus promissus Patribus,
Jesus præfiguratus.
Jesus afflatu genitus,
Jesus donis ditatus,
Jesus in lucem editus,
Jesus sol mundo natus.
Jesus infans pauperculus,
Jesus mamma lactatus,
Jesus tener puerulus,
Jesus cultro plagatus.
Jesus legi suppositus,
Jesus ulnis portatus,
Jesus ostensus Regibus,
Jesus regno fugatus.
Jesus plenus virtutibus,
Jesus vir baptizatus,
Jesus ferarum socius,
Jesus hoste tentatus.
Jesus verbis veridicus,
Jesus zelo flammatus,
Jesus signis mirificus,
Jesus transfiguratus.
Jesus pius affectibus,
Jesus illacrymatus, (c)
Jesus Rex orbis agnitus,
Jesus asello latus.
Jesus servorum famulus,
Jesus panis sacratus,
Jesus Judæis proditus, (d)
Jesus orans prostratus.
Jesus turba circumdatus,
Jesus vinclis ligatus,
Jesus spretus ut reprobus,
Jesus ter denegatus.
Jesus Pilato traditus,
Jesus morte damnatus,
Jesus flagellis lividus,
Jesus Cruce levatus.
Jesus junctus latronibus,
Jesus felle potatus,
Jesus clamans & anxius,
Jesus exanimatus.
Jesus cruore madidus,
Jesus translanceatus,
Jesus sepulcro traditus,
Jesus mundo sublatus.
Jesus triumphans mortuus,
Jesus surgens beatus,
Jesus ductor exercitus,
Jesus cœlo levatus.
Jesus Hierarcha cœlicus,
Jesus Orbi prælatus,
Jesus largitor Spiritus,
Jesus laxans reatus.
Jesus Princeps pacificus,
Jesus Sponsus ornatus,
Jesus Judex æquissimus,
Jesus Rex expectatus.
Jesus cunctorum Dominus,
Jesus desideratus,
Jesus alpha principium,
Jesus omega (e) optatus.
Purga nos Crux a sordibus,
Illustra cogitatus,
Perfectos fac virtutibus,
Sacrosque spira afflatus.
Defensa nos ab hostibus,
Nosterque sis ducatus, (f)
Quo per te sit mortalibus
Æternæ vitæ status.

Amen.

Con-

(a) *Arbor vitæ* refertur inter S. Bonaventuræ Scripta a Jo. Francisco de Pavinis, eaque ab ipso recensetur velut distincta ab *Arbore Crucis*, quæ in sequenti Rhytmo describitur. Vid. Prodr. col. 263. & seq.

(b) *Salvificum* habet supra & Lect. 8. in Translat. S. Franc. Item & Alcimus Avitus Viennensis in Gallia Episcopus ad Soror. v. 180. ubi *salvificum* appellat Corpus Christi sepultum.

(c) *Christus lacrymatus super Lazarum suscitandum, & super Civitatem Jerusalem*, ipsemet S. Bonav. Exposit. in cap. 19. S. Luc.

(d) In Ligno Vit. *Jesus dolo venundatus.*

(e) Sub ultimo tit. Ligni Vit. itidem dicitur *Jesus α & ω principium & finis.*

(f) De hoc *ducatu* in Laudismo de sancta Cruce sic:

Ama crucem mundi lucem,
Et habebis Christum ducem,
Per æterna sæcula.

Digitized by Google

Contemplatio duodecim Fructuum Arboris ſanctæ Crucis. (*a*)

O Crux frutex ſalvificus,
Vivo fonte rigatus,
Cujus flos aromaticus,
Fructus deſideratus.
Fructus primus.
Jeſus promiſſus Patribus.

Præclaritas originis.
Jeſus ex Deo genitus,
Jeſus præfiguratus,
Jeſus emiſſus cælitus,
Jeſus Maria natus.
Fructus ſecundus.
Jeſus pro nobis natus.

Humilitas converſationis.
Jeſus conformis Patribus,
Jeſus Magis monſtratus,
Jeſus ſubmiſſus legibus,
Jeſus regno fugatus.
Fructus tertius.
Jeſus plenus virtutibus.

Celſitudo virtutis.
Jeſus Baptiſta cælicus, (*b*)
Jeſus hoſte tentatus,
Jeſus ſignis mirificus,
Jeſus transfiguratus.
Fructus quartus.
Jeſus pati paratus;

Plenitudo pietatis.
Jeſus Paſtor ſollicitus,
Jeſus plorans rigatus,
Jeſus Orbi Rex agnitus,
Jeſus panis ſacratus.
Fructus quintus.
Jeſus Judæis proditus;

Confidentia in periculis.
Jeſus orans proſtratus,
Jeſus turba circumdatus,
Jeſus vinclis ligatus,
Jeſus notis incognitus. (*c*)
Fructus ſextus.
Jeſus morte damnatus.

Patientia in injuriis.
Jeſus vultu velatus,
Jeſus Pilato traditus,
Jeſus morte damnatus,
Jeſus ſpretus ab omnibus.
Fructus ſeptimus.
Jeſus in cruce poſitus.

Jeſus cruci clavatus,
Conſtantia in ſuppliciis.
Jeſus junctus latronibus,
Jeſus felle potatus,
Jeſus in morte pallidus.
Fructus octavus.
Jeſus translanceatus.

Jeſus cruore madidus,
Victoria in conflictu mortis.
Jeſus agonizatus,
Jeſus de cruce poſitus,
Jeſus intumulatus.
Fructus nonus.
Jeſus victor fortiſſimus.

Jeſus triumphans mortuus,
Novitas reſurrectionis.
Jeſus ſurgens beatus,
Jeſus doctor præcipuus,
Jeſus Orbi prælatus.
Fructus decimus.
Jeſus Sponſus elatus. (*d*)

Jeſus ductor exercitus,
Sublimitas aſcenſionis.
Jeſus cœlo levatus,
Jeſus largitor Spiritus,
Jeſus laxans reatus.
Fructus undecimus.
Jeſus judex rectiſſimus.

Jeſus teſtis veridicus,
Æquitas judicii.
Jeſus judex iratus,
Jeſus victor magnificus;
Jeſus Sponſus ornatus.
Fructus duodecimus;
Jeſus finis optatus.

Jeſus Rex Regis Filius,
Æternitas regni. *Apocal.* 5. 1.
Jeſus liber ſignatus,
Jeſus fontalis radius,
Jeſus finis optatus. (*e*)

(*a*) *Arbor Crucis*, ut ſupra notavi, a Jo. Franc. de Pavinis memoratur diverſa ab *Arbore vitæ*. De fructibus ejus ſic in Laudiſmo de ſancta Cruce „

„ Crux eſt Arbor decora,
„ Chriſti ſanguine ſacrata,
„ Cunctis plena fructibus.
„ Quibus animæ eruuntur,
„ Cum ſupernis nutriuntur
„ Cibis in cœleſtibus “.

(*b*) Al. *cælitus*.

(*c*) Petro dicenti Mar. 14. 71. *Quia neſcio hominem iſtum, quem dicitis.*

(*d*) Al. *ornatus*; ſed *ornatus* infra.

(*e*) Hæc omnia vide ſis latius expoſita in Ligno vitæ.

Digitized by Google

Meditationes carmine ſcriptæ in ſeptem Verba, quæ in Cruce Chriſtus Dominus protulit.

Primum Verbum.

IESUS ſalutis hoſtia, ſalutis ſacrificium.
Jeſus ſalutis gratia, noſtrum tutum refugium. (a)
Tu pro humano genere, ut captivum redimeres,
Tu pro humano ſcelere, ut culpas noſtras tolleres,
Tu pro Divino munere, ut nos Deo conjungeres;
Non recuſaſti vincula, non flagella, non verbera,
Non latronum patibula, non livores, non vulnera.
Sed dum te Crux ſuſciperet, & hoſtis in te fremeret,
Dum malleus percuteret, & clavus carnem ſcinderet,
Dum ſenſum dolor angeret, & ſacer ſanguis flueret,
Dum paſſio te premeret, anguſtiaque creſceret;
Patrem rogaſti precibus, ut tanquam ignorantibus,
Tuis ignoſcat hoſtibus, ac te crucifigentibus,
Luc. 23. 34. Dicens: *Pater ignoſce illis, quia neſciunt quid faciunt.* (b)

Oratio. (c)

O mitis patientia! o manſueta mititas!
O immenſa clementia! o immenſa benignitas!
Iſa. 53. 7. Qui, ut ovis mitiſſima, non promis querimoniam;
Qui, ut mater cariſſima, jam excuſas injuriam,
Ut anima dulciſſima, tenes benevolentiam,
Ut voluntas piiſſima, præbes miſericordiam.
Ad te vadit ſpes animæ, ad te clamant ſuſpiria,
Ad te decurrunt lacrymæ, & pulſant deſideria,
Confidenter dicentia: Ignoſce nobis Domine,

Secundum Verbum.

Jeſus largitor veniæ, Jeſu ſolamen triſtium;
Jeſus laus pœnitentiæ, Jeſu ſpes pœnitentium;
Dum penderes innoxius, horum in pœna ſocius,
Dum te unus argueret, & ſtulte reprehenderet,
Dum inſultans inſurgeret, & blaſphemando diceret:
Luc. 23. 39. *Si tu es Dei Filius, ſalva temetipſum & nos,*
Eſto tibi propitius, ſicut ſalvaſti alios.
Dum alter hunc corriperet, & hunc ſtultum oſtenderet;
Dum ſe malum concederet, & te juſtum aſſereret,
Dum ad te ſe converteret, & ſupplex tibi diceret:
Ibidem 42. *Memento mei, Domine*, dum ad tuum perveneris
Regnum plenum dulcedine, dum te Regem oſtenderis,
Tu amans (d) pœnitentiam, corda trahens per gratiam;
Non ſolum hanc memoriam conceſſiſti, ſed gloriam,
Ibi 43. Dicens: *Amen dico tibi, hodie tu (e) mecum eris*
Lætus, jucundus, beatus, (f) *in Paradiſo* Domini. (g) Ora-

(a) Al. *& tutum refugium.*

(b) Vid. Vol. 2. hujus Supplem col. 565. n. 904. not. *d.* nec non ſupra in Vite myſtica col. 54.

(c) Ita *Orationes* ſuis Opuſculis attexere Bonaventuræ Doctori devoto mos eſt. Et hujuſmodi *Orationes* recte reſpondent prædictis *Meditationibus*, de quibus forte inter Bonaventuriana apud Pavinum & Toſſinianenſem *Enchiridion de Meditationibus, ſeu Cumulus Orationum*; Vid. Prodr. col. 263. ac 277.

(d) Al. *amas.*

(e) Al. ſine *tu.*

(f) Alias hæc deſunt.

(g) Al. abſque *Domini*; ſed *Domini*, ideſt, *in beata viſione Dei*, Expoſit. in Luc. ibi Item ſupra in Vite myſtica col. 58.

Digitized by Google

Oratio.

O prompta Dei caritas, prompta misericordia,
O prompta liberalitas, (a) prompta munificentia!
Ad te currit devotio, ad te redit memoria,
Coram te fit confessio, tibi patent præcordia,
Ideo cum fiducia tibi precamur Domine,
Qui es sine malitia solus, & sine crimine,
In tua patientia memento nostri Domine.

Tertium Verbum.

Jesu lux & rex gloriæ, Fili Dei & hominis,
Jesus flos pudicitiæ, Fili Mariæ Virginis.
Dum hæc Virgo sanctissima, tota plena doloribus,
Genitrix amantissima, tot confecta mœroribus
Tua (b) Mater carissima, tota perfusa (c) fletibus;
Nutrix diligentissima, tota fracta (d) singultibus,
Iuxta Crucem assisteret, & te pendentem cerneret;
Dum tormenta conspiceret, neque luctu deficeret: (e)
Tu videns Matrem flebilem, pressam amaritudine,
Matrem ter (f) venerabilem, dignam beatitudine;
Videns quoque Discipulum amatum, & amabilem,
Fidelem Dei famulum Ioannem vita nobilem,
Alloquens ambos dulciter piæ (g) vocis oraculo,
Commendasti benigniter (h) Matrem Christi Discipulo
Dicens hæc Matri: *Mulier ecce* nunc *Filius tuus*:
Et deinde Discipulo: *Ecce* nunc hæc *Mater tua*, (i)

Joan. 19. 26. & seq.

Oratio.

O qualis permutatio, o quanta est (k) inæqualitas!
O qualis desolatio, o quæ Matris acerbitas!
Dum custos Matri traditur, pro Magistro Discipulus;
Dum per Matrem suscipitur, pro Deo vir pauperculus;
Dum Matri custos mittitur, pro Rege simplex famulus;
Sic tuæ Iesu gratiæ memet (l) commendo humiliter,
Tuæque providentiæ me committo perenniter:
Ut exorante Virgine pro nobis te suppliciter,
A peccatorum turbine simus securi jugiter.

Quartum Verbum.

Iesus Patris ingeniti virtus, & sapientia,
Iesus cujusque conditi tenor, & consistentia;
Tu virtute consimili stellam infans induxeras, (m)
Defunctos suscitaveras, opera mira feceras,
Morbos omnes sanaveras, totum orbem formaveras,
Tu virtute terribili Dæmonia dejeceras, (n)

Tu

(a) Al. *libertas*.
(b) Al. *Tu*.
(c) Al. *percussa*.
(d) Al. *facta*.
(e) Laudatur enim a D. Bona. ad finem L. 1. Sentent. in Filii passione *virilis ejus animus*, ab eoque dicitur *fortis & pia*. Al. *& præ luctu deficeret*.
(f) Al. *tuam*.
(g) Al. *præ*.
(h) Vid. supra in Vite mystica col. 59.
(i) Al. *Dicens Matri: Mulier ecce filius tuus, Deinde discipulo: Ecce Mater tua*.
(k) Al. asque *est*.
(l) Al. *me*.
(m) Al. *duxeras*.
(n) Al. *ejeceras*.

Digitized by Google

Tu virtute consimili hostes tuos prostraveras,
Phil. 2. 8. Sed affixus patibulo Patri *factus obediens*,
Iussu Patris, ut vinculo vinctus manens, & patiens,
Qui vult quod hanc angustiam, ut infirmus, (a) sustineas,
Neque dictam (b) potentiam te liberans exerceas.
Quapropter tuo sensui condolens naturaliter, (c)
Clamorem confers planctui, (d) dicens lamentabiliter
Ad Patrem tuum: *Eloi, Eloi, lammasabactbani?*
Marc. 15. 34. Hoc est: *Deus Deus meus, (e) ut quid dereliquisti me?*

Oratio.

O lamentum mirabile, salutem agens hominum,
O innocens cor humile, pœnas deplorans criminum!
Ad te fert me compassio, pro me te pati sentio,
Ante te me projicio, tecumque luctum facio.
Nam iste luctus utilis est mihi pro solatio.
Qui mihi præmiabilis (f) sit in æterno gaudio.

Quintum Verbum sequitur.

Iesu dulcis memoria, sitibunda dilectio,
Iesus dulcis fiducia, lætabunda refectio,
Dum extensus existeres super aram patibuli;
Dum immolatus ageres redemptionem populi;
Dum te nudum aspiceret Mundus instar spectaculi;
Dum lamentum ostenderet super te vultus sæculi,
Matth. 26. 56. Dum hostes de te luderent, & noti tui fugerent,
Dum clavi membra tenderent, & nervi se contraherent;
Dum vulnera tumescerent, & humores defluerent,
Dum carnes contremiscerent, & virtutes arescerent;
Sitim subisti (g) fervidam, sitim amore languidam,
Jo. 19. 28. Benigne dicens: *Sitio*, hominum fidem cupio,
Salutemque desidero, pro qua pati me offero. (h)

Oratio.

O sitis salubertima exoptans amicitias,
O sitis cordis intima frangens concupiscentias!
Præsta, ut ad te sitiam, & ista siti ut ardeam;
Pravam sitim effugiam, & (i) ad te fontem transeam;
Potumque vitæ hauriam, (k) quo felix semper maneam,
Et Deum meum videam, sanctam ingressus patriam.

Sextum Verbum.

Iesus nostra Redemptio, Iesu Redemptor omnium,
Iesu nostra dilectio, Iesu salus credentium;
Dum per Crucis mysterium diligenter perageres

Redem-

(a) In 3. Dist. 15. Art. 1. Q. 3. in Fundam.
(b) Vel *Nec prædictam*.
(c) Ibi Dist. 16. Art. 2. Q. 3. per tot.
(d) Exposit. in cap. 23. S. Luc. dicitur *simul clamans, & lacrymans*. Sed & de ejus *clamore valido & lacrymis* ad Hebr. 5. 7.
(e) Al. post *lamentabiliter* sic: *Eli Eli lamazabatani, hoc est Deus meus, Deus meus*.
(f) Al. *præmialis*.
(g) Al. *sumpsisti*.
(h) Vid. supra in Vite mystica col. 71. & seq not. *m*.
(i) Al. *donec*,
(k) Alludere videtur ad illud Isaiæ 12. 3. quod alibi sæpe repetit: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris*.

Digitized by Google

Redemptoris officium, ut hominem redimeres,
Sustinendo supplicium, & inde nos eriperes,
Consummans sacrificium tuæ carnis, & sanguinis,
Consummans pacis prælium salutaris certaminis,
Consummans transitorium cursum hujus imaginis, *Ps. 38. 7.*
Consummans opificium Redemptionis hominis;
Dum mortis horam cerneres, dum hac vita deficeres,
Dum finem jam contingeres, dum omnia perficeres,
Ut in summa concluderes, dixisti: *Consummatum est.* *Jo. 19. 30.*
Nam Iesus crucifixus est, & Agnus immolatus est,
Sanguis ejus effusus est, & (a) pretium solutum est,
Diabolus devictus est, & bellum consummatum est,
Chirographum deletum est, & homo jam redemptus est. *Coloss. 2. 14.*

Oratio,

O bonitas bone Iesu, qui es nostra Iustitia, *1. Cor. 1. 30.*
O veritas vere Iesu, qui es nostra Scientia,
O caritas care Iesu, qui es nostra Redemptio,
O sanctitas sancte Iesu, nostra Sanctificatio;
Consumma nobis gratiam, & consumma justitiam,
Consumma conscientiam, & consumma lætitiam. (b)

Septimum Verbum.

Iesu via rectissima, Iesu salutis ostium,
Iesu porta tutissima, Iesu protector omnium;
Iesu salubris veritas, & lux mentem illuminans,
Iesu vitæ felicitas, dulcor (c) in corde jubilans; (d)
Dum hanc vitam desereres, ut ad limbum descenderes,
Volens viam ostendere, per quam debemus pergere,
Volens cunctos instruere, qui facti sunt de pulvere,
Volens illum ostendere, qui potest nos defendere,
In quo debent confidere, qui mortem debent capere;
Tuum sacratum Spiritum tuo Patri sanctissimo
Commendasti per gemitum sermone devotissimo,
Dicens: Mi (e) *Pater in manus tuas commendo Spiritum meum.* *Luc. 23. 46.*
Et inclinato capite fixus in Crucis stipite *Jo. 19. 30.*
Acriter cruciante (f) te turpiter & indebite,
Tu emisisti spiritum, & Orbis talem fremitum, *Matth. 27. 50. & seqq.*
Quod quisque per circuitum tuum percepit obitum,
Ut cuncta fletum facerent, & elementa tremerent,
Ut saxa se disrumperent, & sepulcra se panderent,
Ut terræ motus fieret, velum templi se scinderet, *Mar. 15. 33. & Luc. 23. 44. & seq.*
Ut luna retrocederet, solque contenebresceret, (g)

Ut

(a) Al. fine *&*.
(b) Al. iterum *justitiam*.
(c) Al. *decor*.
(d) De hoc *jubilo dulcoris*, sivē *dulcedinis* in *Jesu* Cruci affixo, sic in Laudismo de Santa Cruce „
„ Sis in Cruce Christi totus,
„ Prompto & animo devotus,
„ Jubilo dulcedinis “.
Unde *Jesus* dicitur a D. Bernardo Serm. in Cant. 15. num. 6. & ac ipsomet D. Bonaventura Lib. 1. Pharet. cap. 2. de Christo *mel in ore, in corde jubilus*.
(e) Al. absque *mi*.
(f) Al. *cruentato*.
(g) Eusebius in Chron. narrat de Phlegonte Gentili Olympiadum Scriptore, liberto Adriani Imper. „ Scripsit vero super his & Phlegon, qui Olympiadum egregius supputator „ est, in 14. libro ita dicens: Quarto autem „ anno 202. Olympiadis, magna & excellens „ in-

Ut Mundus ingemiscereţ, & natura flens diceret :
Ego lugens deficio, vel Deo ineſt paſſio. (a)

Oratio.

O mors, mors lacrymabilis, ſuper quam plorant omnia!
O mors, mors lamentabilis, ſuper quam flent innoxia!
O mors, mors admirabilis, qua ſuſcitantur mortui!
O mors, mors amicabilis, qua exaltantur ſtrenui!
O mors ſacra, mors nobilis, per quam delentur ſcelera!
O mors pia, mors utilis, per quam donantur præmia!
Præſta, ut hæc memoria nos teneat continue, (b)
Et ſtimulet præcordia, corque pungat aſſidue,
Ut menti lumen influat, & in agendis inſtruat,
Ut nos a culpis exuat, & vitæ donum tribuat,

Amen.

S. BO-

„ inter omnes, quæ ante eam acciderant, de„ fectio ſolis eſt facta. Dies hora ſexta in „ tenebroſam noctem verſus, ut ſtellam in cœ„ lo viſæ ſint, temæque motus in Bithynia, „ Nicænæ Urbis multas ædes ſubverterit.“ Et de eodem Phlegonte ante Euſebium Origenes Lib. 1. contra Celſum. Vid. Annal. Eccleſiaſt. ad ann. Chriſti 34. Tiberii Imperat. 18.

(a) Hactenus ad inſtar eorum, quæ habet Expoſit. in d. cap. 23. S. Luc. Ubi ſic narrat „ Refertur, quod B. Dionyſius cum eſſet in „ Ægypto, & videret obſcurationem illam, „ dixit: Aut elementa mutantur, aut Deus „ naturæ patitur & elementa ſibi compatiun„ tur. Unde & ipſe dicit in Epiſtola contra „ Apollofanium: Dic, quid dicis de eclipſi, „ quæ fuit in ſalutari cruce? Nos enim con„ ſtituti ſimul apud Heliopolim, hoc eſt, Ci„ vitatem ſolis (*ſcilicet in Ægypto*) mirabiliter „ vidimus, quomodo feria quadam ſexta, ſer„ me hora etiam quaſi ſexta, Luna ei ſe injiciente, Sol eſt horribiliter obſcuratus; quia „ non Deus, ſed creatura Dei lucis ſuæ oc„ cubitu lucere nequivit &c.“ Michael Synſ gelus in Encomio S. Dionyſii refert paulo aliter eum dixiſſe: *Deus ignotus in carne patitur; ideoque univerſum hiſce tenebris obſcuratur, & concutitur.* Idem aſſerit Suidas. Vid. Dionyſ. in Epiſt. ad Polycarpum.

(b) Ita in Epiſt. 25. Memorial.

Digitized by Google

S. BONAVENTURÆ

LEONINA CARMINA

DE DOCTRINA PROFICIENDI.

Incipit Invocatio ad Dominum Jesum Christum in libellum de Doctrina proficiendi per Dominum Fratrem Bonaventuram Cardinalem ad quendam discipulum suum Ordinis Fratrum Minorum. (a)

LAus, honor, o Christe, (b) tua gloria sit liber iste, (c) 1.
Sitque timorosi documentum Religiosi. 2.
Quo (d) bene fructescat, (e) virtutibus undique crescat: 3.
Moribus ornetur, vivens in pace moretur. 4.
Te duce lætetur, sit salvus cum morietur. 5.

Incipit Libellus de doctrina Viri Religiosi. (f)

Sæpe recorderis bone Frâter quod morieris, 6.
In tractu mortis nimis est angustia fortis: 7.
Quam tu gustare, nec oportet te (g) dubitare, 8.
Debes in fine, nec prosunt tunc medicinæ. 9.
Hanc si mente geris, si credis & esse fateris, 10.
Cur non talis eris, quasi mortem jam patereris? 11.
O quam tristis eris! nisi vivens hæc (h) opereris, 12.
Per quæ salveris, post mortem glorificeris. 13.
Quod feciſſe voles in tempore quo morieris, 14.

(a) Sic Veronen. S Bernardini. Romanum autem Casanaten. „ In hoc Libello tractatur, „ qualiter homo religiosus potest recte vivere, „ bene proficere, & placere Domino Christo „ Crucifixo “. Tum subduntur hi versus „

„ Religiosorum datur hic doctrina virorum,
„ Quam bene discentes, & in illa proficientes,
„ Esse docet tales, tam justos, spirituales,
„ Ut virtute Crucis veniant ad gaudia lucis. “

(b) Veronen. *Omnipotens*.

(c) Me non fugit, nonnullis delicatioris gustus monstruosum videri, & a latina gravitate maxime abhorrens hoc genus carminis, in quo in media syllaba, & in extrema servetur figura similiter cadens; sed & scio Ecclesiam adoptasse *Lauda Sion Salvatorem, lauda Ducem & Pastorem &c.* Item *Stabat mater dolorosa, juxta Crucem lacrymosa &c.* Tametsi ergo prædictum versificandi genus non fuerit antiquioribus probatum, & quibusdam junioribus non arrideat; non tamen is respuet, cujus aures plus carmen devotum, quam concinnum; plus rerum gravitas, quam verborum venustas; plus Christianæ Religionis fructus, quam Ethnicæ superstitionis flosculi demulcent. Et unicuique sæculo proprius indulgendus est gustus. Porro dicitur supra: *Laus, honor, o Christe*, cujus ultima brevis, sicut in alio versu Ser. 12. de Euchar. col. 830. *Corpus de pane*, ac in Leg. de S. Clara col. 1001. *Clausa manens Clara*. Et sic infra passim.

(d) Idem *quod*.

(e) Rom. *ferveſcat*.

(f) Rom. „ Incipit Libellus de Doctrina Religiosorum ad honorem & gloriam Christi „ Crucifixi.

„ Suscipe vivendi doctrinam proficiendi,
„ Quam tibi descripsi qui servulus es Crucifixi,
„ Hæc tibi doctrina moralis sit medicina,
„ Per quam proficias, & cautior amodo fias.
„ *De memoria mortis*.
„ Sæpe recorderis &c. “

Et de hujusmodi *Doctrina* passim in Spec. Discipli. in 1. & 2. Par. in Opusc. de Informat. Novitior. in Reg. Novitior. in Ordinar. Vit. Relig. in Remed. defect. Relig. in Epist. 25. Memorialium, & alibi.

(g) Veron. sine *te*.

(h) Idem *hic*, Rom. *hoc*.

Digitized by Google

Hoc facias vivens dum corpore ſanus haberis . 15.
Ante tuos oculos in cunctis prævia ſit mors . 16.
Mortem corde tene , ſi vis te noſcere plene. (a) 17.

Ad expellendum tentationem carnis.

Si (b) caro te fœdat, mors non de corde recedat , 18.
Pone cor ad mortem , vitiorum pelle cohortem . 19.
Quidquid agas, fortem venientem reſpice mortem. 20.
Sis quaſi defunctus, quaſi fœtidus atque ſepultus. 21.
Talem te reputes, ut cuncta pericula vites . 22.
Hoc tibi ſit menti carnem ſuperare volenti , 23.
Qualiter in turpi ſtabis fœtore ſepulcri , 24.
Pallidus, obſcurus , cum vermibus eſca futurus . 25.
Ut tibi ſit lucrum , tacitus (c) memorare ſepulcrum , 26.
In quo fœtebis putrefactus quando jacebis . (d) 27.
Cum tibi res pulcra blanditur , cerne ſepulcra . 28.
Oſſa ſepulcrorum tibi ſint ſuffragia morum . (e) 29.
Vile cadaver eris , videas quid nunc opereris . 30.
Vile cadaver eris, cur ſic laſcivus haberis ? 31.
Vile cadaver eris , qui ſplendidus eſſe videris . 32.
Vile cadaver eris , cur non peccare vereris ? 33.
Vile cadaver eris , cur Mundi gaudia quæris ? 34.
Vile cadaver eris, famuleris , non domineris. 35.
Vile cadaver eris , tibi ſemper vilificeris . 36.
Vile cadaver eris, tibi vilior eſſe puteris , 37.
Vile cadaver eris , minor omnibus eſſe proberis. (f) 38.
Vile cadaver eris, timeas (g) ne tu reproberis . 39.
Vile cadaver eris, ſtudeas ut juſtificeris . 40.
Vile cadaver eris , Crucifixum ſic imiteris . 41.
Ut cruce ſalveris, (h) Crucifixo conſocieris. 42.

De Caſtitate , & ſubjectione carnis ſpiritui .

Si cupis eſſe bonus, & verus (i) Religioſus, 43.
Ut placeas Chriſto, ſuper hoc bene ſis ſtudioſus . 44.
Carnem compeſce , ſtudeas caſtiſſimus eſſe . (k) 45.
Protinus agnoſce, reſeca quod poſſet obeſſe . 46.
Nitere pro poſſe (l), cum videris eſſe neceſſe. 47.
Carni ne credas, fugias, a labe recedas , 48.
Quæ te fœdare vult , lædere , vult maculare : 49.
Sicut ab interitu caveas & fulminis ictu . 50.
Ne ſibi te dones , ſed carnem ſub pede pones , 51.
Quam conculcabis , confringes atque domabis . 52.
Ut bene proficiat , Crucifixo ſubdita fiat . 53.
Eſt caro damnoſa, res lubrica, res vitioſa, 54.
Fœda, venenoſa , res horrida , pernicioſa , 55.

Fal-

(a) Vid. cap. 2. de Perfect. vit. ad Soror. & ſupra in Tract. de trib. Virtutib.
(b) Rom. *cum*.
(c) Veron. *tacite*.
(d) L. 1. Phar. c. 7. *Poſt hominem vermis, poſt vermem fœtor & horror &c.*
(e) Rom. poſt hunc verſum 29. habet *Vile cadaver eris, igitur ſuper hoc mediteris*.
(f) Inter hunc verſum 38. & ſeq. 39. Rom. 1 interſerit: *Vile cadaver eris , cur ergo tumeſcere quæris?*
(g) Veron. *ſtudeas*.
(h) Idem *ſaneris*.
(i) Idem *vere*.
(k) Idem: *Carnem compeſce , ſuper hoc bene ſis ſtudioſus. Ut placeas Chriſto , ſtudeas caſtiſſimus eſſe .*
(l) Paſſim legere eſt apud D. Bonav. *pro poſſe* .

Digitized by Google

Falsa, ruinosa, vaga, labilis & furiosa, (a) 56.
Cœca, tenebriosa, res sordida, res maculosa, 57.
Vilis, & exosa, res fætens, opprobriosa. 58.

De maturitate, & compositione morum.

Quantumcunque potes gravitatem semper habeto. 59.
Fratribus appropians, effundere verba caveto. 60.
In cunctis humilem studeas te reddere multum. 61.
Sis bene sollicitus Mundi vitare tumultum. 62.
Disce bonos mores, ut Fratres semper honores. 63.
Inque senes, juvenes, & magnos, atque minores, (b) 64.
Esto verecundus, tacitus, sermone modestus, (c) 65.
Virque timorosus, reverens, discretus, honestus. 66.
Condoleas aliis, & multum compatiaris. 67.

De locutione.

Sis homo sensatus, caveas ne falsa loquaris: 68.
Sermo tuus cunctis sit verus (d) semper & æquus: 69.
Tu nova non referas, taceas, nec talia quæras. (e) 70.
Rumores vanos, mundanos, sperne profanos. (f) 71.
Ne recites verba, quæ nulli sunt referenda. 72.
Est nimis in lingua modus & mensura tenenda. 73.
Si quicquam fari promiseris, aut operari. (g) 74.
Utere sermone cum quadam conditione. (h) 75.
Dicens hoc faciam, studeas apponere forsan. 76.
Nullus pernoscit (i) quicquid contingere possit: 77.
Nemo potest scire quæ sunt debentque venire. 78.

De contentione.

Nunquam contendas, (k) sed solum te reprehendas. 79.
Si reprehensus eris, te corrige, nec tribuleris; 80.
Sed magis intendas ad grates tunc referendas. 81.
Ut fugias lites, hominum convicia vites, 82.
Cede resistenti, contraria verba loquenti. (l) 83.
Tunc bene victor eris, si vinci te patieris. 84.
Non blasphemabis, & turpia non recitabis. 85.
Munditiam cordis, & linguæ semper amabis. 86.
Nomine clamabis proprio quemcunque vocabis. (m) 87.
Non sis verbosus, & nulli sis onerosus. 88.
Sis bene lucrosus, pius, omnibus officiosus. 89.
Sic caveas, Fratri ne dicas dedecus ulli. 90.

(a) Hic versus 56. in Rom. deest.
(b) Pariter in Spec. Discipl. ad Novit. Par. 1. cap. 6.
(c) Ibi cap. 20.
(d) Ibi eodem cap. 20.
(e) Sic ad instar eorum quæ tradidit in Reg. Novitior. cap. 11. ac in Ordinar. Vit. Relig. num. 15.
(f) In Spec. ibi cap. 31. *Rumores fuge.*
(g) Veron. *meditari.*
(h) In d. cap. 20. Spec. *Loquentes de dubiis aut futuris, nunquam absolute loquantur: sed in hujusmodi omnibus semper conditionem apponant.*
(i) Veron. *cognoscit.*
(k) Supra cit. cap. 20. d. Spec.
(l) Ita quoque ibi.
(m) Ibi cap. 6.

Digitized by Google

De labore, & de infirmis.

Cum facis obſequium, facias in pace ſilenter, 91.
Poſt opus expletum diſcedas tunc ſapienter. (a) 92.
Te ſatis exerce, ſtudeas ſufferre laborem. 93.
Hoc ſolum facias Crucifixi propter amorem. 94.
Sis pius, infirmis bene fac, ſis ſedulus illis. 95.
Cum magis indigeant, per te ſibi plurima fiant. 96.
Auxiliare ſatis afflictis & tribulatis. 97.
Quod tibi vis fieri, aliis quandoque valebis, 98.
Hoc facias aliis quod ab illis ipſe requiris. 99.

Ad ſpernendum jocos conſiderando paſſionem Chriſti.

Ludere ne cures, quia poſſes lædere plures. 100.
Non laudo ludum, nec ludi diligo fructum. 101.
Sæpe ſuam lædit animam qui ludere credit. (b) 102.
Eſt ſatis illuſus qui ludos vertit in uſus. 103.
Reſpue ludentes, & ludos conſpicientes. 104.
Non cupias ludum, ſed Chriſtum reſpice nudum, 105.
In cruce ludentem, pro nobis & morientem. 106.
Sperne jocos (c) pravos, Crucifixi reſpice clavos. 107.
Pone cor ad ſacras, rubicundas ſanguine plagas. 108.
Aſpicias mundas pretioſi ſanguinis undas. 109.
Et Domini lacrymas pro nobis in cruce fuſas. 110.
Sanguine nos emit qui nos moriendo (d) redemit, 111.
Hunc bene qui cernit, ludos & frivola ſpernit. 112.
Firmiter innixus tibi cordi ſit Crucifixus. (e) 113.
Sit cibus & potus Jeſus tuus in cruce totus. 114.
Crux quaſi mellita tibi ſit dulciſſima vita, (f) 115.
Qua bene paſcaris, qua vivas, qua moriaris. 116.

Qualiter debet homo in menſa ſe habere.

Cum comedunt Fratres (g) comedas & tu reverenter. 117.
Pro quibus hæc dantur (h) recolas orare libenter. 118.
Guſtando tacitus, ſis ſobrius ac moderatus. 119.
Ne doleas mentem, ſtudeas compeſcere ventrem. 120.
Læſio fit menti niſi ſit cuſtodia ventri. 121.
Non circumſpicias alios cum ſumpſeris eſcas, (i) 122.
Quas comedunt alii, nec quæras tu (k) meliora. (l) 123.
Finitoque cibo referatur gratia Chriſto. 124.

Ut ha-

(a) Poſt hunc verſum 92. Rom. addit: *Nitere prudenter cunctis ſervire libenter.*
(b) Idem *quærit.*
(c) In eod. Spec. ibi cap. 20. & 31.
(d) Veron. *dum nos in cruce.*
(e) *Toto figatur in corde qui totus fixus eſt in Cruce,* ſupra Tract. de Vite myſt. col. 149. n. 115. *Cor in cruce, Crux in corde,* canit etiam in Laudſmo de ſancta Cruce.
(f) In eod. Laudiſ., de S. Crux:

Crux in corde, Crux in ore,
Quodam intimo ſapore,
Det tibi dulcedinem.

Et infra in nota ultima prope finem:

Lancea, Crux, clavi mihi ſint pro melle ſuavi.

(g) Idem Veron. *alii.*
(h) Idem *hoc datur.*
(i) Roman. poſt hunc verſum 122. ſic:

Corpore paſcaris, ſed cordis pace fruaris.
Non aliter comedas, niſi cuncta ſemper in hora.

(k) Idem *tunc.*
(l) In ſæpe d. Spec. ibi cap. 21.

Digitized by Google

Ut homo cibo ſpirituali paſcat animam ſuam.

Ut paſcas animam ſtudioſe (a) perfice curam. 125.
Si corpus fragile, fœtens, miſerabile, turpe 126.
Quod cito tranſibit, moriens fortaſſe peribit, 127.
Sic paſcis, ſatias, & nutris vermibus eſcas; 128.
Cur animam vacuam miſeram non paſcis egenam, 129.
Quæ ſua vult jura, cum nunquam ſit moritura? 130.
In cruce quære cibum qui fidum paſcit amicum: 131.
Et cibat illorum præſertim corda ſuorum, 132.
Qui Crucis in ligno confidunt corde benigno. 133.
Dulcis ubique cibus tibi Chriſtus ſit Crucifixus. (b) 134.
Paſſio, mors cujus te ſanguis inebriet, & crux, 135.
Lamentum, gemitus, dolor, & ſuſpiria, fletus, 136.
Iſta cibus ſapidus tum potus ſunt animabus. 137.

De pace quam homo acquirit in cella, & fructu.

Stes (c) ſatis in cella vitando plurima bella, 138.
Quæ foris infeſtant, perturbant, atque moleſtant: 139.
Cella velut cœlum tibi ſit qua cœlica cernas: (d) 140.
In qua permaneas res contemplando ſupernas: 141.
Ores atque legas, mediteris, crimina plangas. 142.
Sit tua pax animæ requies habitatio cellæ. 143.
Sic (e) eris in cella ne perdas tempus in illa: 144.
Sis humilis valde, ſis corpore pronus ubique, 145.
Demiſſo capite, demiſſa ſubdere mente. 146.
Mens tua ſit ſurſum, facies defixa deorſum: 147.
Reſpicies terram quoniam verteris in illam. 148.
Una brevis foſſa, carnem retinebit & oſſa. 149.
Pro te ſollicite deplange (f) pericula vitæ. 150.
Tu vitium vince, tu flens peccata relinque. 151.
Sis humilis vitæ, (g) ſine fraudibus & ſine lite; 152.
Sit tibi diſcendi potius, quam cura docendi. 152.
A minimis diſce, ſis parvulus & minor ipſe. 154.
Sis humilis ſervus, nec ſis ſermone proſervus. 155.
Nec te laudabis, nec magnum te reputabis, 156.
Cum miſer & cæcus ſis, pauper humuncio nudus, (h) 157.
Sordibus obſcenus, fragilis, putredine plenus. (i) 158.

Ad vitandum riſum, & converſationem, ſive aſpectum mulierum.

Non ſis ad riſum facilis qui vis paradiſum. 159.
Nam nimius riſus nimis eſt, quandoque nocivus. 160.
Mos eſt ſtultorum nimium ridere virorum. 161.

Hoc

(a) Veron. *fatagendo*.
(b) In d. Laudiſmo ſic de plagis Crucifixi,

„ Omni tempore ſint tibi,
„ Quaſi ſpiritales cibi,
„ His gaudenter fruere. "

(c) Idem *ſta*.
(d) Sic in Reg. Novit. c. 8. cum Bernardo.
(e) Idem *Si*.
(f) Hoc verbum habet, nedum D. Bonav. Soliloq. cap. 1. ſed & Ovid. 4. Met. v. 545.
(g) Rom. *rite*.
(h) Veron. *& ſervulus imus*.
(i) Rom. poſt hunc verſum 158. addit:

Sic humilis Chriſti teneas exempla Magiſtri,
Ut patiens, humilis, ſis ad tormenta virilis.

Digitized by Google

Hoc inhoneſtatis ſignum puto, vel levitatis. (a) 162.
Si Chriſtum quæris vultum fugias mulieris. 163.
Cedere (b) coneris fugiendo, ne reproberis. 164.
Tecum bella geres, ſi cernere vis mulieres. 165.
Si procul aſtabis, animæ tibi lucra parabis. (c) 166.
Vivas lege poli, mulieres cernere noli. (d) 167.
Reſpue (e) ſic illas, & magnas atque puſillas, 168.
Ut nullam noſcas, nec ſecum vivere poſcas. 169.
Iſtud mente gere, niſi caveris a muliere. 170.
Non poteris vere Crucifixo jure placere. 171.
Cum ſecum loqueris, tunc (f) paucis utere verbis, 172.
Sollicite ſtudeas mulierum avertere vultum. 173.
Non bene munitur qui reſpicit unde feritur. (g) 174.
Si (h) cupis æterna cœleſtia regna ſuperna, 175.
Sint quaſi mœrori mulieres, ſintque timori, 176.
Et quaſi ſpinarum punctura viſus earum. 177.
Taliter horrebis mulieres, ſive cavebis, 178.
Ut quaſi ſerpentes fugias mordere volentes. (i) 179.
Vincere ſi cupias fugias, nec tu prope fias. 180.
Et vix accedas compulſus, ſponte recedas. 181.
Conſulo ſic eſſe, niſi ſit quandoque neceſſe. 182.
Non ſit amicitia triplex nimium tibi ſtricta. 183.

Cum quibus debes converſari.

Pſeudoviros fugias, & eorum dogmata ficta. 184.
Et fuge mellita (k) mulierum (l) verba polita. 185.
Utere cum ſenibus, quæ ſunt puerilia vita. 186.
Qui tibi ſint patres, ſpeciales (m) elige Fratres. 187.
Sint mores quorum quaſi flos & lux aliorum 188.
Cum quibus utaris, maneas, exempla ſequaris. 189.
Hunc habeas morem, teneas, (n) ubicunque moraris. 190.

Ad

(a) Huic verſui 162. ſuperadditur ibi:

Sis bonus & ſanctus, fuge riſus & elige planctus,
Riſus vitetur, planctus cupiatur, ametur.
Ut fugias riſum Crucifixum reſpice Jeſum,
In cruce plagatum, flentem, pro te lacrymatum.

(b) Idem *Credere*.
(c) Uterque Cod. *probabis*.
(d) Ita in Reg. Novit. c. 11.
(e) Veron. *Reſpice*.
(f) Idem *tu*.
(g) Rom. poſt hunc verſum 174.

Territa formido ſit ſemper ubique perito.

(h) Idem *Qui*.
(i) Rom. poſt hunc verſum 179. habet adjecta ſequentia:

„ Femina præclara facie quaſi peſtis amara,
„ Eſt quaſi caligo, rubigo, mortis origo.
„ Femina juſtorum laqueus, quaſi morbus eorum.
„ Femina ſæpe ferit hominem qui mollia quærit.
„ Et quaſi fermentum corrumpit cor ſapientum.
„ Femina fert mortem, ſolet hæc ſic lædere fortem,
„ Ut plerumque cadat, moriens ad tartara vadat.
„ Vir ſi illi credit, miſer eſt, in fine doleb bit.
„ Se nimis excæcat fatuus, quem femina ſædat.
„ Femina multorum cum fomes ſit vitiorum.
„ Innumeros homines inferni mittit ad ignes.“

Vid. alia plura Lib. 1. Phar. cap. 8. *De Muliere*.

(k) Sive *mollita*; quia ſupra cit. c. 11. Reg. Novitior. applicat Mulieri illud Pſ. 54. 22. *Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula*.
(l) Veron. *virorum*.
(m) Idem *ſpiritales*.
(n) Idem *caveas*.

Digitized by Google

Ad vitandum vicos, turbam & multiloquium,

Porticus & vici tibi ſemper ſint inimici, 191.
In quibus illicita referuntur, noxia dicta. 192.
Ut bene pacificus, pacatus ſis, foris, intus, 193.
Stes alibi potius, dum vis requieſcere, pauſa. (a) 194.
Non ibi tu ſedeas, niſi debita ſit tibi cauſa. 195.
Ut caveas culpam, ſapienter reſpue turbam. 196.
Sic age ne turbæ tibi ſint occaſio culpæ. 197.
Sis procul a turba qui vivere vis ſine culpa. 198.
Si vis gaudere ſtudeas in pace ſilere. (b) 199.
Paſſus amara ſile, cor nobile ferque virile, 200.
Ut ſileas corde, nec non veraciter ore. 101.
Ne reprehendaris taceas, vel recta loquaris. 202.
Vir magis eſt tutus tacitus quam ſæpe locutus. (c) 203.
Si Dominum quæris, caveas ne mente vageris. 204.
Sanguine conſperſum meditare Jeſum Crucifixum. 205.
Corde Jeſum teneas, ſic ſaucius in cruce fias, 206.
Ut quaſi paſſus idem, ſecum patiaris ibidem. 207.
In cella ſtabilem te celes mente virilem, 208.
Segnitiem pellas, vitiorum gramina vellas. 209.
Mens tibi (d) ſit munda, ſit libera, pacis abunda, 210.
Undique (e) purgata, ſit lucida, pacificata. 211.
Nil tibi ſit ſordis, tibi ſit compunctio cordis. 212.
Cum gemitu plores, ſtudeas componere mores. 213.
Cella quieſcentem te celet, proficientem. 214.
In cruce ferventem, Crucifixum corde gerentem. 215.
Cor teneas ſurſum, ſtudioſe perfice curſum. 216.
Fac ſtudium verum, de cella ſcandito cœlum. 217.

De otio vitando, (f) laborem Chriſti conſiderando.

Otia ſic obſunt, animas ſic lædere poſſunt, 218.
Quæ (g) qui ſectantur, ſordeſcunt, & maculantur. (b) 219.
Prorſus in hac vita, tibi ſemper ſint inimica. 220.
Sudavit Dominus, cur diligit otia ſervus? 221.
Corde, manu, lingua, fac laude negotia digna. 222.
Nitere, ſudores pro Chriſto ferre, labores, 223.
Qui pro te flevit, Crucifixus non requievit. 224.
In cruce langueſcas igitur, nec tu requieſcas. 225.
Dum faciunt opera Fratres communiter ulla, 226.
Surge cito, propera, venias gaudenter ad illa. 227.
Non ſis poſtremus veniendo, ſed quaſi primus. 228.

De Divino officio, & oratione.

Cum Campana ſonat confeſtim ſurge valenter, (i) 229.

In-

(a) Idem *ubi requieſcere poſſis*. Vocem *pauſæ* præter Plautum habet Lucretius L. 3. v. 944.
(b) Idem *ſedere*.
(c) Supra De ſilentio col. 305. & ſeq. not. a.
(d) Rom. *tua*.
(e) Idem *Sit bene*.
(f) In Reg. Novitior. cap. 8.
(g) Idem *Quod*.
(b) Idem poſt hunc verſum 219. ſic:
Otia ſpernenda quaſi peſtes ſunt fugienda.
(i) In Spec. Diſciplin. Par. 1. cap. 22. ex Reg. S. Bened. cap. 43.

Digitized by Google

Intres in Eccleſiam, ſtudeas orare frequenter. 230.
Intrans primus eris, ſtans ultimus egredieris. 231.
Ora devotus, reverens, & (a) mente, quietus. 232.
Hæc tria ſint tecum, gemitus, ſuſpiria, fletus. 233.
Des operam lacrymis, ſtudeas, paſcaris in illis. 234.
Plangere niteris, in planctibus officieris, (b) 235.
Ut conſoleris dulcedine, qua potieris. 236.
Se nimis indurat qui numquam plangere curat. 237.
Sæpius effunde lacrymas, & pectora tunde. (c) 238.
Ne mala te frangant, tibi cor ſuſpiria tangant. 239.
Si fles peccata, dabitur tibi vita beata. 240.
Sæpe dolens plora qui quæris regna decora. 241.

Ut bona diſcas, & de obedientia, & de ſtudio.

Nunquam deſpicias alios, ſed nec maledicas. 242.
Quæ bona ſunt diſcas, & noxia cuncta relinquas. 243.
Semper proficias, ſi deſipis, & (d) reſipiſcas. 244.
Ut bene procedas, plus doctis quam tibi credas. 245.
Promptus obedire majoribus inveniaris. 246.
Sæpius & pure, devote, confitearis. 247.
Serva ſollicite ſicut mandata fuerunt. (e) 248.
Ne valeas lædi, Prælato ſemper obedi, 249.
Quem tu portabis patiens, reverenter amabis, 250.
Semper honorabis merito pro poſſe juvabis, 251.
Cui bene parebis, quaſi patrem jure timebis. 252.
Si ad hoc cor ponis, (f) noſces quia jus rationis 253.
Hoc jubet, hoc repetit, vult, poſtulat, atque requirit. 254.

Contemplatio humilitatis Chriſti, ut ſequamur eum. (g)

Chriſtus obedivit, pro te pauperculus ivit. 255.
Dedecus audivit, doluit, flevitque, ſitivit. 256.
In cruce dormivit, poſtquam tormenta ſubivit: 257.
Se nimis afflixit pro te, dum corpore vixit. 258.
Sis humilis corde, qui vivere vis ſine ſorde. 259.
Sit tibi ſermo gravis, humilis, dulciſque ſuavis. 260.
Sit tuus inceſſus placidus, maturus, honeſtus. 261.
Nec damnare velis quos tu non vis imitari. 262.
Eſto tui cenſor, aliorum non reprehenſor, 263.
Cum vivas multis circumdatus undique culpis: 264.
Sæpe tuam vitam contemnas, non alienam, 265.
Cumque tuam videas nimio diſcrimine plenam, 266.
Eſto tuæ vitæ ſcrutator, non alienæ, 267.
Cum non ſufficias tua ſcire negotia plene: 268.
Quæ tua ſunt videas, aliena facta relinquas; 269.
Quæ tibi prodeſſe nequeunt, ſed ſemper obeſſe: 270.

Si

(a) Veron. *intenta*. Et de *reverentia tam interiori, quam exteriori* in Spec. ibi cap. 15.
(b) De verbo *officiari*, & *officiatus* vide ſis Gloſſar. Ducang.
(c) Rom. poſt hunc ver. 238.

Cordis habe gemitum dum vivis ſemper amicum.

(d) Veron. *ſit nunquam ut*.
(e) Poſt hunc verſum 248. Roman.

Quæ tibi diſcrete Majores inſtituerunt:

(f) Idem *pones*.
(g) Vid. Opuſc. de perfect. vit. ad Soror. cap. 2.

Digitized by Google

Si quis te offendit optima informatio.

Si quis te lædit, deridet, nec tibi credit, 271.
Illico parce ſibi, qui ſervulus es Crucifixi, 272.
Qui non offendit, parcens moriendo pependit; 273.
Pro miſeris plorans, pro tranſgreſſoribus orans. 274.

De examinatione conſcientiæ de ſero, & de mane.

Præmeditare ſero, videas examine (*a*) vero 275.
Quomodo vixiſti, dum clara luce fuiſti. 276.
Si bene, tunc gaude, ſuper hoc & ſedulus adde: 277.
Si male, tunc plange, te corrige, durius ange. 278.
Cum vadis cubitum, Crucifixi fac tibi ſignum, 279.
Quo mala compeſcas, Crucifixi pace quieſcas. 280.
Sis memor orare, benedicere, glorificare, 281.
Jeſum, qui flendo doluit pro te moriendo. 282.
Cui te committas omni quo tempore vivas. 283.
Illud idem facias etiam dum ſurgere curas. 284.

Qualiter debeas Chriſto compati in paſſione ſua.

Si juſtus fueris, Crucifixo compatieris. 285.
In cruce ſemper eris, dum vixeris & morieris. 286.
Si vis regnare, Crucifixo compatiare. 287.
Secum portare cruciamina non vereare. 288.
In quo tu ſperas, Crucifixi vulnera quæras. 289.
Ipſum mente geras, ſibi laudes concine veras; 290.
Vulnera, livores, Crucifixi plange dolores. 291.
In cujus plagis nimis eſt medicina ſuavis. (*b*) 292.
Condoleas ipſi qui ſervulus es Crucifixi. 293.
Fac tibi lamentum, Crucifixum plange cruentum. 294.
Cum Domino plange, te ſæpe doloribus ange. (*c*) 295.
In cruce fige moras, recole per quaslibet horas, 296.
Qualia ſit Chriſtus pro te cruciamina paſſus. 297.
Nocte dieque pie Crucifixum quære Mariæ. 298.
Sit tibi plena favo Crucifixi dulcis imago. 299.
Qua delectari valeas, in pace morari, 300.
Et jucundari dulcedine ſpirituali. 301.
In cruce diſtenta caro Chriſti facta cruenta: 302.
Membra cruci vincta, clavorum cuſpide puncta, 303.
Pro te defuncta tibi ſint ſolatia cuncta. 304.
Pone cor ad Chriſtum, ſuſpira, plange Magiſtrum. 305.
Cum lacrymis ipſum recolas (*d*) Jeſum Crucifixum. 306.

Qualiter moribus Chriſti conformari.

Diſce ſuos mores, ſecum partire dolores. 307.
Hoc ſatis eſt æquum, teneas veſtigia ſecum. 308.
Non alio vergas, ſed eodem tramite pergas. 309.
Fle mediatorem voluit qui ferre dolorem, 310.

(*a*) Veron. *moderamine*.
(*b*) Pariter in Præfat. Lig. Vit.
(*c*) Similiter in Laudiſmo de ſancta Cruce, de quo infra ad verſ. 388.
(*d*) Rom. *ſcias*.

Digitized by Google

Corpore livorem pro te, nimiumque dolorem. 311.
Reſpice ſudorem, Crucifixi lambe cruorem. 312.
Cor per mœrorem, Crucifixi plangat amorem. (a) 313.
Verum dulcorem, ſapidum, dulcemque ſaporem, 314.
Cœli candorem videas mutaſſe decorem. (b) 315.
Virgineum florem, nimium qui ſpirat odorem. 316.
Si geris hunc morem, te cunctis redde minorem. 317.
Iſta tuæ menti ſolatia ſint cupienti. 318.
Sic bene poſcenti, Crucifixo compatienti, 319.
Hæc bene ſervanti, laus eſt in carne moranti. 320.
Eſt magnum ſapere, ſapienter ſcire tacere. (c) 321.
Religioſe tace (d) fuge lites, utere pace. 322.
Paſſus & afflictus ſiluit Jeſus benedictus. 323.
Sis ergo tacitus, ut ipſum ſis imitatus. 324.

Ut efficiaris patiens contemplando patientiam Chriſti.

Grata medela tibi, patientia ſit Crucifixi, 325.
Qua bene (e) fundatus patiendo (f) ſis imitatus. 326.
Ut bene ſuſtineas patienter cuncta ferendo. 327.
Funditus introeas Crucifixi vulnera flendo. 328.
Eſto vigoroſus, tam cautus, & ingenioſus, 329.
Ut non deficias, ſed fortis ad omnia fias, 330.
Portando leviter pro Chriſto (g) cuncta libenter. 331.
Ut patienter agas Crucifixi reſpice plagas, 332.
Et pœnas mille recolas quas pertulit ille. 333.
Quis ſic tentatus, quis tantum vilificatus? (h) 334.
Quis tam deriſus, quis tam deſpectus, & imus? (i) 335.
Quis ſic attritus, patiens in morte relictus? 336.
Quis magis afflictus fuit unquam quam Crucifixus? 337.
Hæc ſi mente geris, patientior efficieris. 338.
Quæ tibi ſi ſapient, cruciamina dulcia fient. 339.
Sis patiens vere, Chriſto confixus adhære. 340.
Ut non ſuccumbas, nec te per inania fundas, 341.
Aſpera dum toleras ad Chriſtum mente recurras. 342.
Conformare ſibi qui gaudia vis Crucifixi, 343.
Ut ſibi concordes pœnas & vulnera portes. 344.
Hæc tibi ſint cara, quamvis videantur amara. 345.
Tanta fuit paſſus moriens pro te Crucifixus. 346.
Si bene penſabis, leve fiet quod tolerabis. (k) 347.
Hæc medicina datur patienti cum (l) tribulatur, 348.
Ut recolat Chriſtum, quem ſcit pro ſe Crucifixum. (m) 349.

Ut di-

(a) Idem Rom. *Cor per amorem Crucifixi plange dolorem.*
(b) De hoc ſupra in Vite Myſtica cap. 5. num. 19. & ſeqq.
(c) Supra Epiſt. de Imit. Jeſu Chriſti col. 1140. not. *c*.
(d) Ibi col. 1141. in fine num. 20.
(e) Idem *duce*.
(f) Veron. *patienter*.
(g) Rom. *Pro Chriſto leviter portando.*
(h) Verbum a D. Bonav. ſæpe uſurpatum.
(i) Poſt hunc verſum 335. Rom.

Quis magis offenſus, quis durius & reprehenſus?
Et in Laudiſmo de ſancta Cruce:

Quam deſpectus, quam dejectus,
Rex cœlorum eſt effectus,
Ut ſalvaret ſæculum.

(k) In Reg. Novit. cap. 6. & alibi ex Gregorio.
(l) Rom. *qui*.
(m) In ſuprad. Laudiſ.

„ Quando vides te afflictum
„ Deſolatum ita victum,
„ Quod quaſi deficias.
„ Chriſti cogites dolores;
„ Graves pœnas, & mœrores,
„ Sputa, contumelias. “

Digitized by Google

Ut diligas paupertatem, considera eam fuisse in Christo.

Perpetuo fidus sis paupertatis amicus 350.
Quæ te sectetur, in te videatur, ametur: 351.
Hæc tibi sponsetur, tua sit, tecumque moretur; 352.
Hujus amator eris dum vixeris & morieris. 353.
Dulcis amica tibi paupertas sit Crucifixi, 354.
Qua nimium dives æterno munere vives, 355.
Si bene constanter illam servabis ovanter. 356.
Pendentem, nudum, Crucifixum respice dudum; 357.
Sanguine manantem, lacrymando vociferantem. 358.
Qui voluit vere, pro te moriendo, dolere, 259.
In cruce spinosus, pauperculus, opprobriosus. (a) 360.

Ut caveas de malo exemplo, & de injuria proximi:

Te peccante tuam sis præsto dicere culpam 361.
Coram fratre tuo, sed nec tardaveris unquam. 362.
Tu cito conare tibi fratrem conciliare, 363.
Quem tu læsisti, turbasti, seu nocuisti. 364.
Flecte cor & genua prostrato corpore curva. (b) 365.
In te Sanctorum vigeant moderamina morum: 366.
Actibus in cunctis exemplum sis aliorum. 367.
Non sis delator, nec mordax insidiator. 368.
Sis pius orator, (c) aliorum pacificator. 369.
Hoc penitus serva, ne (d) dicas ulla proterva, 370.
Ex quibus audiri, discordia possit oriri. 371.
Non sis verborum penitus recitator eorum, 372.
Ex quibus auditis generentur semina litis. 373.
Hoc etiam serva, ne cui afferis acerba. 374.

Ad vitandam murmurationem proximi. (e)

Absentis vitam timeas corrodere Fratris, 375.
Nec maculare velis animam sermonibus atris. 376.
Argue te solum, nec judex sis aliorum, 377.
Cum tibi multorum non desit causa dolorum. 378.
Quæ bona sunt fari studeas, & sic operari. 379.
Cor bene scindatur, Jesus tuus ingrediatur, 380.
Qui tibi dulcescat, tua mens in quo requiescat: 381.

Qualiter debeat poni cor ad Crucifixum.

Religiose bone qui ferves religione, 382.
Te lacrymando mone, fac vivas cum ratione, 383.
In cruce te pone Crucifixi cognitione. 384.
Religiose bone, cor funditus in cruce pone. 385.

(a) In eod. Laudis.

„ Esurivit & sitivit,
„ Pauper & egenus ivit,
„ Usque ad patibulum.
„ Recordare paupertatis,
„ Et extremæ vilitatis,
„ Et gravis supplicii. “

(b) Rom. post ver. 365.

Te quoque vilifica, veniam deposcere cura.

(c) Idem *hortator*.
(d) Idem *nec*.
(e) In Spec. discipl. Par. 1. cap. 20. & c. 31.

Digitized by Google

Plange doloroſe Crucifixum religioſe, 386.
Cum gemitu flendo, Crucifixo compatiendo: 387.
Quæ tibi cor frangat, compaſſio fortiter angat; (a) 388.
In cruce plagatum, confoſſum, ſic gladiatum, 389.
Tanquam ſi Chriſtum videas pro te Crucifixum, 390.
In cruce pendentem, cui te ſic junge dolentem, 391.
Ac ſi penderes moriens, ſecumque doleres. (b) 392.

De mercede Crucis, quam Religioſi lucrantur.

Religioſorum ſtudium laudatur eorum, 393.
Qui compunguntur, Crucifixo compatiuntur, 394.
Cum cruce ducuntur, Crucifixi verba ſequuntur; 395.
Dum cruce funguntur, cruce fortes efficiuntur; 396.
In cruce paſcuntur, cruce viyunt, & moriuntur. 397.
Optima cunctorum crux eſt medicina dolorum, 398.
Pulſio morborum, confectio plena ſaporum. 399.
Crux devotorum cibus eſt, & lux oculorum, 400.
Et decor illorum qui quærunt regna polorum. (c) 401.
In cruce vita datur, & mors inimica fugatur. 402.
In cruce qui gaudes ſpeciales dic ſibi laudes. 403.
Sit crux in corde, crux corpore, crux ſit in ore. 404.
Crux tibi ſit redolens, & dulci plena ſapore. 405.
Crux tibi ſit coram, menti (d) nec deſit ad horam. 406.
Intus & exterius, tibi ſuper, & undique ſit crux. 407.
Crux manibuſque detur, crux auribus aſſocietur. 408.
Crux tibi ſit ſaltem vicibus meditatio ſeptem. (e) 409.
Ut faciant multum tua quoque negotia fructum 410.
Sæpe crucis dignum ſtudeas præmittere ſignum. 411.

Qui vult totum amorem Crucifixo infigere.

Rebus dicendis ſtudioſius & faciendis 412.
Crux præmittatur, ut res bene perficiatur. 413.
Gloria magna tibi ſit Chriſti (f) crux Crucifixi, 414.
Qua bene confixi (g) quaſi flores ſunt paradiſi. 415.

For-

(a) In cit. Laudiſ.
„ Circa Crucem exercere,
„ Mente debes huic placere,
„ Et hanc corde gerere.
„ Chriſtum quæras in quo ſperas,
„ Crucifixum corde geras,
„ Ubicunque fueris.
„ Diligenter pone mentem
„ Super Chriſtum patientem,
„ Et ſibi condoleas.
„ Chriſti mortem Chriſtiane
„ Plange ſero atque mane,
„ Et in planctu gaudeas.
„ Qui hæc audis ingemiſce,
„ Et in iſtis planctum miſce,
„ Et cordis mæſtitias.
„ Corpus ange, corde plange,
„ Mentem frange, manu tange
„ Chriſti mortis ſævitias. “

(b) In eod. Laudiſ.

„ Virum reſpice dolorum,
„ Et noviſſimum virorum,
„ Fortem ad ſupplicia.
„ Tibi gratum ſit & æquum,
„ Jam in Cruce mori ſecum,
„ Compati convicia. “

(c) Al. *cælorum*.
(d) Al. *coram oculis*.
(e) In Laudiſmo de ſancta Cruce;

„ Hanc ſi amas, & honoras,
„ Dicas illi certas horas,
„ Adhibendo ſtudium:
„ Horam Primam, Matutinam,
„ Trinam, Sextam, Veſpertinam,
„ Nonam, Completorium. “

Poſt prædictum ver. 409, Rom. habet:

In Cruce vulneribus ſis noctibus atque diebus.

(f) Veron. *Jeſu*.
(g) Rom. *confoſſi*.

Digitized by Google

Forma crucis Sanctæ tibi retro ſemper, & ante. 416.
Sit tibi ſermo crucis quaſi fons & copia lucis. 417.
In cruce ſacrata tibi ſit data vita beata. (a) 418.
Paſſio Divina tibi ſemper ſit medicina. (b) 419.
Sanguis ſacratus tergat de corde reatus. 420.
Te lavet a maculis, tua ſit protectio ſanguis, 421.
Quem Deus impendit pro nobis quando pependit, 422.
Vulnera ſacrata tibi ſint medicamina grata. 423.
Ante crucem plora, Crucifixum pronus adora, 424.
Ut pius abſque mora te ſalvet mortis in hora. (c) 425.
Sæpe genuflexo flens coram (d) ſis crucifixo, 426.
Cum pace, lamento, lacrymis orare memento. 427.
In cruce pendentem quem reſpicis omnipotentem, 428.
Corde quidem mœſto doleas, & flebilis eſto. 429.
Hoc age ferventer, reverenter, & patienter. (e) 430.
Cui ſis innixus, quaſi ſecum ſis Crucifixus. 431.
Religioſus homo, cui morum dogmata promo, 432.
Chriſto præſtante, poſitis (f) in verſibus ante, 443.
Si bene munitus ſit in his athleta peritus, 434.
In pace devotus quaſi ferveat in cruce totus, 435.
Et quaſi plagatus Crucifixo ſit ſociatus, (g) 436.
Et crucis adjutus ope, Chriſti (h) dona ſecutus; 437.
Vivens gaudebit, poſt mortem regna tenebit, 438.
In quibus eſt grata requies, lux, vita beata. 439.
Qui crucis ardore, Crucifixi languet amore, 440.
Quodam dulcore perfunditur interiore, 441.
Cœleſti rore dum paſcitur atque ſapore, 442.
Chriſto ductore non vincitur ipſe labore, 443.
Nec viret (i) in flore, nec mundi gaudet honore: 444.
Omnia quæ dixi laus, gloria ſint Crucifixi, 445.
Qui bene monſtravit, quod nos ferventer amavit, 446.
In cruce pendendo pro nobis & moriendo. 447.
Hoc Opus expletur, Crucifixo gloria detur. (k) 448.
Expliciunt Verſus doctrinæ proficiendi, 449.
Et quia recta docent, ideo ſunt corde tenendi. (l) 450.
Qui legis hæc cerne, mundana negotia ſperne, 451.
Pro me dignare Dominum quandoque rogare, 452.
Ut ſibi viventem me protegat, & morientem. (m) 453.

FINIS.

(a) Quod *in cruce ſit vita beata* ſic in d. Laudiſmo

„ Crux eſt vita beatorum,
„ Et theſaurus perfectorum,
„ Et decor & gaudium.“

Et poſt præfatum ver. 418. Rom.

„ Crux tibi ſit riſus, Crux gloria, Crux
„ paradiſus.
„ Crux tibi lux orta, Crux vitæ ſit tibi
„ porta.
„ Crux tibi dulcorem tribuat dulcemque
„ ſaporem.
„ Crux tibi ſemper amen ſit virtus atque
„ juvamen.“

(b) In eod. Laudiſ.

„ Crux eſt mundi medicina,
„ Per quam bonitas Divina
„ Facit mirabilia.“

(c) Rom. *Ut gaudere queas, mortis cum venerit hora.*

(d) Idem *tu coram* pro *flens coram.*

(e) Idem: *Hoc age ſervendo reverenter compatiendo.*

(f) Idem *poſitus.*

(g) Idem *Crucifixo conſociatus.*

(h) Veron. *adjutus Crucifixi.*

(i) Idem *vivit.*

(k) Rom. hoc addit. *Amen.*

(l) In Rom. poſt *tenenda* hic ſubditur tiruloss *Quod ille qui legit ſpernat negotia mondana, & oret pro me, qui ſcripſi.*

(m) In eod. Rom. hic ultimus verſus deeſt, loco cujus, ita ſequitur

„ Ut

Digitized by Google

„ Ut ſim ſalvatus, Crucifixo conſociatus.
„ Qui mihi veracem tribuat dum vixero pa-
„ cem,
„ Poſt obitum rite me ducat ad atria vitæ.
„ Amen. “

Inde in d. Rom. hi ſequuntur verſus cum titulis

Quod Crux Chriſti Crucifixi recolatur.

„ Per quem vita datur Crucifixi crux recola-
„ tur.
„ Qui vult dicat ita, cui ſpes eſt crux bene-
„ dicta,
„ Et gemat, & ploret, ſuſpiret, taliter oret.

Oratio ad ſanctam Crucem prima.

„ Salve Crux ſancta, qua dantur munera
„ tanta,
„ Fac tua me velle, quæ ſunt mihi noxia
„ pelle.
„ Da mihi virtutem, veniam, pacemque, ſa-
„ lutem.
„ Spes mihi vivenți, protectio ſit morienti.
„ Amen.

Oratio ad ſanctam Crucem ſecunda.

„ Crux Domini ſalve mortis contraria valvæ,
„ Fac tibi me ſervum, procul hoſtem pelle
„ protervum.
„ Crux bona, Crux alma, Crux inclyta ſit
„ mihi palma.
„ Qua mala compeſcam, moriens in pace
„ quieſcam. Amen.

Oratio ad Dominum Jeſum Chriſtum tertia:

„ Fac tibi me digne famulari Chriſte benigne,
„ Perdere regna poli me tu permittere noli,
„ Te duce, ſis mecum Jeſu, me ſuſcipe te-
„ cum,
„ In te confiſum me duças in Paradiſum.
„ Amen.

Explicit Libellus de doctrina Religioſorum ad laudem & gloriam Chriſti Crucifixi, & utilitatem hominis religioſi.

„ Vos qui tranſitis, dum pergitis, atque ve-
„ nitis,
„ Ante Crucem ſitis, Crucifixum flere velitis.
„ Vos inclinate, Crucifixum glorificate,
„ In Cruce pendentem pro vobis, & morien-
„ tem.
„ Quis te læſit ita, Jeſu dulciſſima vita?
„ Inſinua nobis, cur bone Paſtor obiſt
„ Gens mala, gens auſa ſuſpendit te ſine cauſa:
„ Pro mundi vita ſum Crucifixus ita.
„ Lancea, crux, clavi, mihi ſint pro melle
„ ſuavi,
„ Spongia ſit ſpecies, ipſa columna quies,
„ O miranda bona! fel, verbera, ſputa, co-
„ rona.
„ Te rogo Chriſte Deus, ſint cibus iſta
„ meus.
„ In Cruce ſpectator tranſis quicunque viator,
„ Qui Cruce ſalvari, Crucifixum vis imitari,
„ Ante Crucem plora, Crucifixum pronus ado-
„ ra,
„ Ut pius abſque mora te ſalvet mortis in
„ hora,
„ Pro nobis ſortem qui pertulit in Cruce mor-
„ tem.

F I N I S.

I N-

Digitized by Google

INDEX VARIANTIUM

Lectionum Divinæ Scripturæ, quæ in hoc tertio Volumine Supplementi Operum D. Bonaventuræ continentur.

GENESIS.

2. 5. *Terram non operabatur quisquam, sed irrigabatur a fonte ascendente a paradiso.* col. 7. num. 1. not. *d.* & *e.*

3. 14. & *seq. Supra pectus tuum gradieris, terram comedes, & mulier conculcabit caput tuum.* col. 136. num. 104. not. *f.*

19. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* col. 136. num. 104. not. *g.*

24. 31. *Ingredere benedicte Dei, cur foris stas?* col. 402. num. 16. not. *d.*

EXODI.

12. 7. *Et sument de sanguine Agni, & ponent super utrumque postem.* col. 852. num. 102. not. *a.*

14. 19. *Tollensque se Angelus Domini, qui præcedebat castra Israel.* col. 622. num. 5. not. *c.*

23. 20. *Ecce ego mitto Angelum meum, qui præcedat te.* col. 788. num. 32. not. *e.*

32. 31. & *seq. Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro vitæ.* col. 437. num. 34. not. *c.*

LEVITICI.

2. 7. *Si de craticula fuerit sacrificium, æque simila oleo conspergetur.* col. 886. num. 135. not. *a.*

4. 13. *Si omnis turba filiorum Israel ignoraverit.* col. 775. num. 20. not. *b.*

6. 12. *Ignis in altari meo semper ardebit.* col. 839. num. 89. not. *k.*

NUMER.

21. 9. *Moyses serpentem æneum posuit pro signo, quem percussi aspicientes sanabantur.* col. 809. num. 57. not. *m.*

DEUTERONOM.

8. 14. *Elevetur cor tuum, & obliviscaris Domini Dei tui.* col. 739. num. 6. not. k.

16. 20. *Juste quod justum est exequaris.* col. 370. num. XXXII. not. *c.*

JUDICUM.

2. 1. *Ascendit Dominus de Galgala ad locum flentium.* col. 623. num. 7. not. *e.*

PRIMI REGUM.

7. 10. *Exterruit Dominus Philisthiim, & cæsi sunt a filiis Israel.* col. 899. num. 148. not. *m.*

14. 31. *Usque Hailon.* col. 968. num. 12. not. g.

21. 6. *Dedit ergo eis sacerdos panem sanctificatum.* col. 853. num. 104. not. *k.*

SECUNDI REGUM.

24. 14. *Dixitque David: Coarctor nimis undique.* col. 626. num. 8. not. *a.*

TETII REGUM.

1. 42. *Ingredere, quia vir fortis es, & bona annuntians.* col. 456. num. 51. not. g.

2. 19.

Digitized by Google

2. 19, *Et positus est thronus matri Regis, juxta thronum ejus*. col. 721. num. 2. not. *g*.
19. 6. *Respexit Elias, & ecce ad caput ejus subcinericius panis, & vas aquæ*. col. 959. num. 8. not. *c*.
12. *Et post ignem sibilus aura tenuis, ibi Dominus*. col. 964. num. 10. not. *d*.

QUARTI REGUM.

19. 35. *In nocte illa venit Angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia virorum*. col. 627. num. 9. not. *c*.

SECUNDI PARALIPOMENON.

32. 24. *Oravit Ezechias Dominum, exaudivitque illum*. col. 741. num. 10. not. *b*.

JOB.

19. 20. *Derelicta sunt tantummodo labia mea circa dentes meos*. col. 12. num. 4. not. *o*.
28. 28. *Pietas ipsa est sapientia*. col. 435. num. 27. not. *b*.
37. 11. *& seq. Frumentum desiderat nubes, & nubes spargunt lumen suum, quæ lustrant cuncta per circuitum*. col. 815. num. 64. not. *l*.
38. 33. *Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eis in terra?* col. 445. num. 37. not. *b*.
39. 30. *Pulli ejus lambunt sanguinem*. col. 729. num. 6. not. *i*. & col. 945. num. 182. not. *q*.
40. 20. *Nunquid capies Leviathan hamo?* col. 920. num. 163. not. *a*.
41. 15. *Cor ejus indurabitur quasi lapis*. col. 428. num. 17. not. *f*.
25. *Ipse est rex super omnes filios superbiæ*. col. 615. num. 3. not. *i*.

PSALMORUM.

9. 11. *Sperent in te qui noverunt nomen tuum; quoniam non derelinquis quærentes te Domine*. col. 575. num. 74. not. *d*.
24. 11. *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo; multum est enim*. Vel *copiosum*. col. 543. num. 39. not. *b*.
30. 4. *Quia fortitudo mea, & refugium meum es tu, & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me*. col. 548. num. 44. not. *f*. ac col. 575. num. 74. not. *e*.
37. 17. *Dereliquit me virtus mea, & virtus oculorum meorum non est mecum*. col. 956. num. 4. not. *f*.
41. 2. *Sicut desiderat cervus ad fontes aquarum: ita desiderat anima mea ad te Deum fontem vivum*. col. 536. num. 33. not. *i*. & *k*. & col. 633. num. 4. not. *k*. ac col. 947. num. 182. not. *m*.
3. *Sitivit anima mea ad Deum fontem vivum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?* col. 72. num. 45. not. *o*. & col. 302. not. 10. not. *y*. ac col. 347. num. 182. not. *m*.
43. 6. *In nomine tuo spernemur insurgentes in nos*. col. 547. num. 41. not. *a*.
43. 22. *Mortificati propter te tota die*. col. 18. num. 8. not. *p*.
25. *Adhæsit in terra venter noster*. col. 67. num. 42. not. *e*.
44. 18. *Memores erunt nominis tui Domine, in omni generatione & generationem*. col. 403. num. 17. not. *g*.
18. *Memores erunt nominis tui in omni generatione & progenie*. col. 547. num. 43. not. *c*.
52. 6. *Dissipabit Deus ossa eorum, qui hominibus placent*. col. 428. num. 17. not. *b*.
70. 3. *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum refugii*. col. 397. num. 11. not. *l*.
71. 18. *Qui facit mirabilia magna solus*. col. 599. num. 94. not. *a*.
85. 9. *Omnes gentes, quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine, & honorificabunt nomen tuum in æternum*. col. 542. num. 36. not. *i*. & *k*.
102. 20. *Benedicite Domino omnes Angeli ejus, potentes virtute, qui facitis verbum ejus ad audiendam vocem sermonum ejus*. col. 598. num. 92 not. *f*.
146. 11. *Non enim in tibiis viri beneplacitum erit ei; sed beneplacitum est Domino super timentes eum*. col. 430. num. 19. not. *g*.

PROVERBIORUM.

3. 21. *Custodi legem meam, atque consilium meum*. col. 460. num. 58. not. *f*.
7. 21. *Irretivit eum multis sermonibus, & procaci vultu blandita est ei*. col. 665. num. 3. not. *e*.
23. *Nesciens quod de periculo animæ illius agitur*. col. 665. num. 3. not. *f*.
12. 2. *Qui bonus est, hauriet sibi gratiam a Domino*. col. 861. num. 110. not. *b*. ac col. 897. num. 145. not. *i*.

Digitized by Google

18. 17. *Justus in principio sermonis accusator est sui*. col. 343. num. 3. not. *e.* ac *f.*

24. 13. *Comede fili mel, quia bonum est & favus dulcis gutturi tuo*. col. 910. num. 156. not. *p.*

ECCLESIASTÆ.

1. 18. *Et qui addit scientiam, addit & dolorem*. col. 448. num. 42. not. *k.*

6. 8. *Quid habet amplius stulto sapiens*. col. 494. num. 109. not. *a.*

12. 13. *Deum time & mandata ejus observa: Hoc est omnis homo*. col. 433. num. 23. not. *b.*

CANT. CANTIC.

1. 2. *Unguentum exinanitum nomen tuum*, col. 535. num. 31. not. *a.*

2. 5. *Vulnerata caritate ego sum*. col. 24. num. 11. not. *bb.*

13. *Surge, propera amica mea, speciosa mea, & veni*. col. 407. num. 20. not. *i.*

3. 11. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua in die desponsationis ejus*. col. 29. num. 14. not. *o.* & col. 781. num. 26. not. *b.*

6. 12. *Revertere, revertere Sunamitis, revertere, revertere, ut intueamur te*, col. 193. num. 150. not. *b.*

8. 6. *Dura ut infernus æmulatio*, col. 454. num. 49. not. *f.*

SAPIENTIÆ.

1. 6. *Benignus est spiritus sapientiæ, & non liberabit maledictum a labiis suis*. col. 491. num. 106. not. *b.*

2. 21. *Erraverunt: excecavit enim eos malitia eorum*. col. 877. num. 129. not. *g.*

2. 24. *Invidia diaboli mors intravit in orbem terrarum*. col. 202. num. 158. not. *i.* & col. 729. num. 41. not. *e.*

3. 15. *Bonorum laborum glorioſus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ*, col. 492. num. 107. not. *e.*

4. 10. *Placens Deo factus dilectus*, col. 689. num. 1. not. *e.*

5. 9. *Transierunt omnia tanquam umbra, & tanquam nuntius præcurrens*. col. 739. num. 8. not. *i.*

5. 21. *Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos*. col. 923. num. 165. not. *t.*

7. 10. *Super salutem & speciem dilexi eam*. col. 487. num. 100. not. *c.*

8. 21. *Ut scivi, quoniam aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientia scire, cujus esset hoc donum*. col. 489. num. 103. not. *a.* & *b.*

9. 6. *Si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo fugerit sapientia tua, in nihilum computabitur*. col. 795. num. 45 not. *e.*

10. 10. *Justum deduxit Dominus per vias rectas*. col. 448. num. 42. not. *g.*

11. 21. *In mensura, numero, & pondere*. col. 249. num. 9. not. *r.*

12. 1. *O quam bonus & suavis est Domine spiritus tuus in nobis*. col. 879. num. 130. not. *m.*

16. 21. *Substantiam enim tuam, & dulcedinem, quam in filios habes, ostendebas*. col. 899. num. 147. not. *i.*

ECCLESIASTICI.

1. 16. *Principium sapientiæ timor Domini*. col. 430. num. 21. not. *l.*

1. 25. *Radix sapientiæ est timere Deum; rami enim illius longævi*. col. 426. num. 14. not. *b.* & *i.* ac col. 431. num. 21. not. *a.*

3. 9. & seq. *In opere & sermone, & omni patientia honora Patrem tuum, ut superveniat benedictio a Deo*. col. 366. num. 27. not. *c.*

3. 20. *Quanto major es, humilia te in omnibus*. col. 114. num. 85. not. *k.*

5. 13. *Esto mansuetus ad audiendum verbum Dei, ut intelligas*. col. 466. num. 67. not. *g.*

10. 9. *Quid superbis terra & cinis?* col. 401. num. 15. not. *l.*

11. 3. *Brevis in volatilibus apis*. col. 712. num. 1. not. *d.*

33. *Bona in mala convertens, & in electis imponit maculam*. col. 342. num. 2. not. *a.*

15. 3. *Cibavit illum pane vitæ & intellectus*. col. 466. num. 66. not. *e.* ac col. 795. num. 45. not. *f.* & col. 869. num. 121. not. *i.*

15. 6. *Jucunditatem & exultationem thesaurizavit super eum, & nomine æterno hæreditavit illum*. col. 592. num. 88. not. *k.*

18. 31. *Quia si dederis animæ tuæ concupiscentias, faciens te venire in gaudium inimicis tuis*. col. 665. num. 3. not. *g.*

Digitized by Google

19. 2. *Vinum & mulieres apostatare faciunt sapientes, & arguunt sensatos.* col. 489. num. 103. not. *d.*

20. 7. *Homo sapiens tacebit usque ad tempus: lascivus autem & imprudens non servabit tempus.* col. 490. num. 105. not. *g.*

24. 25. & seq. *In me omnis gratia vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & a generationibus meis adimplemini.* col. 646. num. 7. not. *c.* & *d.*

42. *Rigabo hortum plantationum mearum, & inebriabo partus mei fructum.* col. 942. num. 178. not. *f.* & *g.*

25. 14. *Timor Domini omnibus se superposuit.* col. 433. num. 24. not. *e.* ac *f.*

32. 22. *Vir boni consilii non disperdet intelligentiam.* col. 463. num. 62. not. *c.*

33. 31. *Quasi fratrem sic eum tracta: quoniam in sanguine animæ comparasti eum.* col. 919. num. 161. not. *x.*

37. 9. *A consiliario malo serva animam tuam.* col. 463. num. 62. not. *b.*

42. 9. *Filia Patris abscondita est vigilia, & solicitudo ejus auferet serenum, ne forte in adolescentia sua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat.* col. 414. num. 25. not. *d.*

47. 22. *Et in ceteris stultitiam tuam.* col. 490. num. 103. not. *e.*

49. 1. *Memoria Josiæ in compositione.* col. 781. num. 26. not. *l.*

26. 29. *Vade populus meus, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea.* col. 803. num. 51. not. *e.*

33. 20. *Videbunt Jerusalem Civitatem opulentam.* col. 636. num. 7. not. *d.*

40. 31. *Assument pennas ut aquilæ.* col. 454. num. 48. not. *e.*

43. 1. *Noli timere, servus meus es tu,* col. 905. num. 152. not. *t.*

10. *Vere vos testes mei.* col. 467. num. 68. not. *b.*

53. 4. *Vere languores nostros ipse tulit, & peccata nostra ipse portavit.* col. 40. num. 21. not. *b.*

4. *Et nos reputavimus eum quasi leprosum.* col. 486. num. 97. not. *d.*

7. *Tanquam ovis ad occisionem ductus est.* col. 775. num. 20. not. *k.*

56. 5. *Eunuchis dabo in domo mea, & in muro meo locum nominatum multo meliorem, quam filiorum atque filiarum: nomen æternum dabo eis, quod nunquam deficiet.* col. 147. num. 113. not. *a.* & *b.*

62. 2. *Vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominavit.* col. 538. num. 34. not. k.

64. 4. *Oculus non vidit, Deus absque te, quæ præparasti diligentibus te.* col. 632. num. 4. not. g.

66. 2. *Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum & humilem, & trementem sermones meos?* col. 429. num. 19. not. *e.* ac *f.*

ISAIÆ.

9. 6. *Angelus magni consilii.* col. 540. num. 35. not. *d.*

6. 3. *Sanctus, Sanctus Dominus Deus Sabaoth, plena est omnis terra gloria ejus.* col. 603. num. 100. not. *e.*

7. 9. *Nisi credideritis, non intelligetis.* col. 467. num. 68. not. *a.*

9. 6. *Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, cujus imperium super humerum ejus.* col. 164. num. 127. not. *y.* & col. 402. num. 16. not. *a.*

12. 3. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Jesu.* col. 537. num 33. not. *c.*

14. 13. & seq. *Sedebo in lateribus Aquilonis, & similis ero Altissimo.* col. 112. num. 83. not. *e.*

24. 15. *In doctrinis glorificate Dominum, & in insulis maris nomen Domini Dei Israel.* col. 542. num. 36. not. *b.*

JEREMIÆ.

2. 19. *Vide quia malum & amarum est te reliquisse Dominum Deum tuum, & non esse timorem Domini apud te.* col. 431. num. 21. not. *t.*

2. 21. *In quantam amaritudinem conversa est vitis aliena.* col. 43. num. 24. not. *l.* & col. 69. num. 43. not. *d.*

3. 5. *Ecce locuta es & fecisti mala, quæ potuisti, & pro verbis pœnitentiæ verbis superbiæ blasphemasti, & implesti malam cogitationem tuam, & ostendisti contra virum fortitudinem tuam, ut possis facere, quod sermone tractasti.* col. 674. num. 3. not. *a.* & *b.*

10. 6. *Non est similis tui in Diis Domine: magnus tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.* col. 426. num. 15. not. k.

10. 14. *Stultus factus est omnis homo a scien-*

Digitized by Google

ſcientia tua. col. 355. num. XIII. not. *a*.

14. 9. *Tu enim in nobis es, Domine, & nomen ſanctum tuum invocatum eſt ſuper nos*. col. 585. num. 82. not. *e*.

17. 9. *Pravum eſt cor hominis & inſcrutabile: Quis cognoſcet illud?* col. 886. num. 137. not. *c*.

49. 22. *Ecce quaſi aquila aſcendet & elevabitur*. col. 719. num. 1. not. *i*.

THRENORUM.

1. 6. *Facti ſunt principes ejus, ſicut arietes non invenientes paſcua*. col. 456. num. 52. not. *h*.

12. *Attendite & videte, ſi eſt dolor ſimilis ſicut dolor meus*. col. 10. num. 3. not. *bb*.

3. 19. *Recordare paupertatis meæ, tranſgreſſionis, abſynthii, & fellis*. col. 771. num. 1. not. *a*. & *b*.

EZECHIELIS.

18. 22. *Omnium iniquitatum ejus non recordabor amplius*. col. 674. num. 3. not. *f*.

DANIELIS.

4. 19. *Magnificatus es & invaluiſti, & magnitudo tua crevit, & pervenit uſque ad cœlos, & poteſtas tua uſque ad terminos univerſæ terræ*. col. 399. num. 12. not. k. & *l*.

7. 13. *Ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat*. col. 593. num. 89. not. *e*.

13. 35. *Flens ſuſpexit in cœlum*. col. 393. num. 6. not. *f*.

OSEE.

4. 6. *Quia tu ſcientiam repuliſti, repellam & ego te, ne ſacerdotio fungaris mihi*. col. 447. num. 41. not. *a*.

6. 6. *Miſericordiam volo & non ſacrificium, & ſcientiam Dei pluſquam holocauſtum*. col. 448. num. 42. not. *o*. & col. 449. num. 42. not. *a*. ac col. 767. num. 11. not. *b*.

HABACUC.

3. 1. *Domine audivi auditionem tuam, & timui: conſideravi opera tua, & expavi*. col. 427. num. 17. not. *c*.

ZACHARIÆ.

9. 11. *De lacu nos eduxiſti*. col. 399. num. 12. not. *n*.

17. *Quid bonum, & quid pulchrum ejus?* col. 781. num. 25. not. *e*. ac col. 817. num. 65. not. *g*.

SECUNDI MACHABÆORUM.

3. 1. *Cum ſancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optime cuſtodirentur, propter Oniæ Pontificis diſpoſitionem, & pietatem*. col. 440. num. 32. not. *e*.

MATTHÆI.

3. 2. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cœlorum*. col. 773. num. 18. not. *b*.

5. 22. *Omnis, qui iraſcitur fratri ſuo ſine cauſa, reus erit judicio*. col. 78. num. 50. not. *b*.

7. 20. *A fructibus eorum cognoſcetis eos*. col. 492. num. 107. not. *d*.

8. 20. *Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos; Filius autem hominis non habet ubi caput ſuum reclinet*. col. 11. num. 3. not. *a*.

10. 28. *Sed potius eum timete, qui poteſt animam & corpus perdere in gehennam*. col. 429. num. 17. not. *c*.

17. 8. *Et elevantes oculos ſuos, neminem viderunt, niſi ſolum Jeſum*. col. 559. num. 58. not. *e*.

19. 21. *Vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus*. col. 463. num. 62. not. *e*. ac col. 692. num. 107. not. *d*.

20. 28. *Filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam in redemptionem pro multis*. col. 49. num. 29. not. *e*.

24. 12. *Quoniam ſuperabundavit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum*. col. 887. num. 137. not. *d*.

25. 33. *Et ſtatuet agnos a dextris, hædos autem a ſiniſtris*. col. 152. num. 116. not. *d*.

34. *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt*. col. 152. num. 116. not. *e*.

41. *Ite maledicti in ignem æternum*. col. 152. num. 116.

27. 37. *Poſuerunt ſuper caput ejus cauſam ipſius ſcriptam: Hic eſt Jeſus Nazarenus Rex Judæorum*. col. 507. num. 12. not. *b*. & *e*.

Digitized by Google

MARCI.

11. 24. *Quidquid orantes petitis, credite, quia accipietis, & fiet vobis.* col. 322. num. 10. not. *b.* & *c.*

LUCÆ.

6. 37. *Dimittite, & dimittetur vobis.* col. 280. num. 12. not. *u.*

10. 20. *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlo.* col. 18. num. 8. not. *x.*

11. 22. *Si autem fortior illo superveniens vicerit eum.* col. 451. num. 45. not. *a.*

52. *Va vobis Legisperitis, qui tulistis clavem scientiæ.* col. 447. num. 41. not. *b.*

12. 47. *Servus sciens voluntatem Domini sui, & non faciens, digne vapulabit plagis multis.* col. 447. num. 41. not. *e.*

13. 3. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* col. 675. num. 5. not. k.

11. *Non poterat omnino sursum aspicere.* col. 559. num. 58. not. *b.*

22. 19. *Hoc est Corpus meum, quod pro vobis tradetur.* col. 764. num. 5. not. *a.*

23. 34. *Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* col. 54. num. 32. not. *n.*

42. *Memento mei, Domine, dum veneris in regnum tuum.* col. 56. num. 35. not. *g.*

24. 29. *Mane nobiscum, Domine, quoniam advesperascit.* col. 411. num. 22. not. *d.*

JOANNIS.

1. 16. *Et de plenitudine ejus nos omnes accepimus gratiam pro gratia.* col. 419. num. 2. not. *d.*

27. *Cujus ego non sum dignus, ut solvam corrigiam calceamenti.* col. 649. num. 3. not. *e.*

29. *Qui tollit peccata mundi.* col. 680. num. 2. not. *a.* & col. 903. num. 152. not. *o.*

6. 50. *Hic est panis de cœlo descendens, ut si quis ex eo manducaverit, non moriatur.* col. 875. num. 126. not. *f.*

57. *Qui manducat carnem meam, in me manet, & ego in eo,* col. 790. num. 36. not. *d.*

58. *Qui manducat me, vivit propter me.* col. 840. num. 91. not. *a.*

7. 46. *Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo loquitur.* col. 48. num. 28. not. *r.*

9. 4. *Venit autem nox, quando nemo potest operari.* col. 677. num. 7. not. *b.* & *i.*

11. *Vade ad natatoria Siloe, & lava. Et abii, & lavi, & vidi.* col. 529. num. 29. not. *c.*

12. 26. *Et ubi ego sum, ibi sit & minister meus.* col. 35. num. 18. not. *g.*

15. 13. *Majorem caritatem nemo habet, ut animam suam ponat quis pro amicis suis.* col. 317. num. 6. not. *o.*

18. 3. *Cum accepisset cohortem, & a principibus Sacerdotum, & Pharisæis ministros, venit illuc.* col. 575. num. 73. not. *b.*

11. *Calicem quem dedit mihi Pater, non vis ut bibam illum?* col. 210. num. 165. not. *c.*

ACTUUM APOSTOLORUM.

2. 3. *Seditque super singulos eorum.* col. 482. num. 90. not. *g.*

7. 55. *Ecce video cœlos apertos, & Jesum stantem a dextris virtutis Dei.* col. 577. num. 76. not. *d.*

10. 43. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen ejus qui credunt in eum.* col. 593. num. 89. not. *c.*

18. 4. *Disputabat in Synagoga per omne sabbatum, interponens nomen Domini nostri Jesu Christi.* col. 544. num. 37. not. *k.*

AD ROMANOS.

1. 18. *Qui veritatem Dei in mendacio detinuerunt.* col. 170. num. 131. not. *aa.*

5. 1. & seq. *Justificati ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum, per quem habemus accessum per fidem in gratiam istam, in qua stamus.* col. 423. num. 8. not. *c.*

8. 36. *Mortificati propter te tota die.* col. 18. num. 8. not. *p.*

10. 9. *Quia si confitearis in ore tuo Dominum Jesum Christum, salvus eris.* col. 553. num. 51. not. *b.*

14. 3. *Qui non manducat, manducantem non spernat.* col. 330. num. XXV. not. *b.*

PRIMÆ AD CORINTH.

2. 9. *Nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ Deus præparavit iis, qui diligunt illum.* col. 634. num. 5. not. *b.* & *c.*

3. 20.

Digitized by Google

3. 20. *Dominus novit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt.* col. 485. num. 96. not. *c.*

10. 23. *Omnia licent, sed non omnia expediunt.* col. 459. num. 55. not. *f.*

11. 10. *Mulier debet habere velamen super caput propter Angelos.* col. 803. num. 52. not. *k.*

SECUNDÆ AD CORINTHIOS.

3. 18. *Nos autem revelata facie gloriam Domini speculantes.* col. 442. num. 36. not. *g.*

4. 6. *Deus qui dicit de tenebris lumen splendescere.* col. 442. num. 36. not. *f.*

6. 1. *Hortamur vos, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.* col. 419. num. 1. not. *a.*

7. 1. *Perficientes sanctificationem in timore Domini.* col. 432. num. 22. not. *f.*

AD GALATAS.

2. 20. *Vivo ego, jam non ego, vivit autem in me Christus.* col. 563. num. 60. not. *a.* & col. 882. num. 131. not. *d.*

AD EPHESIOS.

2. 4. ac seq. *Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiam caritatem suam, qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis, convivificavit nos in Christo.* col. 420. num. 3. not. *b.*

4. 15. *Crescamus in illo per omnia, qui est caput nostrum Christus.* col. 844. num. 94. not. *c.*

29. *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: Sed si quis bonus est ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus.* col. 491. num. 105. not. *a.*

AD PHILIPPENSES.

1. 23. *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* col. 67. num. 7. not. *a.*

2. 12. *Cum timore & tremore vestram salutem operamini.* col. 430. num. 19. not. *b.*

AD COLOSSENSES.

2. 9. *In ipso habitat omnis plenitudo Divinitatis corporaliter.* col. 47. num. 27. not. *e.* ac col. 188. num. 145. not. *b.*

3. 17. *Omnia quæcumque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Jesu Christi facite.* col. 518. num. 21. not. *o.*

SECUNDÆ AD THESSALONICENSES.

2. 15. *Dominus noster Jesus Christus, & Deus Pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem eternam, & spem bonam in gratia.* col. 557. num. 56. not. *a.*

3. 10. *Qui non vult operari, non manducet.* col. 967. num. 11. not. *b.*

PRIMÆ AD TIMOTH.

1. 12. *Gratias ago ei, qui me confortavit in Christo Jesu.* col. 900. num. 149. not. *f.*

2. 1. *Obsecro primo omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, grattarum actiones pro omnibus, qui in sublimitatibus sunt constituti, ut quietam, & tranquillam vitam agamus in omni pietate, & castitate.* col. 436. num. 28. not. *g.* & *b.*

3. 14. *Hæc scribo tibi, fili Timothee.* col. 446. num. 41. not. *m.*

6. 4. *Ex quibus oriuntur invidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspicationes malæ.* col. 441. num. 33. not. *b.*

SECUNDÆ AD TIMOTH.

2. 1. *Fili mi confortare in gratia, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.* col. 509. num. 14. not. *a.*

3. 1. *In novissimis diebus instabunt tempora periculosa: & erunt homines seipsos amantes, cupidi.* col. 437. num. 28. not. *a.*

AD HEBRÆOS.

4. 14. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui penetravit cœlos, Jesum filium Dei, teneamus spei nostræ confessionem.* col. 516. num. 19. not. *q.* & col. 560. num. 58. not. *g.*

16. *Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ ejus.* col. 420. num. 5. not. *f.* & col. 516. num. 19. not. *b.* ac col. 646. num. 7. not. *b.*

5. 7. *Qui in diebus carnis suæ offerens vota supplicationesque ad Deum qui possit salvare eum a morte, cum clamore valido, & lacrymis, exauditus est pro sua reverentia.* col. 158. num. 121. not. *b.* & *i.*

10. 27. *Terribilis nanque est quædam expectatio judicii, & ignis æterni æmulatio, quæ con-*

Digitized by Google

consumptura est adversarios. col. 429. num. 17. not. *a*. & *b*.

11. 34. *Effugaverunt aciem gladii*. col. 453. num. 47. not. *q*.

JACOBI EPIST.

3. 14. *Quod si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris*. col. 484. num. 93. not. *b*.

15. *Non est ista sapientia desursum descendens*. col. 484. num. 93. not. *i*.

4. 8. *Purgate corda vestra duplices animo*. col. 686. num. 7. not. *d*.

17. *Scienti ergo bonum facere, & non facienti, peccatum est*. col. 447. num. 41. not. *d*.

PRIMÆ PETRI.

2. 21. *Christus passus est pro nobis, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus*. col. 62. num. 38. not. *o*. & *p*. ac col. 142. num. 108. not. *d*.

4. 18. *Impius & peccator ubi parebit?* col. 675. num. 4. not. *i*.

PRIMÆ JOANNIS.

1. 8. *Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est*. col. 115. num. 86. not. *d*. & *e*. ac col. 642. num. 4. not. *f*.

2. 15. ac seq. *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; quia omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ*. col. 656. num. 5. not. *a*.

APOCALYPSIS.

1. 1. *Hæc est Apocalypsis Domini nostri Jesu Christi*. col. 546. num. 40. not. *b*.

17. 14. *Tu autem Deus deorum, Dominus dominantium*. col. 260. num. 5. not. *c*.

18. 4. *Exite de Babylone populus meus, & ne participes fitis delictorum ejus*. col. 773. num. 18. not. *i*.

Finis Indicis Variantium;

IN-

Digitized by Google

INDEX
VERBORUM
Ac rerum notabilium in Tertio Volumine Supplementi Operum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ.

A

ABſalon quid ſignificet. *col. 667. num. 5.*
Abſtinentia. Major virtus in moderato cibo, quam in omnimoda abſtinentia. *col. 176. num 135.* Quinque vitanda in abſtinentia. Primum, Præpropere. *col. 177. num. 135.* Secundum, Laute. *ibi.* Lautitia ciborum notatur. *ibi.* Tertium, Nimis. *col. 179. num. 137.* Quartum, Ardenter. *col. 180. num. 138.* Quintum, Studioſe. *col. 181. num. 139.* Abſtinentia vitioſa. *col. 182. num. 139.* Abſtinentia cur croco comparata. *col. 183. num. 140.* De abſtinentia. *col. 329. num. XXIV.* De cibariis calidis. *col. 331. num. XXV.* Abſtinentia conjungenda miſericordiæ. *col. 580. num. 79.*
Acediæ vitium quid, & quibus infeſtum. *col. 95. num. 66.* Remedium acediæ. *col. 96. num. 66.*
Adamantis virtus. *col. 645. num. 6.*
Adoleſcens a tribus ſpiritualiter ſuſcitandus. *col. 413. num. 25.* Vocatio gratiæ efficax, & converſio animæ perfecta, neceſſariæ. *ibi.* Salutaria monita ad prædicta ſpectantia. *col. 415. num. 26.*
Adonai nomen. *col. 525. num. 26.* Magnum & prorſus terribile. *ibi.*
B. Ægydius ex primis S. P. Franciſci Sociis *col. 1075. in not. b.*
Ægyptus tenebræ interpretatur. *col. 973. num. 15.*
B. Agnes S. Claræ Soror veſtigiis ejus inhærens. *col. 1000. in not. a.* Pariter Agnes Primislai Otthogari, ſive Ottiſchgari, hujus cognominis primi, Bohemiæ Regis filia. *col. 1000. in not. i.*
Amatoribus corporis, mundi, ac diaboli quid futurum. *col. 668. num. 6.*
Amicitia. De ſeptem veræ amicitiæ ſignis; *col. 743. num. 3.* Vera amicitia ægre fert dilecti abſentiam. *col. 744. num. 4.* Primum amicitiæ ſignum familiaritas. *col. 744. num. 5.* Secundum ſignum communicatio ſecretorum. *col. 745. num. 6.* Tertium ſignum conſenſus in eodem velle & nolle. *col. 746. num. 7.* Quartum ſignum commendatio veri theſauri. *col. 748. num. 8.* Quintum ſignum fidelitas in adverſis; quidam enim fortunæ potius amici, quam perſonæ. *col. 750. num. 10.* Exemplum Darii. *ibi.* Sextum veræ amicitiæ ſignum, ut ſit ſempiterna. *col. 552. num. 11.* Septimum ſignum, ut ſit continua. *col. 754 num. 12.*
In amicos inordinatus affectus, quomodo ordinandus. *col. 106. num. 77.*
Amor quomodo fortis ut mors, & tamen cauſſa languoris. *col. 213. num. 168.* Amore & timore opus eſt ad complenda Divina præcepta. *col. 352. num. X.* Amor & odium pervertunt judicium. *col. 495. num. 108.* Amor ecſtaſim facit. *col. 562. num. 60.* Amore conſummatur & perficitur omnis juſtitia. *col. 587. num. 84.* Amor radicale principium inter omnes affectiones animorum. *col. 709. num. 9.* Amor habet vim liquefactivam, & conjunctivam. *col. 710. num. 9.* Item transformativam. *col. 711. num. 10.* Exemplum ceræ. *ibi.* Quod quiſque præ cæteris diligit, hoc illi Deus eſt. *col. 974. num. 15.*
Angeli & Beati concordi harmonia jugiter in cælo concinunt; *Sanctus, Sanctus &c. col. 596. num. 90.* Angelorum novem ordines Nomen Domini Jeſu in cœlo laudantes. *col. 597. & ſeqq. num. 92. ac ſeqq.* Angeli multi nunc ad auxilium bonorum, nunc ad punitionem malorum, in Scripturis leguntur. *col. 619. num. 1.* Angelus nomen officii, non naturæ. *ibi.* Angelorum miniſterio inductum diluvium, ac etiam Sodomorum, Gomorrhæorum incendium. *col. 622. num. 4.*
Angeli ſancti omne peccatum deteſtantur velut Deo odioſum. *col. 627. num. 10.* Quam timendi ſint a peccatoribus Angeli. *ibi.* Angelicæ cuſtodiæ neceſſitas. *col. 628. num. 1.* Deſcriptio Angelorum quantum ad duo. *ibi.*
Angeli Deum videntes viſione ſereniſſima. *col. 630. num. 3.* Viſione jucundiſſima. *col. 631. num. 4.* Viſione pleniſſima. *col. 633. num. 5.* Viſione ſecuriſſima. *col. 636. num. 7.*
De Angelorum natura, an dignior humana? *col.*

Digitized by Google

col. 725. *num.* 5. Angelus nuntius interpretatur. *col.* 962. *num.* 9.
F. Angelus Reatinus, cognomento Tancredus, Socius B. P. Franciſci adſtat morti B. Claræ. *col.* 1034. *num.* 56.
Idem F. Angelus Reatinus, fuit primus Miles, qui Minoritum Ordinem eſt ingreſſus. *col.* 1076. in *not. c.*
Animæ feneſtræ ſunt foramina ſenſuum. *col.* 51. *num.* 29. Animæ imperfectæ indicium loquacitas, & e contra. *col.* 123. *num.* 93.
Animæ languor non curatur, niſi fruitione Dilecti. *col.* 215. *num.* 169. Fervens amantis animæ in Chriſtum reſigmatio. *col.* 262. *num.* 5. Animæ indumenta, arma, & lux ſunt virtutes. *col.* 396. *num.* 10. Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ. *col.* 487. *n.* 99. In animæ cum Deo unione ſuperfervidus amor, omnium extra Deum ignorantia, radius illuminans. *col.* 573. *num.* 71. Quam medicinam præſtent animæ contritio, confeſſio, & ſatisfactio. *col.* 654. *num.* 3. Pondus animas premens ſola peccata, eas vero levans virtutes & gratia. *col.* 722 *num.* 3. Exemplum Perdicum, & Struthionum non alte volantium. *ibi*. Aliud exemplum alte volantium in Falconibus & Aquilis. *ibi*. Animæ ſedes in corde. *col.* 745. *num.* 6.
Apes ſpirituales. *col.* 191. *num.* 149. Abapum opere petitum documentum. *col.* 196. *num.* 153.
Apocalypſis interpretatur revelatio. *col.* 546. *num.* 40.
Apoſtolus adhortans ad verbi ſuſceptionem, ponens diſpoſitionem, & ſubjungens rationem. *col.* 403. *num.* 16. Apoſtolorum principatus commendatio ex triplici conditione. *col.* 403. *num.* 17. Qualis invitatio Apoſtoli ad vinculum caritatis. *col.* 406. *num.* 19. Nudipedes Apoſtolis ſimiles. *col.* 520. *num.* 22. Ab Apoſtolis facta rerum temporalium derelictio admirabilis & univerſalis. *col.* 653. *num.* 2. Quæ inſtar Apoſtolorum a nobis relinquenda. *col.* 654. *& ſeqq. num.* 2. *ac ſeqq.* SS. Apoſtoli Petrus & Paulus quam fuerint ad moriendum pro Chriſto parati. *col.* 659. *num.* 7. Apoſtoli ob excellentiam meriti, & venerabiles ob ſublimitatem dominii. *col.* 664. *num.* 1. Quæ Chriſti veſtigia ſecuti SS. Apoſtoli Petrus & Paulus. *col.* 669. *num.* 7. Iidem SS. Apoſtoli Ethai comparati. *ibi*.
Aquila delectatur ſolem in rota conſpiciens, *col.* 632. *num.* 4.
Arius, Sabellius, Neſtorius, Scripturam non intelligentes totam Eccleſiam commoverunt. *col.* 447. *num.* 41.
Arrogantiæ quatuor ſpecies. *col.* 130. *num.* 98. Prima ſpecies, & quinam ea laborent. *col.* 130. *num.* 99. A nobis non habemus niſi peccata. *col.* 131. *num.* 99. Secunda ſpecies arrogantiæ. *col.* 131. *num.* 100. Tertia ſpecies & antidota. *col.* 132. *num.* 101. Quarta ſpecies. *col.* 134. *num.* 103.
Aſer interpretatur beatitudo. *col.* 956. *num.* 4.
Avaritia quintum peccatum per Angelos punitum. *col.* 623. *num.* 6.
Avarus & cupidus paſcuntur vento. *col.* 666. *num.* 4. Contra avarorum fatuitatem. *ibi*. Avari ſimillimi Draconi. *col.* 667. *num.* 4.
Ave, id eſt, ſine væ. *col.* 640. *num.* 3.
Aureola Virginum, quibus competat. *col.* 127. *num.* 96. Quid aureola Virginum. *col.* 130. *num.* 115.

B

Baptiſmus prima poſt naufragium tabula. *col.* 671. *num.* 1.
Beatitudo quid ſit ſecundum *Bernardum* & *Boetium*. *col.* 629. *num.* 2. Ex Beatorum gloriæ redundantia fient eorum corpora gloriola. *col.* 634. *num.* 5. Beatorum donum triplex. *col.* 817. *num.* 66.
Beneficia Divina tria ſerio recolenda. *col.* 698. *num.* 1. Primum creationis. *col.* 698 *num.* 2. Secundum gubernationis. *ibi*. Tertium reparationis. *col.* 699. *num.* 2.
Bernardus a Quinta Valle B. P. Franciſci ſpiritualis primogenitus. *col.* 1075. in *not. b.*
Berroariorum crudelitas. *col.* 651. *num.* 5.
Berſabee funs ſatietatis Chriſtum ſignificans. *col.* 961. *num.* 9.
Beſtiæ humani ſanguinis avidæ ob dulcedinem. *col.* 161. *num.* 124. Brutorum exempla homines in ſenſibus ſuperantium, & quare. *col.* 631. *& ſeqq. num.* 3. *ac ſeqq.*
Bethſames domus ſolis. *col.* 106. *num.* 77.
Bonarum mentium eſt ibi timere culpam, ubi culpa non eſt. *col.* 324. *num.* XIII.
Bonum bono additum fit majus bonum. *col.* 725. *num.* 5.

C

Caleb interpretatur omne cor. *col.* 457. *num.* 52.
Canticum novum quid. *col.* 112. *num.* 83.
Cantica varia, ſed mala. *col.* 112. *& ſeq.* num. 83. *ac ſeq.*
Caritatis ſinceræ ſignum. *col.* 62. *num.* 38.
Caritati viam facit cor Jeſu lancea vulneratum. *col.* 122. *num.* 90. Caritas proximi conſiſtit in operibus miſericordiæ. *col.* 151. *num.* 116. Nota utile monitum. *col.* 153. *num.* 117. Caritas quaſi ſol illuminans virtutes. *col.* 154. *num.* 118. Quanta Divina caritas erga nos. *col.* 269. *num.* 1. Caritas exhibenda cum affectu, effectu, & ſigno. *col.* 368. *num.* XXIX. Ordo caritatis. *ibi*. Caritas quanto magis ſolvitur, tanto magis debetur. *col.* 396. *num.* 9. Qualis hortatio Apoſtoli ad vinculum caritatis. *col.* 406. *num.* 19. In prædicta hortatione nobis præbetur, materia, forma, finis. *col.* 407. *num.* 20. Caritati reſpondet fruitio in patria. *col.* 424. *num.* 11. Adhortatio ad caritatem directa ad Fratres Minores. *col.* 520. *num.* 22.
Carnis delectabilia ſequentes, ſcil. guloſi, & luxurioſi porcis ſimiles. *col.* 664. *num.* 2. *& ſeq.*
Caſtitatis typus lilium. *col.* 91. *num.* 62. Cur per-

Digitized by Google

per lilium caſtitas figuretur. *col.* 92. *num.* 63. Sex cautelæ ad caſtitatem ſervandam. *col.* 338. *& ſeqq. num.* 1. *ac ſeqq.* Septem modi peccandi contra caſtitatem. *col.* 373. *num.* XXXIV. Caſtitas quadruplex, ejuſque impugnator. *col.* 373. *num.* XXXV. Non eſt vera caſtitas, niſi ex humilitate. *col.* 489. *num.* 103.

Caſus ſemper eſt ſecundum menſuram aſcenſus. *col.* 620. *num.* 2.

Chriſtianus cur comedit. *col.* 182. *num.* 139. A Chriſto nomen trahit. *col.* 517. *num.* 20.

Chriſtiani vocamur a Chriſto, & ideo magnificamur. *col.* 557. *num.* 56. Chriſtianorum ſapientia. *col.* 573. *num.* 71. In vanum quis ſe Chriſtianum confitetur, qui rem talis Nominis per ſanctitatem & modeſtiam non comprobat. *col.* 586. *num.* 82.

Chriſtus vitis vera. *col.* 5. in Prologo. Vitis plantatur, non ſeminatur, ita Chriſtus. *col.* 6. *num.* 1. Chriſti circumciſio vitis præciſio. *col.* 8. *num.* 2. Innocenter patientium in Chriſto ſolatium. *ibi*. Chriſti circumciſio peccatores ad pœnitentiam allicere debet. *col.* 9. *num.* 2. Exinanitio Chriſti præciſio vitis. *col.* 9. *num.* 3. Chriſti paupertas. *col.* 11. *num.* 3. Chriſto patienti ſolæ mulieres adhæſerunt. *col.* 12. *num.* 4. Vitis, qui Chriſtus eſt, circumfoſſio denotat fraudes inſidiantium. *col.* 14. *num.* 5. Item crucifixionem. *col.* 16. *num.* 7. Cor Chriſti potentius amore, quam mucrone vulneratum. *col.* 17. *num.* 7. Cor Jeſu noſtrum eſt, & nobis patet. *col.* 18. *num.* 8. Ideo lancea apertum eſt. *col.* 21. *num.* 10. Varia Chriſti vincula. *col.* 26. *num.* 12. Primum vinculum obedientia. *ibi*. Secundum Virginis ſinus. *ibi*. Tertium in præſepio. *ibi*. Quartum funis, quo fuit ligatus. *col.* 27. *num.* 12. Vinculorum ejus acerbitas. *ibi*. Quintum Chriſti vinculum flagella. *col.* 28. *num.* 13. Sextum corona ſpinea. *col.* 29. *num.* 14. Septimum vinculum & hoc ferreum, id eſt, clavi, quibus affixus eſt cruci. *col.* 31. *num.* 16. Sub capite crucifixo non decet membrum eſſe delicatum. *col.* 34. *num.* 18. Vincula Chriſti quomodo imitanda. *ibi*. Chriſtus an ſpecioſus in paſſione. *col.* 36. *num.* 19. Cur Chriſtus gallinæ ſe comparat. *col.* 40. *num.* 21. Tota vita Chriſti crux & martyrium. *col.* 40. *num.* 22. Jejunium Chriſti. *col.* 41. *num.* 22. Agonia *col.* 41. *num.* 23. Ejus nudatio & crucifixio. *col.* 42. *num.* 24. Chriſtus a variis diverſimode percutitur, & traditur. *col.* 43. *num.* 25. Erga Chriſtum mortuum devota compaſſio. *col.* 45. *num.* 27. Deformitas Chriſti accidentaria fuit. *col.* 47. *num.* 27. Verborum Chriſti vis & energia. *col.* 48. *num.* 27. Chriſti elevatio & extenſio in cruce. *col.* 52. *num.* 30. Chriſtus crucifixus citharæ comparatus. *col.* 53. *num.* 31. Pro inimicis quanto affectu oraverit. *col* 54. *num.* 33. Quomodo imitandus. *col.* 55. *num.* 33. Latronis fides pulchre expenditur, ac Chriſti reſponſum. *col.* 56. *& ſeqq. num.* 34. *ac ſeq.* Crux ſedes Chriſti ſponſalis. *col.* 58. *num.* 35. Compaſſio ejus erga Matrem. *col.* 59. *num.* 36. Chriſti mira munificentia, & liberalitas in paſſione. *col.* 61. *num.* 37. Verba Chriſti: Heli, Heli, lammaſabactani & doloris acerbitatem, non impatientiam teſtantur. *col.* 64. *num.* 40. Derelictio Chriſti in cruce qualiter intelligenda. *col.* 66. *num.* 41. *& ſeq.* Ejus compaſſio in membris. *col.* 68. *num.* 42. Qualis ipſius ſitis in cruce. *col.* 69 *num.* 44. Calix illius paſſionem ſignificat. *col.* 70. *num.* 44. Cur Chriſtus orat a ſe transferri calicem. *col.* 70. *num.* 45. Ejus ſitis amoris indicium. *col.* 71. *num.* 45.

Chriſtus animam Patri commendat noſtræ inſtructionis gratia. *col.* 76. *num.* 49. Quibus hanc commendationem uſurpare liceat. *col.* 77. *num.* 49. Flores in Chriſto, omnes virtutes omnium perfectiſſimæ. *col.* 79. *num.* 51. Chriſti humilitas. *col.* 82. *num.* 54. Hanc Chriſtus verbis, & exemplis docuit. *col.* 87. *num.* 58. Quantum & quare humiliatus. *col.* 88. *num.* 59. Diſtinctio inter hominem & filium hominis. *col.* 89. *num.* 60.

Chriſtus quomodo vermis. *ibi*. Cauſſa tantæ humiliationis in Chriſto. *col.* 90. *num.* 61. Imitanda ejus humilitas. *ibi*. In Chriſto omnia habemus. *col.* 103. *num.* 75. Cor Jeſu caritatis lancea vulneratum viam facit caritati. *col.* 122. *num.* 90. Quam utile loqui de Chriſto. *col.* 146. *num.* 112. Totus eſt Chriſtus Jeſus figendus in corde, qui totus pro nobis eſt fixus in cruce. *col.* 149. *num.* 115. Efficax paræneſis ad lacrymas pro Chriſto fundendas. *col.* 158. *num.* 121. Sanguis Chriſti efficax ad emollienda corda. *col.* 159. *num.* 122. Sanguinis Chriſti ſitis & deſiderium. *col.* 160. *num.* 124. Chriſti omnis vita fuit crux & martyrium. *col.* 163. *num.* 126. Septem ſanguinis Chriſti effuſiones, quarum prima in circumciſione, & ſic ab ejus Nativitate paſſio incipit. *col.* 164. *num.* 127. Secunda effuſio in agonia. *col.* 166. *num.* 128. Tertia in vellicatione genarum. *col.* 168. *num.* 129. Quarta in coronatione. *col.* 169. *num.* 130. Moralis eruditio pro irriſionibus æquanimiter ſufferendis. *ibi*. Quinta effuſio in flagellatione. *col.* 170. *num.* 131. Moralis eruditio pro flagellis patienter toleraudis. *ibi*. Sexta effuſio Sanguinis in foſſione clavorum. *col.* 171. *num.* 132. Chriſtus ſibi non parcit, ut aliis parcat. *col.* 172. *num.* 132. Effuſione ſanguinis oſtendit ardorem caritatis. *ibi*. Septima effuſio in apertione lateris. *col.* 173. *num.* 133.

Chriſtus virtute abſtinentiæ præditus cur. *col.* 175. *num.* 134. An in ea Joannem excelluerit. *col.* 176. *num.* 135. Jeſu nomini olei virtutes adaptantur. *col.* 185. *num.* 142. Sanat, paſcit, & ardet. *col.* 185. *& ſeq. num.* 142. *& ſeq.* Chriſtus, id eſt, unctus. *col.* 186. *num.* 143. Chriſti odor quam potenter mundum traxerit. *col.* 186. *num.* 144. Sed potiſſimum odor Crucifixi. *col.* 187. *num.* 144. Crucifixi odor unde tam potens & efficax. *col.* 188. *num.* 146. Chriſtus inſtar panis bis cocti in ſæculo navigantibus neceſſarius. *col.* 190. *num.* 148. Vox Crucifixi hominem ſuaviter invitantis. *col.* 193. *num.* 150. Quam dulce morari in vulneribus Chriſti. *col.* 194. *num.* 151. Quid a nobis Chriſtus requirat pro hoſtimento paſſionis ſuæ.

Digitized by Google

col. 195. *num.* 152. Memoriæ paſſionis aptata triplex mellis proprietas. *col.* 197. *& ſeq. num.* 152. *ac ſeqq.* Serpens a Moyſe exaltatus typus Chriſti Crucifixi. *col.* 202. *num.* 158. Paſſionis memoria efficax contra tentationes dæmonis. *col.* 204. *num.* 159. Crucis Chriſti fructus varii. *col.* 209. *num.* 164. Botri myſtici grana multa; & primum impletio Scripturarum. *col.* 209. *num.* 165. Granum ſecundum victoria de diabolo. *col.* 210. *num.* 165. Cur Redemptor Deus & homo. *ibi*, Cur Deus per ſe, non per alium nos redemit. *col.* 210. *num.* 166. Utilitas meditationis paſſionis Dominicæ. *col.* 212. *num.* 167. Granum tertium Dominicæ reſurrectionis. *col.* 215. *num.* 170. Aſcenſio Chriſti granum quartum. *col.* 217. *num.* 172. Miſſio Spiritus ſancti quintum granum botri myſtici. *col.* 218. *num.* 173. Fructus vitis Chriſti quomodo comeditur & bibitur. *col.* 219. *num.* 174. Vitis Chriſti quinam in Eccleſia. *col.* 222. *num.* 176. Chriſti Sponſi potus quis. *ibi.* Fervens in Chriſtum amantis animæ reſignatio. *col.* 262. *num.* 5. De impenſiſſimis gratiis Dei Filio agendis ob aſſumptam in utero Virginis naturam humanam. *col.* 287. *num.* 1. Ob ipſam quoque Virginem datam etiam nobis in matrem. *col.* 288. *num.* 1. Ob hoc ſummum maximumque bonum peculiariter, quamlibet indignis. *col.* 288. *num.* 2. Ob ſingularem gratiam vel ipſis peccatoribus datam ſalutandi ſanctiſſimam Dei Matrem. *col.* 289. *num.* 3. Quæ ſunt conſideranda ad ignitam Chriſti Redemptoris dilectionem. *col.* 317. *num.* 6. De Meditatione paſſionis Chriſti. *col.* 321. *num.* 10. Chriſtus pro nobis fecit decem condeſcenſiones. *col.* 383. *num.* 45. Myſterium mortis Chriſti conſideratum poſt paſſionem, in paſſione, ante paſſionem. *col.* 388. *num.* 3. Chriſtus oſtenditur paſſus libere, acerbe, fructuoſe. *ibi.* Chriſti paſſio prædicta quoad tempus, locum, & effectum. *col.* 389. *num.* 3. Chriſtus ſequendus ut Paſtor, ut Dominus, ut Magiſter. *col.* 390. *num.* 4. Nobis proponitur ad meditandum, ad compatiendum, ad imitandum. *ibi.* Mediatoris adventus ſub ratione triplici conſideratus. *col.* 402. *num.* 15. Notantur duo in Chriſti adventu, timoris evacuatio, & ſpei collocatio. *col.* 402. *num.* 16. Triplex reſpirandi ratio Chriſti adventum expectantibus. *ibi.* Sacerdotium Chriſti commendatur a gratiæ unctione, a propitiatione, a mediatione, a donorum largitione. *col.* 403. *num.* 16. Commendatur Chriſti gratia extenſione, largitione, ordinatione. *ibi.* Chriſti commendatio triplex. *col.* 403. *num.* 17. Chriſtus gerit ſtudium inquirentis, affectum patientis, deſiderium indigentis, modum & animum conquerentis. *col.* 404. *num.* 18. Chriſtus ſervum nequam alloquitur ſub duplici ratione increpantis, & improperantis. *ibi.*

Chriſtus deſiderandus, admirandus, imitandus. *col.* 405. *num.* 18. Chriſti nativitas ſub triplici ratione nobis propoſita. *col.* 405. *num.* 19. Chriſtus invitavit Apoſtolos ad perfectionem meriti, & eis prædixit ſublimitatem officii. *col.* 406. *num.* 19. Fontes Salvatoris ſunt Chriſti vulnera. *col.* 420. *num.* 3. Conſilia Chriſti ſenſata, diſcreta, & ſecreta. *col.* 464. *num.* 64. Chriſtus Hierarcha ſumme præcelſus. *col.* 480. *num.* 87. Summe ſenſatus, *col.* 481. *num.* 88. Summe victorioſus. *col.* 481. *num.* 89. Summe largus. *col.* 481. *num.* 90. Summe juſtus. *col.* 482. *num.* 91. Chriſtus dictus a chriſmate, Jeſus a ſalute. *col.* 513. *num.* 17. Chriſtus ab unctione vocatus, Jeſus a ſalute. *col.* 517. *num.* 20. Chriſtus unctus Athletarum inſtar. *ibi.* Macula, libido, & reatus peccati, a quibus Chriſtus extitit liber. *col.* 521. *num.* 23. Chriſtus Dominus aquarum fons. *col.* 537. *num.* 33. Chriſtus traditus tam ſingulariter pro ſingulis, quam generaliter pro omnibus. *col.* 566. *num.* 63. Chriſtum pauperem nemo ſequi poteſt oneratus. *col.* 656. *num.* 5. Exempla cameli, ſimiæ, & cervi. *ibi.* Chriſti veſtigia quinam ſequuntur, *col.* 664. *num.* 2. Chriſti ſequela Apoſtolorum more, facilis, utilis, honorabilis. *col.* 668. *num.* 6. Chriſti veſtigia ſequentium dilatatio. *col.* 669. *num.* 7. Contra detrectantes pati adverſa, ac mori pro Chriſto. *col.* 670. *num.* 8. Quatuor Chriſti ſigna. *col.* 700. *num.* 4. Primum ſignum humilitatis profundiſſimæ. *col.* 700. *num.* 5. Secundum ſignum paupertatis altiſſimæ. *col.* 703. *num.* 6. Tertium ſignum pietatis eximiæ. *col.* 705. *num.* 7. Quartum ſignum caritatis ampliſſimæ. *col.* 708. *num.* 8.

B. Claræ adaptantur quinque apum proprietates. *col.* 714. *num.* 3. Videlicet munditia. *col.* 714. *num.* 4. Sollicitudo laboris, & ſolertia. *col.* 715. *num.* 5. Inſuper apum obedientia. *col.* 717. *num.* 6. Exemplum Eſther Reginæ. *ibi.* Inſuper apum aſperitas. *col.* 717. *num.* 7. Et earumdem dulcedo. *col.* 719. *num.* 8. Auctor Legendæ S. Claræ Alexandrum IV. Pont. Max. alloquitur. *col.* 986. in Prologo. Ordinum tunc novorum utilitas. *ibi.* Proteſtatur ſe geſta ejuſdem Sanctæ ex teſtibus oculatis referre juſſu Pontificis. *col.* 988. Hæc S. Virgo genere nobilis. *col.* 990. *n.* 1. Quam pia ejus mater peperit, Claramque vocari juſſit. *col.* 991. *num.* 2. In puerili ætate ſancte educata. *col.* 991. *num.* 3. Variis claret virtutibus, *col.* 992. *num.* 4. Spherulis precatoriis utitur. *ibi.* Tenella ætate cilicio ſe macerat. *ibi.* Poſtea hortatu S. Franciſci, cui erat familiaris, caſtitatem proponit ſervandam. *col.* 993. *& ſeq. num.* 5. Et vitam perfectiorem amplecti ſtatuit. *col.* 994. *num.* 6. Ac brevi iſtud propoſitum executioni mandans contra minas blanditiaſque conſanguineorum in eo conſtanter perſeverat. *col.* 995. *& ſeqq. num.* 7. *ac ſeqq.* Fama virtutum ejus longe, lateque divulgatur. *col.* 999. *& ſeq, num.* 11. *ac ſeq.* Abbatiſſa humilitate inſignis, amore ſtrictæ paupertatis flagrans. *col.* 1002. *ac ſeq. num.* 13. *& ſeq.* Et in Divina providentia confidens mirabiliter panem & oleum multiplicat, *col.* 1004. *ac ſeqq. num.* 15. *& ſeqq.* Variis afflictationibus corpus ſuum caſtigat. *col.* 1006. *num.* 18. *& ſeq.* Continuo fundit preces, quæ tantæ erant efficaciæ, ut iis Saracenos Monaſterium invadentes fugaverit, & Aſſiſium obſidione liberaverit. *col.* 1009. *& ſeqq.*

Digitized by Google

& seqq. num. 20. *ac seqq.* Ac Agneti Sorori suæ conversionem & constantiam contra vim consanguineorum prodigiose impetraverit. *col.* 1013. *ac seqq. num.* 25. *& seqq.* Ac dæmones expulerit. *col.* 1016. *num.* 28. Erga Sacramentum Eucharistiæ, & Christum præsertim patientem tantus erat Sanctæ affectus, ut in extasim raperetur. *col.* 1017. *& seqq. num.* 29. *ac seqq.* Et signo crucis multos ægros diversis morbis afflictos ad pristinam sanitatem revocaverit. *col.* 1020. *& seqq. num.* 33. *ac seqq.* Subditas suas sollicite erudit, Concionibus instrui curat, easque materna benevolentia regit. *col.* 1022. *& seqq. num.* 41. *ac seqq.* Semel post iteratas preces ad vere pauperem S. Francisci mensam cum eodem & aliis in extasim rapitur. *col.* 1024. *& seqq. num.* 44. *ac seqq.* Et statim redit ad Monasterium, ubi jussu Pontificis benedixit aliquando panes, quibus visibiliter & miro modo signum crucis impressum mansit. *col.* 1027. *& seq. num.* 47. *ac seqq.* S. Claram ægrotantem de cujus morte facta est revelatio cuidam moniali Benedictinæ, invisit Romanus Pontifex, a quo moritura Virgo indulgentiam peccatorum petit. *col.* 1029. *& seqq. num.* 51. *ac seqq.* Et post septemdecim dies sine cibo transactos inter lacrymas subditarum suarum magna cum fiducia ad Dominum migrat. *col.* 1033. *& seqq. num.* 55. *ac seqq.* Celebratis honorifice exequiis Sancta Virgo cum magno populi concursu sepelitur. *col.* 1036. *num.* 58. Variis claret miraculis; nam præter energumenos ab obsessione dæmonis liberatos, alioque ægrotos sanatos, mirabiliter usum oculorum restituit cæco, qui inter multos ægrotos ad tumulum ejus venerat. *col.* 1038. *ac seqq num.* 60. *& seqq.* Insuper sanat manum fractam, puerum curvum, claudum ex utero matris, alioque contractos, vel paralyticos, ac aliis morbis afflictos. *col.* 1042. *& seqq. num.* 67. *ac seqq.* Item quosdam e faucibus luporum prodigiose eripit. *col.* 1045. *ac seqq. num.* 74. *& seq.* In Festo S. Claræ Lectiones novem S. Bonaventuræ. *col.* 1050. *ac seqq.* Item novem in Translatione ejusdem. *col.* 1056. *& seqq.*

In Cœlo fastidium nullum. *col.* 215. *num.* 169.

Cogitationes malæ triplicis generis. Diabolicæ, mundanæ, & carnales. *col.* 93. *num.* 64.

Cogitatio prava sine consensu mentem non polluit. *col.* 95. *num.* 65. Remedia adversus cogitationes malas. *ibi.*

De Concionandi Arte. *col.* 386. *num.* 1. *ac seqq.*

Concionatoris studium circa divisiones, distinctiones, & dilatationes. *ibi.* Debet esse sollicitus, ut doceat, ut delectet, ut flectat. *ibi.* Quid opus facto volenti dividere Scripturæ thema. *ibi.* Divisio intra, vel extra thema assumptum, servanda. *col.* 388. *num.* 3. Qualitati auditorum sermo coaptandus. *ibi.* Distinctio extra procedens ad intrandum in thema. *col.* 389. *num.* 3. Divisiones quare vocantur claves. *col.* 389. *num.* 4. Exordium, narratio, conclusio, Angelicæ salutationis. *col.* 394. *num.* 7. Exempla præmissa, qualiter thema dividatur extra. *ibi.* Qualiter intra. *col.* 394. *num.* 8. Divisio per verba. *ibi.* De Clavibus divisionis Scripturarum iterata mentio. *col.* 398. *num.* 11. Divisio quæ fit in secunda persona. *col.* 399. *num.* 12. Alius dividendi modus per casualia. *col.* 400. *num.* 13. Modernorum mos secandi thema in partes minutiores. *col.* 405. *num.* 19. Tria attendenda in illis verbis: *Fili quid fecisti &c. ibi.* Quæ in illo textu: *Quomodo huc intrasti non habens vestem nuptialem?* considerandа. *col.* 408. *num.* 21. Quæ in alio: *quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? ibi.* Considerationes circa textum: *Evangelizo vobis gaudium magnum. col.* 409. *num.* 22. De arte distinguendi, sive de distinctionibus. *col.* 416. *num.* 28. Distinctio quanto simplicior tanto melior, *col.* 417. *num.* 28.

Consilii Donum. *col.* 457. *num.* 54. Dictinctio ejusdem Doni per triplicem actum proprium. *col.* 458. *num.* 54. Primus Consilii actus, quo erudimur ad discernendum. *col.* 458. *num.* 55. Priusquam aliquid agamus perpendendum, an id liceat, an deceat, an expediat. *ibi.* Secundus Consilii actus, quo sublevamur ad eligendum. *col.* 458. *num.* 56. Tertius Consilii actus, quo expedimur ad progrediendum. *col.* 459. *num.* 67. Dilatatio Consilii secundum dictamen institutarum Divinitus legum. *col.* 460. *num.* 58. Secundum dictamen inspitationum Divinitus factarum. *col.* 400. *num.* 59. Secundum dictamen illustratorum Divinitus hominum. *col.* 461. *num.* 60.

Consuetudo prava obstinationis causa. *col.* 661. *num.* 8. Consuetudo altera natura. *ibi.*

A Contemplationis dulcedine avelli ad negotia molestum. *col.* 122. *num.* 1.

Cor suum qui custodit, bonum castrum custodit. *col.* 307. *num.* 2. Ad præparationem cordis quæ requiruntur. *col.* 315. *num.* III. Primo sensuum ab exterioribus revocatio. *col.* 316. *num.* IV. Secundo propriæ parvitatis consideratio. *col.* 316. *num.* V. Christi Redemptoris ignita dilectio. *col.* 317. *num.* 6. Impudici cordis nuntius est oculus impudicus. *col.* 324. *num.* 13. Cordis varia dispositio diversum format judicium. *col.* 341. *num.* 2. Cor boni Claustralis api comparatum, invidi autem & suspicioni araneæ. *ibi.*

Cor primum vitæ principium. *col.* 686. *num.* 7.

Cor omnium aliorum membrorum principium. *col.* 709. *num.* 9. In corde animæ sedes. *col.* 745. *num.* 6.

Crux Christi sedes sponsalis. *col.* 58. *num.* 35. Tituli crucis explicatio tropologica. *col.* 197. *num.* 152. Crux ex quatuor arborum generibus facta. *col.* 207. *num.* 163. Ligni Crucis explicationes mysticæ. *col.* 208. *num.* 163. Varii fructus Crucis. *col.* 209. *num.* 164. Sola crux via ad cœlum. *col.* 222. *num.* 176. In cellaria regia Dei nonnisi per torcular crucis iter est. *col.* 223. *num.* 176.

Digitized by Google

D

DAlila meretrix quid ſignificet. *col.* 451. *num.* 46.

Quid ſignent cætera, quæ Samſoni per Dalilam contigerunt. *col.* 452. *num.* 46.

Dæmones regnant in perverſis. *col.* 615. *num.* 3. Quid ſit diabolum ſequi. *col.* 667. *n.* 5.

Damnatorum quot lacrymæ, ſed ad iram Divini Judicis placandam inutiles. *col.* 677. *num.* 6. Nunc tempus flendi, confitendi, ſatisfaciendi. *col.* 677. *num.* 7.

David Prophetarum eximius tria petit, ſublimem humiliari, Dominum incarnari, rebellem reconciliari. *col.* 397. *num.* 11. Duo quæ petit in periculo poſitus. *ibi.*

Deſcenſus. Juxta menſuram deſcenſus ſemper eſt aſcenſus. *col.* 702. *num.* 5. Exemplum aquæ tantum aſcendentis quantum deſcendentis. *ibi.* Item exemplum ſedis altiſſimæ Francilco humili paratæ. *col.* 703. *num.* 5.

Deſertum dicitur a deſerendo. *col.* 961. *num.* 9.

Deſideranda quæ. *col.* 302. *num.* 10.

Deus. Secundum Deum primo factus homo, Deus poſtea ſecundum hominem. *col.* 116. *num.* 86 Quanta Deo debeamus. *col.* 138. *num.* 106. Deo ſervire regnare eſt. *col.* 139. *num.* 106. Quanta Divina caritas erga nos, quantaque noſtra vilitas. *col.* 269. *num.* 1. Quare dicatur: *Pater noſter, qui es in cœlis*, cum ſit ubique. *c.* 270. *n.* 4. Quomodo Dei nomen ſuapte natura ſanctum, ſanctificari queat. *col.* 271. *num.* 5. De mundi regno abjiciendo, ſoloque Dei regno quærendo. *col.* 271. *num.* 6. De perfecte adimplendo Divino beneplacito. *col.* 273. *num.* 7. De Sacramentali pane ardentiſſime deſiderando. *col.* 275. *num.* 9. De eodem hodie, ſeu in præſenti, ſemperque petendo, ſpiritualiterque ſaltem ſumendo. *col.* 277. *num.* 10. De venia a Deo petenda. *col.* 279. *num.* 11. ac pro Deo danda inimicis noſtris. *col.* 280. *num.* 12. De exorando Deo, ut nos ſervet a tentationibus. *col.* 281. *num.* 13. Liberetque a malo. *col.* 282. *num.* 14. De Deo ſentiendum altiſſime. *col.* 299. *num.* 2. Piiſſime. *col.* 299. *num.* 3. Sanctiſſime. *col.* 299. *num.* 4. Deo Altiſſimo exhibendum cor humile. *col.* 300. *num.* 5. Piiſſimo cor devotum. *col.* 300. *num.* 6. Sanctiſſimo cor illibatum. *col.* 301. *num.* 7. Ad purgandam animam, placandumque Deum dolor animi de peccatis duos comites habere debet. *col.* 301. *num.* 8. Quæ exercenda ad pietatem Divini cultus. *col.* 304. *num.* 13. In Deo ſumma majeſtas, veritas, bonitas. *col.* 350. *num.* 7. Ad Divina præcepta implenda timore & amore opus eſt. *col.* 352. *num.* 10. Dominus ovibus ſuis promittit gratiam in præſenti, & gloriam in futuro. *col.* 406. *num.* 19. Deus omne bonum approbat, & omne malum reprobat. *col.* 427. *num.* 16. De Deo ſentiendum altiſſime, ſanctiſſime, & piiſſime. *col.* 435. *num.* 27. Sine Deo nihil firmum, vel potens. *col.* 450. *num.* 45. In Deo tantum ſpes hominis collocanda. *col.* 454. *num.* 48. Conſilium Dei certiſſimum, ſecretiſſimum, & optimum. *col.* 465. *num.* 64. Deus cauſſa eſſendi, ratio intelligendi, ordo vivendi. *col.* 473. *num.* 78. Qui ad Deum omnia ſua merita non refert, furti reus. *col.* 589. *num.* 85. Dei imago per primorum parentum peccatum corrupta, non tamen abolita. *col.* 590. *num.* 87. Per Dei gratiam virtus efficaciter bene operandi. *col.* 616. *num.* 4. Gratiæ Dei operantis, & cooperantis neceſſitas. *ibi.* Deus manum tenet ad ſurgendum, ad deducendum, ad ſuſcipiendum. *ibi.* Timendus Dominus per amorem, & timorem. *ibi.* Siniſtra tenet nos Dominus per timorem, dextera per amorem. *ibi.* Quem Dominus non tenebit ad gloriam, diabolus tenebit ad gehennam. *col.* 617. *num.* 4. Dei domus eſt noſter animus, qui debet eſſe per omnia mundus. Et quam turpe ſi non foret. *col.* 642. *num.* 4. Dominus in omnibus magis ponderat affectum quam cenſum. *col.* 652. *num.* 1. Deum multi non orant, ſed blaſphemant. *col.* 674. *num.* 3. A Dei ſervitio abſtrahere quantum malum. *col.* 677. *num.* 7. Exemplum Prætextatæ nobiliſſimæ feminæ Romanæ. *ibi.*

Diſpas, ſive ſiti interficiens, *col.* 961. *num.* 9.

De Dono Timoris Dei. *col.* 425. *& ſeqq. num.* 13. *ac ſeqq.* De Dono Pietatis. *col.* 434. *& ſeqq. num.* 25. *ac ſeqq.* De Dono Scientiæ. *col.* 442. *& ſeqq. num.* 36. *ac ſeqq.* De Dono Fortitudinis. *col.* 450. *& ſeqq. num.* 44. *ac ſeqq.* De Dono Conſilii. *col.* 457. *& ſeqq. num.* 54 *ac ſeqq.* De Dono Intellectus. *col* 466. *& ſeqq. num.* 65. *ac ſeqq.* De Dono Sapientiæ. *col.* 484. *& ſeqq. num.* 93.

E

ECce nota admirationis. *col.* 653. *num.* 2.

Eccleſia in Jeſu nomine fundata nullo tempore ruitura. *col.* 552. *num.* 49.

Elevationes tres maiæ penitus fugiendæ. *col.* 736. *num.* 6. Elevatio ex conſideratione boni exterioris. *ibi.* Quam vanum de carnis nobilitate gloriari. *ibi.* Quam vanum de formæ pulchritudine gloriari. *col.* 738. *num.* 7. Quam vanum gloriari de divitiis. *col.* 739. *num.* 8. Exempla Pharaonis, Nabuchodonoſoris, & Antiochi. *ibi.* Exempla item Neronis, Caii, Domitiani, & aliorum. *col.* 740. *num.* 8. Elevatio ex conſideratione boni interioris. *col.* 740 *num.* 9. Elevatio ex conſideratione boni ſuperioris, *col.* 741. *num.* 10.

Emmanuel, id eſt, Nobiſcum Deus. *col.* 534. *num.* 31.

Eſther, id eſt, præparata. *col.* 643. *num.* 5.

Euchariſtiæ inſtituendæ triplex ratio. *col.* 765. *& ſeqq. num.* 4. *ac ſeqq.* Corpus Chriſti medicamentum triplicis corruptionis per originale peccatum invectæ. *col.* 768. *num.* 13. Mel Corpus Chriſti dulce. *ibi.* Ficus dulce Corpus Chriſti. *ibi.* Fructus item benedictus. *col.* 769. *num.* 13. Circa ſacrificium

Digitized by Google

Altaris tria notanda. *col.* 775. *num.* 19. Divisio triplex excellentiæ Corporis Christi. *col.* 780. *& seqq. num.* 25. *ac seqq.* Distinctio Christi liberalitatis in hoc Sacramento quoad tria, scil. quoad magnitudinem doni, & hujusmodi doni sex gradus. *col.* 787. *num.* 29. *& seqq.* Quoad nobilitatem dantis. *col.* 790. *num.* 37. Quoad utilitatem accipientis. *col.* 791. *num.* 38. Distinctio trium rationum, cur humanæ naturæ corruptio cibum hunc exigebat. *col.* 791. *& seqq. num.* 39. *ac seqq.* Distinctio qua humanæ naturæ conditio tripliciter consideratur ut indigens triplici cibo. *col.* 794. *num.* 43. Tria consideranda circam formam donationis, qua datur Corpus Domini velatum. *col.* 796. *num.* 47. Distinctio quadruplicis rationis ad probandum hoc velamen. *col.* 797. *& seqq. num.* 47. *ac seqq.* Distinctio triplicis rationis cur datur velatum sub specie panis. *col.* 807. *num.* 55. Distinctio triplicis rationis, cur Corpus Domini datur velatum sub specie panis triticei tantum. *col.* 813. *num.* 62. De mirabilibus in consecratione Corporis Domini. *col.* 818. *num.* 67. Dilatatio primi mirabilis, quod sub specie panis est verum Christi Corpus. *col.* 819. *num.* 68. Dilatatio secundi mirabilis, quod tota substantia panis mutatur in Corpus Christi in consecratione Sacramenti. *col.* 825. *num.* 71. Dilatatio tertii mirabilis, quod mutatur in Corpus Christi tota substantia panis, ita ut maneant accidentia sine subjecto. *col.* 827. *num* 75. Triplex similitudo transubstantiationis. *col.* 828. *num.* 75. Versus de conversione panis in Corpus Christi. *col.* 830. *num.* 78 Divisio in alia tria mirabilia. *col.* 832. *num.* 80. Distinctio triplicis rationis. *ibi*, & *col.* 833. *ac seqq. num.* 81. *& seqq.* Tres aliæ rationes, quod Corpus Christi sit in pluribus locis. *col.* 835. *& seqq. num.* 54. *ac seqq.* Divisio in tria ultima mirabilia. Primum mirabile, quod Corpus Domini, dum manducatur, non minuitur. *col.* 838. *& seqq. num.* 88. *ac seqq.* Secundum mirabile, quod si non manducatur quodammodo minuitur. *col.* 841. *num.* 92. Tertium mirabile, quod dum manducatur a fidelibus, tunc augmentatur. *col.* 842. *num.* 94. De primo præparationis modo ob dignitatem Corporis sacri. *col.* 844. *num.* 96. Distinctio præparationis per tria. *col.* 845. *num.* 96. Prima præparatio per fidei plenitudinem. *ibi*. Secunda per munditiæ magnitudinem. *col.* 845. *num.* 97. Tertia per orationis devotionem. *col.* 847. *num.* 98. De secundo præparationis modo ob hostiam panis. *col.* 848. *num.* 99. De tertio præparationis modo ex figura Agni Paschalis. *col.* 850. *num.* 100. Sumentes indigne Eucharistiæ Sacramentum. *col.* 857. *num.* 108. Distinctio in trium hominum genera, in malevolos, hypocritas, & præsumptuosos. *col.* 858. *& seqq. num.* 108. *ac seqq.* Divisio trium malorum, quæ sequuntur indigne communicantes, vel celebrantes. *col.* 862. *num.* 111. Primum malum magna culpa. *col.* 862. *num.* 112. Secundum malum magna Dei offensa. *col.* 864. *num.* 113. Tertium malum multiplex plaga. *col.* 865. *num.* 114. Contra has plagas distinctio triplicis remedii. *col.* 867. *num.* 118. Divisio trium circa spiritualem manducationem considerandorum. *col.* 869. *num.* 119. Distinctio personarum, incipientium, proficientium, perfectorum. *ibi*. De incipientibus. *col.* 869. *num.* 121. De spiritualiter Christum esurientibus. *col.* 870. *num.* 122. De spiritualiter manducantibus, & masticantibus totum Christum. *col.* 871. *num.* 123. De delectantibus in spirituali manducatione. *col.* 872. *num.* 124. Dulcedo spiritualis opposita dulcedini temporali. *col.* 873. *num.* 125. De triplici effectu in hujusmodi manducatione Corporis Domini. *col.* 874. *num.* 126. De multitudine malorum non communicantium. *col.* 876. *num.* 128. De infidelibus, de negligentibus, & de contemnentibus. *col.* 877. *num.* 129. De felicitate digne communicantium. *col.* 878. *num.* 130. De modo manducationis digne manducantium. *col.* 879. *num.* 131. Quod nos in Corpus Christi mutamur. *col.* 880. *num.* 131. Divisio trium miseriarum nostrarum generalium, quæ sunt vincula culpæ, defectus gratiæ, mortis plagæ. *col.* 882. *num.* 133. Distinctio quadruplicis languoris. Primus languor ex dæmonis tentatione. *col.* 883. *num.* 134. Secundus languor ex fomitis repugnatione. *col.* 884. *num.* 134. Tertius ex cordis macula. *ibi*. Quartus ex Creatoris offensa *ibi*. Quatuor primi fructus Dominici Corporis contra prædicta quatuor mala. *col.* 884. *num.* 135. Quatuor secundi fructus Corporis Christi. *col.* 888. *num.* 138. Divisio in quatuor alios nostros languores. *col.* 892. *num.* 142. Primus languor, qui est debitum mortis æternæ. *col.* 892. *num.* 143. Secundus languor, qui est defluxus vitæ bonæ. *ibi*. Tertius, qui est exilium mundanæ miseriæ. *ibi*. Quartus, qui est incineratio corporalis materiæ. *col.* 893. *num.* 143. Tertii quatuor fructus Dominici Corporis Christi contra quatuor prædictas plagas mortis. *col.* 893. *num.* 144. Primus fructus, qui ab æterna morte liberat. *ibi*. Secundus, qui merita bonæ vitæ multiplicat. *col.* 894. *num.* 144. Tertius, qui ad patriam vitæ deducit. *ibi*. Quartus, qui ad æternam vitam corpus resuscitat. *col.* 895. *num.* 144 Tria in primo effectu principali. *col.* 897. *num.* 146. Tria in secundo effectu principali. *col.* 898. *num.* 147. Tria in tertio effectu. *col.* 899. *num.* 148. Eucharistico cibo ad tria bona confortamur. *col.* 900. *num.* 149. Dominici Corporis effectus secundum tria ejus nomina. *col.* 901. *n.* 150. Tres effectus secundum primum nomen veri panis. *col.* 902. *num.* 151. Alii tres secundum nomen Sacrificii Altaris. *col.* 903. *num.* 152. Tres item effectus secundum nomen Sacramenti caritatis. *col.* 906. *num.* 152. Virtute Corporis Christi homo in tribus assimilatur Deo. *col.* 907. *num.* 153. Divisio aliorum trium effectuum secundum tria alia nomina. *col.* 909. *num.* 154. Triplex effectus secundum nomen medicinæ spiritualis. *col.* 910. *num.* 155. Secundum nomen, quo dicitur manna. *col.* 911. *num.* 156. Secundum nomen Eucharistiæ. *col.* 912. *num.* 157. Distinctio triplicis consi-

Digitized by Google

derationis, ſcil. pretioſitatis magnæ. *col.* 914. *& ſeq. num.* 157. *ac ſeq.* Tanti pretii dandi, & de magni debiti neceſſaria ſolutione. *col.* 916. *num.* 161. De magni amoris demonſtratione. *col.* 917. *num.* 161. De magni boni perditi recuperatione. *col.* 918. *num.* 161. Tria ſpectanda in magnitudine virtutis Dominici Sanguinis. *col.* 920. *num.* 162. Diſtinctio triplicis rationis. *col.* 922. *num.* 165. Diſtinctio triplicis exercitus. *col.* 921. *num.* 164. Diviſio trium modorum conſiderandi Sanguinem Chriſti. *col.* 926. *num.* 166. Quare hoc Sacramentum datur ſub ſpecie duplici. *col.* 926. *num.* 167. Quare populus non accipit Sanguinem ſub ſpecie vini, ſicut Sacerdos? Ratio triplex. *col.* 929. *num.* 168. De utilitate Sanguinis Chriſti. *col.* 932. *num.* 169. Tres modi, quibus Sanguis ſic ſumptus conſiderari poteſt. *ibi.* Diſtinctio triplicis effectus, ut eſt vinum ſpirituale. *col.* 934. *num.* 171. Ut eſt myſterium Eccleſiæ. *col* 935. *num.* 172. Tertia conſideratio Sanguinis Chriſti, ut præter Sacramentum a fidelibus ſpiritualiter ſumitur. *col.* 937. *num.* 173. Tria circa hoc inquirenda. *ibi.* Quæſtio prima de loco. *col.* 937. *num.* 174. Quæſtio ſecunda de uſu. *col.* 938. *num.* 175. Quæſtio tertia de ſuavitate gratiæ ex uſu. *col.* 939. *num.* 175. Diſtinctio triplicis ſuavitatis. *ibi.* De roſis caritatis. *ibi.* De liliis caſtitatis. *col.* 940. *num.* 176. De violis humilitatis. *ibi.* De ortu frondium bonorum, & dulcium eloquiorum in anima. *col.* 940. *num.* 177. Diſtinctio triplicium foliorum. *col.* 941. *num.* 177. De ortu fructuum bonorum operum. *col* 942. *num.* 178. Diviſio triplicis potus Sanguinis Chriſti. *col.* 942. *num.* 179. De potu Sacramentali, qui a ſolis Sacerdotibus ſumitur. *col.* 943. *num.* 180. De tribus generibus hominum peccantium in Sanguinem Chriſti. *col.* 944. *num.* 182. Tria bona ex dulcedine Sanguinis Chriſti manantia. *col.* 946. *num.* 182. De potu ſpirituali, qui ab omnibus ſalvandis ſumitur de paſſionis pia meditatione. *col.* 947. *num.* 183. Alia diviſio triplicis fructus bonorum operum. *ibi.*

In Corporis Chriſti communione ſex figuræ comprehendentes ſex Divinæ miſericordiæ effectus. *col.* 954. *& ſeqq. num.* 2. *ac ſeqq.* Conditiones quæ ad Euchariſtiam digne offerendam, & recipiendam exiguntur. *col.* 958. *num.* 7. Aliæ quatuor conditiones ad hoc digne ſuſcipiendum Sacramentum. *col.* 960. *num.* 8 Prima de fugienda mundi conſolatione. *col.* 960. *num.* 9. Secunda de ingredienda ab vocatis vitæ rectæ Religione. *col.* 961. *num.* 9. Tertia de habenda Prælatorum ſubjectione. *ibi.* Quarta de habenda Dei ad profectum excitatione. *col.* 962. *num.* 9. Qui digne ad hoc Sacramentum accedit, vacuus non recedit. *ibi.* Alii quatuor effectus hujus Diviniſſimi Sacramenti. *col.* 962. *num.* 10. Primus confortat ad actionem. *ibi.* Secundus ſublevat ad contemplationem. *col* 963. *num.* 10. Tertius diſponit ad revelationem. *ibi.* Quartus animat ad contemptum mundi, & cœleſtium bonorum deſiderationem. *col.* 964. *num.* 10. Favo mellis Sacramentum Domjnici Corporis deſignatur. *col.* 964. *num.* 11. Quatuor neceſſaria ut quis digne ad hoc Sacramentum accedat, ſcil. conatus meliorationis, victoria tentationis, patrocinium B. M. Virginis, & præſidium illuminatæ meliorationis. *col.* 965. *& ſeq. num.* 11. Digne ad hoc Sacramentum accedens tria accipit bona, & primo illuminationem rationalis ad cognoſcendum ſummum verum. *col.* 967. *num.* 12. Secundo incitamentum concupiſcibilis ad quærendum ſummum bonum. *col.* 968. *num.* 12. Tertio robur ad eradicandum omne malum. *ibi.* Dilatatio quartæ figuræ quæ eſt Agnus Paſchalis. *col.* 969. *num.* 13. Qualis debet eſſe ſumens Chriſti Corpus, ante acceſſum, in acceſſu, ac poſt acceſſum, qualemque recipiat fructum. *ibi.* Quatuor ante acceſſum requiſita. *ibi.* Quatuor in acceſſu. *col.* 972. *num.* 14. Quatuor fructus poſt acceſſum. *col.* 973. *num.* 15. Dilatatio quartæ figuræ, quæ eſt theſaurus cœleſtis. *col.* 974. *num.* 15. Quatuor in Chriſto theſauri ſub Sacramenti velamento abſconditi. *col.* 975. *num.* 16. Quatuor de hoc theſauro abſcondito ſub velamento panis & vini rationes. *col.* 976. *num.* 17. Dilatatio ſextæ figuræ, quæ eſt manna. *col.* 980. *num.* 18. Quadruplex hujus Diviniſſimi cibi conditio. *ibi.* Quatuor facienda, ut quis ad Euchariſtiæ effectus pertinea. *col.* 983. *num.* 19. Anacephalæoſis prædictorum. *col.* 984. *num.* 20.

F

FAtuus qui poteſt fodere aurum, fodit autem lutum. *col.* 434. *num.* 25.

Ad Feſta. *Vid.* Ad Sanctorum feſta.

Fides. Ex Fidei defectu vitia fere omnia naſcuntur. *col.* 203. *num.* 157. Sola fides perfecta placet Deo, *col.* 203. *num.* 159. Quæ prima fidei fundamenta. *col.* 351. *num.* 9.

Fidei reſpondet aperta viſio, ſpei tentio, caritati fruitio in patria. *col.* 424. *num.* 11. Articuli fidei ſunt columnæ ædificii Eccleſiaſtici. *col.* 553. *num.* 50. Articuli alii Jeſu Chriſti humanitatem, alii ejus Divinitatem reſpicientes, *col.* 554. *num.* 52. Eos oportet credere, non humana ratione ſcrutari. *ibi.* Divinis operibus admiratio adhibenda, non credulitas abneganda. *ibi.* Non ſufficit, ut quis credat Deum vivum, niſi confiteatur & mortuum. *ibi.* Ne quemquam offendat paſſionis, ac mortis auditus, ipſum lætificet per ſanguinem obtentus triumphus. *col.* 555. *num.* 54. Vitam manifeſtat ſenſus & motus: & fidei credulitatem ſenſus cognitionis, & affectus dilectionis. *col.* 556. *num.* 55. Fidei veritas non conſiſtit in exterioti vita, ſed in vera doctrina. *col.* 626. *num.* 7.

Fortis non eſt, qui mala ſuſtinet; ſed qui ſuſtinet, & gaudet. *col.* 742. *num.* 1.

Fortitudo & conſtantia boni propoſiti in adverſis, & proſperis. *col.* 101. *num.* 73. De Fortitudinis dono. *col.* 450. *& ſeqq. num.* 44. *ac ſeqq.*

S. P.

Digitized by Google

S. P. Franciſci quæ humilitas. *col.* 242. *num.* 20. in *not. g.* Paupertatis cultor. *col.* 462. *num.* 61. Triplex S. P. Franciſci translatio. *col.* 688. *num.* 1. Prima ſpiritualis a culpa ad gratiam. *ibi*. Secunda æternalis a miſeria ad gloriam. *col.* 689. *num.* 1. Tertia illius Corporis ab una Eccleſia ad aliam. *ibi*. De ſanctitate ejus in vita. *col.* 690. *num.* 3. Revelationem habuit de peccatorum ſibi facta remiſſione. *ibi*. Sanctitas illius ex perfecta obſervantia Divinorum omnium conſiliorum. *col.* 692. *num.* 4. Par Apoſtolis in vita & in meritis, ſic & in præmiis, & in gloria. *col.* 693. *num.* 4. Viſio ſedis altiſſimæ in Cœlis humillimo S. P. Franciſco ſervata. *col.* 694. *num.* 4. *ac col.* 703. *num.* 5. Multitudo, & magnitudo miraculorum ejus per mundum univerſum. *col.* 696. *num.* 5. Majus teſtimonium operum ejus, quam verborum. *ibi*. S. P. Franciſcus cœlo comparatus. *col.* 697. *num.* 5. Tres Divinæ perſonæ ſervo ſuo Franciſco teſtimonium perhibuerunt. *ibi*. Quatuor Chriſti ſigna in Franciſco renovata. *col.* 700. *num.* 4. Primum ſignum humilitatis profundiſſimæ. *col.* 800. *num.* 5. Et hinc in Franciſco Chriſti humilitas renovata. *col.* 701. *num.* 5. Secundum ſignum paupertatis altiſſimæ. *col.* 703. *num.* 6. Tertium ſignum pietatis eximiæ. *col.* 705. *num.* 7. Quartum ſignum caritatis ampliſſimæ. *col.* 708. *num.* 8. In anima Franciſci maximus exarſit amor, & in tantum redundavit, ut Chriſti ſtigmatibus fuerit conſignatus. *col.* 711. *num.* 10. Vita S. Franciſci, qui primum Joannes a matre vocatus, dein Franciſcus a Patre. *col.* 1066. *num.* 1. Miſeratio ejus ad pauperes liberalis. *col.* 1067. *num.* 2. Sponſio ipſius firma, ſe nihil pro Dei amore poſſibilia petentibus negaturum. *ibi*. Prolixus ejuſdem languor, ac lumen inde obtentum. *ibi*. Miſeratio ipſiuſmet utcunque ſanati erga nobilem Militem, ſed pauperem. *col.* 1067. *num.* 3. Mirifica ejus viſio. *col.* 1068. *num.* 3. Solitaria loca quærebat amica mœroribus. *ibi*. Chriſti cruci ſuffixi facta ipſi apparitio. *col.* 1068. *num.* 4. Omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro Chriſti dilectione quaſi nihil deſpexit. *ibi*. Ejus ante Crucifixi imaginem oratio. *col.* 1069. *num.* 5. Vox inde ter audita de domo Dei reparanda. *ibi*. Oblata ab ipſomet pecunia ad reparationem ſacræ ædiculæ, & ad pauperum ſubſidium. *col.* 1070. *num.* 6. Furor Patris in eum adeo liberalem excitatus. *ibi*. Irriſus tanquam fatuus, ſed ad omnia ludibria velut ſurdus. *col.* 1071. *num.* 6. Male habitus a Patre, ſed fruſtra. *col.* 1071. *num.* 7. Coram Aſſiſienſi Antiſtite, quaſi ſpiritu ebrius, paſſus eſt ſe nudari pro amore ejus, qui nudus in cruce pependit. *ibi*. Mundi contemptor in medio nemorum, occurrentibus ſibi latronibus, laudes Domino Gallica lingua canit. *col.* 1072. *num.* 8. Leproſis obſequitur, neque ab eorum ulceribus contrectandis abhorruit, quin & oſculari in deliciis habuit. *ibi*. Humilitate fundatus, ac paupertate dives, reparationi prædictæ ædiculæ incubuit. *col.* 1073. *num.* 9. Alias duas quoque ſacras ædes reſarcire curavit. *ibi*. Quid triplicis fabricæ reparatio portenderet. *ibi*. Aſſiduus præcipue in ea B. M. Virginis, ubi & ſpiritum Evangelicæ veritatis hauſit. *col.* 1074. *num.* 10. Ejus veſtitus omnino ad Apoſtolicæ rectitudinis regulam. *ibi*. Vi flammea ſpiritus Chriſti totus accenſus, ut alter Elias. *col.* 1074. *num.* 11. Mira in eo ſermonis ad perſuadendum, atque ad emollienda corda efficacia. *ibi*. Fratres Minores humilitatis cauſſa ab ipſo vocati. *col.* 1075. *num.* 11. Senarius numerus Sociorum ejus. *col.* 1075. *num.* 12. Certior factus de omnium penitus peccatorum ſuorum remiſſione. *col.* 1076. *num.* 12. Auctо ejus ſenario Sociorum numero uſque ad duodenarium, adiit Apoſtolicæ Sedis præſentiam, Regulæ approbationem impetraturus. *ibi*. Quam Innocentius hujus nominis III. cœleſti viſione admonitus primo confirmavit. *col.* 1077. *num.* 13. S. P. Franciſcus labentis Eccleſiæ columen. *ibi*. Innocentius III. poſt approbatam S. Franciſci Regulam, dedit ei de pœnitentia prædicanda mandatum, cuncta petita conceſſit, ac plura ſe conceſſurum ſpopondit. *col.* 1078. *num.* 13. Orta cum Sociis quæſtio, an inter homines converſari, an vero potius ad ſolitaria loca ſe recipere oporteret, per revelationem dirempta. *col.* 1078. *num.* 14. Ad derelictum prope Aſſiſium tugurium una cum Sociis ſe contulit, ad normam arctiſſimæ Regulæ jam confirmatæ victurus, ac verbum Dei prædicaturus. *ibi*. Mirabilis alia Viſio deſcribitur. *col.* 1079. *num.* 15. Moricus Crucifigerorum Ordinis miraculo Servi Dei ſanatus, novo ejus cœtui adjunctus. *col.* 1080. *num.* 16. Presbyter quoque Aſſiſienſis, Silveſter nomine, triplici Viſione invitatus, eidem acceſſit. *col.* 1081. *num.* 17. Ipſimet adſcribi petiit alter nomine Pacificus alia Viſione vocatus. *col.* 1082. *num.* 18. Servi Dei vitæ genus perquam auſterum. *col.* 1084. *num.* 19. Vigil ejus cura in cuſtodiendo caſtitatis theſauro. *col.* 1085. *num.* 20. Ad extinguendum concupiſcentiæ fomitem foveam glacie aut nive plenam ſe plerumque mergebat. *ibi*. Ejus fletus continuus ad infirmitatem uſque oculorum. *col.* 1086. *num.* 21. Humilitatis cultor præcipuus. *col.* 1086. *num.* 22. Palam ſe fatebatur inter peccatores maximum. *ibi*. Studebat in ſe latentes defectus prodere, dona vero gratiæ prorſus occulere. *col.* 1087. *num.* 22. Socio itineris, quamtumvis ſimplici, obedientiam ſpondere ſolemne habuit. *ibi*. Paupertatem ſibi deſponſavit, ac præ cæteris adamavit. *col.* 1087. *num.* 22. Oculus ejus columbinus & ſimplex, puraque in Deum intentio. *col.* 1089. *num.* 23. Ratione primævæ originis creaturas omnes, ut ut minimas, fratris vel ſororis nominibus nuncupabat. *ibi*. Illas potiſſimum diligebat, quæ manſuetudinem Chriſti præferrent. *ibi*. Tam animantia quam ſenſu carentia ipſi parebant. *ibi*. Inſignis ejus pietas & caritas erga pauperes & infirmos, in quibus Chriſti perſonam ſpectabat. *col.* 1089. *num.* 24. Omnibus expoliabat ſe, vel Altaria ipſa, ut egentibus opem ferret. *col.* 1090. *num.* 24. Ardentiſſimus ejus

Digitized by Google

ejus zelus fraternæ ſalutis. *col.* 1090. *num.* 25. Ferventiſſima ipſius in Deum caritas. *col.* 1091. *num.* 26. Orationi intentus, & extra ſe raptus. *col.* 1092. *num.* 27. Ad ſolitudines, Eccleſiaſque derelictas, noctu oraturus, confugiens. *col.* 1092. *num.* 28. Conflictationes dæmonum paſſus, eorumque victor. *ibi*. Sublevatus a terra, ac nubecula fulgente circumdatus. *ibi*. Ejus ſurſum actiones, patefactioneſque ipſi factæ Divinæ Sapientiæ. *col.* 1093. *num.* 29. S. Antonii ſermo mellifluus de titulo crucis in Provinciali Capitulo Arelatenſi, & apparitio S. P. Franciſci, quantumvis longe abſentis in eo ſermone mirabiliter facta. *col.* 1093. *num.* 30. Prophetico ſpiritu prænoſcit unum ex Fratribus in Capitulo refractarium, ipſumque ad obedientiam, pœnitentiamque reducit. *col.* 1094. *num.* 31. Propheticus ejus ſpiritus, & virtus, in agnoſcenda, depellendaque gravi unius ex ſuis Sociis tentatione. *col.* 1094. *num.* 32. Chartula ab ipſo ſcripta mirabilium operatrix. *col.* 1095. *num.* 32. Mulieri cuidam nobili, ac Deo devotæ, virum crudelem, ac in Dei ſervitio adverſarium habenti, ejus reſipiſcentiam prædicit. *col.* 1095. *num.* 33. Cognitam habet Præbendarii cujuſdam infirmi, ad ipſum infirmum delati, vitam fœde tranſactam, eidemque impetrata mox ſanitate prædicit redituro ad vomitum Divinam ultionem. *col.* 1096. *num.* 34. Militi ſano ac forti, qui eum ad prandium coegerat, prædicit mortem mox futuram, ne imparatus obiret. *col.* 1096. *num.* 35. Mos orandi S. P. Franciſci ante cibi ſumptionem. *ibi*. Obedientia ab ipſis elementis S. P. Franciſco præſtita. *col.* 1097. *num.* 36. Ejus ad ignem velut ad fratrem locutio. *col.* 1098. *num.* 36. Mira ignis obedientia. *ibi*. Miraculum aquæ in vinum converſæ. *col.* 1098. *num.* 37. Sitienti aquam de ſaxo duriſſimo precibus impetravit. *col.* 1099. *num.* 38. Navicula nullo ducta remige ejus votis deſerviens. *col.* 1099. *num.* 39. Devaſtatio grandinum, luporumque infeſtatio, ejus interceſſione ceſſarunt. *col.* 1100. *num.* 40. Aviculis prædicat, miro modo ejus ſermoni plaudentibus. *col.* 1100. *num.* 41. Quidam a Deo miſſus, ut ejus in mari neceſſitati ſuccurreret. *col.* 1101. *num.* 42. Parva, quæ Servo Dei ſupererat, annona, pro alendis nautis a Deo multiplicata. *col.* 1102. *num.* 42. Obſcura nox, ad ejus verbum, ipſi ac Socio in claram lucem verſa. *col.* 1102. *num.* 43. Anacephalæoſis, ſive brevis prædictorum repetitio. *col.* 1103. *num.* 44. Oranti in Monte Alvernæ apparuit quaſi ſpecies unius Seraph alati inſtar Crucifixi. *col.* 1104. *num.* 45. Mirabiliter facta ipſi ſacrorum Stigmatum impreſſio. *col.* 1105. *num.* 46. Eorum deſcriptio. *col.* 1105. *num.* 47. Teſtes eorumdem longe locupletiſſimi. *col.* 1106. *num.* 47. Vir Deo plenus mox minime auſus Domini revelare ſecretum; ſed poſtea non ſine timore adactus de eo aliqua ſibi intimioribus reſerare. *col.* 1106. *num.* 48. Quo magis vir humilis ea occulere conabatur, tanto magis per Dei miracula prodebantur. *col.* 1107. *num.* 49. Miraculum primum. *ibi*. Miraculum alterum. *col.* 1107. *num.* 50. Alia miracula. *col.* 1108. *num.* 51. Duo ſingulari commemoratione digna, unum apud Ilerdam. *ibi*. Aliud apud Potentiam. *col.* 1108. *num.* 52. Eximiæ Servi Dei virtutes, quæ adeo ſingulare privilegium promeruerunt. *col.* 1109. *num.* 53. Alii Stigmatum teſtes fide digniſſimi. *ibi*. Incendium ejus amoris in Deum & proximum. *col.* 1110. *num.* 54. Velut alter Angelus ab ortu ſolis aſcendens. *ibi*. Ejus deſiderium ſicut a principio leproſis inſerviendi. *ibi*. Ipſius perfecta patientia. *col.* 1110. *num.* 55. Pœnales anguſtias vocabat ſorores ſuas. *col.* 1111. *num.* 55. Sui obitus præſcius ad Sanctam Mariam de Portiuncula ſe deferri popoſcit. *col.* 1111. *num.* 56. Super nudam humum ſe totum nudatum depoſuit, tecto ſiniſtra manu dextro lateris vulnere. *ibi*. Ejus hortationes ad Divinum amorem, Chriſti paupertatem, ac Crucifixi perfecte ſequenda veſtigia. *col.* 1112. *num.* 57. Forma benedictionis, quam Fratribus præſentibus, & abſentibus impartivit. *ibi*. Poſt lectum ſibi Evangelium ejus obitus in Domino. *col.* 1112. *num.* 58. Viſio migrantis ejus Animæ ſub ſpecie ſtellæ præfulgidæ. *ibi*. Viſio altera, & Viſio tertia. *col.* 1113. *num.* 59. Multis fulget miraculis. *col.* 1114. *num.* 60. Vel in diverſis mundi partibus. *col.* 1114. *num.* 61. Miraculum obtentum a Matre S. Bonaventuræ Minoris Legendæ Scriptoris. *ibi*.

Veritas Stigmatum Seraphici P. Franciſci comprobatur contra nuperum Scriptorem ſub larva Itali ea negantem · *col.* 1117. in *not. e. ac col.* 1121. in *not. a.* Dictum. B. P. Franciſci. *col.* 1139 *num.* 16. Aliud ejuſdem dictum. *col.* 1139. *num.* 17.

Furtum ſex modis committitur. *col.* 374. *num.* 36.

G

GRatiæ ortus; uſus, ac fructus. *col.* 419. *num.* 1. Ortus gratiæ per Verbum incarnatum. *col.* 419. *num.* 2. Per Verbum crucifixum. *col.* 420. *num.* 3. Per Verbum inſpiratum. *col.* 420. *num.* 4. Fides incarnationis & paſſionis ad gratiam neceſſaria. *ibi*. Uſus gratiæ fidelis ad Deum. *col.* 421. *num.* 6. Uſus gratiæ liberalis ad proximum. *col.* 422. *num.* 7. Primus fructus gratiæ remiſſio culpæ. *col.* 423. *num.* 8. Niſi per gratiam peccatum nequit deleri. *ibi*. Secundus gratiæ fructus plenitudo juſtitiæ. *col.* 423. *num.* 9. Gratiæ neceſſitas. *col.* 424. *num.* 9. Tertius gratiæ fructus aſſecutio vitæ æternæ. *col.* 424. *num.* 10. Triplex gratia, curans, corroborans, conſummans. *col.* 424. *num.* 11. Per gratiam Dei virtus efficaciter bene operandi. *col.* 616. *num.* 4. Gratiæ operantis, & cooperantis neceſſitas. *ibi*. Niſi per gratiam infuſam non fit expulſio culpæ. *col.* 691. *num.* 3. Gratiæ conſummatæ munus eſt omnem culpam mortalem ac venialem

Digitized by Google

lem ab anima pellere. *ibi.* Gratia quid ſit. *col.* 791. *num.* 38.
S. Gregorii Nazianzeni viſio: *col.* 489. *num.* 103.
Guloſi & luxurioſi porcis ſimiles: *col.* 664. *num.* 3.

H

HAilon interpretatur inquiſitio vitæ: *col.* 968. *num.* 12.
Hæretici Scripturam non intelligentes totam Eccleſiam commoverunt. *col.* 447. *num.* 41. Hæretici Populicani ſive Publicani, Pellipararii, & Cerdones quinam fuerint. *col.* 625. *num.* 7. in *not. d.*
Hailon interpretatur ſuſcipiens eum. *col.* 803. *num.* 51.
Hevæ maledictio prima. *col.* 136. *num.* 105. Ejuſdem maledictio ſecunda. *col.* 137. *num.* 106. Utramque evadunt Virgines. *col.* 136. *& ſeq. num.* 105. *ac ſeq.*
Homo primo factus ſecundum Deum, Deus poſtea ſecundum hominem. *col.* 116. *num.* 86. Hominis os ad quæ aperiendum. *col.* 324. *num.* 14. Homo deiformis omnia ſua refundere debet in primam originem. *col.* 436. *num.* 28. Hominis ſpes in Deo tantum collocanda. *col.* 454. *num.* 48. Homo ſurgere debet a peccato voluntatis, a peccato actionis, a peccato conſuetudinis. *col.* 617. *num.* 5. Moritur omnis homo in anima per peccatum mortale. Hoc autem modo eſt in voluntate, modo in opere, modo in conſuetudine. *ibi.* Mors tertia periculoſa valde. *col.* 618. *num.* 5. Ad ſuſcitationem tertio modo mortui per peccatum opus eſt fremitu timorationis, turbatione contritionis, lacrymis ſatisfactionis, & clamore orationis. *ibi.* Laſcivorum hominum increpatio. *col.* 630. *num.* 3. Exempla brutorum homines in ſenſibus ſuperantium, & quare. *col.* 631. *& ſeqq. num.* 3. *ac ſeqq.* Homines peccatores ſcabronibus, & jumentis ſimiles. *col.* 643. *num.* 4. Et multi etiam ſimiles porcis. *col.* 645. *num.* 6. Mors vetus de fletu in hominum nativitate, & de gaudio in eorum morte. *col.* 648. *num.* 2. Humanum corpus vitro fragilius. *col.* 649. *num.* 3. Domus hominis conſcientia. *col.* 659. *num.* 7. Hominem eſſe perfectum quid faciat. *col.* 692. *num.* 4. Quatuor in hac vita hominem affligunt. *col.* 955. *num.* 4.
Honor triplex, reverentiæ, obedientiæ, beneficentiæ. *col.* 365. *num.* 27.
Horeb interpretatur menſa. *col.* 891. *num.* 141.
Hortulana S. Claræ Mater per filiam ad Chriſtum invitata. *col.* 100. in *not. a. & col.* 102. *num.* 35.
Humilitatis ſymbolum viola. *col.* 80. *num.* 53. Non habent proprietatem floris, ſive violæ humilitatis, qui ſe aliis meliores videri volunt. *col.* 81. *num.* 53. Chriſti humilitas. *col.* 82. *num.* 54.
Humilitatis pediſequæ quies & timor. *col.* 83. *num.* 55. Humilitatis virtus in B. Virgine commendata. *col.* 85. *num.* 56. Virgines præcipue decet humilitas. *ibi.* Humilibus ſolum patet janua cœli. *col.* 86. *num.* 57.
Humilitatem Chriſtus docuit verbis & exemplis. *col.* 87. *num.* 58.
Humilitas Mariæ, & ſuperbia Luciferi per antitheſin collata. *col.* 114. *num.* 85. Mirabilis humilitatis ordo ad ſuperiora, æqualia, & inferiora. *col.* 228. *num.* 2. Primo reſpectu Dei. *col.* 229. *num.* 3. Secundo reſpectu ſui & proximi. *col.* 229. *num.* 4. Tertio reſpectu mali, vel culpæ. *col.* 229. *num.* 5. Quarto reſpectu pœnæ illatæ, vel inferendæ. *col.* 230. *num.* 6. Quinto reſpectu boni. *col.* 230. *num.* 7. Sexto reſpectu omnium actuum ſuorum. *col.* 230. *num.* 8.
Humilitas radix & mater, cuſtos & decor omnis virtutis. *col.* 230. *num.* 9. Mentem ab omni creatæ ſpeciei vanitate abſtrahit. *col.* 231. *num.* 11. Quanta bona conferat, & primo quantum ad pœnitentiæ partes. *col.* 132. *num.* 12. Secundo quantum ad vitam activam, & contemplativam. *col.* 232. *num.* 13. Humilitas erga Deum. *col.* 233. *num.* 15. Erga ſemetipſum. *col.* 235. *num.* 16. De humilitate quoddam Sapientis dictum. *col.* 237. *num.* 17. Humilitas quæ dicit ſui contemptum non cadit in Deum, ſed quæ dicit condeſcenſionem. *col.* 238. *num.* 18. Quare ita difficile ad humilitatem pertingere. *ibi.* Quomodo homo veraciter ſe poſſit reputare omnibus hominibus inferiorem, & viliorem. *col.* 240. *num.* 20. Octo gradus humilitatis. *col.* 246. *ac ſeqq. num.* 3. *& ſeqq.* Explicatio harum literarum PUTREDO. *col.* 248. *num.* 6. Alia dd. literarum conſideratio, graduumque declaratio. *col.* 248. *num.* 7.
Qui ſine humilitate virtutes congregat, in ventum pulverem portat. *col.* 324. *num.* 13.
Quæ vera humilitas. *col.* 327. *num.* 19.
Humiles rari admodum, plurimique ſuperbi. *col.* 649. *num.* 3.
Humilitas virtus fundamentalis. *col.* 701. *num.* 5.
Humilitas Chriſti in B. P. Franciſco renovata. *ibi.*
In Humilitatis via ambulandum, in qua Chriſtus ambulavit, *col.* 1134. *num.* 4. Humilitatis exemplum in Vitis Patrum. *col.* 1134. *num.* 5. Humilitas magnum bonum, & donum Dei. *col.* 1136. *num.* 7. Humiliare ſeipſum eſt proficere, *col.* 1136. *num.* 8.

I

JActantia. Vid. Arrogantiæ quatuor ſpecies.
Idololatria ſextum peccatum per Angelos punitum. *col.* 623. *num.* 7. Idololatriæ malitia hominum ſucceſſere hæreſes. *col.* 624. *num.* 7.
Jejunium multorum continuum. *col.* 625. in *not. f. & g.*
Jeremias electus in prædeſtinatione, adoptatus in ſanctificatione, honoratus in prædicatione. *col.* 398. *num.* 12.

Digitized by Google

Jeruſalem, id eſt, pacifica. *col.* 391. *num.* 5.
Jeſu Nomini olei virtutes adaptantur. *col.* 185. *num.* 142. De Laude Melliflui Nominis D. N. J. C. *col.* 499. *num.* 2. Tres Jeſu Nominis figuræ. *col.* 500. *num.* 4. In filio Nave adumbrata Jeſu potentia. *col.* 501. *num.* 5. In Jeſu filio Siach adumbrata Jeſu ſapientia. *col.* 501. *num.* 6. In Jeſu filio Joſedec adumbrata Jeſu juſtitia. *col.* 502. *num.* 7. Invalida nomina prædictorum, qui Jeſu nomen præferebant. *col.* 503. *num.* 8. Quatuor Nominis Jeſu præconia. *col.* 503. *num.* 9. Devotiſſima oratio ad D. N. J. C. *col.* 504. *num.* 10. Nomen Jeſu virtuoſum, gratioſum, gaudioſum, glorioſum. *col.* 507. *num.* 13. Virtuoſum præſervat a violentia. *col.* 508. *num.* 14. Gaudioſum præſervat a triſtitia. *col.* 509. *num.* 15. Gratioſum ab injuſtitia, *col.* 511. *num.* 17. Jeſus dictus a ſalute, Chriſtus a chriſmate. *col.* 513. *num.* 17. *ac col.* 517. *num.* 20. Nomen Jeſu glorioſum præſervat a miſeria ſempiterna. *col.* 515. *num.* 18. Chriſtus unctus Athletarum inſtar, *ibi*. A Chriſto nomen trahit Chriſtianus. *ibi*. Jeſu Nomen virtuoſum quod ſuperat hoſtes. *col.* 517. *num.* 21. Jeſus Hebraice Jehoſua, Græce Soter, Latine Salvator. *col.* 518. *num.* 21. Virtuoſum Nomen, quod congregat cives. *col.* 518. *num.* 22.
In Nomine Jeſu latens occulta virtus ſicut in adamante. *col.* 519. *num.* 22. Virtuoſum Nomen, quod renovat mentes. *col.* 521. *num.* 23. Quod reparat vires. *col.* 522. *num.* 24. Jeſu Nomen Moyſi non revelatum, ſed Adonai Nomen potentiæ. *col.* 525. *num.* 26. Nomen Jeſu ſub olei metaphora deſcriptum. *col.* 526. *num.* 26. Venia in Jeſu Nomine miniſtrata. *col.* 526. *num.* 27. Salus in Jeſu Nomine miniſtrata. *ibi*. Miſericordia a miſericordiæ fonte deſcendit. *ibi*. Victoria in Jeſu Nomine & lætitia. *col.* 527. *num.* 28. Experientia fruitionis in Jeſu Nomine. *col.* 531. *num.* 30. Nomen Jeſu ſalus interpretatur. *col.* 535. *num.* 32. Nomen deſiderabile. *col.* 536. *num.* 33. Nomen delectabile, & manna abſconditum. *col.* 537. *num.* 34. Nomen admirabile. *col.* 539. *num.* 35. Angelus magni conſilii. *col.* 540. *num.* 35. Quam arcanum Incarnationis myſterium, quamve incomprehenſibile Nominis Jeſu Sacramentum. *col.* 540. *num.* 35. Mirabilis hujus Nominis gloria, gratia, juſtitia. *ibi*. Nomen Jeſu venerabile. *col.* 541. *num.* 36. Jeſus ſalus, Nazarenus floridus interpretatur. *col.* 533. *num.* 30. Jeſus eſt benedictus, & beatiſſimus fructus ventris. *ibi*. Nullum opus ſine invocatione Nominis Jeſu inchoandum. *col.* 543. *num.* 37. Nedum omnis verbi, operiſque inchoatio a Nomine Jeſu ſumenda, ſed & in Jeſum conſummatio referenda. *ibi*. In omnibus operibus, dicendum: *Benedictum ſit Nomen D. N. J. C. col.* 544. *num.* 38. Nomen Jeſu purgat iniquitatem. *col.* 545. *num.* 39. Illuminat cæcitatem. *col.* 545. *num.* 40. Roborat fragilitatem. *col.* 546. *num.* 41. Conſummat unitatem. *col.* 547. *num.* 42. Nomen Jeſu memorandum cogitatione. *col.* 547. *num.* 43. Invocandum in tribulatione, *col.* 548. *num.* 44. Annuntiandum in prædicatione. *col.* 549. *num.* 45. Declarandum actione. *col.* 550. *num.* 46. Jeſus lapis exciſus de monte ſine manibus. *col.* 551. *num.* 47. In Nomine Jeſu Fidei fundamentum. *col.* 551. *num.* 48. Alia Nominis Jeſu præconia. *col.* 552. *num.* 49. Eccleſia in Jeſu Nomine fundata nullo tempore ruitura. *ibi*. Chriſtus Jeſus mons ſuper montium verticem elevatus. *col.* 552. *num.* 50. Jeſus in corde & in ore ſit oportet. *col.* 553. *num.* 51. In Nomine Jeſu ſpei firmamentum. *col.* 556. *num.* 56. Nomen Jeſu confortatam confirmat animam. *col.* 558. *num.* 57. Exemplum anchoræ. *ibi*, Perpulchrum exemplum Jeſu Chriſti nos ſurſum trahentis. *col.* 560. *num.* 59. Nomen Jeſu cibat & reficit. *col.* 561. *num.* 60. Jeſu dilectio liberalis. *col.* 563. *num.* 61. Exemplaris. *col.* 564. *num.* 61. Filialis. *col.* 565. *num.* 62. Chriſtus traditus tam ſingulariter pro ſingulis, quam generaliter pro omnibus. *col.* 566. *num.* 63.
In Jeſu Nomine Sapientia. *col.* 569 *num.* 67. Fortitudo & ejus quatuor partes. *col.* 574. *num.* 72. Ab ipſo magnanimitas. *col.* 575. *num.* 74. Patientia. *col.* 576. *num.* 75. Perſeverantia, *col.* 577. *num.* 76. Conſtantia. *col.* 578. *num.* 77. In Nomine Jeſu temperantia, ejuſque partes, Abſtinentia, continentia, verecundia, modeſtia. *col.* 579. *& ſeqq. num.* 78. *ac ſeqq.* In Nomine Jeſu Juſtitia, ac ejus partes. *col.* 586. *num.* 83. In eo relucet omnis virtus. *col.* 586. *num.* 84. Glorioſum Nomen Opificis. *col.* 589. *num.* 86. Glorioſum Nomen Pontificis. *col.* 591. *num.* 88. Antitheſis inter Pontificem legalem, & Jeſum. *ibi*. Novem Ordines Sanctorum laudantes in cœlo Nomen Domini Jeſu, *col.* 596. *& ſeqq. num.* 91. Prædictorum omnium epilogus univerſalis. *col.* 605. *ac ſeqq. num.* 102. *& ſeqq.*
Jeſus, qui interpretatur ſalus, domum mentis intrat ad ſuſcitandum, ad defenſandum, ad convivendum. *col.* 615. *num.* 3. Jeſus libenter intrat domum mentis, in qua mortuus plangitur, ſcilicet anima. *ibi*. Jeſus intrat domum mentis per gratiam prævenientem, & tenet manum ſuam ſuper eam per gratiam ſubſequentem. *col.* 616. *num.* 4.
Ignis Divinus potentior materiali igne. *col.* 707. *num.* 7.
Imago Trinitatis in tribus conſiſtit. *col.* 590. *num.* 87. Dei imago per primorum parentum peccatum corrupta, non tamen abolita. *ibi*.
Impietas & immiſericordia quintum peccatum per Angelos punitum. *col.* 622. *num.* 5.
Infernus. Quidam Sanctorum quid dixerit de pœnarum in inferno æternitate, *col.* 594. *num.* 89. In inferno tribulatio maxima. *col.* 677. *num.* 6. Quot damnatorum lacrymæ; ſed ad iram Divini Judicis placandum inutiles. *ibi*.
De Infirmorum viſitatione, *col.* 323. *num.* 12.
Inobedientia ſive gula ſecundum peccatum a Deo per Angelos punitum. *col.* 621. *num.* 3.
De Intellectus dono. *col.* 465. *num.* 65. Ad Intellectus donum ſuſcipiendum diſpoſitio per tria. *col.* 466. *ac ſeqq. num.* 66. *ac ſeqq.*

In-

Digitized by Google

Intellectus practicus prudentialis docens quid evitandum. *col.* 468. *num.* 71. Qualis docens quid exequendum. *col.* 468. *num.* 72. Qualis docens quid expectandum. *col.* 469. *num.* 73. Janua speculationum scientialium. *col.* 470. *num.* 74. Differentia inter sapientiam, intellectum, & scientiam. *ibi.*

Intellectus partim est a dictamine naturæ, partim a notitia experientiæ, partim ab irradiatione lucis æternæ. *col.* 471. *num.* 77.

Illuminatio hujusmodi juvatur per Angelos. *col.* 472. *num.* 78. Quo pacto sic per Angelos juvatur, *ibi.* De Intellectu humano diversæ Philosophorum opiniones, *col.* 475. *num.* 82. Scientia intellectualis quæ. *col.* 476. *num.* 83. Intellectus est clavis cœlestium contemplationum. *col.* 477. *num.* 84. Tres claves Intellectus Verbi incarnati. *col.* 477. *& seqq. num.* 85. *ac seqq.*

Intentio recta curanda in progressu boni operis. *col.* 99. *num.* 70. In hoc maxime peccare Prælatos queritur S. Doctor Bonaventura. *col.* 100. *num.* 71. Intentionis rectitudo Virginibus Christi commendatur. *col.* 100. *num.* 72.

Invidentia ubi nulla, concors est differentia. *col.* 141. *num.* 108.

Joannes interpretatur gratia. *col.* 307. *num.* 1. B. Joannes Baptista obsequens veritati, & consulens infirmitati. *col.* 401. *num.* 14. Tria notanda circa missionem ejusdem. *ibi.*

Joannes pluries sic vocatus. *col.* 646. *num.* 1.

Joannes, id est, in quo est gratia Dei. *col.* 647. *num.* 2. Tres hujus nominis præter Deum impositores. *ibi.* Magnorum meritorum ostenditur primo ex parte abundantis gratiæ. *ibi.* Secundo ex parte humilis conscientiæ; fuit enim summe humilis. *col.* 648. *num.* 3. Tertio ex parte austeræ pœnitentiæ. *col.* 649. *num.* 4. Quarto ex parte zeli justitiæ. *col.* 651. *num.* 5.

S. Joannes Evangelista & Apostolus commendatus ab omnimoda puritate, ab oris affabilitate, & a Christi familiaritate. *col.* 742. *num.* 2. Septem signa veræ amicitiæ Christi erga Joannem. *col.* 743. *& seqq. num.* 3. *ac seqq.* Omnium maximæ revelationes Joanni factæ in Evangelio, & in Apocalypsi. *col.* 746. *num.* 6. Historia S. Joannis Apostoli & Evangel. *col.* 753. *num.* 12. Dictum S. Joannis extra Canonem. *col.* 981. *num.* 18.

Job dolens interpretatur. *col.* 65. *num.* 52.

Josue interpretatur salus. *col.* 457. *num.* 52.

Iracundiæ passio verecundiam dehonestat. *col.* 584. *num.* 81.

Judæus interpretatur glorificans. *col.* 198. *num.* 153. Judæi glorificantes, vel laudantes sonant. *col.* 508. *num.* 13.

In Judicio extremo opera misericordiæ præ cæteris laudanda. *col.* 152. *n.* 5. Judicii triplicis distinctio. *col.* 340. *num.* 2. Judicium format diversum varia cordis dispositio. *col.* 341. *num.* 2. Judicia septem timenda. *col.* 428. *num.* 17. Iudicium pervertunt amor & odium. *col.* 493. *num.* 108. Iudicii extremi dies quam terribilis. *col.* 675. *num.* 4. In præparatione ad futurum judicium tria notanda. *col.* 773. *num.* 18. Triplex lucrum præparationis ad judicium. *col.* 774. *num.* 18.

Iuniperus Socius S. P. Francisci *jaculator*, & *joculator* Domini dictus. *col.* 1033. *num.* 56.

Iuramenti conditiones debitæ tres. *col.* 355. *num.* 15. Duplex juramentum assertorium & promissorium. *col.* 356. *num.* 15. Quale debet esse assertorium, & quale promissorium. *ibi.* Manichæorum objectio, & confutatio. *col.* 356. *num.* 16. Assiduitas jurandi periculosa. *col.* 357. *num.* 17.

Iustitia. Quæ exercenda ad faciendam justitiam integram, ordinatam, perfectam, *col.* 303. *num.* 12. Iustitiæ regula lex. *col.* 346. *num.* 7. Iustitia duplex. *ibi.* Iustitia ejusque partes in Nomine Iesu. *col.* 586. *num.* 83.

Amore consummatur, & perficitur omnis justitia. *col.* 587. *num.* 84.

L

Ad Lacrimas efficax paræneſis. *col.* 158. *num.* 121. Lacrymarum virtus. *col.* 160. *num.* 123. Quot damnatorum lacrymæ, sed ad iram Divini Iudicis placandam inutiles. *col.* 677. *num.* 6. Nunc tempus flendi, confitendi, satisfaciendi. *col.* 677. *num.* 7.

Latronis fides pulchre expenditur. *col.* 56. *num.* 34. Et Christi responsum. *col.* 58. *num.* 35.

Laurentius, & Stephanus magni Archidiaconi. *col.* 492. *num.* 107.

Laurus triumphis dicata, & ea victorum capita coronantur. *col.* 528. *num.* 28. in *not. k.* Sic Philippus Rex Macedonum contra Phocenses processurus ad bellum, coronas laureas milites suos sumere præcepit. *ibi.*

Laurus a laude dicta. *col.* 567. *num.* 64. in *not. b.* ac *c.*

B. F. Leo S. P. Francisci Socius adstat morti B. Claræ. *col.* 1034. *num.* 56.

Lex justitiæ regula. *col.* 349. *num.* 7. Lex triplex, quidve doceat. *col.* 390. *num.* 4.

Lilium typus castitatis. *col.* 91. *num.* 62. Cur per lilium castitas figuratur. *col.* 92. *num.* 63.

Lilii albedo designat munditiam cogitationis. *col.* 93. *num.* 64. Splendor lilii significat hilaritatem animi. *col.* 95. *num.* 66. Lenitas lilii denotat mansuetudinem. *col.* 97. *num.* 67. In lilii trunco tria consideranda. *col.* 98. *num.* 69. Lilia perfecta sex foliis constant. *col.* 135. *num.* 104. In lilio Trinitas Sancta adumbratur. *col.* 155. *num.* 119. Digressionis a vite ad lilium ratio. *col.* 157. *num.* 120.

Linguæ custodia. *col.* 307. *num.* 3. Delectus in verbis, sicut & in cibis, adhibendus. *col.* 308. *num.* 3. Custodiendæ linguæ necessitas. *col.* 308. *num.* 4. Lingua non custodita civitas absque muro. *ibi.* Vas sine operculo. *col.* 309. *num.* 5. Equus sine fræno, & navis sine gubernaculo. *col.* 309. *num.* 6. Quinque in locutione servanda. *col.* 310. *num.* 7. Quid dicendum. *ibi.* Cui dicendum. *col.* 311. *num.* 8. Ubi loquendum. *col.* 312. *num.* 10 Quando loquendum. *col.* 312. *num.* 11. Qualiter loquendum. *col.* 312. *num.* 12. Verba bis

Digitized by Google

bis veniant ad limam, quam ſemel ad linguam. *col.* 323. *num.* 13. Hominis os ad quæ aperiendum. *col.* 324. *num.* 14. De locutione cum mulieribus. *col.* 325. *num.* 16.
Loquacitas animæ imperfectæ indicium. *col.* 123. *num.* 92.
Luciferi ſuperbia, & humilitas Mariæ per antitheſin collata. *col.* 114. *num.* 85.
Luxuriæ ſpecies quædam eſt in cibo & potu lautiora & delicatiora quærere propter ſolum ſaporem. *col.* 94. *num.* 64. Luxuria tertium peccatum per Angelos punitum. *col.* 622. *num.* 4. Luxurioſi & guloſi porcis ſimiles. *col.* 624. *num.* 3.

M

MAcarius Major Abbas in Scithi, ejuſque dicta de fuga a mundo, cuſtodiendoque ſilentio. *col.* 1141. *num.* 21.
Magorum Sanctorum commendatio. *col.* 409. *num.* 22.
Maledictio Hevæ prima. *col.* 136. *num.* 105. Secunda Hevæ maledictio. *col.* 137. *num.* 106. Utramque evadunt Virgines. *col.* 136. *& ſeq. num.* 105. *ac ſeq.*
Mariæ Virgini cur ſacer dies Sabbati. *col.* 12. *num.* 4. Cur Virgo Deipara non venit ad ungendum Corpus Chriſti. *col.* 13. *num.* 4. Virgo Maria terra beatiſſima. *col.* 49. *num.* 28. Compaſſio Mariæ Matris erga Chriſtum. *col.* 60. *num.* 36. Enumeratio virtutum B. M. Virginis, & quod prima votum virginitatis Domino voverit. *col.* 84. *num.* 56. Humilitatis virtus in B. Virgine commendata. *col.* 85. *num.* 56. Mariæ humilitas & ſuperbia Luciferi per antitheſin collata. *col.* 114. *num.* 85. Maria præ cæteris Chriſti odore attracta. *col.* 184. *num.* 141. B. V. Maria terra benedicta. *col.* 205. *num.* 160. De impenſiſſimis gratiis Dei Filio agendis ob aſſumptam in utero Virginis naturam humanam. *col.* 287. *num.* 1. Ob ipſam quoque Virginem datam nobis in matrem. *col.* 288. *num.* 1. Ob hoc ſummum maximumque bonum, peculiariter, quamlibet indignis, conceſſum. *col.* 288. *num.* 2. Ob ſingularem gratiam vel ipſis peccatoribus datam ſalutandi Sanctiſſimam Dei Matrem. *col.* 289. *num.* 3. Quanta reverentia, honore, & devotione B. V. M. veneranda, & ſalutanda. *col.* 289. *num.* 4. Lætitia ex hac ſalutatione capienda. *col.* 289. *num.* 4. Dulcedo quoque. *col.* 290. *num.* 5. Confugiendum ad ſinum gratioſiſſimæ Divinæ Matris. *col.* 292. *num.* 7. Per Salutationem Angelicam ipſi magnopere acceptam. *col.* 292. *num.* 8. Eo pacto tamen, ut ſemper in eum, cujus Mater eſt, totus refundatur affectus. *col.* 292. *num.* 9. Miri hujus Angelicæ Salutationis effectus. *col.* 293. *num.* 9. Alii recenſentur. *col.* 293. *num.* 10. Mariæ nomen per Ave ſalutatum, ſuaviſſimum, jucundiſſimum, dulciſſimum. *col.* 294. *num.* 11.
Maria ſtella ex Iacob orta, & ſtella maris, *col.* 294. *num.* 12. Quam bonum ſub hac ſtella vivere, ejuſque ducatum habere. *col.* 295. *num.* 14. Hac ſtella radiante nihil pavendum. *col.* 296. *num.* 15. Maria amarum mare. *col.* 296. *num.* 16. Intrandum in cor B. M. V. per aſſiduam Paſſionis Filii ſui meditationem. *col.* 297. *num.* 17. Commendatio B. Mariæ V. *col.* 407. *num.* 20. Accedendum cum fiducia ad thronum gratiæ ejus. *col.* 420. *num.* 2. Maria terræ comparata. *col.* 514. *num.* 17. Item mari aſſimilata. *ibi.* In B. M. Virgine Mundi Regina omnia ſimul Dei dona conveniunt, aliis Sanctis per partes diſtributa. *col.* 639. *num.* 2. B. M. V. plena gratia expurgante. *col.* 641. *num.* 4. Plena gratia fœcundante. *col.* 643. *num.* 5. Omni tempore benedicenda, & invocanda. *col.* 644. *num.* 5. Plena gratia decorante. *col.* 644. *num.* 6. Ejus mores ſanctiſſimi imitandi. *col.* 645. *num.* 6. Plena gratia conſummante. *col.* 647. *num.* 7. Maria purgari voluit in complementum purgationis figuralis. *col.* 680. *num.* 2. Ad fundamentum purgationis Sacramentalis. *col.* 680. *num.* 3. In exemplum purgationis ſpiritualis. *col.* 681. *num.* 4. Mariæ Reginæ mundi deſcriptio, ut prudentiſſimæ, ut humillimæ, & ut ſanctiſſimæ. *ibi.* Mariæ interpretatio ſtella maris, amarum mare, & Domina. *ibi.* Maria omnium Domina & Regina congrue figuratur in Aquila, quæ ſuo modo avium dicitur eſſe Regina. *col.* 719. *num.* 1. Et ſicut Aquila in tantum elevatur, ut videri non poſſit ab homine; ſic Virgo Davidica Aquila in tantum exaltata eſt in Aſſumptione, ſut capi ab anima non poſſit, nec ad plenum exprimi ulla lingua. *col.* 721. *num.* 2. Et in ea impletum eſt quod Propheta dixit: *Aſtitit Regina a dextris tuis, quodque* 3. Reg. *in Bethſabea præceſſit. ibi.* De B. V. M. exponi poteſt Aquila Ezechielis. *col.* 723. *num.* 3. Ejus perſpicacitas in viſu. *col.* 724. *num.* 4. In cœlum aſſumpta velut nubes in alta aeris elevata. *col.* 731. *num.* 1. Ipſa Domina noſtra elevata eſt ad culmen dignitatis altiſſimæ. *col.* 733. *num.* 3. Dignitatis ampliſſimæ. *col.* 734. *num.* 4. Dignitatis firmiſſimæ, & æternæ. *col.* 735. *num.* 5. Venter B. M. V. acervus tritici vallatus liliis. *col.* 816. *num.* 65.
S. Martinus Apoſtolis par. *col.* 693. *num.* 4.
Martyres cur invicti in tormentis. *col.* 17. *num.* 8. De martyrio ſubeundo non præſumendum. *col.* 133. *num.* 101.
Medici ſpiritualis commendatio in tribus. *col.* 401. *num.* 14.
Medium naturam ſapit extremorum in natura. *col.* 704. *num.* 6. Item in virtute politica. *col.* 705. *num.* 6.
Mendacii triplex genus. *col.* 378. *num.* 37.
Mendacium ita peccatum eſt, ut nec Divina diſpenſatione licitum reddi poſſit. *ibi.*, & in *not.* g., ac *col.* 379. *num.* 37. & in *not.* c.
Mens quomodo dilatatur, elevatur, alienatur. *col.* 571. *& ſeq. num.* 69. *ac ſeqq.* Ipſa a devotione incipiens, per admirationem tranſit in exultationem. *col.* 572. *num.* 71. In hoc nihil attribuendum humano ingenio, nihil

Digitized by Google

hil noſtro merito; ſed totum Divino muneri. *ibi*.
Mercatio quæ optima. *col.* 657. *num.* 6.
De Meretrice juvenem ſeducente notanda. *col.* 665. *num.* 3.
Ad Minores Fratres apoſtrophe, ne pauperiem formident, ejuſque impugnatores. *col.* 576. *num.* 75.
Miracula in nobiliſſima ſtella Venere, & in Sole patrata. *col.* 660. *num.* 7. Diluitur objectio dicentium, nunc deſiiſſe miracula. *col.* 660. *num.* 8.
Miſericordiæ opera in extremo judicio præ cæteris laudanda. *col.* 152. *num.* 116. Quomodo miſericordia ab egenis exercenda. *col.* 152. *num.* 117.
Miſſa. Oratio ante Miſſam, & quæ recolenda a Sacerdote ante Miſſæ celebrationem. *col.* 256. *& ſeqq. num.* 1. *ac ſeqq.* In Canone tria habenda, quæque ibi fiunt. *col.* 258. *num.* 2. Sacro faciendo Oratio præmittenda. *col.* 258. *num.* 3. Oratio communicantium, non lingua vel labiis, ſed corde dicenda. *col.* 260. *num.* 4. Oratio fuſior poſt Communionem a Sacerdote facienda. *col.* 260. *num.* 5. Oratio brevior pro gratiarum actione poſt Miſſam. *col.* 264. *num.* 6.
Modeſtia in quibus cuſtodienda. *col.* 303. *num.* 11.
Monachus quidam orationes quotidie ad trecentas Deo offerebat. Ne autem ab eo numero declinaret, lapillos in ſinum deponebat, & ad preces ſingulas, ſingulos ejiciebat calculos, quibus taliter conſumptis, precationes totidem abſolutas ei eſſe conſtabat. *col.* 992. *num.* 4. in *not. e.*
Mori voluerunt multi ſervi pro Dominis ſuis, & multæ uxores pro viris, ac pro uxoribus multi mariti. *col.* 670. *num.* 8.
Mortui tres a Chriſto ſuſcitati quid ſignificent. *col.* 617. *num.* 5.
Motus violentus procedendo debilitatur, naturalis fortificatur. *col.* 703. *num.* 5.
Mundi triplex eſſe, in mente æterna, in cognitione Angelica, & in natura propria. *col.* 360. *num.* 20. Mundus non diligendus, nec ea, quæ in mundo ſunt. *col.* 655. *num.* 5. Mundi deſideria ſequentes. *col.* 664. *num.* 2. Mundana omnia mendacia. *col.* 666. *num.* 4. Mundus umbræ ſimilis. *ibi*. Quid futurum amatoribus corporis, mundi, ac diaboli. *col.* 668. *num.* 6.

N

Naturalia nec laudanda, nec vituperanda. *col.* 583. *num.* 81. Natura rationalis omnium naturarum digniſſima, utpote ad beatitudinem ordinata. *col.* 638. *num.* 1. Quid ad perfectionem cujuslibet generis creaturæ requiratur. *col.* 638. *num.* 2. Natura nihil facit fruſtra. *col.* 679. *num.* 1. Natura non patitur vacuum. *col.* 702. *num.* 5.
Nazareth flos, Nazarenus interpretatur flos florens. *col.* 85. *num.* 56. Nazarenus, id eſt florens. *col.* 186. *num.* 143. Interpretatur floridus. *col.* 508. *num.* 13. & *col.* 581. *num.* 80.
Neronis crudelitas. *col.* 651. *num.* 5.
Niſus quæ avis. *col.* 941. *num.* 177. in *not. q.*
Nomen. Vid. Jeſu Nomen.
Nuntiorum officium triplex. *col.* 393. *num.* 7.

O

De Obedientia. *col.* 327. *num.* 20.
Obediens ſolitario præferendus. *col.* 1138. *n.* 154.
Obedientia eſt propriæ ſacrificium voluntatis. *col.* 1139. *num.* 15.
Occiſio hominis triplex. *col.* 371. *num.* 33.
Caſu dupliciter. *ibi*. Neceſſitate dupliciter. *ibi*. Voluntate dupliciter. *col.* 372. *num.* 33.
Occiſio interpretativa triplex. *ibi*.
Oculus impudicus impudici cordis eſt nuntius. *col.* 324. *num.* 13.
Offenſæ infiniti boni debetur pœna infinita. *col.* 423. *num.* 8.
De Officio Divino. *col.* 318. *num.* 7. Magna abuſio habere os in choro, & cor in foro. *ibi*. Compoſitio in Divino Officio religioſe ſervanda. *ibi*.
Opera bona debita intentione peragenda. *col.* 550. *num.* 46.
Orandum ſemper quomodo. *col.* 50. *num.* 29.
Oratio. Vid. Miſſa. Oratio ad finem recitationis Horarum Canonicarum. *col.* 265. *num.* 7. Oratio pro petendo æterno gaudio. *col.* 265. *num.* 8. Orationes jaculatoriæ. *col.* 267. *num.* 9. Oratio cordis eſt, non labiorum. *col.* 318. *num.* 7. De Oratione. *col.* 319. *num.* 8. De numero Orationum. *col.* 320. *num.* 9. Orationis magna virtus. *col.* 1139. *num.* 17.
Ordines novem Sanctorum in cœlo laudantes Nomen Domini Jeſu. *col.* 596. *& ſeq. num.* 91. *ac ſeq.* Angelorum item novem Ordines Nomen Domini Ieſu in cœlo laudantes. *col.* 597. *& ſeqq. num.* 92. *ac ſeqq.*
Otioſos, qui negligunt operari, Dominus increpat. *col.* 387. *num.* 2.

P

Pacifici B. B. tres Ord. Min. *col.* 1083. in *not. a.*
Palmeria Clariſſarum Abbatiſſa, adhuc vivente S. Clara, in Monaſterio infra Caſtrum Tridentinum vulgo *Doſtrento*. *col.* 1001. in *not. i.*
Panis ſpiritualis frangendus pauperibus. *col.* 153. *num.* 118. De Sacramentali pane ardentiſſime deſiderando. *col.* 275. *num.* 9. De eodem hodie, ſeu in præſenti, ſemperque pe-

Digitized by Google

petendo, ſpiritualiterque ſaltem ſumendo. *col.* 277. *num.* 10.
Paſſionis Dominicæ memoria efficax contra tentationes dæmonum. *col.* 204. *num.* 159.
Paſſionis ejuſdem utilitas meditationis. *col.* 212. *num.* 167. Si Paſſio Domini ad memoriam revocetur, nihil tam durum, quin æquo animo toleretur. *col.* 685. *num.* 6.
De Patientia. *col.* 326. *num.* 18. Patientia Chriſti & obedientia. *ccl.* 1138. *& ſeq. num.* 13. *ac ſeq.*
Paupertas non eſt virtus, ſed paupertatis amor. *col.* 652. *num.* 1. Vere pauper qui non habet, & hoc ipſo gaudet. *ibi.* Pauperem Chriſtum nemo ſequi poteſt oneratus. *col.* 656. *num.* 5. Paupertas ad perfectionem ductrix. *col.* 1136. *num.* 10.
S. Paulus mundo crucifixus. *col.* 38. *num.* 20.
Pauli Apoſtoli ars in pellibus, & prædicatio qualis. *col.* 519. *num.* 22.
S. Pauli laus parati propter Domini Jeſu Nomen mori. *col.* 546. *n.* 41. Lingua Apoſtoli Pauli prædicans Nomen Jeſu. *col.* 549. *num.* 45. Paulus illuminatus, & Saulus excæcatus. *col.* 574. *num.* 71. Petri & Pauli exempla. *col.* 655. *num.* 4. S. Paulus paris cum S. Petro meriti. *col.* 693. *num.* 4.
S. Paulus Ægyptius trecentas quotidie orationes lapillis totidem numerabat. *col.* 992. *num.* 4. in *not. e.*
Peccantes ignorant quid faciant. *col.* 55. *num.* 33. Peccatores inique in Deum peccata ſua rejiciunt. *col.* 115. *num.* 86. Peccator hac animadverſione percutitur, ut moriens obliviſcatur ſui, qui, dum viveret, oblitus eſt Dei. *col.* 739. *num.* 8.
Peccatum ignorantiæ cauſſa peccati. *col.* 55. *num.* 33. A nobis non habemus niſi peccata. *col.* 131. *num.* 99. De peccatis dolor animi duos comites habere debet ad purgandam animam, placandumque Deum. *col.* 301. *num.* 8. Quomodo dolendum de peccatis. *col.* 301. *num.* 9. Peccatum quinque modis committitur. *col.* 363. *num.* 26. Duplex incommodum per peccatum inflictum. *col.* 391. *num.* 5. De triplici incommodo nobis per peccatum inflicto. *col.* 396. *num.* 10. Peccata ſunt deceptiva, turpia, & pœnalia. *col.* 397. *num.* 11. Tria propter quæ ſunt fugienda peccata. *col.* 406. *num.* 19. Nullus cum conſcientia mortali dormire debet. *col.* 433. *num.* 22. Diſtinctio octo peccatorum a Deo per Angelos punitorum, quorum primum eſt ſuperbia. *col.* 620. *num.* 2. Secundum inobedientia, ſive gula. *col.* 621. *num.* 3. Tertium luxuria. *col.* 622. *num.* 4. Quartum impietas & immiſericordia. *col.* 622. *num.* 5. Quintum avaritia. *col.* 623. *num.* 6. Sextum idololatria. *col.* 623. *num.* 7. Septimum vana gloria. *col.* 626. *num.* 8. Octavum blaſphemia. *col.* 627. *num.* 9. Omne peccatum deteſtantur Angeli velut Deo odioſum. *col.* 627. *num.* 10. Peccatum relinquendum eſt, quia nihil inficit humanum cor, niſi peccatum. *col.* 654. *num.* 3. Peccata relinquenda cordis contritione, oris confeſſione, operis ſatisfactione. *ibi.* Nullum tam enorme delictum, quod pœnitentia non purgetur. *ibi.* Exhortatio ad omnia vitia dimittenda. *col.* 655. *num.* 4. Nulla ſervitus ea, quæ eſt peccati, ignominioſior. *col.* 673. *num.* 2. Per originale peccatum invecta triplex corruptio. *col.* 768. *num.* 13. Tria quæ perdit mortaliter peccans. *col.* 938. *num.* 174.
Perfecto non poteſt fieri additio. *col.* 637. *num.* 1. Perfectum eſſe hominem quid faciat. *col.* 592. *num.* 4.
Perſeverantia ſola virtutum coronatrix. *col.* 73. *num.* 47. Defectu perſeverantiæ multi perierunt. *col.* 74. *num.* 47. Perſeverantiæ præſidium, diffidentia ſui, & ſpes in Deum. *col.* 75. *num.* 48. Perſeverantia in Virginibus maxime commendanda. *col.* 109. *n.* 80.
SS. Petri & Pauli Apoſtolorum exempla. *col.* 655. *num.* 4. Quare fuerint ad moriendum pro Chriſto parati. *col.* 659. *num.* 7. Quæ Chriſti veſtigia ſecuti. *col.* 669. *num.* 7. Iidem Ethai comparati. *ibi.*
Pietas. Quæ exercenda ad pietatem Divini cultus. *col.* 304. *num.* 13. Quæ ad pietatem ſalutis animarum. *ibi.* Quæ ad pietatem relevationis corporalium neceſſitatum. *ibi.* De pietatis dono. *col.* 434. *num.* 25. Tria circa pietatem conſideranda. *col.* 434. *num.* 26. Pietatis exercitium in tribus conſiſtit. *ibi.* Prima exercitatio in reverentia, ſive veneratione Majeſtatis Divinæ. *col.* 435. *num.* 27. Primus pietatis affectus colere Deum fide, ſpe, & caritate. *ibi.* Homo deiformis omnia ſua refundere debet in primariam originem. *col.* 436. *num.* 27. Secunda exercitatio in cuſtodia ſanctitatis extrinſecæ. *col.* 436. *num.* 28. Quæ ſumma pietatis, ſive Religionis Chriſtianæ. *ibi.* Pietas vera eſt, ut homo animam in ſanctitate cuſtodiat. *ibi.* Simulata pietas non eſt pietas, ſed duplex impietas. *col.* 437. *num.* 28. Tertia exercitatio in affluentia miſerationis fraternæ. *col.* 437. *num.* 29. Pius ad proximum patienter & caritative ſe habet ad hoſtem. *col.* 438. *num.* 30. Prima pietatis origo ab ipſa Trinitate increata, cujus præcipuum, propriumque opus miſericordia. *ibi.* Secunda Pietatis origo Sapientia incarnata. *col.* 439. *num.* 31. Tertia origo Pietatis Mater Eccleſia ſanctificata. *col.* 439. *num.* 32. Pietatis utilitas triplex. *col.* 441. *num.* 33. Ad omnia ſalutaria vera cognoſcenda. *ibi.* Ad omnia mala declinanda. *col.* 441. *num.* 34. Ad omnia bona conſequenda. *col.* 442. *num.* 35.
Pœna infinita debetur offenſæ infiniti boni. *col.* 423. *num.* 8. Pœna damni omnium maxima. *col.* 515. *num.* 18.
Pœnitentiæ veræ quadruplex conditio. *col.* 392. *num.* 6. Amaritudo contritionis in quatuor conſiſtit. *ibi.* Quæ ad veram pœnitentiam exigantur. *col.* 393. *num.* 6. Pœnitentiæ auſteritas in tribus conſiſtit, loco, veſtitu, & cibo. *col.* 649. *num.* 4. Contra mollioris vitæ auctores. *col.* 650. *num.* 4. Non eſt vera ſed falſa pœnitentia in vita molli. *ibi.*
Pœnitentiæ menſura debet eſſe ſecundum menſuram culpæ. *col.* 651. *num.* 4. Nullum tam enorme delictum, quod pœnitentia non purgetur. *col.* 654. *num.* 3. Pœnitentia ſecunda poſt naufragium tabula. *col.* 671. *n.* 1.

Quo-

Digitized by Google

Quoties reiteratur culpa, toties reiteranda pœnitentia. *ibi*. Quatuor pœnitentiæ motiva. *col.* 672. *num.* 1. Primum motivum. *col.* 672. *num.* 2. Pœnitentia assumenda, & ad pœnitentiam adhortatio, exemplaque Petri, Pauli, Matthæi, David, Magdalenæ. *col.* 674. *num.* 3. Secundum pœnitentiæ motivum. Rugitus Leonis, id est, extrema sententia. *col.* 674. *num.* 4. Tres pœnitentiæ partes, corde dolere, ore confiteri, opere satisfacere. *col.* 675. *num.* 5. Amentia summa nunc pœnitentiam non agere. *ibi*. Exemplum de non differenda pœnitentia. *col.* 676. *num.* 5. Tertium pœnitentiæ motivum infernalis miseria. *col.* 676. *num.* 6. Nunc tempus flendi, confitendi, satisfaciendi. *col.* 977. *num.* 7. Quartum pœnitentiæ motivum. *col.* 678. *num.* 8. Adhortatio ad pœnitentiam nulla mora peragendam. *col.* 678. *num.* 9. Exemplum Filii prodigi, & Matthæi. *col.* 679. *num.* 8. Pœnitentia Sacramentalis peccati purgamentum. *col.* 682. *num.* 5. Pœnitentia virtus purgativa, quia ignea. *ibi*. Moralis expositio metallorum. *ibi*. Pœnitentiæ igne omnia vitia purgantur. *col.* 683. *num.* 5. Idque præstat igne Divini amoris. *ibi*. Pœnitentia virtus purgativa, quia amara. *col.* 683. *num.* 6.

Amara magis quam dulcia medicinæ conveniunt. *ibi*. Ubi pœnitentia non est, omnia vitia regnant. *col.* 684. *num.* 6. Pœnitentia virtus purgativa, quia dura & aspera. *col.* 686. *num.* 7. Aspera & dura a peccatoribus pœnitentia peragenda. *ibi*. Quanta sit stultitia illorum, qui quærunt levia, non gravia, sibi imponi ad satisfactionem suorum peccatorum. *col.* 687. *num.* 8. Exemplum Confessarii imponentis pœnitentiam impossibilem, ut sic ad pœnitentiam possibilem pœnitentem induceret. *col.* 688. *num.* 8.

Perfectio ubi major, major & caritas. *col.* 1137. *num.* 11.

Philistæus interpretatur duplex ruina. *col.* 968. *num.* 12.

Philosophia triplex. Rationalis, naturalis & moralis. *col.* 443. *num.* 38. Philosophia rationalis, sive sermocinalis complectitur Grammaticam, Logicam, atque Rhetoricam. *col.* 444. *num.* 38.

Philosophi cujusdam Platonici dictum de visione Divina. *col.* 630. *num.* 3. Philosophi, Crates, Socrates, Demosthenes &c. divitiarum contemptores. *col.* 663. *num.* 1.

Ad Præcepta Dei observanda quatuor motiva. *col.* 346. *num.* 3. Præcepta primæ Tabulæ tria. *col.* 350. *num.* 7. Septem vero secundæ. *col.* 350. *num.* 8. Ad Præcepta Divina implenda timore & amore opus est. *col.* 352. *num.* 10. De primo Præcepto: *Non habebis Deos alienos coram me. col.* 353. *num.* 11.

De pertinentibus ad primi Præcepti integritatem. *ibi*. Spiritualis prædictorum intelligentia. *col.* 354. *num.* 13. Investigationis Philosophicæ improbus ausus. *ibi*. De secundo Præcepto quod est: *Non assumes nomen Dei tui in vanum. col.* 355. *num.* 15. Intelligentia spiritualis hujus Præcepti. *col.* 357. *num.* 18. Quatuor notanda in tertio Præcepto quod est: *Memento ut diem Sabbati sanctifices. col.* 359. *num.* 19. Habet aliquid morale, aliquid cæremoniale, & aliquid ex utrisque mixtum. *col.* 359. *num.* 20. Sanctificatio Sabbati in Dei dilectione consistit. *col.* 360. *num.* 20. Quæstio cur in hoc Præcepto morale cum cæremoniali miscetur. *col.* 361. *num.* 22. Quid hoc Præceptum contineat, ut est vacatio convertens animam in Deum. *col.* 362. *num.* 23. Quid ut est imitatio ipsius in operibus virtutum. *col.* 362. *num.* 24. De quarto Præcepto quod est: *Honora Patrem tuum, & Matrem tuam. col.* 365. *num.* 27. Præcepti forma. *ibi*. Honor triplex reverentiæ, obedientiæ, beneficentiæ. *ibi*. Præcepti promissio, & quomodo intelligenda. *ibi*. In quibus obediendum Parentibus. *col.* 366. *num.* 28. Spiritualis hujus Præcepti intelligentia. *col.* 367. *num.* 29. De quinto Præcepto quod est: *Non occides. col.* 368. *num.* 30. Ordo ad Proximum secundum innocentiæ legem. *ibi*. Nocumentum triplex, opere, sermone, voluntate. *ibi*. Perversitas operis triplex contra Proximum, in personam propriam, conjunctam, & in temporalem substantiam. *ibi*. Hoc Præcepto vetitæ injuriæ peremptivæ vitæ naturalis, incolumis, & honorabilis. *col.* 369. *num.* 30. *& seq.* Manichæorum objectio & solutio. *col.* 370. *num.* 31. Hominis occisio triplex. *col.* 371. *num.* 32. Casu dupliciter. *ibi*. Item necessitate. *ibi*. Ac voluntate dupliciter. *col.* 372. *num.* 33. Occisio interpretativa tripliciter. *ibi*. De sexto Præcepto quod est: *Non mœchaberis. col.* 373. *num.* 34. Quid hoc Præcepto jubetur, quidve vetatur. *ibi*. De septimo Præcepto quod est: *Non furtum facies. col.* 374. *num.* 36. Furtum sex modis committitur. *ibi*. Usura suapte natura mala. *col.* 376. *num.* 36. De octavo Præcepto quod est: *Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. col.* 377. *num.* 37. De triplici mendacii genere. *col.* 378. *num.* 37. Omne mendacium ita peccatum est, ut nec Divina dispensatione licitum reddi possit. *ibi*. Ubi & videnda *not. g.* ac *col.* 379. *num.* 37. ac *ibi not. c.* De nono Præcepto quod est: *Non concupisces. col.* 379. *num.* 38. Concupiscentia cordis prohibita quoad res temporales. *ibi*. De decimo Præcepto quod est: *Non desiderabis uxorem proximi tui*. Quo Præcepto carnalis concupiscentia vetatur. *col.* 380. *num.* 39. Decem Præcepta collecta ex ternario, senario, & unitate. *ibi*. Recapitulatio eorumdem Præceptorum. *col.* 380. *num.* 40. Observator hujusmodi Præceptorum quam bonus. *col.* 380. *num.* 41. Transgressor quam malus. *col.* 381. *num.* 42. Decem Ægypti plagæ transgressoribus inflictæ. *col.* 381. *num.* 43. *& seq.*

In Prædicatione verbi Dei spectanda auctoritas dantis, congruitas suscipientis, utilitas audientis. *col.* 405. *num.* 18.

Prælatorum munera. *col.* 368. *num.* 29.

Propositi boni fortitudo, & constantia in adversis, & prosperis. *col.* 101. *num.* 73. Proposita bona corrumpuntur malis suggestionibus. *col.* 104. *num.* 76. Contra Religionis propositum tentationes. *col.* 105. *num.* 76.

Prosperitas, & falsa securitas periculosa. *col.* 103. *num.* 74.

Digitized by Google

Proximi. Vid. Caritas. Ad Proximum ordo ſecundum innocentiæ legem. *col.* 368. *num.* 30. Nocumentum triplex opere, ſermone, & voluntate. *ibi*. Perverſitas operis triplex contra Proximum in perſonam propriam, conjunctam, & in temporalem ſubſtantiam, *ibi*.

Q

Quæſtio prima cum diſtinctione triplicis mali ex Domini memoria relicta. *col.* 770. *num.* 14. *& ſeq.* Quæſtio ſecunda cum diſtinctione trium temporum, in quibus memoria Domini habenda. *col.* 770. *num.* 16. Quæſtio tertia cum diſtinctione trium, ad quæ valet Salvatoris memoria. *col.* 772. *num.* 17. Quæſtio de Sacrificio legali. *col.* 776. *num.* 21.

Quæſtio de cauſſa inſtitutionis legalium Sacrificiorum. *col.* 777. *num.* 21. Quæ inde ſunt de ſpe obtinendæ cœleſtis gloriæ diſcenda. *col.* 779. *num.* 24. Diſtinctio triplicis prærogativæ Sacrificii noſtri. *col.* 783. *num.* 27.

Quæſtio an Beati orent pro caris ſuis, & qualiter orent? *col.* 1134. *num.* 5.

R

Regnum Cœlorum tantum valet, quantum habes. *col.* 658. *num.* 6. Regni perfectio in tribus conſiſtit. *col.* 733. *num.* 3.

Reinaldus, aut Raynaldus Reatinus Minorita, vir miræ perfectionis. *col.* 1033. in *not. b.*

Religio. Contra Religionis propoſitum tentationes; *col.* 105. *num.* 76. *& ſeqq.* Horror auſteritatis vitæ Regularis quomodo curandus. *col.* 107. *num.* 78. Religio unde dicta. *col.* 314. *num.* 1. Tria vota Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis. *ibi*. Ceſſet voluntas propria & infernus non erit. *ibi*. Quanta virtus in carne præter carnem vivere. *ibi*. Quid exigatur, ut Religio ſit ſummæ Trinitati accepta. *col.* 315. *num.* 2. De Obedientia. *col.* 327. *num.* 20. Sex Mandata, quibus ſervatis Religioſus vivit ſine macula, & ad vitam æternam proficit. *col.* 334. *& ſeqq. num.* 1. *ac ſeqq.* Reprehenduntur dehortantes ab ingreſſu Religionis. *col.* 463. *num.* 62. Inſana conſilia dehortantium ab ingreſſu Religionis diſciplinam ſeveriorem profitentis. *col.* 464. *num.* 63. Contra revocantes in dubium bona propoſita. *col.* 465. *num.* 64. Contra conſulentes, ut is remaneat in ſæculo, qui fortis eſt. *ibi*. Quanta bona vocatio ad Religionem pariat. *col.* 1132. *num.* 2.

Reproborum in inferno meditandus cruciatus. *col.* 515. *num.* 18.

Requiſita quatuor ad oſtendendam Civitatem commendabilem. *col.* 391. *num.* 5.

S

Sabbati dies cur B. Virgini ſacer; *col.* 12. *num.* 4. Sabbati ſanctificatio in Dei dilectione conſiſtit. *col.* 360. *num.* 20.

De Salomonis caſu exemplum terribile, ut ſapientes a mulieribus caveant. *col.* 489. *& ſeqq. num.* 103.

Ad Salutem neceſſaria quatuor. *col.* 614. *num.* 1. Turba malæ ſocietatis ſæpe ſalutem impedit. *col.* 614. *num.* 2.

Sanctorum exempla cultorum paupertatis. *col.* 462. *num.* 61.

Sanctorum Ordines novem laudantes in cœlo nomen Domini. *col.* 596. *num.* 91. Ad Sanctorum feſta rite celebranda quid exigatur. *col.* 664. *num.* 1.

Sapientiæ vanæ, quæ terrena eſt diſſuaſio. *col.* 484. *num.* 94. Sapientia terrena quæ. *ibi*. Quæ animalis. *col.* 485. *num.* 95. Quæ diabolica. *col.* 485. *num.* 96. Objurgatio Apoſtoli contra his tribus addictos. *col.* 486. *num.* 97. Suaſio veræ ſapientiæ, quam Chriſtus reſurgens nos docet appetere. *col.* 486. *num.* 98. Sapientia lux illuminativa. *col.* 487. *num.* 99. Anima juſti ſedes eſt ſapientiæ. *ibi*. Sapientia lux lætificativa, & corroborativa, *col.* 487. *& ſeq. num.* 100. *ac ſeq.* Septem columnæ ſapientiæ. *col.* 488. *num.* 101. Domus ſapientiæ columnæ ſeptem. *col.* 488. *num.* 102. Prima columna pudicitia in carne. *col.* 488. *num.* 103. Secunda columna innocentia in mente. *col.* 490. *num.* 104. Tertia columna moderatio in ſermone. *col.* 490. *num.* 105. Quarta columna ſuadibilitas in affectu. *col.* 491. *num.* 106. Quinta columna liberalitas in effectu. *col.* 492. *num.* 107. Sexta columna maturitas in judicio. *col.* 492. *num.* 108.

Magna ſapientia eſt habere auctoritatem, zelum, & fortitudinem in judicando. *col.* 493. *num.* 108. Septima columna ſimplicitas in intentione. *col.* 493. *num.* 109. Sapientia, ſive Prudentia in Jeſu Nomine. *col.* 569. *num.* 67. Sapientia diſcitur quatuor modis, ſcil. in exercitio lectionis, meditationis, orationis, contemplationis. *col.* 570. *& ſeq. num.* 68. Ad Sapientiam acquirendam quanta orationis devotæ utilitas. *ibi*. Sapientia Chriſtianorum. *col.* 573. *num.* 71.

Satan ſtudet depravare bona opera per vanam gloriam. *col.* 156. *num.* 119. Satanæ opus principale ſuperbia. *col.* 701. *num.* 5.

Saulus excæcatus, & Paulus illuminatus. *col.* 574. *num.* 71.

De Scientiæ dono. *col.* 442. *num.* 36. Claritas Scientiæ Philoſophicæ, Theologicæ, Gratuitæ, & Glorioſæ. *ibi*, Claritas Scientiarum Philoſophicarum quando eclypſatur. *col.* 445. *num.* 39. Claritas Scientiæ Theologicæ. *col.* 445. *num.* 40. Claritas Scientiæ Gratuitæ. *col.* 447. *num.* 42. Item Glorioſæ. *col.* 449. *num.* 43. Nulla Scientia ſine Doctore habetur. *col.* 625. *num.* 7.

Scripturæ ſacræ ſententiis contra vitia munimur. *col.* 78. *num.* 50. Scripturam non intelligentes Arius, Sabellius, Neſtorius &c. totam

tam Ecclesiam commoverunt. *col.* 447. *num.* 41. Circa sacram Scripturam errores cavendi ope solis sapientiæ. *col.* 473. *num.* 79. Error primus contrarius causæ essendi. *col.* 474. *num.* 80. Error secundus contrarius rationi intelligendi. *col.* 474. *num.* 81. Error tertius contrarius utrique. *col.* 475. *num.* 82.
Selmon interpretatur umbra. *col.* 885. *num.* 135. & *col.* 897. *num.* 146.
Semicinctia. *col.* 519. *num.* 22.
Seneca nec fuit Christianus, nec Hæreticus; sed Philosophus. *col.* 624. *num.* 7.
Serpens a Moyse exaltatus typus Christi Crucifixi. *col.* 202. *num.* 158.
Servi multi mori voluerunt pro Dominis suis. *col.* 670. *num.* 8.
Servitus nulla ea, quæ est peccati, ignominiosior. *col.* 673. *num.* 2.
Signorum tria genera. *col.* 809. *num.* 57.
Silentium laudabile, sed intempestivum fugiendum. *col.* 117. *num.* 87. Silentii religio crescit pro modo profectus. *col.* 118. *num.* 88. Cur tam stricte in Monasteriis præscriptum. *col.* 120. *num.* 89. Virginibus Religiosis quid agendum in silentio, vel cui interim loquendum. *col.* 121. *num.* 90. Silentium munitio civitatis animæ, loquacitas destructio. *col.* 309. & *seqq. num.* 4. *ac seqq.* De silentio. *col.* 324. *num.* 14. Dictum Arsenii de silentio servando. *col.* 1140. *num.* 18. Otium in solitudine perniciosum. *ibi*.
Silvester ab Assisio primus, qui Ordinem Minoriticum ingressus est Sacerdos. *col.* 1081. in *not. b.*
Simoniaci. Contra istos. *col.* 422. *num.* 7.
Sion interpretatur specula, speculatio, sive speculum. *col.* 834. *num.* 82.
De Sollicitudine triplici. *col.* 407. *num.* 21.
Spes est stabilis pes. *col.* 558. *num.* 57.
In Spiritus Sancti donis considerandæ largitas dantis, pretiositas muneris, dispositio recipientis. *col.* 404. *num.* 18. Spiritus Sanctus arbori comparatus. *col.* 514. *num.* 17.
Status Virginalis commoda, & conjugalis incommoda. *col.* 135. *num.* 104. Quanto Status est altior, tanto casus est gravior. *col.* 703. *num.* 5.
Stephanus & Laurentius Magni Archidiaconi. *col.* 492. *num.* 107.
Superbia Luciferi, & humilitas Mariæ per antitheſim collata. *col.* 114. *num.* 85. Superbia primum peccatum a Deo per Angelos punitum. *col.* 620. *num.* 2.
Superbis quantum timendum sit. *col.* 621. *n.* 2. Exemplum de Herode Agrippa. *ibi*. Superbi plurimi, humiles vero admodum rari. *col.* 649. *num.* 3. Ex superbia mala omnia. *ibi*. Superborum gloria sicut palea igne succensa, sicut aqua defluens, sicut spuma maris. *ibi*.
Superbia opus principale Satanæ. *col.* 701. *num.* 5.

T

Tabulæ Moysi traditæ duæ. *col.* 349. *num.* 7. In prima sunt tria Præcepta. *col.* 350. *num.* 7. In secunda vero septem secundum duplicem legem naturalem beneficentiæ & innocentiæ. *col.* 350. *num.* 8.
Tentationes contra Religionis propositum. *col.* 105. *num.* 76. Inordinatus in amicos affectus quomodo ordinandus. *col.* 106. *num.* 77. Horror austeritatis vitæ Regularis quomodo curandus. *col.* 107. *num.* 78. Tentationes Virginum. 108. *num.* 78. Quomodo superandæ. *col.* 108. *num.* 79.
Thaidis conversio opera Abbatis Paphnutii. *col.* 627. *num.* 10.
Theosebia in Græco, quid in Latino significet. *col.* 435. *num.* 27.
Timendum semper quantumvis perfectis. *col.* 133. *num.* 102. Quæ exercenda ad servandum spiritum timoris, doloris, & ardoris. *col.* 303. *num.* 11. Timore & amore opus est ad implenda Divina præcepta. *col.* 352. *num.* 10. De Timoris Dei Dono. *col.* 425. *num.* 13. Timor Dei tam in veteri, quam in novo Testamento sæpe memoratus. *ibi*.
Quæ origo, utilitas, & perfectio Timoris Dei. *col.* 426. *num.* 14. Origo Timoris ex triplici consideratione. *col.* 426. *num.* 15. Ex consideratione Divinæ potentiæ. *ibi*. Ex consideratione Divinæ sapientiæ. *col.* 426. *num.* 16. Ex consideratione severitatis Divinæ justitiæ. *col.* 427. *num.* 17. Timenda septem judicia, *col.* 428. *num.* 17. Utilitas sive fructus timoris triplex. *col.* 429. *num.* 18. Ad impetrandam Divinæ gratiæ affluentiam. *col.* 429. *num.* 19. Ad introducendam Divinæ justitiæ perfectionem. *col.* 430. *num.* 20. Ad obtinendam Divinæ sapientiæ illustrationem. *col.* 430. *num.* 21. Progressus Timoris Dei, ac modus se in eo exercendi per perfectam conscientiæ emundationem. *col.* 432. *num.* 22. Per perfectam obedientiæ promptitudinem. *col.* 433. *num.* 23. Per perfectam fiduciæ firmitatem. *col.* 423. *num.* 24.
Trinitas Sancta in lilio adumbratur. *col.* 155. *num.* 119.
Trinitatis imago in tribus consistit. *col.* 590. *num.* 87.
Turba malæ societatis sæpe salutem impedit. *col.* 614. *num.* 2.

V

Varro Romanorum doctissimus laudatur. *col.* 659. *num.* 7.
Verba otiosa quam Virginibus cavenda. *col.* 111. *num.* 82. Otiosum verbum quodnam sit. *col.* 112. *num.* 83. Verba sunt medicinalia. *col.* 116. *num.* 87.
Verbum assumpsit quod non erat, manens quod erat. *col.* 203. *num.* 158. Per Verbum incarnatum, crucifixum, & inspiratum lux gratiæ. *col.* 419. *num.* 1. & *seqq.*
Verecundia quid efficit. *col.* 583. *num.* 81.
Iracundiæ passio verecundiam dehonestat. *col.* 584. *num.* 81.
Viola simbolum humilitatis. *col.* 80. *num.* 53.
Violæ statura, odor, & color. *col.* 80. & *seq.*

Digitized by Google

num. 53. *ad seq.* Non habent proprietatem floris, sive violæ humilitatis, qui se aliis meliores jactant, vel aliis meliores videri volunt. *col.* 81. *num.* 53.
Virgines præcipue decet humilitas. *col.* 85. *num.* 57. Virginibus Christi rectitudo intentionis commendatur. *col.* 100. *num.* 72. Virginum tentationes quomodo superandæ. *col.* 108. *num.* 78. *& seq.* Virginum fœcunditas in filiis spiritualibus gignendis. *col.* 109. *num.* 79.
Virginibus maxime commendanda perseverantia. *col.* 109. *num.* 80. Virginibus quam cavenda verba otiosa. *col.* 111. *num.* 82. Virginibus cavenda cantica detractionis, diffidentiæ, mendacii, & excusationis. *col.* 114. *num.* 86. Virgines maxime decet silentium. *col.* 119. *num.* 89. Virginibus Religiosis quid agendum in silentio, vel cui interim loquendum. *col.* 121. *num.* 90. Virginitatis decor incomparabilis. *col.* 125. *num.* 93. Virginum præ cæteris duplex prærogativa. *col.* 126. *num.* 94. Virgines adeps & medulla Ecclesiæ. *col.* 126. *num.* 94. Vera Virginitas mentis & corporis puritate constat. *col.* 126. *num.* 95. Quibus competat Virginum aureola. *col.* 127. *num.* 96. Virginibus cavendæ omnes occasiones lapsus & corruptionis. *col.* 128. *num.* 97. Vita Virginum, vita Angelica. *col.* 129. *num.* 98. Virginalis status commoda, & conjugalis incommoda. *col.* 135. *& seqq. num* 104. *ac seqq.* Virgines evadunt utramque Hevæ maledictionem. *col.* 136. *& seq. num.* 105. *ac seq.* Virginum spiritualis fœcunditas carnali multo felicior. *col.* 137. *num.* 105. Virginitatis appetendæ tertia causa. *col.* 139. *num.* 107. Virginum vitæ futuræ primum commodum sequi Agnum. *col.* 141. *num.* 108. Virginitas sola sine aliarum virtutum comitatu non meretur sequi Agnum. *col.* 143. *num.* 109. Virginum vitæ futuræ secundum commodum cantare canticum novum ante thronum Dei & Agni. *col.* 144. *num.* 110. Quam sollicita oris custodia deceat Virgines. *col.* 145. *num.* 111. Tertium commodum vitæ futuræ manens Virgines. *col.* 146. *num.* 113. Excellentia bravii Virginum præ cæteris. *col.* 147. *num.* 113. Paræneſis ad Virgines. *col.* 148. *num.* 114. Virginibus quantopere colendus & amandus Christus. *col.* 149. *num.* 115. Amor Virginum securior amore conjugum. *ibi.*
Aureola Virginum quid. *col.* 150. *num.* 115. A Virginibus omnia referenda ad Sponsi gloriam. *col.* 155. *num.* 119.
Viri Sancti commotio propter tria. *col.* 393. *num.* 6. Viri perfecti omnes qui mundum instar Apostolorum contempserunt, in postremo judicio sessuri cum Christo judices. *col.* 693. *num.* 4.
Virtus est medium vitiorum. *col.* 182. *num.* 139. Quanta virtus in carne præter carnem vivere. *col.* 314. *num.* 1. Virtutes sunt animæ indumenta, arma, & lux. *col.* 396. *num.* 10. Alia Virtutum præconia. *col.* 397. *num.* 10. De Virtutibus Cardinalibus. *col.* 568. *num.* 65. *& seq.* Frustra quæsitæ apud Gentiles. *col.* 568. *num.* 66.
Ad Visionem beatam quatuor requisita. *col.* 629. *num.* 2. Quid sit Beatitudo secundum Bernardum, & Boetium. *ibi.* Visio beata quam felix. *col.* 630. *num.* 3. De visione Divina Platonici cujusdam Philosophi dictum. *ibi.*
Vita præsens ingrata est propter tria, *col.* 25. *num.* 11. Præsens vita laboris, futura gaudii. *col.* 221. *num.* 175.
Vitia fere omnia ex defectu fidei nascuntur. *col.* 201. *num.* 157.
Vitis vera Christus. *col.* 5. in Prologo. Vitis plantatur, non seminatur, ita Christus. *col.* 6. *num.* 1. Vitis præcisio Christi circumcisio, & exinanitio. *col.* 8. *& seq. num.* 2. *ac seq.* Vitis circumfossio denotat fraudes insidiantium. *col.* 14. *num.* 5. Ac Christi crucifixionem. *col.* 16. *num.* 7. Vitis flores odore suo fugant venenata animalia. *col.* 200. *num.* 156. Fructus vitis Christi quomodo comeditur & bibitur. *col.* 219. *num.* 174.
Vitis botri quinam in Ecclesia. *col.* 222. *num.* 176.
Vivere sobrie, juste, & pie quid sit. *col.* 421. *num.* 4.
Unio spiritualis major debet esse, quam corporalis. *col.* 707. *num.* 7.
Voluntas propria cesset, & infernus non erit. *col.* 314. *num.* 1.
Usura suapte natura mala. *col.* 376. *num.* 36. Et videndæ ibi notæ *a b c.*
Vulnus sanari impossibile, si taceatur absconditum. *col.* 655. *num.* 4.

Finis Indicis Verb. & Rer.

IN-

Digitized by Google

INDEX

ET NOTITIA AUCTORUM,

Aliorumque, etiam Codicum, qui in tribus Voluminibus Supplementi Operum Seraphici Doctoris S. Bonaventuræ allegantur, vel memorantur.

A

Abbas S. Mariæ Bleſenſis, ad quem ſcripſit Epiſt. S. Bonaventura.

Abulenſis. Vid. Toſtatus.

Accius Lucius Poeta.

Achery Lucas Monachus Benedictinus Congr. Maur. in indagandis edendiſque Veterum Scriptis diligentiſſimus.

Acta Eccleſiæ Mediolanen.

Acta S. Agnetis Virg. & Mart.

Acta SS. Mart. Anaunienſium, ex geminis S. Vigilii Trident. Epiſc. & Mart. Epiſtolis ad S. Simplicianum Epiſc. Mediolan. & S. Jo. Chryſoſt. Epiſc. Conſt.

Acta SS. Mart. Ceptenſium Ord. Min. coævi Scriptoris.

Acta SS. Perpetuæ & Felicitatis Mart.

Acta S Sebaſtiani Mart.

Acta S. Stanislai Epiſc. Cracovien. & Mart.

Acta S. Thaidis, ſive Thaiſis.

Acta S. Vigilii Epiſc. & Mart. Trid.

Acta Sanctorum Bollandiana.

Auctaria Uſuardina, Ultrajectinum, Leydenſe, Albergenſe, & Danicum.

Adelmannus ex Clerico Leodienſi Epiſc. Brixien. Venerabilis, qui multa tam metro, quam proſa ſcripſiſſe dicitur, inter alia *de Corpore & Sanguine Domini*, eſtque Epiſtola data ad Berengarium amicum ſuum, ne de SS. Euch. Sacramento impie ſentiat. De hoc Adelmanno plura dabit *Collectio Veterum Patrum Brixian. Eccl.* Cl. Pauli Galiardi Can. Brix. nec non *Brixia ſacra* Cl. P. Jo. Hieron. Gradonici C. R. nunc Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Archiep. Utinen.

Adelpretus hujus nominis III. Epiſc. Princepſque Tridentinus.

Ado Archiepiſcopus Viennenſis in Gallia, cujus *Chronicon breve* ab origine Mundi ad ſua uſque tempora, & *Martyrologium Sanctorum per circulum anni*, prolixis Martyrum elogiis præ cæteris omnibus inſigne.

Adraſtus Cyzicenus, nobilis Mathematicus.

Adricomius Chriſtianus, Delphienſis in Hollandia Geographus auctor *Theatri Terræ Sanctæ*.

Æſelius Felix, Electoralis Bavaricæ Bibliothecæ Præfectus.

B. Ægydius Aſſiſias S. P. Franc. Socius, de quo S. Bonav. teſtatur, quod fuit *Sanctus Pater, Vir utique celebri memoria dignus, virtutum ſublimium exercitatione præclarus, ad excelſæ contemplationis ſublimatus verticem, crebris in Deum raptus exceſſibus, quemadmodum & ego ipſe oculata fide conſpexi, ut magis cenſeretur vitam Angelicam agere, quam humanam*. Et quamvis ſecundum eundem S. Bonaventuram *eſſet idiota & ſimplex*, eum tamen Claudius Fleury inter excellentiores Chriſtianæ Moralis Magiſtros Sæculi XIII. una cum eodem S. Franciſco, S. Domi-

Digitized by Google

Dominico, & B. Jordano, ob graviſſimas illius ſententias, recenſet, dicens quod ejus *ſententiæ nihil omnino cedunt pulchrioribus apophthegmatibus Philoſophorum.*

B. Ælredus, vel Edilredus Anglus, Monachus Ciſtercienſis Ordinis, & Abbas Rievallis, ſive Regiæ Vallis in Archiepiſcopatu Eboracenſi, vir ſanctus, ac ſoavis eloquii.

Æmilianus Joannes, Epiſc. Tudetanus, qui interfuit Trident. Concil.

Æmilius Macer, Poeta Veronenſis.

Æſculapius ob ſapientiam in Arte Medica ab Ethnicis in Deorum numerum relatus.

B. Agnes S. Claræ Soror.

B. Agnes Clariſſa, Filia Ottocari Bohemiæ Regis.

De Aguirre Joſephus Saens, Ord. S. Bened. Card. non minus Operibus, quam purpura eminentiſſimus, famoſuſque Probabiliſmi retractator.

Alanus de Inſulis Ord. Ciſter. a quo diſtinguitur alius hujus nominis Alanus; hic ſæculo XII. ille ſæculo XIII. clarus. Inter hujus Opera, quæ diligentiſſimis curis conquiſivit Carolus de VViſch Cœnobii Dunenſis in Flandria Prior, quæve edi curavit Antuerpiæ an. 1654., recenſetur Opuſculum *De ſex Alis Cherubim*, alias ferens S. Bonaventuræ nomen.

Alaricus Rex Gothorum.

Albertus Stadenſis Abbas Ord. S. Bened. dein ex voto perfectioris vitæ Franciſcanus, non tamen, ut putavit P. Graveſon, & *Miniſter Generalis Ordinis Minorum*, ſed alius fuit ejuſdem nominis, nempe *Albertus de Piſis.*

Albertus. Vid. Caſtellanus.

Albertus Prackius, Canon. Reg. Lat. S. Aug. Præpoſitus Grieſenſis, S. Bonaventuræ doctrinæ addictiſſimus, & ob plura ad nos miſſa liberaliſſima ſubſidia de toto hoc Supplemento optime meritus, cujus ſunt doctæ *Prælectiones Theologicæ in* 1. *Sentent. Libr. de Deo uno & Trino ex ſacræ Scripturæ, Conciliorum, & SS. Patrum, maxime Auguſtini & Thomæ incorruptis fontibus deprompta.*

B. Albertus Magnus Ord. Præd. Epiſc. Ratiſponen. in cujus magnam cedit laudem habuiſſe inter alios diſcipulos S. Thomam Aquinatem. Suis Operibus plurimis accedit aliud anecdotum *Contra Guillemiſtas impugnantes Religioſos*, relatum a P. Soldato, de quo infra.

Alberus Eraſmus Brandeburgenſis, Auctor Alcorani Franciſcanorum, eorumque Vatinianus hoſtis Hæreticus.

De Albiciis Bartholomæus Piſanus, Ord. Min. cujus celebre Opus *Conformitatum* conferendum cum MS. Urbini in Bibliotheca Ducali, ut purgatius recudatur. Ejus Cenſoribus reſponderunt Sedulius, & Arturus.

Alcazar Aloyſius ſive Ludovicus Hiſpanus, S. J. qui, ut ait Cornel. a Lap. ſcripſit *in Apocalypſim prolixe, ingenioſe, erudite, & elaborate, utinam æque genuine & ſolide ad literam.*

Alciatus Andreas, Mediolanen. J. C.

Alcimus Avitus, Viennenſis in Gallia Epiſc. qui plura graviter ac venuſte ſcripſit verſu & ſoluta oratione.

Alcuinus Albinus Flaccus, Anglus, Bedæ diſcipulus, præceptor Caroli Magni, Abbas & Scriptor multæ pietatis & ſcientiæ, qui ſcripſit etiam *in Cant. Canticor.*

Aldus Manutius, Romanus Typographus.

Alexander IV. Pont. Max.

Alexander Halenſis Anglus, inſignis Theol. Seraphici Ord. Minorum, ac in eo primus Doctor, vocatus *Doctor irrefragabilis*, S. Bonaventuræ Magiſter, cujus temporibus Divinarum ſtudium Literarum impenſius coli cœpit, teſte coævo Vincentio Bellovacenſi, de quo infra vid. Bellovacenſis.

Alexander ab Alexandro, Neapolitanus J. C.

Alexander. Vid. Natalis.

Alexander Philippi Macedo.

Algerus, ex Scholaſtico Leodienſi Monachus Cluniacenſis, cujus *Libri tres adverſus hæreſim Berengarii de Sacramento Corporis & Sanguinis Domini.*

Alogi Hæretici Chriſti Divinitatem negantes.

Alphonſus. Vid. a Caſtro. Vid. Salmeron. Vid. Villegas.

Alvarez Gabriel Oropeſanus S. J. qui *in Iſaiam* ſcripſit.

Alvarus Pelagius, Ord. Min. Epiſc. Sylvenſis in Luſitania, cujus laudatiſſimum Opus *De planctu Eccleſiæ.*

Amadutius Joannes Chriſtophorus, novus Editor eruditus Opuſculi S. Bonaventuræ *De Plantatione Paradiſi.*

S. Ambroſius Archiepiſc. Mediolanen. Do-

Digitized by Google

Doctor Ecclesiæ, ejusque Lumen eximium. Cujus extat Epistola scripta circ. an. 385. n. 19. ad nostrum S. Vigilium Trid. Episc. in qua ab eodem ad Episcopatum recens allecto, ut sibi formam institutionis traderet, obsecratus, admonet ne fideles cum infidelibus patiatur inire conjugia: deterreat populum a fraudibus atque fœnoribus: ad hospitalitatem vero illum hortetur: sed potissimum, ut memorata Christianorum cum Gentilibus matrimonia efficacius prohibeat, historiam Samsonis universam decurrit atque edisserit. Melior ejus Operum Editio est Clariss. Monachor. S. Bened. e Congregat. S. Mauri, cujus ope vera a falsis, certa ab incertis nullo negotio dijudicabuntur.

Ambrosius. Vid. Autpertus.

Ambrosius Catharinus Politus Senen. Ord. Præd. prius Minorensis Episc. dein Compsanus in Regno Neapolitano Archiepisc. Interfuit Trident. Concil. in eoque Orationem habuit non inelegantem.

Ambrosius Florentinus, Abbas Generalis Ord. Camaldulen. Græcæ linguæ peritissimus, qui multos Græcos Libros Latine reddidit, interfuitque Conciliis, Basileen., Ferrarien., & Florent.

Ammianus Marcellinus, Historicus Gentilis, Christianis infensus, qui Rer. Gestar. Lib. 29. de *Festo Tridentino* in Orientem transgresso testatum reliquit, quod *ibi administrata Syria, magisterioque memoriæ peracto, bona lenitudinis & reverentiæ reliquit exempla: unde regere Asiam Proconsulari potestate exorsus, velificatione tranquilla (ut ajunt) ferebatur ad gloriam &c.*

Ammonius Alexandrinus, Origenis Adamantii in Philosophia Magister.

Amort Eusebius Philosophus, Theologus, Historicus, Criticus, Canon. Regul. S. Aug. Pollinganus, multorum Auctor Librorum, vastæ eruditionis, singulariisque doctrinæ, qui Seraphicum Doctorem ita laudavit, ut *suum* dixerit.

S. Anastasius I. Papa, laudatus a S. Hier.

SS. Anastasius & alii 70. Monachi Martyres sub Siroe Cosroæ Regis Persarum filio.

S. Anastasius Sinaita, prius Montis Sinai Monachus, dein Patriarcha Antiochenus, eruditione & scientia Scripturarum insignis, cui tamen tribuuntur quædam, ad alterum Anastasium Patriarcham Antiochenum recentiorem spectantia.

Andreas Archiep. Cæsarien sis in Cappad., cujus extat in Biblioth. Veterum Patrum, ac etiam seorsim Græce & Latine editus *Comment. in Apocal.*

Angelomus Lexovien. Monachus S. Bened., qui inter alia scripsit *in Cant. Cantic.*, fuitque Aponii, de quo infra, Abbreviator.

Angelus M. Vid. Bandinius.

Angelus de Perusio, Ord. Min. Gen. Minister.

Angelus. Vid. Rocca.

Annatus Petrus, Congregationis Doctrinæ Christianæ Præpositus Generalis, cujus celebris *Apparatus ad Positivam Theologiam.*

Annius Joannes Viterbiensis sacri Palatii Apostolici Magister Ord. Præd. Latine, Græce, Hebraice, Chaldaice, & Arabice eruditus, ac pluribus Operibus clarus; sed notatus ob fictitios antiquos Authores ab ipso editos.

Anonymi tres apud Theodoretum, quos Hortolanus, de quo infra, censet S. Gregor. Nyssen., S. Nilum Monach. S. Chrysostomi discip., & S. Maximum.

Anonymus modernus sub larva Itali.

Anonymus Monachus S. Justinæ Patavii.

Anonymus Ord. Min., ad quem S. Bonav. direxit Opusc. *de Laude Mellif. Nominis D. N. J. C.*

Anonymus Ord. Min., ad quem S. Bonav. scripsit Epist. *de Imitatione Christi.*

Ansaldus Castus Innocens Ord. Præd. singularis argumenti Operum eruditissimus Scriptor.

S. Anselmus ex Beccensi Abbate Cantuarien. Archiepisc., Doctor Ecclesiæ, ac Monachus Benedict. cujus Opera Cl. P. Gabriel Gerberon Monachus Congregat. S. Mauri ad MSS. fidem expurgavit.

Anselmus. Vid. Boetius.

Anselmus Laudunen. cognomento Scholasticus, Auctor Glossæ Interlinearis.

Antiochus Epiphanes Judæorum persecutor.

S. Antipas illustris Martyr sub Domitiano, cujus meminit S. Joannes in Apocalypsi.

S. Antoninus Ord. Præd. Archiepisc. Florentinus, Scriptor Historicus, & in sacrorum Canonum, & Morum

Digitized by Google

doctrina exercitatissimus, laudator S. Bonaventuræ, vel ipse omni laude dignus, cujus Operum Editiones novissimæ illustratæ a Claris Viris Petro Ballerinio, & P. Mamachio, de quibus infra.
S. Antonius Ægyptius, Abbas, Monachorum Pater.
Antonius Inama de Fundo Ord. Min.
Antonius Maria de Regiolo Ord. Min.
Antonius Vercellensis Ord. Min.
S. Antonius Ulyssiponensis, dictus quoque de Padua, *Arca Testamenti*, & *perpetuus Hæreticorum malleus* nuncupatus, Ord. Min. cujus *Sermones in Psalmos* edidit, illustravitque Azzoguidius, de quo infra, adjecta ejus Vita a Siccone Polentonio scripta.
Antropomorphitæ Hæretici ab Audæo Hæresiarcha orti, Deum humana esse forma dicentes.
Apollinaristæ, Christum pro anima Deitatem habuisse asserentes, sic dicti ab Apollinari juniore Episcopo Laudiceno, multum diverso a duobus aliis Apollinaribus senioribus; scilicet ab Apollinari Cajo Sulpicio celebri Gram. secundi sæc. & ab Apollinari Claudio Episc. Hierapol. in Phrygia, qui præsentavit unam Ecclesiasticam pro Christianis Apologiam Marco Antonino Vero.
Apollonius Tyaneus Philos. Pythag. & Magus.
Apollosanius, ad quem directa est Dionys. Areopag. Epist. XI.
Apulejus Lucius, Philosophus.
Aquila Ponticus Synopæus Græcus Divinarum Scripturarum Interpres.
Aponius Vir eruditus & doctus, qui scripsit *in Cant. Cantic.* floruitque non an. 812. ut quidam autumant; sed circa an. 680. Quippe allegatur a Beda L. 4. in Cant. c. 23. cujus natalis dies consignatur an. 673.; emortualis vero an. 735.
Aquillonius Franciscus Bruxellensis Mathematicus S. J. qui plures scripsit Libros *Opticorum*, *Catopticorum*, & *Dioptricorum*.
Arcadius Imperator.
Arethas Cæsariensis Presbyter, *Apocalypsis* Interpres.
Argon Bonaventura in Rhotomagensi S. Juliani Monasterio Carthusianus, cujus utilissimum Opus de *Lectione PP. Ecclesiæ*.
Arias Montanus Benedictus Hispalen. Linguarum peritissimus, qui in Tridentino Concilio magnam sibi laudem comparavit.
Arideus Philippus Astronomus.
Ariostus Alexander Ord. Min., Nomenclator Opp. S. Bonavent.
Aristhæas Judæus, tempore LXXII. Interpretum, quorum scripsit Historiam ad Philocratem. Sed consulendæ in hanc rem Henrici Valesii J. C. eruditissimi ad Eusebii Eccl. Hist. Annotationes.
Aristippus Philosophus, discipulus Socratis, fundator sectæ Cyrenaicæ, & alter Aristippus junior ejus nepos.
Aristoteles Stagirita, Philosophus, Platonis discipulus, & Alexandri Magni Præceptor.
Arius Hæresiarcha, a quo Ariani Hæretici, toties damnati in Conciliis, etiam in Aquilejensi an. 381., cui legitur cum aliis pluribus subscriptus: *Abundantius Episcopus Tridentinus*.
Armandus. Vid. Buthillierius.
Arnaldus Antonius Doctor Sorbon. multorum Operum Scriptor, sed notatus ob nimis obfirmatum animum in defensione Jansenii.
Arnobius Afer, Presbyter, Rhetor, Philosophus, cujus auditor Lactantius Firmianus, de quo infra, Scriptor *Libror. 7. contra Gentes*. Est & alter Arnobius multo junior auctor brevis *Comment. in Psalmos* secundum mysticum sensum.
Arnoldus Abbas S. Justinæ Patav.
Arnoldus Carnotensis, discipulus S. Bernardi, Abbas Bonæ Vallis. Inter Opuscula S. Cypriano vulgo adscripta, est ejusdem Arnoldi *Tractatus de novissimis verbis Domini in Cruce*.
Arsenius Abbas.
Artemon Hæreticus.
Arturus a Monasterio Ord. Min. ejus *Martyrolog. Francisc.* cum eruditissimo Prologo, & copiosissimis Notis.
Ascelinus Monachus Normanus.
Assemanus Simonius Evodius, Custos Biblioth. Vatic. secundus, a quo nova eaque præstantissima Editio Græco & Syriaco-Latina Operum omnium S. Ephræm Syri, de quo infra.
Athanaricus Gothorum Rex Ethnicus.
S. Athanasius, vere Magnus, qui interfuit Nicænæ Synodo an. 325. Diaconus Alexandrinæ Ecclesiæ, strenueque pro Catholica Fide pugnavit adversus Arium Hæresiarcham; tum in

Digitized by Google

in demortui Alexandri locum creatus Patriarcha Alexandrinus, exilia, aliaque adversa plurima perpessus fuit ex Arianorum ac Ethnicorum insidiis: sed tot hostium cuniculis circumventus, & persecutionibus vexatus, nihil admodum territus, semper usque ad finem vitæ permansit murus æneus pro domo Dei. Symbolum S. Athanasii: *Quicumque &c.* sic quidem allegat cum aliis pluribus S. Bonaventura; sed plures Critici recentiores malunt adscribere Vigilio Tapsensi Africano, qui illud ediderit sub nomine S. Athanasii. Postremam ejus Operum Editionem adornavit Cl. P. Montfaucon e Congr. S. Mauri. Hujus S. Patris *Interpretatio Psalmorum, seu de Titulis Psalmorum* dicata S. R. E. Cardinalium Collegio ab Illustriss. & Reverendiss. Præsule Nicolao Antonello a secretis ejusdem Collegii, postea Cardin. Edit. Rom. 1746.

Athaulphus Alarici affinis, & successor in Italia.

Athenagoras Athenienſis, Philosophus Christianus, & Presbyter, cujus *Apologia pro Christianis ad Imperatorem Marcum Aurelium Antoninum &c.*

Attalus Arianus. Imperator ab Alarico creatus, & ab eodem depositus.

Attila Hunnorum Rex Ethnicus.

Atto Vercellenſis Episc. doctissimus sæculi X. Theologus & Canonista, qui post se plura doctrinæ suæ monumenta reliquit. Ejus Opera cum Commentariis Caroli Burontii fol. To. 2. 1768.

Aubertus Miræus, cujus celebre *Auctarium de Scriptoribus Ecclesiasticis.*

Auctor anonymus synchronus *Vitæ S. Ludovici Episc. Tolosani* Ord. Min.

Auctor *Recognitionum* sub nomine S. Clementis.

Auctor *Libri Censuum* Codicis Vaticani Gregoriani.

Auctor *Catenæ Græcorum.*

Auctor *Chronici* antiqui MS. sub Hieronymo Asculano Ord. Min. Ministro Generali, de quo infra.

Auctor *Chronici Montis Sereni* inter Scriptores Rerum Germanicarum.

Auctor *Commentariorum in Psalmos* sub nomine S. Hieronymi.

Auctor *Dialogorum*, qui S. Athanasio tribuuntur.

Auctor *Dictæ Salutis* inter Opuscula sub nomine S. Bonaventuræ. Vid. Gulielmus de Canicia, sive Lanicia.

Auctor *Ecclesiasticæ Hierarchiæ* sub nomine S. Dionysii Areopag.

Auctor *Epistolæ*, quæ sub S. Barnabæ nomine ferri solet.

Auctor *Expositionis in Cant. Cantic.* sub Cassiodori nomine, cujus credi haud potest, nisi dicamus, sciolum aliquem nonnulla ei attexuisse; cum in ipsa allegetur Gregorius Papa, centum annis Cassiodoro posterior.

Auctor *Expositionis in S. Joannis Evang.* inter Opera Bonaventuriana. Vehementer errant qui eam censent concinnatam ab Alexandro de Alexandria Ord. Min. Hujus quippe Postillam super Evang. S. Joan. multo ab illa diversam vetustus membr. Cod. Biblioth. Patav. PP. Conv. demonstrat.

Auctores *de Vitis Patrum.*

Auctor Græcus incertus, Interprete Joanne S. R. E. Subdiacono.

Alius Græcus incertus, Interprete Pascasio S. R. E. Diacono.

Alius Græcus incertus *de Ægyptiorum Patrum sententiis*, Interprete Martino Dumiensi Episc., de quo infra.

Auctor *Homiliæ de Assumptione ad Paulam & Eustochium* sub S. Hieronymi nomine.

Auctor incertus *Vitæ S. Thaidis* meretricis a S. Paphnutio Abbate conversæ.

Auctor *Indiculi Hæreseon* sub S. Hieronymi nomine.

Auctor *Jubili Rhythmici de Nomine Jesu*, nunc inter S. Bernardi Supposititia.

Auctor Libri *de falsa & vera pœnitentia*, & Auctor Libri *de Triplici Habitaculo*, inter Supposititia S. Augustini.

Auctor Libri *de Vera Innocentia.*

Auctor Libri *ad Soror. de Modo vivendi*, & Auctor *Meditationum* inter Supposititia S. Bernardi.

Auctor *Miscellæ.*

Auctor *Operis Imperfecti in Matthæum* sub nomine S. Joan. Chrysost.

Auctor Opusculi *de Montibus Sina & Sion* sub S. Cypriani nomine.

Auctor *Quæstionum in Novum & Vetus Testamentum* inter Supposititia S. Augustini.

Auctor *Sermonis de Defunctis* adscripti S. Joanni Damasceno.

Auctores *Sermonum* 252. *de Tempore* in Appendice Tom. 5. Operum S. Aug. part. 2.

Digitized by Google

Auctor *Sententiarum* ſub S. Aug. nomine.
Auctor *de Spiritu & Anima* Tom. 6. Append. Oper. S. Auguſt.
S. Auguſtinus Epiſc. Hypponen., quem *præcipuum Doctorem Latinum* celebrat S. Bonaventura, fateturque quod *multum facit auctoritas Auguſtini*, ac paſſim laudat, & ſequitur. Et quod S. Auguſtini auctoritas tanti facienda ſit, ut nihil magis, nedum patet ex Theologorum ſuffragiis, ſed etiam ex Sanctis Patribus, veteribuſque Scriptoribus Eccleſiaſticis, Romanis Pontificibus, atque Conciliis, uti noviſſime palam facit Opus inſcriptum *Complexiones Auguſtinianæ de Gratia Dei* Cl. P. Martini Natali Schol. Piar. celebris in Lyceo Papienſi Profeſſoris, atque ab ipſo dicatum Viro ſummo, ac de Republica univerſa optime merito Carolo Firmiano Comiti S. R. I. Aurei Velleris Equiti AA. &c. &c. Porro in Epiſt. 158. ad Marcellin. hæc S. Auguſtinus interſerit de noſtris ſanctis Martyribus ab Anauniæ Paganis interemptis: *Scio in cauſa Clericorum Anaunienſium, qui occiſi a Gentilibus nunc Martyres bonorantur, Imperatorem rogatum facile conceſſiſſe, ne illi, qui eos occiderant, & capti jam tenebantur, pœna ſimili punirentur.* Ita ibi Auguſt. cujus omnium Operum, vere aureorum, Editio optima eſt Maurinor. Monachor.
Auguſtinus Archiepiſcopus Nidroſienſis opinione ſanctitatis illuſtris in Norvvegia.
Auguſtinus Steuchus, Eugubinus, Epiſc. Kiſamenſis, Bibliothecarius Apoſtolicus, linguarum Orientalium peritiſſimus, Can. Reg. ex Congregat. S. Salvatoris, qui multa ſcripſit Philoſophica, Theologica, Polemica, Scripturalia.
Auguſtinus Triumphus, Anconitanus, Ord. Erem. S. Aug. cujus egregia *Summa de poteſtate Eccleſiaſtica ad Joan. Pap. XXII.*
Aulus Gellius, ſive, ut aliis placet, Agellius, cujus *Noctes Atticæ* puræ Latinitatis, & multiplicis eruditionis.
Avicenna Philoſophus & Medicus Arabs, cujus ſectator & abbreviator Arabs Algazer Philoſophus.
Aurelius. Vid. Caſſiodorus. Vid. Prudentius.
Aureolus Petrus, Vermeriæ Oppido ad Oeſiam fluvium in Francia natus, Pariſiis Theologiam profeſſus, ex Provinciali Aquitaniæ Ord. Min. ad Archiepiſcopatum Aquenſem, ac etiam (juxta multos) ad Cardinalatum promotus, nuncupatus *Doctor facundus*. Hunc *omnium ſcientiarum peritia clariſſimum, & ſingularem Concionatorem ad ſummam uſque admirationem*, vocat Sixtus Senenſis. Numero plura ſunt ejus Opera, inter quæ heic unice commemoro ejus *Breviarium Bibliorum*, quod eſt Univerſæ Scripturæ Epitome ſecundum literalem ſenſum. Sed ne quis Aureolum noſtrum confundat cum alio Petro Aureolo de Verberia Theologo, ex iis permotus, quæ oſcitanter ſcripſit Oudinus, hæc audiat quæ in noviſſima Biblioth. Franc. Joan. a S. Antonio Salmantini afferuntur ex To. 2. Hiſt. Univer. Pariſ. in Catal. Illuſtr. Academicor. „ Reperio & „ alium ejuſdem cognominis, ſed „ Ordinis Vallis Scholarium, qui „ cum aliis Doctoribus a Philippo „ Valeſio advocatis, interfuit determinationi de Viſione beatifica apud „ Vincennas anno 1332. Alium di„ co; nam Petrus Aureoli, ſeu de „ Verberia, Picardus Franciſcanus, „ fuit factus Aquenſis Archiepiſco„ pus anno 1321. “
Auſonius Poeta Burdigalenſis, Gratiani Imperatoris Præceptor, ad Conſularem dignitatem ab eodem evectus. Bellarmino videtur Chriſtianus, at Gerardo Joan. Voſſio Gentilis. Ejus Opera Jacobus Tollius recenſuit, & illuſtravit.
Autpertus, ſive Autbertus Ambroſius Abbas S. Vincentii ad fluvium Vulturnum, qui Capuam interfluit. Scriptor fuit ſacrarum Literarum peritia clarus. Perperam a pleriſque nono ſæculo adſcribitur; teſtatur enim ipſemet in *Comment. ſuper Apocal.* ubi & ſe *Autpertum* vocat, vixiſſe tempore Deſiderii Langobardorum Regis.
Azzoguidius Antonius Maria Ord. Min. in patrio Bononienſi Cœnobio Bibliothecæ Præfectus, & Illuſtrator, ut dixi, *Vitæ*, & *Sermonum in Pſalmos* S. Anton. Pat.

Bar-

Digitized by Google

B

Baertius Franciscus, S.J. Cont. Bolland.

Bail Ludovicus, cujus *Summa Conciliorum omnium*.

Bailletus Adrianus in pago prope Urbem Bellovacum natus, inter Gallos intemperatioris Critices Scriptores repositus, cui vitio vertitur quod sub specioso obtentu *Vitas Sanctorum*, quas quatuor Tomis in folio complexus est, expurgandi, & a fabulis, atque a falsis & spuriis secernendi, adeo in aliud extremum abreptus sit, ut plurima Sanctorum Acta, & Traditiones in Ecclesiis receptas, aut in dubium revocaverit, aut inficias iverit, multisque miraculis, & revelationibus fidem omnem detraxerit. *Totum Opus suum* (verba sunt P. Ignat. Hiacyn. Amat de Graveson) *variis Observationibus, eruditis quidem, sed quæ severiorem in hoc argumento Criticam olent, & piorum animos offendere possunt, implevit.* Sed & in eo quoque ab aliis notatur, quod fuerit pro suis Gallis nimium præventus.

Ballerinii Fratres Petrus & Hieronymus Veronenses Presbyteri, pluribus Operibus clari, a quibus inter alia habentur scite illustrata Opera SS. Zenonis Episc. Veronen., Leonis Magni Papæ, Antonini Archiep. Florent. item Ratherii Ep. Veron. Plures item Lucubrationes contra Probabilistas, nec non Broedersenium, de quo infra, Febronium &c.

Baluzius Stephanus Vir. Cl. cui S. Cypriani Editio plurimum debet. Item Editiones Salviani, Vincentii Lirinen. &c. Supplementum quoque ejus est ad Concilior. Collect. P. Labbei &c.

Bandellus Vincentius Ord. Præd.

Bandinius Angelus M. Canonicus Basilicæ Laurentianæ Florentiæ, & Præfectus Regiæ Biblioth. Mediceo-Laurentianæ.

Bannes Dominicus, Hispanus, Ord. Præd. illustris Theologus Salmanticensis, & post diu possessam inibi Cathedram, rude donatus.

Baptista Mantuanus Ord. Carmel. Prior Generalis, pius doctusque Auctor, qui scripsit *Poemata aliaque Opera in quatuor Tomos distincta*. Tridenti in Biblioth. Episcopali hæc habentur, nempe *Libri Parthenices. Liber Calamitat. Panegyricon in Robertum Severinatem. Varia Carmina*.

Barbarius, sive Barbaricus Macarius, Servus Christianus.

Barbatianus vaniloquus.

Barbavara Joann. Ambrosius Ord. Præd.

Barbosa Augustinus J. U. D. Lusitanus, Protonotarius Apostolicus, & Episc. Ugentinus, a Consiliis Philippi IV. Hispaniar. Reg. Cath.

Barchochebas Dux Judæorum sub Hadriano Imp., Divinitus se missum mentitus, multarum cladium tum Romanis, tum etiam Christianis illatarum incentor.

Baronius Cæsar, Annalium Ecclesiasticorum parens, de Catholica Ecclesia optime meritus, Congregat. Orat. S. R. E. Card. Venerabilis.

Barradius Sebastianus Olyssiponensis S. J. ejus *Comment. in Concord. & Histor. Evang.*

Barthius Gaspar, Luth. Criticus tamen & Philologus multæ eruditionis.

Bartholinus Thomas, Gasparis Bartholini frater, doctus Medicus.

Bartholomæus de Martyribus, Archiepisc. Bracaren. Ord. Præd. singulari doctrina cum pari pietate conjuncta claruit, qui in suo *Compendio Vitæ Spiritualis*, S. Bonaventuræ doctrinæ se oppido addictum ostendit, interfuitque cum laude Tridentino Concilio sub Pio IV. & iniit amicitiam cum S. Carolo Borromæo. Non sine opinione sanctitatis fertur ex hac vita migrasse.

Barzanus Petrus Antonius, Criticus ab Ansaldo, de quo supra, refutatus in Op. *De authenticis sacrarum Scripturarum apud SS. Patres Lectionibus*. Scripsit Barzanus ad eundem Ansaldum *de nova Joannis Lectione*. 8. Brixiæ 1746.

Basilides, Alexand. Hæresiarcha, Sectator Simonis Magi, & Menandri.

S. Basilius Magnus per plures annos S. Gregorii Nazianzeni Athenis, & in solitudine Pontica individuus comes, Monasticas Regulas scripsit, non fuit tamen vitæ Cœnobiticæ auctor, sed imitator. Creatus Archiepiscopus Cæsariensis in Cappadocia,

Digitized by Google

Valenti Imperatori Ariano reſtitit invicto animo. Eum eloquentiſſimum æque ac doctiſſimum demonſtrant ipſiuſmet præclariſſima Opera excellentis Editionis P. Juliani Garnier docti Benedictini. Nonnulla eorum loca, quæ poſſent in malam partem detorqueri, ab objectis defendit Cl. Annatus.

Baſnagius Jacobus, Miniſter Calv., cui tamen debemus *Theſaurum Monumentorum Eccleſiaſticorum*, ſive *Henrici Caniſii Lectiones Antiquas*, ad Sæculorum ordinem digeſtas, in VII. Part. & IV. Volum. diſtributas. Edit. Amſtelodami 1725.

Baudrand Michael Antonius, Pariſinus Geographus.

Beatus de Valdaneo Ord. Min. Scriptor.

Beauſobrius Iſaac Hær., cujus calumniæ in S. Auguſtinum, alioſque Eccleſiæ Patres, a Cl. P. Georgio Erem. Auguſt., de quo infra, validiſſime refutatæ.

Beda Ven. Anglus, Presbyter & S. Benedicti Monachus, adhuc inter vivos an. Dom. 731. ut ipſe in fine quinti Libri Hiſtor. Anglor. teſtatur, Scriptor plurimorum, quæ Tomis octo comprehenduntur.

Belheſtrus Petrus, Franciſcanorum Pariſienſis Biblioth. Præfectus.

Bellarminus Robertus, famoſiſſimus adverſus Hæreſes Diſceptator, S. R. E. Card. S. J.

Bellovacenſis Vincentius, Ord. Præd. cujus Viri ſcientiſſimi eſt illud in ſuo *Speculo Hiſtoriali* circa ſtudia ſui temporis, ſæculo videlicet XIII., locupletiſſimum teſtimonium: *Temporibus noſtris non tantummodo ſæcularium Literarum, verum etiam Divinarum Scripturarum ubique multiplicata eſt ſcientia.*

B. Benedicta, quæ poſt S. Claræ mortem ſucceſſit in Monaſterio S. Damiani Abbatiſſa prima.

S. Benedictus, Monachorum diſciplinæ in Occidente pene collapſæ reſtitutor, miruſque propagator.

B. Benedictus XI. P. M. Ord. Præd.

Benedictus XIV. P. M. ſapientiſſimus, cujus Opera multa, omni eruditione referta.

Benemiran Iſaac Benedictus, Medicus Arabs.

Bergomenſis. Vid. Foreſtus.

Berengarius Andegavenſis Archidiaconus, qui hæreſim ſuam de Sacram. Euch. non ſemel ejuravit, & tandem orthodoxus ac pœnitens obiit.

Berengaudus Vir Eccleſiaſticus, Auctor *Commentarii in Apocalypſim* inter Suppoſititia S. Ambroſii Epiſc. Mediol. qui certe auctor credi neutiquam poteſt d. Commentarii ſub ejus nomine vulgati; tum quia ab ejus ſtylo nimis abludit; tum etiam multo magis, quia meminit Regni Langobardorum, quod diu poſt S. Ambroſium cœpiſſe conſtat; ac inſuper quia multæ in eo ſententiæ ex S. Gregorio Magno tranſcriptæ leguntur.

Bernardinus de Buſtis, Ord. Min. ex Mediolanenſi Provincia, Vir religioſiſſimus, in Philoſophicis atque Theologicis Diſciplinis eruditus, Juris utriuſque peritus, Concionator ſui temporis longe celeberrimus, ut Lucubrationes ejus ſæpe vulgatæ teſtantur.

Bernardinus Gomeſius, Epiſc. Albaracenſis apud Aragonios, Scriptor *de Vita, & Rebus geſtis Jacobi I. Regis Aragonum.*

S. Bernardinus Senenſis, Ord. Min. teſte ſynchrono Æenea Sylvio, Canonico Tridentino, ac poſtea Pio II. Papa, *facundia copioſus, & doctrina inſignis, per Italiam omnem Chriſti Nominis Prædicator, quaſi alter Paulus vas electionis habitus &c.* Ejus Opera omnia edidit P. Jo. de la Haye. MS. in membr. ejus *Sermones* in Bibl. noſtr. Bernard.

S. Bernardus Ord. Ciſtercien. primus Abbas Claræ-vallenſis, Doctor Mellifluus, ſæpiſſime a S. Bonav. laudatus, cujus omnium Operum Editio, omnibus numeris abſoluta, eſt Mabilloniana.

Bernardus Archiepiſc. Toletanus.

Bernardus de Beſſa, Aquitanus, Ord. Min., inter cujus Opera recenſetur *Speculum Diſciplinæ ad Novitios*, ex eo quod ipſum informe ob nimiam occupationem a S. Bonaventura relictum, in meliorem formam redegerit.

Bernardus Guido, Gallus Lemovicen. Ord. Præd. Hiſtoric. & Rer. Dominicanar. Scriptor egregius.

Bernardus Maria de Rubeis Ord. Præd. noſtri temporis Theologus, Scriptorque magni nominis, inter cujus multa Opera *Monumenta Eccleſiæ Aquilejenſis*, *Diſſertatio adverſus Samuelem Crellium &c.*

Ber-

Digitized by Google

Bernardus Presbyter Compostellanus, Innocentii IV. P. M. Sacellanus, laudatus in *Confessionali*, quod S. Bonaventuræ tribuitur in Edit. Sixt.

B. Bernardus a Quintavalle Assisias, Vir nobilis, dives, ac sapiens, cujus consilio tota Civitas regebatur, primogenitus in Christo filius S. P. Franc.

Berti Joannes Laurentius, præclarus Theologus Ord. Eremit. S. Aug. celebrisque Vindex doctrinæ probatissimæ S. Doctoris, atque etiam S. Bonaventuræ laudator in *Orat. de laudibus Civit. Balneoreg.* ob illius *sublimes Interpretationes, & eruditos Commentarios in Canonicos Divinos Libros.* Extat *FF. Bellelli & Berti Opus Apologeticum, hoc est, in Opusculum Jo. Jos. Languet Arch. Sen. Judicium de Operibus Theologicis FF. Bellelli & Berti, æquissima hujus Expostulatio.* 4. *Liburni* 1756.

Bertramus, sive Ratramus, aut Ratramnus, Presbyter & Monachus Corbejen. autor inter alia Libri *De Corpore & Sanguine Domini.*

Bessarion natione Græcus, patria Trapezuntinus, ex Monacho S. Basilii Archiepisc. Nicæn., tum Patriarcha Const. & S. R. E. Card. ab Eugenio IV. Papa post absolutam Synodum Floren. creatus, vir nedum Græce, sed & Latine doctissimus, acerrimusque Platonis defensor, & S. Augustini laudator, ac de literis optime meritus, qui erutis vindicatisque a temporum injuria vetustis Græcis Scriptoribus, Bibliothecam Græcam, triginta millibus numorum aureorum emptam, Venetiis extruxit, ne omnino Græca literatura deficeret; qui & ipse proprii ingenii monumentis nomen suum seræ posteritati commendabile reddidit.

Beyerlinck Laurentius, Antuerpiensis Archipresbyter, & Protonotarius Apostolicus, auctor *Magni Theatri Vitæ Humanæ.*

Biblia Sacra MS. membr. una cum vetustissimo Evangeliario Biblioth. Episcop. Trident. precario accepta ex indulto Celsiss. & Beneficentiss. Princ. & Episc. Christophori Sizzo, cui beneficium hoc, aliaque multa, trabali clavo figimus.

Biblia alia MS. chartac. aliaque membr. Biblioth. nostræ Bernardin.

Bibliotheca SS. Patrum.

Bibliotheca Græcorum Patrum Auctarii novissimi.

S. Birgitta, Sveciæ Principissa, Vidua.

Blanchinus Josephus, Veronensis, Congr. Orat. Rom. Presbyter, singularis pietatis eruditionisque Scriptor, qui siquis alius erga S. Bonaventuram devotissimus nos vehementer est cohortatus ad hoc Supplementum edendum.

Blasius. Vid. Camillus.

Blosius Ludovicus, Abbas Ord. S. Bened. rerum spiritualium peritissimus Scriptor.

Boerhave Hermannus inter recentioris ævi Medicos præstantissimus.

Boetius Anselmus, Grammaticus.

Boetius Manlius Severinus, Consul Romanus, illustris Philosophus, Mathematicus, Theologus, Rhetor item, & Poeta acutus, locuples, & sublimis: *Multum licet*, inquit Card. Bona, *repugnante Laurentio Valla, qui docet eum Latine loqui.* Ejus extat in Biblioth. Episc. Trid. *L. de Consolatione Philosophiæ* in pergameno MS.

Du Bois Joannes Hær. diversus a du Bois Gerardo Congr. Orat. Gallic.

Bollandus Joannes, S. J., ac illius Continuatores, Viri omni eruditione præditi in illustrandis Sanctorum Actis, adumbrante grande eorum Opus Rosvveydo, de quo infra.

S. Bonaventura Ecclesiæ Doctor, vita & doctrina vere Seraphicus, Divinarum Literarum, SS. Patrum, præsertim S. Augustini, studiosissimus, Ord. Min. Episc. Albanen. & S. R. E. Card.

Bona Joannes Ord. Cister. Card. Vir piissimus juxta ac eruditissimus, cujus sententia utinam omnibus Ecclesiæ Prælatis insideat, quæ etiam S. Bonaventuræ est: *Ecclesiæ bona non esse ditandis augendisve affinibus & consanguineis, sed alendis pauperibus destinata.*

Bonarota Michael Angelus Sculptor & Architectus suo sat nomine ac fama notissimus.

Bonifacius Ceba, seu Ceva Ligur. Marchionum de Ceva filius, Ord. Min. inter cujus plura Opera *Firmamenta trium Ordinum Minorum.*

Bosquierius Philippus Belga Ord. Min. editor *Speculi Vitæ B. Francisci & Sociorum ejus*, retenta primigenia phrasi, qui alia quoque multa edidit Opera Latina, & Gallica, quæ in noviss.

Bi-

Digitized by Google

Biblioth. Franciſc. recenſentur.
Boſſuet Jacobus Benignus, Epiſc. Melden. ſummæ eruditionis, & doctrinæ, cujus Opera cedro digna omnem ſuperant laudem.
Bozius Thomas Eugubinus Congregat. Orat. Presbyter, qui pugnavit contra Machiavellum, alioſque Politicos, & inter cujus Opera eſt Liber doctiſſimus *de Signis ac Notis Eccleſiæ*.
Brancatus Laurentius de Lauria, nedum in Divinis Literis, Diſciplinis Theologicis, utroque Jure, Aſceticis, & Hiſtoricis, apprime ſubactus; ſed & Auguſtinianæ doctrinæ addictiſſimus, Ord. Min. Card. uti teſtantur inter multa ejus doctiſſima Opp. edita, & inedita, ex editis *Opuſcula tria de Deo quoad opera prædeſtinationis, reprobationis, & gratiæ actualis, ad commodum Tyronum S. Auguſtini doctrinæ ſtudioſorum*. Ad ejus lapidis ſepulchralis modeſtiſſimam Inſcriptionem, quam deſignaverat vivens, hiſce verbis: *OSSA FR. LAURENTII BRANCATI DE LAURIA*, alludens Cl. P. Serry Ord. Præd., de quo infra, ita in ejus Oratione funebri exclamavit „Ite „ nunc quos ſcientiarum tantum gloria movet, ac delectat; prædicate „ quam voletis ſacræ Theologiæ re„ conditiſſimam eruditionem, Ponti„ ficii ac Cæſarii Juris ſtudium in„ gens, Aſcericæ ſcientiæ peritiam „ nulli non imparem, Scripturarum „ ac Patrum lectionem immenſam, „ Hiſtoriæ autem cum profanæ, tum „ ſacræ pleniſſimam cognitionem: ego „ unam piis ejus Manibus humilita„ tem gratulabor &c. "
Brentius Joannes Hæreticus, contra quem, cæteroſque Wirtembergenſis Scholæ Miniſtros, Fidei noſtræ dogmata acerrime propugnavit Petrus Sotus, de quo infra. Brentius primus fuit, qui docuit Chriſtum Dominum poſt Aſcenſionem ſuam eſſe ubique, unde orti Ubiquiſtæ Hæretici.
Breſſius Mauritius Gallus, cujus extat *Oratio in Laudem S. Bonav.*
Breviarium Caſſinenſe ſcriptum tempore Oderiſii Abbatis.
Breviarium membran. Franciſcan. inſignis Præpoſituræ Grieſen. Canonicor. Regular. S. Aug.
Briennius vel Bryennius Joſephus, Monach. Conſtant. cujus a P. Graveſon refertur *Oratio de Transfiguratione*, ac recenſetur inter eos, qui Palamitarum errores ſcriptis propugnarunt.
Broederſen Nicolaus, Belga Schiſmat. uſurarum fautor, quæ moderationem legitimam non exceſſerint, neque a pauperibus exigantur.
Bronchus, ſive Brondus Antiochus Sardus Calaritanus, cujus Tomi duo *Commentariorum in Apocalypſim* Ord. S. Mar. de Merc. Redempt. Capt.
Brucherus Jacobus Auguſtanus, Scriptor Hiſt. Philoſoph. Hær. Divi tamen Bonaventuræ æquus laudator.
Brugenſis Franciſcus Lucas, cujus in *Biblia ſacra Romanæ Correctiones, Lectionum Varietates, & Notationes &c.*
Le Brun Petrus Congregat. Orat. Gall. plurium Operum æſtimatorum Auctor, qui præ cæteris uberius egit de *Veteri Liturgia Gallicana*.
Bucerus Martinus, Lutheri diſcipulus.
Buchius Jeremias Ord. Min. Nuncupator Opp. S. Bonavent.
Buchius Joannes Ord. Min. Generalis Miniſter.
Bucolus Smirnenſis Epiſc.
Burchardus ex Monacho Benedictino Epiſc. VVormacien. ſacrorum Canonum Collector.
Bullarium Franciſcanum Cl. P. Sbaralea, de quo infra.
Bullarium Laertii Cherubini.
Burgenſis. Vid. Paulus.
Burſerius Jo. Baptiſta in Papien. Lyc. Profeſſor excellentiſſimus, Tridentinus.
Buſthamantius Joannes Hiſpanus Medicus, Lib. edidit *De animantibus S. Scripturæ*.
Buthillierius de Rancè Armandus Joannes, Abbas Monaſter. Domus Dei de Trappa Ciſterc. Ord. reſtitutor, Scriptorque doctiſſ. Opp. Aſceticor.

C

S. Cæcilia Virgo, & Mart.
S. Cœleſtinus I. Papa, qui in Epiſtola ad Galliarum Epiſcopos cenſuit S. Auguſtinum habendum *inter Magiſtros optimos*.
Cælius Aurelianus Medicus.
Cælius Pannonius. Vid. Gregorius Hungarus.

Digitized by Google

Cæsar. Vid. Baronius.
Cæsarius Heisterbacen. Ord. Cister. in Historiis memorabilibus pius, sincerus, & simplex.
B. Cæsarius Spirensis, S. P. Franc. discipulus, primus in Germania Provincialis Minister, ac Minorum Ordinis inibi propagator.
Cajetanus Thomas de Vio, Ord. Præd. Gen. Mag. & postea Card., Theologus profundus, Interpres S. Thomæ Aquin., & sacræ Scripturæ; sed notatus, quod de *Vulg.* haud recte senserit.
Cajus Caligula Imperator.
Calamatus Alexander Messanensis.
Callistratus C. sub Septimio Severo, & proximis Imperatoribus usque ad Alex. Severi tempora, singulari Juris intelligentia nobilis.
Calmetus Augustinus, scitissimus Divinarum Literarum Interpres.
Calvinus Joannes Noviodunensis, Hæresiarcha, a quo orti sunt Calviniani.
Camillus Blasius Auximanus, perdoctus in Romana Curia Advocatus, cujus Opera *De Festo Cordis Jesu* a Cl. Viris jure ac merito commendata.
Campofulgosus Joann. Baptista Genuensis, qui sua ætate in patria principatum tenuit, cujus Opus laboriosissimum *De factis & dictis memorabilibus*, in quo Valerium Maximum est imitatus.
Canisius Petrus, qui pietate, doctrina, præstantisque ingenii monumentis Societatem illustravit, diversus ab Henrico Canisio, de quo infra.
Cantipratanus Thomas Ord. Præd. auditor Alberti Magni, condiscipulus S. Thomæ Aquinatis, Episc. Suffragan. Archiep. Cameracen. sub figura *Apum* Lib. scripsit *de Officio Prælatorum, & Subditorum*, ac inibi miracula sui temporis vere fideliterque describit.
Canus Melchior Ord. Præd. Episc. Canarien., cujus vulgatissimum Opus *De Locis Theologicis*, vel ob Latinam eloquentiam, magnopere docti quique commendant. Interfuit Conc. Trid.
S. Carolus Borromæus Archiep. Mediolan. & Card. ac totius Ord. Fratr. Minor. Protector, scientia Sanctorum, zelo Ecclesiasticæ disciplinæ, & Catholicæ Fidei, immensa caritate, ac sanctitate Apostolica, antiquioribus Ecclesiæ Sanctis Episcopis merito æquiparandus: Inter ejus Opp. est Liber gravissimus *De Cura Pastorali*.
Carolus Du Fresne, D. Du Cange, cujus *Glossario Scriptorum mediæ & infimæ Latinitatis* Respublica Literaria plurimum debet.
Cassianus Joannes, Monasticæ perfectionis perfectissimus Magister. Fuit natione Scytha, & post educationem in Cœnobio Bethleemitico, visitationemque Monasteriorum Ægypti, Constantinopolim profectus, a S. Joan. Chrysostomo illius Ecclesiæ ordinatus est Diaconus, tum ab eodem ad S. Innocentium I. Papam legatus missus, ab eo postea Presbyter est consecratus. Massiliam autem appulsus, ibi duo Monasteria fundavit, & valde senex obiit. Inter Opera S. Prosperi, de quo infra, est *Contra Collatorem Liber*, sive *de Gratia Dei, & libero arbitrio*, pro defensione D. Aurel. Augustini Hipp. Episc., contra Cassiani Massilien. Presb. Librum, seu *Collationem* 13. quæ *de Protectione Dei* prænotatur. Huic *Collationi* substituta est Dionysii Carthusiani Doctrina Catholica.
S. Carpus Thyatirensis Episc. & Mart.
Cassiodorus M. Aurelius ex Consule Romano Monachus Cassinensis & Abbas Vivariensis. Ejus Opera ad fidem MSS. Codd. emendata & aucta illustravit, evulgavitque Cl. Joan. Garetius, de quo infra. Insuper sunt ejusdem *Cassiodori Senatoris Complexiones in Epistolas, & Acta Apostolorum, & Apocalypsim*, a Cl. March. Scipione Maffejo e membranis vetustis erutæ, & illustratæ.
Castellanus Albertus haud obscuri nominis Scriptor Ord. Præd., Nomenclator Opp. S. Bonav.
Castro Alphonsus Zamorensis Ord. Min. strenuus Hæresum oppugnator, in Trident. Conc. Theologus, quem *potens Hæreticorum flagellum* vocat Tirinus. Nedum enim inter reliqua scripsit *Adversus omnes Hæreses*, sed & *De justa Hæreticorum punitione*.
Cathareni, sive Cathari, Hæretici, qui & Albigenses, damnati in Conc. Gener. Lateranen. sub Alexandro III.
Catharinus. Vid. Ambrosius.
S. Catharina Virgo & Martyr Alexandrina.
Cato, sive *Disticha De Moribus, nomine*

Digitized by Google

Catonis inſcripta, cum Latina, & Gallica interpretatione &c, Edit. Pariſien. 1534.
Catullus Cajus Valerius, Poeta Veronen.
Cavalierius Joann. Michael Ord. Erem. S. Aug. ſacr. Theol. Lector Emeritus, cujus *Opera Liturgica*.
Cellarius Chriſtoph. inter cujus plura numero Opera *Geographia antiquâ*.
Celſus Epicureus, Chriſtianorum criminator, quem Libb. 8. refutavit Origenes.
Celſus Cornelius, Medicus, in quo ſtyli facilitas, brevitas, numerus, non ſola Medicina ſpectanda eſt, qui ſub Tiberio claruit.
Cenſorinus Appius Claudius, Senator Romanus.
Centuriatores, Magdeburgenſes Lutherani.
Cerinthus Hæreſiarcha, a quo exorti Cerinthiani Hæretici.
Chares, Athenienſium Dux, ad promittendum facilis, non ad præſtandum. Hinc prov. *Charetis pollicitationes*.
D. de la Cherardie Joachinus Trotti, recens Apocalypſis Expoſitor.
Cherubinus. Vid. Laertius.
Chriſtophorus a Caſtro Occanienſis, Diœceſis Toletanæ, qui ſcripſit *in L. Sapien. Jerem. Thren. Baruch. & Prophet. Minor.* S. J.
Chrodegandus Epiſc. Metenſis, qui voluit ut Cathedrales Canonici canonice viverent, quibus & *Regulam* conſcripſit. Plura de illo Paulus Diaconus in Lib. *De Metenſibus Epiſcopis*, & aliis.
Chronologia Hiſtorico-Legalis Seraphici Ord.
Cicero M. Tullius, ſummus Philoſophus, & Oratorum facile Princeps, perfectiſſimæ typus eloquentiæ.
Cilix Oppianus, Poeta.
S. Clara Virgo, Aſſiſienſis, Primiceria Pauperum Dominarum.
Clarius Iſidorus Brixien. ex Monacho Caſſinenſi Epiſc. Fulginas. Unus fuit ex doctioribus Theologis ſæculi XVI. qui interfuit Trident. Conc.
Claudiani Hæretici partis Donatiſtarum, a Claudio eorum ſectæ auctore nuncupati.
Claudianus Mamertus, Viennenſis Presbyter, frater S. Mamerti Epiſcop. Viennen. in Delphinatu (quem Poëtica laude inſignem commendat Sidonius) auctor Hymni de Paſſione Domini; *Pange lingua glorieſi &c.*
Claudianus Poeta Latinus, non Chriſtianus, ut nonnulli autumant, ſed teſtibus S. Auguſt. & Paulo Oroſ. Paganus, cui Verſus de Chriſto minime tribuendi, ſed præd. Claudiano Mamerto.
Claudius. Vid. de Rota. Vid. Salmaſius. Vid. Sancteſius.
S. Clemens I. Papa & Mart. qui duas ad Corinthios ſcripſiſſe Epiſtolas dicitur, eaſque ex Veterum teſtimoniis illas citantium, genuinas & germanas eſſe probatur. Argumenta contra illas adducta Natalis Alexander refellit. Videatur Joannes Baptiſta Cotelier Socius Sorbonicus in ejus Opere celeberrimo inſcripto; *Opera Sanctorum Patrum qui temporibus Apoſtolicis floruerunt*, nec non P. Franciſcus Pagius S. T. D. in *Breviario Geſtorum Pontificum Romanorum*.
Clemens V. Papa, laudator Ord. FF. Minorum, & Expoſitor eorum Regulæ.
Clemens XIII. Papa.
Clemens XIV. Pont. Max. Ord. Min. hujus Supplementi mecœnas amplifſimus, quem dira mors nobis eripuit.
Clemens Alexandrinus, ſive Eccleſiæ Alexandrinæ Presbyter, magni Pantœni, ex Stoico Philoſopho Chriſtiani, auditor, ac poſtea Origenis præceptor, cujus extant Opera Græco-Latina recognita & illuſtrata per Joannem Potterum Epiſc. Oxonien.
Cleopatra Regina Ægypti.
Le Clerc Joannes, Heterodoxus, qui vel in ipſo vituperando Petro Baile, ut ut alias jurato veritatis hoſte, cujus impium ſyſtema ad Atheiſmum tendit, juſtæ moderationis limites exceſſiſſe notatur.

CODICES.

Antuerpien. Fratrum Min.
Antuerpien. alter Bollandiſtarum.
Aſſiſienſes Tabularii Magni Conventus S. Franciſci Min. Conv.
Balneopregii in Eccleſia Cathedrali S. Nicolai.
Burgi-Medii Monaſterii in Gallia.
Caſſinenſis Monaſterii Ord. Bened.
Corſendoncanus, & Bodecenſis Bollandiſtarum.

Flo-

Digitized by Google

Florentini Bibliothecæ Laurentianæ, & aliorum,
Fontis Palumbarum Ord. Min. Refor.
Garignani Conventus olim Min. Conv.
Gotvvicen. in Auſtria PP. Benedictinorum,
Hailbrunen. in Franconia,
Lambacenſ. in Auſtria Ord. Bened.
Lunælacen. in Auſtria Ord. Bened.
Mantuani in Biblioth. Con. S. Franc. Min. Obſery.
Pariſien. in Biblioth. Reg.
Patavini variar. Bibliothecar.
Piſis in Eccleſia S. Franc. Min. Conv.
Pollingani in Bavaria Can. Reg. S. Auguſt.
Romani, ſcil. Vaticani, item Bibliothecarum Angelicæ, Caſanatenſis, Chiſianæ, ac Iſidorianæ.
Tridentini Bibliothecæ noſtræ Bernardinianæ.
Tudertini in Sacrario S. Fortunati Minor. Conv,
Veneti Bibliothecarum S. Franciſci, ac S. Bonaventuræ.
Veronenſes Bibliothecarum S. Firmi, ac S. Bernardini.
Vindobonenſes, ſive Viennenſes Bibliothecæ Cæſareæ.
Chronicon XXIV. Miniſtrorum Generalium Ord. Min.
Chronicon Norimbergenſe Mathiæ Doringk Ord. Min. ex fide MS. Cod. Lipſien. apud Fellerum.
Collectio Vaticana Operum S. Bonaventuræ, aliæque Collectiones.
Columella Lucius Junius, Philoſophus Romanus, qui de re ruſtica neutiquam ruſtice ſcripſit tempore Claudii Imper.

CONCILIA.

Antiochenum I. & II. Arauſicanum II. Carthaginenſe III. Chalcedonenſe, Conſtantienſe, Conſtantinopolitanum II., Epheſinum, Florentinum, Lateranenſe, Nicænum II., Tridentinum.
Combefiſius Franciſcus, Græcæ linguæ peritiſſimus, Ord. Præd., a quo *Bibliotheca Patrum Concinatoria, hoc eſt, Anni totius Evangelia, Feſta Dominica, SS. Deiparæ, illuſtriorumque Sanctorum Solemnia, Patrum Symbolis, Tractatibus, Panegyricis ex vetuſtis MSS. Codicibus productis, e Græco redditis illuſtrata ac exornata &c.*
Concina Daniel, Religionis Revelatæ, Jejunii Eccleſiaſtici, Monaſticæ Diſciplinæ vindex acerrimus, Probabiliſmi perpetuus hoſtis, ſanctioris morum Doctrinæ ſtudioſiſſimus, facundus Theologus, & verbi Dei Præco fervidiſſimus, multorum Scriptor Operum, Ord. Præd.
Conradus Ord. Præmonſtraten. Abbas Uſpergenſis, in cujus Chronico ſive Hiſtoria, uti ſervatur in Biblioth. Capitul. Tridentina, extat inſigne elogium Fratrum Prædicatorum ſub B. Jordano eorum Generali Magiſtro.
Conſtantinus Magnus, Conſtantii Chlori, & S. Helenæ filius, Imperator.
Conſtantinus Medicus, Galeni Interpres, poſtea Monachus Benedictinus.
Conſtantius Imperator Arianus.
Conſtantius Buccafocus Italus, a Patria Sarnanus, Ord. Min. Card. de celeberrima Editione Sixtina Omnium S. Bonaventuræ Operum benemeritus. Multa ejus recenſet Opera Cl. P. Vincentius Coronelli Ord. Minor. To. 6. Biblioth. Univer.
Coquæus Leonardus Aurelianen. Ord. Erem. S. Auguſt. Doctor Theologus. Auctor *Apologiæ* pro Summis Romanæ Eccleſiæ Pontificibus contra calumnias Philippi Mornæi.
Corbinianus Luydelius de Auguſta ſpectabilis doctrinæ, multæque eruditionis Theologus Ord. Min., Auguſtinianæ doctrinæ oppido addictus, peregregius inter alia & ipſe Auctor recentiſſimus *Theologiæ Moralis Chriſtianæ & Evangelicæ*.
Cornelius. Vid. a Lapide. Vid. Janſenius. Vid. Celſus.
Corſinus Eduardus Cler. Regul. Scholarum Piarum, in Academia Piſana Philoſoph. Profeſſor, qui plura ſcripſit Geometrica, Mathematica, & Philoſophica. Et quam ipſe fuerit Græcæ Linguæ, nec non ſacræ & profanæ eruditionis peritus, teſtantur *Notæ Græcorum, ſive Vocum & Numerorum Compendia, quæ in æreis atque marmoreis Græcorum Tabulis obſervantur*, quaſve ipſe collegit, recenſuit, explicavit, eaſdemque Tabulas opportune illuſtravit, additis Diſſertationibus ſex, quibus Marmora quædam tum ſacra, tum profana exponuntur, ac emendantur.
Coſmas Damianus Hortolanus Perpinianenſis, Can. Regul. S. Aug. Monaſt.

Digitized by Google

naſt. S. Mariæ Villæ Bertrandi Abbas in Catalonia, & Philippi II. Regis Catholici in Conc. Trident. Theologus, qui ſcripſit *Comment. in Cant.*

Coſſartius Gabriel S. J. Socius Labbei, de quo infra, in *Collectione Omn. Concil.*

Crates Thebanus Phil. non parvi auri ponderis contemptor.

Criſpus. Vid. Saluſtius.

Cuperus Gulielmus S. J. in Bollandianis *Actis Sanctorum.*

Curtius. Vid. Quintus.

Cyprianus Carthaginen. Epiſc. & Martyr, cujus Opera omnia ad MSS. Codices recognita & illuſtrata a Stephano Baluzio Tutelenſi, abſolvit adornavitque unus ex Monachis Congregat. Maur. Inter ejuſd. S. Cypr. Suppoſititia eſt *Celſi Epiſtola ad Vigilium Epiſcopum*, quem fuiſſe noſtrum S. Vig. Epiſc. & Mart. Trident. Jacobus Pamel. & Nat. Alex. valde veriſimile exiſtimant.

S. Cyrillus Alexandrinus Epiſcop. Vir ſanctiſſimus atque doctiſſimus, potiſſimum circa Incarnationis Dominicæ myſterium a Deo edoctus, Neſtorium hæreſiarcham editis libris confutavit, tum in Epheſino primo Concilio, cui nomine Cœleſtini Papæ præfuit, damnavit. Mox ac creatus fuit Epiſcopus acre quoque bellum Novatianis, ad illam uſque diem toleratis, indixit. Unde Socrates Novatianæ ſectæ addictus non eſt audiendus, qui contra eundem obloquitur. Opera Cyrilli omnia poſt varias Editiones Græco-Latine Pariſiis 1638. prodiere Joh. Auberti Can. Laudunen. ſtudio ac labore.

S. Cyrillus Hieroſolymitanus Epiſcop. cujus *Catecheſes* egregium plane Opus dente Theonino fruſtra arrodunt Heterodoxi. Ejus Operum præclarior Editio eſt P. Antonii Auguſtini Touttee Benedictini Congreg. Maur.

Cyzicenus Adraſtus, Mathematicus Neapolites.

Cyzicenus Gelaſius, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſc. Scriptor trium Librorum *Hiſtoriæ de Actis Nicænæ primæ Synodi.*

D

Dacianus impiiſſimus Præſes ſub Diocletiano & Maximiano.

Damaſcenus. Vid. Joannes.

SS. Daniel & alii ſex Fratres martyres Ceptenſes Ord. Min.

Daniel Monachus Abbas.

Darius Rex Perſarum.

David Auguſtanus Ord. Min. *Vir*, ut refert Trithemius, *in Divinis Scripturis exercitatus, vitæ & converſatione inſignis, in declamandis ſermonibus ad populum excellentis ingenii*; inter cujus Opera apud eundem Trithem. eſt *L. Profectus Religioſi VII.* Ipſiuſmet Davidis eſt & *Epiſtola ad Fr. Bertholdum Ratiſponenſem*, de quo S. Antoninus in Chron. *Circa ea tempora in Alemannia ſunt Conventus Minorum multiplicati: & multi Fratres ſanctitate & miraculis ibi claruerunt. Inter quos fuit Frater Bertholdus, egregius Prædicator, in Ratiſpona tumulatus &c.* Idem David plura fecit Auctaria ad S. Bonaventuræ Opuſcula, quæ ad inſtitutionem Novitiorum ſpectant. *Speculum Diſciplinæ*, quod imperfectum S. Bonaventura reliquit, quodque ordinavit ejus Secretarius Bernardus a Beſſa, ipſemet David ultimo perfeciſſe videtur. Sed de prædictis plura in noſtro Prodromo.

Decius Imperator.

Delrio Martinus S. J. Expoſitor *Cant. Canticor.*

Democritus Abderita Phil.

Demoſthenes Græcorum Oratorum Princeps, qui a Cicerone immenſis extollitur laudibus, & tanquam perfectæ eloquentiæ exemplar proponitur imitandus.

Deodatus a Cuneo laud. Script. Ord. Min.

Dermicius Thadæus Ord. Min., Hibernus; Auctor perſonatus *Nitelæ Franciſc. Relig.* adver. Abraham. Bzov.

Deſiderius Eraſmus Roterodamus, de quo Laurentius Surius in Comment. Rerum in Orbe geſtarum teſtatur: *Multa eum ſcripſiſſe quæ præſtaret nunquam in hominum manus veniſſe.*

Deſiderius Longobardus, Doctor Sorbonicus, ſuccenturiatus miles Guil-

lelb

Digitized by Google

Ielmi a S. Amore, qui ſine amore fuit in pugna adverſus Ordines Mendic. de quo infra.
Didymus Alexandrinus, S. Hieronymi Magiſter.
Le Dieu Ludovicus, Miniſter Hær.
Dio Caſſius Coccejanus, patria Nicænus, profeſſione Scriptor Hiſtoriæ Romanæ, in eo notatus, quod inſignes Viros Ciceronem, Senecam, alioſque inſectetur.
Diocletianus Imp., ſæviſſimus Eccleſiæ perſecutor.
Diodorus Siculus, Hiſtoriographus celeberrimus ſub Auguſto, e Græcis primus, ſi fides Plinio, qui nugari deſierit.
Diogenes Laertius, Hiſtoricus Græcus.
Diogenes, Philoſophus Cynicus, Antiſthenis diſcipulus.
Dio Syracuſanus nobiliſſimus.
Dion nobilis Mathem.
S. Dionyſius Alexandrinus Epiſc., ob eximiam ſanctitatem atque doctrinam laudatus a SS. PP. Athanaſio & Hieronymo, nec non ab Euſebio &c.
S. Dionyſius Areopagita primus Athen. dein Pariſien. Ep., vel quiſquis alius fuerit Auctor Operum ſub ejus nomine. Cæterum Vindicias Areopagiticas edidit inter alios Cl. P. Laurentius Cozza Ord. Min. poſtea Miniſt. Gener. & Card.
Dionyſius a Lieuvis, patria Richelius, Carthuſianus, S. Bonaventuræ laudator, vel ipſe laudandus, ceu Doctor extaticus talis tantæque ſapientiæ, ut a Card. Bona dicatur *numero Operum quæ ſcripſit, vix ulli poſt Auguſtinum poſtponendus.*
Dioſcorides Græcus, Miles & Medicus.
Diotrephes, calumniator S. Joann. Apoſt.
Dominicus. Vid. Sotus.
Dominicus Malfattus Eques, & Patricius Tridentinus.
Domitianus Imperator.
Donatus Grammaticus doctiſſimus. Hieronymus teſtatur, ſe audiviſſe Donatum Terentii fabulas exponentem. At Eraſmus dubitat, utrum is fuerit, an alius, qui Hieronymum docuit, Terentiumque explicavit.
Dorotheus Tyrenſis, ſub cujus nomine excuſa *Synopſis de vita & morte Apoſtolorum, Prophetarum, ac Diſcipulorum Chriſti.*
Driedo Joannes Belga, Lovanien. Theologus, Vir linguarum peritia valens, & multijugæ eruditionis, Lutherum agreſſus eſt, pluresque Tractatus Theologicos edidit.
Le Drou Lambertus Epiſcop. Porphyrien. Divini amoris in Sacramento Pœnitentiæ neceſſarii invictiſſimus Defenſor, Ord. Erem. S. Aug.
Duguet Jacobus Joſephus Congr. Orator. Gall., ingentis numeri Operum Auctor, notatus cauſſa ſuæ oppoſitionis Bullæ *Unigenitus.*
Durand Urſinus & Edmundus Martene Congr. S. Mauri, eruditiſſimi Editores *Theſauri Anecdotorum &c.*
Durandus Bartholomæus, Theologus Scholaſticus atque Polemicus Ordin. Minor.
Durandus a Sancto Porciano ingentis famæ Theologus O. Præd. Epiſc. Melden.
Durandus Joannes Stephanus, Senatus Toloſani Præſes.
Durantes Caſtor, Botanicus.

E

EBion Hæreſiarca, a quo prodierunt Ebionitæ.
Echius Joannes, natione Svevus, Profeſſor & Doctor Ingolſtad., Lutheromaſtix.
Editiones SS. Bibliorum.
Bibliothecæ Gentilottæ. Nurnbergenſis per Antonium Coburger ann. 1484. Baſileen. per Joannem Petri de Langedorff, & Joannem Froben de Hammelburg ann. 1509. Colonien. per Petrum Quentel ann. 1527.
Bibliothecæ Grieſen. Can. Regul. Lat. S. Aug. Veneta per Leonardum VVild de Ratisbona ann. 1481.
Bibliothecæ noſtræ Bernardinianæ. Veneta per Franciſcum Hailbrun, & Hieronymum de Frankfordia Socios ann. 1476. Veneta Magiſtri Joannis dicti Magni Herbort de Selgenſtat Alemani ann. 1484. Alia Veneta Hieronymi de Paganinis Brixienſis correcta per Petrum Angelum Ulmi Ord. Min. ann. 1497. Lugdunenſis per Joannem Bellonium ann. 1568. Aliæ tres Lugdunenſes ann. 1524., 1549. & 1668. Alia grandior ſine loco, anno, & Typographi nomine.

Digitized by Google

Bibliothecæ Patrum Carmelitarum Diſcalceatorum Tridenti. Veneta in membranis ann. 1475.
Editores. Vid. Baſnagius, Vid. Maurini, Vid. Romani &c.
Egeſippus æqualis Juſtini, & Athenagoræ, ſub cujus nomine circumferuntur *Libri quinque de Bello Judaico, & excidio Hieroſolymitanæ Urbis Sub Tito Veſpaſiani Imp. filio*, quorum Auctor alius, qui circa S. Ambroſii tempora vixit.
Elias Cretenſis, Nazianzeni Scholiaſtes.
Elias Ord. Min. General. Miniſter.
S. Eligius Epiſc. Noviomenſis, cujus *Homiliæ ad Populum & Clerum* valde utiles.
S. Elzearius Tert. Ordin. S. P. Franciſci.
Empedocles Philoſophus.
Ennius primus inter Latinos Poeta Epicus, ingenio, non arte maximus.
S. Ephræm Edeſſenus in Syria Diaconus, laudatus a SS. Baſil., Gregor. Niſſ., Amphilo., Hieron., cujus Opera ſpiritualem redolent doctrinam, ac cœleſtem pietatem, continentque dogmata a Lutheranis & Calvinianis rejecta.
Epimenides Poeta Cretenſis.
S. Epiphanius Salaminæ Epiſc. quem Card. Bona vocat *univerſæ Antiquitatis promptuarium*. Eum Notis illuſtravit Cl. Petavius.
Eraſmus. Vid. Alberus. Vid. Deſiderius.
Erigena. Vid. Joannes Scotus.
Eſtius Guilielmus S. Theologiæ Doctor, ac Univerſitatis Duacenſis Cancellarius, cujus præſtantiſſimi Theologi, ac ſacræ Scripturæ Interpretis, illa ſolet laudari ſententia: *Sine cognitione antiquitatis Eccleſiaſticæ nemo poteſt perfectus eſſe Theologus*.
Evangeliaria Codd. antiquiſſimorum Brixien., Corbejen., Forojulien., Peruſin., San-Germanen., Turonen. Trident., Vercellen., Veronen. &c.
S. Eucherius Archiepiſc. Lugdunenſis, quem Homiliarum illarum, quæ Euſebii Emiſſeni nomine falſo inſcribuntur, eſſe germanum auctorem cenſet Baronius.
Euclides Alexandrinus, antiquus ac præſtantiſſimus Mathematicus.
Eugenius Carthaginenſis Africæ Civitatis Epiſc. & Confeſſor publicus, Auctor *Expoſitionis Catholicæ Fidei adverſus Arianos*.
Eugubinus. Vid. Auguſtinus Steucus.
S. Eulogius Cordubenſis Presbyter, Martyrio Scriptiſque clariſſimus, cujus inter cætera *Memoriale Sanctorum*, ubi tribus Libris Martyria Cordubenſium Martyrum deſcripſit.
Eunomius impii Aetii diſcipulus Hereſiarcha, a quo Eunomiani Hæretici, Arianæ perfidiæ alias blaſphemias addentes.
Euſebius Emiſſenus, vel Emeſen. Epiſc. Vid. paulo ſupra S. Eucher.
Euſebius Pamphili, Cæſareæ in Paleſtina Metrop. Epiſc. qui ob inſignem ejus Hiſtoriam, atque immenſam eruditionem, omnium antiquorum Philoſophorum doctrinam complectentem, omnem exigeret laudem, ni fœdiſſima Arianæ hæreſeos macula, aut ſaltem ejus ſuſpicio, ipſi adhæſiſſet. *Doctiſſimus* tamen & *eruditiſſimus* a D. Hieronymo vocatur.
S. Euſtochium Virgo filia B. Paulæ Rom.
Eutyches, a quo enati Eutychiani Hæretici. Libri quinque contra Eutichem & Neſtorium ſub nomine noſtri S. Vigilii Epiſc. Trid. ejus non ſunt, ſed potius Vigilii Tapſenſis.
Euthymius Zigabenus, Monachus Græcus, Scriptor *Panoplia* adverſus Hæreſes, præclarorumque in Scripturam Commentariorum, qui tamen ob ejus Tractatum contra Latinos, cujus Leo Allatius meminit, a Card. Bona dicitur Schiſm.
S. Exuperius Toloſanus Epiſc. cujus eleemoſynas erga Chriſti pauperes, ex S. Hieronymo a D. Bonaventura relatas, enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.
Ezelinus de Romano, Tyrannus Italiæ. Vid. infra Freder. II. Imp.

F

Faber. Vid. Jacobus.
Fabricius Joannes Albertus, inter Hiſtoriæ Literariæ Profeſſores magni nominis. Hær. Inter ejus multa Opera *Bibliotheca Græca*, & *Bibliotheca Latina*,

Digitized by Google

rina, nec non *Codex Pseudepigraphus Veteris Testamenti*, & *Codex Apocryphus Novi Testamenti &c.*

Fabrotus Carolus Hannibal J. C.

Fagius, sive Fragius Paulus, qui inter Protestantes Vulgatam Editionem aliis Editionibus Latinis censet anteferendam, in Præfat. Ver. V. T.

Farinerius Guilielmus Gallus, Doctor Theol., Ord. Min. Minister Gen. ac S. R. E. Card., de cujus Opp. Biblioth. Francisc.

Faustus Manichæus.

Faustus alter, natione Gallus, & ex Monacho Lirinensi Episc. Regiensis in Gallia. Ejus Libb. *De Gratia & libero Arbitrio* improbavit S. Gelasius Papa, quos in sua *Historia Pelagiana* P. Jacobus Sirmondus frustra defendit.

Federicius Placidus Ord. S. Ben.

S. Felix Nolanus Presbyter & Martyr.

Ferrariensis Bartholomæus, Ord. Præd. inter sacri verbi Oratores illustres laudatus a Leandro, & Echardo ineunte sæc. XV. Alius Franciscus sæc. XVI.

Ferraris Lucius Soler - Alexandrinus, Ord. Min. Auctor famosus *Promptæ Bibliothecæ Canonicæ, Juridicæ, Moralis, Theologicæ &c.* quæ nunc omnium versatur manibus.

Ferrarius Philippus Alexandrinus, Servorum B. M. V. Prior General., in Ticinensi Academia Publicus Metaphysicæ & Mathem. Professor, inter cujus Opp. *Lexicon Geographicum, Topographia in Martyrologium Rom.* cum *Notis* ad idem *Martyrologium, Catalogus Sanctorum Italiæ, qui in Martyrologio Rom. non sunt &c.*

Ferreolus Locrius Belga, Scriptor *Chronici Belgici*, nec non *Librorum septem De Locis, Templis, & Imaginibus Deipara cultu claris.*

Fervacques Franciscus Doctor Lovanien. Ord. Erem. S. Aug. doctissimus ejus Doctrinæ defensor.

Festus Sextus Pompejus Grammaticus, sub Christianis Imperatoribus, ut plerique Critici putant, qui scripsit *De veterum verborum significatione.*

Fevardentius Franciscus clari nominis Doctor Sorbonicus, inter cujus Opera multa *Dialogi septem contra gravissimos Calvinianorum errores, Theomachia Calvinistica &c.*

De Firmo. Vid. Seraphinus.

Flaminius de Parma Ord. Min. Scriptor eruditus *Historiæ Provinciarum Bononiæ Observant. & Reformat. S. Franc.*

Flechier Spiritus Congregat. Doctrinæ Christianæ, Episc. Nemausensis, cujus *Conciones & Panegyres* longe celeberrimæ, tum quoque *Vita Theodosii Magni*, ac *Francisci Ximenii Archiep. Tolet. & Card.* Ord. Min.

Fleury Claudius, famigeratus Historiographus Ecclesiasticus Gallus.

Florentinius Hieronymus, Auctor Tract. *De Hominibus dubiis, seu Abortivis baptizandis*, Congr. Matris Dei.

Fogginius Petrus Franciscus, Cl. Biblioth. Vat. Præf., inter cætera Auctor laudatissimæ Editionis Operum Selectorum S. Augustini *de Gratia*, adornatæ Rom. Palearinor. typis ann. 1754. Item Romanæ Editionis ann. 1771. Libri Flori Magistri ab ipso exarati nomine Ecclesiæ Lugdunensis *adversus Joannis Scoti Erigenæ erroneas definitiones &c.*

Fontaninus Justus Archiepisc. Ancyranus, Sacri Palatii Apostolici Abbreviator, Scriptor Antiquarius magni nominis, qui cum Illustrioribus suæ ætatis Viris literarium commercium habuit, inter cujus haud pauca præclara Opp. hanc tantum heic referam „ *Vindiciæ antiquorum Diplomatum adversus Bartholomæi Germonii Dissceptationem* De veteribus Regum „ Francorum Diplomatibus, & arte „ secernendi antiqua Diplomata vera „ a falsis, *Libri duo. Romæ per Franciscum Gonzagam* an. 1705. in 4. “ Idem approbavit Editionem Romanam Annalium Luc. VVaddingi, eumque laudavit, quem & *perinsignem Minorum Historicum* vocat in *Cod. Canonizat. Const.* 40. in Nota.

Forestus Jacobus Philippus Bergomen. Ord. Erem. S. Aug., Antiquitatis studiosissimus, Scriptorque Chronographus.

Fortis Raymundus Jo. Medicus.

Fortunatus a Brixia celebris nostræ ætatis Philosophus, Ord. Min. plurium Scriptor Opp., quæ commendari a Viris doctis meruerunt.

B. Franciscus Fabrianensis, Ord. Min.

S. Franciscus de Paula Minimorum Institutor.

S. Franciscus Salesius, Genevensis Episc. cœlesti sapientia, & spiritu Apostolico præditus.

S. P. Franciscus Seraphicus, Assisiensis,

Digitized by Google

ſis, trium Ordinum Fundator, cujus Opp. late recenſentur in noviſſ. Biblioth. Franc. Ejus verbis ita Magnus Muratorius concludit ſuum Opus Italicum, cui titulus: *Riflefſioni ſopra il buon Guſto* „ Non ſi ſa, che *San* „ *Franceſco d' Aſſiſi* paſſaſſe mai per „ un gran Letterato; ſembrami non„ dimeno, ch' egli più ne ſapeſſe „ di moltiſſimi Letterati, allorchè „ diſſe, e col ſuo eſempio compro„ vò, quella ſentenza, ch' io vorrei „ impreſſa nel cuore di noi tutti; „ *Tantum ſcit homo, quantum opera*„ *tur*. "

Fraſſen Claudius, Doctor Pariſienſis, Definitor Generalis, Ord. Min. ob Opera Theologica, Diſquiſitiones Biblicas, aliaque clari admodum nominis.

Fraticelli Hæretici ſe Franciſcanos mentientes, contra quos S. Jacobus Picenus Ord. Min.

Fremaut Benignus Ordin. Min., cujus ſunt *Legendæ Belgicæ Sanctorum, Beatorum, ac Venerabilium Ord. S. Franc. in* 12. *Tomos diſtributæ*.

Freſneda Bernardus, Regis Catholici Philippi II. a Confeſſionibus, & Conſiliis, Epiſc. Conchenſis, Ordin. Min. iteratis literis hortator ſuaſorque Franciſci Zamora Minor. General. Miniſ. ad S. Bonaventuræ Opuſcula politioribus cudenda characteribus, ſcholiiſque ditanda.

Frichius Jo. inter Criticos, quos vocat *intemperatiores*, relatus ab Anſaldo, inter ſuos Theologos ab Heumanno. Fuitque revera SS. Theologiæ, & in ſummo Ulmenſium Templo Eccleſiaſtes.

Fridericus II. Imperator. In Biblioth. Epiſcop. Trident. extant Chronica MSS. in pergameno de rebus geſtis hujus Freder. Imper. & Ezelini de Romano, de quo ſupra.

Florimundus Ræmundus, in Curia Burdigalenſi Senator Regius, qui anilem fabellam de *Joanna Papiſſa* exibilavit, hinc a Juſto Lipſio aliiſque jure meritoque laudatus; ſcripſit item contra hæreticos *de Antichriſto*, utque magis eorum jugularet errores, diſſeruit *de ortu, progreſſu, ac ruina hæreſeon*.

Frontinus Sext. Julius, Vir Conſularis, Veſpaſianorum, Domitiani, Nervæ, & Trajani temporibus.

S. Fulbertus Epiſc. Carnotenſis, erga Beatam Virginem devotiſſimus, inter cujus Epiſtolas una extat *ad Adeodatum de Sacramento Euchariſtiæ adjuncta Libro Paſchaſii Corbejen.* de quo infra.

Fulcherius Carnoten. Presbyter, Hiſtoricus.

S. Fulgentius Epiſc. Ruſpenſis in Africa, cui S. Bonav. adſcribit Lib. de *Triplici Habitaculo* inter S. Aug. Suppoſititia. Dicitur a S. Iſidoro de Scriptor. cap. 4. *In loquendo dulcis, in dicendo, ac diſſerendo ſubtilis*. Vocatus quoque contra Semipelagianos *Auguſtinus ſui ſæculi*.

G

Gagnæjus Joannes, Theologus, & Academiæ Pariſien. Cancellarius, Eccleſiaſtes & Eleemoſynarius Franciſc. I. Francor. Reg., cujus ſunt *Scholia in omnes D. Pauli Epiſtolas, in ſeptem Canonicas, & D. Joannis Apocalypſin*.

Galatinus Petrus Apulus Prov. S. Nicol. Miniſter Ord. Minor. Vir Græcæ, Hebraicæ, Chaldaicæ, & Latinæ linguæ peritus, ac inſignis Theologus, ut Opera ejus ſatis oſtendunt, relata To. 2. Biblioth. Franc. P. Joan. a S. Antonio. Sed ne ob ejus Opus *de Arcanis Catholicæ veritatis* cenſeatur omnino plagiarius *Pugionis Fidei* Raymundi Martini Ord. Præd. videnda nedum d. Bibliotheca, ſed & Bibliotheca Latino - Hebraica Caroli Joſephi Imbonati Ciſtercienſis, ubi oſtenditur, quod *acrius & ſubinique ab Autboribus reprebenditur Galatinus, quaſi omnia Raymundi exſcripſerit, atque in ſuum Commentarium traſtulerit, aut quæ in Galatino ſunt, eadem occurrant apud Raymundum*. Scripſit inter alia in Apocal. decem Libros Carolo V. Imp. nuncupatos, quos MSS. in Bibliotheca Vaticana ſe legiſſe teſtatur Cornel. a Lap.

Galba Imperator.

Galenus Claudius Pergamenſis, Medicus excellentiſſimus, cujus Cod. membr. MS. continens *Comment. in Aphoriſmos Hippocratis*, Interprete Conſtantino, extat in Biblioth. noſtra Bernardin. ex liberalitate Illuſtr. D. Baron. Simonis de Croſina Patric. Trid.

In-

Digitized by Google

Inter Opera Tridentini noſtri Julii Alexandrini a Neuſtain Impp. Ferdinandi I., Maximiliani II. & Rodulphi II. Protophyſici, vel in Matheſi, ac Græca lingua perdocti, Galeni Operum Verſiones ſunt, Illuſtrationeſque.

Galeſinius Petrus, patria Anconitanus, officio Protonot. Apoſtol. Scriptor Vitæ S. Bonaventuræ, elegantia, & eruditione præclarus; ſed notatus, quod fuerit in ea contexenda plus Rhetor, quam Hiſtoricus.

Galletus Petrus Aloyſius Ord. S. Bened., Abbas S. Mariæ Rotundæ de Ravenna.

Garetius Joannes, doctus Monachus Ord. S. Bened. e Congregat. Maurina. Vid. ſupra Caſſiodorus, cui abjudicat *Comment. in Cant. Canticor.*

Gaſſendus Petrus, Præpoſitus Dinienſis, Philoſophus & Mathematicus.

Gavardus Fridericus Nicolaus Ordin. Erem. S. Aug., qui de rebus Theologicis perdocte ſcripſit.

S. Gaudentius Epiſc. Brixienſis, cujus Opera nitidiſſimo Volumine collegit eruditiſſ. Galeardus Can. Brixien. In Tractatu ſive Sermone habito in die Dedicationis Baſilicæ Concilii Sanctorum XL. Martyr. hæc ſcribit Gaudentius „ Recipimus etiam ſanctos „ cineres Siſinnii, Martyrii, & Ale„ xandri, quos nuper in Ara-Agatini, „ uni venerando cultui attentius in„ hærendo, gens interfecit ſacrile„ ga, flammiſque adhibitis concrema„ vit, ut holocauſtum Deo ipſi fie„ rent, qui Chriſtianos ſuos victi„ mas Dæmoniis miniſtrare increpa„ tione juſtiſſima vetuiſſent. “ Hinc conjectare licet, quod ſicut S. Vigilius miſit una cum Reliquiis præfatorum Martyrum ad S. Simplicianum Epiſc. Mediolan. & ad S. Joannem Epiſc. Conſtant. Epiſtolas; ita & ad ſibi conterminum S. Gaudentium Epiſc. Brixien. Unde non duas, ſed tres in hanc rem a noſtro S. Vigilio ſcriptas commemorat Petrus de Natalibus Epiſcop. Equilin.

Gaufridus de Trano Juris quam maxime peritus, Nicolai IV. juſſu *Summam* in Decretales Romanor. Pontific. ann. 1290. elucubravit.

Gaufridus Antiſſiodorenſis, Monachus Ciſtercien. S. Bernardi Notarius, qui ſcripſit *in Cant. Cantic. in Apoca-*

S. Bonav. Tom. III. Supplem.

hypſim &c.

Gazæus Æneas, Philoſophus Platonicus, tum pietate, tum etiam eruditione clariſſimus, Auctor *Dialogi de reſurrectione, & immortalitate animarum.*

Gellius. Vid. Aulus.

Genebrardus Gilbertus Ord. S. Bened. ex Regio Literarum Hebraicarum Profeſſore Archiepiſc. Aquarum Sextiarum in Provincia factus a Gregor. XIII.

Gennadius, Maſſilienſis Presbyter, Auctor Operis *De Eccleſiaſticis Dogmatibus* S. Auguſtino tributi, nec non aliorum *De Apocalypſi, de Viris Illuſtribus &c.* ubi tamen notatur ceu de Semipelagianiſmo ſuſpectus, ex eo quod plus laudet Caſſianum & Fauſtum Semipelagianiſmo faventes, quam S. Proſperum ejuſd. S. Aug. contra Pelagianos, & Semipelagianos doctrinæ addictiſſimum.

Gentilottus L. Baro Joannes Baptiſta Patricius Tridentinus, a cujus ſingulari erga me beneficentia precario obtinui vetuſtiores ſacrorum Bibliorum Editiones.

Genſericus VVandalorum Rex Arianus.

Georgius Auguſtinus Antonius Magiſter præſtantiſſimus Ord. Erem. S. Aug., cujus reconditiorem eruditionem ac doctrinam ſatis prodit ejus *Alphabetum Tibetanum Miſſionum Apoſtolicarum commodo editum.*

Geraldus OJonis Ord. Min. General. Miniſter, poſtea Patriarcha Antiochenus, de cujus Legationibus, ac præclare Geſtis, nec non multis variæ doctrinæ ac eruditionis Opp., Biblioth. Franc.

Gerardus hujus nominis primus Epiſcopus, Princepſque Tridenti.

S. Germanicus Mart. Smyrnæ.

Germonius Bartholomæus, S. J. Vir quidem valde eruditus, ſed ut parum æquus veterum MSS. Codicum æſtimator, ab Antiquariis jure notatus.

Gerſon Joannes Gallus, Monachus Cœleſtinus, Doctor & Cancellarius Pariſienſis, Magnus D. Bonaventuræ Encomiaſtes, de quo fuſe Joannes Launojus Pariſienſis Theologus in Par. 3. Hiſtor. Regii Navarræ Gymnaſii Pariſien. Lib. 2. cap. 1.

Gilbertus Abbas VVeſtmonaſterienſis juxta Londinum, Ord. S. Bened. de

Digitized by Google

cujus Opp. Oudinus in Supplem. ad Bellarm. de Scriptor. Eccleſiaſt.
Gilbertus, ſive Gillebertus Abbas Ord. Ciſtercien. in Anglia, & Continuator S. Bernardi.
Gilbertus Porretanus, Epiſc. Pictavien., ex quo S. Bonaventura accepit Prologum in Apocalypſim.
Gilbertus, ſive Guibertus Tornacenſis, celebris ſuo tempore Theol. Pariſien. Ord. Min.
Girardus, ſive Gerardus de Abbatis Villa, a D. Bonaventura in *Apologia Pauperum* ſapientiſſime confutatus.
Gloſſa Interlinearis, cujus Auctor Anſelmus Laudunenſis. Ordinaria altera, cujus Auctor Strabo Rabani diſcipulus. Tertia Nicolai Lyrani Ord. Minor.
Gloſſarium Barthii. Vid. ſupra Barthius.
Gloſſator antiquus interlinearis noſtri Codicis Bernardiniani ſignat. A. II. 39.
Gnoſtici Hæretici, infandis obſcenitatibus ac turpitudinibus dediti, qui antea Nicolaitæ, dicti etiam Carpocratiani aut Baſilidiani, nuncupati quoque Adamitæ æque impuri.
Gomarus Franciſcus Grammatic. Calv.
Gonzaga Franciſcus ex Sereniſſima Mantuanorum Ducum proſapia, Miniſter Generalis Ord. Min., ex quo aſſumptus primo ad Cephaludenſem in Sicilia Eccleſiam Epiſcopalem, dein ad Papienſem, mox demum ad Mantuanam, in qua ſanctiſſime ab ſe gubernata, non ſine opinione ſanctitatis, vivere deſiit, Nuntius Apoſtolicæ Sedis in Galliam ablegatus pro pace inter Franciæ & Hiſpaniæ Reges ſtatuenda, hoc munere egregie perfunctus eſt. Quod non fuerit adverſatus ſanctitati B. Angeli del Paz, demonſtrat Arturus in Martyrolog. Franc. 30. Aprilis. Et ſane de eodem Angelo del Paz ejuſdem Ord. Min. teſtatur Card. Bona, quod non tantum fuerit *vir ſolidæ & facundæ doctrinæ, ſed & eximiæ pietatis*. De laudati Gonzagæ Opp. plura in Biblioth. Franc. recenſentur, inter quæ primo loco: *De Origine Seraphicæ Religionis Franciſcanæ, ejuſque Progreſſibus*.
Gordonus Jacobus, S. J. ſacræ Scripturæ Interpres.
Gorranus Nicolaus Ord. Præd. Theologus, & Interpres plurium ſacræ Scripturæ Librorum, non obſcuri nominis, de quo plura in Admonit. ad Comment. S. Bonav. in Evangel. S. Joann.
Gothofredus Jacobus J. C.
Goulet, ſive Gaulletius Robertus Theologus Pariſien. cujus *Tetramonan Evangeliorum*.
Grancolas Joannes Doctor Sorbonicus, inter cujus Opp. *Comment. Hiſtor. Breviar. Rom.*
Gratianus Imperator.
Gratianus Monachus Ord. S. Bened., cujus *Decretum*, ſive *Concordia diſcordantium Canonum*, Opus laborioſiſſimum, in quo collecti Canones plurimi ex Scripturis, Reſponſis Pontificum, Conciliis, Patribus. Habetur ſcriptum in membr. in folio charactere venuſto vetuſtoque in Biblioth. Epiſc. Triden. Fuit a mendis purgatum, & ſuæ integritati reſtitutum a viris quibuſdam eruditiſſimis auctoritate Greg. XIII. P. M. an. 1580. Notatur Gratianus, non habuiſſe delectum Auctorum, ex quibus ſua Decreta collegit. Inter eos qui corrigendis ejus erroribus incubuere, eſt Cl. Antonius Auguſtinus in excell. Opp. inſcripto *De emendatione Gratiani*,
Gregorius Hungarus, alio nomine Cœlius Pannonius, Prior S. Stephani Romæ in monte Cælio, *Apocalypſis* Interpres Sæculo XV.
S. Gregorius Epiſcopus Neocæſarienſis, a multitudine patratorum miraculorum *Thaumaturgus* nuncupatus, auditor quidem Origenis, ſed ab ejus erroribus prorſus immunis: cui Deiparam cum S. Joanne Evangeliſta apparuiſſe, & Joanni mandaſſe, ut Expoſitionem Fidei Catholicæ illi traderet, teſtatur S. Gregorius Nyſſenus in Thaumaturgi Vita. Sed an ea fuerit a Gerardo Voſſio publicata, dubitat Bellarminus, negatque Petavius.
S. Gregorius, cognomento Theologus, Nazianzi in Cappadocia natus, S. Baſilii æqualis & ſtudiorum comes, primo Soſimorum factus Epiſcopus ab eodem Baſilio Archiepiſcopo Cæſarienſi, quibus relictis Nazianzenam Eccleſiam adminiſtravit, unde ei *Nazianzeni* cognomen adhæſit. In ejus Operibus, quæ ſcripſit multa, ſapientiam cum eloquentia mirifice copulavit. Editionem illorum Græco-Latinam habemus a Jac. Billio Prunæo, S.

Digitized by Google

S. Michaelis in Eremo Cœnobiarcha, una cum Græcorum Niceta Serronii, Pſelli, Nonii, & Eliæ Cretenſis Commentariis. Habemus quoque Notis a Tollio & Muratorio locupletatam.

S. Gregorius, Nyſſæ in prima Cappadocia Epiſcopus, S. Baſilii Cæſareæ Archiepiſcopi frater natu minor, Vir eloquentiſſimus, multorum Operum Scriptor, qui interfuit Concilio Conſtantinopol. Generali ann. 381. Ejus Opera Latine edidit Fronto Ducæus, Græce & Latine Claudius Morellus.

S. Gregorius Magnus, qui ad noſtrum Secundum Servum Dei de Tridento ſcripſit Epiſtolam juxta Maurin. Edit. numero 52. in qua ejus laudat Scripta, veritatem, caritatem, atque humilitatem ſpirantia, tranſmittit ad ipſum aloa, thymiamata, ſtoracem, & balſamum, ſanctorum Martyrum corporibus offerenda, duos Codices Homiliarum, veſtimentum, & ſacras Imagines Dei Salvatoris, & ſanctæ Dei Genitricis Mariæ, beatorumque Apoſtolorum Petri & Pauli, earumque legitimum uſum exponit. Item in Epiſt. 12. d. Edit. ad Theodelindam Langobardum Reginam eum *dilectiſſimum Filium* appellat. *Gregorianum Sacramentarium* longe antiquiſſimum in nitido membr. Cod. pulchre deſcriptum ſervatur Tridenti in Tabulario ſecretiori Epiſcopatus & Principatus. Servatur quoque Tridenti in Biblioth. Capit. vetus Cod. *Moralium S. Gregorii Papæ.*

S. Gregorius VII. Papa.

Gregorius IX. Papa, qui Sanctorum Catalogo adſcripſit S. P. Franciſcum & S. Antonium, de Ord. Min. optime meritus.

S. Gregorius Turonenſis Epiſc., de cujus *Hiſtoria Francorum* quod ait Rivetus, nonnulla ei in ſequentibus temporibus a male feriatis Monachis fuiſſe hinc inde adſperſa, calumnia eſt, *quæ*, ut ait Labbeus, *refutatione non indiget.*

Gregorius de Valentia S. J. Hiſpanus quidem Methymnenſis, ſed in Germania primum Dilingæ, poſtea Ingolſtadii Theologiæ Profeſſor, qui præter Theologica, edidit quoque varia contra Hæreticos.

Gretſerus Jacobus Marckdorfienſis, Lutheranorum malleus, ac multorum Scriptor egregius Libror. S. J.

Grotius Hugo, Vir quidem inter Heterodoxos unus ex doctioribus, ſed cui vertitur vitio, quod fuerit in veritate, quam tenebat, minus conſtans, ac omnium novitatum amator. Inter cætera ejus Opera celebratiſſimus Liber *de Veritate Religionis Chriſtianæ.*

Gruterus Janus, ſive Joannes, Heidelbergenſi Palatinæ Biblioth. Præfectus, Calv. cujus *Theſaurus Antiquitatum Romanarum*, *Theſaurus Criticus*, *Delicia Poetarum*, *Gallorum*, *Italorum*, & *Belgarum*.

Gualtenſis Joannes, Philoſoph. & Theol. multorum Librorum doctus Scriptor Ordin. Minor.

Guido, quintus majoris Carthuſiæ Prior.

Guilliaudus Claudius Bellijocenſis Doctor Theologus, apud Eduorum Eccleſiam Præpoſitus, Canonicus, & Eccleſiaſtes, cujus *Enarratio in Matth. & Joannem*, & *Collatio in omnes D. Pauli Epiſtolas*.

Guillelmus, Aretinus Epiſc.

Guitmundus ex Monacho Benedictino S. R. E. Card. & Epiſc. Averſanus, tempore S. Gregor. VII. de quo paulo ſupra. Inter ejus Opp. *Libri tres de veritate Corporis & Sanguinis Chriſti in Euchariſtia.*

Gulielmus, Antiſſiodorenſis Epiſc. cujus eſt *Summa Theologica.*

Gulielmus de Canicia, ſive Lanicia, Ord. Min. Auctor ſecundum plures bonæ notæ Codd. MSS. *Diæta Salutis* inter perperam S. Bonaventuræ adſcripta.

Gulielmus, ſive Guillelmus de S. Amore Doctor Sorbonicus, cujus, uti quoque Joannis de Poliaco, Opera contra Regulares Mendicantes dentato ſtylo ſcripta, erroribuſque ſcatentia, fuerunt a ſummis Pontificibus proſcripta, ac natalitiis tenebris damnata, nec non a SS. Doctoribus Thoma & Bonaventura validiſſime confutata.

Gulielmus Durandus, alias Durantes, cognomento *Speculator*, Epiſcop. Mimaten.

Gulielmus, dictus a Patria Arvernus, Epiſc. Pariſien. inter cujus Opp. *Cenſura deteſtabilium aliquot errorum contra Catholicam veritatem, facta an.* 1240., *& Aſſertiones oppoſitæ erroribus.* Laudatur a S. Bonaventura.

Gu-

Digitized by Google

Gulielmus. Vid. Eſtius. Vid. Farinerius.
Gulielmus Lindanus Epiſc. Gandaven., invictus Sectariorum Antagoniſta.
Gulielmus de Melitona Ord. Min., qui, teſte Thoma Cantipratano Synchrono, *Magiſter Theologiæ ſanctiſſimam ac devotiſſimam vitam duxit.*
Gulielmus Rondeletius, Medicus.
Gulielmus Spoelbergius Bruxellenſis Ord. Min., inter cujus Opera relata in Auctario Miræi eſt *Speculum Vitæ S. Franciſci & Sociorum ejus*, nec non *Triumphus Sanctorum ex Tertio Ordine S. Franciſci.*
Guntherus Poeta. In Biblioth. Epiſc. Trid. pulchra eſt Editio in fol. *Operis Guntheri de rebus geſtis Imperatoris Friderici primi, Carmine conſcripti.*
Guyetus Carolus Turonenſis S. J., cujus eſt *Heortologia, ſive de Feſtis propriis Locorum, & Eccleſiarum &c.*

H

HAdrianus Imperator.
Halgrinus, ſive Hailgrinus cognomento, nomine autem Joannes de Abbatis Villa, Doctor Theologus Pariſienſis, poſtea Ambianenſis Decanus, dein in Archiepiſcopum Conſentinum conſecratus, & tandem a Gregorio IX. deſignatus Card. Tit. Sanctæ Sabinæ, ſcripſit *in Cant. Canticor.* Noſter P. de la Haye teſtatur ſe habere ejus *MSS. Sermones, de Tempore, & de Sanctis, nec non in Pſalterium.*
Du Hamel Joannes Baptiſta, Academiæ Pariſienſis Secretarius, Philoſoph, Theol., Hiſtor., & ſacr. Script. Interp.
Hammondus Henricus Acath.
Haroldus Franciſcus Chronograph. Ord. Min. Epitomator Annal. Luc. Waddin. & Scriptor Vitæ ejuſdem &c.
Harphius Henricus Ord. Min., a Card. Bona vocatus *Myſticæ Theologiæ Magiſter, doctus, methodicus, ſingularis.*
Hauzeur Mathias, inſignis Concionator Conventus Leodienſis, ſacræ Theologiæ Lector Emeritus, ac iterato Miniſter Provincialis Provinciæ Flandriæ Ord. Minor. inter cujus peregregia Opera: *Anathomia totius auguſtiſſimæ Doctrinæ B. Auguſtini Epiſcopi*: Contra hoc Opus ſcripſit quidem P. Ignatius Huartius Ciſtercien. Ordin. ſed P. Hauzer reſpondit edito Libro nuncupato: *Correctio fraterna.* Item *Collatio totius Theologiæ inter Majores noſtros Fr. Alexandrum Alenſem Doctorem Irrefragabilem, S. Bonaventuram Doctorem Seraphicum, Fr. Joannem Duns Scotum Doctorem ſubtilem, ad mentem S. Auguſtini ſub Magiſterio Chriſti interiore per gratiam, exteriore per Eccleſiam.* Nec non *Conciliationes inter Alenſem, S. Bonaventuram, & Scotum cum S. Auguſtino.* Tum *Abſolutio hujus Operis a cenſuris Quorundam in illud prolatis &c.*
De la Haye Joannes Pariſinus, O. Min. Theologiæ Profeſſor primarius, Regius Eccleſiaſtes, Terræ Sanctæ Commiſſarius Generalis, nec non Provinciæ Franciæ Pariſienſis Commiſſarius Apoſtolicus, cujus maxima Commentariorum copia in ſacram Scripturam,
Haymo Anglicus, Ord. Min. General. Miniſter, de cujus Geſt. & Script. in Bibl. Franc.
Haymo ex Fuldenſi Monacho S. Bened. Epiſc. Halberſtadienſis, Script. Inter. a D. Bonaventura ſæpe laudatus.
Heinſius Daniel Flan. Acath.
Helvidius Hæreſiarcha hoſtis Virginitatis acerrimus.
B. Helena Virgo Paduana Clariſſa.
Henno Franciſcus Theolog. Scholaſt. & Moralis. Probabilioriſta, ſed non Rigoriſta; Attritioniſta Theoreticus, ſed non Practicus, Ord. Min.
Henricus Aſtenſis, Gen. Miniſt. Ord. Minor.
Henricus a Balma, B. Coletæ Virg. Confeſſarius, cujus etiam Vitam ſcripſit, Vir doctus, magnæ perfectionis & virtutis, Ord. Min., inter cujus Opera recenſentur *Myſtica Theologia*, & *Stimulus amoris*, al. ſub S. Bonaventuræ nomine. In quo tamen *Stimulo amoris* plura excerpta ſunt ex vere Bonaventurianis Opuſculis.
Henricus Caniſius Noviomagenſis, J. U. Doctor, & Canonum Profeſſor, a quo magnum inter cætera Opus inſcriptum: *Antiquæ Lectiones.*
Henricus Gandavenſis, Archidiaconus Tornacen. Doctor Sorbon. ac etiam ſui ſæculi Philoſoph. magni nominis, qui in *Lib. de Eccl. Scriptor.* inter S. Bonav. Opp. commemorat *Lib. de decem Præceptis.*

Hen-

Digitized by Google

Henricus de Iſernia, ſive Italia, ab Epiſtolis, & Secretis Ottocari Bohemiæ Regis.
Henricus. Vid. Sedulius.
Henricus Spondanus Mauleoſolenſis, Appamiarum in Gallia Narbonenſi Epiſc. Epitomator, & Continuator Annal. Eccleſiaſticor. Baron.
Henricus Stephanus Pariſienſis Typogr. & Scriptor, ac tandem Calv.
Henricus Stero, Monachus in Altaha inferiore, ſeu Altaicho Cœnobio Germaniæ, Scriptor Chron. ab an. 1152. ad an. 1273.
Henſchenius Godefridus S. J., peregregius Continuator Bollandianus in *Actis Sanctorum*.
Hentenius Joannes Nechlinienſis, doctus Religioſus primum Ord. Hieronym. in Luſitania, dein Ord. Præd. Lovanii, quo interprete prodierunt *Comment. Euthymii in Evang., OEcumenii in Epiſtolas S. Pauli, Arethæ in Apocalypſim*. De ejus Comment. MSS. apud PP. Dominic. Lovanii teſtatur Miræus.
Hermes. Vid. Mercurius.
Herodes Agrippa.
Heſſelius Joannes, Lovanienſis Doctor, qui ad Conc. Trident. miſſus, præclaram Eccleſiæ navavit operam, finemque ſpectavit.
Heſichius, ſive Iſychius Presbyter Hieroſolymitanus, cujus ſunt *in Leviticum Libri ſeptem*.
Hervetus Gentianus Aurelianenſis, Vir Græce Latineque doctus, Cardinalis Poli, Virorumque illuſtrium Italiæ amicitia gaviſus. Interfuit Concilio Trident. ubi duos Sermones recitavit.
Heumannus Chriſtophorus Auguſtus, Auctor Viæ ad Hiſt. Literar. Hær.
S. Hieronymus Stridonenſis, Presbyter, & S. R. Eccl. Doctor maximus, cujus Opp. recenter primum a Joanne Martianæo Monacho Maurino, poſtea a Dominico Vallarſio Presbytero Veronenſi egregie ſunt illuſtrata. In Biblioth. Capitul. Tridenti ſub lit. NN. extant MSS. Libb. *Divi Hieronymi de Hiſtoria Eccleſiaſtica, De Viris Illuſtribus, Contra Jovinianum*. Quamvis ei ob linguæ non ſolum Latinæ & Græcæ, ſed Hebraicæ etiam & Chaldaicæ intelligentiam, cum in vertendis, tum quoque in explicandis ſacris Scripturis multum tribuamus, non tamen adeo, ut ipſum fallere & falli neſcium eredamus, aut eundem Prophetis & Apoſtolis parem illum faciamus, quod fingit immoderatus Criticus Simonius *Lib. II. c. 2. La Critique de Vieux Teſtament*.
Hieronymus Almonazir Hiſpan. S. T. M. Ord. Præd., cujus *Commentaria in Canticum Canticorum*.
Hieronymus Aſculanus, Ord. Min. Generalis Miniſter, ac demum Papa Nicolaus IV. de cujus Geſtis & Scriptis Biblioth. Franciſc.
Hieronymus civis Aſſiſienſis, ac nobilis Miles, Vir literatus, & prudens, teſtis longe locupletiſſimus ſacrorum Stigmatum S. Franciſci, utpote qui ea vidit, palpavit, & credidit, cum antea fuiſſet incredulus.
Hieronymus Platus Mediolanenſis, S. J., cujus Libri *De bono ſtatu Religioſi* commendationem merentur.
Hieronymus Pragenſis, Hæreticus.
Hieronymus de Prato Veronenſis, Congregat. Oratorii Presbyter, a cujus eruditione doctrinaque prodierunt inter cætera ætate noſtra Sulpicii Severi Opera ad MSS. Codices emendata, Notiſque, Obſervationibus, & Diſſertationibus illuſtrata.
Hilarion Monachus Benedictinus.
S. Hilarius Epiſc. Pictavien., Eccleſiæ Catholicæ adverſus Hæreticos acerrimus, terrificuſque defenſor, inter cujus laudatores etiam S. Bonaventura jure recenſetur. Prodierunt ejus Opera ſtudio & labore Monachorum Ord. S. Ben. e Congr. S. Mauri caſtigata, aucta, atque illuſtrata, tum Veronenſibus typis, Libris *de Trinitate, & Commentariis in Pſalmos* ad binos Capituli Veronenſis Codices, antiquitate ac præſtantia quoſvis ad hanc diem cognitos facile exſuperantes, diligenter exactis, atque octo maxime variantium Tractatuum adjectione locupletatis.
Hildebertus primus Epiſc. Cænomanen., dein Archiepiſc. Turonen.
Hiobus Gaſtus Hagenoenſis, Luth.
Hippocrates Medicorum excellentiſſimus, vulgo creditus Æſculapio prognatus, Græcus ex inſ. Coo.
Hippolytus Graſſerus de Fulgarida Ord. Min. Vir religioſiſſimus, in Rebus præſertim Liturgicis admodum eruditus, & doctus, de quibus accuratiſſime ſcripſit.

Digitized by Google

Holkot Robertus, natione Anglus, Doctor Theologus, in Universitate Oxonienſi Profeſſor, Ordin. Præd., qui præter Theologica ſcripſit *in Lib. Sap. in ſeptem priora Capp. Eccleſiaſtici*, nec non *in Cant. Cantic.*

Homerus, Græcorum Poetarum facile Princeps.

Honorius III. Papa, Regulæ S. Franciſci approbator.

Honorius Auguſtodunenſis Presbyter, inter cujus Opp. *Expoſitio in Cant. Canticor. Salom. & Libri IV. de Luminaribus Eccleſiæ, ſive de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

Honorius Imperator.

Horatius de Parma, Ord. Min., Vir pius, in Theologia Myſtica, Rebus Aſceticis, ac præcipue in aſſiduo Divinarum Literarum ſtudio egregie verſatus, plurium Scriptor Operum, præſertim Commentariorum in ſacram Scripturam univerſam, vulgari lingua Italica, ut utilitati neſcientium Latinam ipſe conſuleret.

Horatius Venuſinus, Poeta, cujus apud S. Bon. *Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci.*

Hortulanus. Vid. Coſmas.

Houdry Vincentius S. J. *Biblioth. Concion.* Auctor.

Hueberus Fortunatus, Theologus, Hiſtoricus, Aſceticus, Chronologus, Vir indefeſſi laboris, Prov. Bavar. Ord. Min.

Huetius Petrus Daniel, Epiſc. Abrincenſis, unus ex eruditioribus ſui temporis Literatis, Philoſophus, Mathematicus, Linguarum, ac Antiquitatis peritus, inter cujus præcipua Opp. *De claris Interpretibus, & de optimo genere interpretandi, Editio Comment. Orig. in ſacr. Script. Græco-Lat. Demonſtratio Evangelica &c.*

Hugo de Argentina Ord. Præd., Scriptor ſæculi XIII.

Hugo de S. Charo Ord. Præd., Card. Divinarum Scripturarum Interpres nominatiſſimus.

Hugo de Dina Gallus Ord. Min., Servus Dei plenus ſpiritu ſapientiæ & intellectus, Zelator Regulæ S. Franc. quam docte expoſuit; defenſor Paupertatis, cujus patrocinium ſuſcepit contra inimicum domeſticum; atque amator veræ ſapientiæ, ad quam perveniendi triplicem viam docuit. Hinc ab Ubertino de Caſali, Piſano, aliiſque jure laudatus. De quo concionante coram S. Ludovico Rege Franc., Joan. Janvillæus teſtis oculatus in Hiſt. ejuſd. S. Regis.

Hugo Menardus, pius doctuſque Religioſus Ord. S. Bened. Congregat. Maurinæ, qui eruditiſſimis Notis Sacramentarium S. Gregor. illuſtravit.

Hugo de S. Victore, natione Saxo, Canonicus Reg. S. Auguſtini Cœnobii Victorini ad muros Urbis Pariſienſis Abbas, Doctrinæ Auguſtinianæ ita æmulator factus, ut *Lingua S. Auguſtini* nuncuparetur. Appellatus quoque *Didaſcalus*; quippe inter cætera plura ſcripſit etiam Librum, quem vocavit *Didaſcalon*. Fuit æqualis S. Bernardi, ut ex hujus Epiſtola ad ipſum Hugonem palam eſt. Sæpe laudatur a S. Bonaventura ſub nomine *Magiſtri Hugonis*.

Hugolinus de Monte S. Mariæ Ordin. Min., Scriptor *Tractatus de Provincia Piceni*.

Humbertus de Romanis Ordin. Præd. General. Magiſter.

Hus Joannes Bohemus Hæreſiarcha, a quo Huſſitæ, quorum plures ad ſinum Eccleſiæ traxit S. Joannes a Capiſtrano.

Hyacinthus de Montargon Gallus Ord. Erem. S. Auguſt., cujus in verſione Italica *Dizionario Apoſtolico per uſo dei Confeſſori, e Predicatori, trad. dal Franc. To. 5.*

Hymenæus, & Alexander, qui a fide deſciverunt tempore S. Pauli Apoſtoli.

Hyquæus Antonius Hibernus, Theologus, omni eruditionis genere ornatiſſimus, Ord. Min. Auctor doctiſſimi *Commentarii in quartum Librum Sententiarum ad mentem Scoti, Nitelæ Franciſcanæ Religionis* ſub nomine *Dermicii Thadei Hiberni &c.*

I

JAcobus Faber Stapulenſis, celeberrimus Philoſophus Pariſienſis, Auctor *Quincupli Pſalterii*, de quo infra, aliorumque Commentariorum egentium repurgatione, juxta cenſuram Patrum Tridentinorum. In fine ad Calviniſtas defeciſſe fertur. Qui plura de eo

Digitized by Google

eo ſcire cupit, videat ad Trithemium Additiones Nonnullorum Illuſtrium Virorum num. 15. Heic unice obſervo, Jacobum Lopez Stunica Doctorem Complutenſem ſcripſiſſe contra ejuſdem Fabri Notas ſuper Epiſtolas S. Pauli, & extare ipſiuſmet Lopez Antiapologiam editam Compluti an. 1519. contra Fabr. ubi noſter Franc. Ximenius Archiepiſc. & Card. Tolet. ac Hiſpaniar. Primas vocatur *Vir ingenioſiſſimus, & Sanctarum Scripturarum ſtudioſiſſimus*.

Jacobus Januenſis, ſeu de Varagine, Oppido Territorii Januenſis, Ordin. Præd. Archiep. Januenſis, ſive Genuenſis, Vir quidem ſuo tempore clariſſimus, & multifaria rerum cognitione præditus; ſed in cujus *Legenda aurea* admixtam ſcoriam Recentiores Critici deprehendunt. In Biblioth. Epiſc. Trid. ſervatur ejus *Quadrageſimale MS.*

B. Jacobus de Maſſa Ord. Min.

Jacobus. Vid. Pamelius. Vid. de Vitriaco.

Janſenius Cornelius, Gandavenſis Epiſcop. Literarum ſacrarum perquam accuratus Interpres.

Jehoſua R. Ben Levi.

Jeremias Drexelius Auguſtanus S. J., Scriptor Aſceticus.

Jeſus Nave, Jeſus Joſedec, Jeſus filius Sirach.

S. Ignatius Epiſc. Antioch. & Mart. cujus ſeptem *Ad Epheſios, ad Magneſianos, ad Trallianos, ad Romanos, ad Philadelphios, ad Smyrnæos, & ad S. Polycarpum* Epiſtolas Editionis Græcæ Iſaaci Voſſii ex Cod MS. Bibliothecæ Mediceæ, & Editionis Latinæ Uſſerii Armachani ex duobus Codd. MSS. Anglicanis, genuinas eſſe S. Ignatii, puras, atque ab omnibus aſſumentis liberas, contra Salmaſium, Blondellum, Dallæum, alioſque Calviniſtas, doctiſſima Diſſertatione oſtendit Cl. P. Natalis Alexander. Conſulendæ quoque *Vindiciæ Epiſtolarum S. Ignatii*, doctiſſimi Joannis Pearſon, de quibus ipſemet Clericus in ſua *Arte Critica* judicavit: *Pearſonium eo ſucceſſu defendiſſe* Epiſtolas Ignatii, *ut bellum illud certa ac perpetua victoria confecerit*.

Index membr. MS. Hebraicor. Nom. una cum eorum Interpretatione.

S. Innocentius I. Papa, approbator doctrinæ S. Auguſtini contra Pelagianorum errores.

Innocentius III. Papa, cujus Opp. *de Vanitate*, ſive *Miſeria humanæ conditionis*, & *Sermones de Sanctis*, extant MS. in Biblioth. Capit. S. Vigilii Triden.

Innocentius IV. Papa, cujus *Apparatus ſuper Decretales* reperitur in fol. MS. membran. Biblioth. Epiſcop. Tridenti.

Innocentius XI. Papa Venerab.

Inſtrumenta duo originaria, unum ex Scripturis Sacrarii Conventus S. Franc. Interamnen., alterum ex Monumentis Clariſſarum Florentin.

Interpretes Hebræorum veteres, & recentiores.

Joachimus Florenſis Monaſterii Abbas in Calabria Ord. Ciſtercien., cujus Vitam ſcripſit, ac Opera recenſuit Gabriel Barrius, non Franciſcanus, ſed Francicanus, uti palam faciunt *Thomæ Aceti Academici Conſentini, & Vaticanæ Baſilicæ Clerici Beneficiati in Gabrielis Barrii Francicani de Antiquitate & Situ Calabriæ Libros Quinque, nunc primum ex autographo reſtitutos ac per Capita diſtributos, Prolegomena, Additiones, & Notæ. Quibus acceſſerunt Animadverſiones Sertorii Quattrimani Patricii Conſentini*, Edit. Rom. 1737.

Joannes Aloyſius. Vid. Mingarellius.

Joannes de Ancona Vicarius Generalis Apoſtolicus, Ord. Min.

S. Joannes a Capiſtrano Ord. Minor., Juris utriuſque peritus, in Divinis Literis egregie eruditus, Inquiſitor Generalis, Concionator, Commiſſarius, Nuntius & Legatus Apoſtolicus, plurium Scriptor Operum, inter quæ *Speculum Clericorum, hoc eſt, Sermo ad Clerum in Tridentina Synodo ann. 1439. die 22. Menſis Aprilis in Cathedrali Eccleſia* habitus, cum themate: *Sacerdotes quoque, qui accedunt ad Dominum, ſanctificentur, ne percutiat eos. Exodi* 19. Incipit: *Princeps Sereniſſime, Paterque clementiſſime, ac Præſul digniſſime, Alexander inclite Dux Mazoviæ, & Domine Epiſcope Tridentine. Et vos Patres venerandi, Doctores Eximii, præſtantiſſimi Prælati, Priores, & Præpoſiti, ac Domini Canonici, Plebani, & Capellani, Clerici cæteri aſtantes undequaque, Genus electum, Regale Sacerdotium &c.*

Joannes. Vid. Annius. Vid. Eckius. Vid. Garetius.

Digitized by Google

Joannes de Balbis, Januenſis, Ordin. Præd. Ejus celebre *Dictionarium*, nuncupatum *Catholicon*, ann. 1280. confectum, editum Moguntiæ a Joanne Fauſto an. 1460.

Joannes de Caſtillione, Bleſarum Comes.

Joannes de Caulibus de S. Geminiano, Ord. Min., Auctor *Meditationum Vitæ Chriſti*, al. ſub nomine S. Bonaventuræ.

Joannes de Ceperano Notarius Apoſtolicus, Scriptor *Vitæ S. Franciſci*.

S. Joannes Damaſcenus, Monachus & Presbyter Hieroſolymitanus, cujus Opera omnia illuſtrata a Cl. P. Mich. Lequien. Ord. Præd.

Joannes Diaconus S. R. E., Anaſtaſio Bibliothecario perfamiliaris, qui ſub an. 874. ſcripſit *Vitam S. Gregorii Magni Rom. Pont. Libris 4.*

Joannes Eremita, Auctor *Vitæ S. Bernardi*.

B. Joannes Firmanus, dictus Avernicola, Ord. Min.

Joannes de Florentia, Ord. Min., cujus eſt Opuſculum *De Canonizatione S. Franciſci*.

Joannes de Friburgo, Ord. Præd., qui in *Summam de Pœnitentia & Matrimonio S. Raymundi de Pennaforti*, ſeu Rupeforti, ejuſd. Ord. edidit *Gloſſas*.

Joannes Geneſius Quaya Parmenſis, Ord. Minor., Scriptor omnino diverſus a B. Joanne Parmenſi, de quo infra.

Joannes. Vid. Gerſon. Vid. Guallenſis. Vid. de la Haye.

Joannes Hieroſolymitanus Epiſc. ab anno 386. ad an. 416. quo obiiſſe fertur, qui, ut ſe non eſſe Origeniſtam demonſtraret, ſcripſit *Librum in obtrectatores ſtudii ſui*.

Joannes Jacobus, Marchio de Dionyſiis, Veronenſis, Canonicus & Bibliothecarius, cujus *Topographia Veteris Agri Veronenſis*.

Joannes Joinvillius, ſive Janvillæus, Campaniæ Seneſchallus, fidiſſimus Comes S. Lud. Reg. Franc., Scriptor ejus *Hiſtoriæ*.

Joannes de Muro Sacri Palatii Apoſtolici Lector, & Gen. Miniſter Ord. Min., nec non Card. Epiſc. Portuenſis, de cujus Geſtis & Scriptis Biblioth. Franc.

S. Joannes Presbyter Antiochenus, dein Conſtantinopolitanus Epiſcopus, propter aureum eloquentiæ flumen cognomento *Chryſoſtomus*, vel a S. Bonaventura *Os aureum* vocatus, magnus Eccleſiæ Doctor, ad quem extat Epiſtola noſtri S. Vigilii Epiſc. Trident. & Martyr. miſſa una cum Reliquiis SS. Mart. Anaunienſium Siſinnii, Martyrii, & Alexandri, per Jacobum Comitem, deſideriorum coleſtium virum fidelem, in qua eorum paſſionem deſcribit. In hac noſtra Trident. Biblioth. Bernardin. extat Cod. membr. concinne exaratus per Philippum quemdam, exhibens ejuſdem Chryſoſtomi Libb. *De Compunctione ad Demetrium*, *De Reparatione lapſi*, *De Contemptu mortis*, *De Pœnitentia*. Omnium ipſiuſmet Operum Editio non minus nitida, quam caſtigata, typis Pariſienſibus prodiit an. 1718. Græce & Latine, opera ac ſtudio Cl. Bernardi de Montfaucon, aliorumque Maurinorum.

B. Joannes de Parma, Ord. Min. Miniſter Gener., Paupertatis Franciſcanæ magnus zelator, cujus eſt Tractatus inſcriptus: *Commercium S. Franciſci cum Domina Paupertate*. Laudatur ab Ubertino Caſalenſi, nec non in Chron. MS. 24. Miniſtror. General. Angelo Clareno &c. De ejus ſanctitate Bolland. in Actis Sanctor. To. 3. Mart. ad diem 19. Mart.

Joannes Sarisberienſis, natione Anglus, Epiſc. Carnutenſis, Vir ſæc. XII. eloquentiſſimus, & reconditioris cujuſque ſcientiæ genere inſtructus, ac inter cætera vel *de Nugis Curialium* agens, Scriptor graviſſimus.

Joannes Scotus Erigena, cujus *Liber de Euchariſtia* damnatus in Conc. Vercel. a Leone IX., atque combuſtus in Conc. Rom. ſub Nicolao II. ab ipſo Berengario, qui hæreſim ſuam inde hauſiſſe faſſus eſt. Quod non obierit Martyr, cenſet Natalis Alexander.

Joannes. Vid. Theupolus. Vid. Viguerius. Vid. Vitalis.

Joannes XXII. Papa, qui inter Sanctos retulit S. Ludovicum Epiſcopum Toloſanum Ord. Min.

Jodocus Clichtovæus Neoportuenſis, Doctor Pariſienſis, Carnutenſis apud Celtas Canonicus, S. Bonaventuræ laudator *contra Monaſticæ Religionis improbos hoſtes, potiſſimum in Paupertatem Cœnobiticam impia ora laxantes*.

Jordanus in Biblioth. Vatic. MS.

Jo-

Digitized by Google

Joſephus a Coſta Methymnenſis in Hiſpania S. J., Libros quatuor *de Temporibus noviſſimis* edidit, & alia.

Joſephus Flavius, Judæus Hiſtoricus, qui inter reliqua Septem Libros *de Bello Judaico*, Græce ab ſe conſcriptos, Imperator Veſpaſiano patri, filioque Tito obtulit.

Joſephus Laurentius Lucenſis, Auctor *Amaltheæ Onomaſticæ*.

Jovinianus Epicureus, Pſeudomonachus & Hereſiarchæ Helvidii Collega.

S. Irenæus, Epiſc. Lugdunen. & Martyr., cujus Opera inter alios illuſtrata eruditiſſimis annotationibus ſupra laudati noſtri Franciſci Fevardentii, quem Catholicæ Fidei fortiſſimum vindicem per ſummam injuriam Rivetus Hæreticus impudentiſſime traducit.

B. Iſabella, Soror S. Ludovici Reg. Francor.

S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus, cujus Operum Editio auctior & emendatior prodiit an. 1602. cura Domni Jacobi Breulii Monachi S. Germani Pariſien. Ord. Bened. recuſa Coloniæ an. 1617. Inter hæc a S. Bonav. allegantur *Originum*, ſive *Etymologiarum Libri* 20. quos nondum completos perfecit S. Braulio Cæſarauguſtanus Epiſcopus, cujus hortatu Opus illud fuerat adgreſſus, atque in eam, quam nunc habet formam, ordinavit. Item *Sententiarum* ſive *de ſummo bono Libri tres*, floribus ex S. Gregor. Pap. Libris Moralibus decorati, quos Garſias Loaiſa emendavit, notiſque illuſtravit.

Ivenin Gaſpar, Oratorii Gallicani Presbyter, emunctioris naris Theologus.

Julianus Apoſtata Imperator, contra cujus Commentarios occaſione reviviſcentis idololatriæ ſcripſit S. Cyrillus Alexandrinus.

Julianus, Epiſc. Eclanenſis, Pelagii aſſecla.

Julius Firmicus, patria Sieulus, clarus quidem ſub Conſtantino Magno Imp., ſed notatus, quod a candore Latinæ Linguæ deſciverit.

B. Juniperus, joculator Domini, Ord. Min.

Junius, Miniſter Calv.

Ivo Pariſienſis, Ord. Min. Auctor eruditiſſimi Tractatus inſcripti: *Felices pietatis Succeſſus, ſeu Vitæ Religioſæ Triumphus.*

S. Justinus, Philoſophus, & Martyr, cujus extant Opera omnia labore & ſtudio unius ex Monachis Congregat. Maur.

S. Juſtinus alter Martyr ſub Diocletiano.

Juſtinus Hiſtoricus, Trogi Pompeii Breviator ante Imperatores Chriſtianos.

Juſtus Lipſius, natione Brabantus, unus ex celebrioribus Scriptoribus, & doctioribus Criticis ſæculi XVI., cujus Opp. 6. Vol. apud Plantinianos impreſſis comprehenduntur. Inter hæc *Lucius Annæus Seneca* Philoſophus Stoicus, eximius virtutis præco, ab ipſo emendatus, ſcholiis illuſtratus, & Paulo V. P. M. inſcriptus. A Card. Bona vocatur *magnæ doctrinæ Vir, & elegantis eruditionis apex*. Ejus ſtyli elegantia ab aliis quoque laudatur, ſed in iis præſertim quæ ſcripſit junior. Vivens ac moriens ſe ſe valde devotum oſtendit erga B. V. M. de qua etiam plura ſcripſit, ſicque ad finem uſque vitæ ſuæ in Eccleſiæ Catholicæ caſtris militavit.

Juſtus, Orgelitanus Epiſc., cujus *Myſtica Expoſitio in Cant. Canticor.* extat Tom. 1. Bibliothecæ SS. Patrum. Interfuit Concilio Toletano II. laudatus a S. Iſidoro & aliis.

K

Kempis Thomas, Scriptor aſceticus ſi quis alius piiſſimus, Can. Reg. S. Auguſt.

Krahan Ezechiel Ord. Min., Præfectus Biblioth. Vien. ad S. Hieron.

Krantzius Albertus, Hiſtoricus Regionum Septentrionalium, cujus Catholicæ doctrinæ impias ad marginem notas Sectarii addidere.

L

Labbeus Philippus S. J. a quo una cum Coſſartio, de quo ſupra, habetur *Collectio Concilior. Omn.* nec non

Digitized by Google

Dissertatio Philologica & Historica addita Lib. Bellarmini *De Scriptor. Eccl.* ubi loquens de S. Bonaventura, & de nova, ac locupletiore ejus omnium Operum Editione, quam moliebatur VVaddingus cum præmissis ad singula censuris, nec potuit exequi morte præventus; subdidit: *Vinam aliquis in ejus locum subrogetur qui utrumque munus præstet.* Quæ verba præclari Viri me etiam atque etiam ad hoc laboriosum munus excitarunt. Prædicta autem Labbei *Collectio Conciliorum* fuit a Cl. P. Jo. Dom. Mansi postremo reformata, suppleta, recensita, Supplementis, Notis, Monumentis, & Dissertationibus locupletata.

Lactantius Firmianus, prænomine L. Cœlius, secundum aliquos Africanus, secundum alios ex Firmo in Piceno, *Cicero Christianus* vulgo nuncupatus, quem etiam *Fluvium Tullianæ eloquentiæ* vocat Hieronymus. In eo tamen ab eodem Hieronymo culpatus, quod fuerit eloquens potius, quam Divinarum Scripturarum peritus, ex quarum ignorantia in plures lapsum errores ipsemet docet, *ut merito ejusdem Opuscula censura Gelasii percellantur*, inquit Spondanus ad an. 302. Ejusdem Lactantii Opera omnia collatione & notis uberrimis fuere illustrata a Cl. Viris J. B. le Brun, & Lenglet Dufresnoy. Vid. infra Valla Laurentius.

Laertius Cherubinus, J. C. Rom.

Laertius. Vid. Diogenes.

Lævinus Lemnius Zelandus, Urbe Ziriczea oriundus, qui tamen Arti Medicinæ Sacrarum Literarum studium adjunxit. Ejus est *L. de Plantis Sacris*, adjectus *Philosophiæ sacræ* Franc. Vallesii.

Lamata Franciscus, S. Theol. Doctor, unus ex illis, qui suam impenderunt operam & studium in Edit. Sixt. Operum S. Bonav. Ejus est Epistola ad Card. Cæsarem Baronium *De prævenientis Gratiæ Dei efficacitate.*

Lambacensis Abbas Ord. Bened., a quo liberalissime precario obtentus inoriginali Codex MS. 33. ubi *Tractatus Bonaventuræ satis utilis de Nomine Jesu.*

Lamindus Pritanicus. Vid. Muratorius.

Lamy Bernardus, Congregationis Oratorii Gallicani, ejus *Commentarius in Harmoniam, sive Concordiam quatuor Evangelistarum, & Apparatus Chronologicus, ac Geographicus, cum Præfatione, in qua demonstratur veritas Evangelii.*

B. Lanfrancus, natione Italus, patria Papiensis, ex Priore Beccensi, & deinde Abbate S. Stephani Cadomensis, Archiepiscopus Cantuariensis, cujus Opera Omnia Editionis Cl. Lucæ Dacherii, cum Tractatu Hugonis Lingonensis Episcopi *De Sacramento Eucharistiæ*, sive *De Corpore, & Sanguine Domini, contra Berengarium*, & altero Durandi Abbatis Troarnensis in Neustria contra eundem Berengarium.

Lanssellius Petrus, S. J. Sac. Script. Explanator.

A Lapide Cornelius, copiosissimus Divinarum Scripturarum Interpres, S. J.

De Lauria. Vid. Brancatus.

S. Laurentius Archidiaconus Mar.

S. Laurentius Justinianus, primo Canonicus Reg. S. Aug. Congregat. S. Georg. in Alga, dein Episc., primus Patriarcha Venetiarum, cujus Opera omnia excusa Venet. an. 1721. una cum Tractatu *De Incendio Divini Amoris*, quod multo diversum est ab *Incendio Divini Amoris* S. Bonaventuræ. Idem esto judicium de *Ligno Vitæ* itidem multo diverso a Bonaventuriano. Cæterum in dicto *Incendio Divini Amoris* ejusdem S. Laurent. Justin. plura vel ad verbum desumpta sunt ex *Stimulo Divini Amoris* ferente S. Bonaventuræ nomen, ut cuique utrumque conferenti facile patebit.

Laurentius Visitator Pauperum Dominarum Prov. Tusc., Ord. Min.

S. Leander Hispalen. Episc., cui suorum Moralium Libros dicavit S. Gregor. Papa.

Leges Salica, Alaman., Ripuar.

Leibnitius Baro Gulielmus Gofredus Lipsien., excellens Math. & Phil. singularisque ingenii Vir.

Lemery Nicolaus, Chymicus.

S. Leo Magnus Romanus Pontifex, cujus Opera post Paschasii Quesnelli recensionem, emendata, aucta, & illustrata prodierunt, curantibus Petro & Hieronymo FF. Ballerinis Presbyt. Veronen.

B. Leo socius, scriba, & Confessarius S. P. F., qui & ejus scripsit *Legendam* una cum BB. Ruffino & Angelo, eaque *Legenda trium Sociorum* nuncupatur.

Leo

Digitized by Google

Leo Allatius, Custos Biblioth. Vatic. natione Græcus, Chiensis, eruditarum Linguarum peritissimus, qui *Scriptorum priscorum*, ut ait Miræus, *monumenta quam plurima, cum Græca, tum Latina, partim sacra, partim profana, e tenebris eruit.*

Leo Castrius Hispanus, cujus sunt *Comm. in Isa. in Proph. Min. & Apologet. contra Rabbinos.*

Leo Monachus Ord. Bened., a quo Leonini versus.

Leoni Franciscus primo Metaph. tum Theol. & Hist. Eccl. Professor publicus in Lyceo Patav. Ordin. Min., cujus circa S. Irenæi fragmenta *Epistola tres in Maffei & Pfaffii controversiam, Sibyllarum in Veteri Ecclesia Auctoritas, & Historiæ Ecclesiasticæ ac Theologiæ Conjunctio &c.*

Leontius Bizantinus Monachus, qui scripsit adversus Eutychianos, & Nestorianos.

Leo Thrax Imper.

Lequienus Michael, Marino-Bolonien-sis Ord. Præd., a quo habetur præclara Editio Græco-Latina Omn. Oper. S. Joan. Damasceni. Item *Panoplia adversus Schisma Græcorum, Orient Christianus &c.*

Lesley Carolus Anglus, recentium Incredulorum strenuus Impugnator.

Libri Liturgici Græci, Latini, Syriaci, Armeni, Arabici, Æthiopici, Ægyptii, sive Coptici, ac Persici.

Licinius Imperator.

R. Ligfootus.

Livellus Gulielmus, Ruremunden. Episcopus.

Loescherus Valentinus Ernestus, cujus *Libri III. de causis linguæ Hebr. Exercitatio de duplici Marchia Thuringorum &c.* De ejus *Stromateo* in nostro Prodromo col. 318.

Lorinus Joannes, locupletissimus Interpres *Lib. Psalmorum*, S. J.

Lubinus Augustinus natione Gallus, patria Parisinus, Ord. Erem. S. Aug. qui multa scripsit Opera Geographica.

Lucanus M. Annæus, Poeta sub Nero. Imp.

Lucas Abbas S. Cornelii, Continuator Aponii; unde multi nomine Aponii illum allegant.

Lucas, Tudensis in Hispania Episc., qui scripsit *Contra Hæreticos Albigenses Libros tres*, ubi testis Stigm. S. P. F.

S. Lucia Virgo & Martyr.

Luciferiani Schismatici, sic vocati a Lucifero Ecclesiæ Calaritanæ in Sardinia Episcopo, qui quamvis fuerit acerrimus Arianorum adversarius, & tot pro Fide Catholica legationibus, confessionibus, certaminibus, exiliis, martyriis, scriptisque insigniter nobilitatus; cum tamen vir esset austerioris spiritus, nimis ipse obstirmatus in sua sententia permansit de non recipiendis cum dignitate lapsis Episcopis, factus paulo infensior cæteris Catholicis, qui damnata nimia ejus austeritate, pro bono pacis, atque Ecclesiasticæ unitatis, in lapsos, redeunteque ad bonam frugem hæreticos erant indulgentiores. Spes tamen est ipsum resipuisse, & catholice sancteque obiisse, cum Sardi, ac Vercellenses eum publice ut Sanctum colant, uti legere est apud Spondan. ad ann. 362. & Labbe. in Dissert. Histor. ad Bellarmin. de Scriptor. Eccl.

Lucilius Cajus, Eques Rom., Satyrarum Scriptor.

Lucius Joannes, Scriptor Historicus *de Regno Dalmatiæ*, sive *Illyrici*.

Lucretius Titus Charus, Poeta Latinus, idemque elegans.

Ludevvigius Jo. Petrus, Jurisconsultus.

Ludolphus, sive Landulphus de Saxonia Carthusianus, Scriptor pius *De Vita Christi*.

Ludovicus. Vid. Blosius.

S. Ludovicus Francorum Rex.

Ludovicus Granatensis, Scriptor ex oraculo Gregor. XIII. P. M. commendatissimus, Ord. Præd. Ven. Servus Dei, Bonaventurianæ Doctrinæ perquam studiosus.

Luisius, sive Ludovicus Legionensis, Ord. Erem. S. Aug. Scriptor inter alia *Comment. in Cant.*

Ludovicus. Vid. Valleoletanus.

Lupus de Olmeto Hispanus, Ord. Erem. S. Hieronymi.

Lupus Christianus Iprensis, Ord. Erem. S. Aug., Universitatis Lovanien. Doctor Theol., Regiusque primarius Professor, de cujus eruditione Lucas Holstenius Ecclesiasticæ Antiquitatis peritissimus dicere solebat: *In Ecclesiastica præsertim Historia neminem a se Lupo peritiorem hactenus repertum.*

Lutherus Martinus Hæresiarcha, a quo prodiere Lutherani.

Luydlius. Vid. Corbinianus.

Lyranus Nicolaus, Divinarum Scriptura-

Digitized by Google

rarum Interpres nominatiſſimus, Ord. Min. *Defenſorium Nicolai Lyrani contra Paulum Burgenſem*, de quo infra, Opus eſt Magiſtri Mathiæ Doring, ſive Thoring Miniſtri Saxoniæ ejuſdem Ord. Min. & habetur poſt utramque Gloſſam Interlinear. & Ordinar. nec non poſt ipſiuſmet Lyrani Interpretationem, ejuſdemque Burgenſis Poſtillam.

M

MAbillonius Joannes, Scriptor inſignis Congr. Maur. Ord. S. Bened., cujus Opera multa, eaque laudatiſſima.

S. Macarius, *Ægyptius* ſimpliciter appellatus, de quo Martyrolog. Rom. 15. Jan. Fuit & alter S. Macarius Alexandrinus, de quo idem Martyrolog. Rom. 2. Jan. De ambobus agunt Hiſtorici veteres Socrat., Sozom., Rufin., Hieron., Caſſian., Pallad., Suidas, & alii. Ambo fuere S. Antonii Abbatis diſcipuli. Tertium addit Macarium itidem S. Antonii diſcipulum P. Petrus Poſſinus S. J., qui ſub ejus nomine Græce & Latine edidit ſeptem Opuſcula, cui etiam adſcribit *Homilias quinquaginta*, quæ Ægyptio attribuuntur. Videtur autem nugivendulus Tho. Ittigius Luth. Saxo, qui in Præfat. Tract. *De Biblioth. & Caten. Patr.* Edit. Lipſien. 1707. eo fanatiſmi prorupit, ut aſſeverare non erubuerit, Macarii Scripta duntaxat eſſe in deliciis *Fanaticis*, ac *Myſticis* noſtræ ætatis hominibus, quem merito explodit Cl. noſter Luydlius *De Sylloge SS. Patr.* cap. 1. Q. 4. n. 3.

Macedoniani Hæretici dicti a Macedonio Hæreſiarcha electo ab Arianis Epiſc. Conſtantinopol., vocati etiam *Marathoniani* a Marathonio Macedonii ſectatore.

Macrobius Aurelius, Philoſophus, & Antiquarius, in Regione natus, ubi Latinæ linguæ non erat uſus L. 1. Saturn. c. 1. multa a Gell. & Plutar. mutuatus.

Madrutius Ludovicus, Epiſc. Princepſque Trid. S. R. E. Card. qui ob eminentem doctrinam præfuit *Congregationi de Divinis Auxiliis*, in qua Auguſtinianæ Doctrinæ impenſe favit. Ejus ſunt *Rituale Sacramentorum ex Romanæ Eccleſiæ Ritu ad uſum Eccleſiæ Trident.*, *Admonitio ad Confeſſarios ſuæ Diœceſis*, *Libellus de Reformanda Eccleſiaſtica Diſciplina &c.* Eum laudat Chriſtian. Gottlieb Buder in Biblioth. Hiſtor. Selec. cap. 16. De Scriptor. Hiſt. Ger. univer. inter *doctos Viros*, qui *Orationibus funebribus* Virtutes & Res Caroli V. celebrarunt. Ipſum quoque commendat una cum Cardinalibus, Epiſcopis, & Principibus Trid. Bernardo Cleſio, & Chriſtophoro Madrutio, Joan. Palatius J. U. D. Ducalis Canonicus &c. in ſua Edit. Venet. an. 1701. & 1703. *Ariſtocratia Eccleſiaſtica*, ſive *Faſtis Cardinalium Omnium S. R. E. &c.*

Magiſter innominatus, ad quem S. Bonavent. ſcripſit Epiſt. de Quæſtionibus tribus.

Magiſter Sententiarum. Vid. Petrus Lombardus.

Magri Dominicus Melit., Geographus.

Mahumetes dux ſectæ Turcarum.

Maittaire Michael, *Annalium Typographicorum* Auctor.

S. Malachias Archiepiſc. Armachanus in Hibernia, cujus *Vita* eſt inter Opp. indubitata S. Bernardi ex Gofrido Monacho. Ex his porro quæ idem S. Bernard. ait in Epiſt. ad Fratres de Hibernia, ſic alloquens eundem S. Malach. „ Abſit ut tua nunc, o „ Anima ſancta, minus efficax æſtimetur oratio, quando præſenti vividius ſupplicare eſt majeſtati, nec „ jam in fide ambulas, ſed in ſpecie regnas. Abſit ut imminuta, „ nedum exinanita tua illa, tam „ operoſa Caritas reputetur, cum „ ad fontem ipſum Caritatis æternæ „ procumbis, pleno hauriens ore, „ cujus & ipſa prius ſtillicidia ſitiebas.“ Ex his, inquam, Bernardi verbis in propatulo eſt quam procul fuerit ab errore Chiliaſtarum, ſive Millenariorum, de quibus infra. Et ab eodem ſe quoque alienum oſtendit Ser. 2. de eod. S. Malach. & alibi.

Maldonatus Joannes, Hiſpanus, perdoctus Scripturarum Interpres, S. J.

Mallonius Daniel, Ord. S. Hieronymi, cujus uberes *Elucidationes in Stigmata D. N. J. C. ſacræ Sindoni impreſſa &c.*

Mal-

Digitized by Google

Malvenda Thomas, admodum peritus Scripturarum Interpres, Ord. Præd. qui etiam perdocte scripsit *de Antichristo, de Paradiso &c.*

Mamachius Thomas Maria, Ord. Præd. Theol. Casanatens., inter cujus Opera omni locupletata eruditione *Origines & Antiquitates Christianæ*. Non tamen prætermiserim, egregie quoque illustrasse Opp. S. Antonini Archiep. Floren., una cum P. Dionysio Romedellio Theol. ejusd. Ord.

Mameranus Nicolaus Lucenburg., eruditissimus Defensor Paschasii Ratberti contra Editionem Haganoensem an. 1528. a Jobo Gastio apud Joannem Secerium procuratam.

Manes Hæresiarcha, a quo orti Manichæi, quorum hæresis sentina omnium impietatum & scelerum.

Manutius. Vid. Aldus. Fuerunt autem Manutii Typographi tres doctrina præclari, Aldus Manutius Bassanensis, Paulus Manutius filius præcedentis, & Aldus junior Manutius, filius Pauli, & nepos Aldi senioris.

Marchesinus de Regio Lepidi, Ordin. Min. Auctor *Prologi* & *Tabulæ* adnexæ *Centiloquio S. Bonaventuræ*, nec non aliorum Opp. quæ in Biblioth. Franciscana referuntur.

S. Marcella, Vidua Romana.

Marcus Antonius, Rom. *Orator clarissimus* a Valerio Maximo vocatus.

Marcus Ulyssiponensis, Ordin. Minor., Episc. Portuen. in Lusitania, cujus *Chronica* ejusdem Ord. & alia Opp. relata in Biblioth. Franciscana.

Mariana Joannes, Talabricen. S. J., sacræ Scripturæ Interpres.

Marianus Florentinus, Ord. Min., cujus *Chronica ab exoriente Religione usque ad annum* 1486.

Marianus Michael Angelus, Histor. Rerum Tridentinar.

Marianus. Vid. Victorius.

Marinus Ebulensis, Scriptor S. Bonav. coævus, de cujus *Formulario MS.* apud Petr. Mariam Campi in Hist. Eccl. Placent.

Marius Curius, victor Pyrrhi Regis.

Marquez Joannes, Ord. Erem. S. Aug. Auctor *Lib. de origine Eremitarum*.

Marsilius de Ingen, Germanus, Heildebergensis Gymnasii fundator & primus Doctor.

Martene Edmundus, Ord. S. Ben. Congregat. Maur. Monachus Clariss., cujus sunt *De antiquis Ecclesiæ Ritibus Libri III. Tractatus de antiqua Ecclesiæ Disciplina in Divinis celebrandis officiis, De Monachorum Ritibus Libri V. Veterum Scriptorum & Monumentorum Historico - Dogmatico - Moralium amplissima Collectio*. To. 9. Vid. supra Durand Ursinus.

Martialis Marcus Valerius, Hispanus, Poeta Epigrammatarius, sæpe obscœnus.

Martianæus Joannes sæpe laudatæ & nunquam satis laudandæ Congr. Maur. Græce, Hebraicæque doctus, cujus inter cætera nova Editio S. Hieronymi.

De Martinis Octavianus Suessanus, Juris utriusque Doctor disertissimus, sacri Palatii Apostolici Cl. Advocatus Consistorialis, cujus est *Oratio in Vitam & Merita S. Bonaventuræ*.

Martinius Mathias, Scriptor *Lex. Philolog.*

S. Martinus Episcopus Turonensis.

Martinus de Castillo Burgensis, Ordin. Min. Theol. illustrator Sermonum S. Petri Chrysologi.

Martinus, Dumiensis Monasterii Abbas in Gallicia, dein Episc. Bracaren. in Lusitania.

Martinus Monachus Fuldensis Ord. S. Bened., Scriptor Chronici apud Joannem Georgium Eccardum in Corpore Historico medii ævi To. 1. in eoque laudator Opp. S. Bonavent.

Martinus Polonus, Ord. Præd. Pœnitentiarius & Capellanus Joan. XXI. & Nicol. III. Rom. Pontif., evectus ad Archiepiscopatum Gnesnensem, cujus *Chronicon* sæpe scatet fabellis, sed quas jam constat ab Hæreticis temere immissas.

B. Massæus de Marignano, Ord. Min.

Massoretæ Judæi.

Mastrius Bartholomæus de Meldula inter Scholasticos præstantissimus Scriptor Ord. Min., Philosophus, Theologus, Moralista, Scotista admodum subtilis, & in vindicanda Prædestinatione gratuita verus assecla S. Augustini.

Matthæjus Antonius Felix, Theologus Ord. Min., atque Illustrator Vitæ Nicolai IV. P. M. ejusd. Ord.

Matthæus. Vid. Parisius.

Mathias Svecus, Confessarius S. Birgittæ, & Præceptor S. Bernardini, si fides Cornel. a Lap. in Prolegom. Apocal., qui illius nactus est Commentar.

Digitized by Google

Myſt. & Mor. MS. Romæ, laudatum ab ipſamet S. Birg. Scriptorem hunc ex Ordine Minor. autumat Joannes de la Haye in Prolegom. Apocal.

Mathiolus Petrus Andreas, Medicus Cæſareus, ortu Senenſis, ac tandem Civis Tridentinus, cujus Opp. plura recenſentur in Volum. MS. Scriptorum Tirolen. & alior. eruditi noſtri P. Tovatii, de quo infra. Inter ea vero heic tantum commemorabo *Commentarior. in Diſcoridem Libros ſex*; nec non *Deſcrizione Poetica del Palazzo Madruziano preſſo l' Adige, ora detto dalle Albere*, de quo Poemate in altero Leonardi Columbini Tridentini cum titulo *Trionfo Tridentino*, ita canitur:

Nel bel Palagio, che ha 'l Matheol deſcritto
In dotti verſi, anzi con ſtil divino.

Claruit Mathiolius ſub Cardinalibus, Epiſcopis, ac Principibus Tridentinis, Bernardo Cleſio, & Chriſtophoro Madrutio, ambobus apud nos memoriæ immortalis.

Maurus Franciſcus Hiſpellas Ord. Min., cujus *Franciſciados Libri XIII. Ad Sereniſ. Coſmum Medicem Magnum Hetruriæ Ducem.*

Maxentius Imperator.

Maximianus Herculeus Imperator.

Maximinus Imperator.

S. Maximus Epiſc. Taurinenſis, inter cujus Opera ſunt duo integri Sermones, quos de noſtris Martyr. Anaunien. ad populum habuit.

Mazzuchellius Joannes Maria, Comes Brixien. Vir eruditiſſimus, & de Scriptoribus Italiæ, etiam de S. Bonaventura optime meritus.

S. Melania junior, quæ cum Viro ſuo Piniano Roma abſcedens, & Hieroſolymam proficiſcens, ibi ipſa inter Feminas Deo ſacras, Vir ejus inter Monachos religioſam vitam exercuere; & ambo ſancto fine quieverunt.

Melchiſedechiani Hæretici, ſic nuncupati, ex eo quod *Melchiſedech* Chriſto majorem eſſe effutiebant cum Theodoro Trapezitâ.

S. *Melito* Sardenſis Epiſc., Auctor Apologetici oblati *M.* Aurelio Imp. pro Chriſtianis ſæva perſecutione exagitatis.

Melliſanus Antonius de *Macro*, Ord. *Min.* Chronologus Generalis, cujus præclara *Annalium Minorum Supplementa ab an. 1213. uſque ad an. 1500.*

Memoriale antiquum *MS.* apud VVadingum.

Memoriale Poteſtatum Regien., apud Scriptores Rer. Italicar. *Murator.*

Menander, diſcipulus Simonis *Magi* primogenitus, & ipſe Samaritanus & *Magus*.

Menckenius Jo. Burc., *Menckenii* Ludovici Ottonis filius, Hiſtoricus, inter cujus multa Opp. *Collectio Scriptorum Rerum Germanicarum*.

Menochius Joannes Stephanus Mediolanen S. J., cujus *Commentarii totius ſacræ Scripturæ ex optimis quibuſque Auctoribus collecti*.

Mercurius, Græce Hermes, Philoſophus Ægyptius, Triſmegiſtus appellatus, h. e. ter maximus. *Maximus* Philoſophus, maximus Sacerdos, & maximus Ægypti Rex.

S. *Methodius*, Tyri Epiſc., qui ſcripſit adverſus Porphyrium impium, & reliquos Gentiles, fuitque martyrii coronam conſecutus ſub *Diocletiano*. Tantum vero abeſt edidiſſe Apologiam pro Origene, ut contra ipſum ab ſe antea laudatum, Commentarium elaboraverit, cujus lucubrationis meminit S. Hieronymus, allegatque plurima ex ea S. Epiphanius, dum errores confutat Origenis.

Millenarii, Græce Chiliaſtæ, alii improprie dicti, aſſerentes, re nondum definita, & adhuc tolerata, animas ad gloriam prædeſtinatas, non niſi poſt extremum judicium, jam facta corporum reſurrectione, ad intuitivam Dei viſionem admittendas; interim autem alia quadam felicitate frui; cujus ſententiæ Auctor S. Papias Hierapolitanus in Aſia minori Epiſcopus, & nonnulli Patres ipſi adhærentes, puta Juſtinus, Irenæus, Victorinus, & olim Severus Sulpicius. Alii proprie Chiliaſtæ, ſive *Millenarii*, qui Chriſti regnum in mundi oblectamentis conſtituentes, comminiſcebantur regnum Chriſti cum electis poſt judicium mille annis in Judæa duraturum, quorum primipilus ab aliquibus creditur fuiſſe Cerinthus, cuique errori pertinaciter inſiſtens Apollinarius, meruit a S. Damaſo Romano Pontifice condemnari.

Mingarellius Joannes Aloyſius, Abbas Ord. Can. Reg. S. Aug.

Mingarellius Ægydius ejus Frater.

Mi-

Digitized by Google

Minutius Felix, Tertulliani æqualis, J. C. Christianus, Auctor elegantissimi *Dialogi*, in quo cum Cæcilio Ethnico homine loquitur Octavius Christianus, nec non *Librorum septem contra Gentes*.

Missale MS. Vaticanum.

Missale aliud MS. membran. Biblioth. nostræ Bernardin. olim Dñi VVolfgangi in Runa an. 1493. iterum ex munificentia supra laudati D. Baronis de Crosina.

Molanus Joannes Lovanien. Doctor; qui inter præstantiores Belgii Theologos sæculi XVI. recenseri meruit.

De Molina. Vid. Petrus Joannetius.

Monachus anonymus, Ord. S. Bened. Auctor *Tractatus de Interiori Domo*.

Mombritius Boninus, Mediolanensis Scriptor sæc. XV., cujus sunt *Acta Sanctor.* in duobus Volum. in fol. præter Poemata, quæ in pretio sunt.

Monelia Thomas Vincentius, Ord. Præd. Theol. & Universitatis Pisanæ Professor, inter cujus Opp. *Dissertazione contro i Materialisti, ed altri Increduli*. 8. *To.* 2. *Padova* 1750., *Della Mente Umana, Spirito immortale, contro i liberi Pensatori*. 8. *To.* 2. *ivi* 1766 *&c.*

Moneta Ord. Præd. Venerabilis, illustratus a Reverendiss. P. Richinio, de quo infra.

Montanistæ dicti a Montano Phryge Hæresiarcha, qui se Paracletum esse jactabat.

Montfaucon Bernardus, celebris Antiquarius Congr. Maurin. Ord S. Bened., inter cujus plurima Opera heic tantum commemorabo *Bibliothecam Bibliothecarum*, *Analecta Græco-Latina*, *Diarium Italicum &c.*

Monumenta MSS. Provinciæ Turonen., Ordin. Min.

Morinus Joannes Congregat. Orat. Gallic. Jesu, Scriptor præstantis eruditionis ac doctrinæ. Inter alia ejus Opera *Exercitationes Biblicæ*, *Tractatus de Pœnitentia &c.*

Mornæus Philippus Plessæus, Calvinianæ hæreseos labe infectus.

Moschus Joannes, Presbyter & Monachus Græcus, Auctor *De Vitis Patrum*, interprete Ambrosio Camaldulensi.

Muratorius Ludovicus Antonius, Estens. Biblioth. Præfectus, ac Pomposien. Eccles. Mutin. Præpositus, Vir Clariss. immensæ lectionis, rei antiquariæ cum sacræ, tum etiam profanæ peritissimus, Polyhistor, Scriptorque, ut ita dicam, Encyclopædicus, propter Opera ejus plurima, quæ fere omnium Scientiarum encyclopædiam complectuntur, magnumque Literariæ Reipublicæ in Italia lumen, de quo mirari possumus, sicut apud Rufinum de M. Terentio Varrone mirabatur Antiquitas, *quod tam innumerabiles libros scripserit*.

N

De Nangis Guglielmus, natione Gallus, Ord. S. Bened. in Cœnobio Parisiensi San-Dionysiano, Scriptor Historicus.

De Natalibus Petrus, Episc. Equilinus, cujus *Catalogus Sanctorum*.

Natalis Alexander, Ord. Præd. Theologus Parisiensis amplissimæ eruditionis & doctrinæ, ut ejus testantur Opp. Historico-Critica, Moralia, Scripturalia &c.

Navarrus Martinus Azpilcueta, e Navarræ Regno oriundus, Ord. Can. Reg. S. Aug. Vir suo tempore toto orbe celeberrimus, & in utriusque Juris scientia versatissimus.

Nazianzenus. Vid. Gregorius.

Nekam Alexander Anglus, Grammaticus, Philosophus, & Theologus, eo in quo vixit ævo, haud oscuri nominis. Allegatur *super Cantica* in MSS. pluribus, nec non inter Opuscula S. Bonaventuræ adscripta, in Opusc. *De 7. Donis Spiritus Sancti cap.* 3. Vid. Supplement. Oudini ad Lib. Bellarm. de Scriptor. Eccl. Mortuus dicitur an. 1227.

Nero Imperator, immanissimus persecutor Ecclesiæ.

Nerva Imperator, Domitiani successor dissimillimus.

Nestorius, a quo exorti Nestoriani Hær.

Nicephorus Calixtus Xanthopulus, Historicus Ecclesiasticus, sed Schismaticus. Historiam Ecclesiasticam concinnare cœpit circa an. 1335. ex Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoreti, Evagrii, aliorumque similium monumentis. Ejusdem Hist. Libri XVIII. a Joanne Langio e Græco in

Digitized by Google

in Latinum verſi, cum Scholiis.
Nicolaitæ, Hæretici.
Nicolaus unus de ſeptem Diaconis, non tamen a pleriſque habitus auctor hæreſis Nicolaitarum; neque deſunt etiam ex Patribus, qui ipſum excuſant.
Nicolaus III. Papa, laudator Ord. Min. & eorum Regulæ Expoſitor.
Nicolaus, Canuti Regis Daniæ filius, gloria miraculorum illuſtris.
S. Nicolaus Miræ Epiſc.
B. Nicolaus de Pepulis Ord. Min., qui extat in Martyrolog. Franciſc.
S. Nilus, Conſtantinopolitanus Monachus, S. Joannis Chryſoſtomi diſcipulus, cujus Opera Cl. Leo Allatius, adjecta eorum *Diatriba*, Romæ publicavit an. 1668., ac rurſum publici juris fecit Illuſtriſſ. Joſephus *Maria* Suares, Epiſcopus Vaſionenſis, Gallus Scriptor.
Noetus præceptor Sabellii, quem docuit hæreſim ſuam negantem in Trinitate Perſonarum diſtinctionem.
Nonius *Marcellus* Tiburtinus Grammaticus, Sectator *Accii, Pacuvii, Nævii &c.*
Nonnus Panapolita, Ægyptius, ut ait Suidas in Lexico, *eloquentiſſimus, Virginem Theologum, hoc eſt Joannem Evangeliſtam, verſibus heroicis eſt interpretatus.*
De Noris Henricus Veronen. præclarum Ord. Eremit. S. Auguſt. decus & ornamentum, S. R. E. Card. omni Diſciplinarum genere cumulatiſſime inſtructus, Theologus, Antiquarius, Chronologus, Criticus, Hiſtoricus, ac in *Hiſtoria Pelagiana*, & *Vindiciis Auguſtinianis*, ceu alter *Tullius Cicero* pro domo ſua diſertiſſimus, cujus abſolutiſſima Opp. haud pauca egregie illuſtrata a FF. Ballerinis, nec non poſtremo a P. Berti locupletata, quos omnes ſupra laudavimus.
Novatianus, a quo Schiſmatici, & etiam Hæretici Novatiani, aſſerentes Lapſos Dei judicio relinquendos, nec ullum eorum habendum eſſe diſcrimen, criminumque diſtinctionem.
Nyſſenus. Vid. Gregorius.

O

Octavianus, cognomento Auguſtus, eo quod ex Octaviorum familia in Cæſarum gentem fuerit adoptatus; de cujus Vita Sueton.
Octavia Soror Octaviani, uxor *M.* Antonii, a quo propter Cleopatræ amorem derelicta, nihilo tamen minus virtute, conſtantia, ac etiam adeo indigno Sponſo adhæſione, Orbi univerſo admirationi fuit.
Odericus Eccleſiæ Senen. Canonicus, cujus *Ordo Officiorum Eccleſiæ Senenſis*, illuſtratus a Cl. Trombellio Abb., de quo infra,
Oderiſius, Ab. Caſin. de quo Petrus Diac.
Oecolampadius Joannes, Lutheranus, contra quem Joannes Roſſenſis.
Oecumenius Scriptor Græcus, S. Joan. Chryſoſtomi Breviator.
S. Odo, Abbas Cluniacenſis, doctrina quoque celebris.
Odo Jacobus, Peruſinus, Ord. *Minor.* Scriptor *Speculi* ejuſd. Ord. nec non *Lucubrationum circa Philoſophiam & Theologiam.*
Odoacer Erulorum Rex.
B. Ogerius, Abbas Lucedii Ord. Ciſtercien. in Diœceſi Vercellenſi, Auctor 15. *Serm. de Cœna Domini* inter Opp. Supp. S. Bernardi, cui ſynchronus fuit; ſed aſſertor ſententiæ de immaculata Conceptione B. *M.* V. Extat in *Martyrolog.* Ciſtercien. ac in *Monaſt. Martyrol.* Hug. *Menar.*
Oleaſter, ſive ab Oleaſtro Hieronymus Luſitanus, Ordin. Præd. Inquiſitor Ulyſſipone, Scriptor *Comment. in Pentateuchum.*
Ophitæ Hæretici, qui ex Nicolaitis orti a pleriſque creduntur.
S. Optatus Epiſc. *Milevitanus*, natione Afer, cujus *Septem Libri de Schiſmate Donatiſtarum adverſus Parmenianum Donati Succeſſorem.* In eoſdem Libros ſunt Obſervationes & Notæ Illuſtr. ac Rever. D. Gabrielis Albaſpinæi Aurelianenſis Epiſcopi. Elias du Pin ex quinque Codd. *MSS.* Optatum ipſum longe dedit emendatiorem, ſuiſque Notis illuſtriorem. S. Hieronymus L. de Viris Illuſtribus Sex tantum Optati Libros commemorat; unde ſunt qui ſeptimum pro genuino non habent.
Origenes Alexandrinus Presbyter, Adamantius dictus, ſive ex nomine, ſive ex cognomine, ut homo durus & invicti laboris, quem a damnatis ejus erroribus tutari & purgare conatus Petrus Alloixius in *Origene ſuo defenſo*,

Digitized by Google

ſo, Æthiophem lavit. Ait enim Caſſiodorus: *Origenes, ubi bene nemo melius, ubi male, nemo pejus.* Et Card. Bona: *Dum faſtidit literam, hiſtoriam pene omnem in allegoriam vertit; & dum ſublimiora ſectatur, corruit in profundum.* Inter Origenis Opera, *Tetrapla*, *Hexapla*, & *Octapla* ſunt Opus celebre apud S. Scripturæ Interpretes, in quo præſertim diverſæ Verſiones Græcæ ita exibentur, ut uno intuitu conſpici poſſint in Columnis juxta poſitis *Quatuor*, *Sex*, & *Octo*, de quibus Cl. P. Bern. de Montfaucon Edit. Pariſ. an. 1713. Origenis autem Opp. omnia Latina tantum, cum Notis P. Caroli Ruæi Monachi Maur. prodierunt in fol. To. 3. an. 1764.

Oroſius Paulus, Presbyter Tarraconen., Hiſtoricus, qui Auguſtino inſcripſit LL. VII. *Hiſtor. ab Orbe Condito*. Ejus quippe ſuaſu illos ſcripſit adverſus Chriſtiani Nominis Hoſtes dictitantes, defectum Romanæ Reipublicæ Chriſti ~~doctrinâ~~ invectum.

Orſi Joſephus Auguſtinus, præſtantiſſ. ævi noſtri Theol., & Card., Ord. Præd., multorum, eorumque eruditiſſimorum Operum Scriptor.

Oſorius Hieronymus, Sylvenſis in Algarbia Epiſc., qui plura ſcripſit in ſacram Scripturam &c. uti quoque alius Hieronymus Oſorius junior, prædicti nepos, ejus Vitæ Scriptor.

Otho, occiſo Galba, Imperii occupator, & alii hujus nominis Occidentis Imper.

Ottocarus Bohemiæ Rex.

Oudinus Caſimirus, Vir quidem multæ lectionis, & eruditionis, ac etiam D. Bonaventuræ laudator; ſed avitæ fidei deſertor, & Bonaventurianorum Operum parum æquus cenſor.

Ovedenus Joannes Anglus, Sacellanus Eleonoræ Reginæ, Matris Eduardi I. Angliæ Regis, cujus *Philomena* diverſa a *Philomena* S. Bonaventuræ.

Ovidius Naſo Poeta Latinus, patria Sulmonenſis, ex Equeſtri Naſonorum familia, cujus mira cum felicitas, tum etiam perſpicuitas, in pangendis Carminibus, infelicem exitum habuit ob laſcivas *de amoribus Elegias*. Ei Seneca battologiam, videlicet verborum redundantiam objecit.

P

S. Pacianus, Barcinonenſis Epiſc., cujus ſunt *Tres Epiſtolæ contra Novatianos ad Symphorianum Novatianæ hæreſis labe infectum*, nec non *Paræneſis ſive Exhortatio ad pœnitentiam &c.*

Pacifici Beati tres, Ord. Min.

Pacuvius Marcus, Brunduſinus Poeta Tragicus illuſtris, a Quintiliano, non vero a Cicerone laudatus.

Pagius Antonius Theologus, & Eccleſiaſtes magni nominis, Ord. Minor., cujus celebratiſſima Annal. Eccl. Baronii *Critica Hiſtorico - Chronologica*.

Pagius Franciſcus ejus nepos, celebris vel ipſe Scriptor Ord. Min., cujus *Breviarium Hiſtorico - Chronologico - Criticum, illuſtriora Pontificum Romanorum Geſta, & Conciliorum Generalium Acta &c. complectens*.

Palatius, ſive a Palatio Paulus, Theologus Conimbricenſis, qui ſcripſit *in Eccleſiaſtic. Iſa. 12. Propb. min. Evangel. Matth. &c.*

Palladius, Helenopoleos Epiſc., Auctor *Hiſtoriæ Lauſiacæ de Vitis Patrum*, interprete Gentiano Herveto.

Palladius, Vir illuſtris, & Græce doctus, patria ut videtur Romanus, Scriptor Librorum quatuordecim *De re ruſtica* poſt Apulejum, quo tamen multo latiniorem, & a novandarum vocum cacoethe magis abhorrentem, Viri eruditi fatentur.

Pallavicinus Sfortia, S. J. Card. Retractator Probabiliſmi, celebriſque Scriptor *Hiſtor. Conc. Trident.* & aliorum plurium.

Palm Cyprianus, Miniſter Provincialis Auſtriæ Ord. Min., de hoc Supplemento optime meritus.

Palmeria, adhuc vivente S. Clara, prima Abbatiſſa Pauperum Dominarum Tridenti, prius ad S. Apollinarem infra olim Caſtrum antiquiſſimum, dein ad S. Michaelem juxta mœnia Tridenti, quod Monaſterium, auctore Michaele Angelo Mariano in *Trento* pag. 142. cenſetur unum ex primis quatuor erectis tempore S. Matris Claræ, quæ ad ſuum migravit Sponſum Jeſum an. 1253. uti etiam in-

Digitized by Google

nuere videntur verba illa Gerardi Epiſc. & Princ. Trident. quibus an. 1229. ipſum gaudere voluit iis privilegiis, quæ *habere noſcuntur Monaſteria Religionis Prædictarum Dominarum, videlicet de Aſſiſio, de Peruſio, de Senis*. Et in hujus Monaſterii Archivo alia inter plura antiqua Monumenta adhuc ſervatur autographum in membrana Epiſtolæ Egnonis ex Comitibus de Piano Epiſc. & Princ. Trid. datæ ad univerſos Chriſti Fideles an. 1258. ubi memorantur *MERITA GLORIOSORUM MARTYRUM VIGILII ET ADELPRETI PATRONORUM NOSTRORUM*.

Paludanus Petrus, natione Gallus, Theolog. & Jur. Can. ſcientia inſignis, Ord. Præd., Patriarcha Hieroſolymitanus.

Pamelius Jacobus, Epiſcopus Eudomaropolitanus in Arteſia deſignatus, cujus *Liturgica*, & *Notæ* doctiſſimæ *in Tertullianum*, & *Cyprianum*.

Pancirollus Guido J. C. Regienſis, & Antiquar.

S. Pancratius Martyr.

Pannonius. Vid. Gregorius Hungarus.

Papebrochius Daniel, S. J., unus ex celebrioribus Bollandi Continuatoribus.

S. Papias Hieropolitanus in Phrygia Epiſc. S. Joannis Evangeliſtæ auditor, de quo Martyrol. Rom. 22. Febr. ubi in Not. conſulendum Baron. monitum, recolendumque quod ſupra dixi de Millenar.

Papias, natione Lombardus, Grammaticus, Græco & Latino ſermone plene inſtructus, cujus celebre *Elementarium*, ſive *Lexicon*, ſæpe a D. Bonaventura citatum, de quo vid. Cangium Prolegom. ad Gloſſar. med. Latinitat.

S. Paphnutius Abbas, cui debetur converſio S. Thaiſis, vel Thaidis a ſtudio meretricio.

Pareus, Auctor Lex. Crit.

Pariſius Matthæus, natione Anglus, Monachus Ord. Bened., Scriptor Hiſtoricus.

Parmenianus, Pſeudo-Epiſc. Carthagin., electus a Donatiſtis in locum Donati.

Paſchalis a Variſio, Ordin. Min. Gen. Min., qui Supplementum hoc nuncupavit Clementi XIV. immortalis memoriæ P. M.

Paſchaſius Radbertus, Abbas Corbejen., in Divinis Literis valde eruditus, fortiſque vindex Catholicæ veritatis in Sacramento Corporis & Sanguinis Domini.

Paſſeronius Joannes Carolus, Poeta Italus, cujus Opus inſcriptum: *Il Cicerone Poema, o ſia la Vita di Cicerone eſpoſta in ottava rima. Opera lepidiſſima, in cui ſi eſpongono, e ſi criticano con ſomma leggiadria i corrotti coſtumi e pregiudizj del noſtro Secolo*.

S. Paterius, Diſcipulus S. Greg. Magni, cujus mentionem facit Beda in Comment. *Cant. Canticor.* Ejus *Tres Libri Explanationum in omnes utriuſque Teſtamenti Libros* collecti ſunt ex Opp. ejuſdem S. Gregor.

Patareni Pſeudo-Monachi.

Pavinus Joannes Franciſcus, Civis, & Canonicus Patavinus, ac Judex ſacri Palatii creatus ob magnam in Divino Humanoque jure peritiam, qui ſcripſit *Tractatum pro Canonizatione S. Bonaventuræ*, nec non *Conſilium in cauſa B. Simonis Tridentini* pueri a Judæis in Chriſti odium crudeli ſupplicio perempti, cujus Martyrium ego quoque ſingulari Diſſertatione hac de re edita vindicavi contra Joan. Chriſtophorum VVagenſeilum Judæorum fautorem.

S. Paula, Vidua Rom., Mater S. Euſtochii Virginis.

S. Paulinus, Epiſc. Nolanus, cujus Opera Notis & Diſſertationibus Variorum illuſtrata & aucta, denuo a Cl. Muratorio fuere recognita.

S. Paulus, Eremitarum Auctor & Magiſter.

Paulus Julius, J. C. Patavinus, auditor Papiniani, Ulpiano ubique fere contrarius, ſub Alexandro Severo Præfectus fuit Prætorio, ut ait Jo. Alb. Fabric.

Paulus a S. *Maria*, e Judaiſmo ad Fidem Chriſtianam converſus, primum Cartha., dein Burgen. Epiſcopus, indeque vulgo *Burgenſis* vocatus, Scripturæ ſacræ Interpres. Vid. Lyranus.

Paulus Langius *Monachus* Ord. Bened., Scriptor *Chronici Citicenſis*, quod extat in Tomo ſecundo Piſtorii. Refertur ab Arturo inter *Auctores non probatos, ſed vel condemnatos, vel ſuſpectos*. Vid. Opus inſcriptum: *Dizionario Storico Portatile* To. 3. pag. 30.

Pau-

Digitized by Google

Paulus. Vid. Oroſius.
Paulus Samoſatenus, Antioch. Epiſc., impia dogmata aliqua ex parte a Sabellio mutuatus, a quo Paulianiſtæ Hæretici, quorum baptiſmus rejectus a Conc. Nicæno.
Pelagius Hæreſiarcha, a quo Pelagiani.
Pelliparii, Hæretici.
Pellizarius Franciſcus, S. J., cujus *Tractatio de Monialibus*. Editio noviſſime adaucta & correcta fuit juxta animadverſiones S. Indicis Congr. a Jo. Franc. Montano &c.
Pereſius Benedictus, S. J., accuratus ſacrorum Librorum Interpres.
Peſſellius Tilanus Joannes, Ord. Præd.
Petavius Dionyſius, præclariſſ. Theol., & Chronol. S. J., cujus *Opus de Theologicis Dogmatibus, nunc primum meliorem in ordinem redactum, cum Vita Auctoris: Libris etiam quibuſdam hactenus ineditis, Diſſertationibus ac Notis uberrimis, & Apparatu Hiſtorico-Critico locupletatum*. Item *Doctrina Temporum, Rationarium Temporum &c.*
Petra Vincentius, Card. S. R. E., cujus *Comment. in Conſtitutiones Apoſtol.*
S. Petronius, Epiſc. Bononienſis, doctrina, miraculis, & ſanctitate clarus, de cujus Scriptis Gennad., Honor., Trithem. &c.
Petronius Arbiter, Maſſilienſis, Vir Conſularis, qui cum artibus Tigellini æmuli ſui a familiaritate ac favore Neronis Imp. excidiſſet, ſectis venis interiit. A. C. 67. Scripſit *Satyricon* ad inſectandos corruptiſſimos ſuorum temporum mores ea ſapientia & elegantia, quam quidem Tacitus commendat, non ita vero Illuſtriſſ. Huetius in Ep. ad Grevium ratus, *plus ei ad exiſtimationem profuiſſe obſcœnitatem rerum, quam ſermonis elegantiam*.
Petrus Antonius de Venetiis, Ord. Min. Hiſtoricus ejuſd. Ord.
Petrus Antonius Pacificus, Chroniſta Venetus.
Petrus. Vid. Aureolus.
F. Petrus, ad quem S. Bonaventura ſcripſit *Epiſt.* 25. *Memorialium*.
Petrus Bleſenſis, Gallus, ex Canonico Bituricenſis Eccleſiæ, Bathonienſis in Anglia Archidiaconus, ac poſtea etiam Londinenſis, & Cantuarienſis Archiepiſcopi Cancellarius. Ejus Operum omnium mihi nota locupletior Editio eſt Pariſienſis ann. 1667. In Biblioth. Epiſc. Tridenti extant in pergameno ſcriptæ *Petri Bleſenſis Epiſtolæ*.
Petrus Cellenſis Abbas, dein Remis ad S. Remigium, ac tandem Epiſc. Carnoten. poſt Joannem Sarisberienſem, variorum Scriptor Opp.
S. Petrus Chryſologus, Ravennaten. Epiſc., cujus Sermones facundia & Divino ſpiritu pleni una cum Epiſt. ad Eutychen illuſtrati Commentariis P. Martini del Caſtillo Ord. Minor., de quo ſupra. Ex dicta Epiſt. albo ſignanda lapillo verba illa: *In omnibus autem hortamur te, Frater honorabilis, ut his, quæ a Beatiſſimo Papa Romanæ Civitatis* (ad Concil. Chalcedon.) *ſcripta ſunt, obedienter attendas; quoniam B. Petrus, qui in propria ſede & vivit, & præſidet, præſtat quærentibus fidei veritatem*. Ejus Opera omnia ſunt cum Obſervationibus Dominici Mitæ, & Additionibus P. Sebaſtiani Pauli.
Petrus Comeſtor, Presbyter & Decanus Trecenſis, *Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ* nuncupatus, quam Libris XVI. ex Veteris & Novi Teſtamenti Libris hiſtorialibus concinnavit; ſed verbis ſacris multa ex Gloſſis, & ex profanis auctoribus inſeruit, & non raro dubias narrationes admiſcuit.
Petrus Compoſtellanus, Auctor Antiphonæ *Salve Regina Miſericordiæ*, omiſſo *Mater*. Secundum alios autem ejus Auctor Hermannus Contractus, Augienſis Monachus S. Bened.
S. Petrus Damianus, Ord. S. Bened., Card. & Epiſc. Oſtien., cujus Opera omnia illuſtrata a D. Conſtantino Cajetano Syracuſano, Abbate S. Barontis Congr. Caſinen.
Petrus Joannetius de Molina, Ordin. Min. Gen. Miniſter, qui primus mihi commiſit, undique Anecdota S. Bonaventuræ conquirere, ac in publicam lucem proferre.
Petrus Joannis Olivi, Ord. Min., cujus ex Recentioribus doctus Vindex P. Hyacinthus Campion a Buda SS. Theol. Lector General. & Definit. Ord. Min.
Petrus Lombardus, Epiſc. Pariſienſis, Magiſter Sententiarum.
Petrus de Marca, Vir ſanguine doctrinaque clariſſimus, primum Conſeranenſis Epiſcopus, dein Archiepiſcopus Toloſanus, ac demum Archi-

præ-

Digitized by Google

præsul Parisiensis, inter cujus Opp. illud celeberrimum *De concordia Sacerdotii & Imperii*. Varia ipsius Opuscula posthuma publica luce donavit, collegitque in suis Miscellaneis Stephanus Baluzius, qui etiam ejusdem Petri de Marca Vitam edidit.

Petrus de Osma Hispanus, ejus errores, damnatio, & palinodia.

Petrus Minister Provinciæ in Turonia, Ordin. Minor.

Perrus Hispanus *Summulatum* Auctor, qui fuisse dicitur idem ipse *Petrus Hispanus*, qui fuit Card., ac postea Papa sub nomine Joannis XXI.

Petrus Thomas, sive Thomæ, O. Min. ex Cod. vet. Reg. Bibl. Parisien., Auctor *Compendii Theologica Veritatis*, al. sub nomine S. Bonaventuræ; de quo Petro Thoma, vel Thomæ, ejusque Opp. To. 2. & in Append. 3. Biblioth. Francisc.

Pfaffius Christophorus Matthæus, SS. Theol. Doctor & Professor publicus in Academia Tubingensi Luth.

Phigellus, & Hermogenes ex Asia, aversi a S. Paulo Apostolo.

S. Philastrius, Episc. Brixien. hæresum profligator, sed *quadam* (ait Card. Bona) *tanquam hæretica respuit, quæ talia non sunt, ut quod stellæ sint cœlo fixæ*.

Philemon, Vir Syracusius, Poeta Comicus, post Menandrum secundus, de quo Quintil. L. 10. c. 1.

Philippus de Adria, Ord. Min.

Philippus Rex Macedonum, Pater Alexandri Magni.

Philippi duo Imperatores, Pater & Filius.

Philippus Presbyter, Vir longe eruditissimus, cujus *in Historiam Job Commentariorum Libri tres*.

Philippus Longus, primus Visitator Clarissarum, Ord. Min.

Philo, Carpathiorum Episc. a S. Epiphanio ordinatus, cujus *Commentario in Cant. Canticor.* inserta monet Card. Bona, quædam ex S. Gregorio Papa, quæ ideo cum reliquis male cohærent. Prostant To. 1. Bibl. Patr.

Philo Scriptor Judæus, patria Alexandrinus, Platonis imitator, dictusque *Plato Hebræus*, cujus Opp. melior Editio est Anglicana an. 1742. 2. Vol. in fol. Græco-Lat. Hunc *disertissimum Judæorum* vocat D. Bonavent. Ser. sive Collat. 6. in Hexaem. & post S. Hier. ex multorum aliorum opinione putat Auctorem *Lib. Sapient.* Ast Driedo, Genebrardus, & Bellarminus, censent alium Philonem multo seniorem Alexandrino, & e LXXII. Interpretibus unum, ejusd. *Lib. Sapient.* si non Auctorem, saltem Compilatorem fuisse.

Philostratus, Vir Lemnius, Philosophus, vel Sophista, qui docuit Athenis, scripsitque plures *Panegyricos*, atque *Declamationes* Oratoribus valde probatas. Philostratus alter, filius superioris, Philosophus Romæ Severi Principis tempore, qui direxit ad Severum *Vitas Sophistarum*, ediditque *Heroica*, nec non Libros octo de *Vita Apollonii Tyanei*, melleo quidem Sermone, sed & fabulis mendaciisque scatente. Philostratus tertius, secundi filius, Athenis docens, edidit *Panathenaicum, Trojam, Paraphrasim Homerici clypei* secundum multos *Iconas*. Vid. Suid. & Lex. Lat. Typograph. Sem. Patav. an. 1718.

Philoxenus, Poeta Græcus.

Phlegon, Chronographus Gentilis.

Photinus Hæresiarcha, a quo Photiniani Hæretici.

Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Vir magnæ eruditionis, sed majoris nequitiæ, inter cujus Opera *Bibliotheca, Nomocanon &c.*

Piccolomineus Alexander, Archiepiscopus Patrensis, unus ex doctioribus Sæc. XVI., multorum Opp. Scriptor.

Piette Aurelius, SS. Theol. Professor, & Regens Stud. Theol., Ord. Erem. S. Aug. Augustinianæ Doctrinæ strenuus propugnator.

Pignon Laurentius, Ordin. Præd. Rer. Dominicanar. Scriptor Sæc. XV.

Pineda Joannes, Hispalensis, S. J. Scriptor *Commentarior. in Job, in Libros Salomonis &c.*

S. Pionius Presbyt. & post Apologias pro Fide Christiana conscriptas Mart. Smyrnæ.

Du Pin Ludovicus Elias, Doctor Sorbonicus, Joannis Launoii discipulus, ejusque immoderatioris Critices imitator.

Pipinus Franciscus, Ord. Præd., inter Scriptor. Rer. Italicar. Murator.

Pisanus. Vid. de Albiciis.

Pitseus Joannes, Scriptor Anglus, qui Scriptorum Brittannicorum nobis notitias dedit potissimum ex Joanne Le-

Digitized by Google

Lelando, & Joanne Balæo Lelandi Continuatore.

Placidus Federicius Lector, & Pro-Archivarius Monaſterii Montis Caſſini, Ord. S. Bened.

Plato Athenienſis, ſummus Philoſophus, auditor Socratis, Pythagoræ diſcipulus, & Ariſtotelis Magiſter, qui Ægyptum profectus Moyſis Libros legiſſe fertur. Ea fuit ſapientiæ fama, ut habitus ſit *Theios*, id eſt Divinus, de quo Cic. 1. Tuſc. c. 17. *Errare mehercule malo cum Platone, quam cum aliis vera ſentire.*

Plautus Marcus Accius, Poeta Comicus, patria Sorſinas ex Umbria, adeo pauper, ut molam in piſtrino verſaret; ſed adeo dives ingenio, ut horis ſubſecivis, quibus ab eo labore ipſi otium erat, vacans fabulis componendis, ac venditandis, præferi multorum ſententia meruerit cæteris Comicis Lat. adeo ut de eo affirmaverit Varro: *Si Muſæ Latine loquerentur, Plautino ſale loquerentur.* Varronis ~~ſamen~~ judicio refragatur Horatius, ut obſervat in Biblioth. Lat. V. C. Jo. Albert. Fabr. Cæterum et Homerum, Poetam Græcum excellentiſſimum, fuiſſe pauperrimum, & per Urbes erraſſe, quin & fame fuiſſe tandem abſumptum, ſcripſit Sotades apud Stobæum.

Plegus, al. *Ægydius*, Presbyter religioſiſſimus erga auguſtiſſ. Euchariſt. Sacramentum, laudatus a Paſchaſio L. *de Corp. & Sang. Dom. c.* 14.

Plinius ſenior, prænomine Cajus, Veronenſis, Hiſtoricus diligentiæ incredibilis, eruditioniſque admirandæ.

Plinius junior, cognomento Cæcilius, nepos ſenioris ex ſorore, Novocomenſis, elegantium Scriptor Epiſtolarum, & Orationis Panegyricæ in laudem Trajani Imperatoris eo præſente dictæ, in qua gratias egit, quod ab illo factus eſſet Conſul.

Plotinus, Academicæ ſectæ Philoſophus, natione Ægyptius, Diſcipulus Ammonii, Præceptor Porphyrii. Hunc Platonicum Philoſophum allegat una cum Macrobio D. Bonav. Ser. ſive Collat. 6. in Hexaem.

Plutarchus Chæroneus, Philoſophus, Hiſtoricus, & Orator, Conſulari poteſtate a Trajano Imp. in Illyricum miſſus, Scriptor multorum Opp., ab Eunapio valde laudatus. In Biblioth. Epiſc. Trid. extat *Plutarchus de Viris illuſtribus MS. in pergameno*. Libri *de placitis Philoſophorum* recentiori Plutarcho accepti referuntur.

Poeta vetus de S. Babiani Baptiſmate.

Poemenio, Abbas.

Polycrates, Epheſinus Epiſc., adverſatus decreto Victoris PP. de Paſchate tantummodo die Dominico celebrando.

S. Polycarpus, Epiſc. Smyrnenſis, & Martyr, cujus *Epiſtolas* laudat S. Irenæus ejus diſcipulus. Una eſt ad Philippenſes directa, olim, teſte S. Hieronymo, in Eccleſiis Aſiæ publice lecta.

Pompejus, nobilis Romanus.

Pomponius & Lectorius Rom.

Populicani, vel Publicani Hæretici.

Porphyrius, Philoſophus natione Tyrius, pertinaciſſimus Chriſtiani nominis hoſtis, quindecim adverſus noſtram Religionem editis Voluminibus, quibus triginta Apologeticos Libros objecerunt Methodius Tyri Epiſcopus, Euſebius, & Apollinaris. Contra quem etiam Hieron. Auguſt. Theodoret. Cyrill. De ejus Vita Scriptiſque extat eruditiſſima Diſſertatio Cl. V. Luc. Holſtenii.

Poſſevinus Antonius, Mantuanus, S. J. cujus *Apparatus ſacer*, *Bibliotheca ſelecta &c.* Non confundendus cum alio Antonio Poſſevino ejus nepote Medico Scriptore diverſorum Opp.

Pradus Hieronymus, Hiſpanus, S. J., qui ſcripſit *in Ezech. &c.*

Prætextata nobiliſſima femina Romana.

Prateolus Gabriel, Marceſſius, Doctor Pariſienſis, Scriptor inter alia *De Vitis, Sectis, & Dogmatibus Hæreticorum*. Utinam ab ejus quinque Libris, quibus deplorat'ſui temporis meritas calamitates, doceamur etiam nos ſcire, quidquid patimur, id noſtra peccata mereri.

De Prato. Vid. Hieronymus.

Praxeas, Hæreticus relapſus, a quo progreſſi Hæretici Monomarchici, qui unam tantum Perſonam ſtatuebant ſanctiſſimæ Trinitatis; & Patropaſſiani, qui Patri æque crucem adſcribebant.

Primaſius, Adrumetinus in Africa Epiſc. tempore Vigilii Papæ, Scriptor *Comment. in Epiſtolas S. Pauli, & Apocalypſin*.

Priſcianus Cæſarienſis, Grammaticus diligentiſſimus, ſæculo VI. a Chriſto nato, a D. Bonaventura ipſo laudatus,

Digitized by Google

tus, qui ſcripſit *de Arte Grammatica* ad Julianum Conſulem, Librum *de Naturalibus Quæſtionibus* ad Coſroem Perſarum Regem, nec non *Dionyſium de Situ Orbis* latinitate donavit. Ipſi Latinam linguam non fuiſſe nativam, ex hoc patet, quia Cæſarienſis. Alius ab hoc Priſcianus, nomine Theodorus, Scriptor Libror. 4. *de re Medica &c.* qui ſæculo Chriſti IV. circa Valentiniani II. tempora claruit.

Priſius Joann. Ge., Auctor Introd. in lectionem N. T.

Probus M. Valerius, Berytius, Grammaticus eloquentiſſimus Neronis tempore, nedum a Gellio & Suetonio, ſed etiam a S. Hier. in Chron. laudatus.

Proceſſus Canonizat. S. Clar. Virg. Aſſiſien.

Procopius Gazæus, a Procopio Cæſareenſi in Palæſtina diverſus, qui in exponenda ſacra Scriptura, aliorum laboribus, quam proprio ingenio, plus debet.

Propertius Sextus Aurelius, ex Mevania Umbriæ Oppido oriundus, *Elegiarum* nitidiſſimarum eruditiſſimarumque Scriptor, qui Ovidii tempore floruit, pauper fortuna, dives ingenio.

S. Proſper Aquitanus, Auguſtinianæ doctrinæ ſolertiſſimus ac nervoſiſſimus Defenſor. Ejus Opp. omnia cum Notis Dupin. fol. To. 2. 1744. *Carmen de Ingratis* illuſtravit Notis Martinus Steyaertius Doctor Lovanienſis, evulgavitque una cum Hiſtor. Pelag. Card. Noriſii Cl. Berti. *Libb. de Vita Contemplativa* peritiores Critici Proſpero abjudicant, eos adjudicantes Juliano Pomerio.

Prudentius Aurelius Clemens, gente Hiſpanus, quem Militem aliqui Palatinum, alii Virum Conſularem, ac Urbi Romanæ Præfectum vocitant, Poeta Chriſtianus an. 405. qui plurima Poemata vario metrorum genere concinnavit. *Pindarus Chriſtianus, dulciſſimus, & prudentiſſimus Chriſti Vates* dicitur a Card. Bona; aſt Joan. Albertus Fabricius in ejus Carminibus obſervat *multa, quæ linguæ Romanæ caſtitas non ferat.*

Pſalterium Græco-Latinum apud Cl. P. Blanchinium.

Pſalterium Quincuplum, Gallicum, Romanum, Hebraicum, Vetus, Conciliatum, Jacobi Fabri Stapulenſis.

Pſellus Michael, Auctor Græcus; de quo Allatius L. de Pſellis §. 33. Dicitur ab Heumanno *Vir ſummus*; a Cornel. a Lap. *S. Gregorii Nyſſeni Compendiator.*

Ptolomæus Lucenſis, Ord. Præd., Epiſcop. Torcellanus, cujus *Hiſtoria Eccleſiaſtica*, & *Annales breves.*

Puellius Philippus Nerius, Canon. Reg. Neocellen., Ord. S. Aug. apud Brixinam, Scriptor eruditus & doctus, Paſtor animarum nunc Kiempſii in Valle Puſtriſſa, a quo habetur *Vita B. Artmanni Epiſc. Brixinen. in Tiroli*, expectanturque alia circa eundem multo uberiora: cujus etiam munere teneo Edition. Breviloq. S. Bonav. an. 1475. cæteris completiorem, & in pleriſque correctiorem.

Purchotius Edmundus Senonenſis, in Conſultiſſima Juris utriuſque Facultate Licentiatus, Univerſitatis Pariſienſis Rector, & Emeritus Philoſophiæ Profeſſor, cujus *Inſtitutiones Philoſophicæ &c.*

Pyrrhus, Rex Epiri, ſive Epirot.

Pythagoras, qui primus ſe *Philoſophum* nominavit, id eſt, ſapientiæ amatorem. Auctor ſilentii religioſiſſime per quinquennium ſervandi; ſed & *metempſychoſeos*, nimirum tranſmigrationis animarum. Ejus effata inſtar oraculi erant; unde illud ejus auditorum: *Ipſe dixit.* Nihil vere ab eo ſcriptum habetur, teſtibus Joſepho, & Rufino.

Q

S. Quadratus, de quo Martyr. Rom. 26. Maii „ Athenis natale beati „ Quadrati Apoſtolorum diſcipuli, „ qui perſecutione Hadriani Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide & induſtria ſua congregans, „ librum pro Chriſtianæ Religionis „ defenſione valde utilem, & apoſtolica doctrina dignum, eidem „ porrexit.“ Verum haud deſunt Critici, qui probabilius autumant, non eſſe ipſius hujuſmodi pro Chriſtianis Apologiam, quæ nunc ſub ejus nomine oſtenditur.

Queſnellus Paſchaſius, Congregat. Oratorii

Digitized by Google

torii Gallicani, qui post Bullam *Unigenitus* male coepit audire. Editio quoque Opp. S. Leonis ab ipso elaborata, ob ejus Notas, quæ videbantur Romanis Pontificibus injuriosæ, proscripta est.

Quietif Jacobus, & Echard Jacobus, quorum insigne Opus *de Scriptoribus Ord. Præd.*

Quinctilianus, sive Quintilianus M. Fabius, insignis Rhetor Hispanus, de quo Martial. L. 2. Epigr. 90.

Quintiliane vagæ moderator summe juventæ,
Gloria Romanæ, Quintiliane, togæ.

Distinguendus nedum a Quintiliano Aristide, Musico Græco excellentissimo, sed etiam, auctore Card. Bona, a Quintiliano Seniore, qui edidit acutissimas *Declamationes*. Quintilianus autem Junior, de quo nunc sermo, familiaritatem Domitiani Imp. adeptus, ejus nepotes erudivit, scripsitque *Institutiones de Arte Rhetorica*. Commendatur a Poggio in Epist. ad Guarin. Veron.

Quintus Curtius Rufus, insignis Historicus Latinus rerum gestarum Alexandri Magni. De eo, quo scripsit, tempore dubitari potest, neutiquam de ejus Historiæ elegantia, atque nitore. Galterus Sæc. XII. Scriptor *Alexandreidos*, Curtium secutus est, & sæpe ad verbum expressit. Unde ejus cum Curtio collatione nonnulla ex hoc menda tolli possunt, id quod experiendo se didicisse testatur Heumannus, qui & observat, quod Freinshemius hoc labore fungi non potuit; nam ne visum quidem sibi unquam Galterum fatetur Comment. ad Curtii IX. 5. 13. Alius fuit Curtius, prænomine Marcus, Eques Rom. de quo Liv. & Var.

Quirinus Angelus Maria, S. R. E. Card. Apostolicæ Sedis Bibliothecarius, & Episc. Brixien., Literatorum Mæcenas vel ipse literatissimus, Ord. S. Benedicti.

R

Rabanus Maurus ex Fuldensi Abbate Ord. S. Bened., Archiepiscopus Moguntinus, Scripturæ sanctæ ab initio in finem usque felix Explanator.

Rabbini, ex quibus illi legendi, qui ante Christum natum scripserunt, differentes *De Messiæ nativitate, vita, passione, resurrectione*, aliique post Christum, qui ad ejus Fidem conversi, Judæorum errores confutarunt: cæterorum vero judaizantium lectio prohibita Pontificiis Constitutionibus.

Ratramnus Monachus Corbejensis, cujus inter alia *Lib. de Corpore & Sanguine Domini*, quod Opus vere authenticum demonstrat Mabillonius, & probat orthodoxum Dom. Boileau Doctor Sorbonicus.

Raymundus Jordanus, Can. Regul. S. Aug., Abbas Cellensis in Episcopatu Bituricensi multorum Scriptor Opp., qui cupiens nesciri, & pro nihilo reputari, sub *Idiotæ* nomine se occuluit.

S. Raymundus de Pennaforti Barcinonensis, Ord. Præd. Magister Generalis, Gregor. IX. Capellanus & Pœnitentiarius, Pontificii præsertim Juris scientissimus, qui ejus jussu collegit *in unum Volumen quinque Libris distinctum Epistolas Decretales Summorum Pontificum*. Ejus quoque est *Summa cum Glossis Joan. de Friburgo*, Edit. Avenionen. auctioris & emendatioris an. 1715. dicata Clem. XI. P. M. ejusdemque penes me est MS. Cod. membran. coævus, in quo ab initio secunda manu sæculi XV. dicitur *Summa Raimundina*, & prima manu in fine: *Explicit Summa Magistri Raimundi Deo gratias. Amen*; ubi tamen est sine ullis Glossis, atque paulo contractior edita. Heic quoque Tridenti in Biblioth. Capitul. extat *Raymundi Summa de Sacrificio Missæ. Tractatus de Matrimonio. Item de peccatis*. MS. Nec non in Biblioth. Episc. MS. *Summula Raymundi, una cum aliquibus Sermonibus*. Priorem Cod. membraneum optimæ notæ obtinui ex plane singulari erga me largitate Illustriss. D. Baronis Simonis de Crosina.

Raynaldus Odoricus Tarvisinus, præclarus Historicus Ecclesiast. Congregat. Oratorii, Magni Baronii Continuator.

Raynaldus, sive Reginaldus, prius Episcop. Ostien., dein Pont. Max. sub Alexandri IV. nomine.

B. Raynaldus, vel Reinaldus, Reatinus, Ordin. Min., de quo Martyr. Franc. 27. Febr.

Ray-

Digitized by Google

Raynaudus Theophylus, multorum variæ eruditionis Operum Scriptor, S. J.
Raynerius Pisanus, Ord. Præd., cujus *Pantheologia Summam Universæ Theologiæ Veritatis complectens*.
Rebolledus Ludovicus, Ord. Min., de cujus Opp. in Biblioth. Franc.
Reges, contra Romanum olim Imperium, decem, Persarum, Saracenorum, Wandalorum, Gothorum, Longobardorum, Burgundiorum, Alanorum, Svevorum, Francorum, Hunnorum.
Reinesius Thomas, Medicus, unus e doctioribus Viris sæc. XVII. Auctor multor. Opp. in Latino.
Remigius Antissiodorensis, Ord. S. Bened., cujus inter alia *Comment. in Cant. Expos. Missæ &c.*
S. Remigius, Epis. Remensis, Francorum, ob Clodovæum ad Christianam Fidem conversum, merito vocatus Apostolus, cujus *Epistolæ ad Hormisdam Papam, ad Clodovæum Regem, & alios scriptæ*.
Rhadagaisus Rex Gothorum.
Ribera Franciscus, S. J. Sacrarum Literarum, præcipue Apocalypsis, commendatione dignus Interpres.
Richardus de S. Germano, Scriptor Chronographus.
Richardus de Mediavilla, Ord. Minor. Oxoniensis Doctor, vel inter Parisienses Doctores magnum nomen consecutus, cujus Opera non pauca.
Richardus Radulphus, Archiepisc. Armachanus, cujus Libri admodum caute legendi ob plura in iis contenta errorum semina; & ejus *Defensio Curatorum adversus Mendicantes*, fuit solide refutata a Rogerio de Chonnoe, de quo infra.
Richardus Victorinus, natione Scotus, Can. Regul. S. Aug., qui sancte vixit cum Hugone de S. Victore in eodem Cœnobio S. Victoris prope Lutetiam Parisiorum, fuitque S. Bernardi Clarævalensis amicissimus, multorum Scriptor Operum, inter quæ *Explanatio Libri Cantici Canticorum*, nec non *in Apocalypsim Joannis Libri 7*.
Ricchinius Thomas Augustinus, Cremonensis. Ord. Præd., sacri Apost. Palatii Magister doctissimus, qui inter alia perquam erudite illustravit Op. Venerabilis Monetæ.
Rickelius. Vid. Dionysius a Lieuvis.
Rigaldus Joann., Ord. Min. Episc. Draconensis, Auctor *Compendii Theologiæ pauperis*, olim ferentis S. Bonaventuræ nomen.
Rioche Joannes Britannus, Ord. Min., Historicus.
De Rivo, sive Rivius Petrus, Lovaniensis Theologus, qui inter alia edidit *Monotessaron*, sive *Concordiam Evangelicam*.
Robertus a Licio Episc. Aquilan., Ord. Min., sui temporis eloquens Orator, multorumque Operum Scriptor. Ejus extat *Sermo de laudibus S. Bonaventuræ Ord. Min.* sub nomine *Magistri Roberti*.
Robertus de Sorbona, sic vocatus ab Oppidulo *Sorbon* Diœcesis Remensis, S. Ludovico Francorum Regi familiaris, & acceptissimus, qui Sorbonici Collegii, ita a præfato ejus natali vico nuncupati, prima fundamenta jeciisse fertur, Lutetiæ Parisiorum, cujus tria Opuscula pietatem potius quam elegantiam spirantia, dat Margarinus Bignæus in Tom. IV. Bibliothe. Veterum Patrum.
F. Robertus, ad quem S. Bonav. scripsit *Epist. De remediis defectuum Religiosi*.
Rocca Angelus, Ord. S. Aug., Episc. Tagastensis, Theologiæ, ac Linguarum Græcæ, & Latinæ peritissimus, unus ex illis, qui Sixtinæ Editioni Operum S. Bonav. præfuerunt.
Rodriquez Alphonsus, Vallisoletanus, celebris Scriptor Ascericus, S. J.
Rodulphius Tossinianensis Petrus, Ord. Min., Episc. Senogalliensis, cujus Opus *Seraphicæ Historiæ* debita laude fraudandum non est.
Rodulphius Viglevanensis Petrus, in alma Curia Romana tempore Canonizat. S. Bonaventuræ Procurator General. Ord. Min.
Rodulphus de Bibraco, Ordin. Min., certus Auctor *Libri de septem itineribus æternitatis* falso adscripti D. Bonav.
Rogerius, Vir honorabilis, & Ecclesiæ Majoris Canonicus Potentiæ, quæ Apuliæ Civitas est, Divino prodigio factus sacrorum S. P. F. Stigmatum indubitatus testis, cum de iis antea inania cogitaret.
Rogerius de Chonnoe, Ord. Min. Doctor Oxoniensis, invictus Fratrum Mendicantium Defensor contra præd. Richard. Radulph. Archiep. Armach.
Rolandinus, Patavinus, Historiographus, Auctor Libror. 12. *De factis in Mar-*

Morcbia Tarvisina, qui nunc auctiores editi sunt ab an. 1130. ad an. 1260. To. 8. Scriptor. Rer. Italicar.

Romeus Raphael Zovenzonius Ister, Poeta, qui Martyrium B. Simonis Tridentini pueri descripsit. In Biblioth. Episc. Trid., ejus extat *Istrias* in pergameno MS. Joan. Hinderbachio Episc. & Princ. Trid. inscripta.

Rosvveydus Heribertus, S. J., qui præter *S. Paulinum*, & *Martyrologium Adonis*, *Vitas Patrum* excellenter illustravit.

De Rota Claudius, Lugdunensis, Ord. Præd. Theologus.

Rufinus de Turranio, seu Tyrannio Monachus & Presbyter, de quo est supra laudati Cl. P. Bernardi Mariæ de Rubeis Ord. Præd. eruditissima *Dissertatio, in qua gesta ejus, resque præcipuæ in Ecclesia, & Imperio ab anno vulgaris Æra CCCLXX. ad annum usque CCCCX. acta discutiuntur, & illustrantur*. Versionem Rufinianam Historiæ Ecclesiasticæ Eusebii Cæsariensis vindicavit pereruditus P. Thomas Cacciarius, Ord. Carm. in Collegio Urbano Propagandæ Fidei Primarius Theologiæ Lector in Dissertat. edita Romæ 1740., cui oppositi se se non minus eruditus Hieronymus Tartarottus Roboretanus in alia Dissertat. excusa Tridenti 1748. A suspicione hæresis Rufinum liberant Card. Norisius, & Antonius Pagius.

De Ruggiero Nicolaus, Congregat. Piorum Operariorum, Scriptor Ascæticus.

Ruinart Theodoricus, Ord. S. Bened. Congregat. Maurin., cujus sunt *Acta Martyrum sincera*, *Historia Persecutionis Vandalicæ &c.*

Rupertus, alias Robertus, Abbas Tuitiensis, Ord. S. Bened. Vir sui temporis longe doctissimus, summusque Theologus, cujus Opera quatuor Tomis in novissima Editione Veneta comprehensa, una cum Apologia Gerberonii adversus Oppugnatorem Doctrinæ Ruperti &c.

Rusbrochius Joannes, Canon. Reg. S. Aug. Theologus Mysticus.

Ruzzinus Sylvester, S. J., cui inscripta Epistola Cl. P. Leoni ad fin. Part. 3. Oper. S. Irenæi pag. 83. col. 2.

S

Sabatier Petrus, Ord. S. Ben. Congregat. Maurinæ, qui magnam sibi comparavit ex eo laudem, quod Bibliorum sacrorum Veter. Testam. Latinas Versiones in Codd. MSS. & Antiquorum Libris ab se repertas, in lucem emiserit.

Sabellicus M. Antonius Coccius, Venetus Historicus, cujus in Biblioth. Episc. Trid. sunt: *De Venetis Magistratibus Liber unus: De Venetæ Urbis situ Libellus: De Prætoris Officio Libellus: Dialogus qui inscribitur Latinæ Linguæ Reparatio.*

Sabellius Hæresiarcha, a quo Sabelliani Hæretici, Personarum in Trinitate distinctionem negantes.

Sa Emmanuel, S. J., qui brevibus notis illustravit universam sacr. Scripturam.

S. Sagarus, Episc. Laodicen. & Mar.

Salazar Joannes Ferdinandus Toletanus S. J., cujus sunt Tomi tres *Thesauri Scripturarum*.

Salianus Jacobus, Gallus, S. J., cujus est *Epitome Annalium Ecclesiasticorum Vet. Testam.*, usque ad excisam per Titum Jerosolymam.

Salimbenus de Salimbenis de Parma, Ord. Min. sui temporis insignis Theologus, & in optimis quibusque scientiis egregie versatus, cujus est *Historia Universalis*, nec non *Chronicon Italiæ*.

Salmasius Claudius, Hostis Romanæ Ecclesiæ, Compilator veterum Auctorum, secta Calv.

Salmeron Alphonsus, Toletan., Conc. Trident. Theol. & Scriptor prolixor. Commentarior. in Nov. Testam., S. J.

Salinas Joannes, Neapolitanus, S. Theol. Lect. Can. Reg., illustrator Opp. SS. Vincentii Lirinensis, & Hilarii Arelatensis, nec non SS. Prosperi Aquitani, & Honorati Massilienſis.

R. Salomon Jarchi, natione Gallus, magnæ apud Judæos auctoritatis, Auctor *Comment. in universum Vet. Testam.* Chaldæi Paraphrastis sectator, ac etiam S. Hieronymi laudator.

Salonius, Verani frater, & S. Eucherii ante Monachatum Lirinensem, ac

Digitized by Google

ac Lugdunenſem Archiepiſcopatum, filius, Salviani diſcipulus, Auctor *Dialogi in Parabolas, & Eccleſiaſten Salomonis &c.*

Salvianus Treviris oriundus, Presbyter, neutiquam Epiſcopus Maſſilienſis, qui in deplorandis ſui temporis depravatis moribus, nuncupari poteſt *Jeremias ſæculi V.* Ejus Operum pulcra Editio eſt Cl. Stephani Baluzii. Concordantiæ Operibus ejus adnexæ, alphabetice diſpoſitæ, ſunt P. Demetrii Barbulii, S. J.

Salluſtius Cajus Criſpus, Sabinus, Romanus Hiſtoricus, & quidem *Romana primus in Hiſtoria*, Auctore Martiali; ipſi ex Græcis Thucydidi a Quinctiliano oppoſitus elegantia dicendi, Attica brevitate, ſententiarum celebritate: a Pollione tamen, & a Trogo in nonnullis taxatus.

Samolatenus. Vid. Paulus.

Samſon Franciſcus, Ord. Min. Generalis Miniſter, Promotor Canonizat. S. Bonaventuræ, & Auctor *Ind. Opp.* ejuſdem.

Sanchez Gaſpar, Hiſpanus Granatenſis S. J., Interpres plurimorum ſacræ Scripturæ Librorum.

Sanctes Pagninus Lucenſis, O. Præd. Hebraicæ linguæ peritiſſimus, cujus *Biblia.*

Sanctesius Claudius, Theologus Pariſienſis, ex Canon. Reg. Epiſc. Ebroicenſis, plura emiſit doctiſſima, inter quæ ſunt *Libri decem de rebus Euchariſtiæ controverſis, Examen Calviniane & Bezanæ Doctrinæ de Cœna Domini, & Reſponſio ad Apologiam Theodori Bezæ contra prædictum Examen.*

Sanutus Marinus, Patricius Venetus, unus ſenior, alter junior; ille claruit ineunte ſæculo XIV. iſte floruit ineunte ſæculo XVI. De prioris Rebus Geſtis & Opp. late eruditiſſimus P. Joannes de Auguſtinis Ord. Min. *Notizie Iſtorico-Criſiche intorno la Vita e le Opere degli Scrittori Viniziani* Vol. 1. pag. 440. & ſeqq. De altero To. 24. *Scriptor. Rer. Italicar.* Lud. Ant. Murator. Hic compilavit quoque *Vitas Ducum Venetorum.*

Sarmation vaniloquus.

Sasbout, ſive Sasboldus, Adamus, Ord. Min., natione Batavus, Græcæ & Hebraicæ linguæ peritus, Lovanii S. Scripturæ Profeſſor, & variorum ejus Librorum præclarus Interpres, de quo tamen fertur, adeo paupertatem, quam profeſſus fuerat, adamaſſe, ut in Cellam ſuam præter Breviarium, & Biblia ſacra, nullos alios libros admiſerit, laudaturque a Miræo, ut integer vitæ, ſceleriſque purus. Dolendum prærnatura morte fuiſſe ereptum Lovanii in medio ſtudiorum ſuorum.

Savaro Joannes, Auctor Coment. in Sidonium, cujus ad eum notæ, ceu Cornucopiæ variarum rerum habentur.

Sbaralea Joann. Hyacinthus, indagator diligentiſſimus Antiquitatum Ordin. Min. vel de S. Bonaventuræ ſcriptis, etiam anecdotis, optime meritus, plurium Scriptor Opp. eruditiſſimus.

Scaliger Joſephus, Julii Cæſaris Scaligeri filius, Criticus Calv.

Scaramellus Joannes Baptiſta, S. J., Scriptor aſceticus.

Schatzgerus, ſive Saſgerus, Gaſpar, Bavarus, Miniſter Provincialis per Germaniam ſuperiorem, Ord. Min., unus ex primis, qui contra Lutheri errores ſcripſerunt. A Jodoco Clichtoveo appellatur *inſignis, & præclare eruditionis Vir*, laudaturque ab aliis præclaris Scriptoribus, Alphonſo de Caſtro, Michaele de Medina &c. Ipſe præ cæteris fuit Bonaventurianæ doctrinæ laudator. Ejus *Omnia Opera Dogmatica* uno To. in fol. Edit. Ingolſtad. 1543. comprehenduntur, una cum Epiſt. prælim. Joan. Eckii Theol. & cum Vita Auctoris ſcripta a F. Joan. Brachman de Liech Francophurdiano Minorita, Evangelii Prædicatore Ingolſtadii, nec non cum Carmine in laudem ejus M. Eraſ. VVolphii. In Biblioth. Epiſc. Trid. extat *Gaſparis Saſgeri Minoritæ Libellus de Vita Chriſtiana, & Monaſtica.*

Schauközl Urbanus, Prior Gottvvicen., Ord. S. Bened.

Schrevellius Cornelius, ejus *Lexicon Græco-Latinum.*

Scriptores Rerum Germanicarum Menckenii.

Scriptores Rerum Italicarum Muratorii.

Secundus, Philoſophus, cujus in Bibliotheca Epiſcopali Tridenti extat MS. *Dialogus* quidam habitus ab eodem Secundo cum Adriano Imperatore, non quidem verbo, ſed ſcripto; noluit enim Philoſophus ſilentii legem ſibi voluntarie impoſitam frangere, vel morte interminata. Allegatur

Digitized by Google

tur a D. Bonaventura in ſua *Pharetra*.
Sedulius Henricus, Clivienſis, Ordin. Min. Definitor Gener. & Sereniſſ. Princ. Ferdinandi Auſtriaci ad Paulum V. Legatus, inter cujus egregia Opp. *Apologeticus adverſus Akoranum Franciſcanorum*, dicatus Pompejo Arigonio S. R. E. Card. ejuſdem Ord. nec non *Præſcriptiones adverſus Hereſes* nuncupatæ Paulo V. P. M.
Sedulius, prænomine CajusCælius Scotus, præclarus, Presbyter & Poeta celebris.
Segnerius Paulus, S. J. præclarus Orator, ac Scriptor aſceticus.
Seldenus Joannes, Hær.
Sellarius Reginaldus, Canonicus Cortonenſis.
Semipelagiani Hæretici.
Seneca Lucius Annæus, Cordubenſis, Philoſophus, cujus Opera omnia ex ultimis Juſti Lipſii, & Joan. Frid. Gronovii emendationibus. In Biblioth. Epiſc. Tridenti in pergameno extat MS. *Liber Epiſtolarum Senecæ ad Lucilium*.
Septuaginta duo Interpretes (vel ut rotundo numero paſſim dicuntur, Septuaginta) quorum ex Hebræo Translationem Græcam non ſemel allegat S. Bonaventura. Et quod hujuſmodi Translatio non ſit neganda ab illis Divino conſilio adornata, ac maximæ fuerit in Eccleſia auctoritatis, præcipue ante S. Hieronymum, cæteriſque antepoſita Verſionibus, utpote Apoſtolorum uſu conſecrata; probat Cl. P. Natalis Alexander in Hiſt. Eccl. Vet. Teſt. To. 4. Diſſ. 8. Prop. 1. nec non Hiſt. Eccl. No. Teſt. ſæc. 2. Diſſ. 11. Q. 1. Art. 1. in Propoſit. per tot.
Seraphinus de Firmo Can. Reg. Later., Concionator egregius, & Auctor *Enarrat. in Apocal.* ac multorum *Opuſculorum ſpiritualium*.
Serarius Nicolaus Lotharingus, claræ memoriæ ob *Prolegom. & Comment. in ſacr. Script.* aliaque Opera, S. J.
Sermones S. Antonii. Vid. S. Antonius. Cæterum circa alios ejus *Sermones*, uti quoque circa *Sermones* S. Vincentii Ferrerii Ord. Præd. quod, propter magnum quem attulere fructum, in magno eſſe debeant honore & pretio, cenſet Federicus Borromæus Card. & Archiep. Mediolan. 1632.
Serry Hyacinthus, Ord. Præd., Doctor Sorbon., & in Patav. Lyceo Theolog., inter cujus Opera celebris eſt ejus *Hiſtoria Congregationis de Divinis Auxiliis*.
Servius Maurus Honoratus, Grammaticus, Virgilii Opp. perpetuo illuſtrator.
Severianus, Gabalenſis in Pœnicia, alii ajunt, in Syria Epiſcopus eloquentiſſimus, ſæpe a S. Jo. Chryſoſt. & ab Arcad. Imp. invitatus ad Sermones in Conſtantinop. Eccleſia habendos, Auctor *Homiliarum ſex in Hexaem.*, *Expoſit. in Epiſt. ad Galatas &c.*
Severus Imperator.
Severus, cognomento Sulpicius, Aquitanus Presbyter, Hiſtoriographus ſtyli facilis, terſi, & politi, unde tanquam Eccleſiaſticorum puriſſimus Scriptor laudatur; cujus Opp. noviſſime illuſtrata a Cl. P. Hieron. de Prato, de quo ſupra.
S. Servulus Confeſſor, de quo S. Gregor. Magnus.
Scianda Joannes a Monte Regali, Ord. Ciſtercien., cujus eſt *Lexicon Polemicum*.
Sidonius Apollinaris, Vir nobiliſſimus, Epiſcop. Arvernenſis, Græce non minus, quam Latine peritus, & illuſtris Poeta, cujus Opp. præ cæteris illuſtravit Sirmondus, de quo infra.
Silius Italicus Poeta Pelignus, quem Poggius Florent. cum blattis & tineis miſere per aliquot ſæcula conflictantem in lucem produxit, ac laudat Dan. Heinſius.
Simon Magus, primus Hæreſiarcha, Primogenitus Satanæ a S. Irenæo vocatus, cui ſtatua Romæ in Inſula Tyberina ſub Claudio Principe erecta cum inſcriptione *Simoni Deo Sancto*, de qua Juſtinus, Irenæus, Tertullianus, Euſebius, Cyrillus Hieroſolymitanus, & Theodoretus: hanc autem Viri graviſſimi Baronius, Tillemontius, Renatus Maſſuet, nec non Cl. Editor Operum S. Juſtini &c., valde diſtare contendunt a pervetuſto Lapide in eadem Inſula Tyberina e ruderibus effoſſo ſub Gregorio XIII. P. M., referente baſim ſtatuæ ſuſtinendæ paratam cum inſcriptione *Semoni Sango Deo Fidio ſacrum*, hoc eſt, interprete Cl. P. Vezzoſi, Deo Sabinorum *Sango* a ſanciendo appellato, & *Fidio* a fide quæ in pactis & fœderibus ſervatur.

Si-

Digitized by Google

Simon, Comes Montfortius, ſtrenuus Bellidux contra Albigenſes, qui etiam pugnavit contra Saracenos tempore S. Ludovici Francorum Regis.

B. Simon innocens Tridentinus crudeli nece a Judæis in odium Chriſti interfectus, cujus Martyrium præter Mathiam Tiberinum proſa, & verſu, Carminibus quoque graphice deſcripſerunt Calphurnius Poeta Brixianus, Georgius a Summa Ripa Poeta Italus Veronenſis, Raphael Romeus Zovenzonius Poeta Iſter, de quo ſupra, Thomas Pratus Poeta Tarviſinus, Ubertinus Puſculus Brixianus &c. omnes Synchroni.

Simonides, cujus nominis pluros Græci Poetæ, Lyricus, Jambicus, Epicus.

Simonius Richardus, Orat. Gallic. Presbyter Criticus immoderatioris ingenii, atque ſingularium & extraordinariarum amator opinionum.

Sirmondus Jacobus Arvernus, Antiquitatum Eccleſiaſticarum peritiſſimus, multorumque Scriptor Operum.

Sixtus IV. P. M. Ord. Min., qui rogatu Sereniſſimi Romanorum Imperatoris, & Chriſtianiſſimi Francorum Regis, aliorumque Regum, Ducum, Principum &c., poſt longam diſcuſſionem, D. Bonaventuram honeſtavit die 7. April. 1482. ſolemni Apotheoſi, de qua Jacobus Volaterranus in Diar. Rom. de Sixti IV. Pontificatu apud Scriptor. Rer. Italicar. Murator. De Opp. autem ejuſd. Sixti Biblioth. Franc.

Sixtus V. P. M. ejuſd. Ord., qui eundem S. Bonaventuram an. 1587. Prid. Id. Mart. inter primarios Eccleſiæ Doctores retulit, a quo etiam prodierunt ejuſdem *S. Bonaventuræ Operæ*; item *Opera S. Ambroſii* diligenter abſe, dum Cardinalis eſſet, recognita, & ordinate diſtributa; nec non *Græca Interpretum LXXII. Translatio cum Latina Interpretatione*, & alia, de quibus Biblioth. Franc.

Sixtus Senenſis, Ord. Præd. vel ipſe S. Bonaventuræ laudator, ejuſque Opp. nomenclator in *Bibliotheca ſancta*.

Smaragdus, Abbas S. Michaelis ad Moſam in Lotharingia Epiſcopatus Virdunenſis, Ord. S. Bened. non confundendus, ut plerique fecerunt, cum alio ejus Ord. Monacho itidem dicto Smaragdo, ſed nomine Ardone, Monaſterii Aniani Diœceſis Magalonenſis, qui ſancte an. 843. diem expleviit ſupremum. Et circa hanc diſtinctionem nedum conſulendi Labbeus & Oudinus apud Bellarminum de Scriptor. Eccl.; ſed etiam Clar. P. Joannes Mabillon To. 2. Analectorum pag. 418. & ſeqq. ubi late de Scriptis utriſque Smaragdi differit; & ubi ex vetuſto Chronico præfati Monaſterii S. Michaelis ad Moſam patet, laudatum ejus Abbatem ſub Ludovico Pio Imp. claruiſſe circa an. 840. & ſequentes.

Sociniani Hæretici, dicti primum a Lælio, tum a Fauſto ejus nepote Socinis, Chriſti Divinitatem inficiantes cum omnibus aliis ſanctæ Religionis noſtræ myſteriis.

Socrates, Philoſophus Athenienſis, Archelai diſcipulus, Platoniſque magiſter, quem *omnium mortalium ſapientiſſimum*, teſte Laertio, oraculi reſponſum judicavit. *Philoſophiæ parens* a Cicerone vocatur, *omnium Philoſophorum fons* a Quintiliano. Philoſophiæ Moralis inventor, & inſtitutor fuit, quam *devocaſſe e cœlo, & in Urbibus collocaſſe, & coegiſſe de vita & moribus, rebuſque bonis & malis quærere*, teſtatur idem Cicero. *Unum coluiſſe Deum* aſſeverat S. Bonaventura Ser. ſive Collat. 5. in Hexaem. ubi etiam ad finem obſervat, quod, cum ſummus hic Philoſophus compertum haberet, ad Deum alte intelligendum non poſſe perveniri, *niſi anima ſit purgatas virtutibus, converterit ſe ad docendum illas*. Ceu contemptor pluralitatis Deorum, cum unam ſolam admitteret Divinitatem, damnatus eſt ad bibendam cicutam, qua in carcere ſumpta, interiit, annor. 70. ante Chriſtum 400.

Socrates, Hiſtoriographus Eccleſiaſticus Græcus; ſed Novatianis erroribus favens.

Soldatus Thomas Maria, ſacræ Theologiæ Profeſſor in Collegio Germanico-Hungarico de Urbe Ord. Præd., a quo ſcite illuſtrata Opuſcula SS. Eccleſiæ Doctorum Thomæ Aquinatis & Bonaventuræ *adverſus Guillelmum a S. Amore, ejuſque Aſſecias*, nec non *contra Deiſtas* Opuſcula Caroli Lesley, de quo ſupra. Et hujuſmodi doctrina ſane opus eſt noſtris difficillimis temporibus, in quibus etiam optandum ob Incredulos paſſim graſſantes,

ut

Digitized by Google

ut aliquis recudendam curet Chriſtophori a Capite Fontium, Ord. Min. Gen. Miniſtri *Epitomen novæ illuſtrationis adverſus impios, libertinos, Atheos, Epicureos, & omnis generis Infideles*, editam in 8. Pariſis 1585., atque laudatam in Biblioth. Eccl. Mabillon. pag. m. 318.

Solinus Cajus Julius, patria ſecundum quoſdas Ægyptius, ſecundum alios Romanus, aliis certo peregrinus, non Romanus, Scriptor *Libri de variis rebus memorabilibus*, inſcripti *Polyhiſtor*, a Pliniano Opere plurima mutuatus. Joannes Ricutius, Vellinus, Camers, Ord. Min., Vir ſui temporis doctiſſimus (utor VVaddingi verbis) Lector Ordinarius, & Publicus Viennæ Pannoniæ, Naturalis & Romanæ Hiſtoriæ peritiſſimus, in optimis quibuſque Romanorum Auctoribus apprime verſatus, ſcripſit *in Solinum*, atque *Plinii Naturalis Hiſtoriæ Libros*, nec non *in Titum Livium, Lucium Florum, in Fabulam Cebetis, in Claudianum, in Feneſtellam, in Eutropium, in S. Auguſtini Libros de Civitate Dei*. Natus an. 1448. mortuus an. 1546., ætatis ſuæ 98. de quo, præter Biblioth. Franciſc. agit cum laude Fridericus Gotthilf Freytag To. 1. Adparatus literarii pag. 118. n. 35. Edit. Lipſien. 1752. Joſias Simlerus in Bibl. pag. 351. Poſſevinus in Appar. ſacro To. 2. pag. 128 Mich. Maittaire Annal. Typogr. To. 2. pag. 256.

Sollerius Joann. Baptiſta, S. J. celebris Continuator Bollandianus.

S. Sophronius, Patriarcha Hieroſolymitanus, cui adſcribunt Victorius Marianus, de quo ſupra, & quidam alii, Epiſtolam ſub nomine S. Hieron. *ad Paulam & Euſtochium de Aſſumpt. B. Virg.*

Soto Mayor Antonius, Ord. Præd. Inquiſitor Generalis, & Archiepiſcopus Damaſcenus, quibus in muneribus Deo ſe & hominibus maxime probavit; cujus *Expurgatorium Librorum novum*, Matriti, Typograph. Reg. 1640. in fol.

Soto Dominicus, Segobienſis, Ordin. Præd., in Concilio Tridentino Theologus, ab Ordinis ſui Generali Vicario domeſticis Comitiis alibi detento, ſuffectus. *Is* (teſte Pallavicino in Hiſt. ejuſd. Conc.) *magnum Theologiæ lumen ea tempeſtate habebatur inter eos, qui primi poſt Franciſcum Victoriam, Soti Magiſtrum, gloriam hæreditatemque illius Scientiæ in Hiſpanicis Academiis alte fundarunt*. Ejus *Commentarii in Epiſtolam Pauli ad Roman.* & alia Opp. Antuerpiæ an. 1550.

Soto Petrus, Cordubenſis, Ord. Præd., poſt dimiſſam aulam Caroli V. Imp., cui erat a Confeſſionibus, Dilinganæ Univerſitatis Profeſſor, ac grande in Germania lumen ad depellendas Lutheranorum tenebras, primo loco laudatus inter Theologos a Summo Pontifice ad Concilium Tridentinum miſſos, cujus Opp. in Biblioth. Dom. recenſentur, inter quæ ejus *Inſtitutiones Chriſtianas* legendas docendaſque commendavit Parochis ſuæ Diœceſis Otto Truchſeſius Card. & Epiſcop. Auguſt. in Syn. Diœceſ. an. 1548. eſtque etiam laudatiſſimum ipſiuſmet *Manuale Clericorum*. Quibus ego ſuperaddiderim ejuſdem Epiſtolam MS. ad ſummum Pontificem Paulum IV. ſcriptam Tridenti 17. April. an. 1563. Inc. *Nuper ſcripſi quædam ad Reverendiſſ. Card. Amuleum*, qua exprimuntur ſenſa auctoris morti proximi 1. circa negotia Conciliaria, ſignate pro definienda controverſia de reſidentia Prælatorum in ipſiuſmet reſidentiæ favorem. 2. Ut Cardinalibus aliunde, quam ex Epiſcopatibus provideatur. 3. Epiſcoporum munus auctoritatemque a Chriſto oriri, ſed ſub Petri legitimo ſucceſſore eſſe conſtitutos &c. Hanc Epiſtolam olim reperit apud Patres Præd. Tridenti, ubi Sotus obiit die 20. April. d. an. 1563. ac ſepultus jacet, Cl. Pantaleon Bortius Canon. & Vicar. Gen. Trid., cujus juratum exemplum attexuit præfatæ Biblioth. Domin. quæ apud nos eſt, eruditus P. Tovatius, de quo infra.

Sozomenus Hermeas, ſive Hermias, Hiſtoricus Eccleſiaſticus Græcus; ſed vel ipſe Novatianis erroribus implicatus.

Speculum Vitæ S. Franciſci, & Socior. Edit. Venet. 1504.

Staidelii Fratres, Franciſcus & Bonaventura Tridentini, Ord. Min., ambo præclari Magiſtri, atque Scriptores.

S. Stanislaus Cracovienſis Epiſcop. & Martyr.

Digitized by Google

Stay Benedictus Archipresbyter, Raguſinus natione, Publ. Profeſſor Rhetoricæ, & Hiſtoriæ Romanæ in Archilyceo Sapientiæ de Urbe, & ſanctæ memoriæ Clementi XIV. ab Epiſtolis Latinis, inter cujus præclara Opera ad meam tantum pervenere notitiam *Oratio habita in Funere Friderici Auguſti III. Poloniæ Regis*, *Ode de Maria Thereſia Hungariæ Regina ad Joſephum Dionyſium Cribellum*, MS., *Philoſophiæ Carteſianæ verſibus tradita Libri VI.*

S. Stephanus Protomartyr.

Stephanus Æduenſis, ſeu potius Auguſtodunenſis Epiſcopus circa ann. 1113. qui renuntiato Epiſcopatu factus eſt Monachus Cluniacenſis. Scripſit *Librum ſeu Tractatum de Sacramento Altaris, & iis quæ ad illud, varioſque Eccleſiæ Miniſtros pertinent.*

Steuchus. Vid. Auguſtinus Steuchus.

Strabo Walafridus, Fuldenſis Monachus, Rabani Mauri auditor, Auctor *Gloſſæ*, quæ *Magiſtralis* dicitur, atque *Ordinaria*, magno labore ex ampliſſimis aliorum ac præſertim d. Rabani Magiſtri ſui Commentariis collecta, quæ poſtea ab Anſelmo Laudunenſi, aliiſque, compluribus Patrum adjectis Sententiis, & Expoſitionibus, aucta & locupletata eſt. Cardin. Bona, Graveſon, Luydlius &c. cenſent minime diſtinguendum a Strabone Decano Sangallenſi, ac poſtea Abbate Augiæ divitis ad Lacum Acronianum in Suevia, qui Auctor eſt egregii Operis *De Exord. & Increment. Rer. Eccleſiaſt.* Apud Labbeum tamen & Oudinum multi diſtinguunt.

Sturmius Joannes Chriſtophorus, Mathematicus & Medicus, diverſus a Joanne Sturmio Philoſopho & Medico.

Suarez Franciſcus Granaten., inter primæ notæ Theologos Scholaſticos adnumerandus, S. J.

Suarez Joannes a S. Antonio Salmant., Ord. Min., Biblioth. Franciſcanæ noviſſimæ Scriptor Hiſtoricus.

Suetonius Cajus Tranquillus, Plinii Junioris amicus, Hiſtoricus Latinus, candidus, atque liber, qui, judicio D. Hieronymi, ea libertate *Vitas Cæſarum* ſcripſit, qua ipſi vixerunt. Hoc antiquior Suetonius Cajus Paulinus.

Suidas, religione Chriſtianus, natione Græcus, cujus locupletiſſimum *Lexicon Græcum* cum notis Kuſteri 3. Vol. in fol.

Sulpicius. Vid. Severus.

Supplementum antiquarii Jani Laurenbergi.

Surius Laurentius, Monachus Carthuſianus, cujus laborioſiſſimum Opus *De Vitis Sanctorum*. Notatur tamen quod Scriptorum veterum phraſim primigeniam nequaquam ſervaverit.

Syvindenius, Scriptor Anglus *De Sede Inferni in Sole*; ſed legenda Clar. P. Joan. Vincent. Patuzzi Ord. Præd. *De Sede Inferni in terris quærenda* Diſſertatio in tres Partes diſtributa, adverſus Syvindenium, Voſſium, Bochartum, alioſque Heterodoxos, ad complementum Operis *De futuro impiorum Statu*.

Sylveira Joannes, Ord. Carmel., nedum ſanguine, ſed & Comment. in Evangel. & Apocal. 7. Vol. in fol. Lugduni, aliiſque Opp. illuſtris.

Sylveſter Prieras, Sacri Palatii Apoſtolici Magiſter, Ord. Præd., cujus eſt in Biblioth. Epiſc. Trid. *Dyalogus contra Lutherum de Poteſtate Papæ*.

Symmachus, ex Chriſtiano Ebionita ſacræ Scripturæ Interpres, cujus Translatio in Græcum quarta, poſt primam LXXII. Interpretum, ſecundam Aquilæ Pontici, ac tertiam Theodotionis. Et hæ quatuor Translationes collectæ ſunt ab Origene in *Tetraplis*; quibus in *Hexaplis* poſtea addidit, atque præmiſit textum Hebraicum Hebraice ſcriptum, nec non textum Hebraicum, ſed Græco charactere exaratum: repertis vero dein Quinta & Sexta Editionibus, ab Hebræis, ſed piis (ut putat Hieronymus) hominibus elaboratis, eaſdem Origenes *Hexaplis* adjungens, *Octapla* compoſuit, de quibus fuſius Epiphanius, qui, ut ut Origeni infenſiſſimus, ejuſmodi ab eo navatam egregie operam non ſemel laudavit. Ita Spondan. ad ann. 233. n. 3. Extat *Diſſertatio de Origenis Hexaplis & Octaplis*, Romæ edita ann. 1671. in 4. Dionyſii de Rives, natione Galli, patria Avenionenſis, Ord. Min. Vid. ſupra Origenes.

Syngelus Michael, Presbyter Jeroſolymitanus, cujus eſt *Encomium & Vita S. Dionyſii Areopagitæ*, quæ præmittuntur *Vindiciis Areopagiticis* P. Cozza, de quo ſupra.

Ta-

Digitized by Google

T

Tacitus Cornelius, Historicus Latinus, ac Orator clarissimus, Scriptor stili sublimis, pressi, arguti, & sententiosi; sed impius quandoque, & detestandus. Scripsit præter *Historiam Principum ab Augusto usque ad Hadrianum*, etiam *de Moribus & situ Germanorum*: nec non *de claris Oratoribus*, ubi ait „ Exprime, Mater„ ne, caussas, cur tantum ab elo„ quentia eorum recesserimus; cum „ præsertim centum viginti annos „ ab interitu Ciceronis in hunc diem „ effici, ratio temporum collegerit.“ De eo Muretus Vol. 2. Orat. 16. 17. 18. nec non Hadrianus Cardinalis, cui Alpes nostræ Tridentinæ refugium præstiterunt, in Ep. de Ser. Lat.

Tamburinus Thomas, S. J. celebris inter benigniores Probabilistas.

Tancredus Angelus Reatinus, Ordin. Minor. primus miles, qui Ordinem est ingressus, *Vir*, teste Pisano, *perfectionis & sanctitatis*, de quo Mart. Franc. 27. Febr.

Tataretus Petrus, Tert. Ordin. Minor. Art. & sacr. Theol. Doctor, & Scotista subtilissimus, Parisiensis nuncupatus, cujus *Comment. in quatuor Libros Sententiarum Joan. Duns Scoti Subtilium Principis* excusa Venetiis ann. 1583. dicavit Ludovico Madrutio Episc. & Princ. Trident. S. R. E. Card. Bonaventura Manentus Brixianus in Gymnasio Patavino sacr. Theol. Professor publicus Ord. Min. ubi ex quadam Addit. ad Trithem. de Scriptor. Eccl. refert Tatareti commendationem, & plura ejus Opp. Laudatur quoque a Bordonio in suo Chronologio Tert. Ord.

Tatianus, natione Syrus, S. Justini Philosophi & Martyris auditor, post sui Magistri martyrium Hæreticus.

Talelæus in Vitis Patrum.

Taulerus Joannes, Ord. Præd. Theologus mysticus, profundus, cœlestique sapientia præditus.

Tebaldi Ubaldus, Ord. Min., Custos Tabularii sacri Conventus Assisiensis S. P. N. Franc.

Terentius, Poeta Comicus, natione Afer, patria Carthaginensis, quem Cicero elegantissimum appellat, de quo etiam Horatius L. 2. Ep. 1. v. 59. *Vincere Cæcilius gravitate, Terentius arte*.

Tertullianus Q. Septimius, patria Carthaginensis, Presbyter, *omni* (ut ait Lactantius L. 3. c. 2. Instit.) *genere literarum peritus*; sed in hæresim proh dolor! Montani incidit, cujus lapsus nos admonet, non altum sapere, sed timere. Ejus Opp. perbelle illustrata a Beato Rhenano, a Jacobo Pamelio, a Joan. Lud. de la Cerda S. J., a Nicolao Rigaltio, a P. Georgio Ambianensi Ord. Minor. &c., atque etiam a P. Michaele Vivien ejusd. O. M. ita accommodata Concionibus, ut tandem evaserit *Tertullianus Prædicans*. Idem *de Pallio* Notis Latinis, & Interpretatione Gallica, illustratus per Edmundum Richerium in 8. Parisiis 1600. Idem cum Notis Salmasii in 8. Paris. 1622. Ejusdem *Apologeticum contra Gentes* Hispanice redditum, Notis eruditis, ac Præfatione perdocta illustratum a Petro Manero ex Ministro Gen. Ord. Minor. ad Ecclesiam Tyrasonensem assumpto, Cæsaraugustæ 1644. in 4. nec non ejusdem Maneri studio itidem editus ipsiusmet Tertulliani Lib. *de Patientia, & Exhortatio ad Martyres in carcerem missos*, Matriti 1657. in fol. parvo. Item Lib. *de Præscriptionibus*, cum Scholiis, & Notis Christiani Lupi in 4. Bruxellis 1675. Utque alios missos faciam, etiam P. Carolus Moreau Eremita Augustinianus an. 1658. tribus in fol. Voluminibus edidit *Omniloquium Tertulliani* Impress. pariter Parisien.

Themistius Philosophus Peripateticus, temporibus Juliani Apostatæ, cui fuit acceptus; ac etiam Valentis Imper. Ariani, cujus animum demulcere studuit, ne in Catholicos sæviret; nec non temporibus Theodosii Magni, qui eum in Præfectum Constantinop. Urbis assumpsit, ac etiam in Filii sui Præceptorem. Stricta intercessit inter ipsum & S. Gregor. Nazianz. amicitia. Non tamen constat fuisse Christianum. Ejus Opp. plura habentur in Biblioth. Episc. Trid.

Theo-

Digitized by Google

Theodicæa Leibnitii cum notis Gottſchedii.

Theodoretus Cyri Epiſc. in Syria, unus ex doctioribus Eccleſiæ Patribus, qui pro ſuo zelo, ſapientia, & eloquentia, non ſolum in Eccleſiis ſibi ſubjectis, ſed etiam in Antiochenis grandem Hæreticorum & Peccatorum numerum ad Chriſtum convertit. Ejus Operum melior Editio eſt Græco-Latina an. 1642. P. Sirmondi in fol. Vol. 4. nec non P. Garnier, qui eam recudit, & auxit an. 1684. 5. Vol. Hæc Opp. immortalem Theodoreto pepererunt laudem, ſi tamen exceperis *Capitula XII.* ab ipſo oppoſita *XII. Anathematiſmis* S. Cyrilli Alexandrini, damnata in Synodo Generali V. Act. 5. intacta tamen ejus perſona, aliiſque ejus Operibus, eo quod Cyrillo fuerit reconciliatus, Neſtorii errores viva voce, ſcriptoque improbaverit, fueritque in communionem fidelium a S. Leone Papa, & a PP. Concilii Chalcedon. receptus. Ita fuit Theodoretus ſicut Sol eclypſim paſſus ob præſtitum perſonis Neſtorianorum favorem, ſed brevi rurſum ſuæ luci reſtitutus. Natalis Alexander Hiſt. Eccl. To. 10. Art. 28. recte expendit Theodoreti teſtimonia, quibus Heterodoxi contra Fidem præſentiæ realis Corporis Chriſti in Euchariſtia, & Tranſubſtantiationis, abutuntur.

Theodoricus, Gothorum Rex.

Theodorus Heracleæ Traciarum Epiſcopus, ſub Conſtantino Principe circa an. 320. Scriptor *Commentariorum in Matth. & in Joan. & in Apoſtolum, & in Pſalter.* de quibus S. Hier. in Catal. cap. 90. Ejus *Comment. in Pſalmos Davidis* primus edidit ex Codd. MSS. Bavar. Biblioth. Balthaſſar Corderus S. J.

Theodorus Epiſcopus Mopſueſtenus in Cilicia, Vir quidem eximii ingenii & eruditionis, & Hæreſeon Arianæ, Eunomianæ, & Apollinariæ doctis Voluminibus impugnator; ſed defenſor & magiſter Pelagianæ, ac Neſtorianæ. Quare contra ejus Perſonam, ac Scripta heterodoxa pronuntiavit anathema Concilium OEcumenicum V. Conſtantinopolianum II. ann. 553. damnavitque Epiſtolam Ibæ Edeſſeni ad Marim Perſam, nec non Scripta ſupra memorati Theodoreti contra S. Cyrilli Anathematiſmos latos in hæreſim Neſtorianam. Ex Theodori præfati multis Opp. nunc ſuperſunt *Comment. in Pſalmos* in Catena PP. Græcor. P. Corder, & *Comment. MSS. in* 12. *Min. Proph.* Quibus adde pleraque Fragmenta in Bibliotheca Photii.

Theodoſius Magnus Imp., inter cujus præclariora facinora illud jure ac merito recenſendum, quod reus fuſſ Theſſalonicenſium ſanguinis, ſeque excuſans exemplo Davidis, qui homicidium itidem perpetraſſet; quam humillime obſecutus fuerit Ambroſio illico reſpondenti: *Qui ſecutus es errantem, ſequere pœnitentem*, atque ita peractæ publicæ pœnitentiæ inſigne poſteris exemplum præbuerit.

Theodoſius junior Imp. vel ipſe laudandus, quod reliquias Gentilitatis funditus ſuſtulerit, hoſtes pietate vicerit, illuſtre modeſtiæ exemplum intra Templum ediderit, Corpus S. Joan. Chryſoſt. a loco exilii Conſtantinopolim celeberrima pompa transferendum mandaverit, Scripta Porphyrii & Neſtorianorum cremari juſſerit &c. Macula autem, quæ ſibi adhæſit ob favorem præſtitum Eutycheti hæreſiarchæ, in odium Flaviani Conſtantinopolitani Epiſcopi, debita pœnitentia expiavit.

Theodotion Epheſinus, ex Hæretico factus Proſelytus Judæorum, ſacram Scripturam in Græcum vertit & Syriacum. Et hæc eſt Translatio tertia poſt primam LXXII. Interpretum, & ſecundam Aquilæ Pontici. Cæterum Theodotionem majori fide in interpretatione ſua uſum eſſe quam cæteros ei ſimiles Hæreticos Judaizantes, Epiphanius teſtatur: ipſamque Eccleſiam, Danielem ab eo translatum in frequentiorem uſum olim recepiſſe, Hieronymus tradit. Vid. Spondan. ad an. 183. n. 6.

Theodotus Byzantinus, Hæreticus, qui aſſeruit Chriſtum eſſe tantummodo hominem, ut tradunt Tertullianus, Epiphanius, Auguſtinus &c. At Theodotus Ancyranus ſcripſit contra Neſtorium.

Theophanes, Nicææ ad an. 1340. Archiep. Fuit & Theophanes Cerameus an. 880. Ep. Tauromen. in Sicil., ac Theophanes Abbas an. 810. de quorum Opp. Oudinus in Supplem. ad Bellarm. de Scri-

Digitized by Google

Scriptor. Eccl. Theophanis Ceramei Opp. G. L. in fol. Pariſ. 1644.

Theophilactus, Bulgarorum Archiep. ſed Schiſmaticus ſæc. XI., cujus *Commentaria in ſacr. Scriptur.* ex grandioribus S. Chryſoſtomi Voluminibus ſunt delibata, ac velut in epitomen contracta. Schiſmaticum ſe prodit ex eo, quod in cap. 3. Joan. ſuggillat Latinos credentes Spiritum ſanctum a Patre Filioque procedere. Quoad reliqua inoffenſo pede poteſt decurri. Lectu digna eſt *Inſtitutio Regia ad Conſtantin. Porphyrogen.* edita a P. Poſſino, nec non *Oratio in adoratione S. Crucis* evulgata a P. Gretſero. Theophilactus *in Evangelia* G. L. fol. Pariſiis. Item *in Paulum* fol. Londini.

Theophraſtus, Philoſophus Græcus, prius Tyrtamus dictus, ſed ab Ariſtotele Magiſtro ſuo, ob oris & eloquentiæ ſuavitatem quaſi Divinam, vocatus *Theophraſtus*. Ejus ſæpiſſime meminit Cicero in Libb. Philoſoph. & Orator. Plura ſcripſit, quorum nunc extant tantum quod ego ſciam, *Libri de plantis*, præter parva quædam Opuſcula.

Theupolus Joannes, Primicerius S. Marci Venetiar., Scriptor Aſceticus.

Thomas, Abbas S. Andreæ Vercellen., Ord. S. Bened., Scriptor *Commentarior. in Opera D. Dionyſii Areopagitæ*, & *in Cant. Canticor.*

S. Thomas de Aquino, Ord. Præd., vitæ & ſapientiæ vere Angelicus, & Auguſtinianæ Doctrinæ cultor eximius, cujus Opera (ut S. Hieronymus de S. Cypriano ſcripſit) ſole ſunt clariora. *De Geſtis, Scriptis, ac Doctrina S. Thomæ Aquinatis* ſunt Cl. P. de Rubeis *Diſſertationes Criticæ & Apologeticæ*. Inter Angelici ejuſdem Opp. in Biblioth. Capit. Trid. habetur MS. *De quatuor Virtutibus Cardinalibus*. Inſtante *Archidiacono Tridentino* (verosimiliter Odolrico de Sejano Archidiac. an. 1260. & 1280.) expoſuit Angelicus Decretalem primam *De Summa Trinit. & Fide Cath.* nec non ſecundam *De errore Ab. Joachim*. Fuit S. Bonaventuræ magna caritate conjunctus, ejuſque ſanctitatis oculatus teſtis. Et qui Aquinatis Angelicæ Doctrinæ detrahit (uti auſu prorſus temerario fit apud Joan. Lomejerum L. ſingulari *De Bibliothecis* pag. m. 138.) canis eſt lapidem mordens.

Thomas Anglicus, Ord. Præd. plurium editor Commentariorum, quos nonnulli, obſervante Sixto Senenſi, inconſiderate S. Thomæ Angelico tribuerunt.

Thomas de Celano, Ord. Min. primus apud Haroldum (de quo ſupra) ad an. 1230. Scriptor *Vitæ S. Franc.*, cui fuit familiaris, ex præcepto Gregor. IX. a quo Legenda ipſa denominatur. Secundus Dom. Joannes de Ceperano, de quo ſupra. Tertius Anglicus quidam illam Celani Legendam in Carmen Heroicum vertit. Quarto diffuſius retulerunt Socii tres Leo, Angelus & Ruffinus, de quibus ſupra. Quinto prædictus Celanus ampliorem reddidit, quam antea ſcripſerat, cui ſecundam addidit partem. Sextus S. Bonaventura, id rogante toto ferme Minorum Sodalitio, qui poſtea breviorem concinnavit, per Offic. Feſti, & Octavæ S. Franc. diſtributam. Septimus Fr. Bernardus a Beſſa S. Bonaventuræ Socius, & a ſecretis de quo ſupra. Octavus Fr. Bartholomæus Piſanus, de quo ſupra. Nonus Jacobus Odo Peruſinus, eam per duodecim virtutum prærogativas idiomate Italico diſpertivit, de quo ſupra. Decimus Franciſcus Maurus Hiſpellas, de quo ſupra. Juniores numero plurimos miſſos facio, unice ſubdens *Vitam S. Franc.* ſcriptam a S. Bonav. haberi in membr. Codd. MSS. Aſſiſien., ac noſtræ Biblioth. Bernardin. nec non ſparſim inſertam alteri Cod. Chartac. MS. Chronicar. 24. Miniſtr. General. ejuſd. Biblioth.

Thomas Hybernicus, cognomento Palmeranus, Socius Sorbonicus, qui collegit *Manipulum Florum*, quem inchoavit Joan. Guallenſis Ord. Min.

Thomas. Vid. Walſinghamus.

Thomaſinius Jacobus Philippus, Epiſc. Æmonienſis, de *MSS. in Biblioth. Patavin. & Venet.* a Joachimo Jo. Madero laudatiſ.

Thomaſius Joſeph Maria, Ven. Card. Cler. Regular., Vir nobiliſſimi generis, eximiæ pietatis, & doctrinæ, cujus Opp. omnia, ſacra eruditione referta, diebus noſtris recenſuit, notiſque auxit Cl. P. Antonius Franciſcus Vezzoſi Cler. Regular. Hiſtoriæ Eccleſ. in Archigymnaſio Romano Profeſſor. Inter ea hoc unice mentionem faciam ejus *Inſtitutionum*

Digitized by Google

Theologicarum Antiquorum Patrum, quarum Pars prima complectitur *Tertulliani Librum De Præscriptionibus adversus Hæreticos*; *S. Gregorii Nazianzeni cognomento Theologi Orationem de moderatione in disputationibus servanda, & quod non sit cujusvis hominis, nec cujusvis temporis, de Deo disputare*, interprete Jacobo Billio; nec non, eod. interpr., ejus *Orationem primam de Theologia, quæ disputationibus adversus Eunomianos est velut præludium*; *S. Vincentii Lirinensis Commonitorium*; *S. Cæcilii Cypriani Carthag. Episc. & Martyr. Testimoniorum ad Quirinum Librum tertium*; *S. Basilii Cæsareæ Cappadociæ Archiepiscopi Ascetica, Hoc est, Instituta exercitationis ad pietatem*. Secunda Pars *S. Epiphanii Salaminæ seu Constantiæ in Cypro Ancoratum*; Ejusdem *Expositionem Fidei Catholicæ & Apostolicæ Ecclesiæ*; atque *Anacephalæosin eorum, quæ in Panario adversus 80. Hæreses dicta sunt*; *S. Aurelii Augustini Hippon. Episc. ex Libro de Catechizandis rudibus Catecheses duas*; ejusdem *Enchiridion ad Laurentium, sive de Fide, Spe, & Caritate Librum unum*. Tertia Pars *Libros S. Augustini* 11. 12. 13. 14. 19. 20. 21. 22. *de Civitate Dei*; *Lib. de Agone Christiano*; *Lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum*; *& Gennadii Massilienſis Presb. Lib. de Ecclesiasticis Dogmatibus*. Pars quarta *B. Theodoreti Episc. Cyri Hæretic. Fabularum Libros V.*; *S. Fulgentii Episc. de Fide ad Petrum Lib. unum*; *S Isidori Hispalensis Episc. Sententiarum Libros tres*. Omitto enumerare reliqua ejus Opp. haud pauca, ex quibus palam est, ipsum fuisse in Divinis Literis, Rebus Liturgicis, Ascetìcis, ac etiam Criticis, egregie exercitatum.

Thomassinus Ludovicus, Congregat. Orat. Gallic., inter cujus præclara Opp. *Vetus & Nova Ecclesiæ Disciplina, Dogmata Theologica, Methodi ad studia humanarum Literarum, Philosophiæ, Historicorum profanorum &c.*

Thomas Spalatensis Archidiaconus, Scriptor Historiæ Salonitanæ.

Tiberius Imperator, de quo Seneca inde Consol. ad Helviam Matrem scripsit: *Illum a rerum natura editum, ut ostenderet quid summa vitia in summa fortuna possent*.

Tibullus, prænomine Albius, Eques Romanus, atque Poeta elogiographus miræ suavitatis, tersæque elegantiæ. Ejus ætas præcessit Ovidium, Virgilium autem est subsecuta.

Tichonius, natione Afer, Donatista, cujus præter multa relata a Gennadio Massilienſi, & Honorio Augustodunensi, est Opusculum *de septem regulis ad investigandam & inveniendam intelligentiam Scripturarum*.

Tillemontius Ludovicus Sebastianus Nain, Historicus Ecclesiasticus, acutæ natis Criticus, inter cujus Opp. præcellunt *Memoires pour servir a l' Histoire des six premiers Siecles &c. 4 gr. papier. T. 16. 1732. Histoire des Empereurs, & des autres Princes qui on regnè durant les six premiers siecles de l' Eglise &c. 4. gr. papier. T. 6. 1732.*

S. Timotheus, discipulus S. Pauli, Episcop. Ephes. & Mar.

Tiraquellus Andreas, J. C., & Senator Parisien. Scriptor multorum Operum, Genitorque multorum Filiorum, circiter 30. adeo ut diceretur de eo, singulis annis unum genuisse Filium, & unum edidisse Librum. Inter ejus docta Opp. *Comment. in Genialium Lib. sex Alexandri ab Alexandro*, de quo supra, *de Privilegiis piæ causæ, de Prærogativis Nobilitatis &c.*

Tirinus Jacobus, Antuerpiensis, S. J. sacræ Scripturæ Interpres, qui omnium teritur manibus.

Titelmanus Franciscus, Hasselensis, Ord. Min., Lovanii Philosophus & Theologus, notæ famæ, doctrinæ, atque pietatis, qui Carolo V. Cæsari nuncupavit suam *Elucidationem in Davidicos Psalmos*, in qua Annotationes ex Hebræo, Chaldæo, ac Græco, satis ejus eruditionem produnt. Cornelius a Lap. inter Interpretes *Cantici Canticorum* recentiores, qui *cæteris eminent*, eum recenset, de cujus multis Opp. Bibl. Franc.

Titus Vespasianus, Flavii Vespasiani ex Flavia Domitilla clarissima femina Filius, illiusque Imperio successor, Populo Romano adeo charus, ut vulgo orbis amor, & deliciæ humani generis diceretur. Regnavit hic Princeps optimus circa an. Chr. 81.

Toletus Franciscus, S. J. Card., præter alia Opp., S. Lucam & Joannem Commentariis illustravit, laudatus a Domin. Soto ejus Magist.

Töpselius Franciscus, Præpositus Pollinganus, Can. Reg. S. Aug., cujus lo-

Digitized by Google

locupletiſſimæ Bibliothecæ, me plurimum debere profiteor.

Toſſinianenſis. Vid. Rodulphius.

Toſtatus Alphonſus, Abulenſis Epiſc., multorum Librorum Vet. Teſtam. & Matth. Interpres, 14 To. in fol. Venet. 1507. 1596. &c. de quo dictum: *Hic ſtupor eſt Mundi, qui ſcibile diſcutit omne.* Notatur tamen, ut prolixior, & in digreſſiones facilior.

Tovatius Joannes Chryſoſtomus de Avolano, Ord. Min. ſolers rerum Tridentinarum & Tirolenſium inveſtigator, Rubriciſta, ac Chronologus Ref. Prov. S. Vigilii, cujus plura variæ eruditionis Opuſc. MSS., & cui velut olim meorum adjutori ſtudiorum multum me obſtrictum agnoſco.

Tourneminius Renatus Joſeph S. J., cujus *Supplementum Comment. Menochii*, de quo ſupra.

Tournely Honoratus, Doctor Sorbonicus, Theologus Dogmaticus, & Moralis, qui ~~ſuis favit~~ Scriptis Bullæ *Unigenitus*.

Trajanus Marcus Ulpius Crinitus Imperator, natione Hiſpanus, cujus quanta fuerit bonitas, teſtantur illæ acclamationes Principibus exhiberi ſolitæ: *Sis Auguſto felicior, Trajano melior*, ut apud Eutrop. L. 18 c. 2. legere eſt. Hujus tamen optimi Principis inter Ethnicos non bonitatem, ſed crudelitatem experti ſunt Chriſtiani, quorum perſecutione illius gloria obſcurata remanſit. Obiit in Cilicia annor. 64. ann. Chr. 117. cum imperaſſet 20. c. In ejus laudem eſt magnifica Panegyris Plinii junioris.

Trallianus Alexander Medicus, ac celebris Philoſophus ſæc. VI.

Trapezuntius origine, Georgius, ſed in Creta inſula natus, qui multa e Græcis vertit, nec pauca Latine ſcripſit, Romæ mortuus decrepitus an. 1486.

Trebellius Pollio, diligens & fidelis Hiſtoricus, unus ex ſex Scriptoribus Hiſtoriæ Auguſtæ, ſub Diocletiano.

Tremellius Emmanuel, ex Hebr. Hær. Auctor Verſion. Lat. N. T. ex Syr., V. T. ex Hebr.

Triſmegiſtus. Vid. Mercurius, qui videtur umbram noviſſe SS. Trinitatis illis verbis: *Monas genuit Monadem, quæ ſupra ſe reflectens, produxit amorem.* Sic & Plato, aliique antiqui Philoſophi in Deo agnoſcentes *Unitatem, Intelligentiam*, & *Animam mundi*, quaſi per umbram, & de longinquo, viderunt veritatem, deficientes in intuitu Trinitatis,

Trithemius Joannes, Abbas Spanhemenſis, Ord. S. Ben. verax S. Bonaventuræ laudator, ad quem ſcribens Jacobus Wimphelingius Sletſtatenſis ex Spiris 15. Cal. Octobr. ann. 1492. dixit, quod *Bonaventura Italo non eſt major, non profundior, non devotior in Scripturis Sanctis.* Ante ejuſdem Trithem. Lib. *De Scriptor. Eccl.* extat ejus *Epiſtola reſponſiva ad Venerandum Doctiſſimumque Virum Patrem Albertum Marderer Ordinis Minorum* dat. ex Spanhem quarto nonas April. an. Dom. 1492. in qua rationem reddit, *cur inter Eccleſiaſticos Scriptores, multos ſæcularium Literarum Profeſſores poſuerit.*

Trivetus Nicolaus, natione Anglus, Ord. Præd, Scriptor Chronographus.

Trombellius Joannes Chryſoſtomus, S. Salvatoris Bononiæ Abbas, & Canonicor. Regular. Congr. Rhenanæ Exgeneralis, ſuo ſat nomine & fama, noſtra ætate notiſſimus, ob varia præclara Opera ab eodem edita.

Tudenſis. Vid. Lucas, nec non ejus graviſſimum teſtimonium de ſacris Stigmatibus S. P. N. Franciſci *Lib. 2. adverſus Albigenſ. c. 11.*, ac ejuſdem Edit. Ingolſtadii 1612. in 4. cum Notis Joan. Marianæ.

Tullius. Vid. Cicero, quem vid. quoque L. 1. de Offic. n. 30. ubi ait: *Quo circa bene præcipiunt qui vetant quidquam agere, quod dubites æquum ſit, an iniquum. Æ QUITAS enim lucet ipſa per ſe; dubitatio autem cogitationem ſignificat injuriæ.* Quæ quidem verba expendens Clariſſ. Mabillonius Par. 2. Tract. *de Stud. Monaſt.* cap. 7. inquit „ Nunquid rectior norma, „ ad probabilitatem attinens, in Neo„ tericorum Summis apparet ea Tul„ lii præfati, in qua præſcribit, ab „ iis univerſim nobis cavendum eſſe, „ quæ licita nec ne ſint quodammodo dubitamus? . . . . . Quot Con„ ſcientiæ Caſus, inquit egregius qui„ dam Scholiaſtes, ex iſto ſolum „ principio liquido reſolverentur, ſi „ Chriſtifideles hoc ipſum ſerio vel„ lent animadvertere! “

Turpilius, Poeta Comicus, cujus multa Carmina a Nonio & Priſciano afferuntur.

De Turrecremata Joannes Hiſpanus, Ord. Præd. ex Magiſtro ſacri Palatii,

Digitized by Google

tii, in Concilio Florentino, ab Eugenio IV. creatus Card., Juris utriusque peritissimus, Scriptor Opp. variorum, Lutetiæ, Venetiis, Lugduni, Coloniæ, alibique editorum. Sed omnibus ejus Opp. longe anteferendum illud, de quo Aubertus Miræus in Auctario num. 477. „ *Titulo Annuntiatæ Virginis* instituit Romæ piorum hominum Sodalitium, qui in „ Festo Annuntiationis Deiparæ, „ Virgines inopes Romanas, addita „ dote, nuptui quorannis tradunt.“

V

VAlens Imperator, Arianorum patronus, quem quotidie in Orthodoxos sævientem auctoritate sua & Epistolis, teste Suida, reddidit mitiorem Themistius, de quo supra.

Valentia Jacobus, Ord. Erem. S. Aug. Episc. Christopolitanus, Auctor *Commentarior. in Psal., Cantica Salomon. Zach. B. Virg. & Simeon. &c.*

Valentinus, ex Philosopho Hæresiarcha sub Antonino Pio.

Valerianus, natione Gallus, Cimeliensis trans Varum apud Alpes Maritimas Episcopus, cujus Homiliæ XX. editæ a Sirmondo in 8. Parisiis 1612. Alia in Biblioth. PP. Item cum aliorum Patrum Operibus per Theophylum Raynaudum, qui eum purgare conatus est a suspicione Semipelagianismi, in fol. Paris. 1623. & Lugd. 1633.

Valerianus Imperator, crudelis persecutor Christianorum.

Valerius Episcopus, sic a Thoma Hibernico relatus.

Valerius Asturicensis Archipresbyter, quem anno Christi nongentesimo nono *Multas Vitas Patrum Orientalium*, ab editis multo diversas, collegisse in unum Volumen, Gothicis literis exaratum, atque in Toletanæ Ecclesiæ Bibliotheca servatum, testatur oculatus testis Rosvveydus, in fine Prolegom. 4. ad Vitas Patrum typis Plantinianis editas.

Valerius Maximus Romanus Historicus, qui ad Tiberium Imp. scripsit *Libros novem dictorum, factorumque memorabilium*; sed qui, si Francisco Madio Ep. 54. fides sit, corrupti, & glossematis interpolati, ad nos pervenere.

Valesius Henricus, qui *Eusebii, Socratis, Sozomeni, Theodoreti; Evagrii, Philostorgii, & Theodori, Lectoris Historiam Ecclesiasticam*, cum eruditissimis Notis ac Dissertationibus Græco-Latinam publicavit.

Vallesius Franciscus Covarrubianus, cujus *Liber de sacra Philosophia, sive de iis, quæ in Libris sacris physice scripta sunt*.

Valla Laurentius, nativitate Placentinus, patria Romanus, celebertimus Grammaticus, & Rhetor, latini Sermonis peritissimus, cujus in pretio habentur *Libri VI. Elegantiarum Linguæ Latinæ*; cui tamen vitio vertitur, quod fuerit *Censor Linguæ Latinæ mordacissimus*. Se quoque Græce doctum ostendit, e Græco in Latinum vertens Homerum, Herodotum, & Thucydidem; at in hoc ipso fuit censuræ aliorum obnoxius. Scripsit non solum in *Pogium Florentinum* acerrimum sui æmulum; sed & in *Antonium Raudensem* Ord. Min., qui tamen Theologus fuit omni studiorum genere insignis, quive Lactantii Firmiani assidua lectione delectatus, ut emendatior & purior prodiret, effecit.

Vallarsius Dominicus, Veronen. Presbyter, celebris novissimus Illustrator Operum S. Hieronymi, opem inter alios ferente Clariss. Scipione Marchione Maffejo meo olim singulari Patrono.

Valleoletanus Ludovicus, Ord. Præd., Scriptor Rer. Dominic.

Vanroy Leonardus, Ord. Erem. S. Aug. in Universitate Lovanienſi Professor, cujus Moralis Theologia, Patrum, præsertim D. ejusdem Augustini, doctrina passim referta.

Variantes Lectiones Vet. & Nov. Testam. secundum antiquissimum Cod. MS. Toletanæ Ecclesiæ, Gothicis literis scriptum.

Varro, prænomine Marcus Terentius, Romanorum omnium doctissimus, de quo S. Hieronym. *Marcus Varro cunctarum antiquitatum diligentissimus perscrutator*. Vid. supra Muratorius.

Vasquez Gabriel, Hispanus Bellemontanus, inter Scholasticos Theologus admodum doctus & eruditus, S. J.

Vatablus Franciscus, inter præstantio-

res

Digitized by Google

res Gallos sæc. XVI. in Academia Parisiensi Linguæ Hebraicæ Professores, atque in sacris Literis eminentiores, merito adnumerandus. Vatabli *in Biblia sacra Annotationes* primo editæ Parif. in fol. deinde Salmanticæ perpurgatæ 2. To. fol. 1584. Ejusdem *in Biblia Scholia*, Salmanticæ 1584.

Ubertinus de Casali, Ord. Min., cujus *Arbor Vitæ* ad instar est *Ligni Vitæ* S. Bonaventuræ, quem laudat. Scripsit quoque *De septem Visionibus Ecclesiæ, juxta septem Visiones Apocalypsis &c.*

Vega Andreas, Hispanus Segoviensis, Ord. Min. Linguarum peritus, a Joanne Calvo Gen. Minist. ejusdem Ord. *Prælector Salmanticensis doctissimus* in Literis ad Alphonsum de Castro datis Tridenti an. 1546. die 27. Jul. nuncupatus. Ejus *Opus De Justificatione* ab eodem Alphonso de Castro, Petro Canisio, aliisque præstantissimis Viris eximie laudatur. In Procem. ejus est Commendatio & Descriptio Tridenti, una cum honorifica mentione Card. Princ. & Episc. Trident. Christophori Madrutii.

Vegetius Renatus Flavius, eloquens doctusque Scriptor *Libror. 4. de re militari* ad Valentin. II. August.

Vellejus Paterculus, Eques Romanus, a Tiberio Imp. Prætor factus, Auctor duorum Librorum *Historiæ Compendiariæ de Rebus Romanis*, stylo plane Latino, & eleganti.

Venantius Fortunatus, gente Italus, Episc. Pictaviensis, cujus Opera illustrata a P. Christophoro Brovvero S. J.

Veneti Editores Operum S. Bonav. admodum eruditi PP. Joannes de Augustinis, & Illuminatus de Venetiis Ord. Min. debita laude nequaquam fraudandi, tametsi circa pleraque ejusdem Opp. Critici morosiores.

Versiones sacræ Scripturæ Ægyptiaca, Æthiopica, Arabica, Armenica, Chaldæa, Coptica, Græca LXXII. Interpr. ex Hebræo, Persica, Syriaca, Tigurina &c.

Versio *Itala*, quæ etiam vocatur *Communis*, *Vulgata*, & *Vetus*. Appellata est *Itala* ab Augustino Lib. 1. de Doctr. Christ. c. 15. *Communis* ab Hieronymo in cap. 14. ac 49. Isaiæ. *Vulgata* ab Orosio aliisque plurimis. *Vetus* a Gregorio Magno in Epist. ad Leandrum, quæ suis Moralium Libris præfixa est. *Itala*, & *Vulgata* dicta, quia in Ecclesia Latina maxime usitata. *Vetus*, quia ejus usus erat antiquus. *Communis*, quia communem approbationem meruerat, utpote, Auctore Augustino, *verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ*. Versio autem hæc, quemadmodum & reliquæ Latinæ omnes, ex Versione Græca LXXII. Interpretum facta est, non vero ex Hebræo; eaque, saltem pro idioma Græcum nescientibus, ab Ecclesia Romana usque ad Damasum Papam recepta. Porro laudatæ *Latinæ Versionis Antiquæ*, seu *Veteris Italicæ Evangeliarium Quadruplex* in lucem editum fuit ex Codd. MSS. aureis, argenteis, purpureis, aliisque plusquam millenariæ antiquitatis sub auspiciis Joannis V. Regis Fidelissimi Lusitaniæ, Algarbiorum &c., a Clariss. Josepho Blanchinio Veronensi Presbyt. Congregat. Oratorii S. Philippi Nerii de Urbe, Romæ An. 1748. Et in Nuncupatoria ait idem eruditissimus Auctor se exhibere *Vulgatam illam Latinam Italam Versionem, antehac ineditam, quæ principio nascentis Ecclesiæ a nescio quo Apostolorum æquali sapienter elaborata, obtinebat, ante Divinam Beati Hieronymi Bibliothecam, in Italiæ primum, mox Africæ, atque Galliæ Ecclesiis*. Tum e vestigio subdit, quod *ejus loca apud Sanctos Patres sæculorum primitivorum habentur, visuntur, lucent, præsertim apud Cyprianum Carthaginensem, Hilarium Pictaviensem, Luciferum Calaritanum, Zenonem Veronensem, Gaudentium Brixianum, Victorem Afrum, Ambrosium Mediolanensem, Hieronymum Stridonensem, Leonem, & Gregorium Magnum*. Ubi continuo vel ipse subjungit, quod *S. Augustinus Italam tanti fecit, ut eam prætulerit cæteris, ob verborum tenacitatem, cum perspicuitate sententiæ*. Nihil autem in dicta Editione habet Blanchinius de vetustissimo nostro Evangeliario Tridentino, eo quod post illam hujus apographum, mea manu diligenter descriptum, & precario transmissum una cum apographo alio iidem perantiqui Sacramentarii Gregoriani Tridentini, ad ipsum pervenerit: quæ duo apographa post ejusdem Blanchinii mortem nunquam potui ad hanc usque diem obtinere, ut ad

Digitized by Google

me poſtliminio redirent.

Veſpaſianus Flavius Imperator circa an. Chriſti 70. vel 71. multis inſignis virtutibus, quas tamen omnes ſordido avaritiæ crimine labefactavit.

Ughellus Ferdinandus, Abbas Ordin. Ciſtercien., cujus celeberrima *Italia ſacra*, indigens tamen adhuc poſt iteratas Editiones aliis additamentis & emendationibus.

Victor, Antiochenus Presbyter, Scriptor *Comment. in Marci Evang.* Latinæ Verſionis P. Theodori Antonii Peltani S. J., qui eum autumat ante tempora Juliani Apoſtatæ claruiſſe; cum tamen in Scholiis ad c. 13. S. Mar. alleget *Joannem Regiæ Urbis Epiſcopum*, videlicet Joan. Chryſoſt., qui Juliani tempore nondum pueritiam exegerat.

Victor Cartennenſis in Africa Provinciæ Mauritaniæ Cæſarienſis Epiſcopus, qui (ut Gennadius de Scriptor. Eccl. c. 77. eſt Auctor) inſultantes Arianos egregio ſcripto Libro redarguit, eumque ad ipſummet Genſericum Regem direxit, animo comparatus ad ſubeundum pro defenſione catholicæ veritatis martyrium.

Victor Uticenſis, ſeu potius Vitenſis, in Africa Epiſcopus, *Perſecutionis VVandalicæ* nedum Scriptor, ſed etiam particeps. Ejus, ac etiam Vigilii Tapſenſis in Byzacena Africæ Provincia Epiſcopi Opp. ann. 1665. impreſſa Divione, adjectis Diſſertationibus, Annotationibus, & Lectionibus variantibus P. Petri Franciſci Chiffletii S. J.

A Victoria Oppido Navarræi Regni Franciſcus, Ord. Præd., Doctor Salmanticenſis, qui nedum habuit Dominicum Sotum auditorem, ſed & in Salmanticenſi Cathedra ſucceſſorem.

S. Victorinus, Petabionenſis in ſuperiori Pannonia Epiſcop. & Martyr, quem velut inſignem hæreſum debellatorem commendat Optatus Milevitanus; ſed inter Chiliaſtas recenſet Hieronymus. Unde cum hoc errore careat *Commentarius in Apocalypſim*, qui nunc extat ſub ejus nomine, conſequens eſt, aut hunc ei fuiſſe ſuppoſitum; vel, ut Labbeus loquitur, *ab aliquo Æſculapio ſanatum fuiſſe illud ulcus obducta tantisper cicatrice, cæteris omnibus relictis integris intactiſque*.

Victorius Marianus, patria Reatinus, dignitate Epiſc. Amerinus, qui, impenſis Joan. Card. Moroni, Opera S. Hieron. ad fidem MSS. Codd. recenſuit &c.

Viegas Blaſius, S. J. eruditus *Apocalypſis* Interpres.

Viguerius Joannes, Granatenſis, Doctor Theologus Ord. Præd. qui doctas edidit *Inſtitutiones ad Theologiam Chriſtianam*.

Villanius Joannes, Patria Florentinus, Hiſtoricus Scriptor, cujus Hiſtoriam Italice Libris 12. deſcriptam continuavit ejus Frater Matthæus Villanius.

Villegas Alphonſus, Theologus & Hiſtoriographus.

S. Vincentius Diaconus Cæſarauguſtanus, & Mart. Valentiæ.

S. Vincentius, natione Gallus apud Monaſterium Lirinenſis inſulæ Presbyter, cujus aureum *Commonitorium pro Catholicæ Fidei Antiquitate, & Univerſitate, adverſus profanas omnium Novitates Hæreticorum*.

Vincentius. Vid. Bandellus. Vid. Bellovacenſis.

De Vio. Vid. Cajetanus.

Virgilius Maro, natus in agro Mantuano, Auguſto Imper. & Mœcenati cariſſimus, Princeps Poetarum Latinorum, Græcorumque imitator aſſiduus, Theocriti præſertim in Eclogis, Heſiodi in Georgicis, & in Æneide Homeri,

Vitalis Joannes de Furno, Ord. Min. Pariſienſis Doctor, Provinciæ Aquitaniæ Miniſter, & Card. Epiſc. Albanus, de cujus Opp. Biblioth. Franc. Inter ea *Speculum Morale totius ſacræ Scripturæ* in pleriſque convenit cum iis, quæ ſunt D. Bonaventuræ.

Vitellius Imperator, ventri gulæque addictiſſimus.

De Vitriaco Jacobus, Card. & Epiſc. Tuſculanus, Scriptor Hiſtoricus, qui floruit circa an. 1220., cujus eſt longe locupletiſſimum teſtimonium de S. P. N. *Franciſco dilecto Deo & hominibus* apud Ægyptium Soldanum prædicante Chriſti Fidem, *in Hiſt. Occid. L. 2. c. 32.*; nec non de ſanctitate atque mira multiplicatione Ord. Min. *in fine Epiſt. ad Religioſos & Familiares Lotharingos*. Scriptis nedum

Hi-

Historiam Occidentalem, sed & *Orientalem*, in quarum altera *plurima sane perpendenda insunt, ad Eucharisticum Sacramentum attinentia*, inquit Mabillon. Tract. de Stud. Monast. pag. m. 244.

Vitruvius Pollio, prænomine Marcus, Scriptor Lib. X. de Architectura ad Imperat. Augustum, nedum Architectonicæ artis peritissimus, sed & in Græcis Scriptoribus diligenter versatus; minus tamen Latinus, quam ejus ferebat sæculum.

Vives Joannes Ludovicus, Hispanus, Scriptor quidem oppido Latinus; sed supercilioſus censor, ut qui ipsummet Magnum Augustinum docere præsumpsit. Ejus Opp. Edit. Basile. 1555. 2. Vol. in fol.

Ulpianus Domitius, patria Tyrius, Jurisconsultus clarissimus, atque Alexandro Severo Imp. carissimus, Scriptor multorum ad jus pertinentium, quæ passim in Libris Pandectarum jus omne complectentium inserta leguntur.

Vocabularium Taurinen. Archigymnasii.

Volaterranus Raphael Maffejus, Volaterris Hetruriæ in Italia Urbe natus, qui *Libb. Commentarior. Urbanor.* (scilicet in Urbe Roma conscriptorum) & post Bartholomæi Platinæ Historiam de Vitis Romanorum Pontificum a Christo usque ad Pauli II. obitum, etiam *Vitas Sixti IV. Innocentii VIII. Alexandri VI. & Pii III.* literis consignavit, continuaveruntque Onuphrius Panvinius siquis alius eruditissimus Ord. Eremitar. S. August., Joannes Antonius Petramellarius, & Antonius Cicarella, quorum Continuationes simul cum Platina prodierunt Coloniæ 1626. Fuit alter Volaterranus, Jacobus nomine, qui scripsit de *Apotheosi S. Bonaventuræ in Diario Romano* To. 23. Scriptor. Rer. Italic Murator.

Vopiscus Flavius Syracusan., Historicus Latinus, unus ex sex Scriptoribus Historiæ Augustæ circa tempora Diocl. vel mox seqq. Impp.

Vorrilongus Gulielmus Gallus Theologus celeberrimus, Ordin. Min., qui inter alia scripsit *In quatuor Libros Sententiarum juxta doctrinam S. Bonaventuræ, & Scoti.*

Vossius Gerardus, Præpositus Tungrensis, Protonotarius Apostolicus, & S. Theologiæ Doctor Romanus, Vir Græce, Latineque apprime eruditus. Multo diversus est ab alio Gerardo Joanne Vossio Belga, qui tamen vel ipse fuit Vir multigenæ eruditionis. Ille enim mortuus ann. 1609. hic obiit an. 1649. Ille Catholicus, hic Acatholicus.

Vossius Isaacus, filius Gerardi Joannis Vossii junioris, celebris Criticus sæculi XVII. & ipse Acatholicus.

Urbanus IV. Papa, cujus sunt duæ Bullæ, una an. 1262. die 21. Maii, alia eod. an. 1262. die 29. Maii inscriptæ Generali Ministro Ord. Min. S. Bonaventuræ. Hujus doctrinam atque sapientiam quanti fecerit Urbanus ipse, vid. Prodr. col. 33.

Urbanus. Vid. Schaukögl.

Ursacius & Valens, Episcopi Ariani, iique relapsi, iterumque damnati.

Usuardus, S. Germani Parisiensis Monachus Benedictinus, qui jussu non Caroli Magni, ut habet Trithemius; sed Caroli Calvi circa an. Chr. 875. ex Scripturis Veterum retulit gesta & passiones Martyrum, Confessorum, & Virginum in unum haud parvum Volumen, quod prænotatur *Martyrologium*, quodve diligenter recensitum atque illustratum Jo. Bapt. Sollerius exhibuit.

W

Waddingus Lucas, Hibernus, consummatus Theologus, ac solertissimus Annalista Ord. Min., ac optime de eodem meritus, qui a Card. Bona laudatur ceu *Historicus excellentissimus, rerum gestarum, & scriptorum gloria illustris*. Ejus præclara Opp. multa in noviss. Biblioth. Franciscana una cum ejusdem Ineditis late referuntur. Inter Edita heic unice indicabo duo, nempe Opusc. *De Hebraicæ linguæ origine, præstantia, & utilitate ad sacrarum Literarum Interpretes*; nec non *Commentaria ad Vitam & Opuscula S. Anselmi Episcopi Lucensis*, 4. Rom. 1657.

Waldenses & Albigenses, quorum hæreses speciatim memorat atque distinguit Illustriss. Episc. Melden. Bossuetus in præcellenti Opere *de Varia-*

Digitized by Google

tionibus, ubi etiam aliarum hæreſum mutationes egregie demonſtrat.

Walſinghamus Thomas Anglus, Ord. S. Bened. Monachus, Scriptor Hiſtoricus.

Waltonus Brianus, qui in Prolegom. 10. Polyglot. Anglic. haud difficetur Vulgatam Editionem aliis Latinis Editionibus anteferendam; id ipſum fatentibus aliis, non infimi inter Proteſtantes ſubſellii, Joan. de Bois Collat. Veter. Interpret. cum Recent., Lud. de Dieu in Notr. ad Evang., Hug. Grotio in *Adnot. in Vulg.*, Paul. Fagio vel Fragio *Præfat. Verſ. V. T. &c.* Unde Joan. Mabillonius in ſua Biblioth. Eccl. ex Heterodoxis, qui in utrumque Teſtamentum ſcripſerunt, probabiliores eſſe cenſet prædictos Ludovicum le Dieu, & Hugonem Grotium, quibus etiam addit Joannem Lighfootum.

Wan Swieten Baro Gerardus, Archiater Cæſareus, cujus apud Artis Medicæ Profeſſores famiger. *Comment. in Hermanni Boerhaave Aphoriſmos, de cognoſcendis & curandis morbis.*

Waramus, Cantuarienſis Archiepiſc. ad quem ſcripſit Eraſmus Roterodamus Epiſtolam memoratam in Præfat. Gen. Vol. 1. n. 4.

Wicleffus Joannes Hæreſiarcha, a quo Wicleffiſtæ Hæretici, quorum errores inſigni opere refutavit Guillelmus Wodfordus, ſive Wodfordenſis, Anglus, Oxonienſis Doctor, Ordin. Minor.

Willelmus Brito Armoricus, qui Libros undecim *Philippidos* nomine (a Philippo Francorum Rege) verſu heroico conſcripſit, de quibus Oudin. in Suppl. ad Bellarm.

Willelmus Malmesburienſis Monachus, Anglicanarum rerum Scriptor luculentus.

Willelmus Smitſius, cujus eſt ſacror. Biblior. una cum Vulg. Edit. Verſio Belgica, Notis Grammaticalibus, Literalibus, & Criticis dilucidata, Ord. Min. Theol. & Scriptor ætate noſtra Orientalium linguarum callentiſſimus.

Willottus Henricus, Ord. Min., inter cujus Opera *Athenæ Orthodoxorum Sodalitii Franciſcani.*

Wion Arnoldus, Ord. Bened. laudator egregius, *cui*, Auctore Card. Bona, *plura addi, multa etiam demi poſſunt.*

Wolphius Chriſtianus, Hær.; at præſtantis ingenii Philoſophus, cujus *Phyſica Experimentalis; Elementa Matheſeos univerſæ; Jus naturæ & gentium; Pſychologia Empirica, ſeu Tractatus de anima humana; Ethica, ſeu Theologia Moralis; Theologia Naturalis methodo ſcientifica pertractata &c.*

X

Xenocrates, Philoſophus Chalcedonicus, inſignis diſcipulus Platonis, condiſcipulus Ariſtotelis, ſeveriſſimus divitiarum voluptatumque contemptor, de quo Laert. Suid., & alii. A Cardin. Bona refertur *Xenocratis Platonici inſignis Libellus de morte.*

Z

Zacharias, Hieropolitanus Epiſcop. Auctor *Dialogi de aurea Danielis ſtatua*, multo diverſus a Zacharia Chryſopolitano Epiſc., Scriptore *Commentarior. in Evangelicam Concordiam.*

Zamora Franciſcus Concil. Tridentin. Theol., Ord. Minor. Gen. Miniſter, qui fieri curavit Editionem Venetam Opuſculorum S. Bonaventuræ apud Dominicum Nicolinum an. 1564. & in Epiſtola nuncupatoria inſcripta ſupra laud. Epiſc. Bernardo Freſneda data Tridenti Kal. Aug. 1563. teſtatur: *Illud oblectamento fuit mihi videre Tridenti Viros doctiſſimos, ad unum ferme omnes, Bonaventuræ doctrinam ſummopere commendare &c.* Ejus quoque eſt illa præclara ſententia, a prædicto Freſneda probata: *Plus videlicet utilitatis Commentaria Sanctorum Patrum ſtudioſis allatura (aliquibus tamen illuſtrata obſervationibus) quam ſi nova excogitata ederentur.* Ejuſdem extat Oratio habita coram Illuſtriſſimis Tridentini Concilii Legatis, plenaque Ampliſſimorum œcumenica corona, Dominica ſecunda Quadrageſimæ anno 1562.

Zc-

Digitized by Google

Zegerus Tacitus Nicolaus, Bruxellenſis, Ord. Min. Theol. Græce & Latine pereruditus, de quo Miræus in Auctario „ Teſtamentum Novum „ ad fidem Veterum MSS. Codicum „ recenſuit, & Lovanii edidit. *Notationes* in idem Teſtamentum poſtea adjecit, & Coloniæ 1555. „ publicavit; addito *Caſtigatore*, ut „ vocat, & *Inventario* ejuſdem. Idem „ ad mores in melius mutandos, graphice exhibuit *Speculum vitæ humanæ* (leg. *Chriſtianæ*) a Colonienſibus ſimiliter excuſum. *Proverbia* „ inſuper *Latina* ac *Teutonica* collegit, Antuerpiæ edita. Deceſſit autem Lovanii 1559. magno ſuorum „ & aliorum luctu." Alia recenſentur plura ejus Opera in Biblioth. noviſſ. Franc. inter quæ ejuſdem *Scholia in Apocal.* Sed animadvertendum, quod prædictum *Speculum vitæ Chriſtiane* ſcripſerit alius Minorita Thomas Herentalius idiomate Belgico, & tantummodo in Latinum tranſtulerit laud. Zegerus, de quo poſt Willotum, & Waddingum, Jacobus Le Long To. 2. Biblioth. ſacr., & Valerius Andreas in ſua Biblioth.

Zigabenus Monach. Græc., Ord. S. Baſil. Vid. Euthymius, quem ſcribentes floruiſſe an. Dom. 440. vel 1180., falluntur; claruit enim an. 1118., quo Alexius Comnenus Imp. obiit. Ejus *Comment. in omnes Pſal. CL., & X. Sacr. Script. Cant.* ex Græca in Latin. Verſione per R. P. Philippum Saulium Epiſc. Brugnaten., prodierunt Veronæ ann. 1530.; nec non ejuſd. *Comment. in quatuor Evang.*, interprete Joan. Hentenio Nechlinenſi, Lovanii an. 1544.

Et alii prætermiſſi in hoc Indice, & Notitia, quam digeſſi ad normam ſæpe laudati Card. Bona, a cujus tamen eruditione ac doctrina paraſangis multis me diſtare profiteor.

REGI SÆCULORUM IMMORTALI, INVISIBILI, SOLI DEO,
HONOR ET GLORIA IN SÆCULA SÆCULORUM.
AMEN. 1. *Tim.* 1. 17.

FINIS.

Digitized by Google

BENIGNE LECTOR.

IN TEXTU.

Col.	Num.	Lin.	Errata	Corrige
170.	131.	12.	cecidérunt me	cæciderunt me.
197.	153.	13.	Pane	Pone
294.	11.	25.	aſpectus	affectus
323.	11.	2.	poſtis	poſſis
497.	1.	16.	(ſ) eſt	dele *eſt*
548.	43.	21.	arti induſtria	artis induſtria
627.	10.	20.	diverſario	diverſorio
772.	7.	12.	num. 7.	num. 17.
774.	17.	1.	num. 17.	num. 19.
813.	62.	6.	quoad	quod
870.	121.	29.	aperuit	aperuerit
918.	161.	36.	contituo	continuo
919.	161.	29.	redimiſti	redemiſti
928.	167.	27.	bibere	biberet
955.		1.	Sermones	Sermo
991.	3.	6.	rudimenda	rudimenta

IN MARGINE.

Col.	Num.	Lin.	Errores	Corrige
197.	253.	7.	Titulis Crucis	Tituli Crucis
282.	14.	1.	Liberatque	Liberetque
401.	15.	13.	infirmitatis	infirmitati
436.	28.	4.	intrinſeſæ	intrinſecæ
619.	2.	4.	ſit	ſit
687.	8.	2,	lauri	auri
694.	4.	5.	ſervata	ſervatæ
729.	6.	3.	*Job* 39. 39.	*Job* 39. 30.
879.	130.	7.	*Sap.* 12. 2.	*Sap.* 12. 1.
924.		4.	*Pſ.* 67. 14.	*Pſ.* 67. 19.
936.	172.	14.	*Ju.* 6.	*Jo.* 6.
943.	180.	7.	*Matth.* 26. 20.	26. 27.
947	182.	2.	*Pſ.* 40. 3.	*Pſ.* 41. 3.
947.	183.	8.	1. *Cor.* 10. & 4.	1. *Cor.* 10. 4.
1140.	18.	10.	Oſtium	otium

IN NOTIS AD CALCEM.

Col.	Not.	Lin.	Errata	Corrige
122.	*n.*	7.	ſuum	ſum
152.	*f.*	1.	Diſcite	Diſcedite
192.	*m.*	2.	Exaltus	Exaltatus
663.	*m.*	2.	contemperunt	contempſerunt
775.		2.	de Regina Tribu	de Regia Tribu
957.	*a.*	2.	interpræatur	interpretatur
982.	*m.*	9.	Corp.	Corp.
993.	*f.*	7.	& alibi Sazomeni	Sozomeni
1020.	*g.*	3.	inperfectione	in perfectione

IN INDICE ET NOTITIA AUCTORUM.

Pag.	Col.	Lin.	Errata	Corrige
1236.	1.	7.	Imperator	Imperatori
1237.	1.	54.	Pritanicus	Pritanius
1238.	1.	38.	Livellus	Livelly
1241.	1.	12.	Diſcoridem	Dioſcoridem
1247.	1.	12.	Perrus	Petrus
1248.	1.	21.	præferi	præferri
1253.	1.	28.	plurimorum	plurium
1253.	1.	13.	præclarus, dele *præclarus*,	
1261.	1.	52.	inde	in de
	2.	1.	elogiographus	elegiographus
1262.	2.	4.	*Ordinis, Minorum* dat	*Ordinis Minorum*, dat.

IN PRÆFAT. GEN. I. VOL.

Pag.	Num.	Lin.	Errata	Corrige
XXI.	XV.	7.	tetigique	tangique

IN TEXTU I. VOL.

Col.	Num.	Lin.	Errata	Corrige
7.	13.	8.	imaginationum	irrigagationum
11.	7.	21.	alias	alta

IN ADMONITIONE I. VOL.

Col. 283. Lin. 2. *cum* dele *cum*

IN INDICE VERB. I. VOL.

Col. 1264. Lin. 16. concordantiam concordantiarum

Cætera minutiora typographica menda ex ſe ſe doctus quiſque lector facile deprehendet.

A D-

Digitized by Google

ADDENDA IN HOC TERTIO VOLUMINE.

Pag. IX. Lin. 8. adde: Et hujuſmodi Breviloquii major adhuc emendatio fiet, ſi acceſſerit ejus collatio cum MSS. membr. Lambacenſi Ord. S. Ben., ac Paſſavienſi Ord. Can. Reg. S. Aug., ſimilibuſque aliis. Ex ſolo enim Paſſavienſi plures ſunt penes me variantes lectiones notatæ. Hoc ipſum cenſeo de Legenda S. P. Franc. omnino conferenda cum MSS. Codd. Aſſiſienſi, & Trident., aliiſque; nam & ex eodem Aſſiſienſi plures teneo lectiones itidem variantes. Item de aliis S. Bonaventuræ Opp. non recudendis in poſterum, niſi poſt ſolertem factam collationem cum priſcis Editionibus, ac Codicibus MSS. a me in Prodromo late indicatis.

Ead. pag. IX. §. XIII. Auctor proinde ſim, ut &c. ibi.

Col. 728. not. g. in fine adde: Et quod etiam Adamus cum ſanctificante Dei gratia creatus ſit, conſulendus Clar. P. Martinus Natali in Complexionibus Auguſtinianis de Gratia Dei Complex. 16. pag 225. & ſeqq. Quo autem ſenſu Gratia, quam primos homines in conditione ſua habuiſſe ſtatuendum eſt, haud ſecus quam Angelos, naturalis iiſdem fuerit; videndum ibi ejus Scholion pag. 232. & ſeqq.

ADDENDA IN INDICE ET NOTITIA AUCTORUM &c.

Pag. 1218. col. 2. poſt lin. 14. adde: Bochartus Samuel, cujus *Geographia Sacra*, 2. Vol. in fol. Cadomi 1646.

Pag. 1223. col. 1. lin. 41. adde: Ejuſdem Cyrilli Alexandrini Librum *contra Antropomorphitas* ex Bonaventuræ Vulcanii interpretatione, *Animadverſionibus* illuſtravit Michael de Medina Hiſpanus Theologus Ord. Min. a Philippo II. Hiſpaniarum Rege ad Concil. Trident. miſſus, aliiſque Opp. clarus.

Lin. ult. ibi ubi de Cyziceno Gelaſio, adde: Et veriſimilius ex Labbeo Auctor *Libri de duabus naturis Chriſti contra Eutychetem*, alias editi ſub nomine Gelaſii Papæ.

Pag. 1224. col. 1. lin. 41. ubi de Dioſcoride, Mediſus (adde) patria Anazarbæus in Cilicia, qui Neronis ætate ſcripſit de materia Medica, & Alexipharmacis, cujuſque Libri adhuc ſuperſunt; omnino diverſus a Dioſcoride Alexandrino Medico, qui claruit, teſte Suida, tempore Antonii & Cleopatræ, ſcripſitque de nominibus Medicinarum.

Pag. 1226. col. 1. lin. 53. ubi de Fevardentio Franciſco, poſt Doctor Sorbonicus adde: Ord. Minor. In fine vero ad eumdem Fevardentium rurſum adde: Vid. Bibliothecam Franciſcanam P. Joan. a S. Antonio To. 1. pag. 384., & ſeqq. quoad hæc, & cætera numero plura ſpectantia ad *ejus Commentarios in ſacram Scripturam, ad Opera SS. PP., aliorumque Auctorum ab eo illuſtrata, ac edita, ad ejus Scripta contra Hæreticos*, etiam *adjecta Appendice ad Libros Alphonſi a Caſtro*, de quo ſupra, & ad *Opera, quæ ad prælum matura habebat an.* 1602.

Ibi col. 2. poſt lin. 52., ubi de B. Franc. Fabrian. O. M. adde: qui in ſuis *Chronicis Fabrianenſibus* loquens de Indulgentia Portiunculæ, quam S. P. Franciſcus, a Chriſto Domino miſſus, petiit & obtinuit ab Honorio III. Papa Peruſii an. 1216., teſtatur eam his verbis popoſciſſe: *Domine, quod dixi, non peto ex parte mea, ſed ex parte illius, qui me ad vos miſit, Dominus Jeſus Chriſtus;* & quod poſt ipſam ſic impetratam, poſtque orationem præmiſſam, ita dixerit Socio ſuo: *Fr. Maſſæe dico tibi ex parte Dei omnipotentis, Indulgentiam mihi exhibitam nunc a Domino Papa, mihi eſſe a Deo confirmatam in cœlis.* Et ad hoc teſtimonium locupletiſſimum roborandum inibi continuo ſubjungit: *Et hoc teſtificatus eſt Fr. Leo unus de Sociis B. Franciſci, Vir probatæ vitæ, quem ego Fr. Franciſcus vidi anno, quo veni ad Fratres, quando ivi ad dictam Indulgentiam &c.* Vid. Prodrom. col. 63. & 64.

Digitized by Google

64. ſub not. *f.* Ejuſdem Fabrianenſis eſt Epicedium, ſeu Carmen lugubre in obitu S. Bonaventuræ, in d. Prodr. ibi, & pag. ſeq.

Pag. 1228. col. 1. lin. 13. ubi de Galeſinio Petro, adde: Idem ſcripſit *de Bibliis Græcis LXX. Interpretum* Romæ 1587. 4.

Ibi lin. 16. ubi de Galleto, ſive Gallethio Petro Aloyſio, adde: qui edidit *Inſcriptiones Bononienſes Romæ extantes*. 4. Romæ 1759.

Pag. 1230. col. 2. lin. 9. ubi de Grotio Hugone, adde: Inter reliqua Opp. ejuſdem, quem vocat in ſua Biblioth. Eccl. Mabillonius *Virum impenſe doctum, & modeſtum*, ipſe recenſet *Annotationes In totum Vet. Teſtam.*, *In quatuor Evang.*, *In Acta & in Epiſtolas ad Jacobi incluſive*, nec non ejuſdem *Opp. Theolog.* in unum collecta, fol. 4. Vol. Amſtelodami an. 1679.

Ibi lin. 18. ubi de Guallenſi Joanne, adde: Scripſit inter cætera ex Pitſeo in *Mythologiarum Libros tres S. Fulgentii*; at S. Fulgentii non ſunt, quamvis ei tribuantur etiam a Sigeberto, cap. 28. ſed Fabii Placiadis Fulgentii V. C.

Pag. 1231. col. 2. lin. 30. ubi de Heinſio Daniele, adde: Ejus ſunt *Sacr. Exercitationum in nov. Teſtam. Libri* 10. in fol. Lugduni Batav. 1639.

Pag. 1232. col. 2. lin. 54. adde: S. Hippolytus, Gente Arabs, Clementis Alexandrini diſcipulus, & Origenis coævus, Epiſcopus, & Martyr ſub Alexandro Severo Imp. Fuiſſe Epiſcopum Portus Romani in Italia ad Oſtia Tiberina, communis eſt opinio. Vid. Baron. in Not. ad Martyrolog. Rom. 22. Aug., ac Nat. Alexandr. Hiſt. Eccl. ſæc. 3. cap. 4. Art. 1., ubi ejus recenſet, expenditque Opera.

Pag. 1236. col. 2. lin. 33. ubi de Kempis Thoma adde: Ejus ſunt *Libri quatuor de Imitatione Chriſti*, qui perperam S. Bonaventuræ adtribuuntur in Cod. Gemnicenſi. Vid. Cl. Vir. Euſebium Amort, eos Kempenſi aſſerentem. Si tamen ejuſdem Kempenſis ſit *Alphabetum Religioſum*, ſeu *boni Monachi*, ſoluta oratione exaratum; minime alterum metricum *Alphabetum Religioſorum*, quod incipit: *Ama paupertatem &c.* ſed S. Bonaventuræ. Vid. Prodromum col. 659.

Pag. 1237. col. 1. lin. 54. poſt Pritanius, adde: tribus Libris *de ingeniorum moderatione in Religionis negotio*, multa refertis eruditione, refutans peregregie Pheroponum, ſcil. Joan. Clericum. Vid. Muratorius.

Pag. 1238. col. 1. lin. 37. adde & corrige: R. Ligfootus Lightfootus Joannes, ſacr. Scripturæ Interpres, inter probabiliores ex Heterodoxis in ſua Biblioth. Eccl. a Mabillonio laudatus, ubi ejus refert *Harmoniam Vet. Teſtam. Anglice*, *Obſervationes in Geneſim*, *Manipulum Spicilegiorum ex Exodo*, *Harmoniam quatuor Evangeliorum inter ſe, & cum Vet. Teſtam.*, *In Matth.* Horas Hebraicas Latin., *In Marc.* Horas Hebraicas & Talmudiſticas Latino-Hebraic., *In Acta* Commentarium Chronologico-Criticum Anglice, *In primam ad Cor.* Horas Hebraicas Latine, ac ejuſdem *Opp. omnia* in fol. 2. Vol. Roterod. ann. 1686.

Ibi poſt lin. 39. adde: Livius Titus, patria Patavinus, Hiſtoriæ Romanæ Scriptor nobilis, a Quintiliano laudatus, nec non a S. Hieron ad Paulin. ita commendatus, ut in ejus laudem ſcripſerit „ Ad Titum Li„ vium, lacteo eloquentiæ fonte ma„ nantem, de ultimis Hiſpaniæ, „ Galliarumque finibus quoſdam ve„ niſſe nobiles legimus, & quos ad „ contemplationem ſui Roma non „ traxerat, unius hominis fama per„ duxit. Habuit illa ætas inaudi„ tum omnibus ſæculis, celebran„ dumque miraculum, ut tantam „ Urbem ingreſſi, aliud etiam extra „ Urbem quærerent. “ *Patavinitas* in ejus ſtylo a nonnullis notatur; ſed cujuſmodi ſit, nondum innotuit. Equidem Chriſtian. Gottlieb Buder in Biblioth. Select. cap. 4. de Scriptor. Rer. Rom. §. 3. de ipſo teſtatur, quod *Scriptor eſt terſus, in concionibus diſertus, in quo ſtylum hiſtoricum magis, quam Patavinitatem reperimus.* Convenientiam ſupputationis Livianæ cum marmoribus Franciſcus Robortellus defendit; ſed ei reſpondit Carolus Sigonius.

Pag. 1242. col. 2. poſt lin. 41. adde: Neſtor filius Nelei, & Cloridis, de quo Homerus L. Odyſſ. 11. ac in 2. Iliad. & Ovidius 12. ac 13. Met. ambo de ejus perlonga ætate teſtantes, qui etiam nedum ſumma pru-

den-

Digitized by Google

demiæ ætatis diuturnitate collecta; sed & *tanta eloquentia excelluit, ut ex ejus ore melle dulcior fluere videretur oratio.*

Pag. 1243. col. 2. post lin. 38. adde: Oppianus Cilix *Poeta doctissimus* a S. Hieronymo vocatus.

Pag. 1246. col. 2. lin. 52. adde: Vid. Prodromum nostrum col. 593. & seq. not. *e.* A teterrima autem hæreseos nota, quam ei perperam inurit P. Graveson, ipsemet purgavit se se P. Petrus Joannis Olivi, dum non semel, sed iterato, Scripta sua S. R. E. subjecit, ut ex ejusdem Opp. liquido patet; cujus etiam Libros, præmisso diligenti examine, Catholicos a Sixto IV. fuisse declaratos, testatur Haroldus ad an. 1297. n. 23.

Pag. 1249. col. 2. lin. 5. ubi de Psello Michaele, adde: Ejusdem Pselli *Librum de septem Synodis* noster Fevardentius, de quo supra, cum Commentariis, & Præfatione adversus Recentiores Hæreticos, edidit Parisiis an. 1576., teste Possevino.

Pag. 1253. col. 1. lin. 52. Sarmation vaniloquus, adde: haud secus quam Barbatianus, de quo supra, ambo Monachi Apostatæ, quos nominatim perstringit S. Ambros. in Epist. ad Vercellen. Eccl. 63. n. 7. suppressoque eorum nomine Enarrat. in Ps. 36. n. 49.

Pag. 1254. col. 1. lin. 16 ubi de Seldeno Joanne, adde. Eum Grotius *Angliæ gloriam* appellavit, cujus Operum grandis est numerus, partim in Latino, partim in Anglico idiomate editorum, quorum præcipua *De successionibus in bona defuncti secundum Hebræos; De Jure Naturali & Gentium juxta disciplinam Hebræorum; De Nuptiis & Divortiis; De anno Civili veterum Hebræorum; De Nummis; De Diis Syris; Uxor Hebræa &c.* Omnia ejus Opera una simul collecta Londini edita sunt an. 1726. 3. Vol. in fol. Et Christian. Gottlieb Buder in Biblioth. select. cap. 15. de Scriptor. Rer. Angl. §. 8. recenset Eadmeri Monachi Cantuarien. Historias Novorum, seu sui sæc. sub Gulielmis I. & II. & Henrico I., Angliæ Regibus, ab ann. 1066. ad ann. 1122. cum Notis & Spicilegio ejusdem Joan. Seldeni, Londini 1623. f. Idem Seldenus publicavit quoque Lib. Eutychii Pat. Alexandr., nempe ejus Annales ab an. 933. ad 940. Arabica lingua compositos, quibus Seldenus contendit probare nullum fuisse primis Ecclesiæ sæculis discrimen inter Sacerdotes & Episcopos; sed Seldenum & Joan. Henricum Hottingerum solide refutavit doctus Abrahamus Ecchellensis Maronita, linguarum Syriacæ & Arabicæ primo Parisiis, dein Romæ Professor, in suo *Eutychio vindicato*; quod ipsum etiam fecit Cl. Assemanus.

Pag. 1260. col. 2. lin. 44. ubi de Thoma Hybernico adde: Ita Codd. MSS. Cantabrig. in Bibliotheca Domus S. Petri, aliisque Angliæ Bibliothecis; & in Hispania hoc ipsum MS. Opus se vidisse in Biblioth. Cordubensis Ecclesiæ testatur noster Joan. a S. Antonio in 4. sub titulo: *Manipulus florum compilatus a Magistro Thoma de Hybernia quondam Socio de Sorbona.* Et incipit: *Fr. Joannes Gualensis Ordinis Fratrum Minorum doctus Theologus.* Thomas prædictus nullius regularis Instituti fuit, adeoque etiam diversus a Thoma Palmerio Dominicano. Vid. Echardum To. 1. pag. 744. & 753. suæ Biblioth.

Pag. 1261. col. 2. lin. 45. ubi de Titelmano Francisco adde: Scripsit contra Jacobum Fabrum Stapulensem, cum adhuc in vivis esset, nec recte de Fide sentiret; ac etiam contra Desiderium Erasmum Rhoterodamum, publice tunc Basileæ docentem, cujus Scripta quædam, ceu hæresim sapientia, iis rationum momentis convellere cœpit, ut Erasmus ipse dicere sæpe soleret, *se nullius prater Titelmani eruditionem pertimescere.*

Tandem ad universum Opus, quod complectitur Prodromum, & tria Volumina hujus Supplementi, ego ipse probe gnarus, mendaces esse filios hominum in stateris, adeoque sæpe me potuisse decipi, ac dormitare, aliosque in errorem inducere; hinc addo, atque ex animo dico, quod in illis omnibus, si quid falsum, aut erroneum, sive regulæ fidei, morumque, minus consentaneum præter voluntatem protulerim, id totum Sapientiorum, & cumprimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ judicio, & correctioni subjectum velim, *pa-*

Digitized by Google

ratus una cum S. Bonaventura (pro modulo meo hactenus a me Prodromo, Præfationibus, Animadverſionibus, Annotationibus, Indicibuſque illuſtrato) ad finem Tract. de Vite Myſtica, ſive de Paſſione Domini, *emendare, demere, & mutare, ſicubi contra Fidem, & contra ſacras Scripturas aliquid dixerim*. Et quamvis nolim, lectores ſummo jure mecum agere; non detrecto tamen, *ut* (ſecundum Juriſconſulti ſententiam ff. quod quiſque juris L. 1.) *idem jus nobis dicatur, quod ipſi aliis diximus*. Quiſquis autem hæc legerit, cupieritque vel ipſe in ſapientem virum evadere, pro certo habeat, non ſapere, ſed deſipere, cui non ſapit Deus, in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ abſconditi: quærat ſapientiam veram, quæ deſurſum deſcendit, relinquat ſapientiam vanam, atque eam, quæ *terrena* eſt, *animalis*, *diabolica* Jac. 3. 15.: neque ſit de numero illorum falſi nominis ſapientum, qui *ſapientes ſunt, ut faciant malum, bene autem facere neſcierunt*, quemadmodum Jerem. 4. 22. verbis loquitur S. Bonaventura Ser. ſive Collat. 2. in Hexaem. teneatque ſemper alta mente repoſitum quod monuit pientiſſimus Thomas a Kempis Can. Regul. S. Aug. L. 1. de Imit. Chr. c. 1. „ Si „ ſcires totam Bibliam exterius, & „ omnia Philoſophorum dicta, quid „ totum prodeſſet, ſine caritate Dei, „ & gratia? *vanitas vanitatum, & omnia vanitas*, præter amare Deum, „ & illi ſoli ſervire. Iſta eſt ſumma ſapientia per contemptum mundi tendere ad regna cœleſtia. “ Item quod docuit ipſemet S. Bonaventura in 3. Sent. Diſt. 35. Ar. 1. Q. 1. in Concl. haud eſſe veri nominis ſapientiam, niſi quæ *in Dei cognitione inchoatur, & in affectione conſummatur*; & Procem. L. 1. Sent. Q. 3. in Concl. quæ eo tendit *principaliter ut boni fiamus*. Fiat, fiat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google